BIB. DOM.
LAVAL. S. J.

Digitized by Google

A.F.I.1546-1
H 160-1

Digitized by Google

H 328

Digitized by Google

SUEVIA
ECCLESIASTICA.

TOM S. ALOYS. + JERSEIENS + S.J.

Digitized by Google

Digitized by Google

SUEVIA
ECCLESIASTICA
SEU
CLERICALIA COLLEGIA
tùm ſecularia tùm regularia:
QUÆVIS ITEM
DIVERSORUM RELIGIOSORUM ORDINUM
UTRIUSQUE SEXUS MONASTERIA NOVA
ET ANTIQUA
IN CELEBERRIMO ET AMPLISSIMO
Sac. Rom. Imp. Circulo, ſeu Ducatu Sueviæ
conſiſtentia:
*CUM SUIS RESPECTIVE FUNDATIONIBUS,
ORIGINIBUS, JURIBUS, PRIVILEGIIS, IMMUTATIONIBUS &c. &c.*
Recens collecta & hiſtoricè deſcripta
AUTHORE
R. D. FRANCISCO PETRO
Imperialis Collegij Wettenhuſani Diœceſis Auguſtanæ in
Marchionatu Burgovienſi Canonic. Regular. Ordinis S. Auguſtini Presbytero SS. Theol. & SS. Can. Candidato.



Cum facultate Superiorum.

AUGUSTÆ Vindelicorum & DILINGÆ,
Sumptibus JOANNIS CASPARI BENCARD,
Anno reparatæ Salutis humanæ M. DC. XCIX.

BIBLIOTHEQUE S. J.
Les Fontaines
60 - CHANTILLY
DOM. S. ALOYS. JERSEIENS. S.J.
Digitized by Google

Digitized by Google

REVERENDISSIMIS, PERILLUSTRIBUS
AC AMPLISSIMIS
DOMINIS, DOMINIS
IMPERIALIS AC CELEBERRIMI COLLEGII
PRÆLATORUM
IN AMPLISSIMO CIRCULO SUEVICO
HONORATISSIMIS COMMEMBRIS.

D. ADALBERTO, Abbati Marchtallenſi Ordinis Præmonſtratenſis.
D. AUGUSTINO, Abbati ad S. Blaſium in Herciniâ Ordinis S Benedicti.
D. AUGUSTINO, Abbati Gengenbacenſi Ord S. Bened.
D. CHRISTOPHORO, Abbati Alba-Augienſi Ordinis Præmonſtratenſis.
D. FRANCISCO, Abbati Ochſenhuſano Ord S. Benedicti.
D. FRANCISCO, Abbati Petruſiano Ord S. Benedicti.
D. FRIDERICO, Abbati Wettenhuſano Ord. Canon. Regularium S. Auguſtini.
D. GORDIANO, Abbati Ottenburo Ord. S. Benedicti.
D. JOSEPHO, Abbati Urſpergenſi Ord. Præmonſtratenſis.
D. MARTINO, Abbati Rothenſi Ord. Præmonſtratenſis.
D. MELCHIORI, Abbati Creuzlingenſi & Riederenſi Ord. Can. Reg. S. Auguſtini.
D. MENRADO, Abbati Elchingenſi Ord. S. Benedicti.
D. OTHONI, Abbati Roggenburgenſi Ord. Præmonſtrat.
D. ROGERIO, Abbati Cæſarienſi Ord. Ciſtercienſis.
D. ROMANO, Abbati Vrſinenſi Ord. S. Benedicti.
D. SEBASTIANO, Abbati Weingartenſi Ord. S. Bened.
D. STEPHANO, Abbati Salemitano Ord. Ciſtercienſis.
D. TIBERIO, Abbati Sorethano Ord. Præmonſtratenſis.
D. WILIBALDO, Abbati Auguſtano Ord. S. Benedicti.
D. WOLFGANGO, Abbati Zvvifaltenſi Ord. S. Bened.

EXEMPTIS, LIBERIS, ET IMMEDIATIS
S. R. I. STATIBUS
SACRÆ CÆSAREÆ MAIESTATIS
CONSILIARIIS & reſpectivè SACELLANIS
&c. &c.
DOMINIS SVIS GRATIOSIS &c. &c.

Digitized by Google

REVERENDISSIMI PERILLUSTRES AC AMPLISSIMI DOMINI DOMINI
S. R. I. PRÆLATI
COENOBIARCHÆ RELIGIOSISSIMI. &c. &c.

QUòd in fronte Operis hujus glorioſa veſtra nomina propria præfulgere voluerim, cauſam genuinè fateor, Heliotropij namque liber iſte naturam præſefert faciem ſuam ad ignitam & lucidiſſimam Phœbi ſphæram convertentis. Nec immeritò Vos digniſſimi Antiſtites in generalibus Sacri Romani Imperij Comitijs cum Celſiſſimis Principibus illius pariter adambulantes, ſeu (uti loquimur) votantes Principum Syderum Soli convenienter aſſimilo, cùm tot virtutibus palam illuceſcentes appareatis, quot ille radiis emicat interjecto tamen hoc diſcrimine, quòd ille in altum evectus occaſum faciat, virtutes verò veſtræ ſine occaſu ſemper in ortu firmiſſimè conſiſtant; in quas dum fulgorem contemplationis aciem firmiùs converto, tanto gratioſæ irradiationis lumine perſtringor, ut quaſi densâ caligine obtutus, nullatenùs ſplendidiſſimum virtutum Veſtrarum nitorem vel mente contemplari valeam; hinc conticeſcit & lingua & calamus

lamus quaſi congenitis innumeris ſolaris Excellentiæ Veſtræ prærogativis ac virtutibus, non ita tamen conticeſcere poteſt, quîn nonnihil conteſtetur de earum Principe, quæ nomine ſuo *Pietas* appellata teſte Divo Ambroſio in Expoſit. in Pſal. 118. *virtutum omnium fundamentum eſt.* Hoc proîn in virtuoſiſſimo fundamento ſtatis Reverendiſſimi Perilluſtres ac Ampliſſimi DD. PRÆSULES, ut ſæpememoratam virtutum omnium Principem omnis ætas, omníſque ſtatus in vobis rectiſſimè veneretur. Prodeat in id religioſiſſima aſceſis ſeu fervor Religionis ſaluberrimis veſtris dirigentibus monitis in clauſtralibus ſubditorum veſtrorum cœtibus abundè demonſtrans rediviva antiquorum Patrum exempla, in quibus olim vera perfectio refulſit & religio: cujus potiſſima pars aſſeritur officium divinum tam diurnum quàm nocturnum omni qua par eſt majeſtate in ſingulos dies perſolvi conſuetum. Sed neque minor cura eſt ſtudij litterarum ad procurandam ſalutem multorum in Iſrael in aſceterijs veſtris inſtituti æquè ac in publicis Univerſitatibus hodie florentiſſimi: cujus paradigma ſunt ſublimiores ſcientiæ Philoſophia, Theologia ac Jurisprudentia in ijsdem ſcholis clauſtralibus cum ſummo auſcultantium fructu doceri ſolitæ; unde temporibus noſtris videre licet libros non tam numeroſos quàm doctiſſimos è talibus Licæis religioſis emanatos.

Porrò poſt recenſitam pietatem æquè gloriosè ſpectandam ſeſe ſiſtit effuſiſſima veſtra liberalitas & miſericordia in totam pauperculorum catervam ſeu innumeros quaſi promiſcui ſexûs homines depauperatos, viduas item & orphanos egentes & anguſtiatos tam multifariam hactenùs abundantiſſimè demonſtrata, ac proîn à miſerioribus illis uſquè ad ſidera conſtantiſſimè prolata, quam ſi viva hujuſmodi DEI templa tacuerint, clamabunt lapides ut & limites templorum religioſiſſimis clauſtris ac Imperialibus Collegijs veſtris proximorum, quæ in feſtiviſſimum Supremi Numinis Sanctorúmque Cælitum Patronorum cultum maximis impenſis inſtauràſtis & erexiſtis domicilia ſacra non tam pretioſiſſimis cimelijs oppidò referta, quàm ſacris lipſanis auro, argento gemmíſque ſplendidiſſimè veſtitis mirum in modum exornata: in quibus aſſiduè ſancta ſanctè tranctantur, peraguntur & adminiſtrantur, ſed & verbum Dei fidelibus po-

pulis

pulis prædicatur. Sed, quid inter hæc de ſtatu forenſi, de amore patriæ, de ſummâ rerum agendarum peritia, de publicâ ſecuritate, pace ac ſalute, de rerum temporalium adminiſtratione? Sanè omnia hæc veſtra apud omnes & ab omnibus ſummoperè commendantur, laudantur & extolluntur, eò maximè, quòd iam à pluribus annis inter tot & tanta malignorum temporum diſturbia non tam prudentiſſimis Conſilijs ac largiſſimis ſubſidijs veſtris patria noſtra ab imminentibus hoſtium incurſibus, violationibus ac depredationibus plerumque fuerint innoxiè ſervata, ſed & alma pax eidem feliciſſimè reddita: quæ talis ac tanta pro bono publico vigilantia & induſtria, ſed magis infinita ſummi momenti merita veſtra mihi præbuerunt anſam Vos Reverendiſſimi Perilluſtres ac ampliſſimi DD. PRÆSULES vel pro viribus tenore præſentium honorandi ſeu modiciſſimam ſcriptionem meam glorioſis veſtris nominibus demiſſiſſimè inſcribendi. DEUS ter Opt. Max. vos omnes & ſingulos in ſumma ſacra dignitate diu proſperè vivere, imò feliciſſimè perennare faciat. Et ſic ex intimis cordis meditullijs ſincere vòvet, qui ſe ſcribit & ſignat

R.R. Perilluſt. Amplitud. Veſt.

Servum humillimum & infimum

Franciſcus Petrus, Can. Reg.

PRÆ-

PRÆFATIO AD LECTOREM.

Cùm hactenùs in evolvendis Hiſtoriis Eccleſiaſticis tam generalibus quàm particularibus Chriſtiani Orbis Regnorum, Provinciarum ac Toparchiarum multifariàm editis ſeu typo vulgatis vel invitus deprehenderim plures quidem Authores hiſtoriographos tùm antiquos tùm recentiores in ſcriptis ſuis aliquando Sueviæ noſtræ ſpecialem curam ſibi habuiſſe, nec tamen omnem, ſed ſolummodò ſecundùm quid, adeóque dilectiſſimam Patriam noſtram deſideratiſſimo id genus beneficio in hæc uſque tempora nos vel invitos hâc in parte cernere deſtitutam; hujuſmodi culpam ſeu negligentiam Majorum noſtrorum taliter admiſſam omninò ſuſtollere ſeu potiùs corrigere & emendare mecum ego firmiſſimè conſtitui, ac penitiùs inquirere in genuinas fundationes, antiquas origines & progreſſus Monaſteriorum omnium & ſingulorum per univerſam Sueviam noſtram antedictam latiſſimè diſperſorum, eò maximè quòd ab ipſis Chriſtianæ pietatis incunabulis apud Suevos noſtros talis ac tanta ſemper fuerit, atque etiamnùm ſit ſtatus Eccleſiaſtici dignitas ac præſtantia, quanta vel ex ſolo numero Sacrorum Collegiorum ſeu magis Clericalium ac Religioſarum perſonarum in illis ſubſiſtentium poterit conjecturari & abundè cognoſci. Siquidem unicus Conſtantienſis diœceſeos (quæ totam Sueviam cis- & trans-Danubianam juriſdictione Eccleſiaſtica ſibi ſubditam habet & comprehendit) diſtrictus jam olim ſub annum gratiæ circiter 1430. (teſte Jacobo Merck in Chron. Conſtant. fol. 368) præter Collegiatas Eccleſias ſeculares numeravit Monaſteria 350. Sacerdotes item tùm Seculares tùm Regulares 17000. de quo quidem jucundiſſimo rerum ſtatu ſcripſerunt plures utputà Caſparus Bruſchius de Monaſt. German. Cent. 1. Anno 1551. Ingolſtadii in fol. editam: Martinus Cruſius in Annalibus Sueviæ tripartitis Anno 1595. Francofurti itidem in fol. recuſis. Carolus Stengelius Abbas in Comment. rerum Auguſtanarum 1647. typis Ingolſtadianis in 4. impreſſo. Martinus Zeillerus in Topographia Sueviæ 1645. Francofurti Germanicè in fol. vulgata; Gabriel Bucelinus in German. Topo-Chrono-Stemmato Graphica Anno 1655. Auguſtæ Vind. in fol. excuſâ: qui tamen Hiſtoriographi omnes iſti non recenſent omnia, ſed potiora ſolùm huiusmodi Collegia depromunt ac Monaſteria, & quidem iſta aliis ſolùm Hiſtoriis paſſim immixta, hoc autem, quod hic damus ex profeſſo coordinatum integrum corpus eſt. Illorum (comparatione) res ſi non paucæ ſaltem multæ non ſunt, noſtrum autem hoc opus comprehendit omnia, quæ

tam

tam ex libris iam olim editis, quàm ex aliis nondum in lucem editis, ut & compluribus m. ſſ. diverſiſque documentis hactenùs in abſcondito ſervatis fuerunt in id collecta.

Sanè tellus ſeu Regio noſtra Suevica præ reliquis Germaniæ Provinciis inclyta non ſolùm plura, ſed & illuſtriſſima quoque habet ſacra Collegia ac Monaſteria: ex quibus jam ſuperioribus ſeculis prodierunt viri non ſolùm rarâ vitæ ſanctitate perſpicui, ſed & in omni doctrinarum genere clariſſimi, ſpectatiſſimi &c. &c. qui hactenus ſuffulſerunt & ſervârunt domum Domini ſeu Eccleſiam & doctrinam illius in fide ſanam & integram &c. &c. Crediderim ego ter quatérque felicem adminiſtrationem contuberniorum illorum, quæ in gubernatione tales habent viros, qui non ex agris aut paterno rure, ſed ex Helicone, ubi annis compluribus Phœbo Musíſque operam navârunt, accerſuntur ad captandos regiminis faſces ſeorſim delecti. Omninò enim homines à litterarum humanitate alienos vix homines dicere poſſum: & experientiâ ipsâ manifeſtum eſt, infelicem eſſe Rempublicam, quidni etiam religioſam Congregationem, in qua viris prudentibus, doctis, litteratíſque locus, dignitas & honor à potentioribus & locupletioribus præripitur? Vult autem ipſa ſocietas tam religioſa quàm politica inſtitutis boníſque legibus contineri, quas certum eſt non litterarum ignaros homines dictare atque conſervare, ſed prævideri, conſiderari & in medium proponi, quæ toti communitati ſalutaria ſint, ab hominibus ſapientiâ præditis & prudentia, quam non à natura haurimus & accipimus, ſed multò maximè ex profundis Aſceticorum, Philoſophorum, Hiſtoricorum, ac Jurisperitorum monumentis, bonis litteris acceptam referimus. Flagitat etiam ipſa ſalus Eccleſiæ & Religionis, hoc præſertim turbulento tempore inter tot hæreſes miſerè periclitantis, ut faſces gerant, & reliquis præſint, illi præſertim, qui doctrinæ laude fulgent inclyti ac de controverſiis judicare peritiſſimi, proin verum à falſo ſecernere doctiſſimi: cùm aliàs quæcunque ab heterodoxis obtruduntur, ab imperitis protinus acceptari & probari, ſi utcunque humanæ rationi plauſibilia & congrua videantur eſſe, licet cum ſana doctrina ex diametro pugnent, non ſine dolore comperiamus. Eſt enim Magiſtratus pij & Chriſtiani, nedum Religioſi, munus atque officium, non ſolùm ſecundæ in Lege divina tabulæ, ſed etiam primæ cuſtodem eſſe, ut in vita communi externa diſciplina conſervetur, in Eccleſia Religio vera, ſana, & à fermento hæreticorum pura, ut & verus DEI cultus ad præſcriptum & normam ejus Verbi omnibus partibus integer retineatur, ſimul & propagetur. Quæ duo conjuncta & neceſſitudine inter ſe devincta quamdiu in communitate vigere cernimus, tantiſper eam beatiſſimam eſſe omni ſanorum hominum judicio prædicare non dubitamus, & conſtanter aſſerimus absque litterarum, linguarum & artium ſtudiis fidis Eccleſiæ & Religioſæ vitæ famulabus congregationem ſalvam eſſe non poſſe.

Verùm

Verùm ut ad priora redeamus, ſuperiori ætate Monaſteriorum in Suevia noſtra tanta fuit utilitas, ut ſucceſſu temporis etiã Congregationes integræ & quidem inter Immediatos Imperij Status hodie recenſitæ fuerint illis adſtructæ: cujus rei exemplo nobis ſunt Buchaugienſis, Campidonenſis, Lindavienſis, Hallenſis, Wimpinenſis &c. &c. quod etiam confirmat B. Rhenanus lib. 2. Rerum Germanicarum ita ſcribens: *Occaſione Cœnobiorum in Germanicis Provinciis oppida iſta fieri cœperunt.* Demùm ut paucis dicam, accuratiùs in huiuscemodi hiſtorias ſacras inquirere animum induxi, ita tamen, ut non abſonum fidei ducam, quîn à nobis ut humana fert conditio ſive dormitantibus ſive hallucinantibus quædam litteris ſint prodita, quæ doctiorum, ſi qui fortè labores noſtros non contempſerint, ungue notari poſſint, ut nemo facilè queat omne offenſionis aut prolapſionis aut errationis periculum evitare. Perſapienter enim Quintilianus monet, *Legentes non ſibi perſuadeant omnia, quæ magni Authores dixerunt, eſſe perfecta. Nam & labuntur aliquando & oneri cedunt.* Hoc minutis Authoribus quanto debet eſſe ſolatio! Omnium memoriam habere & in nullo penitus peccare divinitatis eſt potiùs, quàm humanitatis, inquit Juſtinianus Imperator. Non erubeſcimus igitur nos hominum ſimiles confiteri, id eſt lapſos alicubi & labi poſſe, & meminimus unum eſſe Deum Sapientiæ fontem, qui decipi non poteſt. Igitur ſi hîc aliquando lapſus tibi videor, ignoſce Lector. Hallucinatum enim eſſe, aut etiam ad amuſſim vidiſſe in rebus, quas adjecit fugitiva oblivio, veniam habet; appoſitè illud Varronis adſcribo. *Non mediocres tenebræ in ſilvas ubi hæc captanda neque eo, quo perverſæ volumus ſemitæ tritæ, neque non in tramitibus quædam obiecta euntem poſſent retinere.* Summa omnium eſt, ſi error irrepſit aut lapſus (irrepſiſſe vereri me facit operis difficultas) repeto, ignoſce. Si emendanda quædam, aut expungenda, te Judice, mone, & me volens lubénsque impendam, ut iſta iterum certiora ac politiora te impulſore divulgentur, & quidem in ſecunda libri hujus impreſſione ſeu in Germania Eccleſiaſtica, quæ ſicuti Suevia iſta ſolùm agit de Suevicis, ita illa de omnibus & ſingulis per univerſam Germaniam ſeu totum Romanum Imperium latiſſimè diffuſis Collegiis ſacris ac Monaſteriis brevi pòſt ſecutura.

LICEN-

LICENTIA.

NOS FRIDERICUS DEI gratiâ Sacri Romani Imperij Prælatus Canonicorum Regularium Ordinis S. Auguſtini ad Beat. Virginem in Wettenhauſen Sac. Cæſ. Majeſtatis Conſiliarius & Sacellanus &c. Tenore præſentium facultatem concedimus præſens Opus *Suevia Eccleſiaſtica* intitulatum, atque iſtud à R. D. Franciſco Petro Imperialis Canoniæ noſtræ Wettenhuſanæ Presbytero recèns conſcriptum ad notitiam aliorum juris publici faciendi ac typis evulgandi. In quorum fidem haſce propriâ manûs ſubſcriptione & conſueto Prælaturæ noſtræ ſigno muniri fecimus. In Wettenhauſen die 13. Auguſti Annno 1699.

(L.S.)

FRIDERICUS Præl.

CENSURA ORDINARII.

Cùm ex Sueviâ iſtâ Eccleſiaſticâ in libertatis Clericalis hoſtes ac Jurium Eccleſiaſticorum turbatores arma deſumi, fundationes ab Auguſtiſſimorum, Potentiſſimorum, Sereniſſimorum ac Illuſtriſſimorum Regum & Principum pro amplianda DEI gloria firmanda fide orthodoxa & exinde procurando animarum lucro antehac ex effuſis Clementiis factas Eccleſiis gratiori proponendi methodo fulciri & ab anilibus ac ſomniatis quorundam impreſſionibus ſchematibus, verborum injuriis & aurium plagis glorioſè vindicari poſſint, idcircò pro meritis typo publico commendari & deſuper prælo committi poſſe conceditur. Auguſtæ die 22. Auguſti *1699*.

(L.S.)

FRANCISC. GUILIELMUS AYMAIER,
J. U. D. Canonic. Conſil. & Pœnitentiarius.

INDEX ALPHABETICUS.

Sacrorum Collegiorum ac omnium utriuſque ſexûs Monaſteriorum, quæ in hoc opere recenſentur.

Lit. A.

Maſculini ſexûs.

ADelbergenſe Ordinis Præmonſtratenſis. pag. 1.
Alba Dominorum Ordinis Ciſtercienſis. 17.
Alpirſpacenſe Ordinis S. Benedicti. 51.
Altburgenſe Canonicorum ſecularium. 81.
Altburgenſe PP. Conventualium S. Franciſci. 81.
Altburgenſe Equeſtris Ordinis Teutonici. 81.
Althuſanum ejusdem Ordinis. 83.
Altorffenſe Ordinis S. Benedicti. 83.
Anglibergenſe Ord. Eremit. S. Auguſtini. 88.
Auhuſanum Ordinis S. Benedicti. 88.
Auhuſanum aliud ejusdem Ordinis. 94.
Auhuſanum Ordinis S. Pauli primi Eremitæ. 95.
Argenhattenſe ejusdem Ordinis. 96.
Augienſe Ord. S. Benedicti. 96.
Augienſe aliud Ordinis Præmonſtratenſis. 99.
Auguſtanum S. Annæ Societatis Jeſu. 99.
Auguſt. S. Crucis Can. Reg. S. Auguſtini. 101.
Auguſt. S. Dominici Ordinis Prædicatorum. 103.
Auguſtanum S. Franciſci PP. Conventualium. 104.
Auguſt. SS. Franciſci & Gualfardi PP. Capuc. 105.
Auguſt. S. Georgij Can Reg. S. Auguſtini. 105.
Auguſt. S. Gertrudis Can. Secularium. 106.
Auguſt. S. Joſephi PP. Carmelit. Diſcalceat. 107.
Auguſt. S. Mariæ Cathedrale Can. ſecular. 108.
Auguſtanum S. Mauritij Can. ſecularium. 110.
Auguſtanum S. Petri Can. ſecularium. 111.
Auguſtanum S. Salvatoris Societatis Jeſu. 112.
Auguſt. S. Sepulchri PP. Recollect. S. Franciſci. 112.
Auguſt. SS. Udalrici & Afræ Ord. S Benedicti. 115.
Auracenſe Clericorum vitæ communis. 119.
Auracenſe Ordinis incerti. 120.

Fæminini ſexûs.

Adelbergenſe Ordinis Præmonſtratenſis. 17.
Adelhuſanum Ordinis S. Dominici. 17.
Alba Dominarum Ord. S. Benedicti. 17.
Altburgenſe Ord. S. Dominici. 81.
Altenſtattenſe Ordinis ejuſdem. 82.
Altheimenſe Tertij Ordinis S. Franciſci. 82.
Althemenſe Ordinis S. Dominici. 82.
Altorffenſe ejuſdem Ordinis. 83.
Anipthuſianum Ordinis S. Benedicti. 88.
Artzingenſe Franciſcanum Tertij Ordinis. 96.
Augienſe Ordinis Præmonſtratenſis. 98.
Auguſtanum S. Catharinæ Ord. S. Dominici. 10[illegible].
Auguſt. in Harburgg Tertij Ord. S. Franciſci. 107.
Auguſt. S. Margarethæ Ord. S. Dominici. 108.
Auguſt. S. Martini Franciſcanum Tertij Ord. 109.
Auguſtanum S. Nicolai Ord. S. Benedicti. 111.
Auguſt. ad Stellam. Franciſcanum tertij Ord. 113.
Auguſtanum S. Stephani Can. ſecularium. 114.
Auguſtanum S. Urſulæ Ord. S. Dominici. 119.
Auracenſe ejuſdem Ordinis. 119.
Auracenſe Tertij Ordinis S. Franciſci. 120.

Lit. B.

Bachenſe Clericorum vitæ communis. pag. 120.
Backnangenſe Canonicorum ſecularium. 121.
Badenſe Can. ſecularium. 123.
Badenſe PP. Cappucinorum S. Franciſci. 124.
Badenſe Societatis Jeſu. 126.
Bebenhuſanum Ord. Ciſtercienſis. 126.
Beneducenſe Ordinis Præmonſtratenſis. 158.
Bettenbrunnenſe Can. ſecularium. 161.
Beyronenſe Can. Reg. Ord. S. Auguſtini. 163.
Beutelſpacenſe Canonic. ſecularium. 163.
Bezavienſe PP. Capucinorum S. Franciſci. 164.
Biberacenſe ejuſdem Ordinis. 164.
Binnickheimenſe PP. Recollect. S. Franciſci. 174.
Badenſe Can. Reg. Ord. S. Auguſtini. 123.
Balingenſe Ord. S. Dominici. 126.
Balingenſe Franciſcanum Tertij Ordinis. 126.
Bechium Ordinis ejuſdem. 157.
Beravienſe Ord. S. Benedicti. 158.
Berckfeldenſe Ord. S. Dominici. 159.
Bergenſe Ord. S. Benedicti. 159.
Bergenſe aliud Ordinis incerti. 161.
Beurenſe Ord. S. Benedicti. 162.
Beurenſe Franciſcanum Tertij Ordinis. 162.
Biberacenſe ejuſdem Ordinis. 170.
Binneckheimenſe ejusdem Ordinis. 174.
Binsdorffenſe Ord. S. Dominici. 175.

Maſculini ſexûs.

S. Blaſij Ordinis S. Benedicti. 175.
Blawbeurenſe ejuſdem Ordinis. 178.
Bollenſe Can. ſecularium. 194.
Bondorffenſe Ord. S. Pauli primi Eremitæ. 195.
Brackenheimenſe Can. ſecularium. 196.
Brackenheimenſe aliud eorundem Canonic. 196.
Breſſanum PP. Capucinorum. 197.
Breſſanum Societatis Jeſu. 197.
Brigantinum Ordinis S. Benedicti. 197.
Birgantinum PP. Cappucinorum. 200.
Briſacenſe Can. ſecularium. 201.
Briſacenſe PP. Eremit. Ord. S. Auguſtini. 203.
Briſacenſe Ord. S Franciſci PP. Conventual. 203.
Briſacenſe PP. Cappucinorum S. Franciſci. 203.
Briſacenſe Franciſcanum Tertij Ordinis. 204.
Bruchſellanum Can. ſecularium. 204.
Bruchſellanum PP. Capucin. S. Franciſci. 205.
Burcfeldenſe Can. Reg. S. Auguſtini. 208.
Burckenſe Ordinis incerti. 208.
Buronenſe Can. Reg. Ord. S. Auguſtini. 208.
Buxheimenſe Ordinis Cartuſiani. 224.

Fæminini ſexûs.

Blawbeurenſe Ord. S. Benedicti. 193.
Boldringenſe ejusdem Ordinis. 194.
Bondorffenſe ejusdem Ordinis. 196.
Boſelbergenſe Ord. Eremit. S. Auguſtini. 196.
Brigantinum Ordinis S. Benedicti. 200.
Brigantinum Franciſcanum Tertij Ordinis. 202.
Buchaugienſe Can. ſecularium. 205.
Bulachenſe Tertij Ordinis S. Franciſci. 207.
Burgenſe Ordinis Præmonſtratenſis. 208.

Lit. C.

Cæſarienſe Ordinis Ciſtercienſis. 224.
Campidonenſe Ord. S. Benedicti. 225.
Cella S. Mariæ Can. Reg. S. Auguſtini. 233.
Cellenſe Can. ſecularium. 239.
Cellenſe PP. Capucinorum S. Franciſci. 241.
Chriſtgartenſe Ordinis Cartuſiani. 242.
Conſtantienſe Cathedrale Can. ſecularium. 242.
Conſtantienſe S. Joannis Can ſecularium. 245.
Conſtantienſe S. Stephani Can ſecularium. 245.
Conſtantienſe Scotorum Ord. S. Benedicti. 246.
Conſtantienſe PP. Ord. Dominici Prædicat. 246.
Conſtant. Ordinis Eremit. S. Auguſtini. 247.
Conſtant. PP. Conventualium S. Franciſci. 247.
Conſtantienſe PP. Capucinorum S. Franciſci. 248.
Conſtantienſe Societatis Jeſu. 248.
Creuzlingenſe Can. Reg. S. Auguſtini. 252.
Cronweinbergenſe PP. Recollect. S. Franciſ. 256.

Campidonenſe Tertij Ordinis S. Franciſci. 222.
Caſtelbergenſe Ord. S. Benedicti. 232.
Conſtantienſe Ordinis ejusdem. 251.
Conſtantienſe S. Petri Ord. S. Dominici. 251.
Conſtantienſe in Zoffingen ejusdem Ordinis. 251.
Conſtantienſe Bonæ Adelheidis Ord. Eremit. S. Auguſtini. 252.
Conſtantienſe S. Catharinæ ejusdem Ordinis. 252.

Lit. D.

Dachenhuſanum Clericorum vitæ comunis. 256.
Deckingenſe Ord. S. Benedicti. 257.
Denckendorfenſe Can. Reg. S. Auguſtini. 259.
Deffingenſe Canonicorum ſecularium. 280.
Dilinganum Can. ſecularium. 280.
Dilinganum Societatis Jeſu. 280.
Dilinganum PP. Capucin. S. Franciſci. 280.
Donawerdanum Ord. S. Benedicti. 287.
Donawerdanum Societatis Jeſu. 288.
Donawerdanum Ordinis Teutonici. 290.
Donawerdanum PP. Capucinorū S. Franciſ. 290.
Dünckelſpülanum Carmelit. Frat. B. Virg. 291.
Dünchelſpülanum PP. Capucin. S. Franc. 291.
Duellium Ordinis S. Benedicti. 292.

Dilinganum Ordinis S. Dominici. 286.
Dilinganum Tertij Ordinis S. Franciſci. 286.
Donawerdanum Ordinis S. Benedicti. 290.
Dornſtettenſe Ord. S. Dominici. 291.
Dornſtettenſe Tertij Ordinis S. Franciſci. 291.
Dotterenhuſanum ejusdem Ordinis. 291.
Dürinwangenſe ejusdem Ordinis. 292.

Index Alphabeticus,

Maſculini ſexûs. / *Fœminini ſexûs.*

Lit. E.

Eberſteinenſe Ordinis S. Benedicti. 292.
Ebnitenſe Ordinis S. Pauli primi Eremitæ. 293.
Eckenſe Ordinis Ciſtercienſis. 294.
Ehingenſe ad Danubium Can. ſecularium. 297.
Ehingenſe ibidem PP. Reformat. S. Franciſci, 298.
Ehingenſe ad Nicarum Can. ſecularium. 299.
Eichenbrunnenſe Ordinis S. Benedicti. 303.
Elchingenſe Ordinis ejusdem. 303.
[illegible]erinium Ordinis ejusdem. 310.
Elvacenſe Canonicorum ſecularium. 310.
Elvacenſe Societatis Jeſu. 310.
Endingenſe PP. Recollectorum S. Franciſci. 314.
Engelbergenſe Ordinis incerti. 315.
Engelthalenſe Ordinis S. Pauli primi Eremitæ. 315.
Engenſe PP. Capucinorum. 315.
Entringenſe Ordinis ejuſdem. 318.
Erdlingenſe Ordinis Melitenſis. 318.
Ertingenſe Clericorum vitæ communis. 318.
Eqlingenſe PP. Dominicanorum. 318.
Eqlingenſe PP. Conventualium S. Franciſci. 320.
Eqlingenſe Ord. Eremit. S. Auguſtini. 320.
Eqlingenſe Carmelit. Fratrum B. Virginis. 320.
Eqlingenſe Ordinis incerti. 320.
Etlingenſe Societatis Jeſu. 324.
Ettenheimenſe Ordinis S. Benedicti. 322.

Ebingenſe Tertij Ordinis S. Franciſci. 293.
Edelſtettenſe Can. ſecularium. 294.
Egesheimenſe Tertij Ord. S. Franciſci. 297.
Ehingenſe ad Danubium ejusdem Ordinis. 299.
Ehingenſe ad Nicarum ejusdem Ordinis. 203.
Elchingenſe Ordinis S. Benedicti. 309.
Engelthalenſe Ordinis incerti. 317.
Engenſe Ord. S. Dominici. 316.
Eunedachenſe ejusdem Ordinis. 317.
Engſchlatenſe ejusdem Ordinis. 317.
Eqlingenſe ejusdem Ordinis. 321.
Eqlingenſe Ordinis S. Claræ. 322.
Eyttingenſe Franciſcanum Tertij Ordinis. 324.

Lit. F.

Faucenſe Ord. S. Benedicti. 324.
Faucenſe PP. Reformat. Ord. S. Franciſci. 330.
Faucenſe Societatis Jeſu. 332.
Fauredanum Clericorum vitæ communis. 332.
Feuchtwangenſe Canonicorum ſecularium. 332.
Feuerſpergenſe PP. Recollect. S. Franciſci. 332.
Friburgenſe Can. Reg. Ord. S. Auguſtini. 333.
Friburgenſe PP. Dominicanorum. 334.
Friburgenſe Ord. Eremit. S. Auguſtini. 334.
Friburgenſe Societatis Jeſu. 334.
Friburgenſe Ordinis Cartuſiani. 334.
Friburgenſe PP. Capucin. S. Franciſci. 334.
Friburgenſe PP. Reformat. S. Franciſci. 334.
Friburgenſe Ord. S. Guilielmi Eremit. 336.
Friburgenſe Ordinis Equitum Melitenſis. 337.
Friburgenſe Equeſtris Ordinis Teutonici. 337.
Friburgenſe Hoſpitaliorum Ord. S. Anton. 338.
Frickenhuſanum Tertij Ordinis S. Franciſci. 339.
Fultenbacenſe Ordinis S. Benedicti. 342.

Friburgenſe ad S. Agnetem Ord. S. Dominici. 338.
Friburgenſe ad S. Catharinam Ordinis ejusd. 338.
Friburgenſe in Vallo ejusdem Ordinis. 338.
Friburgenſe Ord. Eremit. S. Auguſtini. 338.
Friburgenſe Ord. S. Claræ. 338.
Fridenweilerenſe Ordinis Ciſtercienſis. 339.

Lit. G.

Gamundianum Can. ſecularium. 343.
Gamundianum PP. Cappucinorum. 343.
Gamundianum PP. Dominicanorum. 343.
Gamundianum Ord. Eremit. S. Auguſtini. 343.
Gamundianum PP. Conventual. S. Franciſci. 344.
Gengenbachenſe Ordinis S. Benedicti. 346.
S. Georgij Ordinis ejuſdem. 348.
S. Geroldi Ordinis ejusdem. 351.

Gabelſteinenſe Ordinis incerti. 342.
Gamundianum Tertij Ordinis S. Franciſci. 345.
Geislingenſe ejusdem Ordinis. 346.
Giengenſe ejuſdem Ordinis. 352.
Giengenſe Ord. Eremit. S. Auguſtini. 352.
Glattheimenſe Tertij Ordinis S. Franciſci. 353.
Gnadencellenſe Ord. S. Dominici. 353.
Gnadenthalenſe Ordinis Ciſtercienſis. 362.

Maſculini ſexûs.

Gerſpacenſe PP. Cappucinorum S. Franciſci. 352.
Goeppirgenſe Can. ſecularium. 363.
Goldbachenſe Ord. S. Pauli primi Eremitæ. 363.
Gottſaugienſe Ordinis S. Benedicti. 364.
Grienenbachenſe Can. ſecularium. 367.
Grienenwaldenſe Ord. S. Pauli primi Eremit. 367.
Grüeningenſe Ordinis S. Spiritus. 366.
Günzburgenſe PP. Capucinorum. 372.
Gundelbacenſe Ordinis incerti. 373.
Gundelfingenſe Can. ſecularium. 373.
Gutenſteinenſe Ordinis Cartuſiani. 375.

Fæminini ſexûs.

Gornheimbenſe tertij Ordinis S. Franciſci. 363.
Gotteſcellenſe Ord. S. Dominici. 365.
Graffenhuſanum Ord. S. Benedicti. 365.
Grefingenſe Tertij Ordinis S. Franciſci. 366.
Grieningenſe Ord. S. Dominici. 366.
Gruelenſe Ordinis ejusdem. 371.
Günzburgenſe Franciſcanum Tertij Ordinis. 372.
Gundelfingenſe Ord. Eremit. S. Auguſtini. 373.
Guetencellenſe Ordinis Ciſtercienſis. 375.
Guntlerthalenſe Ordinis Ciſtercienſis. 374.

Lit. H.

Hailbronenſe Ordinis Teutonici. 378.
Hailbronenſe Carmelit. Frat. B. Virg. 378.
Hailbronenſe PP. Recollectorum S. Franc. 380.
Halenſe equeſtris Ordinis Melitenſis. 382.
Halenſe PP. Conventualium S. Franciſci. 382.
Halnauſwerthenſe Tertij Ordinis S. Franciſc. 384.
Haslachenſe PP. Capucinorum S. Franciſci. 384.
Hauſachenſe PP. Conventualium S. Franc. 386.
Hechingenſe Canonicorum ſecularium. 387.
Hechingenſe PP. Recollectorum S. Franciſci. 387.
Hedingenſe PP. Reformat. S. Franciſci. 388.
Heidelbergenſe Can. ſecularium. 389.
Heidelbergenſe PP. Dominicanorum. 390.
Heidelbergenſe PP. Recollect. S. Franciſci. 391.
Heildelbergenſe Ord. Eremit. S. Auguſtini. 390.
Heidelbergenſe Societatis Jeſu. 395.
Heidelbergenſe PP. Capucinorum. 395.
Heidenheimenſe Ord. S. Benedicti. 396.
Heidenheimenſe PP. Capucinorum. 401.
Helfenſteinenſe Franciſcanum Tertij Ord. 401.
Herligenbergenſe Ordinis Teutonici. 397.
Heiligenbergenſe Franciſcanum Tertij Ord. 398.
Hemmendorffenſe Ordinis Teutonici. 401.
Henenbergenſe Can. ſecularium. 412.
Herbrechtingenſe Can. Reg. S. Auguſtini. 404.
Herriedenſe Canonic. ſecularium. 415.
Herriedenſe Franciſcanum Tertij Ordinis. 415.
Hirſaugienſe Ord. S. Benedicti. 416.
Hofenſe ejuſdem Ordinis. 444.
Horbenſe Can. ſecularium. 446.
Horbenſe PP. Reformatorum S. Franciſci. 446.
Huſenſe Can. ſecularium. 448.

Habſtallenſe Ordinis S. Dominici. 376.
Haigerlochenſe ejusdem Ordinis. 378.
Hailbronnenſe Ordinis S. Claræ. 380.
Halenſe equeſtris Ordinis Melitenſis. 382.
Halenſe Franciſcanum Tertij Ordinis. 382.
Halenſe Ordinis incerti. 383.
Helffenſteinenſe Franciſcanum Tertij Ord. 401.
Herdenheimenſe ejuſdem Ordinis. 401.
Heppacenſe Ordinis Ciſtercienſis. 402.
Hercinianum Ordinis S. Benedicti. 410.
Hercinianum aliud ejusdem Ordinis. 411.
Herrmanſpergenſe Tertij Ord. S. Franciſci. 411.
Hermaringenſe ejusdem Ordinis. 412.
Henenbergenſe Ordinis S. Dominici. 414.
Himmelreich Ordinis incerti. 416.
Hirſchtalenſe Ordinis S. Dominici. 440.
Hocholdingenſe Franciſcanum Tertij Ord. 443.
Holzenſe Ordinis S. Benedicti. 445.
Horbenſe Franciſcanum Tertij Ordinis. 446.
Horbenſe aliud ejuſdem Ordinis. 447.
Hürrlingenſe Ord. S. Dominici. 448.

Lit. I.

Imenſtadienſe PP. Capucinorum S. Franciſci. 448.
Iſnenſe Ord. S. Benedicti. 452.

Inzofienſe Can. Reg. S. Auguſtini. 449.
Iſnenſe Ordinis S. Benedicti. 453.
Ittingenſe Franciſcanum Tertij Ordinis. 453.

Lit. K.

Kapffenburgenſe Ordinis Teutonici. 453.
Kaufbeurenſe Societatis Jeſu. 454.
Kauffungenſe Ord. S. Benedicti. 457.
Kinzingenſe Equitum Ordinis Melitenſis. 458.
Kinzingenſe PP. Reformat. Ord. S. Franciſci. 458.
Kircheimenſe PP. Dominicanorum. 461.

Kaufbeurenſe Franciſcanum tertij Ord. 455.
Kilchbergenſe Ord. S. Dominici. 459.
Kirchbacenſe Ordinis Ciſtercienſis. 458.
Kircheimenſe Ordinis ejuſdem. 461.
Kircheimenſe Ord. S. Dominici. 461.
Kisleggenſe Franciſcanum Tertij Ordinis. 470.

Maſculini ſexûs.

Kniebiſenſe Ordinis S. Benedicti. 470.
Konigsbronnenſe Ord. Ciſtercienſis. 471.
Kraffthalenſe Ordinis ejuſdem. 491.

Lit. L.

Lahrenſe Can. ſecularium. 492.
Lagenargenſe PP. Capucinorum. 493.
Lagnovienſe Ord. S. Pauli primi Eremitæ. 493.
Lauffenburgenſe PP. Capucinorum. 496.
Lavinganum Ord. Eremit. S. Auguſtini. 498.
Lauringenſe Ordinis ejuſdem. 500.
Leobergenſe RR. PP. Recollect. S. Franciſci. 509.
Lenzfridanum PP. Recollect. S. Franciſci. 501.
Liezheimenſe Ord. S. Benedicti. 520.
Limpurgenſe Canonic. ſecularium. 521.
Lindavienſe PP. Conventualiū S. Franciſci. 534.
Lindavienſe PP. Capucinorum. 535.
Lindavienſe Societatis Jeſu. 535.
Lorchenſe Can. ſecularium. 535.
Lorchenſe Ordinis S. Benedicti. 536.
Luckesheimenſe Ordinis ejusdem. 559.
Lyocampeſtre PP. Recollect. S. Franciſci. 559.

Lit. M.

Mahlbergenſe PP. Capucinorum. 560.
Marchdorffenſe Can. ſecularium. 562.
Marchdorffenſe PP. Capucinorum. 562.
Marchtalenſe Ordinis Præmonſtratenſis. 563.
Maria Maja PP. Conventualium S. Franciſci. 567.
Maulbrunnenſe Ord. Ciſtercienſis. 568.
Meckmühlenſe Canonicorum ſecularium. 606.
Medlingenſe PP. Dominicanorum. 607.
Meinaugienſe equeſtris Ord. Teutonici. 609.
Memmingenſe Can. Reg. S. Auguſtini. 613.
Memmingenſe *Ordinis* S. *Spiritûs.* 609.
Memmingenſe Ordinis Eremit. S. Auguſtini. 613.
Memmingenſe Societatis Jeſu. 614.
Memmingenſe Ord. Hoſpital. S. Antonij. 612.
Mengenſe Ordinis S. Guilielmi Eremitæ. 618.
Mergartenſe *Ordinis* Melitenſis. 618.
Mezingenſe Canonicorum ſecularium. 619.
Mochenthalenſe *Ordinis* S. Benedicti. 619.
Moeskirchenſe PP. Capucinorum. 620.
Mündelheimenſe Societatis Jeſu. 622.
Murrhartenſe Ordinis S. Benedicti. 624.

Lit. N.

Nellingenſe Canonicorum ſecularium. 630.
Neoburgenſe equeſtris *Ordinis* Melitenſis. 630.
Neoburgenſe *PP.* Capucinorum. 631.
Neoburgenſe Ordinis Hoſpital. S. Antonij. 631.
Neoſtadienſe *PP.* Capucinorum. 633.
Neresheimenſe *Ordinis* S. Benedicti. 634.
Nicro-Ulmenſe *PP.* Capucinorum. 638.
Nördlingenſe equeſtris *Ordinis* Teutonici. 638.
Nördlingenſe Carmelit. Fratrum B. Virginis. 639.
Nördlingenſe PP. Conventualiū S. Franciſci. 640.

Fœminini ſexûs.

Lit. L.

Laizenſe Franciſcanum Tertij Ordinis. 492.
Langenſteinbachenſe Ordinis incerti. 493.
Lauffenſe Ordinis Præmonſtratenſis. 497.
Lavinganum *Ordinis* Ciſtercienſis. 499.
Lenzfridanum Tertij Ordinis S. Franciſci. 506.
Leutkirchenſe ejuſdem *Ordinis.* 510.
Lewenthalenſe Ordinis S. Dominici. 511.
Liechtenſteinenſe Ordinis Ciſtercienſis. 511.
Liechtenthalenſe ejuſdem *Ordinis.* 520.
Lindavienſe Canonicorum ſecularium. 525.
Lindavienſe Franciſcanum Tertij *Ordinis.* 534.
Lindavienſe Ordinis incerti. 534.
Lobenfeldenſe. Ord. S. Benedicti. 535.

Lit. M.

Mauldorffenſe Franciſcanum Tertij Ordinis. 563.
Marchthalenſe Ordinis Præmonſtratenſis. 566.
Marpacenſe Ordinis incerti. 568.
Margrethuſanum Tertij Ordinis S. Franciſci. 567.
Medingenſe *Ordinis* S. Dominici. 607.
Memmingenſe Ord. Eremit. S. Auguſtini. 615.
Memmingenſe Franciſcanum Tertij *Ordinis.* 615.
Monheimenſe *Ordinis S.* Benedicti. 622.
Mündelheimenſe Franciſcanum Tertij *Ord.* 623.
Munderkingenſe ejuſdem *Ordinis.* 624.

Lit. N.

Nagoltenſe Ord. S. Dominici. 630.
Neoburgenſe Ord. S. Benedicti. 633.
Negdingenſe *Ordinis* Ciſtercienſis. 638.
Nordſtettenſe Franciſcanum Tertij *Ord.* 640.

Index Alphabeticus.

Maſculini ſexûs. | *Fœminini ſexûs.*

Lit. O.

Oberendorffenſe Ord. Eremit. S. Auguſtini. 641.
Ochſenhuſanum Ord. S. Benedicti. 644.
Odenheimenſe Can. ſecularium. 644.
Oeningenſe Can. Reg. S. Auguſtini. 645.
Oettingenſe equeſtris Ord. Teutonici. 646.
Oettingenſe Societatis Jeſu. 647.
Offenburgenſe PP. Capucinorum. 648.
Offenburgenſe PP. Convent. S. Franciſci. 648.
Omnium Sanctorum Ord. Præmonſtratenſis. 651.
Oppenavienſe PP. Capucinorum. 657.
Otterſwiranum Societatis Jeſu. 658.

Oberſterfeldenſe Canonicorum ſecularium. 643.
Oglſpeurenſe Franciſcanum Tertij Ordinis. 649.
Owenſe Can. Reg. S. Auguſtini. 658.

Lit. P.

Pappenheimenſe Ord. Eremit. S. Auguſtini. 659.
S. Petri Ordinis S. Benedicti. 660.
Petruſianum ejusdem Ordinis. 661.
Pforzheimenſe Can. ſecularium. 664.
Pforzheimenſe Can. Reg. S. Auguſtini. 664.
Pforzheimenſe PP. Dominicanorum. 665.
Pforzheimenſe Ord. Eremit. S. Auguſtini. 665.
Pforzheimenſe PP. Recollect. S. Franciſci. 666.
Pforzheimenſe Ord. S. Spiritûs. 664.

S. Petri Ord. S. Dominici. 661.
Pforzheimenſe Ordinis Ciſtercienſis. 667.
Pforzheimenſe Ord. S. Dominici. 667.
Pfullendorffenſe ejuſdem Ordinis. 667.
Pfullendorffenſe Franciſcanum Tertij Ord. 668.
Pfullingenſe Ordinis S. Claræ. 668.
Poudenſe Ordinis Ciſtercienſis. 698.

Lit. R.

Ravenſpurgenſe Carmelit. Fratrum B. Virg. 699.
Ravenſpurgenſe PP. Capucinorum. 700.
Reichenbachenſe Ord. S. Benedicti. 703.
Reutlingenſe PP. Convent. S. Franciſci. 711.
Rhenofeldenſe Can. Secularium. 712.
Rhenofeldenſe PP. Capucinorum. 713.
Riederenſe Can. Reg. S. Auguſtini. 715.
Riedfeldenſe PP. Recollect. Ord. S. Franc. 720.
Riedlingenſe PP. Capucinorum. 720.
Ripplinſaugienſe Ord. S. Benedicti. 722.
Roggenburgenſe Ordinis Præmonſtratenſis. 722.
Rothaldenſe Ord. S. Pauli primi Eremitæ. 724.
Rothenſe Ordinis Præmonſtratenſis. 725.
Rothenſe Ordinis S. Benedicti. 726.
Rottenburgenſe PP. Capucinorum. 729.
Rottenburgenſe PP. Carmelit. Frat. B. Virg. 728.
Rottenburgenſe Societatis Jeſu. 730.
Rottwilanum PP. Capucinorum. 734.
Rottwilanum PP. Dominicanorum. 733.
Rottwilanum Equeſtris Ordinis Melitenſis. 733.
Rottwilanum Societatis Jeſu. 735.

Rangendingenſe Ordinis S. Dominici. 699.
Ravenſpurgenſe Tertij Ordinis S. Franciſci. 701.
Rechentshofenſe Ordinis Ciſtercienſis. 702.
Reitenbachenſe Franciſcanum Tertij Ord. 707.
Reutenſe Ord. S. Dominici. 707.
Reutenſe Franciſcanum Tertij Ordinis. 711.
Reutlingenſe Ordinis S. Claræ. 712.
Reutlingenſe Ordinis incerti. 711.
Reutlingenſe aliud Ordinis incerti. 712.
Riederenſe Can. Reg. Ord. S. Auguſtini. 720.
Riedlingenſe Franciſcanum Tertij Ordnis. 721.
Roggenburgenſe Ordinis Præmonſtratenſis. 724.
Rosdorffenſe Franciſcanum Tertij Ordinis. 725.
Rothenſe Ordinis Præmonſtratenſis. 726.
Rottenburgenſe Ordinis incerti. 731.
Rottenburgenſe aliud itidem Ordinis incerti. 732.
Rottwilanum Ord. S. Dominici. 734.

Lit. S.

Salemitanum Ordinis Ciſtercienſis. 736.
Saulgenſe PP. Reform. Ord. S. Franciſci. 737.
Schaffhuſianum Ord. S. Benedicti. 738.
Schaffhuſianum Ord. Eremit. S. Auguſtini. 739.
Schaffhuſianum Carmelit. Fratr. B. Virg. 739.
Schaffhuſianum PP. Conventual. S. Franc. 739.
Schaffhuſianum Ordinis Melitenſis. 739.
Schaffhuſianum Ordinis incerti. 740.
Schönaugienſe Ordinis Ciſtercienſis. 740.

Salmanshofienſe Tertij Ord. S. Benedicti. 737.
Schaffhuſianum Ordinis S. Benedicti. 739.
Schönenfeldenſe Ordinis Ciſtercienſis. 741.
Schorendorffenſe Franciſcanum Tertij Ord. 742.
Seckingenſe Canonicorum ſecularium. 744.
Seckingenſe Franciſcanum Tertij Ordinis. 748.
Seflingenſe Ordinis S. Claræ. 748.
Siefenſe Ord. S. Dominici. 750.
Silchenſe ejuſdem Ordinis 750.

Schön-

Maſculini ſexûs.

Schönbuchianum Clericorum vitæ comunis. 740.
Schorendorffenſe Ordinis incerti. 742.
Schufferenſe Ord. S. Benedicti. 742.
Schwarzachenſe Ordinis ejuſdem. 744.
Sindelfingenſe Can. Reg. S. Auguſtini. 751.
Sindelfingenſe PP. Recollect. S. Franciſci. 752.
Sinsheimenſe Can. ſecularium. 752.
Swethanum Ordinis Præmonſtratenſis. 753.
Spilbergenſe Ordinis S. Benedicti. 753.
Staufienſe Canonicorum ſecularium. 754.
Stauffenſe PP. Capucinorum S. Franciſci. 754.
Sternbachenſe Ordinis incerti. 755.
Sternenſe Ordinis S. Benedicti. 755.
Sternheimenſe Can. Reg. S. Auguſtini. 755.
Studtgardienſe Can. ſecularium. 783.
Sulzenſe Ord. S. Pauli primi Eremitæ. 787.

Fæminini ſexûs.

Steinheimenſe Ordinis S. Dominici. 755.
Stettenſe Ordinis S. Dominici. 781.
Sulzbergenſe Ord. Eremit. S. Auguſtini. 787.
Sulzbergenſe Ord. S. Benedicti. 787.
Supplingenſe Franciſcanum Tertij Ordinis. 787.

Lit. T.

Tennenbachenſe Ordinis Ciſtercienſis. 788.
Tennenbachenſe Ord. S. Pauli primi Eremitæ. 788.
Thannenſe ejusdem Ordinis. 789.
Todtmoſianum Ord. S. Benedicti. 789.
S. Trudperti ejusdem Ordinis. 789.
Türckheimenſe PP. Capucinorum. 796.
Tubingenſe Ord. Eremit. S. Auguſtini. 793.
Tubingenſe Franciſcanum PP. Recollectorũ. 794.
Tubingenſe Societatis Jeſu. 795.

Thalbachenſe Franciſcanum Tertij Ordinis. 788.
Thalheimenſe ejusdem Ordinis. 789.
S. Trudperti Ordinis S. Benedicti. 793.
Tubingenſe Ordinis S. Benedicti. 795.
Tubingenſe Ordinis incerti. 795.

Lit. V.

Vahingenſe equeſtris Ordinis Teutonici. 796.
Vberlingenſe PP. Capucinorum. 799.
Vberlingenſe Can. ſecularium. 798.
Vberlingenſe PP. Conventualiũ S. Franciſci. 799.
Vberlingenſe Ordinis Melitenſis. 799.
S. Vdalrici Ordinis S. Benedicti. 800.
Veldkirchenſe Ord. S. Benedicti. 802.
Veldkirchenſe PP. Capucinorum. 804.
Veldkirchenſe Societatis Jeſu. 806.
S. Victoris PP. Conventualium S. Franciſci. 806.
Villingenſe Ordinis ejuſdem. 807.
Villingenſe PP. Capucinorum. 808.
Villingenſe Ordinis Melitenſis. 807.
Villingenſe Ord. Hoſpital. S. Antonij. 808.
Vlmenſe Can. Reg. S. Auguſtini. 814.
Vlmenſe Ordinis Ciſtercienſis. 814.
Vlmenſe PP. Dominicanorum. 818.
Vlmenſe PP. recollect. Ord. S. Franciſci. 819.
Vlmenſe equeſtris Ordinis Teutonici. 819.
Vrſinenſe Ordinis S. Benedicti. 823.
Vrſpergenſe Ordinis Præmonſtratenſis. 825.
Vttenburanum Ordinis S. Benedicti. 828.
Vttenweilerenſe Ord. Eremit. S. Auguſtini. 845.

Valdonenſe Ordinis S. Claræ. 796.
Vallis S. Crucis Ordinis Ciſtercienſis. 797.
Vberlingenſe Franciſcanum Tertij Ordinis. 800.
Villingenſe Ordinis S. Claræ. 809.
Villingenſe Ord. S. Dominici. 809.
Villingenſe aliud ejuſdem Ordinis. 809.
Villingenſe Franciſcanum Tertij Ordinis. 813.
Vlmenſe Ordinis S. Claræ. 820.
Vlmenſe Ordinis S. Benedicti. 822.
Vlmenſe Franciſcanum Tertij Ordinis. 821.
Vlmenſe aliud ejusdem Ordinis. 821.
Vlmenſe Ordinis incerti. 822.
Vlmenſe aliud itidem incerti Ordinis. 822.
Vndingenſe Franciſcanum tertij Ordinis. 822.
Vnlingenſe ejuſdem Ordinis. 823.
Vrſpringenſe Ordinis S. Benedicti. 826.
Vttenburanum ejuſdem Ordinis. 845.

Lit. W.

Wagenhuſianum Ordinis S. Benedicti. 846.
Waiblingenſe PP. Recollectorum S. Franc. 846.

Wagenhuſianum Ordinis S. Benedicti. 846.
Weiblingenſe Franciſcanum Tertij Ordinis. 847.

Wald-

Maſculini ſexûs.

Waldkirchenſe Canonicorum ſecularium. 848.
Waldſeenſe Can. Reg. S. Auguſtini. 848.
Waldſeenſe PP. Reformatorum S. Ord. S. Franciſci. 852.
Waldshutenſe PP. Capucinorum. 853.
Wangenſe ejuſdem Ordinis. 854.
Weinbergenſe Ord. Eremit. S. Auguſtini. 858.
Weilerſtadienſe Can. ſecularium. 887.
Weilerſtadienſe PP. Capucinorum. 888.
Weilerſtadienſe *Ord.* Eremit. S. Auguſtini. 888.
Weingartenſe *Ord. S.* Benedicti. 889.
Weiſſenhornenſe PP. Capucinorum. 891.
Wembdingenſe PP. Capucinorum. 891.
Wembdingenſe PP. Conventualiũ *S.* Franc. 891.
Wettenhuſanum Can. Reg. *S.* Auguſtini. 892.
Wiblingenſe *Ordinis S.* Benedicti. 893.
Wimſtinenſe Canonicorum ſecularium. 896.
Wimſtinenſe *Ordinis S. Spiritûs.* 896.
Wimſtinenſe PP. Capucinorum. 898.
Wimſtinenſe *PP.* Dominicanorum. 898.
Winedenſe equeſtris *Ordinis* Teutonici. 898.
Wiſenbachenſe incerti *Ordinis.* 899.
Wiſenſtaigenſe Canonicorum ſecularium. 900.
Wolfeckenſe Canonicorum ſecularium. 908.
Wolfeckenſe Franciſcanum Tertij Ordinis. 910.

Fœminini ſexûs.

Waldenſe Ordinis Ciſtercienſis. 847.
Waldenſe Franciſcanum Tertij Ordinis. 847.
Waldſeenſe Ordinis ejuſdem. 852.
Wannenthalenſe Can. Reg. *S.* Auguſtini. 855.
Warthuſianum Tertij *Ordinis S.* Franciſci. 858.
Weilsdorffenſe Ord. *S.* Dominici. 859.
Weilerenſe ejuſdem *Ordinis.* 859.
Weilerenſe Franciſcanum Tertij *Ordinis.* 870.
Weldenſe Franciſcanum Tertij *Ordinis.* 891.
Wiblingenſe *Ordinis S.* Benedicti. 894.
Wichtingenſe *Ordinis S.* Claræ. 902.
Wildbergenſe Franciſcanum Tertij Ordinis. 895.
Wiſenſtaigenſe ejuſdem *Ordinis.* 902.
Wohnenthalenſe *Ordinis* Ciſtercienſis. 907.
Wolfachenſe Franciſcanum Tertij *Ordinis.* 908.
Wurzachenſe ejuſdem *Ordinis.* 912.

Lit. Y.

Yſteinenſe *Ordinis S.* Benedicti. 913.

Lit. Z.

Zwifaltenſe *Ordinis S.* Benedicti. 914.

Zimmerenſe *Ordinis* Ciſtercienſis. 913.
Zimmerenſe aliud ejuſdem *Ordinis.* 914.
Zimmerenſe *Ordinis S.* Dominici. 914.
Zwifaltenſe *Ordinis S.* Benedicti. 917.

SVEVIA

SUEVIA ECCLESIASTICA,

Seu

Sacra Collegia ac diverſorum religioſorum Ordinum utriusque ſexûs in ampliſſimo S.R.I. Circulo Suevico Monaſteria cum ſuis reſpectivè fundationibus, originibus, juribus, privilegiis &c.&c. hiſtoricè deſcripta: de quibus tamen illa ſolùm priſtino ac genuino ſtatui ſuo manent etiamnùm realiter addicta, quæ in ſequentibus tali ✻ Aſteriſco viſuntur prænotata, reliquis (lapſu temporis) utcunq; tandem immutatis,

Lit. A.

ADELBERGENSE,

SEu etiam *Madelbergenſe* alicubi nuncupatum ſacræ familiæ Præmonſtratenſis, diœceſis verò Conſtantienſis Monaſterium in Ducatu Wirtenbergico, & Præfecturâ (uti vocatur) Schorendorffenſi, ſi quod aliud in terris iſtis uti cenſibus ac redditibus adeò pinguibus nobilitatum, ita & juribus ac diverſis privilegiis ubertim inſtructum; Hoc inquam *Adelbergenſe* virorum aſceterium, vel olim ſub ſacro Ordine ſuo celeberrimum, primum cœpit anno reparatæ ſalutis noſtræ ſupra milleſimum centeſimum octogeſimo primo, authore ſolo & unico Volcknando Barone an Comite Eberſpergenſi: qui *equeſtri genere* (ut de ipſo ſcribit Martinus Cruſius in Annalibus Sueviæ part.V. lib.11. cap. 11.) *clariſſimus pueritiam egit laudabilem ac religionem colendam, ad caſtitatem ſervandam, ad obedientiam Magiſtratui ſuperiori, ad beneficentiam erga pauperes exercendam diligenter aſſuefactus. Cumq; jam adoleviſſet peregrè abiens varias inviſit regiones cognitionis rerum comparandæ gratiâ. Inde reverſus Aulæ Sueviæ inſervivit, ſicut & pater ejus fecerat, interq; intimos Cæſaris Conſiliarios numeratus fuerat. Unicus erat Volcknandus Patris ſui filius juvenis ſpecie pulcher, virtute præſtans. Cùm igitur induſtriam ſuam & fidem Sueviæ Proceribus probâſſet, equeſtribus decoratus honoribus fuit. Pater ſenectute langueſcens totum ei patrimonium tradidit: qui uxorem patre adhuc ſuperſtite duxit, ut familiam propagatione liberorum ſuſtentaret. Sed ſi quis etiam filius naſceretur, vitalis non erat. Ita ne ſexageſimo quidem ætatis anno liberos habebat. Jam quia poſt mortem ſuam omnia bona ſua ſciebat ad Duces Sueviæ perventura, oravit eos, ut ſibi ad cultum divinum liceret convertere, quantum ſatis eſſet: qui clementer aſſentiti ſunt; quibus & ipſe magnas gratias egit. Quapropter quosdam Eremitas (fratres leucophæos vel cinereos nominatos* Grawe Brüder) *convocavit: eisq; bona ad Monaſterium condendum commiſit. Ii verò cùm eis area loci ſilveſtris & ferini non placeret, diffluxerunt. Appellavit deinde ad idem opus Monachos Almangoviæ Rhotenſes: quibus ſua obtulit. Venerunt quidem illi in rem præſentem: ſed & ipſi piniferam denſitatem recuſantes ad ſua redierunt. Tum Præpoſitum Rockenburgenſem rogavit, ut Monachos ad ſe mitteret. Qui deliberatâ re unum elegerunt, quem miſerunt ad ipſum. Huic nomen erat Udalricus, qui mox Præpoſiti honore ab omnibus eſt aſſe-*

affectus. Verùm cùm & ipſi negotium perquàm difficile videretur: revertens ad Gertrudam propheticam viduam Meshoviæ acceſſit conſilii ab eâ petendi causâ. Prædicabat hæc de bono principio, mediocri progreſſu, ſed ſine non læto. Rediit Ulricus Rockenburgum, omnem rem geſtam expoſuit. Placuit Præpoſito loci, ut cum aliquot fratribus ad ædificandum proficiſceretur. Quò cùm veniſſent, opus aggreſſi ſunt in valle arci Baronis Volcknandi ſubjectâ, ſitâ inter montem Eberſpergum & montem Adelbergum. Sed cùm eis S. Andreæ ſpecies ſe objeciſſet: ductu ejus in montem Adelbergum aſcenderunt, ut ibi ædificarent. Valdè ibi magnitudine laboris premebantur: ſed eum bonorum hominum ſtudio ſublevârunt. Verùm enim verò cùm opus ante mortem Volcknando non videretur ab eis abſolvi poſſe: petiit ille à Sueviæ Ducibus: darent ipſi operam: ut abſolveretur: qui petitioni quoq; ejus ac delegationi muneris accuratè ſatisfecerunt: & quidem de ſuo etiam conferentes.

Fundatores & Patroni Monaſterii hujus fuerunt primò Volcknandus, de quo diximus. Habitavit is fortè tribus milliaribus à Stauffâ in arce Eberſperg. Scutum & galea ejus cum ipſo Adelbergæ ſepulta. Inſignia ipſius flavus verres in campo rubro, ſed pedes ejus cæruleo inſiſtentes. Omnia, quæ habuit usq; ad clivum Rimſæ (Remshalden) contulit ad hoc Cœnobium. Secundò, Fridericus Barbaroſſa ſecundus fundator & conſervator interfuit conſecrationi ſummi altaris Anno 1188. Menſe Februario. Tunc etiam adfuerunt ut teſtes filii ejus Henricus, Fridericus & Philippus, alii duodecim primarii viri ac multi nobiles. Altare conſecravit Monaſterienſis Epiſcopus. Tertiò Friderico in defenſione Adelbergenſis Andronis ſucceſſit Imperator Henricus filius. Quartò Rex Philippus, Henrici frater fautor & ipſe cœnobii fuit. Quintò Otho Philippi adverſarius. Sextò Fridericus ſecundus, Monaſterii tutor fidelis. Septimò, Conradus Rex pius Patronus bonarum artium promotor. Octavò Conradus adoleſcentulus, quo in Italiâ Anno 1268. ſublato in tutelâ Monaſterii ſucceſſêre Duces Auſtriaci. Sed cùm id ab eis remotius eſſet: curationem ejus Wirtenbergenſibus Proceribus commiſerunt: in quorum ditione ſitum erat: quorum etiam noſtro tempore eſt. Hæc Cruſius loc. cit.

Porrò recenſitam fundationem, pro ſummâ, quâ fungebatur, authoritate prætacto anno confirmavit idem Fridericus I. Imperator, Dux Sueviæ &c. &c. cujus diploma totum apponitur in Documentis redivivis Monaſteriorum Wirtenbergiæ Anno 1636. Tubingæ apud Philibertum Brun in 4. editis fol. 3. datum & expeditum ſub hujusmodi tenore: *In nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis Fridericus divinâ favente clementiâ Romanorum Imperator Auguſtus &c. &c. Ad præſentis & æternæ vitæ gloriam nobis admodùm ſperamus profuturum, ſi ad conſervandum largitiones & eleemoſynas fidelium noſtram auctoritatem & confirmationis robur apponimus, & dexteram noſtræ defenſionis extendimus. Notum igitur eſſe cupimus omnibus Imperii noſtri fidelibus, quòd clauſtrum Adelberg, & omnia ei attinentia recepimus in noſtram pacem & protectionem. Statuimus etiam unà cum Volcknando Miniſteriali noſtro de Stowfen, qui fundator fuit loci illius, ut quicunq; in Sede Apoſtolicâ ſucceſſor fuerit, illi Apoſtolico Præpoſitus loci illius dabit aureum unum in ſignum & recordationem, quòd illud clauſtrum defendi debet, & adjuvari ab ipſo Apoſtolico, & ab illo, qui fuerit Dominus de Stowfen. Volumus etiam, ut nullum habeant Advocatum, præter illum, qui eſt vel erit Dominus de Stowfen. Nullum habeant Subadvocatum, niſi quem Præpoſitus & Conventus de Adelberg elegerint. Ut igitur hæc certa & incommutabilia permaneant, præſentem paginam inde juſſimus conſcribi & noſtræ Majeſtatis ſigillo inſigniri ſtatuentes, ac imperiali, qua fungimur, auctoritate præcipientes, ut contra hoc noſtrum ſtatutum nullus obviare attentet. Quod qui facere præſumpſerit, viginti libras auri pro ſatisfactione componet, dimidiam partem nobis, reliquam injuriam paſſis aſſignaturus. Hujus rei teſtes ſunt Henricus, Abbas de Lorch: Udalricus Abbas de Anhuſen: Ludovicus Comes de Helffenſtein. Godefridus de Wineden: Billungus de Juſtingen: Adelbertus de Mezzingen. Rupertus de Gundelſingen. Volcknandus, Fridericus, Conradus, Bernoldus de Stowfen. Gerundus de Urach: Odalricus de Rechberg: Egeno & Adelbertus de Walthuſen: Henricus, Beringerus, Adelbertus de Lorche. Diepoldus de Schlechbach & alii quàmplures.*

Signum

Signum Domini Friderici Imperatoris Invictiſſimi.

Ego Godefridus Cancellarius Imperialis Aulæ vice Chriſtiani Moguntini Archiepiſcopi & Archi-Cancellarii recognovi. Acta ſunt hæc anno Dominicæ Incarnationis milleſimo centeſimo octogeſimo primo, Indictione decimâ quartâ regnante Domino Friderico Romanorum Imperatore glorioſiſſimo, Anno regni ejus triceſimo, Imperii verò viceſimo ſeptimo. Datum in Caſtro Stowfen octavo Calendas Junii. Feliciter Amen.

Sequitur ibidem loco cit. fol. 15. alterum diploma, ab Alexandro Papa III. in vim ejusdem confirmationis clementiſſimè datum juxta ſequentem formulam: *Alexander Epiſcopus Servus Servorum Dei dilectis filiis Odelrico, Præpoſito Eccleſiæ S. Mariæ, & S. Odalrici Adelbergenſis ejusque fratribus tàm præſentibus, quàm futuris regularem vitam profeſſis in perpetuum &c. &c. Religioſam vitam eligentibus Apoſtolicum convenit adeſſe præſidium, ne fortè cujuslibet temeritatis incurſus aut eos à propoſito revocet, aut robur, quod abſit ſacræ religionis infringat. Eapropter dilecti in Domino filii veſtris juſtis poſtulationibus clementer annuimus, & præfatam Eccleſiam Beatæ Mariæ & S. Odalrici Adelbergenſem, in quâ divino mancipati eſtis obſequio, ſub Beati Petri & noſtrâ protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti privilegio communimus. Inprimis ſiquidem ſtatuentes, ut Ordo Canonicus, qui ſecundùm Deum & B. Auguſtini regulam atque inſtitutionem Præmonſtratenſium fratrum de favore chariſſimi in Chriſto filii noſtri Friderici, Illuſtris Romanorum Imperatoris, in domo veſtrâ noſcitur inſtitutus, perpetuis in eâ temporibus obſervetur. Prætereà quascunque poſſeſſiones, quæcunque bona tàm in Eccleſiis, quàm villis, agris, vineis, pratis, curiis, decimis & mancipiis eadem Eccleſia in præſentiarum juſtè & canonicè poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis Domino præſtante poterit adipiſci, firma vobis veſtrisque ſucceſſoribus & illibata permaneant. Sanè novalium veſtrorum, quæ propriis manibus aut ſumptibus colligitis, ſive de nutrimentis animalium veſtrorum nullus à Vobis decimas exigere præſumat. Liceat quoque vobis Clericos vel Laicos à ſæculo fugientes liberos & abſolutos ad converſionem recipere, & eos absque contradictione aliquâ retinere. Prohibemus inſuper, ut nulli fratrum veſtrorum poſt factam in eodem loco profeſſionem fas ſit absque Præpoſiti ſui licentiâ de eodem clauſtro diſcedere. Diſcedentem verò absque communi litterarum veſtrarum cautione nullus audeat retinere. Cùm autem generale Interdictum terræ fuerit, liceat vobis clauſis januis, excluſis excommunicatis & interdictis non pulſatis campanis ſuppreſſâ voce divina celebrare. Sepulturam quoque ipſius loci liberam eſſe decernimus, ut eorum devotioni & extremæ voluntati, qui ſe illìc ſepeliri deliberaverint, niſi fortè excommunicati vel interdicti ſint, nullus obſiſtat. Salvâ tamen juſtitiâ illarum Eccleſiarum, de quibus corpora mortuorum aſſumuntur. Obeunte verò te nunc ejusdem loci Præpoſito, vel tuorum quolibet ſucceſſorum, nullus ibi quâlibet ſubreptionis aſtutiâ ſeu violentiâ præponatur, niſi quem fratres communi conſenſu, vel fratrum pars conſilii ſanioris ſecundùm Dei timorem & B. Auguſtini Regulam providerint eligendum. Pro confirmatione ſanè electionis vel electo deducendo ad ſedem nihil unquam ab aliquo obtentu alicujus conſuetudinis exigatur. Porrò à Conventibus Synodalibus, qui fiunt ſine præſentiâ Epiſcopi per Decanos, Archidiaconos vel Archipresbyteros locorum, vos & ſucceſſores veſtros decernimus omninò liberos perpetuò commanere. Decernimus ergò, ut nulli omninò hominum fas ſit præfatam Eccleſiam temerè perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel oblatas retinere, minuere, ſeu quibuslibet vexationibus fatigare, ſed omnia integrè conſerventur, eorum, pro quorum gubernatione ac ſuſtentatione conceſſa ſunt, uſibus omnimodis profutura, ſalvâ Sedis Apoſtolicæ auctoritate, & diœceſani Epiſcopi Canonicâ Juſtitiâ. Ad indicium autem hujus à Sede Apoſtolica perceptæ protectionis aureum ovum nobis noſtrisque ſucceſſoribus ſingulis annis perſolvetis. Si quæ igitur in futurum Eccleſiaſtica ſecularisvè perſona hanc noſtræ conſtitutionis paginam violaverit, aut ſciens contra convenire tentaverit ſecundò tertiovè commonita, niſi reatum ſuum dignâ ſatisfactione correxerit, poteſtatis, honorisque ſui careat dignitate, reamque ſe divino judicio exiſtere de perpetratâ iniquitate cognoſcat, & à ſacratiſſimo Corpore ac Sanguine Dei & Domini Redemptoris noſtri JEſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine*

divinæ ultioni ſubjaceat. Cunctis autem eidem loco ſua jura ſervantibus ſit pax Domini noſtri JEſu Chriſti, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen. Amen. Amen.

Anno 1189. Fridericus Dux Suevorum, Friderici Imperatoris antedicti filius permittit, ut Monaſterio Adelbergenſi bona tam mobilia quàm immobilia donari queant; junctâ confirmatione traditionis eidem monaſterio à Patre Friderico Imperatore factæ, quod ſic habetur: *In nomine Sanctiſſimæ & Individuæ Trinitatis Fridericus Dei gratiâ Suevorum Dux notum facimus omnibus tam futuri quàm præſentis ſeculi Chriſti fidelibus, Nos auctoritate Domini & Patris Friderici Romanorum Imperatoris & noſtrâ auctoritate Cœnobio in Madelberg conceſſiſſe ac jure perpetuali tradidiſſe, ut quicunque ex Miniſterialibus noſtris ſeu aliis hominibus ſub ditione noſtrâ conſtitutis cujuscunque ſint conditionis vel ſexûs, ſe ipſum aut aliquid de rebus ſuis mobilibus vel immobilibus eidem clauſtro jam nunc contulit, aut adhuc conferre voluerit, id licitè ac liberè faciat cum noſtrâ licentiâ & voluntate. Omne quoque jus, conceſſionem ſeu traditionem, quam Dominus & Pater noſter Imperator præfato Cœnobio fecit, nos ratam & inconvulſam habemus, imò etiam ſtabilimus & firmamus. Et ne hæc à ſuccedentium memoriâ poſſint elabi, vel ab aliquo malignorum impoſterùm infirmari, præſentem ſuper hæc paginam fecimus conſcribi, quam ſigilli noſtri impreſſione & teſtibus, qui intererant, dignam duximus muniri. Teſtes viri Religioſi Cuno Abbas Elvacenſis. Henricus Abbas Laureacenſis. Bruno Abbas in Echinbrunnen. Liberi Homines Godefridus de Winiden. Albertus de Rabinſtein. Witegowus de Albegge. Miniſteriales. Ulricus de Rechberg, Fridericus, Conradus, Gerungus, Bernoldus omnes Caſtellani in Stouphen & alii quamplures. Actum in Loriche anno Dominicæ Incarnationis milleſimo centeſimo octogeſimo nono, ſeptimo Calendas Maji, Domino Friderico exiſtente Romanorum Imperatore Auguſto, Ulrico viro venerabili exiſtente Præpoſito in Madelberg.*

Anno 1228. Henricus VII. Friderici II. Imperatoris filius Romanorum Rex confirmat Adelbergenſibus privilegium, vigore cujus omnes Imperii ſubditi liberè ipſis ſua bona quocunque titulo relinquere poſſunt, prohibetque ſeverè, ne de poſthac à quoquam moleſtentur aut perturbentur, quod ſic habetur: *In nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis Henricus ſeptimus divinâ favente clementiâ Romanorum Rex & ſemper Auguſtus in perpetuum. &c. Cum nos more prædeceſſorum noſtrorum Divorum Auguſtorum loca divino cultui mancipata promovere intendimus, & ampliare non ſolùm ad futuræ vitæ præmium, verùm etiam ad ſalutem præſentis vitæ nobis non ambigimus profuturum. Hinc eſt, quod nos attendentes honeſtatem & bonam converſationem dilectorum fidelium noſtrorum Præpoſiti & ſuorum confratrum apud Adelberg attendentes nihilominus devota obſequia, quæ diu noctuque Jeſu Chriſto jugiter impendunt, de merâ benignitate regia eisdem fratribus indulgendo duximus annuendum, ut quæcunque bona Miniſteriales cives & homines noſtri divinæ remunerationis intuitu erogare voluerint Eccleſiæ ipſorum, liberè ipſis recipere liceat & pacificè poſſidere. Authoritate itaque regia firmiſſimè inhibentes, ut nullus auſu ductus temerario memoratos fratres in bonis ipſorum, quemadmodum ſuprà notatum eſt, gravare vel moleſtare præſumat. Quod qui attentaverit, gravem offenſam noſtræ Celſitudinis ſe noverit incurſurum. Et ad majorem evidentiam prælibati facti noſtri præſentem paginam ſigillo noſtræ Celſitudinis juſſimus communiri. Teſtes, qui interfuerunt, hi ſunt: Venerabilis Magdeburgenſis Archiepiſcopus. Babenbergenſis, Conſtantienſis, Eyſtettenſis, Curienſis, Wormatienſis Epiſcopi. Sancti Galli & de Augia Abbates. De Auſtriâ & de Bavariâ Duces. Marchio de Baden. Comes N. de Wirtenberg. Comes de Dilingen. Palatinus Comes de Tubingen. Burggravius de Nürnberg. Fridericus de Trudingen. Dapifer de Waldburg. Pincerna de Winterſtetten. Conradus de Weinſperg. E. A. & C. de Stauffen & alii quamplures. Datum apud Eſslingen ſecundo Calendas Septembris Indictione primâ.*

Anno 1291. Eberhardus Comes de Wirtenberg expedit reverſales (quibus Jura & libertates Monaſterii Adelbergenſis ſarta tecta conſervare promittit; item ſe ſuosque Progenitores non habere vel habuiſſe ullum dominium aut advocatiam ſeu jurisdictionem aliquam

quam in Adelbergenſes ſibi competentem) taliter adornatas: *Eberhardus de Würtenberg præſentium litterarum inſpectoribus univerſis ſalutem reique notitiam ſubnotatæ. Cum in Eccleſiâ de Madelberg Præmonſtratenſis Ordinis Conſtantienſis diœceſis divinus cultus pariter & hoſpitalitas copiosè vigeant, & abundent, dignè ipſam Eccleſiam cum omni ſuâ familiâ, & ejus rebus mobilibus & immobilibus quibuscunque pio favore amplectimur, & gratiâ proſequimur ſpeciali. Sanè in favoris & gratiæ hujusmodi efficax argumentum Domino Dominorum firmiter promittimus & ejus Matri Virginum Virgini ſtipulamur: Quod memoratam Eccleſiam ac ejus Congregationem in ſuis juribus & libertatibus fideliter foveamus, & quod eandem Eccleſiam à quibuslibet injuriis malignantium juxta poſſe noſtrarum virium defendamus. Quodque memoratam Eccleſiam per nullam exactionem vel gravem ſervitiorum extorſionem aliqualiter moleſtemur Recognoſcimus etenim pro nobis & omnibus noſtris ſucceſſoribus ſub harum teſtimonio ſcripturarum, quod nec progenitores noſtri hactenus habuerunt, nec etiam nos habemus ullum dominium vel jus advocatitium, aut jurisdictionem aliquam in Eccleſia prænotatâ. In cujus itaque requiſitionis evidentiam has litteras ipſi Eccleſiæ pro ſufficienti teſtimonio dedimus ſigillorum noſtri & Univerſitatis Civium in Eſslingen munimine roboratas. Teſtimonio honeſtorum virorum Wolframi de Bernhuſen Junioris. Wolframi* von dem Staine *militum: Marquardi Capitanei: Ruperti Sculteti Juratorum & Scabinorum de Eſslingen omnium accedente: Datum Eſslingen Anno Domini milleſimo ducenteſimo nonageſimo primo, decimo quarto Calendas Septembris Indictione quartâ.*

Anno 1293. Adolphus Romanorum Rex confirmat privilegia tam à Friderico I. quàm Henrico VII. Monaſterio Adelbergenſi conceſſa vigore ſequentis Bullæ: *Adolfus Dei gratiâ Romanorum Rex ſemper Auguſtus omnibus in perpetuum. &c. &c. Litteras divæ recordationis Friderici Imperatoris & Henrici Septimi Romanorum Regis noſtrorum Prædeceſſorum illuſtrium non cancellatas, non abolitas, nec in aliquâ ſui parte ſuſpectas vidimus & audivimus de verbo ad verbum continentes tenores inferius annotatos. Eſt autem primæ litteræ tenor talis:* In nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis Fridericus divinâ favente clementiâ Romanorum Imperator Auguſtus &c.&c. acta ſunt hæc Anno Dominicæ Incarnationis milleſimo centeſimo octogeſimo primo, Indictione decimâ quartâ, regnante Friderico Romanorum Imperatore regni eius triceſimo, Imperii verò viceſimo ſeptimo, Datum in caſtro Stouffen octavo Calendas Junii feliciter Amen. *Item ſecundæ litteræ tenor talis eſt:* In nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis Henricus Septimus divinâ favente clementiâ Romanorum Rex & ſemper Auguſtus &c. Datum apud Eſslingen ſecundo Calendas Septembris Indictione primâ. *Nos itaque Adolſus Romanorum Rex prædictus religioſorum virorum Præpoſiti & Conventûs monaſterii in Adelberg devotis precibus favorabiliter inclinati ſupra ſcripta privilegia & omnia, quæ continentur in eis, approbamus, innovamus, confirmamus & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergò omninò hominum liceat hanc paginam noſtræ approbationis, innovationis & confirmationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Quod qui fecerit, noſtræ Majeſtatis offenſam ſe noverit incurſurum. Hi teſtes ſunt, qui fuêre præſentes Venerabiles Fridericus Spirenſis & Petrus Baſileenſis Eccleſiarum Epiſcopi. De Elwangen, de Lorche, & de Murhart Abbates. Spectabiles viri Eberhardus de Cazenellenbogen: Gerardus de Diez. Eberhard de Wirtenberg: Albertus de Notenberg. Ulricus de Helfenſtein. Egeno & Henricus fratres de Visburg Comites. Nobiles viri Gerlacus de Burberg. Godefridus de Merenberg. Cunradus & Cunradus de Winſperg & alii quamplures fide digni. In cujus rei teſtimonium præſens ſcriptum Majeſtatis noſtræ ſigillo fecimus communiri. Datum apud Eſslingen Calendis Martii Indictione ſextâ Anno Domini milleſimo ducenteſimo nonageſimo tertio, regni verò noſtri Anno primo.*

Anno 1300. Albertus I. Romanorum Rex Dux Auſtriæ. &c. pariter confirmat ante dicta privilegia Friderici I. & Henrici VII. Monaſterio Adelbergenſi collata, prout ſequitur: *Albertus Dei gratiâ Romanorum Rex ſemper Auguſtus, Univerſis Sacri Romani Imperii fidelibus in perpetuum. &c. Conſtituti in noſtræ Majeſtatis præſentiâ honorabiles Viri Præpoſitus & Conventus Monaſterii in Adelberg*

delberg devoti noſtri dilecti quadam privilegia ipſis & Monaſterio ſuo à claræ recordationis Friderico Imperatore & Henrico Septimo Romanorum Rege Prædeceſſoribus noſtris conceſſa petiverunt humiliter & devotè de benignitate noſtrâ regiâ innovari & approbationis noſtræ muniminive confirmari. Eſt autem primæ litteræ tenor talis: In nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis Fridericus divinâ favente clementiâ Romanorum Imperator Auguſtus &c. acta ſunt hæc Anno Dominicæ Incarnationis milleſimo centeſimo octogeſimo primo, Indictione decimâ quartâ, regnante Domino Friderico Romanorum Imperatore glorioſiſſimo, Anno regni ejus triceſimo: Imperii verò viceſimo ſeptimo. Datum in Caſtro Stauffen octavo Calendas Junii feliciter. Amen. *Item ſecundæ litteræ tenor talis eſt.* In nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis Henricus Septimus divinâ favente Clementiâ Romanorum Rex & ſemper Auguſtus in perpetuum &c. Datum apud Eſslingen nono Calendas Septembris Indictione primâ. *Nos itaque Albertus Romanorum Rex prædictus religioſorum virorum Præpoſiti & Conventus in Adelberg devotis precibus favorabiliter inclinati ſupra ſcripta privilegia, & omnia, quæ continentur in eis, approbamus, innovamus, confirmamus & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergò hominum liceat hanc paginam noſtræ approbationis, innovationis & confirmationis infringere, vel ei auſu temerario contraire, quod, qui facere præſumpſerit, noſtræ Majeſtatis offenſam ſe noverit incurſurum. In cujus rei teſtimonium evidens & memoriam ſempiternam præſens ſcriptum Majeſtatis noſtræ ſigillo juſſimus communiri. Datum apud Ulmam in Epiphaniâ Domini Anno Domini milleſimo trecenteſimo, Indictione decimâ tertiâ, regni verò noſtri Anno ſecundo.*

Anno 1361. Eberhardus & Ulricus Comites de Würtenberg duo Monaſteria Adelbergenſe, & Steinheimenſe ab Imperio ſibi oppignerata & infeudata, denuò fuiſſe redempta, eaque de poſthàc ab hujuſcemodi oppigneratione debere omninò eſſe ac manere libera & exempta publicè profitentur & atteſtantur tenore ſequentium: Wir Eberhard und Ulrich Grafen von Würtenberg bekennen offentlich mit dieſem Brief für uns und unſere Erben/ daß der Durchleuchtigſte unſer allergnädigſter Herr Keyſer Carl von Rom und König zu Böheim/ die zwey Clöſter Adelberg und Steinheim/ die uns von dem Reiche ſtunden/ um achtzehen Pfund Haller von uns erlediget und erlöſet hat/ gäntzlich und gar um die vorgeſchribne Summen Geld; und ſagen den obgenanten unſeren Herren den Keyſer und das Reich ledig und loß/ alſo das Wir noch unſer Erben nechſthin mehr von der Pfandſchafft wegen zu ſprechen haben. Wär auch daß Brieff fürkämen oder zeiget würden jezund oder hernach von uns oder unſeren Erben/ die vor dieſen Brieff und vor dieſen Datum/ als dieſer Brieff iſt geben und verſchrieben wäre/ die wider das Reich oder vorgenante Clöſter wären von der Pfandſchafft/ die ſollen kein Krafft han/ und deß zu Urkund ſeynd unſere Inſigel gedruckt auf dieſen Brieff/ der geben iſt zu Stuttgard an dem Mittwoch nach unſers HErrn Leichnams-Tage/ da man zahlt von Chriſti Geburt dreyzehnhundert Jahr/ und darnach in dem ein und ſechszigiſten Jahr.

Anno 1363. Urbanus Papa V. libertates & immunitates à prædeceſſoribus ſuis Monaſterio Adelbergenſi quomodolibet impertitas, ut & exemptiones ab exactionibus ſecularibus de ſpeciali indulto quorumvis Magnatum eidem Monaſterio conceſſas authoritate pontificiâ confirmat tenore ſequentis Bullæ: *Urbanus Epiſcopus Servus Servorum Dei dilectis filiis Præpoſito & Conventui Monaſterii in Adelberg per Præpoſitum ſoliti gubernari Præmonſtratenſis Ordinis Conſtantienſis diœceſis Salutem & Apoſtolicam benedictionem. Cùm à nobis petitum, quod juſtum eſt & honeſtum tam vigor æquitatis quàm Ordo exigit rationis, ut id per ſollicitudinem Officii noſtri ad debitum perducatur effectum. Eapropter dilecti in Domino filii veſtris juſtis poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu omnes libertates & immunitates à Prædeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus ſive per privilegia ſeu alias indulgentias vobis & monaſterio veſtro conceſſas, nec non libertates & exemptiones ſecularium exactionum à Regibus & Principibus ſive aliis Chriſti fidelibus vobis & monaſterio veſtro prædicto rationabiliter indultas, ſicut ea juſtè ac pacificè poſſidetis, vobis & per vos eidem Monaſterio veſtro auctoritate Apoſtolicâ confirmamus ac præſentis ſcripti patrocinio communimus.*

Nulli

Nulli ergò omninò hominum liceat hanc paginam noſtræ confirmationis & communitionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Avenione quinto Idus Maji Pontificatûs noſtri Anno ſecundo.

Anno. 1392. Eberhardus Comes de Würtenberg exemptionem à ſolutione telonij Monaſterio Adelbergenſi lubens indulget & confirmat litteris publicis ad perpetuam rei memoriam in id apparatis ſub hujusmodi tenore: Wür Graff Eberhart von Würtenberg verjehen offentlich mit dieſem Brieff/allen denen die dieſen Brieff immer anſehen / leſen oder hören leſen/ daß wür mit rechtem Wiſſen und mit guter Vorbetrachtung dem allmächtigen GOtt zu Lob/ und durch unſer Elteren / unſer und unſer Nachkommen Seelen Hails willen/dem Ehrſamen Geiſtlichen / unſerem andächtigen und lieben beſonderen dem Probſt und dem Convent zu Madelberg die beſondere Gnad und Freundſchafft gethan haben / um ſolche getreue Dienſte / und demütigen Gebetts wegen / ſo ſie unſeren Elteren und uns gethan haben/ und uns und unſere Nachkommen füro getreulich thun ſollen / GOtt/ und die Königliche Mutter Mariam für uns bitten ſollen/ und verleihen ihnen alſo die Freyheit mit vollen Gewalt zu fahren/ ohn allen Zoll groſſen und kleinen mit ihren Kären und Wägen / und mit ihren Wein und Korn / das uff dem ihrigen wachſet/ und mit ihrem Vich/ das ſie erzogen hont alles ungefehrlichen. Alſo daß ſie durch unſer Land zollfrey ſollen und mögen fahren / wo man Zoll ſetzt oder nimbt/ und ſonderlich zu Schorndorff und anderſtwo in unſeren Gebücte ohn unſer und mennigliches Irrung/ von unſerwegen/ und geben ihnen die Freyheit und Gnad / mit dieſem Brieff und deß zu Uhrkund geben wir ihnen dieſen Brieff beſigelt mit unſerem eignen anhangenden Inſigel/ der geben iſt zu Stuttgardt an dem nechſten Freytag nach Sant Johannes Tag/da man zahlt von Chriſti Geburd dreyzehnhundert Jahr/ und darnach in dem zwey und neuntzigiſten Jahr.

Anno 1466. Bertholdus Abbas, Joannes Findeiſen Prior & Conventus Adelbergenſis ob gravamina quædam extrajudicialia ſibi ac Monaſterio ſuo ab Ulrico Comite Wirtenbergenſi multifariam illata ad ſedem Romanam ſeu Paulum II. Sumum Pontificem ſolemniter appellaſſe noſcuntur ex publico quodam Inſtrumento, coordinato juxta ſequentem formulam: *In nomine Domini Amen. Per hoc præſens publicum Inſtrumentum cunctis ipſum intuentibus pateat evidenter, & ſit notum, quòd Anno à nativitate ejusdem milleſimo quadringenteſimo ſexageſimo ſexto, Indictione quartâ decimâ Pontificatûs Sanctiſſimi in Chriſto Patris & Domini noſtri Domini Pauli divinâ providentiâ Papæ ſecundi Anno ejus tertio quartâ die menſis Julii horâ meridiei vel quaſi in Imperiali oppido Eſslingen Conſtantienſis diœceſis & in Curiâ ibidem dictâ Dominorum Adelbergenſium in inferiori ſolario ejusdem coram teſtibus & me notario publico ſubſcripto perſonaliter conſtitutus Venerabilis Pater & Dominus Bertholdus Abbas Monaſterii S. Odalrici in Adelberg Ordinis Præmonſtratenſis nomine ſui, nec non nomine honeſtorum virorum Joannis Findeiſen Prioris, Wolfgangi Egenn & Thomæ Rhenneri Conventualium ejusdem Monaſterii Adelberg ſuorum Conſindicorum & Procuratorum, de quorum procurationis & ſindicatorii mandato ego Notarius publicus ſubſcriptus ſufficienter informatus fui tàm nomine ſui, quàm etiam ut Sindici & Procuratoris totius Conventûs ibidem habens & tenens in ſuis manibus quandam appellationis ſchedulam in papyro conſcriptam animo & intentione quibusdam moleſtiis, gravaminibus & perturbationibus, ut recitavit per expreſſum ſibi & Monaſterio ſuo per magnificum Virum Dominum, & Dominum Ulricum, Comitem in Wirtenberg & ejusdem famulos ſibi in certis factis & moleſtiis in eâdem ſchedulâ latè in deſcriptis hucusque multipliciter illatis & ab eo perpeſſis habens de futuris & majoribus gravaminibus & oneribus ſibi & Monaſterio ſuo imponendis, infligendis & comminandis ab eisdem gravaminibus, nec non periculis & damnis ſibi & Monaſterio ejus quovis modo ex his emergendis appellandi & appellationem interponendi. Itaque idem Dominus Abbas & ſindicus nomine quo ſuprà per eandem ſchedulam inferiùs ſcriptam, quam tunc altâ & intelligibili voce perlegit, juxta contenta & formam ejusdem modo & formâ quibus melius valuit ad Sanctiſſimum in Chriſto Patrem & Dominum noſtrum Dominum Paulum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Summum Pontificem ejusque*

ſanctam

ſanctam Sedem Apoſtolicam à cunctis gravaminibus ſibi & Monaſterio ejus illatis vel inferendis appellavit, provocavit, Apoſtolos petiit, proteſtabatur, & omnia alia fecitque in dictâ ſchedulâ appellationis infrà inſertâ continentur, & quæ in præmiſſis & circa ea neceſſaria fuerint, & opportuna, requirensque me Notarium publicum ſubſcriptum debitâ cum inſtantiâ, quatenus ſuper præmiſſis unum vel plura publicum ſeu publica ſibi & dictis ſuis Conſindicis & Procuratoribus conficerem, & confecta traderem Inſtrumentum & Inſtrumenta. Acta ſunt hæc Anno Domini, Indictione, Pontifice, die, menſe, horâ & loco, quibus ſuprà præſentibus ibidem Venerabili Viro & Domino, Domino Bernardo de Bulriter, Præpoſito in Denckendorff, Ordinis Sacroſancti Dominici ſepulchri Hieroſolymitani, nobili viro Hugone de Rechberg, de Hohenrechberg Seniore, Domino Ludovico Schlaffs Conventuali in Denckendorff Conſtantienſis diœceſis notario publico, & Domino Joanne Fabri, Presbytero & Plebano in Sternberg, Auguſtanæ diœceſis teſtibus fide dignis ad præmiſſa vocatis & rogatis. Tenor verò dictæ appellationis ſchedulæ ſequitur per omnia, & eſt talis. Cùm appellationis remedium in oppreſſorum ſeu opprimi timentium relevamen & ſubſidium ab utriſque Juris conditoribus ſalubriter ſit adinventum, hinc eſt, quòd nos Bertholdus Abbas hîc præſens, Joannes Findeiſen Prior, Wolfgangus Egenn & Thomas Renner Conventuales Monaſterii S. Udalrici in Adelberg Ordinis Præmonſtratenſis tàm nomine noſtrûm, quàm etiam nominibus ſindicatoriis, procuratoriis & auctoritate totius Conventus ibidem, de quâ quidem auctoritate & procuratorii ſeu ſindicatorii mandato ſumus ſufficienter & plenè per quædam publica Inſtrumenta deſuper confecta auctoriſati coram Venerabilibus viris hîc aſtantibus teſtibus & vobis Notario publico tanquàm perſonâ authenticâ dicimus & proponimus, quòd licet nos & noſtrum Monaſterium per longa annorum curricula & ab antiquo ſic, quòd hujusmodi in memoriâ hominum non ſunt à Beatiſſimis Romanæ Eccleſiæ Pontificibus ſummis, nec non à Divis Romanorum Imperatoribus & regibus ſumus & fuimus laudabiliter & legitimè privilegiati & libertate & gratiis ſpecialibus communiti ultra illa ſacra & legitima privilegia dudùm & multiformiter toti Ordini noſtro à variis SS. Patribus & Principibus conceſſa & tributa, quibus quidem privilegiis licet in genere Ordini noſtro conceſſis, illis tamen in nullis derogare, ſed in ſpecie eis frui, ſicuti ſeu nos ſeu quempiam ex nobis tangunt de eis gaudere & potiri volumus, de quo hîc publicè proteſtamur in finem & effectum, quòd Eccleſia noſtra Adelbergenſis atque ſingulæ perſonæ in eadem divinis cultibus & Ordini famulantes ut eorum eſt, nec non bona noſtra nobis & noſtro Monaſterio quovis modo competentia per nullum brachium ſeculare vigore alicujus advocatiæ, Principationis vel alterius Dominii aut Jurisdictionis nullo quovis modo gravari, reſtringi aut aliquâ obligatione ad nullam ſervitutem, jurisdictionem, aut ſecularem reſpectum trahi ſeu gravari deberemus. Nemini occaſionem cujuscunque talis dominationis vel advocationis quocunque nomine hujusmodi dici merentur reſpicientes in ſolam ſedem Apoſtolicam & Romanum Imperiũ vel Regem, quibus mentem litterarum Apoſtolicarum & Imperialium eorumque privilegiorum noſtrorum & gratiarum contentarum ſubjecti ſumus & dicimur, ut ſuo tempore hæc omnia ad lucem & evidentiam veri producere nos offerimus, de quo etiam hîc ſolemniter proteſtamur. Iſtis tamen omnibus non obſtantibus Magnificus & Generoſus vir & Dominus Dominus Ulricus Comes in Wirtenberg præfatum Monaſterium nos & noſtra bona in ſuam potentiam, dominationem ſeu advocatiam ut ſibi ſubjectos trahere, regere & ſubdere non veretur, & quod magis congruum & illicitum videtur attentis privilegiis, immunitatibus & gratiis, quibus noſtrum Monaſterium nos & bona noſtra communiti & liberati gratioſè ſumus, ipſe præfatus Dominus Comes conſequenter hujusmodi ſuam dominationem & jurisdictionem, imò veriùs exactionem in & contra nos oſtendere, exhibere, & ſibi ipſi uſurpare volens per ſe vel per ſuos nobis & noſtro Monaſterio intolerabilia damna inferre & infligere non formidat in noſtrum & noſtri Monaſterii maximum gravamen & periculum canes ſuos venaticos cum famulis & ſervis ad venationem requi-

ſitis ad noſtrum Monaſterium impellendo & ibidem fovendo per longa tempora, nos ad innumerabiles expenſas per hoc & grave diſpendium noſtri Monaſterii trahendo hoſpitalitates etiam cum hoc in ſuis clientibus & ſervis frequenter nobis & per multum adjungendo, ſic quod eò minùs ea, quæ noſtri Monaſterii utilitatis & honeſtatis eſſe videntur, procurare & acquirere poſſumus, & quamvis hucusque piè & non ſine modicâ causâ hujusmodi intolerabilia damna, & gravamina illicita ſuſtinuerimus, nihilominùs tamen, cum his nullam alleviationem ſeu minorationem, ſed magis aggravationem, ponderationem & onerum majorum dorſis noſtris & monaſterii noſtri impoſitionem, & tandem noſtri monaſterii detrimentum & ruinam cernere valemus. Convenit nobis hujusmodi periculis & damnis ſeu gravaminibus, quantum in nobis fuerit, obviare, & in his alleviamina, ſubſidia & remedia noſtris Superioribus quærere, ut tandem nos de hujusmodi enormibus & injuſtis inflictionibus non reddamur participes, & quamvis hucusque privilegia, conſtitutiones & ordinationes noſtrorum Patrum & Superiorum ac Viſitatorum noſtri Ordinis Præmonſtratenſis ſatis honeſtè, ritè & laudabiliter vixerimus, nihilominùs tamen, idem Dominus Comes vigore nonnullarum literarum apoſtolicarum ut ad aures noſtras pervenit, nos per quosdam reformatores, quorum aliqui apti, alij verò minùs apti noſcuntur, & nulli tamen de Ordine noſtro exiſtentes, in quibus ritus Ordinis noſtri pateat, ſed magis de Ordine noſtro inſcij reformare, & noſtram converſationem, quæ à Patribus noſtri Ordinis commendata fuerat, innovare & mutare intendit, in quo quidem opere incipiendo & inferendo, tanquàm in quo anguis lateat, magis gravari & enormiter lædi formidamus in nobis & noſtro monaſterio, & quod plus eſt, & magis pertimeſcendum, noſtra jura & privilegia, quibus ratione noſtri Ordinis & Monaſterij noſtri muniti fuimus, in hâc re incipiendâ infringi & moleſtari noſcuntur. Idcircò nos Berchtoldus prætactus Abbas tam nomine noſtrûm, nec non aliorum Conſindicorum & Procuratorum noſtrorum tam nomine noſtrûm, quàm etiam totius Conventus noſtri Monaſterij gravaminibus præmiſſis illatis, nec non inferendis expreſſatis & non expreſſis comminatis vel comminandis conjunctim & diviſim, ſeu quæ veriſimiliter ex præmiſſis quovis modo colligi vel oriri poſſunt, nobis & noſtro Monaſterio ad ſanctam ſedem Apoſtolicam & Sanctiſſimum Dominum noſtrum Paulum Papam II. in Dei nomine his in ſcriptis provocamus & appellamus & apoſtolos petimus tales, quales de jure poſſumus, ſi quis ſit, qui nobis dare velit ac poſſit primò, ſecundò, & tertiò inſtanter, inſtantius & inſtantiſſimè ſubjicientes nos & dictum noſtrum Monaſterium, & omnia bona noſtra, & omnes nobis adhærentes ſeu adhærere volentes, & eorum bona tuitioni & defenſioni ejusdem Sedis Apoſtolicæ, & proteſtamur, quod hanc noſtram appellationem, ſi opus fuerit, volumus inſinuare & notificare his, quibus de jure debemus, & alia facere volumus, quæ pro juſtificatione præſentis appellationis requiruntur & incumbunt facienda, ut eſt moris, atque ſtyli, ſalvo nobis jure hujuſmodi appellationem mutandi, minuendi, corrigendi, aliam vel alias de novo faciendi & interpretandi toties, quoties viſum fuerit expedire vel eſſe opportunum, & aliis remediis juris nobis ſemper ſalvis, & invocamus ſuper his teſtimonium omnium veſtrorum virorum hîc præſentium, & ſaltem Veſtri Notarii publici, requirentes vos, ut ſuper præmiſſis unum vel plura nobis conficiantur Inſtrumenta. *Et ego Joannes Sailer de Dilingen, Auguſtanæ diœceſis Commiſſarius generalis cauſarum matrimonialium Curiæ Conſtantienſis Juratus publicusque ſacrâ Imperiali auctoritate Notarius, quia dictæ appellationis interpoſitioni, Apoſtolorum petitioni, lectioni, proteſtationi, narrationi, omnibusque & ſingulis aliis præmiſſis, dùm ſic ita fierent & agerentur, unà cum prænominatis teſtibus præſens interfui, itaque ſic fieri vidi & audivi. Idcircò præſens publicum hoc Inſtrumentum manu meâ propriâ ſcriptum exinde confeci, ſignoque & nomine meis ſolitis conſignando vocatus & requiſitus in fidem & teſtimonium omnium & ſingulorum præmiſſorum.*

Anno 1467. Paulus Papa II. an

tedictus libertates & immunitates à ſuis prædeceſſoribus Monaſterio Adelbergenſi conceſſas, item exemptiones varias à Regibus & Principibus eidem indultas de novo reiterat & confirmat tali diplomate: *Paulus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilectis filiis Abbati & Conventui Monaſterii in Adelberg Præmonſtratenſis Ordinis Conſtantienſis diœceſis ſalutem & Apoſtolicam Benedictionem, &c. Cùm à nobis petitur quod juſtum eſt & honeſtum tam vigor æquitatis, quàm ordo exigit rationis, ut id per ſolicitudinem officii noſtri ad debitum perducatur effectum. Eapropter dilecti in Domino filii veſtris juſtis poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu omnes libertates & immunitates à Prædeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus ſive per privilegia vel alia indulta vobis & Monaſterio veſtro conceſſas, nec non libertates & exemptiones ſecularium exactionum à Regibus & Principibus atque aliis Chriſti fidelibus vobis & eidem Monaſterio rationabiliter indultas ſpecialiter autem, decimas, primitias, cenſus, fructus, agros, terras, vineas, prata, nemora, lacus, molendina, domos, granaria, ſtagna, jura, jurisdictiones, aliaque mobilia bona & immobilia ad dictum Monaſterium legitimè ſpectantia, ſicuti ea omnia juſtè & pacificè poſſidetis, vobis & per vos eidem Monaſterio authoritate Apoſtolicâ confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus, ſalvâ in prædictis decimis moderatione Concilii generalis. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam noſtræ confirmationis & communitionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, Indignationem Omnipotentis Dei ac Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Romæ apud S. Marcum Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quadringenteſimo ſexagaſimo ſeptimo, ſexto nonas Maji Pontificatûs noſtri anno tertio.*

Anno 1469. Fridericus IV. (aliis III.) Romanorum Imperator privilegia Cæſarea à prædeceſſoribus ſuis, nominatim autem à Friderico Barbaroſſa iſidem Imperatore Monaſterio Adelbergenſi conceſſa ſtabilit, innovat & confirmat vigore ſequentis Bullæ: Wür Friderich von GOttes Gnaden Römiſcher Keyſer zu allen Zeiten/ Mehrer des Reichs/ zu Hungarn/ Dalmatien/ Croatien König/ Hertzog zu Oeſterreich/ zu Steyr/ zu Carndten/ und zu Crain/ Herr auf der Windiſchen Marck und zu Portenau/ Graff zu Habſpurg/ zu Tyrol/ zu Pfürdt und zu Kyburg/ Marggraff zu Burgaw und Land-Graff in Elſas ꝛc. bekennen und thun kundt offentlich mit diſem Brieff allen denen/ die ihn ſehen oder hören leſen/ daß uns die Ehrſame Geiſtliche unſere liebe andächtige Berchtold Abbt und der Convent gemeinlich deß GOttsHaus zu Adelberg Prämonſtrater Ordens in Conſtantzer Biſtumb gelegen/ demütiglich haben bitten laſſen/ daß Wür ihnen und ihren Nachkommen/ dieſen nachgeſchribnen Brieff und Privilegium ihnen von löblicher Gedächtnus Keyſer Friderichen/ und den anderen unſeren Vorfahrern am Reich vor Zeiten gegeben und beſtettiget/ deß glaublich Vidimus und Tranſumpt Wür geſehen und gehört haben/ und darzue auch alle und jegliche andere ihre Gnaden/ Freyheiten/ Rechte/ Brieff/ Privilegien und Handveſten/ die ihnen von unſeren Vorfahrern am Reich/ Römiſchen Keyſeren und Königen von Uns und anderen Herren gegeben ſeynt/ auch ihr alt Gewonheit und Herkommen zu verneuren/ confirmiren/ und zu beſtettigen/ genädiglich geruheten/ uñ lautet deſſelben Keyſer Friderich unſers Vorfahren Brieffe in Latein von Wort zu Wort alſo: *In Nomine ſanctæ & Individuæ Trinitatis Fridericus divinâ favente Clementiâ Romanorum Imperator Auguſtus,* &c. ut ſuprà. Deß haben Wür angeſehen ſolch ihr zimlich und demütig Bette/ und haben darumb mit gutem Rath und rechten Wiſſen/ dem jetztgenanten Abbt und dem Convent/ gemeinlich des GOttshaus zu Adelberg und ihren Nachkommen den obgeſchribnen Keyſer Friderichs Brieff/ und darzu all und jede ihr vorgemelte Gnad/ Freyheit/ Recht/ Brieffe/ Privilegia und Handveſte/ die ihnen von den ehegemelten Unſeren Vorfahrern am Reich Römiſche Keyſer und Königen von Uns und anderen Herren gegeben ſeint/ auch ihr alt Gewonheit und Herkommen/ in allen und jeglichen ihren Puncten/ Stucken/ Articlen/ Meynungen und Begreyffungen verneurt/ confirmirt und beſtettiget/ verneuren/ confirmiren und beſtettigen ihnen/ die auch von Römiſcher Keyſerl. Macht in Krafft diß Brieffs/ und meinen/ ſetzen und wöllen/ daß ſie alle fürbas kräfftig ſeyn/ ſtett bleiben/ und der auch an allen Enden brauchen und genieſen ſollen und mögen/ gleicher weiſſe/ als ob die alle von Wort zu Wort in diſem unſeren Keyſerl. Brieff begriffen wärẽ/ und gebüeten darumb allen und jeden Fürſten Geiſtlichen und Weltlichen/ Graffen/ Freyen/ Herren/ Ritteren/ Knechten/ Hauptleuthen/ Landvögten/ Vögten/

Richte-

Richteren / Ampfleuthen / Schultheiſſen / Ammannen / Burgermeiſteren / Räthen / Burgeren / und Gemeinden / und ſonſt allen anderen Unſeren und deß Reichs Underthanen und Getreuen / von ehegemelter Kayſerlichen Macht ernſtlich und veſtiglich mit dieſem Brieff / daß ſie den vorgenanten Abbt Berchtolden das Convent und daſſelb Gotts-Haus zu Adelberg und ihre Nachkommen an dem obgemelten Keyſer Friderichs Brieff und Beſtettung aller anderer ihrer Gnaden / Freyheiten / Rechten / Brieffen / Privilegien und Handfeſtungen / löblichen Gewonheiten / alten Herkommen / und dieſer unſer Beſtettigung fürbas nicht hinderen oder irren / noch deß jemand anders zu thun geſtatten in kein Weys / ſonder ſie dabey veſteglich handhaben / ſchützen / ſchürmen und geruwiglich bleiben laſſen / als lieb einem jeglichen ſey / Unſer und deß Reichs ſchwere Ungnad zu vermeiden / und darzu ein Pön / nemlich zwaintzig Marck löttiges Goldes / die ein jeglicher / der freventlich herwider thätte / in Unſer und deß Reichs Cammer / und den andern halben Theil / den ehegenannten Abbt / Convent / Gotts-Haus / und ihren Nachkommen unabläßlich zu bezahlen verfallen ſeyn ſoll. Mit Urkund des Brieffs / beſiegelt mit unſern Kayſerlichen Majeſtätiſchen anhangenden Inſigel. Geben zu Görtz am Freytag vor St. Jacobs / deß heiligen Zwölffboten Tag / nach Chriſti Geburt vierzehenhundert / und im neun und ſechszigſten / Unſer Reich deß Römiſchen im dreyſſigſten / deß Kayſerthums im achtzehenden / und deß Hungariſchen im eilfften Jahr.

Anno 1551. Cùm poſt bellum Schmalcaldicum à glorioſiſſimo Principe Carolo V. Romanorum Imperatore feliciter confectum Monaſteria præſertim Imperio immediatè ſubdita, & quæ Ulricus Wirtenbergiæ Dux vigore Cadavicæ transactionis ſuo fiſco, vel cultui alienæ religionis (prout prætendebatur) uſibus non debebat applicare, iterum reſtituta; in eaque Abbates & Prælati Catholici inducti fuiſſent, Chriſtophorus dicti Udalrici Ducis Wirtenbergici nuper Anno 1550. die 6. Novembris terris defuncti filius & in regimine ſucceſſor proximus documenta litteraria Monaſterio Adelbergenſi reſtitui, juxta tamen de iisdem quædam ulterius retineri præcipit regiſtratori ſuo Sebaſtiano Emigeren, quod ſic habetur: Von Gottes Gnaden Chriſtoph Hertzog zu Würtenberg. &c. &c. Unſern Gruß zuv r Ehrſamer lieber Getreuer. &c. &c. Demnach der Abbt zu Adelberg jetzo abermals umb ſeine Brieff anhalten thuet / ſo überſenden Wür Euch hiemit einen Ußzug und Verzeichnus derſelben / mit Befehl ihr wollet ſein Abbts Diener ſolche Brieff / ſo gemeldtem Kloſter Adelberg zuſtendig / ſo viel ſich deren Laut diſer Verzeichnus in der Regiſtratur befinden (uſſgenommen deren / ſo in dieſer Verzeichnus mit o ſignirt ſeyn) hinaus geben und verfolgen laſſen / und dann der übrigen mit der □ verzeichnete Brieff bis uff ferneren Unſeren Befelch alſo verwart behalten. Diß verlaſſen Wür uns. Datum Studtgarten den 6. Tag Junii Anno 1551.

Dem Ehrſamen Unſerem Regiſtratori und lieben getreuen Meiſter Sebaſtian Emigeren.

Anno 1552. Carolus V. Romanorum Imperator immunitates, libertates & Privilegia Monaſterio Adelbergenſi quomodolibet olim indulta, præcipuè verò Jus aſyli Curiæ Adelbergenſi in imperiali Oppido Eſslingen conceſſum & annexum authoritate Cæſareâ pleniſſimè confirmat, qualiter oſtendit ſuæ Majeſtatis diploma propriũ ad perpetuam rei memoriam datum & expeditum ſub hujuſmodi tenore: Wür Carl der Fünffte von Gottes Gnaden / Römiſcher Keyſer zu allen Zeiten / Mehrer des Reichs / König in Germanien / zu Caſtilien / Arragon / Leon / beeder Sicilien / Hieruſalem / Hungarn Dalmatien / Croatien / Navarra / Granaten / Toleten / Valentz / Gallicien / Majorica / Hiſpalis / Sardinien / Corduba / Corſica / Murcien / Giennis / Algerbien / Algezieren / Gibraltar / der Canariſchen und Indianiſchen Inſulen / und der Terræ firmæ des Oceaniſchen Meers / Ertz-Hertzog zu Oeſtereich / Hertzog zu Burgund / zu Lottrig / zu Braband / zu Steyr / zu Carndten / zu Crain / zu Limpurg / zu Lutzenburg / zu Gelderen / zu Calabrien / zu Athen / zu Neopatrien und Würtenberg / Graff zu Habſpurg / zu Flanderen / zu Tyrol / zu Görtz / zu Barbinon / zu Arthois / zu Burgund / Pfaltzgraf zu Hennegaw / zu Holand / zu Seeland / zu Pfirdt / zu Kyburg / zu Namur / zu Roſſilion / zu Ceritania / und zu Zutphen / Landgraff in Elſaß / Marggraff zu Burgau /

gau/ zu Oriſtani/ zu Goreani/ und des Heil. Römiſchen Reichs Fürſt zu Schwaben/ Catalonia/ Aſturia/ Herr in Frißland/ auf der Windiſchen Marck/ zu Portenau/ zu Biſcoya/ zu Molin/ zu Salins/ zu Tripoli und Mechlen ꝛc. Bekennen offentlich mit dieſem Brieff/ wiewohl Wür aus angeborner Güete und Kayſerlichen Milldigkeit/ allezeit geneigt ſeyn/ aller und jeder Unſer und des Heil. Reichs Underthanen und Getreuen Nuß und Frommen zu betrachten/ jedoch ſeint Wür mehr willig denen Perſonen/ ſo der Welt Uppigkeit zuruck gelegt/ und GOtt dem Allmächtigen in einem geiſtlichen lautern Leben fleiſſiglich dienen/ Unſer Kayſerl. Gnad und Förderung mitzutheilen/ und ſie bey Fried/ Ruhe und Gemach zu erhalten/ damit ſie ihrem Gotts-Dienſt deſto ſtattlicher auſwarten mögen. Wann Uns nun die Ehrſamen Unſer liebe andächtigen Abbt und Convent des Gotts-Haus Adelberg Prämonſtratenſer Ordens/ Coſtantzer Biſtumbs in Original haben fürbringen laſſen/ ein beſigleten Freyheits-Brieff von weyland dem Allerdurchleuchtigſtē Fürſten/ Keyſer Maximiliano/ Unſerem lieben Herren und Anherren löblicher Gedächtnus ausgangen/ lautent von Wort zu Wort wie hernach folget: Wür Maximillian von Gottes Gnaden Erwöhlter Römiſcher Keyſer zu allen Zeiten Mehrer des Reichs in Germanien/ zu Hungarn/ Dalmatien/ Croatien König/ Ertzhertzog zu Oeſterreich/ Hertzog zu Burgund/ zu Lotterig/ zu Braband/ zu Steyr/ zu Carndten/ zu Crain/ zu Limburg/ zu Lutzenburg und zu Gelderen Landgraff in Elſaß/ Fürſt zu Schwaben/ Valentz/ Graff zu Habſpurg und zu Hennegau/ Gefürſteter Graff zu Burgund/ zu Flanderen/ zu Tyrol/ zu Görtz/ zu Artois/ zu Holland/ zu Seeland/ zu Pfürdt/ zu Kyburg/ zu Namur/ und zu Zutphen/ Marggraff des Heiligen Römiſchen Reichs ob der Enns und zu Burgau/ Herr zu Frießland/ auf der Windiſchen Marck/ zu Mechlen/ zu Portenau/ und zu Salins. ꝛc. ꝛc. Bekennen offentlich mit dieſem Brieff und thun allermeñiglich kundt/ daß Uns die Ehrſame Unſere liebe andächtigen Abbt und Convent des Gotts-Haus Adelberg Prämonſtratenſer Ordens/ Coſtantzer Biſtumbs haben fürbringen laſſen/ wiewohl ſie von Unſeren Vorfahrern/ Uns und dem Heil. Reich Fürſehen/ und nemlich in ihrem Freyhoffe in Unſer und des Heiligen Reichs Stadt Eßlingen gelegen/ ſo ein jede Perſon um Miſſethat und Verhandlung/ darum ſie an ihren Ehren/ Leib und Leben mit Recht geſtrafft werden möcht/ darein fliehet/ niemands gwaltig Hand an ſie legen ſolle. So wer doch dieſelb Freyheit des gemelten Hoffs alſo unordenlich in ſolchem weiten und gemeinem Begrieff der Perſonen halb gehalten worden/ dardurch künfftig Unrath und Abbruch derſelben Freyheit zu beſorgen were/ und Uns darauff demütiglich angerueffr und gebetten/ daß Wür ihnen ſolche gemeine Freyheit und Privilegien des genanten Hoffs/ als Römiſcher Kayſer zum Theyl einzuziehen/ zu ſpecificieren/ und confirmieren/ und zu beſtettigen gnediglich geruheten. Deß habē Wür angeſehen ihr demütig zimlich Bette/ und darauf mit wohlbedachtem Muth/ Rath und rechten Wiſſen/ die jetzgemelt ihr Freyheit und Privilegien des obberürten Hoffs zu Eßlingen/ eingezogen/ ſpecificiert/ verneurt/ confirmiert/ und beſtetten/ ziehen ein/ ſpecificieren/ verneuren/ confirmieren/ und beſtetten die auch von Römiſchē Kayſerlichen Macht und Volkommenheit/ hiemit wiſſentlich in Krafft diß Brieffs. Alſo daß nun hinfüro ein jede Perſon/ die umb Miſſetath und Verhandlungen an Ehren/ Leib und Leben mit Recht geſtrafft werden möcht/ und in den berüerten Hoff/ ſo fern der mit Mauren und ſonſt begriffen/ und umbfangen iſt/ und den ein Abbt/ Convent/ oder ihr Anwald daſelbs zu den Willen und Gefallen ſolch Perſon ein/ und der Freyheit genieſſen zu laſſen ſtehen ſoll/ ſolchs zugibt und vergönnet/ weichet/ darinn frey ſeyn ſoll/ alſo daß ſie von niemands/ in was Würden/ Stands oder Weßens die ſeyn/ darinn nit bekumert/ beleidiget/ beſchwerdt/ noch daraus genommen/ oder Hand an ſie gelegt/ noch ſie auch darinnen keines Weegs beleidiget werden. Die obberürte Perſonē/ ſo auch alſo darein fliehen/ ſollen in dem Gemach/ ihnen darzu geordnet und gemachet/ bleiben/ und ihr Wohnung darinn haben/ oder wohin ſie von einem Prälaten von Adelberg beliebt/ und nicht länger auf

ihren

ihren eignen Coſten ohne deß gemelten Gottshaus Adelberg Schaden. Dann ein Prälat und Convent zu Adelberg noch ihr Anwald nicht ſchuldig noch verbunden ſeyn / ihnen einigerley Handreichung zu erzeigen oder zu thun / ſie thuns dann aus freyen guten Willen. Und ſo ein Prälat jezu Zeit zu Adelberg ihnen ſolche Freyheit abkündte / als er dann zu thun die Macht hat / ſo ſollen alsdann ſie weichents halb ſeyn / und in den nechſten zweyen oder dreyen Tagen / ungefehrlich nach ſolchen abkünden ohne alle Widerred abziehen und ob ſie ſich nicht gebürlich gehalten / oder etwas an ihr Wohnung und Gemach zerbrochen hetten / ſollen ſie ſolches wider machen laſſen / auff ihren eignen Koſten / doch daß ſie darinn kein Lieb oder Layd anſehen ungeferde. Und gebüetten darauff allen und jeglichen Unſeren und des Heil. Reichs Chur-Fürſten und Fürſten / geiſtlichen und weltlichen / Prälaten / Graffen / Freyen / Herren / Ritteren / Knechten / Hauptleuthē / Vitzdomben / Vögten / Pflegeren / Verweſeren Amptleuthen / Schultheißen / Burgermeiſteren / Richterē / Räthen / Burgerē / und inſonderheit Unſeren und des Reichs lieben und getreuen Burgermeiſteren und Rath der Stadt Eßlingen und ſonſt allen anderen Unſeren und des Reichs Underthanen und Getreuen / in was Würden / Standt oder Weſen die ſeynd / ernſtlich mit dieſem Brieff / das ſie ein Prälaten ie zu Zeit des Gotts-Haus Adelberg ſein Convent / auch alle die ſo gemelten Hoff als obberüert iſt / beſuchen und gebrauchen an den obgeſchribnen Gnaden / Freyheiten / und Privilegien deſſelben Hoffs / und diſer Unſer Kayſerlichen Verneurung / Confirmation und Beſtättigung nichts hinderē noch irren / ſondern ſi geruwiglich und ohne Eintrag gebrauchen und genießen laſſen / auch von Unſern und des Heil. Reichs wegen darbey Hand haben / ſchutzen und ſchürmen und darwider nicht thun / noch jemands andern geſtatten zuthun / in kein Weyß als lieb einem jeden ſey Unſer und des Reichs ſchwere Ungnad und Verlieſung der Wälde bey Aychſchieß gelegen / ſo in vergangnem Jahr von einem Abbt und Convent zu Adelberg der Stadt Eßlingen zu gebrauchen nachgelaſſen ſein / und darzu bey einer Poene nehmlich hundert Marck lötiges Goldes zu vermeiden / die ein jeder / ſo offt er freventlich darwider thäte / Uns halb in Unſer / und des Reichs Cammer / und den andern halben Theil einem Prälaten zu Adelberg unableßlich zu bezahlen verfallen ſeyn ſolle / mit Urkund diß Briefs beſigelt mit Unſern Kayſerlichen anhangenden Inſigel / geben in Unſer und des Heiligen Reichs Stadt Ulm / am fünfzehenden Tag des Monats Martii nach Chriſti unſers HErrn Geburt tauſent fünfhundert und im dreyzehenden / Unſer Reiche / des Römiſchen im acht und zwaintzigiſtē / und des Hungariſchen in drey und zwaintzigiſten Jahr. Und Uns darauff demütiglich angeruffen und gebetten / daß Wür Ihnen und Ihrem Gotts-Haus ſolchen obbeſtimpten Freyheits-Brieffe auch all und jeglich andere Ihre deſſelben / Ihres Gotts-Haus Gnaden / Freyheiten / Recht / Brieffe / Privilegien und Handveſten / die Ihnen Vorderen / und Ihnen von weyland Unſeren Vorfahrern / Römiſchen Kayſern und Königen / auch anderen Fürſten / Herren und Chriſtglaubigen miltiglich gegeben / auch ihr alt löblich Herkommen und guet Gewonheiten zu verneuren / confirmieren / und zu beſtetten gnädiglich geruheten. Deß haben Wür angeſehen / ſolch ihr demüetig zimmlich Bitte / auch den erbarē Wandel und Weſen / darinn ſie ſich bißher in ihrem Gotts-Haus / wie Wür glaublich bericht ſein / Chriſtlich und löblich erhalten haben. Und darum mit vorbedachten Mueth / guten Rath / und rechten Wiſſen / den vorgenanten Abbt / Convent und Gotts-Haus Adelberg den berüerten Freyheits-Brieff / auch alle und jegliche andere ihre Gnaden / Freyheiten / Recht / Gerechtigkeiten / Brieff / Privilegien und Handveſten / die ihnen von obberüerten / auch anderen Unſeren Vorfahrern Römiſchen Kayſeren und Königen / auch Fürſten / Herren und Chriſtglaubigen gegeben / wie die von Wort zu Wort lauten und begriffen ſeyn / und ſie die hergebracht haben / und darzu ihr alt löblich Herkommen und gut Gewonheit in allen ihren Worten / Puncten / Stucken / Clauslen / Articklen / Inhaltungen / Meinungen und Begreiffungen gnediglich verneurt / confirmiret / beſtettet und beveſtiget / verneuren / confirmieren / beſtetten / und beveſtigen Ihnen die alſo hiemit von Römiſcher Kayſerl.

Macht/ wiſſentlich in Krafft diß Briefs/ und mainen/ ſetzen/ ordnen und wöllen von jetzt berürter Unſer Kayſerl. Macht/ daß nun fürbashin die obbeſtimpte Freyheiten/ Gnaden/ Recht/ Gerechtigkeiten/ Brieff/ Privilegien/ Handveſten/ altlöblich Herkommen/ und guet Gewonheiten/ in allen und jeglichen ihren Worten/ Clauſulen/ Innhaltungen/ Meinungẽ und Begreiffungen krefftig und mechtig ſein/ ſtet und veſt bleiben/ und die gedachten Abbt und Convent des Gottshaus Adelberg und ihre Nachkommen/ zugehörigen und Verwandten/ ſich deren alles ihres Innhalts zu gleicher Weiſſe/ als ob die alle und jede/ neben obbeſtimpter Kayſer Maximilians Freyheit von Wort zu Wort hierinn begriffen und geſchriben weren/ freuen/ gebrauchen und genieſen ſollen und mögen von aller menniglich unverhindert. Doch uns und dem Heil. Reich an Unſeren und ſonſten menniglich an ſeinen Rechten und Gerechtigkeiten unvergriffen und unſchedlich/ und gebieten darauff allen und jeglichen Chur-Fürſten/ Fürſten/ Geiſtlichen und Weltlichen/ Prälaten/ Graffen/ Freyen/ Herren/ Ritteren/ Knechten/ Hauptleuthen/ Land-Vögten/ Vitzdomben/ Vögten/ Pflegern Verweſerẽ/ Ambtleuthẽ/ Schultheiſen/ Burgermeiſtern/ Richtern/ Räthen/ Burgern/ Gemainden/ und ſonſt allen andern Unſeren/ und des Reichs Underthanen/ und Getrewen/ in was Würden/ Staats oder Weſen die ſeyn/ ernſtlich und veſtiglich mit dieſem Brieff/ und wollen/ daß ſie die vorgemelten Abbte/ Convent und Gotts-Haus Adelberg und ihre Nachkommen/ Zugehörigen und Verwandten/ an vorbeſtimpten weiland unſers lieben Herrn und Anherrn Kayſers Maximilians löblichen Gedächtnus auch allen und jeglichen ihren Freyheiten/ Gnaden/ Rechtẽ und Gerechtigkeiten/ Brieffe/ Privilegien/ Handveſten/ altẽ löblichen Herkommen und guten Gewonheiten/ auch dieſer Unſer Kayſerlichen Confirmation/ Beſtettung/ und Erneurung nicht hindern noch irren/ ſondern ſie deren alles ihres Inhalts gentzlich ohne Irrung gebrauchen/ genießen/ dabey von Unſer und des Reichs wegen getreulich Hand haben/ ſchützen/ ſchürmen und geruwiglich bleiben laſſen/ und hirwider nicht thun/ noch des Jemands andern zu thun geſtatten in kein Weiß noch Weeg/ als lieb einem jeden ſeye/ Unſer und des Reichs ſchwere Ungnad/ Straff und Pein in obberührten weyland Kayſers Maximilians auch andern ihren Freyheits-Brieffen begriffen/ und darzu noch ein Pön nehmlich zwaintzig Marck löttigs Golds zu vermeiden. Die ein jeder/ ſo offt er freventlich hirwider thäte/ uns halb in Unſer und des Reichs Cammer/ und den andern halben Theil gedachten Abbt und Convent des Gotts-Haus Adelberg und ihren Nachkommen und Gotts-Haus unablåßlich zu bezahlen verfallen ſeyn ſolle. Mit Urkund diß Brieffs beſigelt mit unſerem Kayſerlichẽ anhangenden Inſigel geben zu Ynſpruck/ am ein und zwantzigiſten Tag des Monats Martii/ nach Chriſti Unſers Herren Geburt fünfzehenhundert/ und in zwey und fünfzigiſten Unſers Kayſersthums im zwey und dreyſſigiſten und Unſerer Reiche im ſiben und dreyſſigiſten Jahr.

Anno 1559. Ferdinandus I. Romanorum Imperator adinſtar germani fratris ſui Caroli V. itidem Imperatoris antedicti recenſita hactenus Privilegia Adelbergenſia omnia & ſingula in genere & in ſpecie denuò reiterat & confirmat tali diplomate: Wür Friderich von Gottes Gnaden erwöhlter Römiſcher Kayſer zu allen Zeiten/ Mehrer des Reichs in Germanien/ zu Hungarn/ Böheim/ Dalmatien/ Croatien/ und Sclavonien König/ Infant in Hiſpanien/ Ertzhertzog zu Oeſterreich/ Hertzog zu Burgund zu Steyr/ zu Carndten/ zu Crain/ zu Lutzenburg/ zu Würtenberg Ober- und Nider Schleſien/ Fürſt zu Schwaben/ Marggraff des Heil. Römiſchen Reichs zu Burgau/ zu Mähren/ ober und under Laußnitz/ gefürſteter Graf zu Habſpurch/ zu Tyrol/ zu Pfürd/ zu Kyburg/ und zu Görtz/ Landgraff in Elſaß/ Herr auf der Windiſchen Marck/ Portenau und Salins/ ꝛc. Bekennen offentlich mit dieſem Brieff/ und thun Kund allermenniglich/ wiewohl Wür aus angeborner Güte und Kayſerlicher Mildigkeit allzeit geneigt ſeyn/ aller und jeder Unſerer und des Heil. Reichs Underthanen und getreuen Nutzen und Frommen zu betrachten/ jedoch ſeyn Wür mehr willig den Perſonen/ ſo der Welt Uppigkeit zuruck gelegt/ und GOtt dem Allmächtigen in einem geiſtlichen lautern Leben fleiſſiglich dienen/ Unſere Kayſerliche Gnad und Förderung mitzutheilen/ und ſie bey Frid/ Ruhe und Gemach zu erhalten/ damit ſie ihrem Gotts-Dienſt deſto ſtatlicher auswarten mögen. Wann nun Uns die Ehrſamen Unſere liebe andächtige Abbt und Convent des GOtts-Haus Adelberg Prämonſtratenſer Ordens Coſtantzer Biſtumbs in Original haben fürbringen laſſen/ ein verſigleten

ſigleten Freyheits-Briefſs von weyland dem Allerdurchleuchtigſten Fürſten / Kayſer Maximilian unſeren lieben Herrn und Anherrn löblicher Gedächtnus ausgangen/ von Wort zu Wort wie hernach folget. Wir Maximilian von Gottes Gnaden/ erwöhlter Römiſcher Keyſer zu allen Zeiten Mehrer des Reichs/ zu Germanien/ zu Hungarn / Dalmatien/ Croatien König/ Ertz-Hertzog zu Oeſterreich/ Hertzog zu Burgund/ zu Lotterig/ zu Braband / zu Steyer/ zu Carndten/ Crain/ und zu Limpurg/ zu Lutzenburg und zu Gelderen/ Land-Graff in Elſaß/ Fürſt zu Schwaben/ Pfaltz-Graff zu Habſpurg und Hennegow/ gefürſteter Graff zu Burgund/ zu Flandern/ zu Tyrol/ zu Görz / zu Artois/ zu Holland/ zu Seeland/ zu Pfürdt/ zu Kyburg/ zu Namur/ und Zutphen/ Marggraff des Heil Römiſchen Reichs ob der Enß/ und zu Burgau/ Herr zu Frießland auf der Windiſchen Marck/ zu Mechlen / zu Portenau und zu Salins. rc. geben in unſer und des Heil. Reichs Stadt Ulm/ am fünfzehenten Tag des Monats Martii nach Chriſti unſers Herrn Geburt 1515. Unſerer Reich des Römiſchen im acht und zwaintzigſten / und des Hungariſchen/ im drey und zwaintzigſten Jahr. Und uns darauf demütiglich angerueffen und gebetten/ daß Wür ihnen und ihrem Gottshaus ſolchen obbeſtimpten Freyheits-Brieff/ auch alle und jegliche andere ihre und deſſelben ihres Gotts-Haus Gnaden/ Freyheiten/ Recht/ Brieff/ Privilegien und Handveſten/ die ihren Vorderen und ihren von weylandt unſeren Vorfahrern Römiſchen Keyſern und Königen/ auch andern Fürſten/ Herren/ und Chriſtglaubigen mültiglich gegeben/ auch ihr alt löblich Herkommen und gut Gewonheit/ Inmaſſen ſolches alles weyland unſer lieber Bruder und Herr Kayſer Carl der fünffte löblicher Gedächtnuß Jüngſthin confirmiert und beſtättet hat/ als erwöhlter und regierender Römiſcher Keyſer gleichfalß zu verneuren / confirmiren / und zu beſtätten gnädiglich geruheten. Das haben Wür angeſehen/ ſolch ihr demütig zimlich Bette / auch den erbaren Wandel und Weſen/ darinnen ſie ſich bißhero in ihrem Gottshaus / wie Wür glaublich bericht ſeyn/ Chriſtlich und löblich erhalten haben, Und darumben mit wohlgedachtem Muth/ guten Rath und rechten Wiſſen den vorgenanten Abbt/ Convent und Gotts-Haus Adelberg den berührten Freyheits-Brieff/ auch alle und jegliche andere ihre Gnaden/ Freyheiten / Recht/ Gerechtigkeit / Brieff/ Privilegien und Handveſten/ von obgerürten auch anderen unſeren Vorfahrern Römiſchen Keyſeren und Königen / auch Fürſten / Herren / und Chriſtglaubigen gegeben / wie die von Wort zu Wort lauten und begriffen ſeyn / und ſie die hergebracht haben/ und darzu ihr alt löblich Herkommen und gut Gewonheit/ in allen ihren Worten/ Puncten / Stucken / Claußlen/ Articklen/ Innhaltungen/ Meinungen/ und Begreiffungen / als erwöhlter und regierender Römiſcher Keyſer gnädiglich verneurt / confirmiret/ beſtättiget / und beveſtiget / verneuren / confirmiren / beſtätten / und beveſtigen ihnen die alſo hiemit von Römiſcher Kayſerlicher Macht wiſſentlich in Krafft diß Briefſs/ und meinen/ ſetzen und wöllen von jetzt berührter unſer Keyſerlichen Macht/ daß nun fürbashin die obbeſtimbte Freyheiten/ Gnad/ Recht/ Gerechtigkeit/ Brieffe/ Privilegien/ Handveſtinen/ alt löblich Herkommen und gut Gewonheiten in allen und jeglichen ihren Worten / Clauſulen / Innhaltungen / Meinungen/ und Begreiffungen/ kräfftig und mächtig ſeyn/ ſtett und ernſt bleiben / und die gedachten Abbt und Convent des Gotts-Haus Adelberg und ihre Nachkommen/ Zugehörige und Verwante/ ſich deren alles Innhalts zu gleicher Weiß/ als ob die alle und jede neben obbeſtimpter Kayſer Maximilians Freyheit von Wort zu Wort hierinnen begriffen und geſchriben weren/ frey gebrauchen und genieſſen ſollen und mögen von allermenniglich unverhindert/ doch Uns und dem Heil. Reich an unſeren und ſonſten menniglich in ſeinen Rechten und Gerechtigkeiten unvergriffen und unſchädlich. Und gebietten darauf allen und jeglichen Chur-Fürſten/ Fürſtẽ/ Geiſtlichen und weltlichen Prälaten/ Graffen/ Freyen/ Herren/ Ritteren/ Knechten/ Hauptleuthen/ Lanvögten/ Vitzthumben/ Vögten/ Pflegeren/ Verweſerẽ/ Ampleuthẽ/ Schultheiſſen/ Burgermeiſteren/ Richteren/ Burgeren/ Gemeinden/ und ſonſt allen anderen unſeren und des Reichs Underthanen und Getreuen/ in was Würden / Stand und Weſen die ſein/ ernſtlich und veſtiglich mit diſem Brieff. Und wöllen/ daß ſie die vorgemelten Abbt/ Convent und Gotts-Haus Adelberg und ihre Nachkommen/ Zugehörige und Verwanten an vorbeſtimpten weyland unſers Herren und Anherren Keyſer Maximilians löblichen Gedächtnus auch allen und jeglichen anderen ihren Freyheiten/

heiten/ Gnaden/ Rechten und Gerechtigkeiten/ Brieffen/ Privilegien/ Handveſten/ alten löblichen Herkommen und guten Gewonheiten/ auch dieſer unſer Kayſerlichen confirmation, Beſtättigung und Erneurung nichts hinderen noch irren/ ſonderen ſie deren alles ihres Innhalts gäntzlich ohne Irrung gebrauchen/ genieſſen/ dabey von Unſer und des Reichs wegen getreulich handhaben / ſchützen / ſchirmen und geruweglich bleiben laſſen/ und herwider nicht thun/ noch des Jemands anderen zu thun geſtatten in kein Weiß noch Weeg / als lieb einem jeden ſey Unſer und des Reichs ſchwere Ungnad/ Straff und Pön in obberüerten weyland Kayſer Maximilians auch anderen ihren Freyheits-Brieffen begriffen/ und darzu noch ein Pön nemlich zwaintzig Marck löttigs Golds zu vermeidē/ die ein jeder/ ſo offt er freventlich herwider thete/ uns halb in unſer und des Reichs Camer/ und den anderen halben Theil gedachten Abbt und Convent des Gotts-Haus Adelberg und ihren Nachkommen/ und Gotts-Haus unableßlich zu bezahlen verfallen ſeyn ſoll/ mit Urkund des Brieffs beſigelt mit unſern Kayſerlichen anhangenden Inſigel/ geben in unſer und des Reichs Stadt Augſpurg den ſibenden Tag des Monats Julii nach Chriſti unſers lieben Herrn Geburt/ tauſent fünfhundert und im neun und fünfzigeſten/ unſer Reich des Römiſchen in neun und zwaintzigſten/ und der anderen aller im drey und dreyſſigiſten Jahr.

Atque hæc de primâ fundatione, multifariâ dotatione ac illuſtratione ſæpedicti digniſſimi Cœnobii hujus Adelbergenſis hactenus dicta ſint: quibus modò vel inviti miſerandam planè metamorphoſin hîc ſubnectimus & fatalem quaſi defectionem ac interitum illius; quæ mala ſuum trahunt initium jam ab anno 1525. quandò nimirum pluribus caſtellis, oppidis & aliis locis tùm ſacris tùm profanis immensâ quaſi veſaniâ ruſticorum per totas Sueviæ & Alſatiæ provincias id temporis tumultuantium partim direptis & hoſtiliter expoliatis, partim funditùs everſis & hoſtiliter exuſtis eodem diſturbio omne etiam ædificium Adelbergenſe in meriſſimos cineres & favillas fuit redactum; quod tamen Venerabilis Dominus Leonardus Dürr Abbas, idem Oeconomus admodum induſtrius anno ſui regiminis 37. Chriſti verò 1538. terris defunctus, omninò reſtituit; verùm à morte illius ob avitam Patrum religionem (Principe terræ, pluſquàm fortiter urgente) oppidò labefactatam & in ejus ſacrilegè mutatam Interregnum Adelbergenſe (Cœnobitis omnibus id temporis exulare coactis) ad decennium excrevit, quouſque nimirum Anno 1548. authoritate Cæſareâ Caroli V. invictiſſimi Romanorum Imperatoris in integrum fuit reſtitutus ille, qui jam antè in locum defuncti ſucceſſit Venerabilis Dominus Ludovicus Wernherus, de quo & prædeceſſore ejus proximo antedicto Cruſius ſupracitatus in Paralip. ad ſuos annales Sueviæ cap. 13. fol. 55. ita ſcribit: *Inſtauratum eſt* (Adelbergenſe Monaſterium) *rurſum ab Abbate Leonardo Dürrhio J. U. Doctore, qui anno 1538. obiit: cum Duce Ulrico reſtituto & pontificiâ religione abrogatâ Gœppingam ſeceſſiſſet, ibique ſenex jam proviſionem à Duce habuiſſet: Monachi ſpreto Evangelio* (Lutherano) *in diverſa loca diſperſi eſſent. Pontificatu deindè Anno 1548. per Imperatorem Carolum V. reſtituto: regnabat Abbas Ludovicus Wernherus, qui ſacellum & domum 1550. ædificavit. Verùm cùm poſteà lux* (caliginoſa) *Evangelii* (Lutherani) *refulſit, Monachique eam ferre nolentes, aliò migrârunt: ſed Abbas ut bonus rei familiaris adminiſtrator manſit usq; ad annum 1561.* tandem & ipſe quoque cum aliis proſcriptus in fata conceſſit die 5. Januarii 1565. atque ejus loco deteſtandâ nimiùm ac ſceleſtâ rerum viciſſitudine ſubſtitutus fuit in officio Chriſtophorus Binder pſeudo-Abbas religione heterodoxus, tùm alii & alii fanaticâ religione pares usque ad Annum 1630. quo demùm quaſi nova lux Catholicis oriri viſa eſt per totam non ſolùm Wirtenbergiam, ſed & univerſam ſuperiorem Germaniam; dum nempe prævalente Auguſtiſſimo Imperatore Ferdinando II. Eccleſiæ & Monaſteria ſuperiori durante ſeculo ab hæreticis iniquiſſimè ſubtracta & fraudulenter occupata paſſim fuerunt in integrum reſtituta: utinam taliter in ævum duratura: quæ tamen non longè rurſum eripuit famoſa pax illa Weſtphalica ſeu Monaſterienſis Monaſteriis haud amica Cæſarem inter & Suecum Anno 1648. ſtabilita: vigore cujus celeberrimum hoc Adelbergenſe Cœnobium cum cunctis reliquis in toto Ducatu Wirtenbergico conſtitutis ſuo

ſuo Principi manet in uſus profanos adjudicatum, haud ampliùs inde recuperandum, niſi in tempore illo, quod præter Patrem cœleſtem *nemo novit niſi Filius, & cui Filius voluerit revelare.* Matth. 11. v. 27.

ADELBERGENSE.

ALterum ejusdem nominis & Ordinis non item ejusdem ſexûs clauſtrale domicilium antiquitùs perſonis, generis nobilitate clariſſimis usquequaque refertum, priori Adelbergenſi maſculino Collegio, uti ſituatione proximum, ita & tempore fundationis coætaneum: hoc tamen vertentibus annis loco ſuo motum, & ex cauſis rationabilibus aliò translatum: de quo Cruſius in annal. Sueviæ part. 3. lib. 7. cap. 12. ita ſcribit: *Anno 1476.* (aliis ſequenti proximo) *regnante adhuc Comite Ulrico in Würtenbergiâ & Bertholdo Dürrhio Adelbergæ Abbatiam adminiſtrante; translatio facta eſt ſanctimonialium, quæ hactenus Præmonſtratenſis Ordinis ibi ſeorſim vixerant, conceſſu Papæ in Cœnobium Virginum propè oppidum Lauffen. Diſceſſerunt invitæ: nec ullâ ſuâ culpâ, verùm tantùm favore Comitis & Abbatis. Id Cœnobium erat in tutela hujus Præſulis. Erant fœminæ 17. nobiles: quarum una ex genere Comitum Wirtenbergenſium inclyti Ulrici filia, Catharina nomine Abbatiſſa, quæ ſepulta poſtea eſt (ſic petens) Adelbergæ ſecùs aſcenſum ſummi altaris anno 1497. jam nonagenaria; alicubi 1477. die 5. Julii defunctam inveni, ſed verè 1497. obiit. Cauſa translationis in litteris legitur: ſegregatim à Monachis devotiùs ſecuriùsque Deo famulandi: cùm ſit valdè periculoſum, & ab omni honeſtate ac religione alienum, mulieres viris, præſertim religioſis, cohabitare. Omnibus illis mortuis Ducis Wirtenbergenſis Monaſterium hoc eſt factum.* Vid. infrà V. *Lauffenſe.*

ADELHUSANUM.

A*Delhauſen Illuſtre Benedictini Ordinis Cœnobium pro ſacris Deo Virginibus conditum propè Friburgum Briſgoviæ.* Ita quidem Gabriel Bucelinus in ſuâ diverſorum Monaſteriorum Germaniæ nomenclaturâ ſeu Germaniâ ſacrâ part. 2. fol. 1. at perperàm ſolùm, nec enim Benedictinum aliquod hujus nominis Monaſterium unquàm in Sueviâ noſtrâ conſtitit, benè tamen Ordinis Dominicani virginale contubernium, quod ſecundùm ortum & interitum ſuum annotatum legitur à Friderico Steyl in Ephemerid. Dominicano-ſacris die 30. Januarii. fol. 188. in hæc verba: Jn Teutſchland würdet Anno 1234. das Hochadeliche Cloſter zu Adelhauſſen bey Freyburg von Adelheide Gräfſin von Zäringen angefangen/ in welchem hernach viel Fürſtliche und Gräffliche Damen die Welt verlaſſend/ GOtt in höchſter Andacht und Heiligkeit gedienet / under anderen S. Kunegundis ein leibliche Schweſter des groſſen Kayſers Rudolphi von Habſpurg und hinderlaſſene Wittwe des Grafen von Sultz. Und nachdem das Cloſter zu ihrer Zeit von einem feindlichen Lager ſehr ruiniert ward/ hat Kayſer Rudolph 320. Marck den Schweſteren zugeſchickt/ von welchen das Cloſter viel ſchöner und herrlicher gebauet worden/ es hat ſelbiges auch geſtanden biß zu unſeren Zeiten/ da im Jahr 1677. die Frantzhoſen die Stadt Freyburg erobert/ und alle umligende Clöſter und Kirchen abgebrochen/ welches Unglück ſo wohl das Cloſter Adelhauſſen als das Cloſter S. Catharinä auch Prediger Ordens betroffen/ beyde zu einen Steinhauffen worden/ und die Stein zum Veſtungs-Bau appliciert worden ſeynd.

❀ ALBA DOMINARUM.

SEu Teutonicè Frauen-Alb vulgariter appellatum nobile Parthenium profeſſionis & regulæ Monaſtico-Benedictinæ diœceſis Spirenſis in Herciniâ ſeu nigrâ (uti paſſim appellatur) ſilvâ quandoque præclarum: idem à Domino fundi, putà Marchione Badenſi heterodoxo, ſub annum 1624. violenter quidem

occupatum, indè tamen (teſte Romano Hay in Horto Cruſiano fol. 341.) demùm anno 1630. reſtitutum fuit: etſi poſtmodùm per pacta Pacis Weſtphalicæ rurſus ademptum; ex quo priùs anno 1508. ad Feſtum Purificationis Beatæ Virginis caſuali incendio peſſumdatum, ac pòſt etiam anno 1525. ſæviente (in Sueviâ) bello ruſticano miſerrimè direptum olim cœpit anno 1134. authore Bertholdo Comite de Eberſtein fundationi novæ novam etiam ac inſperatam prorſus occaſionem præbente ſtupendâ quâdam viſione Alberto cuidam Comiti Cimbrenſi factâ ſeu revelatâ, eaque apud Cruſium in annal. Sueviæ part. 2. lib. 9. cap. 17. legenda prout ſequitur: *Veniebat* (Albertus Comes ſeu Baro de Zimbern) *ſæpius ad Ducem Sueviæ Fridericum Dominum ſuum, quoniam apud eum educatus & ſemper gratioſè habitus. Quodam tempore cùm rurſus apud eum eſſet: Princeps hic cum ſuis Comitibus & Baronibus (ſat magno numero in aulâ ejus viventibus) animi causâ expatiabatur ad Comitem Erchingerum Mogenheimum in arcem Mogenheim in Zabergæâ ſitam: ad quem ipſe anteà quoque itaverat: quòd is eſſet vir hilaris, moribus & venandi ſtudioſus, honeſtisque ſtudiis deditus. Uxorem habebat Comitiſſam Tubingenſem Mariam nomine: ex quâ duas filias, nullum filium, ſuſceperat, nec alius reſtabat hujus familiæ Comes. Erat in nemore magno & amœno arci vicino Stromberg dicto jam olim cervus ſpectatæ magnitudinis, nec unquam à venatoribus ac miniſtris Comitis capi potuerat. Hic, cum Dux Fridericus adeſſet, rurſum fuit conſpectus omnium cum gaudio præſertim Erchingeri. Exiverant ergò magno numero parati. Fortè fortunâ tunc ille heros Zimmerenſis Albertus in diverſo loco hujus ſilvæ equitans vidit magnum pulchrumque cervum, qualem nunquam ante viderat. Itaque perſecutus eſt eum per ſilvam longè, donec è conſpectu ejus evaderet: nec quò evaſiſſet, ſcivit: obviam fit ei vir horribilis formæ: quo viſo Albertus vir alioquin magnanimus ſuprà modum perterritus fuit, ac ſigno crucis ſe munivit adversùs adſtantem: qui Comitem juſſit metum deponere, ſe divinitùs adeſſe, ut quiddam ei revelaret: ipſum debere ſequi, ſe ei mira oſtenſurum, quæ anteà non viderit: idque ſine ullo ejus periculo facturum. Annuit Comes, alter præcedebat, ſilvâ egreſſi ſunt, Albertuſque ſibi viſus eſt videre pulcherrima prata & regionem peramœnam, nec non arcem turribus multis aliiſque ornamentis magnificam & conſpicuam: qualem per omnem vitam non viderat. Cùm ad arcem acceſſiſſent: multi ei obviam facti ſunt ut miniſtri: taciti omnes equum ab eo accipientes. Qui ipſum adduxerat dicebat: eum non debere mirari eorum ſilentium: nec eum loqui aut facere niſi quæ ipſe juberet: Intrârunt autem arcem: ductus fuit in aulam amplam & pulchram: ubi Princeps quidam cum familiaribus ſuis ad menſam ſedebat. Tùm reſederunt tanquam comederent & biberent, ſtabat Albertus cum gladio in manu ſuâ: nec eum ullo modo dimittere volebat. Conſiderat argentea miri artificii vaſa: videbat cibos auferri & alia. Sed omnia ſilentio, magnâ cum admiratione ſuâ. Cùm omnia contemplatus eſſet ſatis diu, (Domino & aulicis pro ſe quoque veſcentibus, nec quoquam ipſum curante) ille, qui eum adduxerat, juſſit: ut reverentiam Domino & familiæ inflectendo ſe exhiberet: ſe enim rurſus ipſum hinc educturum, quo facto: cùm Dominus & ſui viciſſim caput erga eum conſurgentes inclinâſſent, ſicuti initio: ipſum rurſus portâ eduxit. Ibi, qui equum ejus ante tenuerant, ei reddiderunt: ſilentio eum illi imponentes, & in arcem revertentes. Tunc accinxit rurſus gladium: & à ſodale illo per viam priorem reductus ad ſilvam Strombergiam fuit: quem & admirabundus de illâ arce cæteriſque rebus interrogavit. Reſpondit ei Spiritus ille: Dominus, quem vidiſti, fuit patruus tuus Fridericus à Zimberen, vir pius: qui multum contra infideles pugnavit. Ego autem & cæteri, quos vidiſti, fuimus in vitâ noſtrâ miniſtri ejus: patimurque diras pœnas & ineffabiles. Quando enim ille vivebat, injuſtis exactionibus ſubditos ſuos preſſit: quibus pecuniis in militia contra infideles uſus eſt. Nos autem omnes ad illud ei conſilio & auxilio adfuimus, ac propter iniquitatem hanc duriter plectimur, quoad Deo videbitur. Hæc tibi revelata ſunt propter merita tua: ut hoc & alia peccata caveas, vitamque tuam corrigas. Ego quidem à te diſcedere cogor. En via, quâ per nemus ad priorem locum redeas. Sed potes tamen ante reverti: ut videas prioris felicitatis ad ærumnas converſionem. His dictis evanuit. Comes Albertus convertit ſe ad priorem aream. Ecce autem omnia in ignem puteúſque ſulphur*

ſulpnur & picem converſa. Audiebat quoque vociferationes & lamentationes miſerandas. Brevi tamen priorem viam regreſſus ad Ducem Fridericum & Erckingerum redut, à quibus non potuit mox agnoſci: crinibus & barbâ ipſius, etſi non perinde ætate ſenis, planè albis factis. Undè vehementer admirati ſunt: ſed multò magis, quando eis totam viſionem (de cervo, de ſpiritu, de arce) expoſuit. Perterriti quoque triſtes Mogenheimium redierunt. Magnis hinc precibus contendebat Albertus ab Erckingero, ſibi poteſtatem daret in ipſius territorio: quo loco ſibi hæc accidiſſent, Eccleſiam ædificandi. Conceſſit benignè non modò Erckingerus, ſed etiam ejus uxor: conſiliumque ſuum & auxilium adpromiſerunt: ut eo in loco Cœnobium fœminarum conderetur; in quo Deus perpetuò honoraretur: adſtipulatus non minùs Dux Sueviæ, ut illud quoque primo tempore exſtrueretur: ſe opem & ſubſidium eò collaturum. Quod & fideliter fecit decimis & aliis rebus eò collatis. Ita Monaſterium ultrà arcem Mogenheimiam ædificatum fuit.

ALBA DOMINORUM,

SEu patriâ voce communiter Herren-Alb intitulatum, Divæ Virgini Deiparæ ſacrum potens admodùm & magnificum Diœceſis Spirenſis in nigrâ ſilvâ ſacræ familiæ Ciſtercienſis Monaſterium: in cujus templo præter fundatores primarios Bertholdum Comitem de Eberſtein & Ittam uxorem ipſius plures quoque nobiles Heroes de legitimâ eorum poſteritate deſcendentes tumulati requieſcunt. Atque hoc eximium planè ac ſpectatiſſimum (teſte Cruſio in annal. part. V. lib. 10. cap. 6.) olim Cœnobium initium ſumpſit Anno 1146. fundationis verò litteræ primùm biennio poſt confectæ, eæque demum anno 1270. ab Othone Comite Eberſteinio centenario (qui primos fundatores vidit adhuc terris ſuperſtites) ſenecione recognitæ fuerunt ſub hujusmodi tenore: *Nos Otto Senior Dominus in Eberſtein per præſens ſcriptum notum fieri volumus univerſis, quòd vidimus privilegium progenitoris noſtri Berchtoldi quondam Domini de Eberſtein bonæ memoriæ conceſſum ſive datum Cœnobio de Albâ Spirenſis diœceſis Ciſtercienſis Ordinis ſuper libertate & donatione bonorum in Otterswiler, & quorundam hominum, cum quibus ipſum Cœnobium tempore fundationis fuit ab ipſo dotatum cum aliis bonis univerſis in ipſo privilegio conſcriptis, ipſumque privilegium invenimus cum ſigillis authenticis integrum & legale, nec in parte aliquâ vitioſum, ejusque tenore pleno intellectu recollegimus in hæc verba:* In nomine Domini Amen: Nos Bertholdus Dominus de Eberſtein accedente conſilio & conſenſu dilectæ Conjugis noſtræ Utæ & hæredum noſtrorum inſtinctu divino nobis hæredem facere cupientes monaſterium in Alba Ciſtercienſis Ordinis Spirenſis diœceſis in remedium animæ noſtræ & animarum Conjugis & hæredum prædictorum fundavimus & dotavimus cum bonis infra ſcriptis, ſub eodem jure & libertate, ſecundùm quod loca pia & Deo dicata prædicti Ordinis fundari & dotari conſueverunt debitè ex antiquo venerabili Domino Gunthero, Epiſcopo & Capitulo Spirenſis Eccleſiæ præbentibus ſuper hoc conſilium beneplacitum, præſente etiam tunc Berchtoldo, Abbate novi Caſtri Ciſtercienſis Ordinis Argentinenſis diœceſis, de cujus conſilio tanquam Patris ſpiritualis dicta fundatio eſt inchoata, & ipſum Monaſterium incorporatum Ordini memorato, & tanquam filia domus de novo caſtro ſubjectum, ſecundùm ſtatuta Ordinis prælibati. Sunt autem hæc bona, quæ contulimus ipſi clauſtro, quod fundavimus, videlicet bona noſtra in Otterswiler cum ſuis pertinentiis, univerſis hominibus, agris, pratis, paſcuis, ſilvis, aquis & aliis alimentis cum eodem jure, honore, utilitate & libertate, ſicut ad nos hactenus pertinebant. Item contulimus clauſtro in Albâ memorato ad uſus fratrum ibidem in perpetuum degentium montes, valles, ſilvas cum pertinentiis univerſis, paſcuis, pratis, agris, cultis & incultis, aquis & aquarum decurſibus in buſco & in plano, viis & inviis, itibus & reditibus, utilitatibus cunctis, quæſitis & inquiſitis, ſine qualibet exceptione vel contradictione cujuscunque, cum omni jure & libertate, ſicut ad nos hactenus pertinebant, circa ipſum Monaſterium dextrorſum, ſiniſtrorſum, retrorſum & an-

trorſum ſita, ſecundùm terminos ſubnotatos. In primis ad auſtrum ſive meridiem inchoantes primum terminum poſuimus montem, qui eſt ſuper vallem, quæ dicitur Albethal, & ubi fluvius Albe unitur, ab eâ videlicet parte montis, ubi nix liqueſcendo verſus prædictum fontem deſcendit ad ima. Et ſic terminus dicti fluminis Albe pertingit in Rintbach, ibique ad lævam ſe retroflectens per aſcenſum Rintbach tendit verſus occidentem ad eum locum, ubi confluunt Wydelbach & Rintbach. Item ulterius fluvium Rintbach & clivoſa montis ſibi à ſiniſtris adjacentis cacumina pertingit, & partem ipſius montis prædicti Monaſterii uſibus tradimus, ab eâ parte, ubi nix liquefacta delabitur ad ima. Item ductu Rintbach Zwerebronnen pertingit, nedum quoque ripam fluvii deſerens, ſed fluvio conſummato tranſcendens montis Rintberg celſitudinem, per cujus etiam ſe longitudinem extendit. Item ibi retrorſum parumper ſe inflectens ſuper clivum Michelbach pertingit; deindè verò planè ultra ſupercilium montis & alterius montis, qui dicitur Ameizenberg, in convallem venit, ubi, ſecundùm quod à ſuperiori parte per medium convallis jam dicti montis & alterius montis, qui dicitur Machelberg, rivulus confluit & deſcendit, inferius ſe in Moſalbam inclinat. Abhinc autem per montem Mittelberg reducitur rectâ lineâ, & deflectitur ad quendam locum, qui dicitur Smitta: de quo loco per deſcenſum ipſius montis flumine Alba tranſito in Multenthal ſe porrigit. Rurſùm per medium vallis prædictæ aſcendens pertingit ad fontem Rotenſol. Item abhinc ſe extendit ad fontem Dobell verſus Orientem, à quo fonte tranſcenſo monte venit ad fluvium Machenbach, juxta cujus decurſum fluvii venit ad flumen, quod dicitur Gach, per cujus fluvii aſcenſum pertingit ad montem Weckersberg, cujus etiam montis medietatem prædicti Monaſterii uſibus adaptamus ab eâ parte, ubi aqua vel nix delabitur ad ima. Item ulterius à Weckersberg pertingens per planitiem montis Grüntberg, cacumine primo poſiti montis ſuper Albenthal attingit, & ſic ante notatus terminus finitur diſtinctus limitibus metarum: quibus clauſtrum cingitur. Item contulimus Monaſterio prælibato villam noſtram Dobell cum univerſis ſuis pertinentiis ſub hâc formâ videlicet; quod ſi Eberhardus de Strubenhart fidelis noſter, qui eandem villam à nobis tenet in feudo, & debitè recognoſcit, vel ſui hæredes in poſterum ceſſerint vel deceſſerint ſine hæredibus maſculis, ex tunc ipſa villa cum ſuis pertinentiis vacare debeat clauſtro jam dicto perpetuò poſſidenda pacificè & quietè omni contradictione in poſterum quieſcente. Item eodem jure & conditione conſimili ipſi Monaſterio bona noſtra circa Otterswiler, quæ milites Rudolphus & Henricus ibidem à nobis tenent in feudo, ipſis defunctis vel ſuis hæredibus ritè damus. Item in favorem & gratiam, quam nos & noſtra poſteritas habere debemus ad Cœnobium præfatum, volumus & ſtatuimus, ut ſi quas res conquiſiverint ratione donationis, emptionis vel concambii à noſtris ſucceſſoribus, vaſallis, miniſterialibus, mancipiis ſeu propriis hominibus, obtinere liceat fratribus ibidem Deo ſervientibus, ſicut per manum noſtram, ſicut & præſcripta liberaliter ſunt collata, & eodem jure & libertate vel utilitate in perpetuum valeant poſſidere. Nulli ergò hæredum aut Succeſſorum noſtrorum vel quorumcunque hominum liceat hanc conceſſionis, donationis & libertatis noſtræ paginam infringere, vel ei auſu temerario contraire, alioquin indignationem Omnipotentis Dei & glorioſæ Virginis Matris ejusdem & noſtram ſe ſentiat incurriſſe. In cujus facti memoriam & robur perpetuò valiturum præſens ſcriptum ſigillo noſtro ſæpedicto Monaſterio dedimus communitum. Acta ſunt hæc anno Incarnationis Domini milleſimo centeſimo quadrageſimo octavo, Indictione primâ. Eugenio quoque Sedi Apoſtolicæ dignitatis præſidente. Conrado verò Romani Imperii ſublimitatis gubernacula regente. Quorum etiam protectioni Cœnobium prætextatum duximus in omnibus fideliter committendum. Teſtes Hermannus Marchio de Baden. H. Palatinus de Tubingen. C. Comes de Calw. E. de Strubenhart. R. & H. de Otterswiler. L. de Buhell. H. de Nerſche. B. de Malſch fideles noſtri & alii quamplures valeant in æternum. Amen. *Nos itaque Otto ſenior, Dominus de Eberſtein, nomine noſtro & filiorum*

rum noſtrorum Ottonis, Wolframi, Henrici & aliorum hæredum noſtrorum omnium ſive cohæredum dictam donationem tàm libertatis, quàm prædictorum bonorum, utpotè ritè factam ratam habentes, & gratam auctoritate præſentium renovamus, & ſigilli noſtri appenſione fideliter confirmamus. Volentes, ut nullus ſit, qui dictum Cœnobium in perſonis ſeu libertate, vel etiam bonis ſuis cunctis moleſtare aliquatenus debeat atque gravare. Qui verò contra hæc fecerit, Omnipotentis Dei indignationem & plagam ſe non ambigat incurſurum. Datum apud Albam Monaſterium prælibatum Anno Domini 1270. Indictione 13. in Paraſceve Domini in Capitulo Monachorum conſentiente filio noſtro Ottone, & teſtibus ſubſcriptis præſentibus Domino Conrado Abbate fratre C. Priore ſæpedicti Cœnobii. D. H. Plebano in Gezpazheim, Notario noſtro Domino H. de Simesheim fideli noſtro. Ita litteræ fundationis, quæ ſatis apertè pugnant contra Jacobum Merck in ſuo parvo Chron. Conſtant. fol. 147. ſcribentem primùm à morte Friderici I. Cæſaris anno 1190. Menſe Junio fluminis undis in Aſiâ ſubmerſi, Bertholdum Comitem ſupradictum ad patrios lares reverſum hoc Albenſe Monaſterium condidiſſe.

Anno 1177. Alexandri Papæ III. privilegia plura ac varia Monaſterio huic Albenſi authoritate Sedis Apoſtolicæ legitimè conceſſa deſcripta continentur proprio quodam diplomate ad perpetuam rei memoriam clementiſſimè dato ſub hujusmodi tenore: *Alexander Epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilectis filiis Ulrico Abbati Monaſterii Sanctæ Mariæ de Alba, ejusque fratribus tàm præſentibus, quàm futuris regularem vitam profeſſis in perpetuam memoriam, Religioſam vitam eligentibus Apoſtolicum convenit adeſſe præſidium, ne fortè cujuslibet temeritatis incurſus, eos aut à propoſito revocet, aut robur, quod abſit, ſacræ religionis infringat. Eapropter dilecti in Domino veſtris juſtis poſtulationibus clementer annuimus, & præfatum Monaſterium, in quo divino mancipati eſtis obſequio, ſub B. Petri & noſtrâ protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti privilegio communimus. Inprimis ſiquidem ſtatuentes, ut Ordo monaſticus, qui ſecundùm Dei & B. Benedicti regulam & inſtitutionem Ciſtercienſium Fratrum in eodem Monaſterio inſtitutus eſſe dignoſcitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter obſervetur. Prætereà quascunque poſſeſſiones, quæcunque bona idem Monaſterium in præſentiarum juſtè & canonicè poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis præſtante Domino poterit adipiſci, firma vobis veſtrisque ſucceſſoribus & illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis, locum ipſum, in quo præſcriptum Monaſterium conſtructum eſt cum omnibus pertinentiis ſuis; grangiam in Otterswilern, grangiam in Raſtettenen, grangiam in Ottisckheim: grangiam in Augiâ, grangiam ſuperiorem & inferiorem in Malſcha, grangiam in Schybenhart, grangiam in Brettheim, grangiam Egge, grangiam Moſebrunnen, grangiam in Obeſtatt cum omnibus appendiciis ſuis, agris ſcilicet, pratis, aquis, ſilvis, paſcuis, cultis & incultis. Sanè laborum veſtrorum, quos propriis manibus aut ſumptibus colitis, ſive de nutrimentis animalium veſtrorum, nullus omninò à vobis audeat decimas exigere. Præſentique ſcripto ſancimus, ut nullus infra dimidiâ leucâ Monaſterio veſtro ædificare præſumat Eccleſiam, de quâ religio & quies veſtra meritò poſſit perturbari. Liceat quoque vobis Clericos vel Laicos è ſeculo fugientes liberos & abſolutos ad converſionem recipere, & in veſtro Monaſterio absque contradictione quâlibet retinere. Prohibemus inſuper, ut nulli Fratrum veſtrorum, poſt factam in loco veſtro profeſſionem, fas ſit de eodem loco absque licentiâ Abbatis ſui diſcedere. Paci quoque & tranquillitati veſtræ paternâ ſolicitudine providere volentes auctoritate Apoſtolicâ prohibemus, ut infra clauſuras locorum ſeu grangiarum veſtrarum nullus violentiam vel rapinam, ſive furtum committere, aut ignem apponere, ſeu hominem capere vel interficere audeat. Decernimus ergò, ut nulli omninò hominum liceat præfatum Monaſterium temerè perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, ſeu quibuslibet vexationibus fatigare, ſed omnia integra & illibata ſerventur, eorum, pro quorum gubernatione ac ſuſtentatione conceſſa ſunt uſibus omnimodis profutura, ſalvâ Sedis Apoſtolicæ authoritate. Si qua igitur in futurum Eccleſiaſtica ſecularisve perſona hanc noſtræ conſtitutionis paginam violaverit, aut ſciens contra eam venire tentaverit, ſecundò tertiove commonita, niſi reatum ſuum dignâ ſatisfactione correxerit,*

rexerit, poteſtatis honoriſque ſui careat dignitate, reamque ſe divino judicio exiſtere de perpetratâ iniquitate cognoſcat, & à ſacratiſſimo Corpore ac Sanguine Dei & Domini Redemptoris noſtri JEſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictè ultioni ſubjaceat. Cunctis autem eidem loco ſua jura ſervantibus ſit pax Domini noſtri JESU Chriſti, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum Judicem præmia pacis æternæ inveniant. Amen.

Ego Alexander Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus.
Ego Joannes Presbyter Card. SS. Joannis & Pauli Tit. Pamachii.
Ego Albertus Presbyter Card. Tit. S. Laurentii in Lucinâ.
Ego Boſo Presbyter Card. S. Pudentianæ Tit. Paſtor.
Ego Petrus Presbyt. Card. Tit. S. Suſannæ.
Ego Jacobus S. Mariæ in Temp. Diaconus Cardinalis.
Ego Canthyus Diaconus Cardinalis S. Adriani.
Ego Hugo Diaconus Card. S. Angeli.

Anno 1275. Rudolphus I. Romanorum Rex atteſtatur, quòd in Albenſi Monaſterio nemo jus Advocatiæ habeat, & ſimul illud ſpeciali ſuâ protectione de poſthac clementiſſimè ſervandum promittit, cum addito, quòd Abbas & Conventus Albenſis poſſint ex progenie Comitum de Eberſtein, tanquam fundatorum Patronum ſeu Tutorem aliquem eligere quem velint, qui Imperatoris & Imperii loco ac nomine eisdem ita præſit, ut juxta quoque præſit, prout amplius extenuatur tali diplomate: *Rudolphus Dei gratiâ Romanorum Rex, ſemper Auguſtus. Univerſis ſacri Romani Imperii fidelibus præſentes litteras inſpecturis gratiam ſuam & omne bonum. Ad loca, quæ divino cultui mancipata cognoſcimus, acies noſtræ conſiderationis internæ ferventer extenditur, & ut pacis amœnitate refloreant, gratioſè eis benevolentiæ ſtudiis aſpiramus. Noſcat igitur præſens ætas & ſucceſſura poſteritas, quòd nobis in Monaſterio Mulenbronne perſonaliter exiſtentibus religioſi viri Abbas, Prior & Cellarius Monaſterii de Albâ, nomine totius Conventûs ejusdem Monaſterii Majeſtatis noſtræ præſentiam accedentes graviter ſunt conqueſti nobis. Quòd, cum ipſi diverſis Dominis, quorum quilibet aſſerebat ſe ejusdem monaſterii & bonorum eſſe ſpecialiter advocatum, compulſiva & tàm gravia ſervitia exhibendo ad ſtatum miſerabilem in temporalibus devenerint, & collapſum, quòd quaſi vix poſſint adjicere, ut reſurgant. Nos ipſorum gravaminibus & preſſuris condeſcentes regiâ pietate Simonem Comitem gemini pontis & Ottonem de Eberſtein, viros nobiles & dilectos fideles noſtros, qui præſentes erant, & ſibi prædictum jus advocatiæ inſtantiùs & validiùs præ cæteris hactenùs uſurpabant, ad hoc induximus mediante conſilio Burggravii de Nürnberg, ac aliorum nobilium & prudentum virorum, quod recognoverunt ac publicè ſunt confeſſi, ſe nullum jus advocatiæ habere in dicto Monaſterio de Alba, ſed quaſi fundatores eidem Monaſterio præfuiſſe, & bonis ad ipſum pertinentibus non advocatorum nomine, ſed tutorum. Volentes igitur idem Monaſterium pacis deinceps tranquillitate gaudere, prædictorum Abbatis & Conventûs precibus humilibus inclinati antedictum eorum Monaſterium, unà cum omnibus hominibus, perſonis, poſſeſſionibus, nec non rebus pertinentibus ad idem Monaſterium ſub noſtrâ & Imperii protectione recepimus, & recipimus ſpeciali mandantes ac regiâ noſtrâ authoritate præcipientes, ne quis dictum Monaſterium in perſonis, poſſeſſionibus, nec non rebus ſuis audeat moleſtare. Quod qui facere præſumpſerit, gravem noſtræ Majeſtatis offenſam ſe noverit incurſurum. Verùm quia prædicti Fratres pro offenſis ſingulis & injuriis inferendis ubilibet vel illatis eisdem noſtram non poſſunt commodè adire præſentiam, ad inſtantiam eorundem concedimus & permittimus, quòd unum de generatione nobilium virorum de Eberſtein, dilectorum fidelium noſtrorum, eò, quia ſunt ejusdem Monaſterii fundatores, poſſint eligere & habere noſtro nomine & Imperii pro tutore, quamdiu eis benefecerit & expediens fuerit; qui noſtrâ fretus auctoritate & Imperii eis præſit, ut proſit ac eorum poſſeſſionibus ubique locorum ſitis conſilio & tuitionis præſidio opportuno, ita tamen, quòd ex eo Jus advocatiæ dicti Monaſterii & bonorum non vendicet ſibi per conſequens ullo modo. In cujus rei teſtimonium præſentes litteras conſcribi, & Majeſtatis noſtræ ſigillo juſſimus communiri.*

Datum

Datum apud Rotenburg quarto Calendas Januarii, Indictione quartâ anno Domini milleſimo ducenteſimo ſeptuageſimo quinto, regni verò noſtri anno tertio.

Eodem Anno Rudolphus Rex antedictus Curiam Albanenſem in imperiali oppido Wilenſi conſtitutam eximit ab oneribus communibus ac publicis, aliàs de more ſeu jure præſtandis per ſequentem Bullam : *Rudolphus Dei gratiâ Romanorum Rex, ſemper Auguſtus, univerſis ſacri Romani Imperii fidelibus præſentes litteras inſpecturis gratiam ſuam & omne bonum. Cùm religioſos viros Abbatem & Conventum de Alba Ciſtercienſis Ordinis Spirenſis diœceſis, qui ſpretis labentis hujus ſeculi laſcivientis illecebris in clauſtris clauſtralibus ſe claudendo divinis ſunt jugiter obſequiis mancipati, proſequamur ſpeciali gratiâ & favore de libertate regiâ hujusmodi gratiam eis ducimus faciendam, ut de ipſorum Curiâ, quam in Oppido noſtro Wile poſſident, nullam precariam ſive ſteyram, nullum prorſus ſervitium compellantur vel teneantur præſtare. Sed omninò ab omni ſervitutis ſit onere libera & immunis, eò quòd de communi civium ejusdem Oppidi voluntate proceſſit pariter & conſenſu. In cujus rei teſtimonium præſentes litteras conſcribi, & Majeſtatis noſtræ ſigillo juſſimus communiri. Datum apud Rotenburg quinto Calendas Januarii, Indictione quartâ, Anno Domini milleſimo ducenteſimo ſeptuageſimo quinto, regni verò noſtri anno tertio.*

Anno 1276. Comitum de Eberſtein omnium & ſingulorum nullum Jus Advocatiæ, ſed nudam ſolùm ac ſimplicem protectionem in Monaſterium Albenſe ſibi competere ultronea confeſſio, illiusque Juris conditionum luculenta ſatis illuſtratio in ſcriptis data & expedita talis fuiſſe legitur: *Nos Otto ſenior de Eberſtein unà cum filiis meis Ottone videlicet & Wolffando, & nos Simon Comes gemini Pontis & de Eberſtein, & filii mei Gottfridus & Eberhardus cum omni generatione noſtrâ nôſſe volumus præſentes & ſcire futuros, quòd mutuâ inter nos deliberatione tractavimus, qualiter clauſtrum Monachorum in Alba Ciſtercienſis Ordinis Spirenſis diœceſis ad ſtatum reformaretur priorem, quod occaſione nonnullorum, qui ſe pro Advocatis & Dominis ingerebant, ad ſtatum miſerabilem devenerat collapſum. Ad quam reformationem acceſſit Illuſtriſſimi Domini Rudolphi Romanorum Regis ordinatio & præceptum, ut nomine ſuo & Imperii Abbas & Conventus ejusdem loci, quem vellent, eligerent defenſorem. Verùm quia noſtri progenitores dicti Cœnobii fundatores extiterunt Abbas & Monachi ante dicti ex noſtrâ generatione unum tantum ſucceſſivè poſt alterum priore pro tempore vel causâ cedente vel decedente decernebant eligere defenſorem, qui eis vice & nomine Imperii præſit & proſit, jus quoque & auctoritas eligendi ſingulis vicibus in ipſorum ſit arbitrio Monachorum. Eum igitur, quem ex nobis elegerint, gratum habentes promittimus bonâ fide, ut ſuper eo nec reliqui indignentur, imò conferimus & ipſis & colonis plenariam auctoritatem utendi ſilvis, pratis, paſcuis, aquis, viis, inviis & almandis in omni noſtro dominio & diſtrictu. Nec tamen occaſione hujusmodi ad aliqua ſervitia tenebuntur: Denominatus etiam ſive electus ex nobis nequaquam ſe gerere debet, ſicut nec eſt pro Advocato vel Domino, ſed defenſore. Prætereà nos adſtringimus per præſentes, quòd ipſos Monachos cum ſuis in clauſtro grangiis, curiis, molendinis, rebus vel poſſeſſionibus tàm habitis quàm habendis, & villis ſpecialiter nullo modo gravabimus in poſtulatione, ablatione vel extorſiòne frumenti, vini, animalium, canum, pullorum, denariorum, fœni, pabuli,* Howptrecht / Hertrecht / Dube/ Frevel/Steuer/Bethe/Vogthabern/ *nec præcipuè gravabimus venatoribus, canibus aut vecturis, ſeu rebus etiam quibuscunque. Quod etiam hactenus per nos eis fuerat illatum, per præſentes recognoſcimus ex malâ proceſſiſſe conſuetudine, non ex jure. Ipſe etiam defenſor ſi quicquam duxerit poſtulandum, non per quemlibet, ſed propriâ perſonâ, vel per ſolum ſuum vicarium, qui ad hujusmodi fuerit deputatus, rationabiliter poſtulet ab Abbate, vel ab eo ſolo, quem Abbas conſtituerit loco ſui. Quæ petitio, ſi fortè admiſſa non fuerit, non ægrè ferat. Ad hoc quoque nos præſentibus obligamus, quòd in Woldanis & Herbergen Reiſarum ad ipſos & ad villas, vel poſſeſſiones eorum nullatenùs divertemus. Verumtamen rogamus, ut dum ad clauſtrum vel grangias eorum nos cum noſtrâ familiari & domeſticâ familiâ devenire contigerit, recipiamur & tractemur honorificè & benignè. Nos quoque prout ipſorum Ordo requirit, cibo & potu contenti erimus, quibus & ipſi utuntur ibidem. Adjiciendum quoque,*

quòd

quòd de judiciis faciendis vel præſidendis, niſi ſecundùm nutum Abbatis & de Scultetis & Officialibus eorum ſtatuendis vel deſtituendis etiam ad defenſionem nullo modo pertinebit, per quos ſi quid terminari non poterit, monachis à defenſore auxilium implorantibus cooperari tenebitur brachio ſeculari. Nec tamen hâc vel aliâ ratione guerras, prælia vel Urlinge *potentum debebit inire, niſi ſuper hoc rogatus fuerit ab Abbate ſpecialiter & Conventu. Ad eadem etiam exequenda idem defenſor ſi neceſſe fuerit Imperii auxilium invocabit, qui etiam quamdiu ipſi clauſtro utilis fuerit & expediens, duntaxat fungetur dignitate & nomine Defenſoris. Nos igitur univerſi recognoſcentes nihil Juris advocatiæ nos in ſæpedicto clauſtro cum ſuis habuiſſe, vel habere libertates, litteras & gratias, quas habent ab Ordine à noſtris progenitoribus, & à nobis præſentibus confirmatas, bonâ fide promittimus obſervare. In cujus rei teſtimonium evidentiam & robur Monaſterio prahabito perpetuò valiturum. Nos Otto & Simon antedicti præſentem litteram præfatis Monachis noſtris ſigillis tradidimus communitam, quibus & nos omnes de poſteritate & generatione Eberſtein ſumus contenti. Datum anno Domini milleſimo ducenteſimo ſeptuageſimo ſexto, Dominicâ Invocavit, in Capitulo Clauſtri præſcripti coram Conventu & multis aliis fide dignis.*

Anno 1295. Adolphus Romanorum Rex innovat & confirmat privilegia à Rudolpho I. prædeceſſore ſuo Monaſterio Albenſi conceſſa juxta ſequentium tenorem: *Adolphus Dei gratiâ Romanorum Rex, ſemper Auguſtus, univerſis Sacri Romani Imperii fidelibus præſentes litteras inſpecturis gratiam ſuam & omne bonum. Noveritis Nos litteras claræ recordationis Rudolphi quondam Romanorum Regis prædeceſſoris noſtri vidiſſe tenorem hujusmodi continentes*: Rudolphus Dei gratiâ Romanorum Rex, ſemper Auguſtus, univerſis ſacri Romani Imperii fidelibus præſentes litteras inſpecturis gratiam ſuam & omne bonum. Ad loca, quæ divino cultui mancipata cognoſcimus, acies noſtræ conſiderationis internæ ferventer extenditur, & ut pacis amœnitate refloreant, gratioſè eis benevolentiæ ſtudiis aſpiramus. Datum apud Rotenburg quarto Calendas Februarii, Indictione quartâ Anno Domini milleſimo ducenteſimo ſeptuageſimo quinto, regni verò noſtri tertio. *Præterea vidimus litteras præfati Rudolphi, quondam Romanorum Regis de verbo ad verbum hujusmodi continentes*: Rudolphus DEI gratiâ Romanorum Rex, ſemper Auguſtus, univerſis ſacri Romani Imperii fidelibus præſentes litteras inſpecturis gratiam ſuam & omne bonum. Cùm religioſos viros Abbatem & Conventum de Albâ Ciſtercienſis Ordinis Spirenſis diœceſis, qui ſpretis hujus labentis ſeculi laſcivientis illecebris in clauſtris clauſtralibus ſe claudendo divinis ſunt jugiter obſequiis mancipati &c. Datum apud Rotenburg quarto Calendas Januarii, Indictione quartâ Anno Domini milleſimo ducenteſimo ſeptuageſimo quinto, Regni verò noſtri tertio. *Nos igitur prædictorum Abbatis & Conventus de Alba precibus humilibus inclinati omnia præſcripta rata & grata habentes innovamus, & auctoritate regiâ confirmamus. In cujus rei teſtimonium præſentem litteram conſcribi, & Majeſtatis noſtræ ſigillo juſſimus communiri. Datum apud prædictum clauſtrum Albam Idibus Aprilis, Indictione octavâ Anno Domini milleſimo nonageſimo quinto, regni verò noſtri anno tertio.*

Anno 1334. Ludovicus IV. Romanorum Imperator, cognomento Bavarus, privilegia à Rudolpho I. & Adolpho Regibus Romanorum Monaſterio Albenſi clementiſſimè conceſſa de totâ poteſtatis ſuæ plenitudine reiterat, innovat & confirmat tali diplomate: *Ludovicus Dei gratiâ Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, profitemur publicè per præſentes, quòd accedentes Majeſtatis noſtræ præſentiam Religioſi Viri Abbas & Conventus Monaſterii de Alba, devoti noſtri dilecti nobis humiliter ſupplicantes, quatenus ipſis omnia jura & privilegia, atque etiam libertates & litteras ipſis & Monaſterio eorum à prædeceſſoribus noſtris tradita & indulta, ſive traditas & indultas, & ſpecialiter privilegium Adolphi Regis prædeceſſoris noſtri dignaremur benevolentiùs confirmare, cujus privilegii tenor ſequitur in hac verba*: Adolphus Dei gratiâ Romanorum Rex ſemper Auguſtus, univerſis Sacri Romani Imperii fidelibus præſentes litteras inſpecturis gratiam ſuam & omne bonum. Noveritis nos litteras claræ recordationis Rudolphi, quondam Romanorum Regis prædeceſſoris noſtri vidiſſe tenorem hujusmodi continentes: Rudolphus Romanorum Rex, ſemper Auguſtus

ſtus &c. *Nos verò prædictorum Abbatis & Conventûs Monaſterii in Alba ſupradicti precibus favorabiliter annuentes ipſis privilegia & jura Monaſterio eorundem conceſſa, tradita & indulta, ſive gratias & libertates ipſis & dicto Monaſterio traditas & indultas, & nominatim privilegium ſupradictum Adolphi Regis prædeceſſoris noſtri præſentibus incluſum, & de verbo ad verbum expreſſum, de ſolitâ noſtrâ clementiâ approbamus, ratificamus, & præſentibus confirmamus. Nulli ergò hominum liceat hanc noſtræ approbationis, ratificationis & confirmationis paginam infringere, aut ei auſu temerario contraire, ſicut noſtram indignationem & gravem noſtræ Majeſtatis offenſam, & pœnam quinquaginta librarum auri, quarum medietas fiſco noſtro, alia verò medietas paſſo injuriam ſeu paſſis ipſo facto, & toties quoties factum fuerit, irremiſſibiliter applicetur, voluerit evitare. In cujus rei teſtimonium præſentes conſcribi, & ſigillo Majeſtatis noſtræ juſſimus communiri. Datum in Norimbergâ Sabbato ante Dominicam Invocavit anno Domini milleſimo trecenteſimo triceſimo quarto, regni verò noſtri anno viceſimo, Imperii verò ſeptimo.*

alt Herkommen/ und gut Gewohnheiten/ die ſie redlich erworben/ herbracht und noch haben/ auch der vorgemelte Keyſſer Sigmunds Brieff/ in allen und jeglichen ihren Puncten/ Stucken/ Clauſulen/ Meinungen und Begreiffungen/ wie die von Wort zu Wort lauten und begriffen ſeint/ als Römiſchen Keyſſer gnediglich erneurten/ confirmireten und beſtettigten/ verneuren/ confirmieren und beſtettigen ihnen das alles von Römiſcher Keyſſerl. Macht/ in Krafft diß Brieffs/ und meinen/ ſetzen und wöllen/ daß nun hinfüro alle jegliche der gemelten Abbts und Convents zu Herren-Alb/ Gnaden/ Freyheiten/ Rechte/ Brieff/ Begabungen/ Handveſten/ Beſtettigung/ Gewohnheiten und Herkommen/ wie ſie von Unſeren Vorfahrern am Reich erworben/ herbracht und gebraucht haben/ auch der obberürt Keyſſer Sigmunds Brieff in allen ihren Innhaltungen/ Clauſulen/ Puncten/ Articklen/ Meinungen und Begreiffungen kräfftig und mächtig ſein/ und der genante Abbt/ Convent/ und ihre Nachkommen/ des Cloſters Herren-Alb/ die alſo zu ewigen Zeiten völliglich haben/ nutzen/ nieſſen und darbey bleiben/ und ſich der an allen Enden gebrauchen ſollen und mögen/ und gebieten darauff allen und jeglichen Churfürſten/ Fürſten/ Geiſtlichen und Weltlichen/ Prälaten/ Graffen/ Freyen/ Herren/ Ritteren/ Knechten/ Hauptleuthen/ Vizdomben/ Vögten/ Pflegeren/ Verweſſeren/ Amptleuthen/ Schultheiſſen/ Burgermeiſteren/ Richteren/ Räthen/ Burgeren und Gemeindten/ und ſonſt allen anderen Unſeren und des Reichs Unterthanen und Getrewen/ in was Würden/ Stand oder Weſen die ſein/ von Römiſcher Keyſerlicher Macht ernſtlich und veſtiglich mit diſem Brieffe/ und wollen/ daß ſie die genannten Abbt/ Convent und Gottshaus zu Herren-Alb/ und ihre Nachkommen/ an den obgeſchribnen ihren Gnaden/ Freyheiten/ Rechten/ Brieffen/ Privilegien/ Handveſtungen/ Begabungen/ alten Herkommen/ gueten Gewohnheiten/ und bemelte Keyſſer Sigmunds Brieff/ auch diſer Unſer Vermehrung und Beſtettigung nicht hinderen oder irren/ noch ihnen keinerley Eingriff oder Beſchwehrung daran thun/ noch des jemands anderen zu thun geſtatten in kein Weiß/ ſondern ſie dabey getreulich handhaben/ ſchutzen/ ſchirmen/ und gerueglich gebrauchen/ genieſſen/ und gäntzlich dabey bleiben laſſen/ als lieb einem jeglichen ſey Unſer und des Reichs ſchwere Ungnad/ und darzu der Pönen in den vorgenanten Unſer Vorfahren am Reich/ Brieffen und Privilegien begriffen/ zu vermeiden/ mit Urkundt diß Brieffs beſigelt/ mit Unſeren Keyſerl. anhangenden Inſigel. Geben in Unſer und des Heil. Reichs Statt Worms/ am zehenten Tag Februarii/ nach Chriſti Unſers lieben HErren Geburt fünffzehenhundert und im ein und zweinzigiſten Unſerer Reich/ des Römiſchen im anderen/ und aller anderer im ſechſten Jahr.

Anno 1529. Formula Juramenti ſeu Homagii Venerabili in Chriſto Patri ac Domino Lucæ Abbati Monaſterii Albenſis de more præſtiti legitur fuiſſe talis: Ihr werdet geloben und ſchwören/ einen gelehrten Ayd zu GOtt und den Heiligen dem Ehrwürdigen und Geiſtlichen Herren Lucaßen/ Abbten deß Gotts-Haus Herren-Alb/ meinem gnedigen Herren hierzugegen/ als gemelts Gottshaus Herren-Alb Prälaten/ und ewerem rechten regierenden Herren getrew/ gewertig/ und hold zu ſein/ ſeiner Gnaden/ und deren verordneten Amptleuthen/ von ſeiner Gnaden wegen Gepoten/ Unpoten und Ordnungen/ gehorſam zu ſein/ ſeiner Gnaden/ ihrem Convent und Gottshaus Frommen und Nutzen zu ſchaffen/ Nachtheil und Schade nach eweren höchſten Vermögen zu warnen und zu wenden/ und euch in allen Sachen erzeugen und halten/ wie frommen und gehorſamen Unterthanen gen ihren rechten Herrſchafften zu thun ſchuldig ſein/ auch ewer Leib und Gut/ Weib und Kind Unſer ſeiner Gnaden Gotthaus und Herrſchafft nit vereiſſeren/ ohne ſeiner Gnade oder ihrer Amptleuthen Wiſſen und Erlauben/ ſondern ob ihr Jemanden des Gottshaus eigen Leuthe/ die ohne Willen und Wiſſen ſeiner Gnaden Vorfahrern/ oder ihrer Amtleuthen veräuſſert und empfrendt hätten/ wuſten/ dieſelben ohnverhalten anzuzeigen/ deßgleichen/ ob ihr Jemand wuſtet/ der des Gottshaus Güter/ Gülten oder Zinß entzogen/ eingenommen/ und ohne Wiſſen und Willen innhätten/ auch anzuzeigen/ und inſonderheit unter euch ſelbs/ noch mit niemand anderen zu Schimpff/ noch zu Ehren keinerley Weiß zu rottieren/

Verbindnuſſen noch Vereinigung zu machen/ und ob ihr Jemand vermercken werdet / die ſich alſo zuſammen rottiert oder vereiniget hetten/ oder thun wolten dem Gotts = Haus zu Nachtheil / und anderen anhengig/ dieſelbe ohn allen Verzug / ſo wohl bey Tag als Nacht meinem gnedigen Herren von Alb/ oder Ihrer Gnaden Amptleuthen oder Befelchhaberen anzubringen/ darzu niemand anderen nimmermehr zu eweren Herren anzunehmen/ noch zu huldigen/ dann allein einem Herrn und Prälaten zu Herren-Alb/ alles getreulich und ohne Geverd.

Anno 1535. Relatio nefariæ ac ſacrilegæ direptionis Monaſterii Albenſis menſe Octobri violenter & ex inſperato factæ & conſumatæ ab Anonymo loci Conventuali hujuscemodi malis omnibus loco & & nomine heterodoxi Ducis Wirtenbergenſis Udalrici potenter illatis præſentiſſimo ſimpliciter deſcripta habetur, prout ſequitur: *Nota* als uff Sambſtag nach *Lucæ Evangeliſtæ Anno 1535.* den *23. Octobris*, der Edel und Veſt Juncker Rennhart von Sachſenheim / ſamt dem Vogt von Grüningen Philipp Vollant mit einem Credentz = Schreiben vom Fürſten/ Unſerem und gnedigen Herren / Herzog Ulrichen von Würtenberg ußgangen/ auch mündlichen Befelch / Uns dem Abbt und Convent anzuzeigen/ daß es deß Fürſten ernſtlicher Will und Befelch/ daß Wür ihme / den Geſandten/ all Unſer Kleinodien/ Gelt / Silber = Geſchürr/ Brieff/ Regiſter/ Rechnungen und Rödel/ ſamt allen Kelchen/ Meß-Gewandt/ Kirchen- und GOttes-Zier/ wie die im Jahr darvor von ihnen beyden inventiert und aufgeſchrieben worden ſeint/ nichts davon underlaſſen / und ſolches alles ſollen ſie gen Stuttgart/ ins Fürſten Rent = Cammer ſchicken und überantworten.

Am anderen / ſo ſey es auch des Fürſten ernſtlicher Will und Befelch/ daß Wür die vom Convent waren/ und ſollen Uns von ſtundan bereit machen mit Unſeren Bettladen und Bettgewandt/ auch alles/ das zu Uns gehört / wann der Fürſt in acht Tagen uns wider ſchreibt / daß Wür Uns mit Unſerer eignen Fuhr ſollen aufmachen/ und fahren an das Orth/ wohin Wür beſchaiden werden.

Für das alles haben Wür gebetten/ daß man Unß Unſere Brieff/ und Uns auch in dem Cloſter Herren-Alb/ darinn Wür erzogen/ gewohnt/ auch in dem/ und in keine anderen Cloſter profeſſion gethan haben/ laſſen ſolle/ dann es gehören je die Mönch/ die Brieff/ und das Cloſter zuſammen / es ſeye das Cloſter und Brieff niemands anderen zugehörig dann Uns/ den Mönchen/ die darinn Profeſſion gethan haben. Solches aber den Geſandten nit anmutig ſein wollte / ſagten / ſie müſſten ihrem Befelch nachkommen. Auff das Wür begehrten Uns nit alſo zu übereilen/ ſondern an den Fürſten zu ſuppliciren geſtatten wollen/ guter Hoffnung/ Gnad zu finden ꝛc. deß ſie Uns nit abgeſchlagen / darzu ſich mit Uns zu ſchreiben anerbotten/ des ſie Uns ungezweifflet auf die beſte Form gethan/ wie Wür dann auf das allerdemütigſt uñ underthenigſt/ ſo immer ſein kan/ durch dieſelbe Supplication [die die Geſandte ſelbs vor verleſen/ ihnen auch wol gefallen hat] ſuppliciret haben. Es verhofften auch die Geſandten ſelbs / Wür würden durch Unſer underthenig ſuppliciren ein gnedige und gute Antwort erhalten. Und iſt auf ſolch Unſer ſupplicieren / wie auch auf der Geſandten Mitſchreiben / Uns ungefehrlich ein Antwort/ wie nachfolget/ gefallen.

Auff Simons und Judæ der Heil. zwölff Boten Tag Anno 1535. den 28. Octobris / ſeint zu Herren = Alb umb die drey Uhr Nachmittag ankommen die Edlen und Veſten Juncker Balthaſar von Gültlingen/ Hofmeiſter/ Hannß Harder/ Ober = Vogt zu Ewingen / Georg von Biſchoffs-Rod/ Ober = und der Under = Vogt zu Newenburg/ wie auch Meiſter Ambroſius Blarer (olim ejusdem Monaſterii hujus Alpirſpacenſis Monachus, modò infelix Apoſtata & dogmatis Lutherani ſectator præcipuus famoſus apud Henricum Pantal. de viris illuſt. Germ. part. 3. fol. 199.) all zu Roß/ ohngefehrlich mit Rennhart von Sachſenheim und des Vogts zu Grüningen Pferdten/ ſo zuvor im Cloſter waren/ auff dreiſſig Pferdt/ darzu ein Fuß = Volck auff ſibenzig oder achzig

Per-

Perſonen/gerüſt mit Harniſch/Büchſen/Hellenparten/und ander Gewehr/ als wollt man in einen Krieg ziehen/ ſolche ihr Büchſen in Einziehen und Ausziehen in und vor dem Cloſter auslaſſen gehen / daß die Tannen-Bäum zitterten/ wie auch Berg und Thal erhalleten.

Alſo nach Veſper / und ſchier bey nächtlicher Zeit / beſchickten die von Adel die Vögt ſamt dem Plarer/ mein Ehrwürdigen Herren und gantzen Convent von Alb/ in die Oberſtuben des Convent-Heußlins / recitirt der Hoffmeiſter Balthas von Gültlingen/ alle Handlung / wie oben vermercket/ was die zween erſte Geſandten/ Reinhart von Sachſenheim / und Philipp Vollandt / aus Fürſtlichen Befelch mit Uns gehandelt und geredt haben ꝛc. ohne Anſehen ihr Mitſchreiben/ und Unſer Supplication wäre es noch ſeiner Fürſtlichen Gnaden Befelch und Geheyß/ daß ſie bey Uns ſolten aufheben/ und dem Fürſten in ſein Rent-Cammer überantworten/ alles das/ ſo hievor inventirt iſt worden. So man das gütlich geben/ und folgen wolt laſſen/ wohl und gut/ wo nit/ ſo hetten ſie Befelch und Beſchaid/ dem ſie wurden nachkommen ꝛc. Darauff mein Ehrwürdiger Herr von Alb / Abbt Lucas/ ſambt ſeinem Convent begehrt / ein Bedacht biß morgen: es wäre nun afftertag-Zeit/ morgen frühe wolte ſein Ehrwürde gebürliche Antwort geben/ das die Geſandten keineswegs zulaſſen/ ſondern von ſtundan ein Antwort wolten haben: thäte ſich mein gnediger Herr von Alb / und der Convent ein klein wenig zuſammen/ wurden rhätig/ ſie allerundertheinig zu bitten/ daß man Uns bey den Brieffen / wie auch die Brieff im Cloſter/ verbleiben lieſſen/ dann die Brieff/ wie auch das Gottshaus/ ſtünde Uns/ und ſonſt niemand anderen/ zu/ und fielen alſo der Herr und der Convent vor den Geſandten nider auf die Erden/ underthenig bittende / daß ſie Uns all / mit ſampt den Brieffen/ beyeinander im Cloſter/ und auff demſelbigen Platz / dahin Wür gehören / allda Profeſſ gethan/ erzogen/ und gewohnt haben/ wolten verbleiben laſſen: Daran ſie aber keinswegs geſättiget / villeicht Uns allzuſammen verſchloſſen/ die Gewölb/ eiſene Thüren/ Thor/ Trög/ und anders/ gewaltig mit Axten/ und wie ſie köndten und gemöcht / wollten geöffnet haben / und zu beſorgen / wie ſie ſich dann auch zum Theil mit Worten haben laſſen vernehmen/ wie Uns die Gürtel beſchloſſen / derſelb Nacht oder Morgens frue allſammenhafft zum Cloſter hinaus wolten gejagt haben / hat ſich Unſer Ehrwürdiger Herr mit Unſeren Wiſſen/ ihnen die Schlüſſel nit vorzuhalten angebotten / die man ihnen von ſtundan hat müſſen überantworten / haben ſie gleich dieſelbe Nacht alle Gewölb/ eiſerne Thüren / Trög / und anders vor dem Nacht-Eſſen verpetſchiert/ deßwegen/ wie auch der langen Red/ (ich ſag nit ein Predig/ darinn man das GOttes-Wort und die Warheit nit verhalten ſoll) ſo der Plarer vor Unſerem Ehrwürdigen Herren und gantzen Convent/ in Beyſein auch der Geſandten in der vorgenanten Stuben gethan/ hat es ſich mit dem Nacht-Eſſen biß nach der neunten Stundt verzogen/ zu der jetztgemelten Handlung auch der Reiſſigen und Fuß-Volck Nacht-Eſſen / und daß dieſelbige die ganze Nacht inn- und auswendig dem Cloſter mit Liechter haben müſſen wachen/ hat man dieſelbe Nacht bey zween Centner gut Liechter verbraucht. Ich will geſchweigen/ daß man ſie all morgen / auch am Freytag / mit Fiſch und Fleiſch hat müſſen ſpeiſſen / und die Thor des Cloſters biß ſchier gegen Mittag beſchloſſen ſeind geweſt / biß man die Vögel alle nach ihren Gefallen hat ausgenommen oder gehaben / dergeſtalt/ daß leyder auf diſen Tag weder Gold noch Silber/ Monſtrantze/ Kelch/ Kleinodien/ Meß-Gewänder oder anderley/ weder GOttes- noch Kirchen-Zierd im GOttshaus zu Herren-Alb nit iſt / ſondern alles von ihme umb Mittag in Meeltrögen und anderen Säcken / wie die Schuchmacher ihre Leiſt einzehlen/ geworffen/ durcheinander geplumbt/ auffgeladen/ und über Rugg hinweg geführt/ wie auch alle zu Roß und Fuß auf dieſelbige Stundt mit Unſeren groſſen Schaden abgezogen/

zogen ꝛc. Wohin/ der Höll zu / und GOtt mit Uns. Mich erbarmeten und erjammerten aber die köſtliche guldine Perlinſtuck-Meß-Gewandt / Leviten-Röck / und Chor-Cappen / Kelch/ Monſtrantzen/ und das köſtlich gantz guldin und ein ſilberin vergoldtes groſſes Creutz/darinn etliche warhaffte Stuck von dem Stammen deß Heil. Creutz/ daran Unſer HErr und GOtt / Chriſtus gelitten hat / mit guten Edelſteinen verſetzt und eingefaſſt. Mich betaurten aber die zwo köſtliche / wohl und ſauber gemachte Inflen oder köſtliche Abbt - Staab/ die neu zierlich und ſauber gearbeitete Monſtrantz / wie auch die guldine Perlin-Samet-und Damaſtine Meß-Gewändter / Leviten-Röck / Chor-Cappen / allerley Farben / und mit aller ihrer Zugehör/ das alles GOtt dem HErrn zu Lob und Ehr / lange Zeit und viel Jahr in dem GOttshaus zu Herren-Alb geweſt / darzu die ſilberne verguldte Credentz/ und andere Trinck-Geſchirr und Becher/ Köpff und Löffel mit Silber beſchlagen/ das alles durcheinander/ wie die Schuchmacher die Leiſt in die Säck geworffen/ deren aber nit eins / ausgenommen ein einziger Kelch/ als wenig/ als Zünſen/ Zehenden / Dörffer/ Flecken / Weyler oder Höff Uns von Würtenberg/ wie von anderen Herrſchafften in donation oder Kauffweis zukommen / iſt aber leyder jetzt von den Stammen und Namen wider GOtt/ Ehr und Recht / wider Unſeren Willen und alles Recht-erbieten ꝛc. gewaltiglich entwehrt / Uns zulaſſen ſehen / genommen und hinweg geführt / darzu / wo möglich / GOTT dem HErren ſein Göttlich Lob diß Orts nidergelegt/ ſein Gottshaus und die H. gewenhete Kirchen in Brach gelegt / das Hochwürdige Sacrament ſubſtancialiter daraus vertriben : Der Hochwürdigen ſeeligen Mutter CHriſti/ wie auch aller lieben Heiligen Ehr und Lob / und aller Chriſtglaubigẽ Seelen Gedächtnus unterdruckt/ die Göttliche Heil. Aempter/ die ſiben Tag-Zeiten/ und alle Chriſtliche Ordnung / auch der Beleuchtung mit Wachs und Oel nidergelegt / alle heilſame gute Werck/ als Betten / Beichten/ Faſten / Wachen / Singen und Leſen / mit Waſſer und Saltz/ wie auch andere Weyhung von Alter aus guten Grund wohlbewehrt/ das Heil. Oel/ die andächtige Proceßion und Creutzigung von der Heil. Apoſtel-Zeit gewehret/ diß alles für guet und heilſam biß anhero gebracht/ und auch allen guten Chriſten gegen GOTT und im Zeitlichen wohl erſchoſſen: iſt jetzund wie bey König Herodis Zeiten deshalb S. Johannes der Heilig Tauffer damahls unſchuldig des Ehebruchs halben enthauptet ward : alles laider nidergetruckt/ veracht und verſpott ꝛc. darumb ſich der allmächtig/ ewig / güetige und barmhertzige GOtt wolle erbarmen/ und alle Ding nach ſeinem Göttlichen Lob und Wolgefallen/ wie auch Unſer Seel Seeligkeit ſchicken. GOtt dem HErrn ſey Lob in ſeiner Ewigkeit Amen.

Sed neq; hic minimè ſubſtitit perſecutio Religioſorum Aſcetarum Monaſterii hujus, ipſe enim Abbas Lucas Götzius Merſtettenſis propè Minſingam à Duce Udalrico Studgardiæ incarceratus & quaſi triginta millia aureorum in diverſa loca abalienâſſet, quæſtionibus ſubjectus fuit. Poſt aliquandiu Monaſterium Abbate caruit, usque dum, finito Smalkaldico bello, religioſus cultus in hoc reductus, ibique Georgius Trippelmann cognomento Pæiſſ Tubingenſis electus eſt: qui adhuc Anno 1555. ibi perduravit, tandemque conſtituto victalitio ceſſit. Unde etiam Cruſius part. 2. lib. 10. cap. 8. ad finem ſcribit, Philippum Degenum Uracenſem Anno 1556. primum hujus loci ſub Wirtenbergenſi Duce Chriſtophoro Abbatem Lutheranum electum fuiſſe. Multæ etiam litteræ extant prædicti Georgii Abbatis ad Cancellariam Wirtenbergicam directæ, & propriâ ipſius manu ſubſcriptæ, earumque ultimæ ſunt de dato 9. Novembris An. 1555.

Alpir-

ALPIRSPACENSE.

VUlgò Alberſpach ſive Alpirſpach nobile Wirtenbergenſis Ducatus Ordinis S. P. Benedicti Monaſterium in diœceſi Conſtantienſi ſitum, fundatum à Rotmano ab Hauſen, Adelberto de Zolleren & Alwico Comite de Sulz Anno Chriſti 1095. conſecratum in honorem SS. Crucis, Beat. Virg. S. P. Benedicti & omnium Sanctorum à B. Gebhardo Conſtantienſe Epiſcopo Sedis Apoſtolicæ Legato. Fuit deinceps auctum multa fidelium largitione, & ante Lutheri tempora ſummo in flore fuit, poſtquàm prænuntio futuri incendio Anno Chriſti 1513. combuſtum in fundamentis reſtauratum fuiſſet. Ita Bucelinus in German. ſac. part. 2. fol. 5. Inſtrumentum verò primæ fundationis ex integro habetur appoſitum in Documentis redivivis Monaſteriorum Wirtenberg. fol. 235. juxta ſequentem formulam: *Notum ſit omnibus tam præſentis quàm futuri ſeculi Chriſtianis, quòd ego Rottmannus de Huſin, & Adelbertus de Zolro, & Comes Alwicus de Sulzo, nos tres divinæ retributionis ardore ſuccenſi diligenter pertractando quæſivimus cum conſilio Venerabilis Gebehardi Conſtantienſis Eccleſiæ Epiſcopi, qui tunc erat Legatus Apoſtolici & religioſi Otonis Cellæ S. Blaſii Abbatis, nec non aliorum Clericorum atq; Monachorum laicorumq; quos potuimus advocare, qualiter in prædio noſtro Alpirſpach dicto, quod jure hæreditario ad nos usq; pervenit, Cœnobium Monachorum poſſet inſtitui, ut ii, qui ibi eſſent aggregandi, ſine perturbatione Domino prævalerent famulari. Quod cùm diu pertractaremus, viſum nobis eſt hoc bonum eſſe, ut prædium præſcriptum & ei circumpoſitam ſilvam cum terminis ſuis, nec non & alia prædia & mancipia noſtra ad opus tam religioſum decreta cuidam libero homini nomine Bernardus de Flôrin, ut conſuetudo eſt, traderemus, ea conditione, quatenùs ipſe eadem Domino & S. Benedicto omninò in proprietatem traderet Abbati ibidem conſtituendo, & monachis fratribusq; ſibi obedientibus liberè ſervitura. Propter, hoc autem, ut ejuſdem loci habitatores quieti ſemper manerent, & ipſe locus auctoritate Romani Pontificis omnimodè liber conſtaret, decretum eſt, pro obedientia ſubjectionis unum aureum nummum annuè dari in Palatio Lateranenſi ad pedes Apoſtolici, & Abbas ibi conſtituendus cum monachis fratribusq; ſibi obedientibus liberam ſemper haberent poteſtatem ſibi advocatum conſtituendi & eligendi, quemcunq; vellent, & eundem mutandi, ſi eis ita placuiſſet. His ita diligenter pertractatis venit Epiſcopus Conſtantienſis Legatus Apoſtolicus noſtrâ vocatione ad locum prænominatum, ut ibi conſecraret jam præparatum Oratorium. Anno Dominicæ Incarnationis milleſimo nonageſimo quinto, Indictione tertia, decimo tertio Calendas Februarii venit etiam homo ille Bernardus nomine, cui prædia & mancipia noſtra tradidimus, venerunt quoq; alii multi nobiles & ignobiles. In quorum omnium conſpectu ſæpedictum Bernardum petivimus, ut prædia & mancipia à nobis ſibi tradita Deo & S. Benedicto ſolemni traditione omninò in proprietatem contraderet, eâ conditione, quâ nos ſibi ea tradidimus. Quam petitionem ille devotè ſuſcipiens acceſſit ad reliquias Sanctorum, & in præſentia Epiſcopi, omniumq;, qui illuc convenerant, tradidit in primis ſuper illas ipſum locum, qui Alpirſpach dicebatur, & ei circumjacentem ſilvam cum terminis ſuis. Deinde alia prædia & mancipia conſtituta in his villis Dorinheim, Hemesſingen, Hebingdorff, Gatta, Huſela, Veringen, Noſwilo omninò in proprietatem tradidit Deo & S. Benedicto abſq; omni contradictione & repetitione talem conditionem libertatis eidem loco faciens, ut Abbas ibi conſtituendus, & Monachi fratresq; illic aggregandi ſemper haberent liberam poteſtatem gubernandi & diſponendi res tunc eidem loco traditas & poſteà tradendas, prout utile judicarent, haberent etiam liberam poteſtatem eligendi ſibi Advocatum quemcunq; voluiſſent, & eundem mutandi, ſi eis ita placuiſſet. Et hæc omnia ut ſemper rata conſtarent. Statutum quoq; eſt unum aureum nummum annuè dari in Palatio Lateranenſi pro obedientia ſubjectionis, ut Abbas cum advocato fratribusq; ſuis Apoſtolicam defenſionem vel ejus ſententiam fiducialiter requirant contra eos, qui loci libertatem aliquâ violentiâ turbare perſtiterint. Poſthac conſecratum*

eſt Oratorium in eodem loco præparatum à Venerabili Conſtant. Epiſcopo Apoſt. Legato in Nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis, in honorem victorioſiſſimæ Sanctæ Crucis, Sanctæ Mariæ Matris Domini, Sancti Benedicti Confeſſoris & Omnium Sanctorum. Omnia verò præſcripta per eum Apoſtolica auctoritate ſunt roborata, & non tantùm eo die & illo in tempore, ſed etiam poſt aliquot annos, quandò iterùm ad eundem locum vocatus dedicavit ibi Eccleſiam anno Dominicæ Incarnationis milleſimo nonageſimo nono, Indictione ſexta, quinto Calendas Septembris die Dominicâ. Tunc inquam præſentibus ipſius loci fundatoribus multaq; populorum turbâ adſtante, iterùm diligenter recenſita ſunt omnia, quæ ad ſtabilitatem & libertatem loci pertinent, & ad requiem ſecuritatis eorum, qui ibi ſunt Domino ſanctoq; Bernhardo ſervituri. Quæ iterùm Dominus Gebehardus Epiſcopus Conſtantienſis tunc quoque vicem Apoſtolicam tenens, amore ſanctiſſimi Patris Benedicti, Apoſtolica auctoritate roboravit, donec ipſius Cœnobii fratres Romam mittere poſſent, & ab ipſo Papa ſuæ ſecuritatis & libertatis privilegium ſuſciperent. Hujus autem teſtamenti dictator extitit Berno de Speichingen non ſemel ſed bis. Primò, ſicut dictum eſt, in ipſo loco, quando ibi conſecratum eſt prædictum Oratorium, ſecundò apud villam, quæ Rotswilo dicitur, coram Duce Bertolfo aliiſq; regni Principibus quàmpluribus & populo multo, ubi Dominus Adelbertus de Zolro ſeculi actibus renunciaturus præter illa prædia, quæ anteà dedit, iterum Deo & S. Benedicto omninò in proprietatem tradidit, quidquid in his villis habuit Ozin, Geroldiſtock, Sulzo, exceptis his, quæ ſervientes ſui, videlicet Reinwin, Rudolphus Reinboto ibidem proprio jure poſſederant. Quorundam verò nomina, qui hoc viderunt & audiverunt pro teſtimonio ſubnectimus: Comes Alwicus: Comes Gotefridus: Comes Fridericus: Comes Manegoldus: Comes Gerunc: Comes Zeizolf, Henricus, Heberhardus, Herimannus fratres de Dietfurt, Bertholdus de Honburg. Tiethelmus de Toggenburg. Chuno de Sulzo: Landoldus de Winzilon, Waltherus de Heiterbach. Gerboldus & Wernherus frater de augia. Eberhardus de Sedorff. Hiltiboldus de Tannecho. Egelolphus & Bernardus fratres de Flörin. Luitfridus de Bochingen. Wernherus & Manegoldus fratres de Cimberin. Egeloſſus & Luf fratres de Talehuſen, Udalricus & Rudolphus fratres de Wigelein. Benno Adelbertus, Beringerus fratres de Speichingen. Bertoldus & Conradus fratres de Gibingen. Fridericus de Walva. Guntramus de Egeſteige. His verò præſentibus confirmatum eſt de adjacente ſilvâ, quæ his terminis eſt incluſa. Heinbach de Heinbach uſq; in Walsbach, inde per aſcenſum ipſius Walsbach uſq; in Suetbach, per deſcenſum verò Suetbach uſq; in Rodenbach, inde per deſcenſum Rodenbach uſq; ad Chinzechum, inde per deſcenſum Chinzechum uſq; ad Wagoderſtein. Inde ad aliam Chinzechum. Inde ad gruorem Widenſem. Inde per aſcenſum ejus uſq; ad Ursbrin. Inde uſq; Snesleiſi, quà tenditur ad Wolfahe. De Buocchbach verò ad Ellenbogen influit uſq; ad ſupremum Henesbach, inde usque ad Stechendenberc protenditur, inde uſq; ad Sneſleiſi quæ fluit ad Wohaſe.

Alia hujus Monaſterii fundatio apud Cruſium invenitur part. 2. lib. 8. cap. 14. quæ & in antiquiſſimo Copiali Documentorum extat, ac ita ſe habet. *Quia Deus, Dei filius, veritas eſt inviolabilis, univerſis perſonis Eccleſiaſticis Catholicæ religioni conſentaneis, veracibus pandimus argumentis, quod nos tres Ruottmannus de Huſen, Adelbertus de Zolro, Comes Alewicus de Sulzo divini amoris igne ſuccenſi diligenter pertractando quæſivimus cum conſilio Venerabilis Gebehardi Conſtantienſis Eccleſiæ Epiſcopi, qui tunc temporis Legatus Apoſt. extitit, ac religioſi Utonis, qui eodem tempore Sancti Blaſii Cellæ Abbatis regulari diſcretione præfuit, nec non & aliorum venerandorum Monachorum, Clericorum, Laicorum, quos advocare potuimus, qualiter in prædio noſtro Alpirſpach nominato, quod jure poſſedimus hæreditario Monachorum poſſet Cœnobium inſtitui, ut ii, qui ibi aggregandi forent, ſine perturbatione Deo militare poſſent. Quod cùm diu pertractaremus, viſum nobis eſt, hoc bonum eſſe, ut prædium præſcriptum, ſilvamq; prædio eidem circumpoſitam cum terminis ſuis, nec non & alia prædia, & mancipia noſtra ad opus tam religioſum decreta, cuidam libero homini nomine Bernardus de Flurin, ut conſuetudo eſt, traderemus, eâ videlicet conditione, quatenus ipſe eadem Deo, Sanctoq; omninò in proprietatem traderet Benedicto, Abbati ibidem conſtituendo, & monachis ac*

fra-

fratribus ſibi obedientibus liberè ſervituris. Porrò ut ejusdem loci habitatores ſemper quieti manerent, ipſeq́; locus Romani Pontificis auctoritate omninò liber conſtaret, decretum eſt pro obedientiâ ſubjectionis aureum nummum dari annuatim in palatio Lateranenſi ad pedes Apoſtolici. Et Abbas ibi conſtituendus cum monachis fratribusq́; ſibi obtemperantibus liberam ſemper haberent poteſtatem gubernandi & diſponendi res illuc pertinentes, haberent etiam liberam facultatem ſibi advocatum eligendi ſeu conſtituendi quemcunque vellent, & eundem mutare, ſi eis ita placuiſſet. His cauſis & rebus conſideratâ diſpoſitis diligentiâ advenit noſtrâ vocatione Conſtantienſis Antiſtes Legatus Apoſtolicus, ut locum prænominatum conſecrans Deo jam præparatum dedicaret Oratorium Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo nonageſimo quinto, Indictione tertiâ, decimo ſeptimo Calendas Februarii advenit quoq́; præfatus Bernardus, cui prædia & mancipia noſtra tradidimus, advenerunt & alii multi nobiles & ignobiles, in quorum omnium aſpectu ſæpedictum Bernardum petivimus, ut prædia & mancipia à nobis ſibi tradita Deo, Sanctoq́; Benedicto ſolemni delegatione omninò in proprietatem contraderet, eâ conditione, quâ nos ea ſibi tradidimus. Quam petitionem ille devotè ſuſcipiens acceſſit ad reliquias Sanctorum & in præſentiâ Epiſcopi, omniumq́; qui illic convenerant, inprimis ſuper illas, ipſum locum qui Alpirſpach dicitur, & ei circumjacentem ſilvam cum terminis ſuis ſubſcriptis &c. Infra fines horum terminorum Eberhardus de Mieringen à S. Gallo Inbeneficiatus terram S. Benedicti in loco, qui dicitur Witichen, qui ſuo beneficio commilitat, violenter invaſit & domum quandam Alpirſpacenſium in præfatis bonis poſitam igne ſuccendit, quæ poſteà, lite penitùs dimiſſâ, præſente Friderico ſeniore advocato compoſitione unius talenti reſtituit. Et hæc temporibus Henrici quarti Romanorum Regis facta ſunt. Tempore verò Lotharii Regis Fridericus Friderici filius Alperſpacenſis Advocatus beneficiorum præfati Eberhardi ſucceſſor factus, dùm pro illorum, qui eisdem beneficiis inbeneficiati fuerant, ſæpius â fratribus loci interpellaretur, ab ipſis hominibus Eccleſiæ, cæteriſq́; bonis accolis terræ de juſtitia loci inquiſitionem ſub jurejurando recognitam, modis omnibus, quibus potuit, & ſicut ex advocatiâ debuit, in præſentiâ fratris ſui Eginonis ſub teſtimonio Miniſterialium ſuorum, & hominum ſine omni contradictione præfatæ Eccleſiæ confirmavit. Hæc autem ſunt nomina liberorum hominum, ſub quorum præſentia iſta facta ſunt, Henrich de Luphin, Marquart de Aſcha, Wolfrad de Owa, Adelbertus de Wachindorff, & alii quamplures idonei teſtes, tam ingenui homines, quàm gnari milites. Sanè ut hæc reſtitutionis confirmatio ſi à Friderico Advocato facta notior & firmior in poſterum teneretur, ab Alwico regionis illius Comite denuò corroberabatur, qui rogatu fratrum Alpirſpacenſium prædictos terminos terrarum Sancti Benedicti & Beati Galli ſub jure jurando vetuſtiſſimorum & veraciſſimorum illius loci comprovincialium diligenti inquiſitione adinvenit ad utilitatem Alpirſpacenſis Eccleſiæ in ſuo legitimo placito ſeculari banno, ſicut fieri ſolet, inbannavit, quæ omnia tandem Udalricus Conſtantienſis Epiſcopus in die Palmarum inter Miſſarum ſolemnia ibidem celebrata Eccleſiaſticæ auctoritatis ſententiâ ſtabilivit &c. Deinde alia prædia & mancipia conſtituta in his villis Dornheim, Homeſſingen, Hebindorff, Garta, Haſela, Veringen omninò in proprietatem tradidit Deo Sanctoq́; Benedicto abſq́; omni contradictione & repetitione præfatam confirmationem perfectæ libertatis in gubernatione & diſpoſitione rerum clauſtralium, in electione & mutatione Advocati, in cenſuali conſtitutione aurei nummi, pro teſtimonio ſubjectionalis obedientiæ, ac pro memoriâ libertatis perpetuæ Apoſtolicæ auctoritati annuatim ſolvendi legitimè atq́; rationabiliter faciens, addens quoq́;, ut Abbas cum advocato ſuo fratribusq́; ſuis Apoſtolicam defenſionem, vel ejus ſententiam, fiducialiter requirant contra eos, qui loci libertatem aliquâ violentiâ perturbant: Poſt hæc conſecratum eſt Oratorium ab eodem Pontifice Gebehardo in honore SS. Trinitatis, victorioſiſſimæ Crucis Dei Genitricis, Beati Benedicti Confeſſoris Omniumq́; Sanctorum. Omnia verò præſcripta per eum Apoſtolica auctoritate ſunt roborata, & non tantùm tunc illoq́; tempore, ſed etiam poſt aliquot annos, quando iterùm ad eundem locum vocatus dedicavit ibi Eccleſiam, anno Verbi Incarnati milleſimo nonageſimo nono, Indictione ſextâ, quinto Calendas Septembris die Dominicâ. Tunc inquam præſentibus

ipſius loci fundatoribus multaq; populorum turbâ adſtante iterùm diligenter recenſita ſunt omnia, quæ ad ſtabilitatem & libertatem loci pertinent, qui ibi Deo Sanctoq; ſervituri ſunt Benedicto. Quæ iterum Dominus Gebehardus Conſtantienſis Epiſcopus, tunc quoq; vicem Apoſtolicam tenens, amore ſanctisſimi Patris Benedicti Apoſtolicâ auctoritate devotisſimè roboravit, donec ipſius Cœnobii fratres Romam mittere poſſent & ab ipſo Papâ ſuæ ſecuritatis & libertatis privilegium ſuſciperent. Hujus teſtamenti Doctor extitit Benno de Speichingen non ſemel ſed bis. Primò ſicut dictum eſt, in ipſo loco, quando ibi conſecratum eſt prædictum Oratorium. Secundò apud villam, quæ Rottwilo dicitur, coram Duce Bertholdo aliisq;, regni Principibus quampluribus & populo multo, ubi Dominus Adelbertus de Zolro ſeculi actibus renunciaturus, præter illa prædia, quæ anteà dederat, iterùm Deo Sanctoq; Benedicto prorsùs in proprietatem tradidit quidquid in his villis hereditario jure poſſeſſum habuit, Huſin, Geroldisdorff, Sulzo, exceptis his, quæ ſervientes ſui videlicet Reinwin, Rudolfus Reginboto ibidem proprio jure poſſederant. Cujus delegationis idonei teſtes ſunt hi venerandi Comites, Alwicus, Godefridus, Fridericus, Manegoldus, Germicus, Zeizolfus & nihilominùs Comes Eberhart, Heriman fratres de Dietſurt, Berthold de HohinBurc, Diethelm de Dockenburg. Comes de Sulza, Lantol de Winzilon, Walther de Heiterbach. Gerbolt & Wernherus de augiâ, Eberhardus de Seedorff, imò Rex Angelorum cum omni turbâ Cœlorum. Amen.

Anno 1101. Paſchalis II. Pont. Max. Confirmatio præcedentis dotationis facta & expedita habetur tali diplomate: *Paſchalis Epiſcopus Servus Servorum Dei dilecto filio Cononi Alpirſpacenſi Abbati ejusq; ſucceſſoribus regulariter promotis in perpetuum. Religioſis deſideriis dignum eſt facilem præbere conſenſum, ut fidelis devotio celerem ſortiatur effectum. Proinde religioſorum Procerum Rotmanni de Huſin, Adelberti de Zolro & Alwici Comitis de Sulzo devotionem perpendentes, eorum deſideriis aſſentimur & Beati Benedicti Monaſterium, quod in ſuo prædio fundaverant, in loco ſcilicèt hereditatis propria, qui vocatur Alpirſpach, auctore Deo, decreti præſentis auctoritate muniminis ſtatuentes, ut locus ipſe cum adjacente ſilvâ & terminis ſuis, alia quoque prædia & mancipia, quæ ipſi communiter per manum liberi hominis Bernardi de Flurin Beato Benedicto tradiderunt in villis, quæ vocatur Dornheim, Homesſingen, Hevingdorff, Garta, Haſela, Veringen, quaq; ſingulariter Adelbertus de Zolro ſuæ converſionis tempore in aliis infrà nominatis tradidit, id eſt in Vuzin, Geroldisdorff & Sulzo, Bollo, Norwilo atq; Boſingin, quæcunq; etiam in futurum vel ſupradicti Proceres, vel alii quilibet fideles in idem Cœnobium de ſuo jure obtulerint, firma ſemper & illibata permaneant. Decernimus ergò, ut nulli omninò hominum liceat idem Monaſterium temerè perturbare, aut ejus poſſesſiones auferre, vel ablata retinere, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare, ſed omnia integra conſerventur, eorum, pro quorum ſuſtentatione & gubernatione conceſſa ſunt uſibus omnimodis profutura. Abbates ſanè cum fratribus advocatum ſibi, quem utiliorem præviderint, inſtituant. Qui ſi poſtmodùm Monaſterio inutilis & fratribus gravis fuerit, remoto eo, alium præficiant. Nec alius advocatiæ bannum à Catholico Rege ſuſcipiat, niſi ab Abbate & fratribus electus extiterit. Obeunte verò te nunc ejusdem loci Abbate, vel tuorum quolibet ſucceſſorum, nullus ibi quâlibet ſubreptionis aſtutiâ ſeu violentia præponatur, niſi quem fratres communi conſenſu, vel fratrum pars conſilii ſanioris ſecundùm Dei timorem & Beati Benedicti regulam elegerint, ad indicium autem perceptæ à Romanâ Eccleſiâ libertatis aureum nummum, qui Bizantius dicitur, quotannis Lateranenſi Palatio perſolvetis. Si quis igitur in futurum Archiepiſcopus aut Epiſcopus, Imperator aut Rex, Princeps, aut Dux, Comes, Vice Comes, Judex aut Eccleſiaſtica qualibet ſecularisve perſona hanc noſtræ conſtitutionis paginam violaverit, aut ſciens contra eam venire tentaverit, ſecundò tertiovè commonita, ſi non ſatisfactione congrua emendaverit, poteſtatis honorisq; ſui careat dignitate, reamq; ſe divino judicio exiſtere de perpetratâ iniquitate cognoſcat, & à ſacratisſimo Corpore & ſanguine Dei & Domini Redemptoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atq; in extremo examine diſtrictæ ultionis ſubjaceat. Cunctis autem eidem loco juſta ſervantibus ſit pax Domini noſtri Jeſu Chriſti, quatenùs & hîc fructum bonæ actio-*

ctionis percipiant vel apud diſtrictum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen. Amen.

Scriptum per manum Petri Notarii regionarii & Scriniarii ſacri Palatii.

Ego Paſchalis Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus ſubſcripſi.

Teſtes, qui adſuerunt, ubi prædium Viſchenbach datum eſt, Fridericus & Arnoldus fratres de Wolvâ ipſius prædii traditores. Comes Bertholdus de Nuinburc, Wernherus de Hophou. Dietericus de Nuinburc. Rudolfus de Windiſſe. Cuono de Horn. Rudolf de Wildorff. Sigeboto de Noviwiler. Egilolt de Berndec. Eigiswart de Lappil. Adelbertus de Weſtirhein. In loco Offenburg.

Datum Laterani per manum Ioannis Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Diaconi Cardinalis Pridie Idus Aprilis, Indictione nonâ Incarnationis Dominicæ anno milleſimo centeſimo primo Pontificatus autem Domini Paſchalis ſecundi Papæ ſecundo.

Anno 1123. Henrici V. Romanorum Imperatoris confirmatio fundationis ſæpedicti Monaſterii Alpirſpacenſis taliter in ſcriptis habetur impertita: *In Nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis Henricus divinâ favente clementia quartus Romanorum Imperator Auguſtus &c. Cuncta conſpicientis æquale meritum credimus fore dantis & corroborantis. Credimus etiam ad regalem noſtram Majeſtatem pertinere totius regni curas præcipueque omnium Eccleſiarum commoda conſiderare & omnia eis adverſantia ſub omni feſtinatione abolere. Bonorum igitur ac religioſorum virorum Routmanni ſcilicet de Huſin, Adelberti de Zolro & Alewici Comitis de Sulzo devotiones perpendentes, & piis eorum deſideriis benignè aſſentientes Beati Benedicti Monaſterium, quod in ſuo prædio fundaverunt in loco ſcilicet hæreditatis propriæ, qui vocatur Alpirſpach, regiâ auctoritate noſtrâ munimus noſtro imperiali banno ſtatuentes, ut locus ipſe cum omnibus adjacentibus vel appendiciis ad eundem locum pertinentibus villis, terminis, ſilvis, prædiis & mancipiis & quæcunque in futurum Chriſti fideles ad idem Cœnobium de ſuo jure obtulerint, firma ſemper & illibata permaneant. Decernimus etiam, ut nulli mortalium idem Cœnobium perturbare, aut ejus poſſeſſiones injuſtè auferre, vel aliquo modo imminuere præſumat. Abbas ſanè cum fratribus Advocatum ſibi quem utiliorem providerint, inſtituant. Quo, ſi poſtmodum gravis & inutilis fratribus fuerit, remoto alium ſibi præficiant. Nec alius Advocatiæ Bannum à Rege vel Imperatore ſuſcipiat, niſi qui ab Abbate eligente & fratribus petentibus ad tantum officium dignus & idoneus videatur.*

Ut autem hoc præceptum noſtrum ſtabile & inconvulſum permaneat. Hanc inde chartam ſcribi, & ſigilli noſtri impreſſione juſſimus inſigniri. Si quis, quod abſit, hujus præcepti noſtri violator extiterit, auri puriſſimi, centum libras componat & ſcriniis Imperatoris perſolvat. Præſentibus & petentibus Principibus fidelibus noſtris hoc fecimus, quorum iſta ſunt nomina Bertholdus Epiſcopus Eccleſiæ Baſileenſis. Conradus Dux de Zaringen. Godofridus Comes Palatinus de Calw. Adelbertus Comes de Leonſtein, fratruelis ejusdem Godefridi Palatini. Hugo Comes de Rugesburg. Volmarus Comes de Huneburc. Wilhelmus Comes de Lucelburg. Adalbero Comes de Areburc & frater ejus Herimannus & ipſe Comes de Hereburc. Henricus de Hutinbach, Rudolfus de Windeſſe. Bero de Hovewilt. Chuno de Chuenringen. Conradus de Azenſtein. Roum de Aſcha. Fridericus Comes de Sarburg. Eberhardus de Hilrisbach. Meniboto de Griſinſtein. Bertholdus de Tanciko Conradus de Franconeburc. Weſil & frater ejus Ludewicus de Aſcha. Sigifridus Burgravius. Gelfradus Telonearius.

Signum Henrici Romanorum Imperatoris Invictiſſimi.

Philippus Cancellarius recognovi vice Adelberti Moguntini Archicancellaii. Datum Argentinæ anno Dominicæ Incarnationis milleſimo centeſimo viceſimo tertio Indictione primâ, decimo Calendas Februarii. Erâ tertiâ Januarii viceſimo tertio.

Anno 1251. Ludovicus Dux Teccenſis juriſdictionem forenſem Abbati Alpispacenſi in oppido Dornheim competentem liberè tenendam & exercendam determinat tenore ſequentium: *Ludovicus Dei gratiâ Dux de Tecke univerſis tam præſentibus quàm futuris, ad quas præſens ſcriptum pervenerit, ſalutem*

ſalutem in eo, qui nos lavit ſanguine ſuo. Quoniam, qui malè agit, odit lucem, ideò ſcripta digna potiùs ſunt in luce quàm in tenebris fabricanda, ne poſt evolutionem temporis, aliqua, quæ legitimè contracta ſunt, ignorantiæ ſubſidio valeant revocari. Pateat igitur univerſis tàm præſentibus quàm futuris, quòd Volmarus miles de Brandecke, jus villæ in Dornheim, eò quòd inſeudatus fuit à nobili viro Domino Egilolpho de Wartenberg, quo ſe dixit Dominum fore ejusdem feudi, quodam tempore violare præſumpſit, cui Bertholdus vir religioſus, tunc vivens & curam Abbatiæ tenens Monaſterii in Alpirſpach unanimi conſenſu Capituli ejusdem Monaſterii reſtitit, & in cauſam coram me Ludovico de Tecke prædicto Egilolpho de Wartenberg aliisq; pluribus viris idoneis & fide dignis præſentibus convenit, ubi dùm diu altercationibus conflictatio habita eſſet, tandem præfatus Volmarus, cum juri reſiſtere non poſſet, tres viros probatæ perfectionis & virtute conſpicuos ac ſenes elegit, videlicet Waltherum quendam Scultetum in Oberndorff, nunc Monachum in Alpiſpach, H. militem de Bosbingen Waltherum dictum Müllin, quibus à retro ductis temporibus Comitis Hermanni de Sulzo & filii ſui, dicti Alevvici, nec non & aliis quibusdam ſucceſſoribus, cum quibus converſabantur, ad quos cauſa judicialis villæ Dornheim pertinebat, ut quidquid illi dicerent, Juris eſſe contra prædictum feudum Volmari, & ab antiquo fuiſſe, cùm adhuc non fuiſſet inſeudatus ipſe nec ſucceſſores ſui, deinceps auſu temerario nullatenùs violaret. Accedentes ergò viri prædicti jurati, primò de jure, quod ad forum pertinet loci Dornheim obſervandi dicentes, quòd à nonâ hora ſextæ feriæ usque ad horam nonam ſequentis Sabbati judex & gubernator eſſe debeat hoc modo, cùm talia ad ſacerdotes & viros religioſos non pertineant, ut prædictis horis ſedem ſuam judicialem, cùm certus locus ab antiquo non ſit aſſignatus, in plateâ fori ante domum quamcunq; velint loco homines, judicando prout juris ordo exigit & corrigendo homines advenas ſolùm nullum habendo reſpectum ad homines clauſtri de Alpirſpach ibi manentes vel alibi, niſi ut verbis ſubſequentibus explanabimus. Si vir Monaſterii ſæpedicti in foro extra domos cum reliquo viro Monaſterii, aut quocunque rixatus fuerit ſermone malitioſo aut verbis vituperiis, aut ſui contubernalis, aut extranei ſanguinem fuderit, tenendus eſt à memorato Judice & præſentandus Abbati dicti Monaſterii in Alpirſpach, vel Præpoſito, aut alicui vices ipſorum gerenti, qui pio ſuæ voluntatis arbitrio virum ſuum caſtigare debebit, prout videat expedire. Et ſi commiſit aliquod delictum emendationi congruum ſecundùm ſententiam dictatam pro jure ſumat, quod à vulgo dicitur Unrechte tres ſolidos, & pro eo, quod dicitur Frevel quinque ſolidos, quibus ſolutis nihil aliud cum eo agere poteſt in aliquo, aut debebit. Quod ſi Volmarus aut alter inſeudatus aliquid pro utilitate fori Dornheim agere decreverit in rebus jurisdictionalibus, ſcilicet in pane & vino, frumento, ſale & carnibus convocare tenetur Converſum aut Monachum Curiæ Dornheim tunc Procuratorem, ut illius conſilio & auxilio cuncta fiant & providè declarentur. Tranſactis quippè horis ſupradictis per alios hebdomadæ dies nec in domo, nec in foro, nec in curia, aut aliis quibuscunque villæ locis aliquid in majori vel in minori toties dicto viro eſt judicandum aut agendum, ſed relinquitur Abbati & illi vel alteri, quem ipſe loco ſui conſtituerit jure debito in parte qualibet terminandum. Sed, ut hæc publicè peracta rata & inconvulſa permaneant, nec ullius temeritate valeant infirmari, præſens ſcriptum rogatu utrarumq; partium Abbatis ſcilicet & conventus in Alpirſpach, & conſenſu Volmari militis de Branden, ſigilli noſtri munimine decrevimus communire. Teſtes autem hujus facti videntes & audientes ſunt hi: Berchtoldus Abbas dicti Monaſterii, totusq; Conventus dicti loci. E. nobilis de Wartenberg. C. & Wol. dicti Heininger. S. Miles de Ruthi. Reinbotus de Spervverſperg. W. L. dictus de Hamerſtein, & alii quàm plures. Acta ſunt hæc Alpirſpach. Anno Domini milleſimo ducenteſimo quinquageſimo primo.

Anno 1278. Hermannus Comes de Sulz vendit Monaſterio Alpirſpacenſi villam ſuam Hopſovv cum omnibus attinentiis pleno jure de poſthac poſſidendum, prout

prout ampliùs explicat Inſtrumentum venditionis datum & expeditum juxta ſequentem formulam: *Nos Hermannus Comes de Sulze Omnibus, ad quos præſentes pervenerint, memoriam ſubſcriptorum. Ne ea, quæ geruntur tempore, ſimul cum tempore elabantur, expedit ei ſcripturæ ſigillorũ* & *teſtiũ adminiculis pereunari. Notum ſit igitur omnibus præſentis paginæ inſpectoribus, quòd nos villam in Hopſovve & omnia bona noſtra, videlicet Curiam noſtram ibidem ſitam ſeu univerſitatem bonorum, cui annexum eſt Jus Patronatus Eccleſiæ ejusdem villæ nihil juris nobis excepto, quæ nobis & noſtris progenitoribus proprietatis titulo pertinebant cum omni & pleno jure, quo nos & noſtri progenitores hactenus poſſedimus vel habuimus, videlicet domibus, curiis, domibus, areis hominibus in villa Tynemezſtetten & alibi ubicunque nunc ſcitis vel impoſterùm inveſtigandis, eisdem bonis pertinentibus agris, pratis, ſilvis, nemoribus, paſcuis, piſcinis, diſtrictu & bannis cum Jure Patronatus ac generaliter cum omnibus juribus & pertinentiis ſuis honorabilibus & religioſis viris Volmaro Abbati & Conventui Monaſterii in Alpirſpach nomine ipſius Monaſterii ſeu ipſi Monaſterio pro centum & viginti marcis argenti purè & ſimpliciter vendidimus, aſſignavimus ac tradidimus nec non præſentibus vendimus, tradimus & aſſignamus jure proprietatis ex juſto & legitimo emptionis titulo liberè perpetuo poſſidenda, confitentes nos pretium prædictum cum integritate debita recepiſſe. Et ut prædictus venditionis contractus in nullo poſſit impoſterùm vacillari, renuntiamus omnibus exceptionibus, actionibus, conſtitutionibus, ſtatutis & conſuetudinibus ſeu conſuetudini omni juris auxilio tam Canonici quàm civilis & omni reſcripto, privilegio, ſeu Indulgentiæ ab Imperatore, Rege vel aliunde impetratis ſeu impetrandis & præcipuè exceptioni doli, quod metus causâ, non numeratæ pecuniæ & quod ultra medium juſti pretii & breviter omnibus per quæ dicta poſſit vẽditio nunc vel impoſterùm retractari ſeu aliquatenùs impediri. In præmiſſorũ autem teſtimonium prædictis Abbati & Conventui ſeu Monaſterio præſentes ſigillorum Venerabilis in Chriſto Patris ac Domini Rudolphi Dei gratiâ Conſtantienſis Epiſcopi ac Nobilium virorum Ludovici & Conradi Ducum de Tekke fratrum nec non noſtri munimine dedimus roboratas, petentes humiliter ab eisdem per præſentes, ut ſigilla ſua apponant huic litteræ in evidens teſtimonium præmiſſorum. Acta ſunt hæc apud Oberndorff anno Domini milleſimo ducenteſimo ſeptuageſimo octavo, undecimo Calendas Decembris, Indictione ſeptimâ præſentibus his teſtibus, videlicet Octvvino de Humeſſingen, Reinhardo de Ruti militibus. Luitfrido Plebano de Neckersburg. Bertholdo Advocato de Dornſtetten. Bertholdo & Henrico filiis ſuis. Sighotone & Alberto fratribus Marſchallis in Helenberg, Gerneldo Advocato noſtro. Sifrido & Hermanno dictis Hake fratribus Dietero de Bukelſperg, Rigero panifice civibus in Oberndorff & aliis quampluribus fide dignis. Nos verò Epiſcopus & Duces prænotati ad petitionem dicti Hermanni perpetuum rei geſtæ teſtimonium ſigilla noſtra præſentibus duximus appendenda. Datum apud Neckersburg anno & Indictione prænotatis decimo quinto Calendas Januarii.*

Anno 1319. Fridericus Dux Teccenſis Monaſterii Alpirſpacenſis Advocatus cunctos ad illud pergentes à ſolutione ſteuræ & quovis ſervitiorum onere liberos & exemptos declarat hujuscemodi edicto in ſcriptis proclamato: Ich Herzog Friderich von Tekke thue kundt allen denen/ die diſen Brieff ſehen oder hören leſen / daß Ich durch die Lieb und die Trew/ die Ich hab/und billich haben ſoll zu dem Cloſter und dem Gotts-Haus zu Alpirſpach/ die Gnad gethan und Freyheit geben recht und redlich was Leute ziehen zu dem vorgenanten Cloſter zu Alpirſpach und da ſeßhafft ſeyndt / ſie ſeyen Pfründtner oder nicht Pfründtner / die ſollen von mir frey ſeyn von allen Dienſt/ und ſoll ich dieſelbe Leuth nimmermehr beſchwehren weder mit Steuren noch mit keinen andern Dienſten / und ſoll ſie doch ſchürmen an allen Stätten als ander des Gotts-Haus Leuthe/ dero Vogt und Schürmer ich bin / und gelobe mit guten Trewen an dieſen Brieff dem vorgenanten Cloſter und Gotts-Haus zu Alpirſpach/ ihme zu Nutz und zu Ehren/ diſe vorgeſchriebene Ding wahr und ſtett zu halten nimehr ohne alle Widerred/ und ohne alle Geverde/ und habe darüber diſen Brieff geben

mit meinem Inſigel beſigelt/ der war geben zu Roßenveld/ da man zahlt von GOttes Geburt dreyzehnhundert Jahr/ und neunzehen Jahr an den Freitag nach S. Margareten Tag.

Anno 1361. Carolus IV. Romanorum Imperator Privilegia Monaſterio Alpirſpacenſi quomodolibet hactenùs indulta, nominatim autem illa, quæ ab Henrico quarto Romanorum Imperatore fuerunt data de novo confirmat tali diplomate: *In Nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis feliciter Amen. Carolus quartus divinâ favente clementiâ Romanorum Imperator Semper Auguſtus & Bohemiæ Rex ad perpetuam rei memoriam. Regularibus vitæ profeſſoribus tantò clementiùs Imperialis munificentia in ipſorum deſideriis favorabilis conſuevit exiſtere, quantò ſuæ ſalutis compendia devotis eorum Orationibus apud Altisſimum confidit uberiùs adjuvari, maximè cùm illud, quod petitur, rationabile invenitur. Porrecta ſiquidem noſtro culmini pro parte religioſorum Abbatis & Conventûs Monaſterii in Alpirſpach Ordinis S. Benedicti devotorum nobis dilectorum petitio continebat, ut quoddam privilegium à Divo Henrico quarto Romanorum Imperatore prædeceſſore noſtro præclaræ memoriæ ipſis conceſſum ac libertates & gratias in eo contentas confirmare & innovare præſertim propter vetuſtatem ipſius gratioſiùs dignaremur. Cujus tenor per omnia talis eſt.* In Nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis Henricus divina favente clementiâ &c. *Nos igitur prædictorum Abbatis & Conventûs devotis precibus velut juſtis & rationabilibus favorabiliter annuentes præfatum privilegium, nec non libertates, gratias & indulta per omnia & ſingula in eo contenta ratificamus, approbamus, innovamus & auctoritate Cæſareâ ex certa ſcientiâ confirmamus eâdem auctoritate præſentium ſtatuentes, ut Abbas & Conventus jam dicti & eorum Monaſterium in ſe ipſis, bonis quoq; & hominibus, poſſesſionibus, limitibus ſuis, iisdem libertatibus, juribus, gratiis & indultis perpetuò gaudeant & fruantur, quos etiam in noſtram & Sacri Imperii tuitionem & protectionem præſentibus recipimus ſpecialiter univerſis Principibus, Comitibus & Baronibus, Nobilibus, Proceribus, Rectoribus & Officiatis, nec non Civitatenſibus & aliis fidelibus devotis & ſubditis ſacri Imperii cujuscunq; ſtatûs, Ordinis & conditionis exiſtant præſentibus attentiùs injungentes, ut pro noſtrâ & Imperii ſacri reverentia dictum Monaſterium, Abbatem quoq; & Conventum, nec non homines, poſſesſiones, bona & terminos eorundem non invadant, impediant vel perturbent, ſed ipſos potiùs ab impedire & turbare volentibus, ſi id ab eis vel eorum aliquo petierint, manuteneant viriliter & defenſent. Nulli ergò omninò hominum liceat hanc noſtræ Majeſtatis paginam infringere, ſeu ei quovis auſu temerario contraire ſub pœna centum marcarum auri puri, quas ab eo, qui contrà fecerit toties, quoties contra factum fuerit irremiſſibiliter exigi volumus, & earum medietatem Cameræ noſtræ Cæſareæ, reliquam verò læſorum uſibus applicari.*

Signum Sereniſſimi Principis & Domini Domini Caroli quarti Romanorum Imperatoris invictisſimi & glorioſisſimi Bohemiæ Regis. Teſtes hujus rei ſunt Venerabilis Arneſtus Pragenſis Archiepiſcopus, Joannes Aulæ noſtræ Imperialis Cancellarius Luthomislienſis, Joannes Olomucenſis, Joannes Argentinenſis, Theodericus Mindenſis, Albertus Siberinenſis, Paulus Friſingenſis & Henricus Lubeccenſis Epiſcopi. Illuſtres Rupertus Senior Comes Palatinus Rheni, Sacri Imperii Archidapifer, & Bavariæ Dux, Rudolphus Dux Saxoniæ Sacri Imperii Archimareſchallus, & Ridagerus Dux Brunſwicenſis, nec non ſpectabiles Eberhardus de Wirtenberg, Ulricus de Helfenſtein ac Ludovicus de Oetingen Comites & multi alii noſtri & Imperii Sacri Principes, Comites, Comites nobiles & fideles præſentium ſub Imperialis Majeſtatis noſtræ ſigillo teſtimonio litterarum. Datum Nurenbergi Anno Domini milleſimo trecenteſimo ſexageſimo primo, Indictione decimâ tertia Nonis Maji Regnorum noſtrorum Anno decimo quinto Imperii verò ſeptimo.

Anno 1548. Monaſterium hoc Alpirſpacenſe auctoritate Cæſareâ Caroli V. poſtliminiò reſtitutum fuit, & de hinc usque ad annum 1553. Catholicum Abbatem habuit, qui non ſolùm muneri ſuo plenariè præfuit, ſed forenſem etiam jurisdictionem vigore privilegiorum ſuorum (quantum quidem iniquitas temporis illius admittebat) tenuit & exercuit, ibiq; in clauſtrali manſione ſuâ conſtanter ſubſtitit usque ad annum 1559. & pòſt. Ubi quòd non omnibus impetitionibus Wirtenbergenſibus aſſentiret, Maubrunnæ captus, carcere diu detentus, clàm tandem (uti referunt Documenta rediviva Monaſteriorum Wirtenbergenſium) evaſit, ſicque Monaſtica Religio Monaſtico-Benedictina apud Alpirſpacenſes meriſſimè deſiit usque ad annum 1630. quo quidem Monaſterium hoc (ut eſt apud Romanum Huy in Horto Cruſiano fol. 566.) ad ſuos rediit, at nonniſi ad annum usque 1648. ita duravit, dùm ſcilicet & error noviſſimus pejor priore fuit factus pace Weſtphalicâ Monaſteriis parùm amicâ.

ALTBURGENSE

Altburgum oppidum ditionis Wirtenbergenſis in Comitatu Calwenſi, diœceſi verò Spirenſi nominatum in Topographiâ Sueviæ Zeilleri fol. 186. antiquitùs collegiatam ſecularem habuiſſe Eccleſiam olim ſub annum 1190. Cæſareâ liberalitate Friderici I. Barbaroſſæ Ducis Sueviæ &c. & filii ejus Henrici VI. Romanorum Regis adornatam & fundatam, atque amborum fundatorum iſtorum effigies ſaxo marmoreo inſculptas in templo Altburgenſi proſtare videndas ex vetuſtiſſimis M. SS. Bruſchianis novimus, referente Cruſio in Annalibus part. 2. lib. 11. cap. 18. ſi tamen ſubſecuta hæreſis Lutherana hujuscemodi regales effigies etiam poſteris reliquit illibatè ſpectandas.

ALTBURGENSE

Etiam RR. PP. Minoritas Conventuales iſthic loci ſeu in præfato Altburgenſi oppido Franciſcanum aliquod cum annexâ Scholâ habuiſſe domicilium ſeu Monaſterium, quocumque demùm authore ſuperioribus ſeculis initiatum, inde tamen durante ſuperiori ſeculo cum aliis contuberniis religioſis in apertiſſimum Romaniſtarum odium pariter ſubverſum vel inviti ſcimus & lugemus ſolâ venerabilis Cœnobii hujus memoriâ vix & ne vix quidem poſteris relicta.

ALTBURGENSE

Domicilium equeſtri Teutonicorum Ordini Beat. Virginis ſubditum & appropriatum, idemque redditibus ſub opimis convenienter inſtructum, Altburgi (dùm locus, ac omne, quod ineſt, municipium avitam Patrum religionem othodoxam illibatè coluit) nobiliſſimè floruit, quod quînam de præſenti (poſt religionem in partibus iſtis jam quidem immutatam) ſe habeat, nos omninò fugit.

ALTBURGENSE

Præter recenſita tria maſculini ſexûs ſacra Contubernia ſuperioribus ſeculis Altburgi florentiſſima, quartum etiam hoc tamen fœmininum inclaruit Ordinis S. Dominici domicilium, de quo Trithemius Abbas in ſuo Hirſau-

gienſi Chronico parr. 2. fol. m. 441. refert ſequentia: *Octavum reformationis ſuæ* (Bernardi Hirſaugienſis Abbatis ordine triceſimi noni) *Monaſterium fuit ſororum in Altburg Beguttarum: quibus auctoritate Apoſtolicâ expulſis propter earum vitæ impuritatem, ſorores de tertiâ Regulâ S. Dominici nuncupatas bonæ converſationis & reformationis in locum repoſuit; quarum imitatrices hodie ipſum locum inhabitantes bonæ & irreprehenſibilis vitæ introductam obſervantiam laudabiliter cuſtodiunt, & de laboribus manuum ſuarum ſine cujuſpiam hominis incuriâ vivunt. Contra hanc reformationem in Altburg Berghardi fratres, qui per diverſas cellulas in nemore Hirſaugiano morabantur, ſe contumaciter oppoſuerunt, dolentes ſibi ſimiles improbæ converſationis ſorores de latibulo iniquitatis expulſas. Unde adverſus Bernardum Religioſiſſimum Patrem plures machinationes inſidioſas ſtruxerunt, ſed nihil prævalerunt, quin potiùs foveam inciderunt quam fecerant, & in laqueo, quem inſidiosè abſconderant proximo ſuo Abbati, comprehenſus eſt pes eorum.*

ALTENSTATTENSE

PArthenium clauſtrum diœceſis Curienſis, Ordinis verò S. Dominici, ab eo, cui propius adjacet, pago nomenclaturam indeptum temporibus noſtris (ut audio) peregregiè floret in ditione Veldkirchienſi relatum à Joanne Georgio Schlee in deſcriptione Rhætiæ fol. 53. in hæc verba: Das Dorff und Pfarr Altenſtatt / an der Landſtraß gelegen/ deren Pfarr-Lehen- und Zehend-Herr das Thumb-Capitel zu Chur/ nechſt an dieſer Pfarr-Kirchen ligt ein Cloſter / darinnen Schweſteren. Item de eodem Parthenone nuper accepi Veldkirchio perſcripta ad me ſequentia: *Monaſterium Altenſtatt nonniſi dimidiâ horâ diſtat ab urbe Velkirchienſi, eſt Ordinis S. Dominici, hodieq. præclariſſimè reſtauratum & amplificatum. Hoc ſolum conſtat ſacris Veſtalibus modernis clauſtri hujus inquilinis trecentas & quinquaginta animas Ordinis S. Dominici Moniales hunc locum incoluiſſe. Aliud de fundatione aut primis fundatoribus nihil omninò habent.*

ALTHEIMENSE

INcluſorium Parthenium tertiæ RegulæS. Franciſci propeRiedlingam oppidum ſuperioris Sueviæ, ditionis tamen Auſtriacæ Danubio conterminum, in diœceſi Conſtancienſi & in ejuſdem rurali paris nominis Decanatu Riedlingenſi inclytum; de quo religioſo Clauſtro nobis haud conſtat, quàm ex Cruſio part. 2. lib. 10. cap. 4. in annalibus Sueviæ taliter ſcribente: *Altheimi juxta Riedlingam habitaverant leucophææ ſororculæ Ordinis S. Franciſci: quæ feudum quoddam Conradi Comitis in Marchdorff in Waſſerſchapfen ſitum, ab equite Wernhero Altheimio, qui eo feudo utebatur, permiſſu Conradi Comitis ad ſe redemerunt: promittente ipſis Wernhero evictionem illius boni: Si eis Conradus de Waſſerſchapfen Eques, aut frater ejus Eberhardus negotium faceſſeret. Promiſit eis, teſte Zwifaltenſi Abbate Leotoldo Pilgrano de Pflaumeren Equite, & filio ejus Octolpho de Tanzach. Tum id bonum Comes Conradus in ſalutem ſuam ſuorumq. ſororculis illis tradidit præſentibus Eberhardo Abbate Salomovillano ſoceroq. ſuo nobili Gundelfingenſi Schwiggero: in prato juxta vicum Burckenſedel. Quibus ipſe ſuas poſſesſiones commendaverat: usque dum transmarinam conficeret profectionem. Teſtes Bertholdus, tùm Althaimi Vicarius & Albertus Gruningæ Parochus cognomine Schrako: Arnolduſq. de Helle Mangoldi Erneſti filius. Tunc igitur ſororculæ illæ pauperem ibi vitam agebant, donec Egon Comes omnia in melius correxit.*

ALTHENENSE

ALten *Incluſorium* (Ordinis) *Prædicatorum.* Ita Cruſius in Parolip. ad ſuos Annales Sueviæ cap. 13. fol. 16. nec plura; ubi Parthenonẽ hunc in diſtrictu rura-

ruralis Capituli ſeu Decanatus Dornſtettenſis de diœceſi Conſtantienſi adhuc circa finem ſuperioris ſeculi conſtitiſſe ſcribit: exinde tamen idem ipſe quocunque demùm fato deſiit, imò & omninò diſparuit.

ALTISHUSANUM

INſigne prorsùs caſtrum communiter Altſchauſen patriâ voce nuncupari ſolitum in diœceſi Conſtantienſi duobus ſupra Biberacum urbem imperialem milliaribus in editiore colle jucundiſſimè ſpectandum: idem cum appertinentiis aliqualiter deſcriptum ſeu potiùs laudatũ à Martino Zeillero in Topographiâ Sueviæ fol. 7. Patet iſthic locorum circumcirca longè lateque diffuſus quamvis hodie ſolo nomine ſuo notus antiquus Sueviæ Comitatus Veringenſis ab eodem Zeillero recenſitus loc. cit. fol. 198. Urbi & orbi notiſſimus ille Dialecticus, Aſtronomus & Hiſtoricus peritiſſimus B. Hermannus cognomento Contractus è Comite Veringenſi Divitis augiæ Monachus Ordinis S. Benedicti Anno 1054. die 19. Julii beatam immortalitatem ingreſſus, idem in caſtro hoc Altishuſano cum Illuſtriſſimâ Dominâ Hiltrude (cujus Epitaphium non niſi meriſſima ſanctitatis laude effectum legitur in Chronico Conſtant. Jacobi Merck. fol. 116.) matre ſuâ ſub annum 1052. cœlis receptâ ſepultus fuiſſe ſcribitur à Cruſio in Annal. Sueviæ part. 2. lib. 6. cap. 12. Hoc proin Altishuſium ampliſſimo territorio confinante nobilitatum jam à longis retrò ſeculis feliciter obtinet Equeſtris Ordo (de cujus initio & progreſſu videri poterit Laurentius Beyerlinck in Theatro vitæ humanæ tom. 3. lit. E. fol. 329. & plures alii apud ipſum citati) Teutonicus B. Mariæ Virginis, atque iſthic loci liberos inter & immediatos S. R. J. Status in Circulo Suevico hodie ſpectatiſſimus ac honoratus reſidet Baliviarum, Burgundiæ, Alſatiæ & Sueviæ ſupremus Commendator Altishuſanus, qui hodie eſt Reverendiſſimus ac Illuſtriſſimus Dominus Dominus Franciſcus Benedictus de Baden &c. cujus ſpeciali gratiæ & honori hæc ſacra ſunto.

ALTORFFENSE

MOnaſterium ab Henrico & Hattâ Principibus Alemanniæ Altorffii (quod hodie eſt oppidum diœceſis Conſtantienſis in ſuperiori Suevia haud procul Ravenſpurgo orbe imperiali diſſitum Auſtriacisque Principibus ſubditum & aliqualiter deſcriptum in Topographiâ Sueviæ Zeilleri fol. 157.) Comitibus ex Illuſtriſſimâ & potentiſſimâ Guelphorum familia ſub annum 910. fundatum & à S. Conrado eorundem filio Conſtantienſium Pontifice liberaliter dotatum locupletatumque fuit: in quo primùm Benedictinæ profeſſionis Virgines ſunt poſitæ: quibus deinde ad Altenmünſterenſe (diœceſis Friſingenſis in Superiori Bavariâ recenſitum à Wiguleio Hundio in Metrop. Salisburg. tom. 2.) Monaſterium hodie Ordini S. Birgittæ ſubditum unà cum Abbatiſſa ſuâ Hiltrude translatis viciſſim inde Genricus Abbas & Monachi Altorffio immigrârunt. Henricum ibidem conſecutus eſt in regimine Luitholdus, hunc Brandelino ſive Branzo, iſtum Beringerus ultimus Abbas Altorffenſis cum Monachis ſuis translatus ad novum Monaſterium Weingartenſe, de quo pluribus infrâ. Gabriel Bucelinus in Germaniâ Sacrâ part. 2. fol. 6.

ALTORFFENSE

IDem Altorffenſe oppidum habet hodie fœmininum quoque Franciſcanæ Regulæ contubernium à ſororibus Tertiariis inhabitatum: cujus anno 1266. fundatorem egit Venerabilis in Chriſto Pater ac Prænobilis Dominus Hermannus Toparcha de Brechtenweiler, Imperialis Monaſterii Weingartenſis Abbas, numero (juxta computum Gabrielis Bucelini in Germaniâ Sacrâ part. 2.

fol. 93.) viceſimus ſextus, ipsâ tamen clauſtri areâ priùs à ſpectabili matronâ Strenui Viri Henrici de Hundbiſſ viduâ juſto pretio coëmptâ. Duravit prôin ac ſub ſpirituali curâ ſeu regulari viſitatione Fratrum Minorum Ordinis S. Franciſci ſeu R.R. PP. Conventualium nunquàm non pereximiè floruit parthenius Altorffenſis iſte cœtus religioſis domicellis quotidiè à primâ fundatione officium divinum ſeu horarias preces tùm diurnas tùm nocturnas ex præſcripto Rubricarum Eccleſiaſticarum devotiſſimè concinentibus, prôin iſtis ipſis ſub id tempus operi manuali parùm attentis: quousque ſuperiori durante ſeculo peſſum ivit religioſus ſtatus effero illo tumultuantium agricolarum diſturbio graviſſimè ſauciatus idem ipſe longævo trium ſeculorum decurſu conſtantiſſimè ſauciatus; ſiquidem Moniales pro tunc locum incolentes pluribus ex gremio demortuis alias ſufficere temporum iniquitate prohibitæ, & ſic ſuo numero minoratæ, vel paucæ, quæ remanſerunt, de clauſtrali habitaculo ſuo cum pertinentiis utcunque ſervando plurimùm ſolicitæ ſub annum 1525. domum ſuam, novas & antiquas fundationum ſeu dotationum litteras, pecunias item ac omnem ſupellectilem ſacram ac profanam (additis inſuper bonis etiam immobilibus utputà agris & vineis) ultrò cedentes bonâ fide tradiderunt politico Magiſtratui Altorffenſi vel ad tempus ſecurè ſervandas ac tutandas olim ſedatis pacis publicæ procellis denuò recipiendas, ipſæque religioſæ ſorores quaqua tandem dilapſæ haud ampliùs ad propria redierant, ſed ſic ſuâ ſpontè exilio mulctatæ ubi ubi tandem locorũ à feris Parcis abreptæ diſparuerunt omnes. Malum adauxit, eò quòd qui tùm rebus intenderet planè non fuit, nam & religioſus Confeſſarius è Lindavienſi (ſub id temporis in poteſtatem hæreticorum redacto, & meriſſimè direpto) Franciſcanorum PP. Conventualium Monaſterio ſororibus Altorffenſibus usque hactenùs dari ſolitus, nullus ampliùs advenit: multò minùs ſupremo Miniſtro Provinciali Ordinis curare quicquam placuit, eò maximè dùm vidit recenſita Monialium depoſita, imò etiam credita latifundia à Primoribus oppidanis Altorffenſibus ſacrilego auſu peſſimè diſtrahi, ipſumque clauſtrum ſceleſtâ metamorphoſi in publicam tabernam commutari: quod abominandum ſanè quaſi fatale hujusmodi exitium ſingulariter ſibi cordi habuit, qui Franciſcanam Altorffii fundationem à prædeceſſoribus ſuis olim inchoatam ac propagatam probè cognovit vir in gentibus nominatus opere & ſermone potentiſſimus Venerabilis in Chriſto Pater ac Ampliſſimus Dominus Gerwicus vicini Imperialis Monaſterii Weingartenſis Abbas zeloſiſſimus, dùm contrà audentior ivit, & authoritate ordinariâ ſuffultus Magiſtratum Altorffenſem potenter adegit ad omnimodam reſtitutionem non ſolùm regularis clauſtri, ſed quorumvis etiam appertinentium ac bonorum quantocyùs faciendam Monialibus duabus, nimirum Urſulæ Negelerin & Margaritæ Bergerin (quarum prima titulo Magiſtræ decorata curam publicam & ſuperioritatem gerere fuit conſtituta) Conſtantiâ iſthuc dimiſſis & imperatis clauſtrale domicilium Altorffenſium in integrum recipere, duas item alias ſorores religioſas ſtatum monaſticum jam diutiùs expertas in adjutorium ſibi ſimile aſſumere tùm plures quoque ſucceſſu temporis (priori Inſtituto ritè proſequendo) juvenculas ad Novitiatum recipere.

An. 1534. memoratus Abbas Weingartenſis Ven. Dominus Gerwicus in proprium & abſolutum Parthenonis hujus Altorffenſis Commiſſarium authoritate Ordinaria conſtitutus ſpecialem illius curam gerere jubetur tenore ſequentium: Wür Joannes von GOttes Gnaden/ Biſchoff zu Coſtanß ꝛc. Ehrwürdiger Geiſtlicher Lieber ꝛc. Under anderen Uns Unſers Biſchöfflichen Ampts halber ob- und anligenden Sachen / tragen Wür nit die wenigſte Sorg für diejenige Perſonen/ welche ſich GOtt dem Allmächtigen im geiſtlichen Orden und Religion ergeben haben. Hierumb als Wür vernommen/ welcher Maſſen die Ehrſame Geiſtliche/ Unſere liebe andächtige Mutter und Schweſter / S. Franciſci dritter Regul in der Samblung zu Altorff Unſers Biſtumbs Coſtanß/ und ohne Mittel Uns und als ihrem Herren und Ordinario zugewandt und unterworffen/ an ihren zugeordneten geiſtlichen Oberen und Beicht - Vätteren Abgang und Mangel haben/ und deſſenthalb mit

mit Beichthören/ Raichung der Heil. Sacramenten/ auch an Unterweiſung geiſtlicher löblicher Zucht ihrer Regul/ deßgleichen in Außſchläuffung ihrer Novitzen/ und neu-angenommenen Schweſteren/ und anderen Nothwendigkeiten genugſam erwegen/ und denſelbigen mit gebürender Fürſehung und neuer Verordnung gnedig zu begegnen/ fürgenommen. Und thuen hierauff Euch Unſeren vollkommnen ordentlichen Gewalt und Macht/ mit dieſem Unſeren Brieff zuſtellen und übergeben/ hiemit gnedig und ernſtlich befehlende/ daß ihr die gemelte Mutter und Schweſteren hinfür/ als offt es die Notturfft erfordert/ und nutzlich ſein mag/ in Haupt und Gliederen/ ſie zu viſitieren/ alles/ ſo zu Lob des Allmächtigen/ Nutz/ Ehr/ auch geiſtlicher Zucht/ und der Religion Auffnehmung dienſtlich ſein würd/ erneuren/ reformieren und beſſeren/ hailſame und bequeme Ordnungen und Statuta ihnen und ihrem Stand gezimend machen/ aufrichten und ordnen/ und dieſelbige zu vollziehen/ und zu halten gebieten/ auch den Exceß der Straffbaren und Ungehorſamen/ gebührlichen ſtraffen und emendieren. Dergleichen ihre Aembter beſetzen/ entſetzen/ und veränderen/ auch ſonſt die gemelte Mutter und Schweſteren regieren/ in geiſtlichen und zeitlichen Sachen jederzeit vätterlich wol verſehen/ ihre Beicht hören / ſie und ihre jedwedere durch euch ſelbſt/ oder einen anderen/ welchen oder welche ihr zu ſolchem ordnen und taugenlich ſein/ achten werdet/ auch in den Biſchöfflichen Räthen abſolvieren/ darauff ihnen die Heil. Sacramenta reichen/ auch die Novitzen / ſo ihren Orden und Regul annehmen wollen/ wie ſich gebührt/ auffnehmen und einſchläuffen/ und gemeinlich alles und jedes anders/ das ihr zu gedachter Clauſen/ und derſelben Perſonen Nutz und Oberkeit erſprießlich und fürſtendig zu ſein erkennen/ handhaben/ thun und laſſen mögen und ſollen/ alles biß uff Unſerer und Unſerer Nachkommen ſondere Abſchaff- und Wiederrufſung ꝛc. Datum Mönſpurg uff Donnerſtag den letzten Aprilis/ als man zahlt nach der Geburt Chriſti tauſend fünffhundert dreiſſig und vier Jahr.

Eodem tempore Primores Altorffenſes in causâ ſuprâdictæ reſtitutionis oppidò coanguſtati decreto epiſcopali morem quidem geſſerunt, nec tamen ex toto paruerunt, ſed de proprio commodo magè providi, pauca ſolùm viliora, quæ remanſerunt utenſilia (cum plauſtro, documentis litterariis, agris item & vineis nec tamen omnibus) reddiderunt Monialibus, à quibus tamen callidè perſuaſis & ſeductis neſcio quas blanditiis ac minis graviter intentatis extorſerunt reverſales quasdam Jus Advocatiæ & totam ſuperioritatem ſoli politico Magiſtratui Altorffenſi protervè nimis & plusquàm arroganter tribuentes: de qua impoſtura adeò turpiter admiſsâ dùm rumor (etſi primùm A. 1544. pervenit ad aures Gerwici Abbatis Weingartenſis modò (ut antedictum eſt) Commiſſarii Altorffenſis, ipſe protinùs Verenam loci Magiſtram adeò illicita perpetrare auſam officio ſuo deſtituit: cujus vice communibus ſuffragantium votis promota legitimè ſubintravit Margarita Buzin exinde Magiſtræ titulo & officio honorata, quia & ſic authenticè confirmata; quare Magiſtratus Altorffenſis novitate rei vehementer exacerbatus, ſuoque potiùs juri ſeu foro ſeculari hujuscemodi exauctorationem ac novam ſubſecutam electionem vigore reverſalium antedictarum competere, ſeu competere debuiſſe, non tam iniquè quàm lepidè perſuaſus, quia ſic opinione ſuâ enormiter læſus ad quodvis fictitium jus ſuum utcunque vendicandum Monaſteriolo Altorffenſi per Miniſtros deteſtabiles violenter abſtulit litteraria (quotquot invenire licuit) documenta, ſecumque retinuit, quousque tota hæc controverſia per ſolemnem transactionem ſeu (uti vocant) commiſſionem anno 1573. authoritate Principis terræ Sereniſſimi Archiducis Ferdinandi Auſtriaci per Subdelegatos ſpecialiter in id nominatos ritè fuit compoſita: cujus vigore non ſolùm documenta antedicta, ſed & quævis alia bona immobilia in id usque tempus iniquè retenta demùm extradita fuerunt omni jure in clauſtrum Monialium ab oppidanis Altorffenſibus penitus ſublato & annihilato, quod idem factum ratione ſupradictarum reverſalium, quas in totum annullavit, ut ita dicam, invalidavit & irritavit F. Felicianus Epiſcopus Scalenſis in Regno Neapolitano à Gregorio Papâ decimo tertio ſub idem tempus ad certas Germaniæ Provincias cum poteſtate Legati à latere dimiſſus. Reliqua, quæ forum ſeculare concernunt, ratione bonorum

norum immobilium onera præſtanda, ſimiliter ad plenam Monialium ſatisfactionem fuerunt dirempta & compoſita, manentque hodie quævis jura ac privilegia religioſis domicellis iſtis ſarta tecta, ſatagente plurimùm loci Commiſſario Moderno Reverendisſimo ac ampliſſimo Domino Domino Georgio Abbate Weingartenſi dignisſimo, gratæ memoriæ ergò à devotariis illis ſecundi fundatoris titulo jucundisſimè honorari ſolito.

Anno 1609. Parthenitæ Altorffenſes etſi variis ac pluribus hactenùs perſecutionum tempeſtatibus agitatæ, juxtà tamen de propriâ quâdam Eccleſiâ ſibi ſtruendâ perquàm ſolicitæ imò & cupidisſimæ piis aliquot Magnatum aliorumque Benefactorum eleemoſynis liberaliter adjutæ voti ſui compotes factæ jam menſe Auguſto anni proximè ſequentis ad optatiſſimum finem deduxerunt fabricæ totum ædificium: cujus primum lapidem antea poſuerunt menſe Martio feria ſecundâ poſt Dominicam quartam Quadrageſimæ prædicto anno 1609. Multus hac in re fuit ſpectatisſimus vir Albertus Everhard J.V.D. ſæpedicti Imperialis Monaſterii Weingartenſis Cancellarius, qui totâ civilitate & induſtriâ ſuâ, tùm apud Reverendisſimum ac Illuſtrisſimum Dominum Ordinarium, tùm apud Altorffenſem Commiſſarium ſeu Weingartenſem Abbatem religioſis ſororibus egeſtate presſis copiam fecit oſtiatim colligendi ſtipem, ſed ex propriis quoque ſummum Altare fieri conſtituit, atque iſtud in nova Altorffenſi Eccleſiâ collocari fecit memoratus D. Cancellarius celeberrimi pictoris illius Auguſtani Mathiæ Kagers artificioſiſmâ manu confectum.

Anno 1612. pridie Calendas Junii ipſo feſto die Aſcenſionis Domini tandem nova Altorffenſis Eccleſia cum tribus Altaribus in eâ locatis ſacro miniſterio Reverendisſimi ac Perilluſtris Domini Domini Joannis Jacobi Mürgel Epiſcopi Sebaſteni, Proepiſcopi Conſtantienſis conſueto ritu ſolemni fuit dedicata, publico factæ conſecrationis teſtimonio taliter in ſcriptis impertito: *An. Domini 1612. die 31. Maji. Ego Joannes Jacobus Epiſcopus Sebaſtenſis &c. conſecravi Eccleſiam hanc cum tribus Altaribus: Eccleſiam quidem in honorem S. Franciſci. Primum Altare verò (in quo incluſi reliquias de ſocietate SS. Mauritii MM. & S. Urſulæ Virg. MM. nec non S. Claræ Virginis) ad gloriam SS. Trinitatis, S. Franciſci, S. Claræ, S. Eliſabethæ. Alterum S. Crucis. Tertium autem in B. Mariæ ſemper Virginis SS. Catharinæ & Barbaræ laudem dedicavi, omnibus Chriſti fidelibus præſentibus hodie unum annum in die anniverſario Dedicationis (quæ in ſingulos annos in feſto S. Franciſci celebrabitur) ipſam Eccleſiam viſitantibus quadraginta dies, de verâ Indulgentiâ in formâ Eccleſiæ conſuetâ conceſſi.*

Item: Anno Dom. 1612. die 31. Maji. *Ego Joannes Jacobus Epiſcopus Sebaſtenſis &c. conſecravi hoc Altare in honorem S. Crucis in quo incluſi reliquias de ſocietate S. Mauritii ac S. Urſulæ nec non S. Claræ. Omnibus Chriſti fidelibus hodie præſentibus &c.* ut ſuprà.

Item: *Anno Domini 1612. die 31. Maji. Ego Joannes Jacobus Epiſcopus Sebaſtenſis &c. conſecravi hoc Altare in honorem B. Mariæ Virginis SS. Catharinæ & Barbaræ VV. MM. in quo incluſi reliquias de ſocietate S. Mauritii S. Urſulæ ac S. Claræ &c.* reliqua ut ſuprà.

An. 1627. Religioſis Partheniis Altorffenſib, in id demisſiſſimè ſupplicantib, facultas fuit impertita in proprio templo condigno honorare ſervandi SS. Euchariſtiæ Sacramentum, juxta tamen obſervatis obſervandis & Reverſalibus talibus inde datis: Wür Mutter und Schweſteren der Claus oder Samblung allhie zu Altorff der dritten Regul S. Franciſci Ordens/ in Coſtantzer Biſtumb gelegen/ bekennen und thun kundt menniglichen/ nachdem GOtt der Allmächtig/ neben vielen anderen unzehlichen Gutthaten/ Uns ſo groſſe Gnad erzeiget/ daß Wür durch Zueſprung und reiches Allmoſen unterſchiedlicher gutmüthiger Catholiſcher Perſonen nit allein Unſer in etwas zergangne Claus vor wenig Jahren erbeſſeren/ und zu einen Klöſterlichen Weſen richten kunden/ ſonder darneben im verfloßnen ſechszehenhundert zehendẽ Jahr/ ein ſchönes anmutiges/ und zu Unſers Heil. Seraphiſchen Vatters Franciſci Ehr geweichtes Kirchlein/ wie auch ſeithero drey ſchöne Altär darein bekommen/ Uns aber biß Dato das Fürnembſte/ nemlich der zarte Fronleichnamb JEſu Chriſti darinn abgangen/ daß demnach der Hochwürdige Herr/ Herr Franciſcus/ Abbte des löblichen Gottshaus allhier zu Weingarten/ Unſer

gnedi-

gnädiger Herr/und von Jhro Fürſtl. Gnaden zu Coſtantz ꝛc. deputierter Viſitator/ Uns uff Unſer mit gebognen Knien/ auch durch GOttes Barmhertzigkeit/ und Unſers Heiligen Vatters (deſſen Feſt Wür anheut begehen/ und Jhro Gnaden ſeinen Heiligen Namen tragen) Seraphiſcher Liebe willen angeregetes demütigſtes und flehentliches Bitten zu Vermehrung Unſerer gleichwol geringen Andacht / mit ſo lang-ermangleten höchſten Kleinod / aus purlauteren Gnaden / und einiger keiner Schuldigkeit/mildiglich verſehen/und Uns daſſelbe zu einer Würgeten ſeines Tags gnädiglich verehrt/ jedoch mit nachſtehenden ausdrucklichen Beding.

Erſtlich daß Wür unverlengt ein ehrliche Behaltnus oder Schrein / darinnen das Hochheiligſte Sacrament wohl verſchloſſen werden könte/ ſambt einer ſilbernen Caps oder Monſträntzlein machen laſſen.

Zum anderen / daß Wür niemahlen mehr dann einen einigen Particul (welcher durch einen Pfarrherren allhier/deſſen Helffer / oder weme ers ſonſten anvertrauen möchte/ benediciert/ und durch ihne / oder die von demſelben Verordnete zu geziemenden Zeiten genoſſen/ auch ein anderer Particul oder Hoſtia dargegen geſegnet/ und in die Monſtrantz geſtellt werden ſolle) haben.

Drittens / daß der Schlüſſel zu dem Sacrament-Häußlein einzig und allein jetzgedachtem Herren Pfarrer anvertraut verbleiben ſolle.

Wie auch und zum vierten Wür von dem Sacrament-Häußlein / oder in dem Kirchlein/nit weit davon/nit allein jederzeit ein brennendes Liecht erhalten / und das hochheiligſte Sacrament der ſchuldigen Gebühr nach/ verehren/ ſondern auch/ ſo lang diße Verwilligung nit widerruffen wird / (welches dann zu thun Jhro Gnaden Jhr ſelbſten ſowol als allen dero Nachkommen in allweg vorbehalten haben) die Hoſtien und Wein zu Verrichtung der Heiligen Meſſen auff Unſeren Coſten darreichen ſollen.

Und ſo Wür dann bereitwilligeſt jetztgehörten Conditionen in allweg treulich nachzukommen/ auch dieſe uff frey ledig geſtelltes Widerruffen gethone/ und der hieſigen Pfarr an deren Rechten alerdings präjudicierliche Verwilligung von hochgedacht Jhro Gnaden/ (deren GOtt der Allmächtig den ewigen Lohn darfür zu ertheilen/und derſelbigen ein langwierige geſunde Regierung zu verleihen geruhe)mit höchſten Dank angenommen/ und durch Uns auch Unſere Nachkommen/ ſolche Einwilligung anders nie erkennt werden ſolle. Als haben Jhro Gnaden Wür dieſen Revers Brieff in Unterthenigkeit eingehendiget / und denſelben zu mehreren Gezeugnus mit Unſerer Clauſen von Alters gebrauchten Jnſigel bekräfftiget. So beſchehen an des H. Seraphiſchen Vatters Franciſci Tag nach Chriſti Unſers lieben Herren Geburt gezehlt im ſechszehenhundert ſiben und zweinzigiſten Jahr.

Anno 1663. Eadem facultas etiam authoritate Ordinariâ ſolemniter innovata & reiterata fuiſſe legitur, taliter in ſcriptis indulta : *Vicarius Reverendiſſimi in Chriſto Patris Illuſtriſſimiq; Principis ac Domini Domini Franciſci Joannis Dei & Apoſtolicæ ſedis gratiâ Epiſcopi Conſtantienſis Domini Augiæ Majoris & Oeningæ &c. in Spiritualibus Generalis &c. Univerſis & ſingulis præſentes noſtras litteras recogniturus Salutem in Domino. Pro parte Religioſæ Matris & Sororum Congregationis Ordinis S. Franciſci in Altorff vinearum ſupplicando nobis fuit expoſitum, quàm ardenti cum deſiderio dictæ exponentes ſanctiſſimi Euchariſtiæ Sacramenti aſſervationem & venerationem in tabernaculo Altaris ſui à nobis concedi efflagitent. Nos itaq; ejuſmodi petitionibus veluti honorem Dei animarumq; ſalutem plurimùm concernentibus annuendum duximus, prout Eiſdem vigore præſentium annuimus, ac in præpetitam Sanctiſſimi Euchariſtiæ Sacramenti, coram quo lampas dies noctesq; ardeat accenſa, & locus tabernaculi decenter ornatus exiſtat, aſſervationem & venerationem, etiam aliis relevantibus Nobis expoſitis de cauſis, ſalvis tamen per omnia Juribus parochialibus, quibus per præſentes præjudicare non intendimus, authoritate noſtrâ Ordinariâ in Dei nomine conſentimus, ac liberam in Chriſto impertimur facultatem. Claves hujus Sacrarii D. Confeſſario præfatarum exponentium committentes. In quorum fidem præſentes litteras ſigillo noſtro munitas ſubſcripſimus Conſtantiæ An. 1663. die 4. Aprilis Indictione primâ.*

Joſephus ab Ach J. V. L. Vicarius Generalis.

Anno 1685. clauſtrum Altorffenſe non tam diurnitate temporum, quàm ini-

iniquitate viciſſitudinum oppidò ruinoſum, de prævio, quorum inter erat conſilio qualicunque ſtructurâ ſuâ dejectum magnis ſumptibus (frugali ſolùm parſimoniâ inhabitantium devotarum collectis) in novam transformata creaturam evaſit, Muris, tignis ac lignis item ſuis bellè ſpectandam, ſed & morum ſanctitate clarisſimam, cui haud ſine vulgari proprii nominis laude, nec minore totius religioſisſimæ congregationis fructu jam ab anno 1681. dignisſimè præſidet Ven. Domina Thereſia Fränckin Altorffenſis, eique ex religioſâ obedientiâ promptisſimè deſerviunt, quæ in arctisſimâ diſciplinæ regularis obſervantiâ probatæ & exercitatæ convivunt domicillæ ſequentes: Eliſabetha de Taunenberg: Anna Heinmüllerin Buchloenſis: Catharina Gräfſin Altorffenſis: Clara Breunin Veldkirchienſis: Agnes Päbſtin Wangenſis: Chriſtina Röthin à Schröckenſtein: Brigitta Höchtin Altorffenſis: Benedicta Geigerin Oenipontana: Urſula Krazerin Waldsccnſis: Maria Roſa Greſſerin Altorffenſis: Joſepha von der Thaun Altorffenſis: Scholaſtica Breunin Altorffenſis: Anna Franciſca Frauinlohrin: quarum conſcientias de præſenti moderatur à ſæpenominato Reverendisſimo Præſule Commiſſario Epiſcopali Abbate Weingartenſi cum plenitudine poteſtatis Adm. Rdus ac Prænob. Dominus P. Godefridus Reding Imperialis Monaſterii Weingartenſis Presbyter ac Supprior jam â pluribus annis officio ſuo ſummè promeritus Patronus nobis colendiſſimus obſervandisſimus.

AMPTHUSANUM.

SEu Ampthauſen (ut inquit Gabriel Bucelinus Operis tertii parte alterâ in Germaniâ Sacrâ fol. 137.) Virginum Ordinis Divi Benedicti ſub curâ Abbatis S. Georgii (qui hodie Villingæ in Herciniâ reſidet) Cœnobium diœceſis Conſtantienſis in diſtrictu ruralis Capituli ſeu Decanatûs (teſte Cruſio in Paralip. cap. 13. fol. 56.) Wurmlingenſis in medio ſilvarum manſione ſuâ locatum. Floret quidem inſigniter Abbatiale Parthenium hoc â populo terræ & patriis inquilinis ſuo nomine communiter *Amptenhauſen* nuncupari ſolitum: de quo tamen nobis nondùm uberiorem licuit accipere hiſtoricam deſcriptionem.

ANGLIBERGENSE.

SEu *Montis Angeli* communiter intitulatum Monaſterium RR. PP. Ordinis Eremitarum S. Auguſtini diœceſis Auguſtanæ propè Gamundiam Suevorum Urbem Imperialem ſub initium prioris ſeculi florentiſſimum, inde tamen calamitate temporum iniquiſſimè ſuppreſſum & penitùs extinctum. Anno 1507. Monaſterii hujus Anglibergenſis, imò totius ſacri Ordinis ſui præclarum ſidus emicuit Bartholomæus de Uſinghem ſive Bartholomæus Arnoldi de Uſingheim, qui (ut ait Philippus Elſius in ſuo Encomiaſtico Auguſtiniano 1654. Bruxellis in fol. edito) natione Germanus divinarum litterarum doctus ac in concionando eloquentia, ac ardenti motus inſignis Epiſcopus Sulonenſis (ſeu in Inſulis Salomonis in mari pacifico deſcriptis apud Michaelem Antoniũ Baudrand in novo Lexico Geographico part. 2. fol. 154.) creatus & inter primos ac acerrimos Antagoniſtas Lutheri numeratur, ſtatim enim ortâ hæreſi libros ſcripſit doctrinæ Lutheranæ, oppoſitos nimirùm de falſis prophetis, de prædicatione Evangelii &c. quos enumerant tùm ipſe Elſius citatus, tùm Poſſevinus in apparatu ſacro, tùm Georgius Mathias Königius in Bibliothecâ veteri & novâ fol. 859.

ANHUSANUM.

REctiùs *Ahuſinm* (uti vult Bruſchius de Monaſt. German. cent. 1. fol. 1.) ſuo nomine dicendum, hodiè verò communiter *Anhauſen* appellatum Ordinis

dinis S. Benedicti Monaſterium diœceſis Auguſtanæ: quod ſub initium ſeculi duodecimi in pago Langenaw Ulmenſis hodie ditionis omninò novum conſtituit ſeu fundavit Manegoldus illuſtris Comes Palatinus de Tubingen: cujus tamen filius Waltherus Epiſcopus Auguſtanus cum Manegoldo juniore, Adelberto & Ulrico germanis fratribus ſuis Cœnobium hoc recèns in dicto loco inchoatum in vallem Brentianam transferri fecit ad fundum *Abuſen* nuncupatum, ejusq; fundationem demùm innovari fecit proprio quodam diplomate in id ſub annum 1143. conſcripto juxta ſequent. formulam: *In nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis ego Waltherus per miſericordiam Dei Sanctæ Auguſtenſis Eccleſiæ Miniſter notum eſſe volo omnibus tam præſentibus quàm futuris, qualiter ego cum fratribus meis Manegoldo, Adelberto & Udalrico communicato conſilio locum juris mei Abuſen propè fluvium Brenza ad monachalis vitæ propoſitum inſtituerim. Pater meus Eccleſiam in Navve poſſidebat, cujus decimæ omnis proprietatis libertate & jure menſæ illius ſubſerviebant. Apud hanc eandem Eccleſiam idem pater meus ſpiritualis vitæ normam initiare voluit, ſed morte præventus voti compos fieri nequivit. Ego verò & fratres mei patris noſtri voto occurrentes congregatis & collocatis ibi regularis vitæ viris propoſitum ejus ad effectum perduximus. Sed quia idem locus ob frequentiam populi huic religioni minùs aptus, quia minùs ſecretus viſus eſt, in alium nos locum, ſcilicet in Abuſen, transtulimus. Quem locum propriis diſcretum terminis cum omnibus ſuis pertinentiis & aliis in hac pagina ſubnotatis prædio Sanctoq; Martino omnibusq; Sanctis pro remediis animarum noſtrarum ejusdemq; Patris ac Matris noſtræ omniumq; parentum & hæredum noſtrorum omni appellationis proprietate ſubtractâ publicâ deliberationis amisſione abdicata ad ſubſidium fratrum ibi Deo ſervientium legitima traditione ſolemniter conſignavimus, hac quidem rationis & conditionis determinatione, quatenus idem locus ſecundum chartam libertatis Domini Papæ Honorii, itemq; beatæ memoriæ Innocentii Papæ ſub annuo cenſu unius aurei Romanæ & Apoſtolicæ ſedi ſubjectus perpetualiter ſit ſtabilitus & confirmatus, & nullus ibi ſit advocatus, niſi quem Abbas ſaniori fratrum ſuorum conſilio ubivis elegerit, & ut ibi nulla ſit vita præter Monachorum ſecundùm regulam S. Benedicti ſub Abbate degentium. Et ſi quis miniſterialium noſtrorum vel familiæ noſtræ illò ſe conferre, & nobis præſentibus aut abſentibus de prædiis vel rebus propriis illò tradere voluerit, noſtra concesſione & licentia & conſtitutione ſit ſtabile & firmum. Igitur Romanæ & Apoſtolicæ Sedis & noſtri juris auctoritate ſtatuimus, ut quascunq; poſſesſiones, quæcunq; bona idem Monaſterium in præſentiarum juſtè & canonicè posſidet, aut in futurum concesſione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis præſtante Domino poterit adipiſci, firma loco illi & illibata permaneant, & ne quis Cœnobium illud invaſione temerariâ ammodò infeſtare præſumat, gladio anathematis intercludimus. Prædio autem loco illi conſignata publicâ relationis confeſſione propriis in hac chartâ duximus exprimenda vocabulis: Ipſum locum Abuſen cum familia tributariis, decimis, molendinis, agris, pratis & ſilvis in montibus & vallibus circumquaq; adjacentibus, cultis & incultis, & omnibus ad eum jure proſpicientibus. Decimas ejusdem loci concambio mutavimus ab Eccleſia Beati Petri in Totingen, duobus manſis in Ratfelden, Eccleſiam in Navve cum familia, tributariis, decimis, omni proprietatis jure ad ſtipendium eorundem fratrum Apoſtolicæ ſedis & noſtra tam hereditariæ quàm Pontificalis poteſtatis auctoritate delegatis fiſcali curte, ubi eædem decimæ recollectæ componantur. Inſuper & aliis in eadem villa prædiis, molendinis, agris, pratis, curtilibus. De prædictis autem decimis Auguſtenſi Epiſcopo in quarto anno ſervitium ſemper pro ſuo jure dandum eſt, & tunc Archidiaconum Parochianus Presbyter conſervabit, & Epiſcopo quinq; ſolidos in eleemoſynam pauperum dabit. Cujus rei gratia ipſæ oblationes tam animarum quàm altarium ſolus inſumit, quas primùm fra-*

tres prædicti dimidias accipiebant. In Ellingen quartam partem Eccleſiæ cum fiscali curte ſuisq́; pertinentiis. Subjugavimus & alia prædia diverſis in locis, quæ breviter ſubnotari fecimus: Norſingen, Onheim, Aſpach, Oſterſtetin, Hagenloch, Aicheim, Stozingen Aſſerbingen, Sezingen, Dichingen ex toto cum colle, qui dicitur Wichenbere, & clivo in nemore Balenhart, quem decem talentis à Miniſteriali noſtro Adelhelmo redemimus. Ballendorf, Huchelingen cum ſilva, quæ dicitur Junckholz, Toſingen. Quo in locô novem numerantur curtilia, ad quæ pertinuit ſilva, quæ vocatur Chorbauholz, quam ab his, ad quos pertinuit conſilio & pretio redemptam, quia contigua eſt, loco eidem contulimus. Muſebrunnen, Sachſenhart viculum & nemus, Merchelinſteten molendinum, Piscariam cum curte. Hitenburg ex toto, Sanſtetin, Toubenloch, Gerbiltegeſperg, Guſſenſtat, Immeburg, Bruvingesheim, Gosbach, Beringen, Winegandevvilare ex toto Holzheim, Hurvvinesbach, Alcktorff, Mechelingen, Hegeloch, Herbrechtesfeld, Sulbach ex toto, Forſt, Irmboldesvveilare, Erchenbrechtenberg, Machalmesvvilare, Wenehenvvilare, Hohenſol, Luvesvvilare, Bubenvvare, Chorben, Chirphendorff, Ufhuſen, Cinbren. Item Cinbren, Mareshovve, Lubon, Vezzenheim, Sachſenhuſen, Bachingen, Hudnecloch. Si qua igitur Eccleſiaſtica ſecularisve perſona in futurum hanc chartam inſtitutionis, libertatis & confirmationis loci noſtri, quam ego Waltherus Auguſtenſis Epiſcopus transcribi & ſigillari feci, tentaverit infringere, eundem locum perturbare, poſſesſiones auferre, ablatas retinere vel minuere præſumpſerit, ſecundò tertiovè commonita, ſi non ſatisfactione digna reſipuerit, excommunicationis obligationi & divini examinis vindictæ, perpetualiter ſubjaceat. Gloria igitur & honor ſit in altisſimis Deo, & in Abuſen habitantibus. Pax, benedictio & protectio & cunctis bona iisdem facientibus ſalus & gratia. Amen.

Anno 1125. data ab Honorio II. Pont. Max. Bulla confirmationis primæ fundationis Anhuſanæ ſic habet: *Honorius Epiſcopus Servus Servorum Dei dilectis in Chriſto Filiis Monachis Monaſterii S. Martini de Ahuſen ſalutem & Apoſtolicam Benedictionem &c. Sicut irrationabilia poſcentibus negari debet aſſenſus, ſic juſta petentium votis benignâ debemus aſſenſione concurrere. Eapropter nobilium virorum Adelberti Palatini Comitis & ejus fratrum Udalrici & Gualteri devotioni duximus annuendum. In Auguſtenſi equidem Epiſcopatu in pago Albæ juris ſui prædium, quod Ahuſen dicitur, ubi domus fiat Beati Martini Eccleſia fabricata eſt unà cum patre ſuo egregiæ recordationis Manegoldo Palatino Comite pro ſalute animæ ſuæ Beato Petro Apoſtolorum Principi in allodium proprium cum omnibus ad eundem locum pertinentibus obtulerunt. Quam oblationem noſtra poſtulant auctoritate firmari. Nos igitur præſentis decreti auctoritate ſancimus, ut tam præfatus locus, quàm omnia ad eum pertinentia ſub Apoſtolicæ ſedis tutelâ integra ſemper & illibata permaneant. Nulli ergò omninò hominum liceat idem Monaſterium perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere vel temerariis vexationibus fatigare; ſed omnia integrè conſerventur eorum, pro quorum ſuſtentatione & gubernatione conceſſa ſunt uſibus omnimodis profutura. Obeunte ipſius loci Abbate nullus ibi quilibet ſubreptionis aſtutia ſeu violentia proponatur, niſi quem fratres communi conſenſu vel fratrum pars conſilii ſanioris ſecundùm Dei timorem regulariter providerint eligendum. In advocati autem veſtri electione Abbas liberam habeat poteſtatem cum fratrum ſuorum conſilio talem eligere, quem ad defenſionem libertatis Monaſterii bonum & utilem eſſe cognoverit. Sepulturam quoq́; ejusdem Cœnobii omninò liberam eſſe ſancimus, ut eorum, qui ſe illic ſepeliri deliberaverint, devotioni & extremæ voluntati, niſi fortè excommunicati ſint, nullus obſiſtat. Pari etiam modo concambium, quod de loco, in quo monaſterium veſtrum ſitum eſt cum Eccleſia S. Petri in Tetingen, ad cujus parochiam pertinebat, utriusq́; partis conſenſu & fundatorum conniventia factum eſſe dignoſcitur, confirmamus. Ordinationes prætereà monachorum, conſecrationes altarium ſive Baſilicarum ab Epiſcopo, in cujus diœceſi eſtis, accipietis, ſiquidem*

gratiam

gratiam atq; communionem Apoſtolicæ ſedis habuerit, ac ſine pravitate poſtulata voluerit exhibere. Alioquin liceat vobis Catholicum, quem malueritis, antiſtitem adire, & ab eo Sacramenta ipſa ſuſcipere, qui Apoſtolicæ ſedis fultus auctoritate indulgeat. Ad indicium autem hujus perceptæ à Romanâ Eccleſiâ libertatis aureum unum per ſingulos annos Lateranenſi Palatio perſolvetis. Si qua igitur in futurum Eccleſiaſtica ſecularisvè perſona hanc noſtræ conſtitutionis paginam violaverit, aut ſciens contra eam venire temerè tentaverit, ſecundò tertiovè commonita, ſi non ſatisfactione congruâ emendaverit poteſtatis honoriſq; ſui dignitate careat, reamq; ſe divino judicio exiſtere, de perpetratâ iniquitate cognoſcat, & à ſacratiſſimo Corpore ac ſanguine Dei & Domini Redemptoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atq; extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat. Cunctis autem eidem loco juſta ſervantibus ſit pax Domini noſtri JESU Chriſti, quatenùs & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen. Amen. Amen.

Ego Honorius Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus ſubſcripſi.

Datum Laterani per manum Americi Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Diaconi Cardinalis & Cancellarii quinto Calendas Decembris Indictione quartâ. Anno Dominicæ Incarnationis milleſimo centeſimo vigeſimo quinto Pontificatus autem Sanctiſſimi Honorii ſecundi Papæ anno primo.

Anno 1143. Fundationis & Privilegiorum novi Monaſterii Anhuſani confirmatio facta à Cœleſtino Papa II. ſic habet: *Cæleſtinus Epiſcopus Servus Servorum Dei dilectis filiis Monachis S. Martini de Ahuſen tam præſentibus quàm futuris regulariter ſubſtituendis in perpetuum &c. Deſiderium, quod ad religionis propoſitum & animarum ſalutem pertinere monſtratur animo nos decet libenti concedere, & petentium deſideriis congruum impertiri ſuffragium. Eapropter dilecti in Domino filii venerabilis fratris noſtri Gualteri Auguſtenſis Epiſcopi precibus inclinati veſtris juſtis poſtulationibus clementer annuimus, & præfatum Monaſterium, quod ab egregiæ recordationis viro Manegoldo Palatino Comite ejuſq; filiis præfato videlicet fratre noſtro Gualtero nunc Auguſtenſe Epiſcopo Adelberto & Odelrico in proprio Allodio conſtructum eſt, & Beato Petro cum omnibus ad ipſum pertinentibus oblatum ſub ejuſdem Apoſtolorum Principis & noſtrâ protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti privilegio communimus. Statuentes ut quaſcunq; poſſeſſiones vel decimas, quæcunq; etiam bona idem Monaſterium in præſentiarum juſtè & canonicè poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium ſeu aliis juſtis modis Deo propitio poterit adipiſci, firma vobis veſtriſq; ſucceſſoribus & illibata permaneant. Concambium verò, quod de loco, in quo ipſum Monaſterium ſitum eſt, cum Eccleſia S. Petri de Totingen, ad cujus parochiam pertinebat utriuſq; partis aſſenſu rationabiliter factum eſt, auctoritate Apoſtolicâ confirmamus. Liceat autem vobis communi conſilio Advocatum, quem ad defenſionem ejuſdem Monaſterii utilem eſſe noveritis, liberè eligere, ipſumq;, ſi inutilis apparuerit, removere, & alium, quem utiliorem provideritis, ſubſtituere. Obeunte verò Abbate, qui pro tempore ibidem fuerit, nullus qualibet ſubreptionis aſtutia vel violentiâ præponatur, ſed liceat vobis communi conſilio vel partis conſilii ſanioris ſecundùm Dei timorem & Beati Benedicti regulam, abſq; ullius contradictione Abbatem eligere, Chryſma, Oleum Sanctum, Conſecrationes Altariam, ſeu Baſilicarum, Ordinationes Monachorum, qui ad Sacros Ordines fuerint promovendi à diœceſano ſuſcipietis Epiſcopo, ſiquidem Catholicus fuerit, & gratiam atq; communionem ſedis Apoſtolicæ habuerit, & ea gratis & abſq; aliqua pravitate vobis voluerit exhibere. Alioquin liceat vobis Catholicum, quemcunq; malueritis, adire antiſtitem, qui nimirùm noſtrâ fultus autoritate, quod poſtulatur, indulgeat. Sepulturam quoq; ipſius loci liberam eſſe concedimus, ut quicunq; ſe illic ſepeliri deliberaverit, niſi forte excommunicati ſint, nullus obſiſtat, ſalvâ tamen Juſtitiâ matricis Eccleſiæ. Ad indicium autem hujus à Sede Apoſtolicâ perceptæ libertatis Aureum unum Nobis noſtriſq; ſucceſſoribus annis ſingulis perſolvetis. Decernimus ergò, ut nulli omninò hominum liceat præfatum Monaſterium temerè perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, aut aliquibus vexationibus*

nibus fatigare, ſed omnia integrè conſerventur, eorum, pro quorum gubernatione & ſuſtentatione conceſſa ſunt, uſibus omnimodis profutura, ſalvâ Diœceſani Epiſcopi auctoritate. Si quæ igitur in futurum Eccleſiaſtica ſæcularisvè perſona hanc noſtræ conſtitutionis paginam violaverit, aut ſciens contra eam venire tentaverit, ſecundò tertiovè commonita, ſi non ſatisfactione congruâ emendaverit, poteſtatis honorisq; ſui dignitate careat, reamq; ſe divino judicio exiſtere de perpetratâ iniquitate cognoſcat, & à ſacratiſſimo Corpore & ſanguine Dei & Domini noſtri Redemptoris Jeſu Chriſti aliena fiat, atq; in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat. Cunctis autem eidem loco juſta ſervantibus ſit pax Domini noſtri JEſu Chriſti, quatenùs & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen. Amen. Amen.

Ego Cœleſtinus Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus
Ego Conradus Sabinenſis Epiſcopus ſubſcripſi.
Ego Theodewinus Sanctæ Rufinæ Ep. SS.
Ego Stephanus Præneſtinus Ep. SS.
Ego Presbyter Cardinalis tituli S. Caliſti SS.
Ego Thomas Cardinalis Presbyter Tituli Veſtinæ SS.
Ego Petrus Cardinalis Presbyter Tituli S. Suſannæ SS.
Ego Gregorius Diaconus Cardinalis SS. Sergii & Bacchi ſubſcripſi
Ego Otto Diaconus Card. S. Gregorii ad velum aureum SS.
Ego Hubaldus Diaconus Card. S. Mariæ in viâ latâ.
Ego Octavianus Diaconus Card. S. Nicolai in carcere Tulliano SS.

Datum Laterani per manum Gerardi Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Presbyteri Cardinalis ac Bibliothecarii ſexto Calendas Decembris Indictione ſeptimâ Incarnationis Dominicæ anno milleſimo centeſimo quadrageſimo tertio, Pontificatus verò Domini Cœleſtini Papæ anno primo.

Anno 1140. Fundationis & Privilegiorum Monaſterii Anhuſani Confirmationem auctoritate Pontificiâ reiteratam oſtendit diploma ab Eugenio III. datum ſub hujusmodi tenore: *Eugenius Epiſcopus Servus Servorum Dei dilectis filiis Sigefriedo Abbati S. Martini de Anhuſen, ejusq; fratribus tam præſentibus quàm futuris regularem vitam profeſſis in perpetuum. Cùm omnibus venerabilibus locis debitores ex injuncto exiſtamus. Illa tamen, quæ ad B. Petri Sanctæq; Romanæ Eccleſiæ jus & defenſionem ſpecialiter pertinere noſcuntur, convenit nos propenſiùs confovere. Ideoq; dilecti in Domino filii venerabilis Fratris noſtri Gualteri Auguſtenſis Epiſcopi, & veſtris precibus inclinati veſtris juſtis poſtulationibus clementer annuimus & prædeceſſoris noſtri felicis memoriæ Cœleſtini Papæ veſtigiis inhærentes præfatum S. Martini Monaſterium, quod à prædicto fratre noſtro Gualbero tunc Auguſtenſi Epiſcopo ejusq; fratribus in proprio allodio conſtructum eſt & Beato Petro cum omnibus ad ipſum pertinentibus oblatum ſub ejusdem Apoſtolorum Principis & noſtrâ protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti privilegio communimus, ſtatuentes, ut quascunq; poſſeſſiones vel decimas, quæcunq; etiam bona idem Monaſterium in præſentiarum juſtè & canonicè poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis Deo propitio poterit adipiſci, firma vobis veſtrisq; ſucceſſoribus & illibata permaneant. Concambium præterea, quod de Decimis illius loci, in quo ipſum Monaſterium ſitum eſt cum Eccleſiâ S. Petri de Cotingen, ad cujus parochiam pertinebant utriusq; partis aſſenſu rationabiliter factum eſt, auctoritate Apoſtolicâ confirmamus. Addentes, ut Eccleſia S. Martini de Nawa, in quo Collegium veſtrum per illuſtris memoriæ Manegoldum Palatinum Comitem, patrem videlicet præfati Sanctæ Auguſtenſis Eccleſiæ Epiſcopi, in cujus erat allodio monaſticæ religionis auctore Domino exordium habuit, cum decimis & omnibus aliis ſuis poſſeſſionibus veſtro Monaſterio in perpetuum ſubjecta permaneat. Liceat autem vobis communi conſilio advocatum, quem ad defenſionem ejusdem Monaſterii utilem eſſe cognoveritis, liberè eligere, ipſumq;, ſi inutilis fuerit, removere, & alium, quem utiliorem provideritis, ſubſtituere. Obeunte verò te nunc ejusdem loci Abbate vel tuorum quolibet ſucceſſorum, nullus ibi quâlibet ſubreptionis aſtutiâ vel violentiâ præponatur, niſi quem fratres communi*

ni conſilio, vel pars conſilii ſanioris ſecundùm Dei timorem & B. Benedicti regulam providerint eligendum. Chryſma, Oleum Sanctum, Conſecrationes Altarium ſeu Baſilicarum, Ordinationes Monachorum, qui ad ſacros Ordines fuerint promovendi, à diœceſano ſuſcipietis Epiſcopo, ſiquidem Catholicus fuerit, & gratiam atq; communionem Apoſtolicæ ſedis habuerit, & ea gratis, & abſq; aliquâ pravitate, vobis voluerit exhibere, alioquin liceat vobis Catholicum, quemcunq; malueritis, adire antiſtitem. Qui nimirùm, noſtrâ fultus auctoritate, quod poſtulatur, indulgeat. Sepulturam quoq; ipſius loci liberam eſſe concedimus, ut quicunq; illic ſe deliberaverint ſepeliri, niſi fortè excommunicati ſint, nullus obſiſtat. Salva tamen Juſtitiâ matricis Eccleſiæ. Ad indicium autem hujus à Sede Apoſtolicâ libertatis acceptæ, aureum unum nobis noſtriſq; ſucceſſoribus annis ſingulis perſolvetis. Decernimus ergò, ut nulli omninò hominum liceat præfatum Monaſterium temerè perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, aut aliquibus moleſtiis fatigare, ſed omnia integrè conſerventur, eorum, pro quorum gubernatione & ſuſtentatione conceſſa ſunt, uſibus omnimodis profutura. Salva diœceſani Epiſcopi canonica Juſtitia. Si qua igitur in futurum Eccleſiaſtica ſecularisvè perſona hanc noſtræ conſtitutionis paginam violaverit, aut ſciens contra eam venire tentaverit, & ſecundò tertiovè communita præſumptionem ſuam emendare contempſerit poteſtatis honoriſq; ſui dignitate careat, reamq; ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à ſacratiſſimo Corpore ac ſanguine Domini noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atq; in extremo examine diſtrictæ ſubjaceat ultioni. Cunctis autem eidem loco ſua jura ſervantibus ſit pax Domini noſtri Jeſu Chriſti, quatenùs & hîc fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen. Amen. Amen.

Ego Eugenius Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus ſubſcripſi

Ego Theodewinus Sanctæ Rufinæ Epiſopus ſubſcr.

Ego Ymarus Tuſculanus Epiſcopus ſubſcr.

Ego Guido Oſtenſis Epiſcopus ſubſcripſi

Ego Nicolaus Albanenſis Epiſcopus ſubſcr.

Ego Gregorius Presbyter Card. tit. S. Calixti. ſubſcr.

Ego Nicolaus Presbyter Card. tit. S. Cyriaci. ſubſcr.

Ego Aubertus Cardinalis tit. S. Anaſtaſiæ

Ego Oddo Diac. Card. S. Georgii ad velum aureum ſubſcr.

Ego Joannes Paparo Diac. Card. S. Adrian. ſubſcr.

Ego Jacintus Diac. Card. S. Mariæ in Coſmodin. SS.

Datum Laterani per manum Plebani Romanæ Curiæ Notarii 3. Calend. Febr. Indictione 12. Incarnationis Dominicæ anno MCXLVIIII. Pontificatûs verò Domini Eugenii III. Papæ anno quinto.

Anno 1236. Monaſterii Anhuſani confirmationem privilegiorum à Gregorio Papa V. factam & innovatam exhibet Diploma pontificium ſpecialiter in id à ſuâ ſanctitate clementiſſimè datum juxta ſequentem formulam: *Gregorius Epiſcopus Servus Servorum Dei dilectis filiis Abbati & Conventui Monaſterii de Abuſen Ordinis S. Benedicti Auguſtenſis ſalutem & Apoſtolicam Benedictionem Juſtis petentium deſideriis dignum eſt nos facilem præbere conſenſum, & vota, quæ à rationis tramite non diſcordant, effectu proſequente complere. Eapropter dilecti in Domino filii veſtris juſtis poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu perſonas veſtras & locum, in quo divino eſtis obſequio mancipati, cum omnibus bonis, quæ in præſentiarum rationabiliter poſſidet, aut in futurum juſtis modis præſtante Domino poterit adipiſci, ſub Beati Petri & noſtra protectione ſuſcipimus. Specialiter autem Eccleſiam in Nawe cum omnibus pertinentiis ſuis, quam bonæ memoriæ Epiſcopus (Waltherus) Auguſtenſis Capituli ſui accedente conſenſu, Monaſterio veſtro pia liberalitate conceſſit, ſicut in litteris ſuper hoc confectis pleniùs dicitur contineri, nec non terras, poſſeſſiones, redditus, & alia bona veſtra, ſicut ea omnia juſtè, & pacificè poſſidetis, vobis & per vos eidem Monaſterio auctoritate Apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo*

omninò hominum liceat hanc paginam noſtræ protectionis & confirmationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem attentare præſumpſerit, indignatione Omnipotentis Dei & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Viterbii decimo quinto Calendas Aprilis Pontificatûs noſtri anno nono.

Syllabus Abbatum Monaſterii hujus integer recenſetur tùm à Bruſchio de Monaſt. German. cent. 1. fol. 2. tùm etiam à Cruſio in Annalibus Sueviæ part. 2. lib. 9. cap. 10. ubi utrobique ponitur ordine poſtremus Ven. Dominus Onuphrius Schaduz natus Burgovienſis Suevus ex oppido Burgovienſi idem anno 1578. tertio Idus Septembris vinculis carnis expeditus: cujus à morte Conventuales Monachi (uti legitur in Documentis Redivivis Monaſt. Wirtenberg. fol. 350.) ratione electionis coacti fuerunt compromittere in Ludovicum Ducem Wirtenbergicum eique committere totum novæ electionis negotium; unde in pſeudo-abbatem renunciatus fuit Joannes Iſenmann Confeſſionis Auguſtanæ Miniſter: quo plurimùm allaborante ſed vel maximè Principe terræ nimiùm quantùm urgente religioſi domicelli protinùs exulare fuerunt compulſi, & ſic ſacro Ordine monaſtico penitùs eliminato totum Monaſterium iſtud Anhuſanum tranſivit ad alienos malæ fidei poſſeſſores iniquiſſimè devolutum. Et quamvis anno 1630. denuò recuperatum acceperit Abbatem ex Auguſtano SS. Udalrici & Afræ Cœnobio datum Reverendiſſimum ac Ampliſſimum Dominum Carolum Stengelium pro tempore loci Suppriorem: is tamen non niſi usque ad tempora promulgatæ pacis Weſtphalicæ præſidere potuit, unde ſic ille denuò fugatus ad nativum religioſæ profeſſionis ſuæ domicilium rediit: ubi tandem poſt annos jam ætate grandævus imò & Sacerdos jubilæus in pace quievit tot ſacrorum librorum à ſe conſcriptorum author inclytus ſæpeſæpiùs in hoc opuſculo à nobis adductus.

ANHUSANUM

ANHUSIUM Cœnobium Monachorum Inſtituti ac Ordinis Benedictini magnificum ac opulentum in Marchionatu Brandenburgenſi Norico, aut in Rhiesâ potiùs (quæ Sueviæ pars eſt) non procul à Waſſertruhedingâ oppido olim ejusdem nominis Comitum, nunc verò Brandenburgenſium Marchionum ad Wernicum amnem ſitum aureatenſis diœceſis: fundatum ac conſtrui cœptum eſt anno Chriſti 958. ab Erneſto Comite de alto Truhendingen, ejusq; ſororio Hartmanno Barone de Lodenburg. Occaſio conſtruendi Cœnobii hæc erat. Exutus erat Comes Erneſtus propter inobedientiam ditione ſuâ ac toto Comitatu ab Imperatore Othone Magno, in cujus Gynæceje habuerat nuper ſororem Comes Erneſtus, quam uxorem duxerat Baro Hartmannus de Lodenburg Myſius: qui cum clementem haberet & Imperatorem & Imperatricem, fideliter etiam & tam diu apud Cæſarem laboravit, donec affini ſuo Comitatum amiſſum recuperaret: hac tamen lege & conditione, ut Erneſtus Comes Weſtenſem pagum, aliosq; vicinos ad Anhuſenſe ſacellum legaret, unde Cœnobium ibi Benedictinæ profesſionis conſtrui poſſet. Accidit verò poſteà ſucceſſu temporis, ut Hartmannus etiam ille Lodenburgius in Rhiesâ ab hoſtibus ſuis fugatus Dei beneficio ex magno periculo in hoc ipſum Cœnobium elapſus eſſet ſalvus & incolumis, moriens itaq; dextrum brachium ſuum eidem Cœnobio legavit, ubi in Divæ Virginis ſacello humatum eſt. Quod cùm audiret aliquandò unus ex ejus poſteris, qui tùm Epiſcopus Herbipolenſis erat, legavit ille etiam Deo in gratiarum actionem pro ſervato illic olim Hartmanno eidem Monaſterio plauſtrum boni vini Franciſci, ſingulis annis ejus loci Cœnobitis transmittendum. Hartmannus verò Comes cum aliis ſuæ gentibus Heroibus cubat in Cœnobio Heydenheimenſi. Hæc Bruſchius de Monaſt. German. cent. 1. fol. m. 7. Superiori durante ſeculo fundi Dominus Georgius Fridericus Onolzbacenſis Marchio Brandenburgicus cum univerſis ſubditis ſuis ſpretis legibus & ſacratioribus avitæ fidei cæremoniis in totum relictis, infeliciſſimo ſidere novum dogma Lutheranum amplexus quævis ditionis ſuæ Cœnobia & Collegia ſacra

ſui juris fecit: quibuscum Anhuſanum etiam hoc Monaſterium violenter occupavit; ex quo tempore cenſus ac redditus à piisſimis fundatoribus olim in uſum miniſterii Domus Domini collatos & oblatos hodie ſolus abſumit fiſcus ſecularis in uſus alienos.

ANHUSANUM

MOnaſterium Ordinis S. Pauli primi Eremitæ diœceſis (niſi fallor) Herbipolenſis ad Jaxtum fluvium Franconiæ finitimum, primitùs exortum eſt Anno 1455. teſtimonium perhibente Martino Cruſio in annal. Sueviæ part. 3. lib. 7. cap. 11. in hæc verba: *Tranſacto civitatum bello: & quibusdam nobilibus ob cædes in eo factas ad ſpiritualem emendationem converſis cœnobioli ad Jagſtum Ordinis Paulini ex eâ expiatione fundatio facta eſt: cui etiam Bembergenſes ſubſidium attulerunt. Idem Monaſteriolum, poſteà incenſum à ſeditioſis ruſticis eſt*, nec tamen ampliùs inſtauratum. Fundationis occaſionem accidentaliter emerſam fusè deſcriptam affert idem Cruſius loc. cit. lib. 6. cap. 16. ad annum gratiæ 1432. ſic inquiens: *Iiſdem temporibus, noctu uxor cujusdam nobilis, Georgii de Bemburg (aliis Bemberg) ex thermis ferinis vecta cum aliquot equitibus: petebat ſe Chomburgum* (id temporis Cœnobium monaſticum de Ordine S. Benedicti, hodie verò Canonicorum ſecularium Collegium) *intromitti pernoctandi causâ. Sed Abbate, qui in tutela Halenſium erat, abſente: Vicarius ejus periculum timens ex diſſenſione civitatum & nobilium noluit Monaſterium patefacere. Jubebat ergò mulierem Lympurgum vehi, aut Stainbachum in vallem. Quidquid ibi ſumptus faceret: ſe hoſpiti perſoluturum. Abiit mulier irata: nec longè à Chomburgo, pilento per tenebras everſo, brachium fregit. Bemburgum reverſa graviter viro ſuo conqueſta eſt, ut irritaret eum de Chomburgo: nec non de Sacerdotis ſubmerſione, de quo mox dicam. Hinc ille Chomburgenſibus offenſus eſſe, & occaſiones nocendi quærere. Sacerdote Reinwolſpergenſi mortuo: quidam ex Marchionatu Onolzpacenſi Romæ hanc parochiam impetravit. Contrà Abbas Chomburgenſis, quaſi jus conferendi Sacerdotii habens, id cuidam Halenſi filio ſalis elixatoris contulit. At non habebat tunc jus: quia mortuus ille alter mortuus erat in menſibus, quibus Papæ erat conferre ſacerdotium: non in menſibus, quibus Abbati liceret. Ortâ igitur inter eos contentione: & Halenſi opem civitatis ſuæ ac Chomburgenſis Abbatis invocante: hi ſe admiſcere noluerunt. Sed & Reinvvolſpergi Ruſtici, ne ſe admiſcerent, interdixerunt. Die porrò quodam Sabbati, veſperi, Halenſis, aſſumptis aliis pluribus, irruit in domum parochiale: cepit Marchionium Sacerdotem: renuntiare ſuo juri litteris Papalibus juſſit. Cùm recuſaret, è pago abduxerunt Underſcheffachum (aliter Scheſſau & Horſach) ad fluvium Bileram: ibiq; ab eo idem rurſus flagitarunt, ni ſuffocari eo in loco mallet. Recuſantem denuò, in fluvium conjecerunt; eo conſilio, ut metu ad poſtulatum faciendum cogerent. Verùm dum eum hinc inde per aquam fune ludibundi trahunt: miſer ſuffocatus perit. Adhuc itaq; is locus Sacerdotis gurges* (Pfaffengumpp) *nominatur. Reinvvolſpergenſes incolæ quieſcebant, omnia diſſimulantes. Ibi autem ſubmerſo frater erat, ſub Bebenburgenſi nobili habitans. Hic rationem negotii ſuſcepit. Nobilis igitur aſſumptis equitibus aliquot & ſuis agricolis: pagum Reinvvolſpergum invadit, diripit, puerperas è lectis ejicit, ova gallinarum conculcat, Chombergenſes & Halenſes negotio maturè cognito erumpunt: hoſtes in facto ſuo deprehendunt, aliquot eorum occidunt: unum & viginti captos Halam ducunt, & poſtridiè S. Nicolai anno milleſimo quadringenteſimo trigeſimo quinto ſuſpendunt. Marchio deinde Albertus cauſam ſacerdotis ſui ſuſcepit. Nobilis ille, auxilio eorum, qui civitatibus hoſtes erant, ſatisfactionis cauſa pecuniam extorſit. Quâ pecuniâ major pars Cœnobioli Anhuſæ non longè ab amne Jagſto ſiti, Paulini Ordinis fundata eſt. Quid ſi hæc omnia, annis aliquantò poſterioribus facta ſunt? ferè bello urbico: de quo poſt milleſimum quadringenteſimum quadrageſimum octavum annum dicetur? ego tamen hoc loco, cùm numeros annorum ſic in M.S. inveniſſem, ſanè ponere volui.*

ARGEN=

❀ ARGENHARTENSE.

MOnaſterium diœceſis Conſtantienſis Proto-Eremitici verò Ordinis antedicti ſeu regularis normæ S.Pauli primi Eremitæ haud procul Tetnang oppido ad Lacum Podamicum addito fuséq; deſcripto in Topographia Sueviæ Zeilleri fol. 181. in fundo Illuſtris. ac Excellentis. Dominorum S. R. J. Comitum de Montfort probè ſituatum, originem ſuam trahit ab anno 1359. quandò nimirùm Illuſt. Dominus Henricus Comes Montfortius Venerabili ac Religioſo in Chriſto Patri Joanni de Zug præfati Ordinis aſcetæ mirandæ pietatis & eximiæ virtutis ac humanitatis viro Capellam in Argenhart cum prato quodam & decimis in Emelhofen, ac uno prædio in Rupperſchweil depoſthâc pleno jure tenendam ac pleno jure poſſidendam tradidit: qui & anno proximè ſequenti religioſis fratribus recens iſthuc translatis pro ſpatioſâ magisque congrua habitationis domo ſub certis metis eradicanda conceſſit dumos & fruteta circùm circà poſita.

An. 1363. Henricus Junior Comes à Montfort Dominus in Tetnang & Langenargen Henrici Senioris antedicti filius memoratam Capellam Argenhartenſem in honorem omnium Sanctorum conſecratam hactenùs parochialis Eccleſiæ Langenargenſis filiam à jurisdictione Parochi depoſthâc omninò liberam & exemptam eſſe voluit, quale hujuſcemodi exemptionis privilegium loci Ordinarius ſeu Epiſcopus Conſtantienſis Henricus hujus nominis tertius ordine verò ſucceſſionis quinquageſimus nonus anno 1364. ex officio confirmavit, publicis (quæ hodiedùm ſalvæ ſervantur & integræ) litteris in id ſpecialiter expeditis.

An. 1380. Idem Henricus Comes Montfortius novam priori donationi ſuæ ſuperaddidit aliam: cujus tenore prædium quoddam integrum cum adjacentibus paſcuis, ſilvis,& aliis quibusvis appertinentiis religioſæ congregationi Argenhartenſi pleniſſimo proprietatis jure tradidit depoſthâc poſſidendum.

An. 1398. item 1401. in parte primæ fundationis Argenhartenſis venit etiam nobilis Domina Urſula de Wolfurth (nobilis viri de Wolfurth, qui paris Inſtituti Monaſterium *Bondorffenſe* dictum itidem recenſendum infrà condidit, germana ſoror) quæ in remedium animæ ſuæ decimas quasdam tùm vini tùm frumenti de more ſolvendas alumnis S. Pauli in futurum perfruendas tradidit; juxta tamen in recognitionem delationis iſtius hebdomodariam ſui memoriam poſt fata quotannis ad altare celebrandam humiliter expetivit; quod & accepit.

ARTZINGENSE

HUjus nominis Monaſterium aliquod Ordinis Minorum S. Franciſci RR. PP. ſtrictioris obſervantiæ, ſeu (uti vocantur) Recollectorum de Provinciâ Argentinenſi diœceſis Conſtantienſis & diſtrictu ruralis Capituli ſeu Decanatûs Ebingenſis ante tempora profanatæ religionis orthodoxæ floruiſſe vividum: quamvis inde ſceleſtâ metamorphoſi ab hæreticis Lutheranis in tabernam publicam mutatum novimus ex Cruſio in Paralip. ad annales Sueviæ cap. 13. fol. 56. nec plura de eo.

❀ AUGIENSE.

SEu AUGIA DIVES *vulgo* Reichenow *olim* Sindleoſana, *ut Nauclerus refert, à Gallico quodam Præfecto* Sindeleſio *ſic dicta, qui Inſulam iſtam S. Pirminio excolendam incolendamq; dedit. Inſignis Inſula eſt lacûs Cellenſis, Veneti aut inferioris Bodamici, quæ abeſt à Conſtantiâ urbe per ſpatium dimidii milliaris,& habet in longitudine milliare dimidium Germanicum, ac tres in ſe parochias, Vineta verò egregia, omnis generis fructus in ſummâ copiâ. In eâ longè florentiſſimâ Inſulâ fundavit & conſtrui curavit annum Chriſti circiter 724. S. Pirminius Epiſcopus Meldenſis in provinciâ Senovienſi, auxiliis ac ſubſidiis Caroli Martelli (qui Caroli*

Magni

Magni avus Dux Brabantiæ ac Namurci erat) præclarum ac nobiliſſimum Monaſterium Benedictinæ profeſſionis, in quod aſſumi primùm ſolebant tantùm Principes, Comites ac Barones, ut hi illic educarentur ac erudirentur à primâ infantiâ ad adoleſcentiæ usq; tempora. Tùm enim benè inſtitutis ac liberè educatis integrum ac liberum erat prodire iterum, & vel uxores ducere, vel aulas Principum & militiam ſequi. Equitum verò ac civium liberi admittebantur nulli. Erat igitur tantùm Principum ac ſublimi ſtirpe natorum ſchola ac pædagogium quoddam. Hodie promiſcuè omnis generis homines recipi ſolent. Id autem Cœnobium adeò potens ac opulentum fuit olim, cùm ex Regum & Imperatorum donationibus, tùm ex diligenti œconomiæ adminiſtratione: quòd ejus loci Abbas Romam petiturus ſingulis noctibus in ſuo proprio domicilio, quoad Romam attingeret, pernoctare potuis: & annuos reddi-tus aureorum ſexaginta millium habuiſſe dicatur: Unde dives Augia, quaſi opulentus ager aut opulentum pratum (id enim Germanis Ow dicitur) dici & cognominari meruit. Huic Abbatiæ per ſe jam opulentiſſimæ dederunt Pipinus pater & Carolus Magnus filius liberaliſſimus ille pietatis Chriſtianæ, litterarum & Scholarum patronus, totum pagum Ulmenſem cum omnibus ad eum pertinentibus decimis, libertatibus ac poſſeſſionibus: ita ut per multos annos hujus Cœnobii poteſtati ac jurisdictioni tota Ulmenſis Reſpublica parere cogeretur. Quâ de re & quomodò Ulmenſes monaſticum hoc jugum viciſſim excuſſerint, qui plura legere volet, videat quæ Nauclerus ac Sebaſtianus Francus (ſed vel maximè Felix Faber Ordinis S. Dominici Prior Ulmenſis Monaſterii in ſuâ Hiſtoriâ Suevorum lib. 2. cap. 2. fol. 235. & ſeqq.) *annotârunt. Nulli in eâ Inſulâ ſunt ſerpentes, nulli lacerti, nulli bufones, idq; S. Pirminium primum ejus loci Abbatem effeciſſe ajunt: ſi verò tale aliquod animal aliunde iſti Inſulæ infertur, vivere diu non poteſt. Narrant ibi ſitum eſſe S. Marci corpus, etſi id habere ſe Veneti etiam jactitent. Quoties ergò Monachi ejus loci Miſſam celebrantes recitaturi ſunt Evangelium aliquod ex Marco deſumptum, non canunt* Evangelium ſecundùm Marcum, *ſed* ſecundùm iſtum, *monſtrantes tumulum, in quo cubare creditur. Fuit ibi in inſerioris cellæ templo Alenanni vel Herculis* Alenannici *à Germanis* olim *culti idolum, id D. Maximilianus Imperator anno Chriſti 1511. ad Oenipontum transferri juſſit. Sepultus eſt in ejus majori templo Romanorum Imperator Carolus Craſſus Negdungi ad Danubium à miniſtro ſuo trucidatus anno Domini 888. Donavit hoc ipſum Cœnobium liberaliſſimè etiam Illuſtriſſima Domina Hedovvigis, Henrici Aucupis Romanorum Imperatoris ac Saxonum Ducis filia Eberhardi Comitis de Eberſtein in Sueviâ relicta vidua, quæ anno Chriſti 956. in* Duello *arcæ Hegovianæ vitam agebat. Dedit hoc Cœnobium Epiſcopos plurimis Germaniæ cathedralibus Eccleſiis, inprimis Conſtantienſi ac Argentinenſi, præcipuè verò etiam S. Wolfgangum Ratisbonenſi diœceſi, Summa ejus loci Baſilica cœpta eſt ædificari anno Domini 1172. ſub Abbate Diethelmo* (juxta ſucceſſionis ordinem quadrageſimo primo) *de Krenzingen*, qui poſtmodùm anno 1191. ad Inſulam Conſtantienſem promotus tandem in pace requievit die 12. Aprilis anno 1205. apud Augienſes ſuos in eodem templo reconditus. Hactenus Bruſchius de Monaſt. German. cent. 1. fol. 8.

Gabriel Bucelinus in ſuâ Germanâ ſacrâ part. 2. in ſpecialem laudem antiqui ſtatûs digniſſimi Cœnobii hujus Augienſis fol. 10. infert ſequentia: *Fuit hoc Monaſterium Promptuarium multo tempore lectiſſimorum Germaniæ Pontificum, quorum è vetuſtiſſimis ejusdem Cœnobii monimentis & Necrologiis ſyllabum aliquem exoratus à me loci Prior Admodùm Reverendus & Doctiſſimus Dominus Joannes Ægonius conficiens tredecim Archiepiſcopos, Epiſcopos triginta quatuor deprehendit, mihiq; ex nomine omnes commendavit; præter illos, quorum vel nomina ignorantur, vel Sedis Epiſcopalis mentio non habetur, exq; his multi ad converſionem gentium ſunt ordinati. Fuit præterea hoc ipſum Monaſterium multis ſeculis ſchola virtutis atq; eruditionis celeberrima, nec non aſylum publicum, civitas refugii, & portus ſalutis maximorum Principum & Imperii Procerum, ad quod multis ſeculis tantus concurſus fuit, ut nemini, niſi ſolis Illuſtriſſimis pateret, qui ſeſe certatim ibidem ſanctiſſimis Divi Benedicti legibus devovebant, ex quibus plurimi egregiâ & admirabili excelluêre*

N *vitæ*

vitæ ſanctitate, ita ut quod Gallia ſacra illa & celebratisſima Inſula Lirinenſis eſſet, Augia Germaniæ præſtaret, quæ non minùs quàm illa glorioſisſimis illis titulis, quos commemorat Vincentius Salernitanus: Nutrix Sanctorum Inſula, alvearium melliti area ſacrificii, Benedicta terra, Horreum vitæ, Paradiſus terreſtris, Porta cæli, Sinus tranquillisſimus, illuminatum latibulum, Caſtra Dei &c. poſſet jure merito celebrari.

An. 1540. Marcus de Knöringen Abbas Augienſis inter regulares ordine quinquageſimus nonus & ultimus ſæpedictum hoc Illuſtriſſimum Augienſe Cœnobium pro certa penſione ad dies vitæ ſibi reſervata totum reliquit ac plenariè tradidit Epiſcopo Conſtantienſi Joanni hujus nominis ſexto, cujus induſtriâ quamprimùm Authoritate tùm Pontificiâ, tùm Cæſareâ ſubditum illud fuit & incorporatum Epiſcopatui Conſtantienſi; ita tamen, ut prior & antiquus ordo monaſticus in certo quorundam (etiamnùm ſub Priore clauſtrali iſthîc ſubſiſtentium) Monachorum numero perpetuis futuris temporibus inviolabiliter obſervetur; ipſe verò Joannes Epiſcopus & Dominus Augienſis poſt octennium Auguſtæ Vindelicorum in ſolemnibus Imperii Comitiis diem ſuum obiit, & ad Augienſe Cœnobium ſuum revectus, in ejusdem templo loculum accepit ſub tali Epigraphe: *Reverendisſimus in Chriſto Pater ac Dominus, Dominus Joannes à Weza ab Archiepiſcopatu Lundonenſi in Daniâ & ejusdem Suffraganeatu Roſchildenſi exulans Epiſcopus in gratiam Romanorum Imperatoris Caroli, nec non Regis Ferdinandi in Epiſcopatum Conſtantienſem poſtulatus, repentinâ morte tredecimâ Junii anno à nato Salvatore 1548. præventus ſub hoc ſaxo ſonum tubæ expectat.*

❀AUGIENSE

ALBA AUGIA *Sueviæ, hoc eſt* album pratum, *ſive, ut alii vocant*, Minor Augia, *vulgò* die Minderow: *ſedes olim piorum aliquot Eremitarum, nunc verò* (diœceſis Conſtantienſis) *Inſtituti Præmonſtratenſis* (Imperiale) *magnificum Monaſterium propè Ravenſpurgum oppidum imperiale ad Schusſium fluviolum duobus millaribus inde in Acronium lacum incidentem, ſitum: fundatum eſt anno Chriſti 990, aut, ut alii volunt (quod de collapſi aliquandò Monaſterii reparatione potiùs intelligendum arbitror) anno 1145. à Gebizone de Wyſenburg, opulentisſimo milite & Equite aurato ejusq. ſorore Loicarde Henrici militis ex Aſenhuſen conjuge, ſic enim habent ejus Cœnobii annales: Gebvvilerus hunc Gebizonem Habſpurgenſem Comitem fuiſſe affirmat, & tres ei filios asſignat: Rapatonem conditorem arcis Ergovianæ Habſpurg dictæ, quæ ad veterem Vindoniſſam, ſeu propè Bruggum Bernatium oppidum, non procul à confluxu Limagi, Araris, ac Ruſæ in ſublimi monte ſita eſt. Rudolphum item ac Berengarium Argentinenſem Epiſcopum, quem Argentinenſes annales Wernharium ſecundum appellant, & cujus ſubſidiis ac ſumptibus Habſpurgum Ergoviæ arx extructa & condita eſt. Legitur autem idem Monaſterium poſteà, anno Chriſti 1282. à Rudolpho Habſpurgico Romanorum Imperatore, ejusq. conjuge Domina Annâ Comitiſſâ Hohenbergenſi (quæ Baſileæ in ſummo templo quieſcit) ita eſſe auctum ac locupletatum, ut Rudolphus iſte ſecundus fundator, Domina Anna ſecunda fundatrix Minoris Augiæ perhibeantur. Contulit ad ejusdem ampliationem plurima Henricus Saxoniæ ac Bavariæ Dux Superbus cognominatus circa annum Chriſti 1152. Ortolphus nobilis miles de Wiſenburg dedit eidem Augiæ Minori prædia quædam anno 1156. Welſo ſextus nobilis Dux de Altorff dedit pagum Vitishofenſem anno 1180. Habentur pro magnis etiam ejusdem Cœnobii Benefactoribus Welſo ſeptimus Dux Spoleti & Sardiniæ Princeps: Henricus ſextus item Romanorum Rex anno 1206. Philippus item Suevorum Dux & Romanorum Rex, qui anno Domini 1197. huic Monaſterio Eccleſiam S. Chriſtinæ, arci Ravenſpurgenſi penè contiguam, & in apice montis ſitam dono dedit.* Ita Bruſchius de Monaſt. German. cent. 1. f. m. 4.

AUGI-

AUGIENSE

HAbuit antedictum Imperiale Albæ Augiæ Monaſterium antiquitùs fœmininum etiam paris Ordinis & Inſtituti contubernium aliquod ſibi conjunctum : de quo quicquam aliud hîc referre non habemus, quàm quòd olim fuerit; idem jam pridem omninò remotum & penitùs antiquatum teſte Bruſchio citato in hæc verba : *Erat* (Alba Augia) *initio utriusq; ſexûs Cœnobium, ut cætera ferè Promonſtratenſia omnia : ſed ſucceſſu temporis propter vitanda ſcandala Monialium locus* Meſſenthal *dictus, ejectis fœminabus, abrogatus, & vel everſus, vel in alios uſus collocatus eſt.*

AUGUSTANUM.

SANNÆ Genitrici Virginis Deiparæ dicatum Auguſtæ Vindelicorum urbe Imperiali & totius Sueviæ noſtræ Metropoli famoſiſſimâ, celeberrimâ &c. &c. Monaſterium olim à Fratribus (uti vocantur) Ordinis B. Mariæ Virginis de monte Carmelo tentum & inhabitatum. Primus hoc inſtituit, ſed & de propriis facultatibus anno gratiæ 1321. omninò novum ſolerter apparavit Fridericus Spet de Vaihingen Epiſcopus Auguſtanus numero & ordine (juxta computum Caroli Stengelii Abbatis in Comment. rerum Auguſtan. part. 2. cap. 49. num. 1) quadrageſimus ſecundus. Duravit autem ac ſacræ familiæ ſuæ Carmelitanæ ſalvum & integrum conſtitit Cœnobium iſtud usq; ad annum 1526. quo hæreſis Lutherana nuper recens exorta per fas nefasq; ſui juris fecit locum hunc omnem : qui quidem anno 1630. authoritate Cæſareâ Ferdinandi II. glorioſiſſimi Romanorum Imperatoris cum pertinentiis ſuis omninò fuit reſtitutus, & de prævio, quorum intereſſe potuit ac debuit, aſſenſu RR. Patribus Societatis Jeſu in plenam poſſeſſionem ceſſit; inde tamen pace Weſtphalicâ denuò ſubtractus, ac menſe Aprili ſt. n. die 3. anno 1649. civibus acatholicis in totum conſignatus; à quo tempore totum hoc S. Annæ Monaſterium S. P. Q. Auguſtano-Lutheranus usq; modò magnâ ſedulitate ſervat, quin & juventus eandem religionem edocta in Gymnaſio ſimul addito ſcholas Latinas frequentat.

Superiori durante ſeculo idem ipſum Monaſterium adhuc à viris religioſis inhabitatum unà cum adjuncto templo Catholicis ritibus etiamnùm aptato liberaliſſimè donârunt ſimul ac pretioſis oppidò cimeliis plusquàm nobiliter exornârunt opulentiſſimi illi in gentibus nominati iidem tot ac tantis fundationibus ad pias cauſas multifariam factis ſeu deſtinatis munificentiſſimi, atq; eapropter ſecundùm ampliſſimas facultates & poſſeſſiones ſuas ter à Domino benedicti Illuſtriſſimorum ac Excellent. DD. Fuggerorum (qui jam dudùm inter potentiſſimos S. R. J. Comites & immediatos ejusdem Imperii Status exemptos glorianter adambulant) majores inclyti : qui alteram futuræ manſionis ſuæ ſtationem ſibi ac ſucceſſoribus ſuis in ſæpedicto hoc S. Annæ templo collocârunt depoſthàc uſurpandam. Atq; hujusmodi donationum paradigma præ reliquis unum probè novimus ab Abbate Stengelio ſuprà citato cap. 63. num. 17. in hæc verba deſcriptum : *Anno Chriſti 1512. Ulricus, Georgius, & Jacobus Fugger fratres in Divæ Annæ templo conſtruxerunt pretioſum illud ſacellum & muſicum* (totâ majeſtate raroq; decore ſuo ſanè præſtantiſſimum) *organum : in quo Fuggerorum Mauſolea & Epitaphia aurea conſpiciuntur &c.* ubi vel maximè notandum, proprietatem ac quævis jura in prætactum ſacellum & organum hæreditariò acquiſita, quamvis hujusmodi templo ac Monaſterio ad ritus peregrinos (ut ſiquâ dictum eſt) meriſſimè tranſlato nihilominùs tamen altefatæ Fuggerorum familiæ hodiedùm manere ſalva & integra. Et ſic quidem denuò confirmata vigore Receſsûs (uti vocatur) Executionis Inſtrumenti Pacis Cæſareo-Suecicæ ſeu Weſtphalicæ civitatem Auguſtanam ſpecialiter concernentis anno 1649. die 3. Aprilis ſolemniter expediti ; qui inter alia ſic habet : Belangend S. Anna/ iſt ſolche Kirch durch Abholung der Schlüſſel wieder

überlaſſen / auch die darbey befindende und zugehörige Schul und Häuſer cum pertinentiis reſtituirt und von den Herren Patribus Societatis würcklich abgetretten worden / und weilen klärlich demonſtrirt und erwiſen / daß in Anno ſechszehenhundert vier und zwainzig die Augſpurgiſche Confeſſions-Verwandte den Chor oder Fuggeriſche Capell iederzeit offen/ und die Schlüſſel zu deren zweyen Thürn bey ſich gehabt / auch die Sacramenta darinnen adminiſtrirt, und ſonſten bey Anhörung Göttlichen Worts undiſputirlich gebraucht/ ingleichen den Schlüſſel zu der Orgel / ſo gleichfals neben dem Anbaw an der Capell/ darinn die Blaßbälg zur Orgel ſtehen / gehörig/ den Herrn Graffen Fuggern auff iedesmals Begehren von dem Fuggeriſchen Verwalter unweigerlich abgefolgt/ und nach deſſen Gebrauch deme gleichbalden wider eingelifert worden. Als haben die Herren Graff Fugger gegen Aushändigung eines ſchrifftlichen Scheins verſprochen/ daß es hinfüro ſein Verbleibens / wie es damahlen anno ſechszehenhundert vier und zwainzig geweſen / darbey haben / vnd alſo die Augſpurgiſche Confeſſions-Verwandte ſo wohl ermeldte Fuggeriſche Capell / als Orgel/ anbawlin/ obgedachter maaſſen zu ihren Gottsdienſt ungehindert gebrauchen mögen. rc. rc. Memorata verò Epitaphia viſuntur inibi & adeſſe leguntur ſequentia.

I.

D. IMMORT. S.

GEorgius Fugger Auguſtanus *munificâ benè merendi virtute inſignis, in utramq; fortunam æquanimus amicorum & patriæ ſtudioſiſſimus, bonorum omnium in primis mærore hîc ſitus eſt. S. T. T. L. Vixit annis L. II. M. III. D. VIII. obiit MDVI.*

II.

UDalricus Fugger Auguſtanus, *aureâ mediocritate munificis Georgio & Jacobo germanis fratribus non poſthabendus: œconomiæ atq; omnis æquitatis ſacrorumq; rituum obſervantiſſimus. H. S. E.*

Vixit ann. L XXII. M. III.
obiit MDX.

III.

D. O. M.

JAcobus Fugger Auguſtanus *omnium ſui Ordinis ac nationis ornamentum* Maximiliani & Caroli V. *Impp. à Conſiliis: divitiarum inuſitatarum partu, liberalitate in omnes, vitæ integritate, animi magnitudine nulli ſecundus: cùm nemini conferendus vivus fuerit: poſt obitum inter mortales referendus non erat.*

JACOBO FUGGERO

Invida mors aliis, uni tibi candida & æqua,
Et, quod miremur, vita ſalusq; fuit.
Vixiſti multis & vitæ munera obiiſti,
Migras, cùm nondùm vulnera ſortis habes.

Vixit annis LXVII. Menſ. II. obiit MDXXV.

IV.

D. O. M.

RAimundo Fugger *eximiâ integritate ac munificentiâ incomparabili, optimarum artium atq; rerum antiquarum amantiſſimo, ſtudioſorum ac egenorum Patrono & Mæcenati unico: ingenti relicto ſui deſiderio magnoq; omnium luctu erepto V filii mæſtiſſimi parenti pientiſſimo monumentum hoc P. E. P.*

Moritur anno ſalutis MDXXXV die III. menſis Decembris in ædibus Myconis, quas ex fundamentis proprio ære conſtruxit: relato cadavere in hoc familiæ ſepulchrum.

V.

PERP. SECUR.

HIeronymo Fugger *Udalrici ſenioris filio: generis ſplendore, corporis elegantiâ animiq; dotibus inſignis: gloriâ verò equeſtri, cæteriíq; virtutibus ornatiſſimo: cujus largas inter opes, absq; curis, anxiisq; negotiis jucundos inter amicos, in otio hilariter ac benignè vitam traducere ſtudium ſummum fuit: Monumentum hoc patruelis & patrueles filii, ex teſtamento hæredes gratitudinis ergò agnato opt. E. B. M. F. C.*

Obiit XXI. Novemb. anno ſalut. MDXXXVIII.

AUGU-

❋ AUGUSTANUM.

S. CATHARINÆ *Monialium Cœnobium longè pulcherrimum amœniſſimumq́; & ſumptuoſiſſimè extructum* (inhabitantium hodie perſonarum etiam Illuſtrium numero ac ſocietate frequentiſſimum) *in Auguſtâ Vindelicorum poſt Dominorum Fuggerorum magnificentiſſimas in foro vinario ſitas ædes S. Catharinæ* (Virgini & Martyri) *dicatum Ordinis Prædicatorii vel S. Dominici. Id extra urbis mœnia & octo lapidibus ab urbe in loco* auff dem Gries *dicto cœpit. Sed in urbem receptum & translatum, ibiq́; de novo quaſi fundatum eſt anno Chriſti 1250. à Dominâ Chriſtinâ* (Patritiâ Auguſtanâ) *de Wellenburg, quæ in hoc ipſo Cœnobio ſuo vixit & vitam in terris mortalem abſolvit, ibidemq́; decenter humata eſt in ambitu Eccleſiæ ante domum Capitularem, ubi cubat etiam Illuſtris Principiſſa Domina Agnes Marchioniſſa Burgovienſis, quæ in eodem Cœnobio monaſticen profeſſa eſt, & ex mortali vitæ hujus turbulento pelago ad æternæ ſalutis portum enatavit anno gratiæ per Chriſti meritum nobis reſtitutæ 1263.* Ita Bruſchius de Monaſt. German. cent. 1. fol. m. 133.

An. 1613. Marcus Welſerus Duûmvir & ſummus Hiſtoricus Auguſtanus de memoratâ Dominâ Agnete Marchioniſsâ Moniali Dominicanâ ad Sereniſſimum Principem Carolum Auſtriacum Burgoviæ Marchionem id temporis Günzburgi reſidentem & de antiquitatibus Marchionatûs ſui Burgovienſis peniliùs inquirentem ſequentia perſcripſit: In S. Catharinæ Kloſter zu Augſpurg ligt begraben Agnes Marggräffin zu Burgaw / ſo anno 1263. geſtorben / und Graffen Ulrichs von Montfort Wittib iſt geweſen. Die Cloſter-Frawen daſelbſt berichten ihr Anherꝛ / nemblich ihr Fraw Mutter Vatter / ſeye König Andreas geweſen in Ungarn / ſie berichten auch / gemeldte Agnes habe 10. Jahr in dem Orden gelebt / zwey Zug Ungariſche Pferd / hundert Ungariſche Schaaff / von welchen die Zucht noch verhanden / eine ſilberne und gantz verguldte Taffel / viel Bücher und tauſend Gulden an Geld / von welchen ein Hoff zu Göggingen erkaufft worden / mit ſich in das Cloſter gebracht / ſeye von Natur und Complexion ein gar zartes Fräulin geweſen / ſo das vierzigiſte Jahr nicht überlebt / und anno 1263. den 27. Novembris mit Tod abgangen; umb welche Zeit man ihren Jahrtag noch begehet / mit ihr ſeyen auch noch zwo andere Jungfrawen in das Cloſter kommen ꝛc.

Fridericus Steill Ordinis Prædicatorum SS. Theologiæ Profeſſor in ſuis Ephem: Dominicano-ſacris nuper 1691. typis Dillinganis in 4. recuſis part. 1. fol. 127. die 21. Januarii ſpeciale quoddam elogium memoratæ Agnetis Monialis exhibet taliter annotatum; Item Seelige Gedächtnus Agnetis Marggräffin von Burgaw von Königlichen Ungariſchen Geſchlecht gebohrn und mit Blutverwandtſchafft der Heiligen Eliſabethæ befreundet / hat mit groſſen Verdienſten und Tugenden geleuchtet in dem Cloſter S. Catharinæ zu Augſpurg / ſtarb ſeeliglich im Jahr 1263. Item Stengelius Abbas in Comment. rerum Auguſtan. part. 2. cap. 42. num. 20. de eâdem Agnete vel paucis ita ſcribit: *fuit* (ipſa Agnes) *ex ſtirpe maternâ Regina Hungariæ conſobrina S. Eliſabethæ. &c.*

❋ AUGUSTANUM.

S. CRUCIS intitulatûm Canonicorum Regularium Ordinis S. Auguſtini Collegium longè lateq́; celeberrimum authoribus Othone Mareſchallo de Calatin ſurculo hujus lineæ & nominis ultimo, & Catharinâ uxore illius Mareſchallâ paris quidem generis, diverſæ tamen lineæ agnatâ in honorem Servatoris Domini noſtri Jeſu Chriſti, Deiparæ Virginis Mariæ ac S. Nicolai Epiſcopi & Confeſſoris anno 1155. primitùs inchoatum & fundatum ſituationem ſuam habuit in ſilvâ propè pagum Mutershofen infra diſtrictum Marchionatûs Burgovienſis urbis Auguſtanæ ditioni conterminum, inde verò Conradus Comes à Lüzelſtein Epiſcopus Auguſtanus poſt quinquennium videlicet anno

anno 1160. illud in Hamelbergum Auguſtanæ civitati propiorem tranſtulit, ac tandem Udalricus in eâdem ſede ſucceſſor (intermedio Harderico) proximus anno 1194. de pleno Senatûs cathedralis aſſenſu in ipſam urbem ad Hoſpitales S. Crucis recepit, hoſpitalariis prioribus manſionis hujus inquilinis ad aliud quoddam ſæpedictæ civitatis diverſorium translatis. Ita Carolus Stengelius in Comment. rerum Auguſt. part. 2. cap. 37. num. 4. & cap. 39. num. 1. Cruſius in annal. Sueviæ part. 2. lib. 12. cap. 3. Bruſchius de Monaſt. German. cent. 1. fol. m. 111. Item antiquum Chronicon Pappenheimenſe, quod præ cœteris prima Cœnobii hujus initia ſuccinctè refert cap. 33. fol. 38. in hæc verba: Das Cloſter zum Heyligen Creutz in Augſpurg iſt erſtlich geſtifftet worden von den Marſchalcken von Biberbach/ nemblich zu Mutershoffen/ darnach gen Hamelburg nicht weit von Augſpurg transferiret/ und zulezt von Udalſcalcen Biſchoffen zu Augſpurg in die Stadt verwendt und gelegt worden als man zahlt 1194. Item infrà cap. 48. fol. 57. Die Marſchallen von Biberbach haben das Cloſter S. Niclauß im Holtz/ das man ſonſt im Dorff Mutershoffen nennet S. Auguſtini Ordens geſtifftet / welches gen Hammelburg transferiret ward von Conrado dem Biſchoff von Augſpurg/ der geſtorben iſt anno Domini 1167. und ward zum andernmahl von Hammelberg gen Augſpurg von Udalſchalcken dem Biſchoff zu Augſpurg transferiret/ iſt iezt das Cloſter zum Heyligen Creutz. Derohalben wird dieſer Biſchoff Udalſchalck gleich für den erſten Stiffter des Cloſters zum Heyligen Creutz in Augſpurg gerechnet/ von welcher translation dieſes Biſchoffs iſt noch ein Brieff vorhanden im Cloſter zum Heyligen Creutz/ hat dieſen Anfang: Ich Udalſchalck von Gottes Gnaden Diener im Herrn Chriſto ꝛc. Nachdem Unſer Vorfahrer Biſchoff Conrad das Convent der Geiſtlichen Brüder itzt zum Heyligen Creutz in Augſpurg von dem erſten Ort Mutershofen genannt anderswohin/ nemblich gen Hamelberg/ transferiret und gelegt hat. Alſo haben Wür daſſelbig Cloſter nach Gelegenheit der Zeit gen Augſpurg gelegt und transferiret ꝛc. Und das iſt geſchehen anno Domini 1194. der Römer Zinß-Zahl 12. Die Marſchallen haben zu Mutershoffen die Obrigkeit und Gerichtszwang noch behalten biß auff das Jahr Chriſti 1460. da hat es Eraſmus Marſchalck mit dem Probſt vom Heyligen Creutz umb ein anders Gut vertauſcht/ etlich Jahr hernach/ als das Cloſter zum Heyl. Creutz gen Augſpurg transferiret worden iſt/ hat der Probſt Joannes Fuchs das Kirchlein S. Nicolai zu Mutershoffen neu gebauet und laſſen weyhen/ iſt geſtorben als man zahlt 1488. Jahr.

Porrò ſtatim à primo ſui exordio usq; ad noſtra tempora magni ſemper nominis & authoritatis fuiſſe perhibetur Auguſtanum hoc S. Crucis Cœnobium, & vel maximè ob ſanctiſſimum altaris miraculoſum (uti vocatur) Sacramentum, quod ſub ſanguineâ carnis ſpecie contuendum totis modò quinq; ſeculis in ſalutem populorum quotidianis miraculis coruſcans in præſens ibi ſummâ veneratione habetur. Vera ac genuina hiſtoria illius ex lectionibus ſecundi nocturni in Eccleſiaſtico (quod â Canonicis Regularibus in ſolemniſſimâ ejusdem SS. Sacramenti feſtivitate quinto Idus Maji ab antiquo recitari ſolet) deſumpta talis eſt: *Contigit anno poſt Chriſtum natum milleſimo centeſimo nonageſimo quarto, ut cùm Auguſtana quadam fœmina ex ſacro altari SS. Euchariſtiam Chriſtiano more ſuſcepiſſet, illam paulò poſt clàm ex ore extraxerit ac ceræ involutam domi ſuæ quinq; annis aſſervaverit, quæ divino dein adacta compulſu factum tam diu diſſimulatum celare ampliùs minimè volens religioſo viro Berchtoldo Cœnobii S. Crucis Præpoſito confeſſa eſt, hoſtiam ſacram ceræ incluſam ei reſtituens; aperiens ille aliquantulum ceram, Corpus Dominicum in carnis formâ tenui & filo rubro ſimile in extremitate apparens deprehendit, ac ceram dein utrinque omninò detrahens, illud quaſi in duas partes diviſum venulis tamen quibusdam veluti nexibus connexum reperit. Obſtupuit igitur tanto miraculo ceraq; denuò implicatum Sacramentum recondidit, ac rem totam Udalſcalco tunc temporis Epiſcopo Auguſtano explicavit; qui comitante Clero populoq; univerſo illud è S. Crucis ad cathedralem Eccleſiam honorificentiſſimè detulit, & triplo vel quadruplo intereà adauctum, ac dehinc etiam à tempore Pa-*

ſchæ usq. ad feſtum S. Joannis Baptiſtæ inter Miſſarum præſertim ſolemnia omnibus cernentibus eò usq. excreviſſe & intumuiſſe comperit, ut ceram à ſe planè disjunxerit: quam avulſam poſteà ſeparatim cum ſacrâ hoſtiâ chryſtallino, in quo etiamnùm aſſervatur, ita incluſit, ut absq. fracturâ vaſculum illud aperiri nequeat. Certus igitur Udalſcalcus tanto miraculo ſummum id Omnipotentis Dei Beneficium ad confirmandam & augendam credentium fidem divinitùs conceſſam recognoſcens illam hoſtiam in templum prædicti Cœnobii ſolemniter depoſuit, ac ne ejus memoria ex hominum aliquandò excideret ſolemne officium de eâ quotannis undecimo die Maji Auguſtæ celebrari conſtituit. Ut porrò populo Chriſtiano rei geſtæ veritas, ne in dubium unquàm vocari poſſet, ac quanto in honore Deus hoc Sacramentum haberi vellet, evidentiùs conſtaret; plura divinitùs Beneficia collata ſunt iis, qui aliis languoribus & ægritudinibus laborantes illud ex pio voto venerabundi acceſſerunt; multis graviſſimis periculis liberati, multis oculorum cæcitate perculſis, linguæ aliorumq. membrorum uſu deſtitutis, febricitantibus, maligno ſpiritu oppreſſis, aliisq. morbis gravibus divexatis reſtituta eſt ſanitas; dùm pia animi fiducia vel ex propinquis, vel ex remotioribus partibus & locis venientes ſupplices Deo preces pro recuperandâ valetudine coram ſanctiſſimo hoc Sacramento obtulerunt. Atq; hujus ſanctiſſimi miraculoſi Sacramenti feſtiva ſolemnitas hodiedùm in totâ diœceſi Auguſtanâ ſub ritu duplici, & in propria Eccleſiâ etiam cum Octavâ quotannis recolitur (ut ſuprà dictum eſt) quinto Idus Maji, quo die ibidem ad ſanctam Crucem poſt officium divinum ſolemniſſimè peractum communis fit proceſſio: in quâ præter Eccleſiaſticas primæ dignitatis perſonas ac S.P.Q. Auguſtanum, centum plùs minùs videre licet Sacerdotes ſeculares è pagis, caſtellis & oppidis per dictam diœceſim Auguſtanam circumquaque diffuſis cum parochianis ſuis ad prædictam ſolemnitatem devotionis causâ numeroſiſſimè confluentibus ſuo ordine ſimul adambulantes; unde ſatis oſtenditur ingens ſanè fervor ac piiſſimum deſiderium, quo tam magna & innumera quaſi fidelium multitudo fertur in debitam ſæpe dicti ſanctiſſimi hujus miraculoſi Sacramenti venerationem: cui ſingulariter ſtudent etiam viri Principes, imò Reges & Imperatores qualiter atteſtantur plurima, quæ coràm cernuntur & adſunt ingentis pretii donaria & anathemata tùm in propriâ perſonâ, tùm per internuntios ab illis donata & oblata ſanè pulcherrima, pretioſiſſima.

Nec tacendum, quòd Udalſcalcus Epiſcopus antedictus ardentiſſimâ ter venerandi Sacramenti hujus devotione ſuccenſus ad majorem illius cultum faciliùs augmentandum, ſæpememoratam S. Crucis Eccleſiam donis cœleſtibus taliter illuſtratam ſpeciali quâdam prærogativâ donârit, dùm nempè illam ex tunc parochialem atq; aliis hujusmodi in Auguſtanâ civitate præclaris ſecundùm conſueta jura ac privilegia omninò coæqualem denuntiavit, talemque perpetuis futuris temporibus eſſe ac permanere debere pleniſſimâ authoritate ordinariâ conſtituit; qualis proin hodiedùm eſt una videlicet ex quatuor ſummè præcipuis ſæpe nominatæ imperialis urbis Auguſtanæ Parochiis inclyta.

❀AUGUSTANUM.

S. DOMINICI Monaſterium Ordinis Prædicatorum fuit antehàc domicilium & inhabitatio Militum Templariorum, quibus paſſim toto orbe Chriſtiano proſcriptis & eliminatis ceſſit locus ipſorum Auguſtæ RR. PP. Dominicanis teſte Stengelio Abbate part. 2. cap. 49. num. 2. in hæc verba ſcribente: *Cùm Templarii Milites ex omni Germania profligati fuiſſent, eorum Bona Auguſtæ fratribus Prædicatoribus Ordinis S. Dominici aſſignata fuere anno 1312.* quod ipſum aſſerit etiam in ſuo Chronico Auguſtano Wolf. Diet. Cæſar part. 2. fol. 96. qui & infrà fol. 267. ſcribit Cœnobii hujus templum (in quo potiores ac præclaræ Patritiorum Auguſtanorum familiæ propria conditoria ſua habent) in honorem S. Magdalenæ anno 1517. fuiſſe conſecratum. Relatio Hiſtorica de ortu & progreſſu hæreſum in Germaniâ fol. 106. num. 3. grave ſatis exponit

nic periculum aliquod ſub annum 1532. Dominicano huic Monaſterio quaſi jamjam ab hæreticis occupandi proximum, etſi ſolummodò fruſtrà paratum, & ſic inibi deſcriptum: *Senatus Auguſtenſis per aliquot deſtinatos Senatores Priorem & Conventum Monaſterii Prædicatorum acceſſit, ubi ſolummodò tres Conventuales erant, qui voluerunt per Inventarium conſcribere utenſilia domûs: clinodia & calices unà cum ornatibus ſacriſtiæ & alia omnia quæq., quæ ipſi habebant & ſublevabant in redditibus & cenſibus. Et exinde intendebat Senatus mobilia ſub ſuis clavibus conſervare. Quod Prior & Conventus recuſavit, ſicq. cauſa illa ſub indignatione quievit. F. Simpertus Taxter Auguſtenſis filius Scabini honeſti viri Conventualis magnum zelum & conſtantiam in hâc re pro conſervatione ſui Monaſterii oſtendit. Quare & contumeliam reportavit à* furentibus hæreticis illatam. Floret peregregiè temporibus noſtris Cœnobium iſtud Dominicanum incolarum religioſorum numero frequentiſſimum, & in eo ſtudium tùm Philoſophicum, tùm Theologicum: cujus utriusq; præclaro nobis teſtimonio ſunt Theſes publicæ quotannis usq; hactenùs juxta morem celebriter evulgari ſolitæ.

AUGUSTANUM

S. FRANCISCI Monaſterium Ordinis Fratrum Minorum (uti vocantur) Conventualium fundatorem habere meruit Hartmannum è Comite Dillingenſi & Kyburgenſi ſurculum illuſtrisſimæ familiæ ſuæ poſtremum, eumq; Epiſcopum Auguſtanum numero & ordine (authore Stengelio ſuprà citato cap. 43.) triceſimum octavum: qui dùm annis ſupra triginta tribus cum laude præfuit, demùm anno gratiæ 1286. die 4. Julii fatorum legem terricolis omnibus communem adimplevit, priùs verò inter alia (quæ nova conſtituit) Collegia ſacra domicilium etiam hoc Auguſtanum S. P. Seraphico Franciſco Aſſiſiati dicatum extare voluit; quod de propriis (quas uberes admodùm habuit & amplisſimas) facultatibus ſuis apparavit; de cujus Monaſterii initio R. P. Fortunatus Hueber in novo ſui Franciſcani Ordinis chronico tripartito nuper anno 1686. typis Monacenſibus in fol. Germanicè edito fol. 12. refert ſequentia: Zu Augſpurg als die Seraphiſche Pottſchaffter im Jahr 1221. eingetretten / ſeynd ſie von der ganzen Statts-Gemeind / von der geiſtlichen Cleriſey und anſehentlicher Burgerſchafft gar liebreich und gutherzig angenommen und eingeführt worden. So gar Sibotho (Sifrid von Rechberg) Regierender Biſchoff mit ſeinem Herrn Vettern einem Thumb-Herrn hat ſie ganz gnedig und gutwillig empfangen / in ihre Behauſung eingenommen / freundlich gehaben und iedesmahl zu ein- und ausgehen mit einem gnedigen Vätterlichen Kuß im Angeſicht gewürdiget und bewillkommet ꝛc. B. Cæſarius genuinus S. P. Franciſci diſcipulus ab eodem Seraphico Magiſtro ſuo in Germaniam noſtram dimiſſus in novo hoc Monaſterio Auguſtano primum Capitulum provinciale ſub annum antedictum 1221. celebravit; quod ſimiliter adſtruit etiam idem Fortunatus fol. 13. in hæc verba: Dreyſſig erſte Franciſcaner waren an der Zahl / als B. P. Cæſarius zu Augſpurg nach ſeiner Ankunfft umb S. Gallen-Tag ſein erſtes Provincial-Capitul zu Augſpurg in Teutſchland gehalten ꝛc.

Hiſtorica relatio de ortu & progreſſu hæreſum in Germaniâ præſertim Auguſtæ Vindelicorum 1654. typis Ingolſtadianis in 4. edita poſt plures execrandas calamitates & injurias Templo ac Monaſterio huic Auguſtano S. Franciſci à neotericis ſectariis Lutheranis ab anno 1526. usq; 1530. multifariam illatas, ſimpliciter enarratas refert etiam ad annum 1530. num. 108. fol. 91. ſequentia: *Cæſar* (Carolus V. in Comitiis Auguſtanis præſentisſimus) *Auguſtæ Eccleſiam Fratrum Minorum ad Feſtum S. Franciſci juſſit mundari ab omni ſpurcitiâ Lutheranorum. Legatus autem Apoſtolicus interrogatus, an Eccleſia Minorum ſit reconcilianda, reſpondit, non: eò, quòd manifeſtè non appareat, ſanguinem ibidem effuſum eſſe, ſed ex quo altaria ſunt profanata, & pro parte deſtructa, quousq. iterum*

iterùm reædificentur, ad tria altaria portatile locari juſſit. In die itaq́; S. Franciſci primitùs iterùm Miſſæ inceptæ ſunt. Ferdinandus Rex Miſſæ interfuit. Cæſar quoq́; adeſſe voluit, ſed negotio cum imperialibus civitatibus impeditus, venire non potuit. Finito officio Miſſæ poſt receſſum Regis cùm ſedilia ab Eccleſiâ exportata, ad unum cumulum collocarentur, ſeditio exorta eſt, nam unus Carpentarius Auguſtenſis unum Hiſpanum in Eccleſiâ in faciem percuſſit, qui ibidem ſedilia Lutheranorum ferreis catenis affixa vi extraxit. Et extra Eccleſiam Sixtus Saur aurifaber unum Hiſpanum vulneravit. Et niſi Præfectus Auguſtanus ſuperveniſſet cum ſuis commilitonibus, certi occiſi fuiſſent. Exinde Præfectus Eccleſiam Minorem clauſit.

Anno 1538. Religioſum hujusmodi clauſtrum (annexo templo jampriùs à civibus Lutheranis violenter occupato) nefariàm ad peregrinos uſus fuit translatum, teſte Stengelio Abbate ſuprà citato cap. 65. num. 51. de ſceleſtâ immutatione iſtâ taliter ſcribente: *Monaſterium Fratrum Minorum Conventualium ad forum piſcarium accommodatum eſt pro habitatione utriusq́; ſexûs civium ſenio gravatorum, vulgò* die Baarfüſſer Pfründt *appellatum*, Et quamvis inde totum Cœnobium iſtud anno 1630. fuerit denuò reparatum ac priſtinis alumnis ſuis Franciſcanis authoritate Cæſareâ poſtliminiò reſtitutum: pace tamen Weſtphalicâ denuò perditum (viris religioſis iterùm exulare coactis) de nôvo ad manus impiorum devenit, ac priorem ſecularis actionis formam induit.

❀ AUGUSTANUM.

SS. FRANCISCI & GUALFARDI Monaſterium Ordinis itidem Minorum, hoc tamen RR. PP. Capucinorum Provinciæ (uti vocant) Tirolenſi combinatum & incorporatum, ſub initium decurrentis hujus ſeculi noſtri decimi ſeptimi â Marco Fugger Barone Kirchbergenſi & Weiſſenhornienſi viro pientiſſimo ſimul ac opulentiſſimo conditum ſecundùm genuinam originem ſuam à ſæpe hactenùs citato Abbate Stengelio cap. 72. num. 8. taliter habetur annotatum: *Anno Chriſti 1602. die 13. Martii Henricus* (à Knöringen) *Epiſcopus primum lapidem poſuit pro PP. Capucinorum Eccleſiâ & Monaſterio. Poſtmodùm eandem conſecravit in honore SS. Franciſci & Beati Gualfardi* (civis Auguſtani 1127. die 30. Aprilis ad æthereas ſedes tranſlati; cujus proin feſtum in totâ diœceſi Auguſtanâ ſub ritu duplici quotannis celebratur ſexto Calendas Novembris) *illatis in eam ejusdem S. Gualfardi reliquiis, quæ Veronâ ab Abbate Valerio Cardinale & Epiſcopo Veronenſi transmiſſæ fuerunt Clariſſimo viro Marco Welſero Duumviro Auguſtano.* Item in venerabili hoc PP. Capucinorum Monaſterio ſeu potiùs in templo ipſorum pari honore magnâ ex parte religioſiſſimè venerantur lipſana S. Lucii Anglorum Regis primi civitatis Auguſtanæ ac Curiæ Rhætorum Apoſtoli tertio nonas Decembris Sanctorum Faſtis adſcripti: Inſcriptio verò memorati templi hæc eſt: *Deo, qui humilia reſpicit, & S. Franciſco humilitatis Magiſtro Marcus fratresq́; Fuggeri Barones in Kirchberg & Weiſſenhein Templum cum Monaſterio à ſolo & fundamentis erexerunt anno poſt Chriſtum natum milleſimo ſexcenteſimo ſecundo.*

❀ AUGUSTANUM

S. GEORGII nuncupatum ſacri Ordinis Canonico-Auguſtani Cœnobium. Primam iſtud originem ut Matrici ſuæ (qualiter etiamnùm eam reſpicit) debet Cathedrali Auguſtanorum Eccleſiæ ſeu tribus Canonicis illius: qui Inſtituto regulari in eâdem ſenſim labefactato priſtinas religioſæ conſuetudinis & obſervantiæ ſuæ leges nequicquam infringere volentes anno circiter 1070. extra civitatem ſibi conſtruxerunt Cellam aliquam ſeu Oratorium S. Georgio Chriſti Martyri ſacrum: in quo, ut priorem vitæ regu-

laris normam juxta Canones Auguſtinianos ſartam tectam ampliùs obſervarent, imò conſtantiſſimè propagarent loci Epiſcopus inibi in ſanctâ converſatione degentibus omnem victum & veſtitum illis largè ſubminiſtravit de quo Stengelius Abbas in ſuo Commentario rerum Auguſt. part. 2. cap. 29. num. 13. ad annum Chriſti 1077. ſic ait: *Hactenùs Epiſcopi* (Auguſtani) *cum ſuis Canonicis vitam communem & Apoſtolicam nullius omninò rei proprietatem ſibi uſurpantes ſectati ſunt; ſed cùm paulatim à regulari tramite deſciſcere cœpiſſent, communem vivendi morem abjecerunt, præter duos vel tres, qui ſibi extra civitatem quandam Cellam ſeu Oratorium S. Georgii conſtruxerunt, in quo ut communem & regularem vitam obſervarent, Epiſcopus liberaliter omnem victum & veſtitum ipſis ſubminiſtravit, præfueruntq́; iisdem Epiſcopi, donec illis per Sibothonem Epiſcopum* (qui primùm poſteà ſub annum 1227. cathedram Auguſtanam aſcendit) *poteſtas facta eſt eligendi Præpoſitum.* Sic quidem ille, qui tamen graviter hallucinatur, dùm Canonicis iſtis Georgianis poteſtatem proprium quendam eligendi Præpoſitum usq; ad tempora memorati Sibothonis adimit, quale tamen jus ac facultas mox illis obtigit, dùm Waltherus Epiſcopus (qui ab anno 1134. usq; 1150. ad clavum ſedit) prædictum Oratorium in formale Monaſterium conſtituit firmati jam clauſtri hujus author & fundator eximius: quod ipſum adſtruit etiam Nebridius à Mündelheim in ſuo antiquario Monaſtico Epiſt. 139. fol. 640. ita ſcribens: *Auguſtæ Præpoſitura eſt S. Georgii fundata à Walthero Epiſcopo anno 1135. conſtans fama eſt, eò poſitos eſſe Canonicos cathedrales, qui nolebant conſentire cum reliquis in vitam ſecularem.* Item vetuſtum Chronicon Pappenheimenſe cap. 58. fol. 69. ſub his verbis: Ihme (Hermanno nato Comiti à Wittelsbach) folget nach (in Officio & dignitate Epiſcopatûs Auguſtani ſubintellige) Walther ein Pfaltzgraff von Tübingen hat geſtifftet die Probſtey S. Georgen in Augſpurg: cui accedit etiam Bruſchius de Monaſteriis Germaniæ cent. 1. fol. m. 119. ubi ſic ait: S. Georgii Monaſterium, *quod eſt* (fuit) *extra muros urbis Auguſtanæ Ordinis Canonicorum Regularium S. Auguſtini fundatum legitur anno Chriſti 1535*, imò ipſe Stengelius ipſemet apertè ſibi contradicens loco cit. hæc ſubdit: *Waltherus Epiſcopus jam ante verterat in Cœnobium prædictam Cellam poſt 65. annos à primâ fundatione*, quæ facta fuit prætacto anno 1070. quo tempore ſæpè nominatus Waltherus Epiſcopus, dùm Monaſterium iſtud authoritate ordinariâ ſtabilivit, haud dubiè (prout etiam uberiùs conſtat ex annalibus domeſticis) religioſis Canonicis illius pro ſemel & ſemper proprium eligendi regularem Antiſtitem lubens copiam fecit. Porrò Monaſterium hoc tùm iniquitate temporum, tùm calumniis hæreticorum quaſi mille diris multifariàm infeſtatum, ſuperiori ætate tantùm non omninò defecit; noviſſimè tamen (faventibus Superis) caput extulit & feliciſſimè denuò reſtitutum vires recollegit temporibus noſtris ſplendidè ſatis inſtauratum & exornatum ſatagente plurimùm digniſſimo loci Antiſtite Reverendiſſimo ac Prænobili Dno Dno Leopoldo Ilſung à Trazberg nuper authoritate S. D. N. Innocentii XII. Papæ mitrâ præſulari clementiſſimè donati. Adſervatur in hoc Auguſtano S. Georgii Monaſterio Zona ſive cingulum militare, quo in vitâ ſuâ communiter uſum ſeu præcinctum fuiſſe ſanctum hunc Martyrem conſtans eſt traditio Majorum usq; modò receptiſſima, probatq́; pius fidelium uſus maximè fœminarum difficili partu periclitantium, quibus dolores omninò leniuntur, ſed & feliciter prolem enituntur, ſi prædicto cingulo præcinguntur.

✻ AUGUSTANUM

S. GERTRUDIS intitulatum habens Præpoſitum & Canonicos quatuor ſeculare quoddam Collegium in Cathedrali Eccleſiâ Auguſtanâ usq; modò conſtitutum, ab eâ tamen omninò diſtinctum, de cujus initio vel breviter mentionem facit Stengelius part. 2. cap. 29. num. 6. in hæc verba: *Eodem anno* (1071.) *Embrico* (Epiſcopus Auguſtanus) *conſtruxit & fundavit Eccle-*

Eccleſiam S. Gertrudis Auguſtæ, tùm extra cathedralem exiſtentem (eâ poſtmodùm ampliatâ & Choro occidentali extructo, in eundem recepta fuit) *dote attributâ ſub fidelium teſtium præſentiâ conſcriptâ & litteris fundationis illius inſertâ.*

AUGUSTANUM

HARBUGGENSE taliter ex vicino (cui propiùs adſtructum fuit) ponte ſuper unum Lyci fluminis alveolum plures civitatis Auguſtanæ plateas allabentem conſtructo, pars nomine vulgariter Harbrugg appellatum, ſororum Ordinis Mendicantium ſeu (uti magis vocari amant,) pœnitentium clauſtrale domicilium initio ſeculi decimi quinti propriis inhabitantium ſumptibus apparatum prodiit; & quamvis caſuali incendio brevi poſt ortum ſuum rursùm interierit, citiùs tamen ex buſto ſuo reſuſcitatum incrementa ſumpſit, verùm nec ſic quidem (prævalente temporum iniquitate) in annos duravit, ſiquidem fatalem parthenonis hujus interitum ſæpius citata relatio hiſtorica de ortu & progreſſu hæreſum fideliter exponit fol. 117. num. 32. prout ſequitur: *Auguſtæ in Monaſterio Harbrugg* (anno 1533.) *duodecim Moniales de tertia regulâ S. Franciſci fuerunt, quæ unanimiter Monaſterium redditus & cenſum circa feſtum Omnium Sanctorum Senatui Auguſtenſi reſignaverunt & in promptâ pecuniâ ſenatui præſentaverunt 1500. florenos. Pro quibus omnibus ſenatus dedit cuilibet illarum omnibus diebus vitæ ſuæ 50. florenos ſub nomine precariæ. Quæ ante Nativitatem Domini omnia utenſilia Monaſterii inter ſe diviſerunt, fuit una illarum octogenaria & Magiſtra illarum monocula. Quælibet illarum proprium hoſpitium conduxit, aliquæ ex illis matrimonium contraxerunt.*

✻ AUGUSTANUM.

S. JOSEPHO Virginis Deiparæ ſponſo ac Chriſti Servatoris nutritio dicatum RR. PP. Diſcalceatorum (quod iſti in totâ Sueviâ noſtrâ ſolum habent & unicum ſui Ordinis domicilium) Carmelitarum Monaſterium: de cujus initio ſæpe nominatus Stengelius part. 2. cap. 73. num. 8. ita diſſerit: *Anno 1628. Calendis Septembris poſitus eſt primus lapis Noſocomii ad* (portam) *S. Jacobi proviſoribus tempore peſtis: cujus tamen domum primùm inhabitârunt Patres Diſcalceati: qui cùm Auguſtam venerunt, & Monaſterium ſub S. Joſephi patrocinio fundare cœperunt ante rubeam portam: quod tamen ſub Suecico regimine mox ſolo æquatum, iidem tandem in urbem tranſtulerunt coemptis Velſerianis cum tribus Capellis & aliorum ædibus: item publico Reipublicæ horreo in latiſſimo fundo, non procul à Divi Stephani. Quod cùm ſucceſſivè erigeretur iterum die decimâ quartâ Decembris anno milleſimo ſexcenteſimo quadrageſimo ſexto mediâ nocte, neſcio, quo infortunio, ſubitò totum penè in favillas redactum eſt.* Idem tamen ipſum vertentibus annis egregiè denuò reſtauratum, hodie cum novâ Eccleſiâ SS. Sacramento Altaris dicatâ florentiſſimum emicat religioſorumq; incolarum ſuorum meritis ac numero frequentiſſimum felix omninò ſuperabundat.

Anno 1649. ſub executionem Inſtrumenti Pacis Weſtphalicæ fuit quidem RR. PP. iſtis Carmelitanis ratione uſucapionis fundi clauſtralis à civibus Auguſtano-Lutheranis ſat magna lis mota, eadem tamen hæc ritè diſcuſſâ ac realis poſſeſſio Monaſterii religioſis aſcetis iſtis legitimè confirmata; de quo Receſſus ille Auguſtanus jam ſuprà in teſtimonium adductus ſuo loco ſic habet: Nachdeme ſich auch befunden/ daß die Herren *PP. Carmelitæ Diſcalceati primo Januarii 1624.* nicht in der Stadt geweſen / ſondern ihnen gemeiner Stadt Kornhaus erſt in nachgehenden Jahren von E.E. Magiſtrat auff mehrmahliges bewegliches Begehren der Röm. Käyſ. Majeſt. *Ferdinandi II.* glorwürdigſten Angedenckens verehrt worden / als haben die Augſpurg. *Confeſſions*-Verwandten zwar/ daß ſie ehdaſſelbige wieder *cediren* möchten / inſtändig *ſollicitiret* / endlichen doch ſich erklärt / auch aus den dis Orts vorkomenen ſonderbaren Ur-

ſachen und *circumſtantien* ihres Theils zwar *paſſivè* geſchehen zu laſſen/daß gedachte Herren *PP. Carmelitæ* hierinnen verbleiben möchten/ doch daß hiedurch anderen Augſpurgiſchen *Confeſſions*-Verwandten Ständen und *Communen* an ihren habenden Rechten und Gerechtſamen/ auff einigerley Weiß/ das geringſte nicht *præjudicirt* / noch auch ihnen ſelbſten es auff künfftige Fälle zu nachtheiliger *Conſequenz* angezogen werden ſolle.

Benebens ſie Herren *Carmelitæ* die *onera realia* von ihren an ſich erkaufften Burgerlichen Gütern / als Stewer / Waſſerzins / und dergleichen iedesmahl/und zwar Jährlichen mit 40. Gulden in Gold / das iſt 50. Gulden in Münz / es nehmen ſolche *onera* auch zu oder ab/würcklichen beytragen und erſtatten; ſo dann ferners keine ligende Güter weder *per directum* noch *indirectum*, es wäre dann von einem geſamten Magiſtrat/aus ſonderbaren Urſachen *concedirt* / an ſich ziehen / ſondern diejenige / ſo ſie bereits an ſich gebracht / in gemeiner Stadt Stewer und *Jurisdiction*, wie andere befindende geiſtliche Güter/verbleiben ſollen: das Ungelt betreffend/laſſen die Augſpurgiſche *Confeſſions*-Verwandte gleichfalls beſchehen/daß die Herren *PP. Carmelitæ* für ihre und häußlich zugehörige Perſonen / deſſen *exempt* ſeyn mögen / auff andere aber etwann bey ihnen einkommende frembde Gäſt / Studioſen und dergleichen keines wegs *extendirt* werden ſolle / maſſen ihnen auch das hiebevor überlaſſene nunmehr abgebrandte Kornhaus / ſo wohl als übrig innhabende Güter fürters unangefochten bleiben ſollen ꝛc.ꝛc.

AUGUSTANUM

S. MARGARETHÆ Virginis & Martyris contubernium parthenio-Dominicanum. Hoc primùm in fundo ſuo ad Mindulam fluvium infra diſtrictum Marchionatûs Burgovienſis anno 1290. de propriis facultatibus ſuis omninò novum condidit, atq; præpingui ſatis dote liberaliſſimè donavit Prænobilis ac Strenuus Vir Conradus à Rodt Eques auratus &c. Wolfardus verò pro tempore ſummus Antiſtes ſacer Auguſtanus de eâdem Rodtenſium familiâ progenitus ipſum Cœnobium hoc in urbem Auguſtanam recipi voluit die 24. Auguſti: ubi piarum ſororcularum ſodalitium hoc conſtantiſſimè ſubſtitit uſq; ad tempora ſubortæ novæ hæreſis Lutheranæ: quâ fortiter prævalente loci monialibus in odium orthodoxæ religionis contumelioſè fugatis clauſtrale domicilium hoc ſub annum 1542. mutatum eſt in curiam vulgò Spitalhoff/ & quicunq; redditus illius uberes admodùm ac copioſi temporibus noſtris (vigore Pacis Cæſareo-Suecicæ) deſerviunt communi urbis Auguſtanæ Hoſpitali propiùs adſito: quòd (ſolo S. Margarethæ templo Catholicis innoxiè ſervato) promiſcui ſexûs, ætatis etiam, ac religionis pauperes inhabitant.

✱AUGUSTANUM.

S. MARIÆ Virgini Deiparæ cum Eccleſiâ ſub titulo Viſitationis ad Eliſabeth conſecratâ cathedrale Collegium primitùs fundatum & firmatum eſt anno redemptionis humanæ 590; ex quo nimirùm Eccleſia Auguſtana jam olim quidem à S. Narciſſo Epiſcopo Gerundinenſi in Hiſpaniâ & Martyre perſecutiones Gentilium declinante ſingulari Dei providentiâ in Rhætiam inferiorem ſeu Sueviam noſtram delato, ibiq; nomen ac titulum Apoſtoli Auguſtani digniſſimè promerito ſub initium ſeculi quarti plantata & copioſo SS. Martyrum (quorum laus eſt in Evangelio ſeu in Faſtis Auguſtanis, & nomina eorum ſcripta ſunt in libro vitæ) cruore rigata quamvis ſæviſſimis infidelium perſecutionibus infeſtata, tùm etiam nefariis Arrianorum inſidiis & calumniis miſerrimè laceſſita, poſt diutinam tamen duorum quaſi ſeculorum vacantiam denuò reſtituta,& quaſi de novo inveſtita fuit proprio quodam epiſcopali ſolio: quod præfato anno ſupra quingenteſimum nonageſimo primitùs aſcendit quidam Sozimus in antiquis tabulis nominatus, idem poſt annos 18. in paſtorali

rali

rali regimine laudatiſſimè traductos cœlis ſpiritu receptus, ſecundùm carnem verò repoſitus in æde S. Afræ Martyris primario pro tunc Auguſtanorum templo: cujus loco poſtmodùm (ſatagente plurimùm S. Simperto itidem Epiſcopo Auguſtano Ordinationis ſuæ anno 33. Chriſti verò 818. beatæ immortalitatis viam ingreſſo) nova Baſilica cathedralis ſurrexit ab eodem ſanctiſſimo Præſule & ſupremo Paſtore Auguſtano in honorem ſanctiſſimæ Virginis Deiparæ dedicata: in quâ, idem S. Simpertus antedictus cum ſuo Senatu Eccleſiaſtico ſeu Capitulo ſtabilem Epiſcopii ac cathedræ ſuæ ſedem inibi delegit fixitq; depoſthàc à ſucceſſoribus pariter incolendam: quæ hodie ſub ſummo (ab anno 1690.) Antiſtite ſuo Reverendiſſimo ac Sereniſſimo Principe ac Domino Domino Alexandro Sigismundo Comite Palatino Rheni, Bavariæ, Juliæ, Cliviæ ac Montium Duce, Veldenziæ, Sponheimii, Marchiæ, Ravenſpurgi & Nerſiæ, Comite, Domino in Ravenſtein &c. &c. Epiſcopo Auguſtano S. R. J. Principe ac Domino noſtro Clementiſſimo &c. &c. florentisſima Canonicos habet quadraginta: quorum dignitates, perſonatus, prærogativas ac alia jura queiſvis ipſorum competentia fuſivè enarrat Stengelius antecitatus in Mantiſsâ ad ſæpedictum Commentarium ſuum rerum Auguſtan. cap. 3. fol. 8. & ſeq. item ſuprà part. 2. cap. 1. & ſeq. prolixiùs agit de primâ inſtitutione ſimul & propagatione memoratæ Eccleſiæ Auguſtanæ: cujus Epiſcopatus & ſacra illius jurisdictio (teſte eodem Stengelio in Mantiſsâ cap. 1. fol. 2.) longè lateq; patet; nam ab ortu trans fluvium Lycum habet diœceſin Friſingenſem & vicinam Ratisbonenſem; à meridie in Alpibus & Almangoviâ Epiſcopatum Brixinenſem & Curienſem, ab occaſu Conſtantienſem usq; ad Danubium & trans Danubium: à ſeptentrione Herbipolenſem & Eiſtetenſem Epiſcopatus conterminos habet: ita quòd cardo incipiat in ipſis Alpibus & Almangoviâ nempè Brixinenſi & Curienſi, & usq; ad diœceſium Eiſtadianæ & Herbipolenſis initium excurrat. In Decumano verò porrigitur à diœceſibus Ratisbonenſi & Friſingenſi occidentem versùs usq; ad principium diœceſis Conſtantienſis per complura milliaria Germanica.

Anno 1688. Auguſtanam hanc Divæ Virginis cathedralem Eccleſiam auguſtiorem ſanè reddidit ac plurimùm illuſtravit feſtiviſſimus ille geminæ coronationis actus; quo nimirùm die 19. Januarii in eâdem cathedrali Baſilicâ Auguſtiſſimi Romanorum Imperatoris Hungariæ ac Bohemi Regis &c. Leopoldi I. honoratiſſima conthoralis Sereniſſima Princeps Eleonora Magdalena Thereſia, nata Ducilla Palatino-Neoburgica &c. ſacro Miniſterio Eminentisſimi Principis Anſelmi Franciſci S. R. J. Electoris & Archiepiſcopi Moguntini &c. in Auguſtisſimam Romanorum Imperatricem fuit inaugurata. Item paulò pòſt die 26. ejusdem menſis utriusq; altisſimè fatæ Majeſtatis ſuæ dilectisſimus filius Auguſtisſimus itidem Princeps Joſephus I. Hungariæ Rex, Archidux Auſtriæ &c. in Regem Romanorum eodem initiatore Moguntino fuit coronatus: cujus omnis imperatoriæ ac Regiæ ſolemnitatis proſtat uberior relatio apud hiſtoricos ſcriptores ex profeſſo talia tranctantes.

AUGUSTANUM

S. MARTINI Epiſcopi & Confeſſoris templum ac Monaſterium virginale jam à tempore pullulantis novæ hæreſis Lutheranæ omninò ſuppreſſum & extinctum, cujus ortum & interitum fideliter exponit Stengelius jam toties citatus part. 2. cap. 20. num. 3. in hæc verba: *Anno Chriſti milleſimo ſeptuageſimo Embrico Epiſcopus* (Auguſtanus) *conſtruxit Eccleſiam & Monaſterium S. Martini Auguſtæ Bortneris Patritiis* (*qui omnes vixêre*) *ſuas ad id ædes devoventibus, tradidere ſeniores noſtri hanc Eccleſiam, olim S. Hilariæ domum fuiſſe, & à S. Narciſſo in honorem SS. Apoſtolorum Philippi & Jacobi conſecratam. In eâ ferunt S. Dionyſii* (primi Auguſtanorum Epiſcopi & Martyris) *ſucceſſores ſacra feciſſe; quæ cùm ruinoſa eſſet, inſtaurata fuerit ab Epiſcopo Embricone. In eâdem usq. ad præteritum proximè ſeculum Mauſoleum S. Hilariæ fuit monſtratum, Cœnobium an-*

tem (olim à Clericis ſecularibus in commune viventibus inhabitatum) ſucceſſu temporis circa annum milleſimum ducenteſimum ſexageſimum tertium Monialibus tertiæ regulæ S. Franciſci traditum fuit. Ex litteris Indulgentiarum à Chriſtophoro de Stadion Epiſcopo Auguſtano eidem Eccleſiæ conceſſarum conſtat, olim ad eum locum magnum fuiſſe peregrinantium concurſum. Extitit autem *Monaſterium præfatum adhuc Anno 1516. quo Barbara Röslerin Magiſtra ejusdem à Capitulo Auguſtano & in ſpecie à Bernardo Adelmann de Adelsmanfelden Canonico & ſummo Oblagiario domum quandam in ſuburbio titulo emptionis recepit. Id hodie in ſcholam Catholicorum puerorum vertit, Eccleſiâ Lutheraniſmo introducto, penitùs deſtructâ.* Porrò parthenonis hujus Auguſtano-Martiniani ſpecialem quoq; mentionem affert Wolf. Lazius de migrat. gent. lib. 8. fol. 454. in genealogiâ, uti vocat, tertiâ Mareſchallorum à Biberbach in Oberndorff & Treusheim ita ſcribens: *Henricus* (in hoc ſtemmate ſecundus) *filius alter Hiltebrandi Ludovici Ducis Bavariæ, qui poſteà in regem electus fuerat curialis: ex duabus conjugibus videlicet Catharinâ à Schwungen & Margarethâ à Laudenburg genuit Hildebrandum ſecundum, Joannem & duas filias Blancam & Catharinam Magiſtram Auguſtæ ad S. Martinum qui ſepelitur ibidem ad Minores anno 1359.*

✻AUGUSTANUM

SS. MAURITII & Sociorum Thebæorum Martyrum Collegium Canonicorum ſecularium poſt cathedrale præ cunctis aliis Auguſtanæ civitatis Eccleſiis dignitate ſuâ primarium ac ſummè præcipuum: de cujus fundatione juvat iterùm hîc audire ſæpè nominatum Stengelium part. 2. cap. 25. num. 11. ſcribentem prout ſequitur: *Idem Cæſar* (S. Henricus Bavariæ Dux) *Auguſtanam urbem exornare cupiens opus regium viſendâ mole D. Udalrici corpori locando deſtinârat, ſumptu liberaliſſimè è regionis adjunctæ proventibus promiſſo, eidem operi Brunonem fratrem præfecerat. At Bruno conſcius D. Udalricum ſepulturæ locum non libenter mutaturum* (*cauſam hanc M. SS. disertè præferunt*) *Majeſtatem, quantam Henricus animo conceperat, ſtructurâ non implebat: ſed eam, quam hodie D. Mauritii memoriæ conſecratam videmus, extruxit. Offenſus proinde fratris parcitate & ſordibus Henricus negavit illi partes ſuas ſe traditurum, ſiquidem in poſterum rectè curatum vellet; quandoquidem eum impenſarum, quæ Deo acceptæ referantur, intelligat pœnitere. Ipſe verò Bruno Collegiatam Eccleſiam ibi inſtituit pro 40. Presbyteris, quorum hodie ſunt tantùm 32. nimirùm Præpoſitus, Decanus, & undecim Canonici Capitulares, atq; Chori Vicarii ſexdecim, nec non Proviſores, ſive Canonici voce Capitulari carentes tres. Ejusdem Eccleſiæ Dedicatio celebratur quotannis die S. Magno ſacrâ. Habuit idem Collegium Benefactorem potiſſimum & maximum Conradum Comitem de Balzhauſen ibidem in Eccleſiæ navi Mauſolæo à terrâ elevato tumulatum: cujus lapidi hæc inſcriptio eſt inciſa:* Conradus de Balzhauſen Comes hujus Eccleſiæ dotator in multis bonis obiit undecimo Calendas Decembris, & eſt hîc ſepultus.

Item infrà num. 20. *Eodem anno 1020.* (Bruſchio de Epiſc. German. tom. 1. cap. 8. perperàm 1031.) *Brunonis conatibus mors manum injecit. Paſchalibus Ratisbonæ cum Imperatore actis octavo Calendas Maji deceſſit. Funere regio Auguſtam devectus Imperatrice cum Henrico Rege pompam ducentibus D. Mauritii ædi, quam illius opus diximus, illatus eſt auctis Auguſtanæ Eccleſiæ Collegiiq; ſacri opibus gratam poſteritatis memoriam meritus. Viſitur ipſius ſepulchrum ibidem in Choro ante ſummam aram à terrâ elevatum lapide albo porphyretico ſuperpoſito & in eo verſus pro temporum conditione barbari ſequentes:*

Anno Domini cultus Pater eſt hîc Bruno ſepultus,
Munere de cujus fabricæ claret Domus hujus.
Grates reddat ei legio ſacro-ſancta Thebæi.

Obiit MXXIX. in Profeſto S. Georgii.

Ad Mauſolæum usq; ad annum Chriſti 1543. (*aliis 46.*) *ſpectabile manſit. Inde vaſtatum atq; humiliatum ab hæreticis, utriusq; Bavariæ felix Monarcha Albertus hanc Præſulis memoriam temporum iniquitate*

quitate graviter paſſam pro ſuâ erga Deum devotione & nobilisſimos Majores ſuos pietate reſtitui fecit anno Domini 1573. ſub ſequenti inſcriptione:

Fallax eſt hic mundus, finis dubius
Exitus horribilis. Pœna interminabilis.
Bruno iſte Epiſcopus Auguſtanus fuit
Et Eccleſiæ hujus Collegii Mauritiani fundator
Henrici ſecundi Bojorum Ducis ex Giſalâ
Burgundiæ Reginâ, filius Henrici Tertii Romanorum Imperatoris hujus nominis II. (qui Sancti nomen promeruit) frater non minùs ſanctimoniâ quàm ſanguine clarus.

Anno 1688. Auguſtisſimus Romanorum Imperator Leopoldus cum Auguſtisſimâ conjuge ſuâ Eleonorâ Magdalenâ Thereſiâ Imperatrice ac dilectisſimo filio ſuo Auguſtisſimo itidem Principe Joſepho I. Romanorum Rege die 31. Auguſti civitatem Auguſtanam ingreſſus, atq; iſthic in causâ electionis & reſpectivè coronationis ejusdem poſterioris altisſimè factæ utriusq; Majeſtatis usq; ad diem 3. Februarii anni proximè ſequentis cum toto Cæſareo-aulico famulitio ſuo jugiter commoratus, ſacram ædem hanc Mauritianam in templum aulicum ſibi delegit, & ad hoc quotidiè (quoad licuit) divinum cultum aſſiduè frequentans, devotus inviſit.

AUGUSTANUM.

S. NICOLAI ſuo de nomine taliter intitulatum Benedictinum fœminini ſexûs Cœnobium cum propriâ Eccleſiâ ſuâ quocumq; demùm authore præ mœnibus Civitatis Auguſtanæ ad orientalem plagam & portam vulgò der Schwibogen appellatam incepit vel (ut in Mantiſsâ ad ſuum Comment. rerum Auguſtan. cap. 4. pag. 11. refert Stengelius) anno 1288. vel (ut ibidem cap. 6. pag. 13. idem ipſe ſcribit) uno ſeculo priùs videlicet anno 1188. Deſiit autem Parthenon iſte, quandò nimirùm loci Moniales immodico antiquæ pietatis Monaſticæ fervore ſuccenſæ S. P. Q. Auguſtanum hactenùs hujus Cœnobii Nicolaitani advocatiæ munere perfunctum avitâ religione poſthabitâ nuper novum dogma Lutheranum deſideranter amplexum terribiliter exoſæ, deposthâc vicinos Duces Bavariæ Catholicos in advocatos ſeu defenſores ſibi vel jam delegiſſe, vel quaſi proximè velle deligere ſuſpectæ, poſt deguſtatos varios rerum caſus in odium religionis orthodoxæ ſolum vertere coactæ ſunt clauſtrali earum domicilio non tam hoſtiliter occupato, quàm funditùs everſo, de quo pluribus legi poterit Wolf. Diet. Cæſar in Chron. Auguſt. part. 5. cap. 1. fol. 34.

✠ AUGUSTANUM.

S. PETRI Canonicorum ſecularium Collegium anno 1063. inſtitutum, ſecundùm antiqua, quæ habuit jura & poſſeſſiones ſuas annotatum à Stengelio part. 2. cap. 29. num. 2. ſub his verbis: *Auctor fuit* (Embrico Epiſcopus Auguſtanus) *illuſtri Comiti Schwiggero Templum SS. Petro & Felicitati ſupra Perlacum* (ita nuncupatur potiſſima totius civitatis area & platea præ foribus ſenaculi conſpicua) *conſtruendi & Præpoſituram cum Collegiatâ Eccleſiâ fundandi attributis eidem præſidiis, & mancipiis Lametingen & Rauna. Is itidem in medio ejusdem Eccleſiæ ſepulchro à terrâ elevato humatus quieſcit cum tali inſcriptione:* Anno Domini milleſimo ſexageſimo ſeptimo tertio Calendas Julii Eccleſia dotata eſt per D. Schwiggerum Comitem de Balzhauſen reſidentem in Schwabegg, qui obiit anno milleſimo ſeptuageſimo quarto, tertio Idus Aprilis, cujus oſſa in hâc recondita foſsâ. *Habet hoc Collegium Præpoſitum & quinq; Canonicos Presbyteros, ad eandem Eccleſiam olim habebatur ſolemnis proceſſio cum Venerabili Sacramento ex ordinatione Catharinæ Ilſunga.* Et infrà cap. 54. num. 5. *Circa eadem tempora* (1369.) *Sebaſtianus Ilſungus Patritius Auguſtanus certo aſſignato ſalario inſtituit, ut ſingulis Sabbati diebus in Divi Petri templo abſolutis Veſperis antiphona Salve Regina in honorem B. Mariæ decantaretur. Unde nomen Ilſungici ſalve adhuc manet.*

AUGU-

❀ AUGUSTANUM.

S. SALVATORIS ita cum propriâ Eccleſiâ ſuâ dictum inclytæ Societatis JEſu Collegium habens adjunctum (in quo præter humaniora floret inſigniter etiam Studium Philoſophiæ ac Theologiæ moralis) percelebre Gymnaſium: de cujus utriusq; principio ſeu fundatione præſtat hic iterùm edere Stengelium Abbatem part. 2. cap. 66. num. 3. ſcribentem, ut ſequitur: *Quòd Societas Jeſu primùm in Urbem Auguſtanam circa Chriſti Servatoris annum milleſimum quingenteſimum quinquageſimum nonum fuerit deducta, hujus facti memoria debetur Othoni: qui impulſu maximè Chriſtophori à Fregberg Canonici Auguſtani ac poſteà Decurionis, demumq; Præſulis Elwangenſis primitùs P. Petrum Caniſium Noviomagenſem Societatis illius illuſtre decus, poſteà Helvetiorum Apoſtolum Auguſtam vocavit, ac in ſuis ædibus, quas Canonicus exiſtens ante epiſcopalem tiaram acceptam incoluerat, collocavit aſsignato eidem ac ſociis ejus ſacello D. Lamperto Martyri ſacro, ac Palatio Epiſcopali contiguo; atq; loco defuncti P. Joannis Fabri SS. Theologiæ Doctoris Dominicani cathedræ praeeſſe voluit. Quo factum eſt, ut viros aliquot nobiles ac primarios, nec non matronas illuſtres lue ac peſte Lutheranâ infectos permoverit, ut damnato impio Luthero ſacram Eccleſiæ veterù doctrinam toto pectore complecterentur.* Et infrà num. 8. *Poſteaquàm idem Antiſtes* (Otho Epiſcopus antedictus) *ex Hiſpaniâ ab illâ honorificâ legatione redux Epiſcopatui ſuo ſe tanquàm paſtor ſollicitus præſentâſſet, nihil priùs habuit, quàm ut Auguſtæ Patribus Societatis Jeſu Collegium poneret, ſed ab hoc ſuo propoſito diu impeditus fuit: donec tandem ab Illuſtri Fuggerorum gente, eo impellente, & quoad potuit, unà cum Canonicorum ſuorum Senatu adjuvante (quod tamen poſt mortem ipſius tandem effectum ſortitum fuit) in ſuburbio Mariano loco amœno primùm ſalutis anno 1580. Collegium hoc & anno ſecundo pòſt Templum Salvatori ac Servatori JESU collocatum, atq; primâ Maji die ſolemni ritu initiatum fuit; contra quod Lutheranæ ſortis homines anno quoque 1581. ad S. Annam ſtipe à potentioribus civibus erogatâ contubernium Scholarium ac Studioſorum excitârunt, quod à Senatu Auguſtano eodem anno die 16. Maji certis conditionibus in litteris inſertis confirmatum fuit &c.* Item cap. 70. num. 10. *Eodem anno* (1582.) *ibidem* (Auguſtæ Vindelicorum) *Templum Societatis Jeſu Collegio adjectum à Reverendiſsimo Domino Michaele Dornvogelio Suffraganeo Calendis Maji conſecratum fuit.*

❀ AUGUSTANUM.

S. SEPULCHRI communiter intitulatum Monaſterium Fratrum Minorum Ordinis S. Franciſci de Obſervantiâ ſeu Recollectorum intra muros Auguſtanos, & quidem in ſuburbio *S. Jacobi* nuncupato præclaris & eximiis religioſæ pietatis inhabitantium, exemplis & doctrinis hodie florentiſſimum, originem ſuam trahit ab annis plùs minùs octoginta, quandò nimirùm Perilluſtres ac Generoſiſſimi Domini Domini Fuggeri pro tunc Baronatûs Kirchbergenſis & Weiſſenhornienſis dignitate præcipui, modò inter publicos Imperii Status & Comites Sueviæ famoſiſsimi, ſpectatiſsimi, iidemq; pluribus legatis jam antehâc ad pias cauſas largiſsimè factis inclyti ſingulari zelo avitæ religionis inducti, ſed & Seraphico S. P. Franciſco Aſiſiati totâ mente ac totis viribus addictiſsimi pro omnigenâ liberalitate ſua dederunt in primis fundum, putà plures ædes haud ita pridem à Reverendiſsimo ac Prœnobili Domino Wolfgango Andreâ Röm à Kötz J.V.D. Cathedralis Eccleſiæ Auguſtanæ Præpoſito magno ſatis ære coemptas: quibus totaliter antiquatis areaq; juſtiſsimè repurgatâ lapis in imo novi clauſtralis ædificii fundamento repoſitus eſt anno 1611. ſacris operante Reverendiſsimo ac Perilluſtri Domino Domino Sebaſtiano Bruningo itidem Juris utriusq; Doctore, Epiſcopo Adramyteno Suffraganeo & Canonico Auguſtano: quin & brevi pòſt, nimirùm 1613. die 20. Octobris novum etiam templum Franciſcanum feſtiviſsimo ritu dedicavit, hujuscemodi ſolemnitatem præclarè cohoneſtantibus non ſolùm piis ac devotis

(qui coràm adſtiterunt) ſpectatiſſimis DD. fundatoribus antedictis, ſed & potiſſimis civitatis Auguſtanæ Primoribus aliaque immenſâ quaſi, ſimul allapsâ vulgaris populi frequentiâ, ſed vel maximè totum ejusdem dedicationis actum graviſſimâ præſentiâ ſuâ plurimùm illuſtrante Sereniſſimâ Principe ac pientisſimâ Dominâ Dominâ Maximilianâ Alberti V. utriusque Bavariæ Ducis filiâ, Guilielmi V. ſorore, ſubinde die 2. Julii 1614. ætatis 62. in caſtisſimo Cœlibatu terris demortuâ; quæ RR. PP. Franciſcanis piis gratiis ac favoribus ſuis addictisſima ad novam hanc Domum Domini in dotem attulit donum ſuper omne donum, ipſum ſcilicet redemptæ ſalutis humanæ pretium pretioſisſimum ſanguinem Dei & Servatoris noſtri Jeſu Chriſti primùm in immanisſimâ flagellatione illâ profuſum, tùm circa annum gratiæ 340. à S. Helenâ Reginâ Conſtantini Magni Imperatoris Matre unà cum ſalvificâ Cruce ac lapideâ (cui piisſimus Servator noſter in flagellatione ſuâ fuit alligatus) columnâ revelatum & inventum ab eâdem Reginâ Matre memorato Auguſtisſimo filio transmiſſum, qui idem ſanguis Petræ præcipuâ regni Orientalis civitate Byzantio vicinâ in ſummo templo usque ad annum 1437. devotisſimè ſervatus fuit, poſt memoratam urbem verò præfato anno à Saracenis captam & direptam divinisſimum hunc theſaurum clandeſtinè ſui juris fecit, qui tùm fortè in terris alienis quæſtum faciens, maximè ſolicitus reverſusque ad patrios lares in Germaniam ſecum detulit ſpectabilis vir Joannes Hirſchvogel Mercator Norinbergenſis poſt fata ſua relinquens illum religioſo Prædicatorii Ordinis S. Dominici Parthenoni (cui ipſe duas filias ſuas ſecundùm Dei timorem ſolerter educandas tradidit) Norinbergenſi ad S. Catharinam; quo tamen regulari clauſtro labentibus annis ad uſus profanos converſo Ven. Domina N. loci Prioriſſa cum duabus aliis (quæ tum temporis ſupprioriſſa manſerunt) ſororibus ſacro-ſanctum Dominicum liquorem antedictum, dùm exul abiit, Monachium in Bavariam usque ſecum detulit; ubi altefatæ Serenitati ſuæ inſtantisſimè petenti gratuitò traditum, eundem tandem ſacello S. Sepulchri (quod jam priùs in ſæpedictâ civitate Auguſtanâ injuriâ temporum utcunque neglectum omninò defecit) in novâ RR. PP. Franciſcanorum Eccleſiâ ſplendidè reſtituto loci Ordinarius ſolemniter intulit Reverendisſimus ac Illuſtrisſimus Dominus Dominus Henricus à Knöringen S.R.J. Princeps & Epiſcopus Auguſtanus &c. de quo ſæpecitatus Abbas Stengelius part. 2. cap. 42. num. 8. ita ſcribit: *Capella ad S. Dominicum ſepulchrum in foro vinario ad clivum Dominicanorum rotunda ſumptibus Dominorum de Argon potentium Patritiorum Auguſtæ conſtructa eſt. Ea hodie temporum injuriâ & antiquitate collapſa majoris commoditatis & cultûs divini promovendi causâ ex vinario foro ad novam Eccleſiam S. Franciſci FF. Minorum de Obſervantiâ in ſuburbio Jacobæo transactione per Reverendisſimum Capitulum* (cathedrale) *Auguſtanum cum Magiſtratu ejusdem Urbis ratione loci initâ anno 1619. translata & fundamentis extructa fuit; ex quo tempore tota dictorum religioſorum fratrum familia hactenùs ab anno 1588. in privatis ſolùm ædibus aggratiante Reverendisſimo ac Prænobili Domino Joanne Othone de Gemmingen pro tempore Cathedralis Eccleſiæ Auguſtanæ Decano ac poſtmodùm etiam Epiſcopo Eyſtettenſi liberaliter ſuſtentata Dominicâ quartâ poſt Paſcha die 28. Aprilis* prætacto anno 1619. feliciter immigravit novo huic S. Sepulchri Dominici Cœnobio: quod in præſens usque haud ſine maximo civium orthodoxorum ſolatio conſtanter incolit Sacra Seraphica hæc caterva non niſi in fine ſeculorum (faxit Cœlum) inde denuò transferenda.

❋AUGUSTANUM.

STELLÆ ſeu AD STELLAM ex antiquâ traditione ſeu conſuetudine taliter intitulatum ſodalitium parthenium eximiis planè inhabitantium religioſæ pietatis & virtutum exemplis in admirationem ſimul & ædificationem omnium quaſi continuis hodie præclariſſimum, jam à pluribus annis viſitationi

tioni RR. Patribus Ordinis Minorum, S. Franciſci, qui *Conventuales* appellantur, addictum. De genuino Phrontiſterii hujus exordio minùs benè conſtat ob litteraria nimirùm documenta ſuperiori durante ſeculo hæreticorum veſaniâ dolosè ſubtracta ac diſſipata: quorum tamen vices aliquandò ſupplent & atteſtantur ſepulchrales quidam etiamnùm reſidui lapides olim ſuper tumbas ac ſepulchreta Monialium repoſiti, iique appictis ſtellarum figuris exornati atque ſuâ (quam corâm exhibent) anni 1258. inſcriptione apertiſſimè quaſi demonſtrantes, jam quaternis abhinc retrò ſeculis & ampliùs plures Veſtales cœleſti ſponſo Regi Virginum Chriſto devotas locum incoluiſſe, atque ejuſmodi clauſtrales domicellæ anno 1537. cum toto Clero Auguſtano & ipſæ quoque ad unam omnes furente hæreſi ſolum vertere, & triſtes abire compulſæ, denuò tamen cum aliis reſtitutæ fuerunt anno 1550. à quo tempore parthenius iſte cœtus indies propemodùm illuſtrior evaſit, ac propriam (qualem hactenùs non habuit, ſed privatum ſolummodò Oratorium aliquod in clauſtrali dormitorio horariis precibus effundendis accommodum) Eccleſiam accepit omninò novam, eamque anno 1574. die 26. Julii feſto S. Annæ Matris genitricis Dei Mariæ ſimul ac S. Eliſabethæ viduæ miniſterio Reverendiſſimi Suffraganei Auguſtani Epiſcopi Adramiteni Michaelis Dornvogel ſolemni ritu dedicatum.

Conſtans traditio eſt ſacrum hoc Contubernium à primo ſui exordio ſpecialem aliquem authorem ſeu fundatorem omninò habuiſſe nullum, ſed civicas ſolùm aliquot puellas ſingulari Dei ſervitio ſeſe mancipantes de propriis (quas largas admodùm & opulentas habuerunt) dotibus ac facultatibus ſuis ædes aliquot urbis emptitiè comparâſſe: quibus in formam regularis Clauſtri coordinatis, omnes illas aſſumpto habitu regulari in leges (quæ Tertiariorum ſunt) S. Seraphici Patris Franciſci juraſſe deposthac obſervandas; aſt tandem ad ordinem Minorum, uti vocantur, Conventualium fuiſſe receptas, quæ & quales hodiedùm ſunt à jurisdictione Ordinarii liberæ & exemptæ; proin à ſolo memorati Ordinis P. Provinciali certis temporibus viſitari ſolitæ.

❀ AUGUSTANUM.

S. STEPHANI *nobili genere natarum non equidem Monacharum, ſed ab omni jugo & profeſſione liberarum Collegium potiùs quàm Cœnobium intra potentiſſimæ Urbis Auguſtanæ mœnia versùs ſeptentrionem penè eo ipſo loco ſitum, ubi ab Imperatore Othone Magno Hunni olim magnâ virtute cæſi ſunt: fundatum & conſtructum eſt annum circiter 966. à S. Udalrico Auguſtanæ Urbis Epiſcopo Comite de Kyburg & Dilingen; cujus frater germanus Theobaldus Cæſaris caſtra ſecutus ab Hunnis eodem loco cæſus erat. Dictum eſt S. Stephani Cœnobium, quòd Hunnorum Rex ibi à S. Udalrico baptizatus Stephanus appellatus fuiſſet.* Hæc Bruſchius de Monaſteriis Germaniæ cent. 1. fol. m. 133. Et Stengelius Abbas de antiquo Parthenonis hujus exordio part. 2. cap. 18. num. 29. vel paucis ita ſcribit: *Eccleſias diverſas aut de novo extruxit* (S. Udalricus Epiſcopus antedictus) *aut certè collapſas reſtauravit. S. Joannis parochiale templum propè cathedralem Eccleſiam S. Afræ ab Ungaris exuſtam, in quo etiam ſibi ſepulchrum delegit; S. Stephani, eo in loco, ubi Ungari cæſi fuerant, vel, ut alii tradunt, ubi Theobaldus ipſius frater ceciderat, adjuncto Monaſterio Sacrarum Virginum ſub regula S. Benedicti* (*quod tamen poſteris annis in Collegium Nobilium Canoniſſarum vertit*) *quibus Abbatiſſam præfecit Eleuſiniam ſororem ſuam, quam tamen alii non niſi cognatam fuiſſe volunt, in vicino D. Galli ſacello ſepultam.* Item infrà cap. 26. num. 7. *Proditum eſt eum* (Eberhardum Epiſcopum Auguſtanum numero viceſimum ſextum A. 1046. cœlis receptum) *plurimùm auxiſſe Monaſterium S. Stephani Auguſtanæ pagumq; Pfaffenhoven ejuſdemq; decimas eidem dono reliquiſſe.* Et cap. 73. num. 4. *anno Chriſti 1620. abſo-*

abſoluta eſt inſtauratio templi S. Stephani adjectâ novâ turri à fundamentis, ſiquidem cùm antiqua altior erigeretur, & elegantior efformaretur citra magnum damnum collapſa eſt. Inſcriptio marmori inciſa ſic habet: Hanc D. Stephani Martyrum Principis ædem ante annos ferè quinquaginta ſupra ſexcentos à Divo Udalrico Pontifice Auguſtano conditam ſenioq; fatiſcentem Dorothea à Schwendi inſtauravit anno 1628.

Abbatiſſarum hujus loci catalogum usq; ad ſua tempora deductum recenſet Bruſchius antecitatus, & poſt ipſum memoratus etiam Stengelius in Mantiſsâ ad ſuum Commentarium rerum Auguſtanarum cap. 45. fol. 85. ubi ultima (aliàs ordine decima ſeptima) ponitur jam antè laudata Venerabilis ac Nobiliſſima Domina Dorothea à Schwendi electa anno 1612. ſecùs verò (ut Stengelius habet) 1609. quæ magis meritis & virtutibus onuſta mortem oppetiit anno 1650. eiq; proxima ſucceſſit Maria Dorothea de Weſternach poſt annos 28. terreſtrem mortalitatem exuta. Anno 1678. faſces indepta fuit Maria Cleophe ab Halweil poſt biennium fatis extincta. Anno 1681. concordi ſuffragantium electione ad regimen promota fuit Maria Margarita Thereſia Baroniſſa de Bodmann vitam ac regimen exuta anno 1694. poſt quam præ reliquis dignior inventa ſubintravit Reverendiſſima ac Illuſtriſſ. Domina Domina Maria Suſanna Baroniſſa de Sirgenſtein: cui in lucidisſimum totius Auguſtanæ civitatis exemplum ipſis etiam heterodoxis civibus admirandum jugiter in Domino deſerviunt & fideliter asſiſtunt Venerabiles ac Perilluſtres Domicellæ ſequentes: Joanna Suſanna ab Eyb Senior: Maria Margarita Franciſca de Bubenhofen: Maria Roſa Baroniſſa de Prasperg: Maria Catharina Franciſca Schliderin de Lachem: Maria Joſepha Eliſabetha ab Eyb: Maria Eva Roſina Baroniſſa de Bodmann: Maria Roſa Beatrix Baroniſſa de Freyberg: omnes iſtæ ceu filiæ Regum in honore ſuo circumamictæ varietatibus virtutũ cum altefactâ pientisſimâ Antiſtitâ ſuâ verè ſplendidisſima gloria Jeruſalem, lætitia Iſrael, ac honorificentia populi noſtri Suevici.

❋ AUGUSTANUM

S. UDALRICI & AFRÆ Imperiale *Cœnobium omninò magnificentisſimum; cujus antiquisſimam originem fuiſſe ex vetuſtis litterarum monumentis & ſacris Eccleſiæ Auguſtanæ traditionibus perſpicuè doceri poteſt. Nam cùm anno Chriſti trecenteſimo tertio, ſeptimo Idus Auguſti S. Afra civitatis Auguſtanæ Patrona à Gajo Judice ignis ſupplicio affecta fuiſſet, eam Hilaria mater memoria, quam ſibi ſuisq; conſtruxerat, condidit, & ſuper ſacri corporis reliquias ædiculam vilibus ex lignis, ut tabulæ Eccleſiaſticæ loquuntur, excitavit, ibiq; cum ancillis ad ſepulchrum excubans Martyrii coronam itidem accepit. Porrò aream ſeu ſpatium ejusdem Baſilicæ à primis fidei Chriſtianæ Auguſtæ plantatæ incunabilis Chriſtianorum ſepulchris fuiſſe dicatum nemini debet eſſe dubium. Nam, quod ſatis conſtat, ibi ſepulchri locum accepêre Afra, Hilaria, Digna, Eunemia, Eutropia, Afer, Dionyſius Quiriacus, Largio, Creſcentianus, Eutychianus, Charito, Philadelphus, Petrus, Nimmia, Juliana, Dionedo, Leonide, Agape; addidere quidam Emblaſium, Euriam, Fauſtam. Item alii, quorum nomina intercidêre. Condita ibi quoq; plurimorum aliorum pro Chriſto necatorum corpora. Ea deinceps area, diu Epiſcopis noſtris ſedes vivis, ſepulchrum mortuis fuit. In quâ eosdem ſynodos coëgiſſe, myſteria diviſiſſe, de rebus divinis ſermonem feciſſe, ac omnia, quæ ad pietatis cultum pertinent, egiſſe, non eſt à vero alienum. Sacra verò ædicula, quam ſtatim ab Afræ morte inædificatam fuiſſe diximus pro temporum varietate ſæpe disjecta, ſæpe reſtituta in Baſilicæ deniq; amplitudinem, quam nunc oculis conſpicimus, excrevit, & urbe pomœrio prolato recepta eſt. Eadem Eccleſia plerarumq; circa domorum ſola, quæ ſolarii penſionibus nunc obnoxia habet, lege Conſtantini adjudicata accepiſſe ſentiendum; cùm Afram posſesſiones id loci habuiſſe famâ ſit proditum. Quinquies minimùm fuit exuſta. In annalibus refertur Auguſtam Hunnicæ tempeſtatis vi graviter concuſſam, fœdè vaſtatam, ædiculam, quam cœmeterio poſt Afræ mortem additam diximus, inflammatam.*

matam. Nam Attila omnium poſt hominum natos mortalium maximè ferox & ſuperbus, obvia quæq; fulminis in morem protrivit atq; disjecit annum circiter quadringenteſimum quinquageſimum primum. Indubium eſt poſt acceptam cladem à Chriſtianis qui ſuperfuêre aedem memoratam reſtitutam Clericosq; adunatos fuiſſe, cùm ante B. Gregorii tempora homines ſacris initiatos eum locum inhabitâſſe litteris ſit conſignatum. Rebus Romanis Gothicisq; in his locis labefactatis Alemannisq; à Francis devictis, eosdem quoq; noſter locus magnos benefactores eſt expertus. E quibus præcelluêre Dagobertus Magnus, Pipinus & Carolus Magnus Franciæ Reges, qui eundem variis donis auxerunt & locupletârunt. Sub iisdem Wicterpus & Simpertus Epiſcopi præcipuè locum hoſtili manu vaſtatum reſtaurârunt vivi, mortui ſepulturam acceperunt, ac præter eos Toſſo, Nidgarius, & Adelbero Epiſcopi, omnes Auguſtani & ſanctitate clari. Benefecerunt ſacro loco alii quoq; principes viri præcipuè Duces Noricorum, inter quos Taſſilo plurima contulit quorùm propter frequentes hoſtium incurſus, loco nihil permanſit. Omnium tamen clarisſima extant beneficia S. Udalrici (à quo nunc ipſi loco nomen) qui eundem bis inſtauravit, Primò anno 924. ordinationis ſuæ primo, ſecundò poſt crudelem illam vaſtationem per Hungaros anno 955. factam; ibidem conditus anno 973. in hodiernum usq; diem innumeris claret miraculis.

Canonicis à regulari tramite deſciſcentibus ſuffecit Bruno Epiſcopus Religioſos Ordinis S. Benedicti anno circiter milleſimo Duodecimo, quibus Reginbaldum præfecit, cujus laus eſt apud Raderum in Bavariâ ſanctâ volum. 1. fol. 115. & ſcriptores monaſticos alios plures.

Cæterùm Monaſterio SS. Udalrici & Afræ S. Henricus Imperator fundos ac prædia contulit, cujus conjunx S. Cunegundis locum donis amplisſimis auxit. Anno milleſimo trigeſimo primo Eberhardus Epiſcopus addidit pontem Lyci cum telonio. Circa annum milleſimum quadrageſimum nonum Leo IX. Pont. Max. Auguſtæ in ſæpe memoratâ Baſilicâ ad Sanctorum memorias venerabundus Deo ſupplicans audivit voces Angelorum canentium: Ego cogito cogitationes pacis & non afflictionis.

Floruêre dicti Cœnobii Monachi magnâ certè virtute, doctrinâ & conſtanti diſciplinâ ad poſtrema penè tempora. Quod petiti inde non modò in vicina Monaſteria Antiſtites, ſed frequentes etiam civitatum Epiſcopi demonſtrant, quorum tamen nomina, & res geſtas hoc loco referre, nec hujus loci, nec Inſtituti noſtri eſt. Hoc tamen addam; primos ſtatim poſt Reginbaldum Abbates, Degonem, Gotiſgenum, Frideboldum, Henricum, Theodonem, Adalberonem non ſolùm verbo & exemplo ſuis egregiè præfuiſſe, ſed famâ vel usq; ad ſidera notos, ideoq; ob tam præclaram nominis celebritatem, ad altiores dignitatum gradus promotos, hinc diſcesſiſſe præter Frideboldum, quem S. Henricus Imperator, cui à Confesſionibus fuerat, tanto amore pariter & honore proſequebatur, ut quotiescunq; curiam Imperator adiret, ei cum Primatibus aſſurgeret, & nunquàm ipſi priùs daret licentiam abeundi, quàm aliquod clenodium pro munere acciperet à Rege.

Adalberonis ſeptimi Abbatis conſenſu S. P. Q. Auguſtanus locum (cùm toties hoſtium incurſibus patuiſſet) urbe pomœrio prolato recepit. Idem Alexandri II. partes ſecutus à civibus injuriâ affectus, Romæ benignè à Pontifice auditus in reditu obiit anno 1065. Eccleſia verò noſtra ab Embricone Epiſcopo inſtaurata, dedicata eſt ab eodem, asſiſtentibus ſibi Gunſone (quem Bruſchius Gundecardum nominat) Eiſtettenſi & Ellenhardo Friſingenſi Epiſcopis, præſente Henrico IV. in vigiliâ Nativitatis Sanctæ Dei Genitricis anno 1071. Eandem ob cauſam, ob quam Adalbero, Egino decimus tertius ab Hermanno Epiſcopo exagitatus ſub Paſchali II. Piſis vitâ exceſſit, miraculis clarus anno 1122.

Sub Hezilone Abbate Conradus de Lützelſtein Epiſcopus Auguſtanus Monachum induit in hoc Cœnobio 1156. Eidem poſteà anno 1167. vitâ functo ſuccesſit Hardovicus de Lierheim Prior noſtri Cœnobii. Anno 1183. decimo ſexto Calendas Julii Monaſterium cum Eccleſiâ igne conflagravit. Exin novum templum excitatum & ſolemni Eccleſiæ ritu dicatum, ſacratumq; eſt anno 1187. octavo Idus Aprilis à Conrado Archiepiſcopo Moguntino asſiſtentibus eidem Udalſcalco Auguſtano, Ottone Friſingenſi, Hermanno Monaſterienſi, Ottone Arelatenſi, Berchtoldo Tullenſi Epiſcopis. Arcâ inſuper, quâ Sacra D. Udalrici Lipſana continebantur ipſiusmet Imperatoris Friderici (qui cum tribus filiis multisq; Imperii Principibus aderat) ac trium Epiſcoporum humeris, honoris causâ elata fuit. Tempo-

Tempore Abbatis Conradi primi, qui iniit anno 1334. magnum extitit incendium, quo periere 250. domus noſtræ parochiæ: ipſum Monaſterium inſlammatum, fratribus Dei ac S. Afræ opem implorantibus & reſpon. Martyr. Sancta Dei concinentibus divinitùs igne ſopito conſervatum eſt. Hinc poſteris temporibus ſolemnis ſupplicatio per gyrum Monaſterii Dominicâ quintâ poſt Paſcha inſtituta fuit.

Levavit idem Abbas de fonte baptiſmatis omnes liberos Ludovici quarti Bavari Imperatoris, cui etiam à confeſſionibus fuit, & non pauca privilegia & gratias ab eo conſecutus eſt.

Notandum eſt, inter cætera, ut quoties locus benè reformatæ vitæ laude floreret, tùm maximè ſigna ad Sanctorum interceſſionem ibi ederentur. Habuit autem, ut multa ſunt indicio, primam reformationem ex Monaſterio Hirſaugienſi, quam novam ſeu Cluniacenſem appellant. Deinde decreto Concilii Conſtantienſis & Benedicti XII. Conſtitutionibus ſubjectum fuit Capitulo Provinciæ Moguntinæ. Tertiò reformationem accepit à Mellicenſibus, quam etiam per Melchiorem Abbatem per plura Monaſteria propagavit, præſertim Ottenburam, Thierhaupten & Fultenbach miſſis illuc religioſis boniq; teſtimonii fratribus. Tùm etiam Sanctorum Corpora effoſſa, reliquiæ Sanctorum inventæ & S. Simperti diem feſtum celebrandi licentia eſt impetrata. Ejus porrò ſacræ reliquiæ cùm aliàs translatæ ſunt, tum maximo apparatu, quem præter Fridericum Epiſcopum & Clerum Auguſtanum Maximilianus Cæſar Chriſtophorus & Wolfgangus Bojorum Duces coràm honeſtavêre anno milleſimo quadringenteſimo nonageſimo ſecundo, nono Calendas Maji tertiâ Paſchæ feriâ.

Novæ templi ſtructuræ ſub prædicto Melchiore anno 1466. initium factum, quæ tamen anno 1474. ventorum vi disjecta, ipſo SS. Petri & Pauli concidit & triginta tres utriusq; ſexûs obruens vitâ privavit. A fundamentis dein 1477. novum templum excitari cæptum, quod anno ſeculari milleſimo quingenteſimo in die S. Margaretæ ſolemni Eccleſiæ ritu conſecratum eſt, & eodem lapis primus pro fundamento novi Chori maximâ pompâ poſitus per Maximilianum I. Imperatorem & Fridericum Comitem S. Severini Cardinalem S. Theodori talem inſcriptionem continens:

Jeſu Chriſto Sacrum
Maximilianus Romanorum Cæſar Auguſtus
Ad III. Idus Julias à fundamentis
Lapidem hunc primũ poſuit A. M.D.

Trulla verò, quâ Cæſàr utebatur, hæc continebat:

Perpetuæ ſecuritati & D. Udalrico majori, atque Propinquo ſuo, ex proſapiâ vetere Principum Ferretenſium D. Maximilianus Rom. Cæſar Comes de Phirt dedicavit
Anno Jubilæo M.D. ad III. Idus Julias.

Tantæ ſolemnitati præter Cardinalem & Imperatorem interfuêre complures alii tam Eccleſiaſtici quàm ſeculares Principes; præcipui numerabantur Berchtoldus Archiepiſcopus Moguntinus, & Erneſtus Dux Saxoniæ Archiepiſcopus Magdeburgenſis. Laurentius Herbipolenſis, Gabriel Eiſtettenſis, Joannes Dalburgius Wormatienſis, Melchior Brixinenſis, ſimiliter Tergeſtinenſis & Viennenſis Epiſcopi. Fridericus Dux Saxoniæ & Joachim Marchio Brandeburgenſis Electores, Georgius & Albertus Bavariæ Duces. Albertus & Georgius Saxoniæ, Georgius & Henricus Brunswicenſes, Henricus & Magnus Megalopolitani, & Wilhelmus Juliacenſis & Montium. Fridericus & Caſimirus Brandenburgenſes Marchiones cum Mantuano. Adhac Legati Regum Franciæ, Hiſpaniæ, Poloniæ, Hungariæ & Apuliæ ac Venetorum. Reliquorum Principum & Epiſcoporum ac Imperialium civitatum (quæ per Legatos ſuos tùm in Comitiis comparuerunt) nomina brevitatis causâ tranſeo. Abbates Campidonenſis, Cæſarienſis, Vinearum, Salemitanus, Horetanus, Melicenſis, & S. Crucis Werdæ & SS. Udalrici & Afræ Conradus Mörlin, innumeri præterea Comites ac Barones.

Illud templum noſtro primum tempore feliciter eſt abſolutum.

Hactenùs Carolus Stengelius Abbas laudatus ſuprà in ſuâ Monaſteriologiâ Benedictinâ 1619. typis Auguſtanis editâ. Cœterùm *aſſervatur* (inquit Gab. Bucelinus in ſuâ Germaniâ ſacrâ part. 2. fol. 90.) *in eodem Cœnobio ingens SS. reliquiarum theſaurus; corpus inprimis integrum S. Udalrici Cœnobii & totius diœceſeos Tutelaris: Corpus item integrum atq; incorruptum S. Afræ Martyris ſimiliter Tutelaris totius diœceſeos. Item corpora integra SS. Hilariæ, Dignæ, Eunomiæ, Eutropiæ, Agape, Leonidis, Julianæ, Nim-*

niæ, Diomedis, Euriæ & Fauſtæ Martyrum, Corpus integrum Simperti Epiſcopi, corpus integrum S. Wicterpi, ſed & corpora integra BB. Toſſonis Nidgarii & Adalberonis Pontificum Auguſtanorum. Item Corpora integra SS. Martyrum Dionyſii primi Vindelicorum Metropolis Epiſcopi, S. Afri Patrui S. Afræ, Quiriaci, Largionis, Creſcentiani, Eutychiani, Charitonis, Philadelphi, Petri, Emblaſii & plurium aliorum, quorum nomina ignorantur. Ut nihil de plurimis aliis reliquiis memoremus, è quibus præ aliis æſtimatur Crux S. Udalrico è cœlo allata in ſignum Victoriæ contra Hungaros; quam ipſe in prælio exercitui præferebat. Sic ille loc. cit.

Denique fuſiorem Imperialis ac magnificentiſſimi Monaſterii ac ſpectatiſſimi (quod maximè ſuperbit geminâ Auguſtiſſimorum Principum Ferdinandi IV. & Joſephi I. Archiducum Auſtriæ & reſpectivè Hungariæ ac Bohemiæ Regum electione in Regem Romanorum & primâ quidem tertio Calendas Junii 1653. alterâ verò ſeptimo Calendas Februarii 1689. iſthic apud S. Udalricum feſtiviſſimè factâ & celebratâ) templi Auguſtano-Udalricani deſcriptionem, vide, ſi placet, illam, quam anno 1627. typis Auguſtanis in fol. excuſam promulgavit loci Prior Bernardus Hertfelden idem poſtmodùm 1631. etiam in Abbatem electus toto laudatiſſimi regiminis ſui tempore non ſolùm de hoc Cœnobio ſuo, ſed & de totâ diœceſi ac civitate Auguſtanâ ſecundùm avitam religionem innoxiè ſervandâ multis titulis ſtrenuiſſimè promeritus omni vitâ ſuâ morum pietate, bonitate & doctrina clariſſimus, demùm anno 1664. ætatis 77. Sacerdotii 51. regularis profeſſionis 62. placidè in Domino demortuus: cujus partes ac vices ex nunc à biennio juſtiſſimè ſupplet & explet meritis omninò par ſucceſſor illius ambitionis (ut de ipſo alicubi ſcriptum legitur) immunis, à luxu & ſuperbia remotus, ingenio excultus, judicio tranquillus, affatu benignus, conſuetudine pacatus, à partium ſtudio alienus, vitæ tranſactæ integer, paucis, ſacra Cidari lituoque paſtorali digniſſimus Reverendiſſimus ac ampliſſimus Dominus Dominus Wilibaldus S. R. J. Prælatus & Abbas ad SS. Udalricum & Afram, S.C. Majeſtatis Conſiliarius & Sacellanus perpetuus, bono publico nunquàm non feliciſſimè ſoſpes ſervandus in ſæcula. Fiat! fiat!

Sed, quod ampliùs eſt & unum adhuc Udalricanæ huic hiſtoriæ coronidis loco ſuccedat hîc etiam grata Illuſtriſſimorum ſæpe hactenùs nominatorum DD. Fuggerorum memoria multis titulis in ſpectatiſſimo SS. Udalrici & Afræ templo usque modò conſpicua, eaque in citata hujusmodi Baſilicæ deſcriptione ſuis locis taliter annotata fol. 55. *Ad dextram propè conſpicitur quintum altare Divæ Virgini ſacrum, quod aſſumptionis ejusdem hiſtoriam coloribus eleganter expreſſam oculis exhibet. Munus eſt ab Illuſtri ac Generoſo Domino Chriſtophoro Fuggero libero Barone in Kirchberg & Weiſſenhoren Joannis filio, Antonii Nepote. Crypta ibi eſt ſubterranea, Monumentum ſcilicet, quod ſibi ſuisq́ vivus poſuit, & jam cum conjuge ſuâ Mariâ ex Comitibus de Schwarzenberg mortuus inhabitat.* Et paulò pòſt fol. 56. *Dextera ingredientibus ala quinq́ ſacella habet. Primum S. Georgii Martyris electum pro ſepulturâ ab Illuſtri ac Generoſo Domino Georgio Fuggero Raymundi filio Barone in Kirchberg & Weiſſenhorn. In eo ipſe cum conjuge & copioſâ prole poſt ſolutum naturæ debitum jam quieſcit. Alterum D. Andreæ Apoſtoli titulum præſeferens Illuſtris ac Generoſi Domini Marci Fuggeri Antonii Filii Liberi Baronis in Kirchberg & Weiſſenhorn S. C. M. Conſiliarii ac Duumviri Auguſtani magnificentiam exhibet. Clauditur ſepto ſat pulchro & ſumptuoſo marmoreis columnis ac ferreis cancellis diſtincto, cui Chriſti Servatoris ac duodecim Apoſtolorum ſtatuæ è candido marmore ſuperſtant. Marcus cum conjuge Sibillâ Wilhelmi Comitis ab Eberſtein filiâ, ac totâ poſteritate, erecto etiam ſpectabili monumento hic ſepeliri voluit*, ſub hujusmodi Epitaphio.

D. O. M.

M*Arco Fuggero Barone in Kirchberg & Weiſſenhorn, qui Rudolpho II. Auguſto à Conſiliis fuit, mores & urbes Hominum vidit, familiæ ſuæ decus aſſeruit, Rempublicam perturbatis temporibus fide, authoritate, prudentiâ ſuſtentavit, artium bonarum ſtudioſis, egentibusq́ prolixè opitulatus eſt, & Catholicam religionem corde dilexit ſuo hæredes curaverunt.*

Obiit XIV. Cal. Julii anno M.D. XCVII.

Item infrà fol. 57. *Quintum* (ſacellum) *SS. Benedicti & Franciſci à Generoſo & Illuſtri Domino Octaviano ſecundo Fuggero*

gero Georgii filio Duumviro Auguſtano extructum. Cryptam habet ſubterraneam, in quâ & ipſe ſepulturam accepit, & poſteris ſuis reliquit. In ſiniſtrâ deinde Templi alâ ſacellum ſat elegans eſt Divo Bartholomæo Apoſtolo dicatum, quod ſibi ſuisq; in memoriam fieri curavit Illuſtris ac Generoſus Dominus Philippus Eduardus Liber Baro in Kirchberg & Weiſſenhorn. Obiit anno M. DC. XVIII. ætate & annorum numero cunctos ſui generis ſuperavit virtute & prudentiâ nulli ſecundus.* In poſteriore Templo aliud D. Michaelis *ſacellum eſt Illuſtriſſ. ac Generoſi Domini Jacobi Fuggeri Antonii filii Liberi Baronis in Kirchberg & Weiſſenhorn, Domini in Babenhuſio Inſignibus clarum, cujus etiam ſumptu & munificentiâ majus (præ cunctis reliquis totius civitatis Auguſtanæ omninò ſplendidisſimum) organum primò erectum fuit; quod cum vetuſtate nonnihil deformatum, inutile etiam fieret, quatuor filii hæredes Georgius, Joannes, Hieronymus & Maximilianus Illuſtres Kirchbergæ & Weiſſenhornii Comites inſtaurari & auguſtiori loco, quo hodie conſpicitur, poni, ſacellum quoque novâ arâ ornari fecerunt. Jacobus ſibi ſuisq; ſepulturam hic parari vivus curavit; ſed mortuus eam non eſt ingreſſus, maluit enim in ſuo caſtro Babenhuſiano ſepeliri.*

❀AUGUSTANUM

S. URSULÆ Virg. & Soc. M. M. dicatum Ordinis S. Dominici Parthenium hodiedùm floret; ejus tamen domicellæ cum ſuâ Prioriſsâ ſub curâ & viſitatione Ordinarii, non item ut illæ in Auguſtano itidem Monaſterio ad S. Catharinam ſuprà recenſito locatæ regularibus ſui Ordinis Viſitatoribus parent. Stengelius de initio religioſi clauſtri hujus part. 2. cap. 50. ad finem ita ſcribit: *A. 1335. Cœnobium Monialium S. Urſulæ ſub inſtituto S. Dominici degentium initium ſumpſit à duabus ſororibus Beginarum more viventibus.* Et infra cap. 65. num. 4. *Eodem anno* (1520) *Auguſtæ Eccleſia Cœnobii S. Urſulæ Monialium Ordinis S. Dominici conſtructa fuit, illud verò Monaſterium initium ſumpſerat anno 1335.*

AURACENSE

ANtiquiſſimi Comitatûs (jam pridem ditioni Wirtenbergicæ conjuncti) *Auracenſis* ſeu *Uracenſis* appellati potisſimum paris nominis caſtrum & oppidum geographicè depictum ſimul & hiſtoricè deſcriptum in Topographia Sueviæ apud Zeillerum fol. 26. nec non apud Cruſium in Paralip. ad annales Sueviæ cap. 7. fol. 24. Hoc inquam oppidum duobus abhinc ſeculis Collegium (de prima fundatione ſua nondùm per nos inquiſitum) Canonicorum ſecularium habuiſſe, illudque tùm temporis ſecundùm primævum Inſtitutum ſuum ſive propriam vivendi rationem aliquatenùs immutatum fuiſſe ſimpliciter oſtendit Trithemius Abbas in ſuo Chronico Hirſaugienſi novæ editionis San-Gallenſis de anno 1690. tom. 2. fol. 513. in hæc verba ſcribens: *Eodem tempore* (1482.) *Comes Eberhardus à Sixto* (hujus nominis quarto) *Papâ obtinuit auctoritatem & licentiam transferendi ſeculares Canonicos de collegiatâ Eccleſiâ, quæ fuit in oppido Urach ad Herrenberg, & in eorum locum reponendi fratres, qui de communi vitâ nuncupantur, propterea quod Apoſtolorum exemplo ſine proprio ſocialiter vivant in communi ſub uno Præpoſito. Indulgentias etiam plurimas impetravit pro eâdem Eccleſiâ in Urach, quam reverſus in ſua magnificè conſtruxit & ſufficienter dotavit, in quâ & Roſam auream à Pontifice donatam cum Reliquiis Sanctorum collocavit.* Plura de novo hujusmodi Canonicorum Auracenſium Inſtituto vid. infrà V. *Schönbuchianum.*

AURACENSE

QUoddam etiam vetus (uti vocat illud Cruſius in Paralip. ad annales Sueviæ cap. 7. fol. 24.) Monaſterium Ordinis tamen haud amplius inquirendi, quia jam pridem ab hæreticis exterminati primario templo Auracenſi propiùs

piùs adſitum, adhuc circa annum 1590. in muris & ſtructuris ſuis conſtitiſſe plenum & integrum quamvis omni ſacratiore cultu vacuum, ac partim à miniſtro (Lutherano) parochialis Eccleſiæ partim à Scholaſticis tùm Profeſſoribus, tùm diſcipulis id temporis fuiſſe tentum & inhabitatum refert idem Cruſius loco citato.

AURACENSE

Aliud quoddam apud Auracenſes Monaſterium hoc tamen fœmininum, & quidem de Ordine S. Dominici meritis & virtutibus inhabitantium aliquandò clariſſimum: cujus domicellas anno 1558. triſti fato religioſâ manſione ſuâ fuiſſe dejectas & emigrare coactas novimus ex Documentis Monaſt. Wirtenberg. Virginum fol. 155. ubi inter alia ſic legitur: Anno 1558. den 25. Julii berichtet Ober-Vogt zu Urach/ was maſſen er auff empfangnen Befelch mit den ſechs Cloſter-Frawen alldorten / daß ſie ihr Wohnung raumen / vnd ſich nach Offenhaußen begeben / mit mehreren gehandlet / welche ſich gleichwohl darob übel gehaben / vnd zum höchſten beſchwert / aber doch endlich ſelbiges / weilen es je anderſt nit ſeyn könte / mit dißer condition verwilliget / daß ihnen das ihrig gen Offenhaußen ſolte gefolgt / vnd ſie darinn mit Notturfft verſehen werden. So vermelt er Vogt ferners / wie daß er auch mit den Cloſter-Frawen zu Offenhaußen gleichfahls gehandlet / die wollen guetwillig ſie die Cloſter-Frawen von Urach doch mit ihrem Guet annemmen. Item den 27. Julii iſt an gedachten Ober-Vogt vnd Conrad Engel ein Inſtruction außgefertiget worden / wie und welcher geſtalt ſie ſich ſo wohl mit den Beginen in der Claußen zu erwehntem Urach vergleichen / als auch mit den Cloſter-Frawen zu Offenhaußen derenthalben / damit ſie es auff- und annemmen / auch Unterhaltung geben / verhandlen ſollen. Worauff ſie Bericht vnd Relation gethan / welche dahin gehet / daß beſagte ſechs Schweſteren nach Offenhaußen ſich begeben / auch allda ihr Underhalt vnd Nahrung haben / vnd ihr Leben beſchließen / iedoch von der Geiſtlichen Verwaltung ieder vnder den drey Elteren für ihr Leibgeding 20. Gulden vnd zween Aymer Weins / für die 3. Jüngere aber 15. Gulden gelieferet werde ꝛc.

AURACENSE.

Alterum iſthìc loci fœminini ſexûs Incluſorium fuit Ordinis (ut opinor) S. Franciſci tertiæ tamen regulæ ſubditum & addictum: quod anno 1538. trinas Moniales pro tunc locum incolentes virtute inimicâ potenter in id adactas triſti & amaro corde dereliquiſſe refertur loco antè citato fol. 101. ſub his verbis: In dem Uracher Beginen Hauß haben ſich diß (1538ſte) Jahr drey Schweſteren bereden laſſen / daß ſie ſich der Claußen verzigen.

Lit. B.

BACHENSE

Ita proprio nomine ſuo dictum percelebre quondam in Ducatu Wirtenbergico, præfecturâ verò Schorndorffenſi Clericorum ſecularium in communi viventium Collegium diœceſis Conſtantienſis ſecundùm aſſuetam vivendi rationem formulæ ſeu Inſtituto paulò ſuprà in deſcriptione paris cujusdam Collegii Auracenſis recenſito juſtiſſimè conquadratum. Floruit antehàc quidem usque ad tempora Lutheraniſmi noviter exorti nunquàm non moribus inhabitantium excultiſſimum, aſt hodie vix & ne vix quidem nomine ſuo poſteris apertum, proìn iis ſolùm Eccleſiis & Conventibus ſacris

cris annumerandum, qui jam pridem à Principe terræ ſeu heterodoxo Duce Wirtenbergiæ in profanos uſus fuerunt abrepti.

BACKNANGENSE.

NObile Monaſterium Canonicorum Regularium Ord. S. Auguſtini in notâ paris nominis ditione & oppido (vel breviter deſcripto apud Zeillerum in Topographiâ Sueviæ fol. 29.) Backnangenſi propè Muram fluvium infra diſtrictum diœceſis Spirenſis anno 1116. S. Pancratio Martyri dicatum. Primus hoc condidit Hermannus Marchio Badenſis: cujus fundationem paulò pòſt ratam gratamque habuit atque authoritate ordinaria confirmavit Bruno Spirenſis Epiſcopus ordine triceſimus ſextus, idem ſapientiſſimus vir intitulatus à Bruſchio de Epiſc. German. tom. 1. cap. 6. Venit etiam in partem fundationis ſeu dotationis Backnangenſis Rudolphus Baro Eberſpergenſis, qui, niſi halucinatur Cruſius, jam ſub initium Seculi decimi claruit. Verba illius in annal. part. 2. lib. 3. cap. 6. ad finem ita ſonant: *Hoc* (ſub annum 911.) *tempore* (*ut in chartis M. SS. reperi*) *vivebat Rudolphus Baro Weiſſachenſis uxorem habens nomine Gilimetham. Habitavit Ober-Weiſſachii & tandem Ebersbergam ædificavit, fuit ultimus ſuæ ſtirpis, ideoque bona ſua in Canonicatum recèns inſtitutum Backnangenſem contulit. Ubi in templo ſepulti aliquot Marchiones ex hoc genere illius Benefactores; &c.* præ reliquis autem Hermannus fundator primarius, qualiter oſtendit Epitaphium illius, quod allegat idem Cruſius loc. cit. lib. 9. cap. 14. in hæc verba:

Hâc cubat Hermannus Badenſis Marchio tumbâ,
Qui clauſtri & templi conditor hujus erat.
Anno milleno moritur: centum quoque ſubdas
Terque decem à puero, quem pia virgo parit.
Huc dum transfertur, cum poſteritate fluebant
Quindecies centum, cum tribus adde decem.

Anno 1245. Innocentius Papa IV. plura ac varia Canonicis Backnangenſibus contulit privilegia, quæ fuſiùs explicat diploma (quod totum recitat idem Cruſius lib. 2. cap. 2.) pontificium clementiſſimè datum ſub hujusmodi tenore: *Innocentius Epiſcopus Servus Servorum Dei dilectis filiis Præpoſito Eccleſiæ de Baggenanc ejusq; fratribus tam præſentibus quàm futuris regularem vitam profeſſis ad perpetuam rei memoriam. Religioſam vitam eligentibus Apoſtolicum convenit adeſſe præſidium, ne fortè cujuslibet temeritatis incurſus aut eos à propoſito revocet, aut robur, quod abſit religionis infringat. Eapropter dilecti in Domino veſtris juſtis poſtulationibus clementer annuimus & Eccleſiam de Baggenanck Spirenſis diœceſis, in quâ divino mancipati eſtis obſequio, ſub B. Petri & noſtrâ protectione ſuſcipimus. In primis ſiquidem ſtatuentes, ut ordo Canonicus, qui ſecundùm Deum & B. Auguſtini regulam in eodem loco inſtitutus eſſe dignoſcitur, perpetuis ibidem temporibus obſervetur. Præterea quascunque poſſesſiones, quæcunque bona eadem Eccleſia in præſentiarum juſtè & canonicè poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione, Regum vel Principum, oblatione fidelium ſeu aliis juſtis modis præſtante Domino poterit adipiſci firma vobis veſtrìsque ſucceſſoribus & illibata permaneant, in quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis: locum ipſum, in quo præfata Eccleſia ſita eſt cum omnibus pertinentiis ſuis: curiam, quæ dicitur Mons, areas, curtes, domos, redditus, ſilvas, agros, tria molendina, piſcarium & quidquid habetis apud oppidum Backnangenſe: Hoſpitale ibidem poſitum cum ſuis pertinentiis Germanswiler, Nubach, Huningen, Rameſe, Wicleswiler, Aſtolinswiler, Conenwiler, Murre, Rudolfsberg inferius & ſuperius, Capellam S. Joannis ſitam ibidem, Juches cum omnibus pertinentiis eorundem: Wiha inferius & ſuperius cum molendino, Hitingesbach, Braden, Trafelbach, Saſſenwiler, Rodegaſtberc, Rodesmatswiler, Claſſenbach & quidquid habetis in*

parochiâ Baggenangenſi. Richenbach cum ſuis pertinentiis ante caſtrum Richenbon, bona & molendinum Sciura Giſelmar, aquam ſalſuginis in Halle cum ſuis pertinentiis. In Landſidel Eccleſiam S. Pancratii, cum decimis, redditibus & omnibus ſuis pertinentiis, Kupper, Balderichſtroden, Sigewinswiler, Egenenſteten, Zwingelhuſen, Kirchberc cum decimâ & aliis bonis Einter, Botebor inferius cum ſuis pertinentiis: Bona in ſuperiori Botebor, Gilenſtein, Einötts, Grumpenbach, Hoppecken, Muns, Blidolfsheim, Ingersheim, Baſtrkein, Mindolfsheim, Othmersheim, Gamertenken, Curiam, Molendinum & Eccleſiam S. Martini cum curiâ & omnibus pertinentiis ſuis. Decimam de Bintenvelt & in Rudinshofen bona. Vellach, curiam, vineas & areas cum ſuis pertinentiis Beckna & Grünbac cum pratis, vineis, terris, nemoribus, uſuagiis in buſco & in plano, in aquis & molendinis, in viis & ſemitis, & omnibus aliis libertatibus & immunitatibus ſuis. Sanè novalium veſtrorum, quæ propriis manibus aut ſumptibus colitis, de quibus aliquis hactenùs non percepit, ſive de veſtrorum animalium nutrimentis nullus à vobis decimas exigere vel extorquere præſumat. Liceat quoque vobis Clericos vel Laicos liberos & abſolutos è ſeculo fugientes ad converſionem recipere, & eos absque contradictione aliquâ retinere. Prohibemus inſuper, ut nulli Fratrum veſtrorum poſt factam in Eccleſiâ veſtrâ profeſſionem fas ſit ſine Præpoſiti ſui licentiâ de eodem loco niſi arctioris religionis obtentu diſcedere, diſcedentem verò absque communi litterarum veſtrarum cautione nullus audeat retinere. Cùm autem generale Interdictum terræ fuerit, liceat vobis januis clauſis excluſis excommunicatis & interdictis non pulſatis campanis ſuppreſſâ voce divina officia celebrare, dummodò cauſam non dederitis Interdicto. Chryſma verò, oleum ſanctum, conſecrationes altarium ſeu Baſilicarum, Ordinationes Canonicorum, qui ad Ordines fuerint promovendi, à diœceſano percipietis Epiſcopo, ſiquidem Catholicus fuerit, & gratiam ac communionem Romanæ ſedis habuerit, & ea vobis voluerit ſine pravitate aliquâ exhibere. Prohibemus inſuper, ut infra fines parochiæ veſtræ nullus ſine conſenſu diœceſani Epiſcopi & veſtro Capellam ſeu Oratorium de novo conſtruere audeat ſalvis privilegiis Pontificum Romanorum. Adhæc novas & indebitas exactiones ab Archiepiſcopis & Epiſcopis Archi-Decanis ſeu Decanis & aliis omnibus Eccleſiaſticis ſecularibusvè perſonis à vobis omninò fieri prohibemus. Sepulturam quoque ipſius loci liberam eſſe decernimus, ut eorum devotioni & extremæ voluntati, qui ſe illic ſepeliri deliberaverint, niſi fortè excommunicati vel interdicti ſint, aut publici uſurarii nullus obſiſtat, ſalvâ tamen juſtitiâ illarum Eccleſiarum, à quibus mortuorum corpora aſſumuntur. Decimas præterea & poſſeſſiones ad jus Eccleſiarum veſtrarum pertinentes, quæ à Laicis detinentur redimendi & legitimè liberandi libera ſit vobis de noſtrâ authoritate facultas. Obeunte verò te nunc ejusdem loci Præpoſito vel tuorum quolibet ſucceſſorum nullus ibi ſub qualibet ſubreptionis aſtutiâ ſeu violentiâ præponatur: niſi quem fratres communi conſenſu vel fratrum major pars conſilii ſanioris ſecundùm Deum & B. Auguſtini regulam providerint eligendum. Paci quoque & tranquillitati veſtræ paternâ impoſterùm ſolicitudine providentes authoritate Apoſtolicâ prohibemus, ut infra clauſuras locorum ſeu grangiarum veſtrarum nullus rapinam ſeu furtum facere, ignem apponere, ſanguinem fundere, hominem temerè capere vel interficere ſeu violentiam audeat exercere. Præterea omnes libertates & immunitates à prædeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus Eccleſiæ veſtræ conceſſas, nec non libertates & exemptiones ſecularium exemptionum à Regibus & Principibus vel aliis fidelibus rationabiliter vobis indultas authoritate Apoſtolicâ confirmamus, & præſentis ſcripti privilegio communimus. Decernimus ergò, ut nulli omninò hominum liceat præfatam Eccleſiam temerè perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, ſeu quibuslibet vexationibus fatigare, ſed omnia integrè conſerventur, eorum, pro quorum gubernatione ac ſuſtentatione conceſſa ſunt, uſibus omnimodis profutura ſalvâ Sedis Apoſtolicæ authoritate & diœceſani Epiſcopi juſtitiâ ac in ſupradictis decimis moderatione Concilii generalis. Si qua igitur in futurum Eccleſia-

cleſiaſtica ſecularisvè perſona hanc noſtræ conſtitutionis paginam violaverit, aut ſciens contra eam venire tentaverit, ſecundò tertiovè commonita, niſi reatum ſuum congrua ſatisfactione correxerit, poteſtatis honorisq; ſui careat dignitate, reamq; ſe divino judicio exiſtere de perpetratâ iniquitate cognoſcat, & à ſacratiſſimo Corpore ac ſanguine Dei & Domini Redemptoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atq; in extremo examine diſtrictæ ſubjaceat ultioni. Cunctis autem eidem loco ſua jura ſervantibus ſit pax Domini noſtri Jeſu Chriſti, quatenùs & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum Judicem æternæ pacis præmia inveniant. Amen. Datum Lugduni per manum Magni Martini S. R. E. Vice Cancellarii tertio Idus Aprilis Indictione tertiâ anno Dominicæ Incarnationis milleſimo ducenteſimo quadrageſimo quinto, Pontificatûs verò Domini Innocentii Papæ anno ſecundo.

Poſteris annis Backnangenſis hæc Eccleſia Benedictinos etiam (ſi vera habet Lazius de migrat. gent. lib. 8.) recepit Monachos Canonicis Regularibus vel aſſociatos, vel omninò ſolos (prioribus inquilinis inde dimiſſis) ad eam introductos, de quâ religioſi ſtatûs immutatione, ut & de primâ Backnangenſium fundatione, ejusque ampliori ditatione citatus auctor fol. 404. ita ſcribit in genealogiâ Marchionum Badenſium: *Hermannus Marchionis Veronenſis filius obſes ex Italiâ eductus à Friderico I. circa annum Domini 1158. fertur primos agros beneficio Romani Imperii eos accepiſſe ſecus Rhenum flumen, ubi hodie Badenſis Marchia ſita cernitur à thermis, quæ inibi pleraq; ſunt nomen adeptæ. Cujus uxor Imutha Præpoſituram Bakhena ad Mur amnem auſpicatur pro octo Canonicis: quibus poſteà Monachi Benedictini acceſſere.* Et paulò pòſt: *Rudolphus cognomento Senior Hermanni primi filius, & Hermanni ſecundi frater germanus, cujus titulus reperitur talis:* Rudolphus Dei gratiâ Marchio Veronenſis de Baden. *Is ex Kunegundâ Ottonis Senioris Comitis ab Eberſtein filia, filios tulit Heſſonem, Rudolphum tertium & Hermannum ſextum, ſecundus Backena fundavit & in Benedictinum Cœnobium convertit anno 1295.*

❀BADENSE.

MArchionatus Badenſis paris nominis Metropolis ſeu Urbs primaria Badena infrà ſacros limites Epiſcopatûs Argentoratenſis ſituata, eaque in Topographiâ Sueviæ Zeilleri fol. 27. & aliis Scriptoribus tùm hiſtoriographis, tùm coſmographis amplè deſcripta cum ſuo (qui hodie præclariſſimè nominatus in gentibus eſt Sereniſſimus Princeps ac Dominus Dominus Ludovicus Wilhelmus Leopoldi Wilhelmi II. filius Wilhelmi Senioris nepos Marchio Badenſis & Hohenbergenſis glorioſiſſimus Germaniæ noſtræ Scipio, Hector, Achilles, Hercules, Alexander & Julius &c.) Principe terræ totaque civium inhabitantium univerſitate orthodoxam & avitam religionem firmiter amplexa hactenùs inſignem quandam (quæ ſimul etiam parochialis eſt) Collegiatam Canonicorum ſecularium habuit Eccleſiam ſummis Apoſtolorum Principibus SS. Petro & Paulo dicatam, eamque Præpoſito, Decano, Cuſtode, Parocho & Cantore cum quatuor Sacellanis inſtructam; de quâ tamen ammodò videre haud licet præter execrandam abominationem deſolationis toti urbi ac regioni huic aliàs ut pulcherrimæ ita & amœniſſimæ ac gratiſſimæ nuper anno 1689. menſe Auguſto ab hoſtili manu terribiliſſimè cauſatam & illatam, dùm nempè crudelia hæc fieri *ſic juſſio Regis* (Chriſtianiſſimi Ludovici XIV.) *urgebat.*

❀BADENSE

PUlcherrimum & ampliſſimum Societatis JEſu Collegium cum vaſtiſſimo novo templo ſuo nedùm finaliter abſoluto pariter à Gallis exuſtum propter arduam loci conſtitutionem & profundam nimis (cui inædificatum fuit) fundamentalem aream adeò petroſam & acclivam immenſis quaſi ſumptibus conſtitit: quos tùm ex bonis & redditibus cameralibus, tùm ex propriis lubens ſuppeditavit inter claros ætatis ſuæ honoratiſſimus Sereniſſimus Princeps Wilhelmus Senior Marchio Badenſis ab Imperat. Ferdinando II. Ferdinando III. & Leo-

Leopoldo I. cœterisque Principibus magni ſemper habitus, unde & ab illis anno 1640. Comitiorum Præſes, pauloque pòſt Judex Cameræ imperialis Spirenſis delectus, item à Catholicâ Majeſtate Eques aurei velleris creatus, demùm octogenario major terreſtrem mortalitatem exuit & dignitatem anno 1673. die 12. Maji, idem primarius ſpectatisſimi (ut diximus) Collegii hujus author & fundator genuinus; quo tamen prior aliquis primos memoratæ Societatis alumnos in dictum Marchionatum Badenſem (ut alicubi legimus annotatum) invexit, videlicet ejusdem Wilhelmi Marchionis adhuc minorennis tutor Serenisſimus itidem Princeps Wilhelmus V. Dux Bavariæ &c. &c. anno 1624. terris defunctus.

❋ BADENSE.

HAbent etiamnùm RR. PP. Capucini Monaſterium extra mœnia civitatis Badenſis apparatum, cujus talis ac ſequens eſt fundatio. Cùm ſæpefatus Serenisſimus Princeps Wilhelmus poſt inſignem illam (quam Hieremias Drexelius in Horologio Angeli Cuſtodis hor. 5. noct. cap. 2. & plures alii Hiſtoriographi politici prolixè ſatis deſcriptam referunt) victoriam pridie nonas Maji anno 1622. de Georgio Friderico Marchione Durlacenſi Lutherano gloriosè reportatam animo decreviſſet in ſuâ (à quâ triſtis hactenùs exulabat) regione Badenſi domicilium aliquod religioſis Patribus (quorum ope ſpirituali ad fidem orthodoxam reducerentur provinciales ſubditi quomodolibet hactenùs hæreticâ pravitate ſeducti) Capucinis concedere, ſaluberrimo hujuscemodi conſilio quantocyùs exequendo præſentem ſe ſiſtit, ac nomine cognatæ ſuæ Dominæ Mariæ Aſchmannin expenſas in operis conſummationem neceſſarias lætus obtulit Admodum Rdus Nob. ac Clariſſ. Dominus Chriſtophorus Piſtorius SS. Theologiæ Doctor cathedralis Eccleſiæ Baſileenſis Canonicus: quam oblationem taliter ultroneè factam ritè probavit acceptavitque Serenisſimus Princeps antedictus. Dùm autem de fundo ſeligendo religioſi Patres moras traherent, inſtitit idem Wilhelmus Marchio pro opere realiter aggrediendo & ſalvificæ Crucis ſimulachro juxta morem erigendo: quod de prævio Ordinarii conſenſu erexêre iidem Patres in ipsâ vigiliâ aſcenſionis Domini die 28. Maji anno 1631. primumque lapidem ipſiusmet poſuit ſæpefatus Serenisſimus Princeps Wilhelmus comprovincialibus ſubditis plurimùm inde gaviſis. Quare ſic loci poſſeſſione infra limites diœceſis Argentoratenſis captatâ memorati Capucini ſuam exorſi ſunt fabricam, in quâ convenienter abſolvenda impigrè fuit laboratum. Hortus cum fundo in novam ſtructuram aptando 600. florenis conſtitit: pro materiariis verò pecuniarios ſumptus pleroſque nempe 5000. flor. antedicta nob. Domina Aſchmännin hilariter exſolvit, juxtà quoque lapides & ligna aliaque hujuscemodi materialia prout potuit Wilhelmus Marchio promptisſimè ſuppeditavit.

Inter hæc R. P. Columbanus Rottenburgêſis pro novo religioſi domicilii ædificio ritè perficiendo Badenam deſtinatus, dùm lapides difficulter ſolùm eſſent acquirendi, de ſingulari Dei providentiâ feliciter adjutus poſt devotas preces ſupremo Numini litatas reperit lapicidinam inibi locorum anteà nemini viſam: quam dictante ipſo R. P. Chriſtophoro in colliculo quodam juxta aream clauſtrali fabricâ cumulandam arrepto ligone fodiens omnimodè detexit ſimplex quidam Operarius Capucinis notisſimus.

Eodem tempore & ordine venerunt etiam in partem dotationis Reverẽdisſimus ac Perilluſtris. Dominus Auguſtinus à Liechtenſtein Ordinis Teutonici Commendator in Hornegg ac Reverendisſima Domina N. Abbatiſſa Ciſtercienſis Ordinis vicini Monaſterii Albæ Dominarum recenſiti ſuprà: quorum amborum ingenti curâ & ſolertiâ factum eſt, ut florenis bis mille ſexcentis quinquaginta tribus ex eorundem burſâ liberalisſimè depromptis tandem feliciter abſolveretur omne Monaſterii ædificium: ad quod thermas calidas paupertinæ œconomiæ ſeu quotidianis Capucinorum uſibus accommodas ab Urbe ad hocce Monaſterium deduci fecit Serenisſimus: cujus gratioſæ concesſionis teſtimonio nobis ſunt patentes litteræ

ſeu

ſeu diploma proprium ab eâdem Serenitate ſuâ poſtremis vitæ temporibus datum ſub hujusmodi tenore : *Nos Wilhelmus Dei gratiâ Marchio Badenſis & Hochbergenſis, Landgravius Sauſenbergenſis, Comes in Sponheim & Eberſtein &c. &c. hiſce pro nobis, noſtris hæredibus atq́. ſucceſſoribus fatemur, nos Patribus Capucinis hujus loci pro perpetuis futuris temporibus è ſcaturigine fontium calidorum pro tribus alveis ſufficientem ad Conventum eorum aquam derivandi licentiam clementiſſimè impertiiſſe, id quod etiam horum tenore denuò gratioſiſſimè ita indulgemus, ut dictis Patribus nemo usquam, quisquis ille ſit, ullo impedimento eſſe, ſed iidem in hâc noſtrâ gratioſiſſimâ conceſſione efficaciter & potenter manuteneri debeant. In cujus veram fidem haſce propria manu ſubſcriptas principali noſtro ſigillo communiri fecimus. Actum Badæ 15. Januarii anno 1673.*

Anno proximè ſeq. die 9. Februarii ſæpedictus Marchio priùs à ſe conceſſa ſtabiliri fecit novo diplomate ſpecialiter in id expedito : cujus vigore ſeu tenore in ſingularem Capucinorum favorem uberiùs augmentato ſe ac ſuos quosvis in regimine Marchionatûs ſucceſſores obligavit ad ſarta tecta Monaſterii quovis emergente caſu neceſſitatis ſolerter inſtauranda, omneque lignum in quotidianum Patrum uſum perpetuis futuris temporibus ſine tardatione ſeu contradictione ſuppeditandum.

Anno 1643. cùm Milites Ducis Saxo-Wimarienſis in Marchionatum hunc Badenſem efferè nimis irruentes omnia devaſtarent, manſit tamen (quod mirabile ſanè eſt) hocce Capucinorum Monaſterium divinâ providentiâ totaliter illæſum; imò & hoſtilis Haſſorum hæreticorum exercitus calamitoſo tempore illo multas ad ſedandam famem religioſis Patribus largitus fuit eleemoſynas, & quod res eſt apud ipſos etiam hoſtes ſanctam ſibi Capucini comparârunt æſtimationem, ut milites hæretici vicinum Liechtenthalenſe Monaſterium jam violenter effractum expilaturi candeſcerent & omninò deſiſterent in id à Capucinis ſuppliciter exorati.

Anno 1645. cùm Marchionatus iteratis vicibus infeſtaretur à militibus Suevco-Gallicis ſoli (pleriſque ſubditis fugâ dilapſis) remanſerunt Capucini etiam pro tunc inter hoſtes & ab hoſtibus mirabiliter paſti & nutriti.

Quamplures enumerantur, qui locum hunc ſeu Conventum Marchio-Badenſem in diebus ſuis verbo & exemplo plurimùm exornârunt; atque hos inter potiſſimus aſſeritur R. P. Gaudentius Lauffenburgenſis Venerabilis illius ſanctæ memoriæ P. Fidelis Sigmaringenſis in Miſſionariatu ad Rhætos Pretigovienſes Calvinianos ſucceſſor proximus uberes in terris ipſorum fructus collegiſſe notus; undè pro meritis ampliùs honoratus, & ad regimen vocatus Guardianus dehinc atque etiam Definitor Provinciæ conſtitutus, dùm anno 1632. in Conventu hoc Badenſi ſubſiſteret, Cæſarei quidam milites ad explorandum hoſtes è caſtro Briſacenſi dimiſſi homines facinoroſi nimis ac ipſis etiam ſtratiotis hæreticis pejores effecti rurales aliquot Eccleſias auſu ſacrilego deſpoliarunt, ſed & unus eorum nefariæ turmæ coryphæus haud reformidabat effracto tabernaculo ſacram (quam *Ciborium* appellant) pyxidem argenteam auferre, minoribus (quotquot conſecratæ inerant) hoſtiis in terram projectis & attritis, quare tam enormis ſacrilegii reus iſte à Parocho loci ad Gubernatorem Briſacenſem delatus, & ab eodē mox in vincula conjectus eidem P. Gaudentio ad condignam pœnitentiam faciendam edocere ipſum fuit commendatus : qui tamen ſalutares exhortationes & monita pertinaciter aſpernatus, paulò pòſt effractis carceribus fugam arripuit, nec tamen ex urbe ſeſe ſubducere valuit, ſed alicubi retrò magnum acervum lapidum ſeſe, prout potuit, timens ac tremens occcultavit, ubi ſe prodere nolens eò usque fame miſerabiliter adactus eſt, ut proprios ſuos (quibus ſacras Hoſtias conculcavit) pedes in fremitu devorare cœperit, tandem ingemiſcens ab aliis inventus, & ad carceres reductus nullis tamen mediis ad pœnitentiam reducendus ipſusmet ſibi carnifex factus infelicem animam ad tartara transmiſit.

❀BADENSE.

VEnerabile Parthenium Canoniſſarum Regularium Ordinis S. Auguſtini Congregationis S. Sepulchri noſtro itidem ſeculo decurrente noviter exortum. Hoc ſub annum circiter 1668. propriis ſumptibus apparavit & religioſam coloniam ex inclyto paris Inſtituti domicilio Leodienſi iſthuc adduci fecit Sereniſſimi Principis Leopoldi Wilhelmi I. Marchionis Badenſis &c. altera conjux Maria Franciſca nata Comitiſſa de Fürſtenberg de piâ fundatione hac eximiè laudata in Epiſt. dedicatoriâ, quæ religioſiſſimæ Principi huic ſolemniter inſcripta, præfixa habetur vitæ Alveræ de Virmundo ſanctæ memoriæ dicti Ordinis in Conventu Juliacenſi Prioriſſæ anno 1682. typis Colonienſibus in 4. Germanicè vulgatæ. Poſt noviſſimam cladem â ferocientibus Gallis toti urbi Badenſi terribiliter adeò illatam, eamque meriſſimè devaſtatam & ſolo coæquatam venerabilis iſte cœtus Parthenius domicilium ſuum Argentinam tranſtulit, ubi de præſenti hæret, avidiſſimè expectans redemptionem Iſrael, ſeu publicam patriæ pacem omnibus indulgendam.

BALINGENSE

HUjus nominis oppidum aliquod Wirtenbergicum diœceſis Conſtantienſis in diſtrictu ruralis Capituli Heigerlochenſis deſcriptum â Zeillero in Topographiâ Sueviæ fol. 29. vel olim adhuc Catholicum, fœmininum quoddam habuit Ordinis S. Dominici contubernium: de quo tamen Lutheranæ hæreſis poſteritati hodiernæ haud reliquit præter fundum in regularibus ſtructuris ſuis ſolo penitiſſimè coæquatum, & inane ſolummodò nomen vix obiter annotatum â Cruſio in Paralip. ad annales Sueviæ cap. 13. fol. 56.

BALINGENSE

ETiam Franciſcanum aliquod Incluſorium iſthic loci ſeu in eodem Balingenſi oppido â ſororibus tertiæ regulæ conſtanter inhabitatum floruiſſe, quamvis hodie pariter invidiâ hæreticorum fataliter extinctum vel inviti novimus ex eodem Cruſio antè citato.

BEBENHUSANUM.

SAcri Ciſtercienſis Ordinis celeberrimum omninò atque Imperiale (uti conſtat ex Zeillero in Continuatione Itinerarii Germaniæ cap. 1. fol.) Monaſterium in Ducatu Wirtenbergico jam ab anno 1648. pace Weſtphalicâ Principi terræ pleno jure conceſſum, proin hodie meriſſimè Lutheranum: cujus nuda & aperta primæ fundationis Hiſtoria in Documentis redivivis Monaſt. Wirtenberg. ex authenticis deſumpta fol. 359. taliter habetur annotata: *Circa hæc* (anno 1180.) *tempora Comes Palatinus de Tubingâ, Hugonis Comitis Palatini de Tubingâ Brigantiæ & Rhætiæ Curienſis Comitis inſtauratoris Monaſterii Marchtallenſis filius divinâ gratiâ inſpirante de conſenſu dilectæ jugalis ſuæ Mechtildis Comitiſſæ de Eberſtein & liberorum ſuorum in prædio Spirenſis Eccleſiæ, quod per concambium ordine judiciario acquiſivit favente & confirmante glorioſiſſimo Imperatore Friderico ejusq; filio, Rege Henrico & eorundem authoritate Monaſterium Bebenhuſen conſtruxit, & Ordini Præmonſtratenſi deputavit, ſed certâ ex causâ ejusdem Ordinis Conventu ſublato Ordini Ciſtercienſi authoritate Henrici Imperatoris cum poſſeſſionibus habitis & habendis mancipavit. &c. &c.*

Litteræ fundationis loc. cit. fol. 357. ſimul appoſitæ ſic habent: *In nomine ſanctæ & Individuæ Trinitatis &c. Ego Rudolphus Dei gratiâ Palatinus Comes de Tubingen Venerabili Abbati Diepoldo cunctisq; canonicè ſibi ſuccedentibus in perpetuum &c. Noverit generatio præſens & omnis quæ naſcetur & exurget, quod, cùm univerſitatis author ſuæ ſanctisſimæ Genitrici domum illam in Bebenhuſen per noſtra*

ſtræ adminiſtrationis impendia fundari diſpoſuiſſet, adhibito conſenſu dilectæ jugalis noſtræ Mathildis & liberorum noſtrorum prædium ipſum, quod erat Spirenſis Eccleſiæ favente & confirmante glorioſiſſimo Imperatore Friderico ejusq; filio Henrico aliisq; Regni Principibus ordine judiciario per concambium acquiſivimus, & eorundem authoritate locum ob jugem parentumq; noſtrorum memoriam in cultum divinæ religionis Præmonſtratenſi Ordini deputavimus. Poſtmodùm verò ejusdem Ordinis Conventu certâ de causâ ſublato & Ordine Ciſtercienſi per authoritatem Domini Henrici Imperatoris, qui tùm Patre defuncto in Imperio ſucceſſit, feliciter ſubrogato locum illum & omnes homines cenſuales ad ipſum pertinentes cum poſſeſſionibus ſuis ad advocatoria ſimul & ab exactoriâ conditione, quâ nobis tenebantur, ſicut ejusdem Ordinis exigit inſtitutio, penitùs emancipavimus. Et quoniam eorundem Religioſorum ſancta & beneplacens converſatio nos ad ampliora beneficia conferenda permovit, illud quoque ſpecialis doni privilegium jure perpetuo contulimus. Ut quicunque miniſterialium vel venatorum, vel ruſticorum cujusq; conditionis aut profeſſionis homo infirmus aut incolumis ad ipſorum converſationem tranſire, vel quicquam de rebus ſuis mobilibus aut immobilibus transferre voluerit, liberam de omnibus teneat facultatem. Hic ſcilicet qui noſtræ ditioni eſt ſubjectus. Hos igitur apud tremendum judicem ſupplices advocatos de meritis noſtris nihil præſumentes magis eligimus, hanc ab ipſis recipientes gratiam firmiter ac fideliter promiſſam, ut poſt obitum noſtrum ſingulis diebus, quas licuerit Miſſa defunctorum in noſtri memoriam parentumq; noſtrorum ſemper ibidem celebretur. Nec illud ſanè prætereundum, quòd poſſeſſiones & prædia, quæ ſunt à nobis ipſis collata vel conferenda ab omnis advocati dominatione conſtituimus ſemper eſſe libera. Divinæ quoque retributionis intuitu eidem Cœnobio indulſimus authoritate imperiali in ſilvâ Schönbuch hos terminos, quorum primus eſt, ubi confluunt duo rivuli Steinahe & Bolffsbach, & deſcenſus per eundem rivum, qui Steinahe vocatur. Abhinc per aſcenſus montium usque ad Gebehartesſeiche. Inde usque dùm venias Tabernenbrunnen. Ab hinc usq; Tiefenclingen & per aſcenſus ejusdem vallis usq; dùm venias ad pratum, quod dicitur Huononis. Inde ad verticem proximi montis & per ejus confinia usq; ad ſedes. Hinc ad lapideum pontem. Ab hinc usq; ad clivum, qui dicitur Haneſteige. Inde ad cornu, quod dicitur Algertswibt, usq; dùm venias ad rivulum, qui dicitur Quirenbach ad tranſitum viæ Rheni. Hinc deſcenſus ejusdem rivuli, qui dicitur Quirenbach usq; in Steinahe, ut in his terminis ligna igni vel aliis uſibus ſuis neceſſaria incidant. Quod ſi in præſcriptis terminis non reperiantur ligna & ædificia eorum ſufficientia in totâ ſilvâ, quæ dicitur Schönbuch liberam incidendi habeant facultatem, & paſcuis totius ſilvæ utantur exceptis ovibus eorum, quibus ibi depaſcendi non concedimus libertatem. Ne quis igitur hujus traditionis tam firmam rationem temerè præſumat infringere, præſentem chartam ſigilli noſtri impreſſione teſtium quoq; deſignatione fecimus inſigniri. Teſtium igitur, qui interfuerant, hæc ſunt nomina: De Clero Diethelmus Epiſcopus Conſtantienſis: Gotfridus Abbas Schonaugienſis. Diepoldus Abbas in Bebenhuſen: Albertus Plebanus de Tübingen: Rudolphus Decanus de Aſpergwal & Henricus Capellani. De liberis Burcardus Comes de Hohenberg: Albertus de Oberenſtetten: Waltherus de Otenbruke: Adelbertus de Mezzingen: Albertus & frater ejus Conradus de Stoſſlen: Walterus de Grezzingen: Albertus & filius ejus Cuno de Grifenſtein: Hilteboldus de Iſenburg: Eberhardus de Antringen: Albertus de Ravenſtein: De Miniſterialibus Fridericus Dapifer & frater ejus Diemo: Conradus Advocatus de Ruke: Henricus de Boldringen: Walterus de Luſtnow: Dietricus & Hugo de Ihelingen: Fridericus de Witingen & Ethecho: Henricus & Wernherus de Bondorf, Craſſto de Halſingen. Conradus de Pfaſſingen: Fridericus & Hugo de Gomeringen, & alii quamplures. Acta ſunt hæc anno milleſimo centeſimo nonageſimo primo ab Incarnatione Domini imperante Henrico Romanorum Imperatore. Datum in Aſperg tertio Calendas Auguſti.

Anno 1187. Fridericus Dux Sueviæ Friderici I. cognomento Barbaroſſæ Imperatoris filius Monaſterio Bebenhuſano jus paſcendi ac lignandi in Silvâ Schönbuch concedit ac ſimul etiam ſubditis ſuis eidem Monaſterio bona tam mobilia quàm immobilia legitimè conferendi liberam facultatem impertit in ſcriptis datam, quæ talis eſt: *In Nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis Fridericus Dei gratiâ Suevorum Dux &c. Notum*

tum ſit omnibus tam præſentis quàm ſuturi ſeculi fidelibus, quòd nos authoritate Domini & Patris noſtri Romani Imperatoris invictiſſimi, noſtrâ quoq; authoritate & poteſtate ob honorem Dei & glorioſiſſimæ Genitricis Mariæ & Sanctæ religionis cultum Cœnobio Bebenhuſen & fratribus ibidem Deo ſervientibus conceſſimus ac perenni jure tradidimus, ut nemore, cui nomen eſt Schönbuch liberè potiantur, in his videlicet, quæ in ædificiis, paſcuis, lignis cremandis ſeu quacunque alia commoditate præfato Cœnobio ſint neceſſaria. Adhæc quicunque Miniſterialis noſter vel mercator vel ruſticus, ſeu cujusque conditionis vel ſexûs homo prænominato Cœnobio ſeipſum aut aliquid de rebus ſuis mobilibus vel immobilibus conferre voluerit, liberè id faciat cum noſtrâ licentiâ & voluntate. Et ne hæc noſtra traditio à ſuccedentium memoriâ poſſit elabi, teſtibus, qui interſuerunt, & ſigilli noſtri impreſſione præſentem paginam fecimus muniri. Teſtes Rudolphus Palatinus Comes de Tubingen. Albertus de Obiroſteten. Swiggerus de Aichaim-Waltherus de Votinbrugge. Conradus de Husſikirche. Bertoldus de Habisberg. Bertholdus de Griſinſtein Miniſteriales. Eberhardus de Taune. Hildebrandus de Tale. Henricus de Smalnegge. Albertus de Sumerovv. Conradus de Riethuſen, & alii quàmplures. Datum in Tubingen anno Incarnationis Domini milleſimo centeſimo octogeſimo ſeptimo, Indictione ſexta Calendis Junii.

Anno 1188. Rudolphus Comes Palatinus Tubingenſis mediante permutatione quâdam acquirit ſibi Eccleſiam in Bebenhauſen, & cœtera bona, quæ Spirenſis cathedralis Eccleſia ibidem tenebat, prout ſequitur: *In Nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis Ulricus Dei gratiâ Spirenſis Eccleſiæ Miniſter humilis. Notum ſit omnibus tam præſentis quàm futuri ſeculi Chriſti fidelibus qualiter Rudolphus Illuſtris Palatinus Comes de Tubingen, prædia, quæ Spirenſis Eccleſia in Bebenhauſen habebat, & cæteris bonis, quæ Spirenſis Eccleſia ibidem tenebat, videlicet domiciliis, campis, ſilvis, paſcuis, agris, cultis & incultis, quæſitis & non quæſitis præfatus Palatinus Comes conſenſu & voluntate noſtrâ Canonicorum quoque & Miniſterialium ac familiâ Spirenſis Eccleſiæ dedit Eccleſiam in Meinboldisheim duos manſus in Wittingen, & duos manſus in Sigingen, factum eſt autem hoc concambium in præſentiâ Domini Friderici Romanorum Imperatoris Auguſti & filii ejus Romanorum Regis glorioſiſſimi præſentibus Canonicis Miniſterialibus & magnâ parte familiæ Spirenſis Eccleſiæ. Sicque prædictorum bonorum commutatio publicè & ſolemniter conſummata & rata facta fuit conſulentibus & approbantibus præfatis Principibus ſcilicet Domino Imperatore & ejus filio glorioſiſſimo Rege, eo tempore exiſtentibus advocatis Spirenſis Eccleſiæ aliisque adhibitis, quæ jus, ratio, & conſuetudo exigebat. Acta ſunt hæc anno Dominicæ Incarnationis milleſimo centeſimo octogeſimo octavo ſub præſentiâ horum teſtium: Ulrici Decani, Andreæ Scholaſtici, Conradi Præpoſiti Eccleſiæ Omnium Sanctorum, Ottonis de Stuzelingen, Marquardi Cellerarii, Beringeri de Antringen, Conradi Portenarii, Friderici Canonici. Aderant ex parte Comitis Palatini homines liberi Albertus de Mezzingen. Waltherus de Vottenbrugge. Albertus de Sackis, Schwiggerus de Aichaim. Aderant præter hos Miniſteriales Udo Camerarius, Henricus de Niferen, & decem alii, quibus prædicta bona nota fuerunt, qui juraverunt, quòd illa bona, quæ Palatinus Comes contulit Spirenſi Eccleſiæ meliora & utiliora eſſent, quàm illa, quæ priùs ad eam pertinebant.*

Anno 1193. Henricus IV. Romanorum Imperator recenſitam antè novam fundationem Bebenhuſanam & quæque Monaſterii illius privilegia, libertates & immunitates authoritate Cæſareâ confirmat vigore diplomatis ſequentis: *In Nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis Henricus Dei gratiâ ſextus Romanorum Imperator & ſemper Auguſtus. Noverint tam præſentes quàm futuri, quòd ea, quæ temporibus felicis memoriæ dilecti Patris noſtri Friderici Romanorum Imperatoris & ſemper Auguſti auctoritate ipſius acta ſunt, fideliter præſenti ſcripto confirmamus, videlicet quòd fidelis noſter Rudolphus Palatinus Comes de Tubingen à beatæ memoriæ Udalrico Spirenſi Epiſcopo & Canonicis ejusdem Eccleſiæ emit prædium in Bebenhuſen præſentis & conſenſu totius Chori & Miniſterialium ſimul cum Eccleſiâ in Bebenhuſen & omnibus attinentiis ejusdem prædii, & dedit in concambium Eccleſiæ Spirenſi Eccleſiam in Negenbodesheim, & duos manſos in Wittingen, & prædium, quod habuit Tidingen, hoc concambium rationabiliter utrimq; factum appro-*

approbamus, & utrique quod in concambio accepit perpetuâ volumus firmitate conſtare: præterea præfatus Comes Palatinus in prædicto prædio Bebenhuſen noſtrâ conniventiâ Monaſterium conſtruxit, cui prædium ipſum cum omni uſu aſſignavit. Hac autem libertate Monaſterium hoc fundatum eſt, ut ſecundùm conſuetudinem Ciſtercienſium nec fundator, neque ullus ſucceſſorum ejus aut hæredum aliquid juris advocatiæ habeat. Nos quoque divinæ retributionis intuitu & petitione dilecti noſtri Rudolphi Palatini Comitis eidem Cœnobio indulſimus in ſilvâ Schönbuch hos terminos, quorum primus eſt, ubi confluunt duo rivuli Steinaha & Bulſterbach, & deſcenſus per eundem rivum qui Steinaha vocatur, abhinc per aſcenſus montium usque ad Gebeharteſeich, inde usque dum venias Tabernenbrunnen, ab hinc usque Tieffenklingen, & per aſcenſus ejusdem vallis usque dùm venias ad pratum, quod dicitur Cunonis; inde ad verticem proximi montis, & per ejus confinia, usque ad ſedes; hinc ad lapideum pontem, abhinc usq; ad clivum, qui dicitur Hanenſteig. Inde ad cornu, quod dicitur Algerresruthen, usq; dùm venias ad rivulum, qui dicitur Quirenbach usq; in Steinahe: ut in his terminis ligna ad ædificia eorum ſufficientia, in totâ ſilvâ, quæ dicitur Schönbuch, liberam incidendi habeat facultatem, & paſcuis totius ſilvæ utantur, exceptis ovibus eorum, quibus ibi depaſcendi non concedimus libertatem. Adhæc quicunque Miniſterialis noſter vel Clericus, vel mercator, vel ruſticus, ſeu cujuscunque conditionis vel ſexus homo prænominato Cœnobio ſe ipſum in Monachum vel Converſum, aut aliquid de rebus ſuis mobilibus vel immobilibus conferre voluerit, liberam faciendi cum voluntate & licentiâ noſtrâ habeat poteſtatem. Ut igitur hoc doni noſtri quàm confirmationis beneficium ſæpedicto Cœnobio ſub protectione & defenſione noſtrâ conſtructū in perpetuum cedat, præſentem paginam inde conſcribi fecimus & ſigilli noſtri impreſſione juſſimus inſigniri, firmiter præcipientes, ne quis auſu temerario idem Cœnobium in aliquo infeſtare præſumat, quod qui præſumpſerit, in ultionem temeritatis ſuæ imperiali fiſco triginta auri libras perſolvat. Hujus rei teſtes ſunt de Clero Henricus Wormatienſis Epiſcopus, Otto Friſingenſis Epiſcopus, Conradus Præpoſitus Goslarienſis. Ludolphus Præpoſitus majoris Eccleſiæ in Wormatiâ. Marquardus Præpoſitus S. Pauli. De Laicis Henricus Dux Lovaniæ. Henricus Dux de Limpurg & filii ejus. Henricus & Walraven, Emecho Comes de Leiningen, Fridericus Comes de Zolleren, Albertus Comes de Weringrode. Gebehardus Burggravius Magdenburgenſis, & alii quamplures. Acta ſunt hæc anno Incarnationis Domini MCXCIII. Indictione XI. Datum in Wormatiâ tertio Calendas Julii.

Eodem anno Henricus Romanorum Imperator antedictus Monaſterio Bebenhuſano concedit privilegium, quo mediante permittitur, ut omnes Chriſti fideles cujuscunque conditionis exiſtant, de rebus ſuis tam mobilibus quàm immobilibus liberè aliquid Eccleſiæ Bebenhuſanæ conferre valeant, & ſic illud ſonat: *Henricus divinâ fuvente clementiâ Romanorum Imperator & ſemper Auguſtus. Ad æternæ vitæ beatum præmium & regni temporalis magnum incrementum apud Regem Regum omnium nobis profuturum non ambigimus, ſi Eccleſiarum Dei & virorum religioſorum profectibus & commodis propenſiùs intenderimus. Notum itaque fieri volumus univerſis Imperii noſtri fidelibus tam futuris quàm præſentibus paginam præſentem intuentibus, quòd nos intuitu divinæ retributionis fidelibus noſtris Venerabilibus viris Abbati S. Mariæ in Bebenhuſen, ſuisque fratribus & Eccleſiæ imperiali liberalitate conceſſimus, ut ſi quis noſtrorum miniſterialium, Clericorum, Laicorum cæterorumq; omnium utriusq; ſexûs Chriſti fidelium, cujuscunq; conditionis aliqua de rebus ſuis mobilibus ſive immobilibus præfatæ Eccleſiæ conferre pro animæ ſuæ remedio propoſuerit, hoc faciendi habeat facultatem. Statuimus itaq; & imperiali edicto firmiter præcipimus, ut nulla unquàm perſona alta vel humilis, Eccleſiaſtica vel ſecularis, hanc noſtræ munificentiæ conceſſionem præſumat infringere, vel ei auſu temerario attentet contraire. Quod qui facere attentaverit, gravem noſtræ Majeſtatis indignationem & juſtam æterni Judicis ſe noverit incurſurum. Ut itaque hæc noſtræ munificentiæ conceſſio libera perpetuò, rata & inviolata poſſit obſervari, præſentem exinde paginam conſcribi, & noſtræ Majeſtatis ſigillo præcepimus communiri. Datum apud Geilenhauſen anno Dominicæ Incarnationis milleſimo centeſimo nonageſimo tertio*

Indictione undecimâ, quinto Calendas Junii.

Anno 1204. Innocentius Papa III. Monaſterio Bebenhuſano diverſa confert privilegia, quæ omnia ſignanter comprehenſa habentur ſequenti Bulla: *Innocentius Epiſcopus Servus Servorum Dei, dilectis filiis Abbati Monaſterii in Bebenhuſen ejusque fratribus tam præſentibus quàm futuris regularem vitam profeſſis in perpetuum. Religioſam vitam eligentibus Apoſtolicum convenit adeſſe præſidium, ne fortè cujuslibet temeritatis incurſus, aut eos à propoſito revocet, aut robur, quod abſit, ſacræ religionis infringat. Eapropter dilecti in Domino filii veſtris juſtis poſtulationibus clementer annuimus, & præfatum Monaſterium in Bebenhuſen, in quo divino mancipati eſtis obſequio, ſub Beati Petri & noſtrâ protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti privilegio communimus. In primis ſiquidem ſtatuentes, ut ordo Monaſticus, qui ſecundùm Deum & Beati Benedicti Regulam atque Inſtitutiones Ciſtercienſium Fratrum in eodem Monaſterio inſtitutus eſſe dignoſcitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter obſervetur. Præterea quaſcunque perſonas, quæcunque bona idem Monaſterium in præſentiarum juſtè & canonicè poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis præſtante Domino poterit adipiſci, firma vobis veſtrisque ſucceſſoribus & illibata permaneant: in quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis: locum ipſum, in quo præfatum Monaſterium ſitum eſt, cum omnibus pertinentiis ſuis. Grangias in Egge, in Adelungeshart, in Wile, in Aledorff, in Offenhuſen, in Utingeshuſen, in Veſperwile, in Kochdorff, & in Waldorff cum terminis, terris, pratis, nemoribus, vineis, paſcuis, aquis, & omnibus aliis pertinentiis ſuis. Sanè laborum veſtrorum, quos propriis manibus aut ſumptibus colitis, item de terris cultis, quàm incultis, ſive de hortis & virgultis & piſcationibus veſtris, vel de nutrimentis animalium veſtrorum nullus à vobis decimas exigere vel extorquere præſumat. Liceat quoq; vobis Clericos vel laicos liberos & abſolutos è ſeculo fugientes ad converſionem recipere, & eos absque contradictione aliquâ retinere. Prohibemus inſuper, ut nulli fratrum veſtrorum poſt factam in Monaſterio veſtro profeſſionem fas ſit ſine ſui Abbatis licentiâ de eodem loco diſcedere, diſcedentem verò abſque communi litterarum veſtrarum cautione nullus audeat retinere. Quod ſi quis fortè retinere præſumpſerit, licitum ſit vobis in ipſos Monachos vel Converſos regularem ſententiam promulgare. Illud diſtrictiùs inhibentes, ne terras, ſeu quodlibet Beneficium Eccleſiæ veſtræ collatum liceat alicui perſonaliter dari, ſive alio modo alienari abſque conſenſu totius Capituli vel majoris aut ſanioris partis ipſius. Si quæ verò donationes aut alienationes aliter, quàm dictum eſt, factæ fuerint, eas irritas eſſe decernimus. Adhæc etiam prohibemus, ne aliquis Monachus ſive Converſus ſub profeſſione veſtræ domûs adſtrictus ſine conſenſu & licentiâ Abbatis & majoris partis Capituli veſtro pro aliquo fidejubeat, vel ab aliquo pecuniam accipiat mutuò, ultra pretium Capituli veſtri providentiâ conſtitutum, niſi propter maniſeſtam domûs veſtræ utilitatem. Quod ſi quis facere fortè præſumpſerit, non teneatur Conventus pro his aliquatenùs reſpondere. Licitum præterea ſit vobis in cauſis propriis ſive civilem, ſive criminalem contineant quæſtionem, fratrum veſtrorum teſtimoniis uti, ne pro defectu teſtium jus veſtrum in aliquo valeat deperire. Inſuper auctoritate Apoſtolicâ inhibemus, ne ullus Epiſcopus, vel alia quælibet perſona, ad ſynodos vel Conventus forenſes vos ire, vel judicio ſeculari de veſtrâ propriâ ſubſtantiâ vel poſſeſſionibus veſtris ſubjacere compellat, nec ad domos veſtras causâ Ordines celebrandi, cauſas tractandi vel Conventus aliquos publicos convocandi venire præſumat, nec regularem Abbatis veſtri electionem impediat, aut de inſtituendo vel removendo eo, qui pro tempore fuerit contra Statuta Ciſtercienſis Ordinis ſe aliquatenùs intromittat. Si verò Epiſcopus, in cujus parochiâ eſt veſtra domus fundata cum humilitate & devotione, quâ convenit, requiſitus ſubſtitutum Abbatem benedicere, & alia, quæ ad officium epiſcopale pertinent, vobis conferre renuerit, licitum ſit eidem Abbati, ſi tamen ſacerdos fuerit,*

fuerit Novitios benedicere, & alia, quæ ad officium ſuum pertinent, exercere, & vobis omnia ab alio Epiſcopo percipere, quæ à veſtro fuerint indebitè negata. Illud adjicientes, ut in recipiendis profeſſionibus, quæ à benedictis vel benedicendis Abbatibus exhibentur, ea ſint Epiſcopi formâ & expreſſione contenti, quæ ab Origine Ordinis noſcitur inſtituta, ut ſcilicet Abbates ipſi, ſalvo Ordine ſuo profiteri debeant, & contra ſtatuta Ordinis ſui nullam profeſſionem facere compellantur. Pro conſecrationibus verò altarium vel Eccleſiarum, ſive pro oleo ſancto, vel quolibet Eccleſiaſtico Sacramento, nullus à vobis ſub obtentu conſuetudinis vel alio modo quicquam audeat extorquere. Sed hæc omnia gratis vobis Epiſcopus diœceſanus impendat. Alioquin liceat vobis quemcunque malueritis Catholicum adire antiſtitem gratiam & communionem Apoſtolicæ ſedis habentem, qui noſtrâ fretus auctoritate vobis, quod poſtulatur, impendat. Quòd ſi ſedes diœceſani Epiſcopi fortè vacaverit, interim omnia Sacramenta Eccleſiaſtica à vicinis Epiſcopis accipere liberè & abſque contradictione poſſitis, ſic tamen, ut ex hoc impoſterum propriis Epiſcopis nullum præjudicium generetur. Quia verò interdùm propriorum Epiſcoporum copiam non habetis, ſi quem Epiſcopum Romanæ ſedis, ut diximus, communionem habentem, & de quo plenam notitiam habeatis per vos tranſire contigerit, ab eo benedictiones vaſorum & veſtium, conſecrationes altarium, ordinationes Monachorum auctoritate Apoſtolicæ ſedis recipere valeatis. Porrò, ſi Epiſcopi vel aliarum Eccleſiarum rectores in Monaſterium veſtrum vel perſonas inibi conſtitutas, ſuſpenſionis, excommunicationis vel interdicti ſententiam promulgaverint, ſive etiam in mercenarios veſtros, pro eo, quòd decimas non ſolvitis, ſive aliquâ occaſione eorum, quæ ab Apoſtolica benignitate ſunt vobis indulta, ſeu Benefactores veſtros, pro eo, quòd aliqua vobis beneficia vel obſequia ex charitate præſtiterint, vel ad laborandum adjuverint, in illis diebus, in quibus vos laboratis & alii feriantur, eandem ſententiam protulerint, ipſam tanquàm contra ſedis Apoſtolicæ Indulta prolatam duximus irritandam, nec litteræ illam firmitatem habeant, quas tacito nomine Ciſtercienſis Ordinis & contra tenorem privilegiorum Apoſtolicorum conſtiterit impetrari. Prætereà cum commune Interdictum terræ fuerit, liceat vobis nihilominùs in veſtro Monaſterio excluſis excommunicatis & interdictis divina officia celebrare, Paci quoque & tranquillitati veſtræ paternâ impoſterùm ſolicitudine providere volentes auctoritate Apoſtolicâ prohibemus, ut infra clauſuras locorum ſeu grangiarum veſtrarum nullus rapinam ſeu furtum facere, ignem apponere, ſanguinem fundere, hominem temerè capere vel interficere, ſeu violentiam audeat exercere. Prætereà omnes libertates & immunitates à prædeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus Ordini veſtro conceſſas, nec non & libertates & exemptiones ſecularium exactionum à Regibus & Principibus vel aliis fidelibus rationabiliter vobis indultas auctoritate Apoſtolicâ confirmamus, & præſentis ſcripti privilegio communimus. Decernimus ergò, ut nulli omninò hominum liceat præfatum Monaſterium temerè perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, ſeu quibuslibet vexationibus fatigare, ſed omnia integra conſerventur, eorum pro quorum gubernatione ac ſuſtentatione conceſſa ſunt uſibus omnimodis profutura. Salvâ ſedis Apoſtolicæ auctoritate. Si quæ igitur in futurum Eccleſiaſtica ſecularisve perſona hanc conſtitutionis noſtræ paginam violaverit, aut ſciens contra eam venire tentaverit, ſecundò tertiovè commonita, niſi reatum ſuum congruâ ſatisfactione correxerit, poteſtatis honorisq; ſui careat dignitate, reamq; ſe divino judicio exiſtere de perpetratâ iniquitate cognoſcat, & à ſacratiſſimo corpore & ſanguine Dei & Domini Redemptoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atq; in extremo examine diſtrictæ ſubjaceat ultioni. Cunctis autem eidem loco ſua jura ſervantibus ſit pax Domini noſtri Jeſu Chriſti, quatenùs & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen. Amen. Amen.

Ego Innocentius Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus SS.

Ego Octavianus Hoſtienſis & Vellertenſis Epiſcopus SS.

Ego Petrus Portuenſis & Sanctæ Rufinæ Epiſcopus SS.

Ego Joannes Albanenſis Epiſcopus.

Ego Petrus Tit. S. Cæciliæ Presbyter Cardinalis SS.

Ego Hugo Presbyter Card. S. Martini Tit. Equitii m. p.

Ego Joannes Tit. S. Stephani in Cælio monte Presb. Card. SS.

Ego Joannes Tit. S. Priſcæ Presb. Card.

Ego Cenſius SS. Joannis & Pauli Card. Tit. Panachii SS.

Ego Gratianus SS. Coſmæ & Damiani Diac. Card. SS.

Ego Gregorius S. Georgii ad velum aureum Diac. Card. SS.

Ego Hug. S. Euſtachii Diac. Card. SS.

Ego Matthæus S. Theodori Diac. Card. SS.

Ego Joannes S. Mariæ in Comſmidin Diac. Card. SS.

Dat. Laterani per manum Joannis Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Subdiaconi & Notarii decimo quinto Calendas Junii Indictione ſeptimâ Incarnationis Dominicæ Anno milleſimo ducenteſimo quarto, Pontificatûs verò Domini Innocentii Papæ tertii anno ſeptimo.

Anno 1208. Henrici Ducis Saxoniæ & Comitis Palatini Rheni privilegium, cujus vigore quivis Monaſterio Bebenhuſano ſe vel ſua conferre poſſit in ſcriptis exhibitum taliter fuiſſe legitur expeditum : *In Nomine Dei Omnipotentis. Noverint præſentes & ſciant poſteri, quòd ego Henricus Dei gratiâ Dux Saxoniæ & Comes Palatinus Rheni ob honorem Dei & ejus Sanctæ Genitricis Mariæ hæreditario jure à dilecto ſocero noſtro ad me usque translatum Schonaugienſe Cænobium Ordinis Ciſtercienſis defendere, & donis amplificare ſummâ diligentiâ decrevi. Proinde hanc libertatem Monaſterio Bebenhuſen novellæ videlicet plantationi jam dicti Cænobii donavi, ut quicunque hominum & Miniſterialium ſive fidelium meorum ſe vel ſua eidem Monaſterio divinæ retributionis intuitu conferre voluerit, de mea permisſione ſecurus ſit. Hujus rei gratiâ præſentem paginam ne à quoquam poſſit in irritum deduci conſcribi feci, & ſigilli mei impresſione roborari. Hujus rei teſtes ſunt Juſtartius Abbas de Hainerode. Waltherus Sconaugienſis Abbas. Albertus Cellarius de Bebenhuſen. Joannes Notarius Plebanus de Wiſele. De Laicis Marggravius de Baden. Comes Hirſutus. Warnerus Dapifer, & alii quamplures. Acta ſunt hæc Wormatiæ anno Dominicæ Incarnationis milleſimo ducenteſimo octavo.*

Anno 1229. Gregorius IX. Pont. Max. Sigeberto Archiepiſcopo Moguntino & Suffraganeis illius authoritate pontificiâ demandat ut Monaſterium Bebenhuſanum à queîsvis moleſtationibus & preſſuris quomodolibet ei accidentibus promptâ ſemper generoſitate ac fortitudine defendant, uti latiùs patet Bulla Papalis taliter in id adornata : *Gregorius Epiſcopus Servus Servorum Dei Venerabilibus Fratribus Archiepiſcopo Moguntino & Suffraganeis ejus Salutem & Apoſtolicam Benedictionem. Non abſque dolore cordis & plurimâ turbatione didicimus, quòd ita in plerisque partibus Eccleſiaſtica Cenſura diſſolvatur, & canonicæ ſententiæ ſeveritas enervatur, ut viri religioſi, & ii maximè, qui per Sedis Apoſtolicæ privilegia majori donati ſunt libertate, paſſim à malefactoribus ſuis injurias ſuſtineant & rapinas, dùm vix invenitur, qui congruâ illis protectione ſubveniat, & pro fovendâ pauperum innocentia ſe murum defenſionis opponat. Specialiter autem dilecti filii Abbas & Conventus Monaſterii de Bebenhuſen Ciſtercienſis Ordinis Conſtantienſis diœceſis tam de frequentibus injuriis, quàm de ipſo quotidiano defectu juſtitiæ conquerentes fraternitatem veſtram litteris petierunt Apoſtolicis excitari, ut ita videlicet eis in tribulationibus ſuis contra malefactores eorum promptâ debeatis magnanimitate conſurgere, quòd ab anguſtiis, quas ſuſtinent, & preſſuris veſtro poſſint præſidio reſpirare. Ideoque Fraternitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus atque præcipimus, quatenùs illos, qui poſſeſſiones vel res, ſeu*

domos prædictorum Abbatis & Conventûs, vel hominum ſuorum invaſerint, aut ea injuſtè detinuerint, quæ prædictis Abbati & Conventui ex teſtamento decedentium relinquuntur, ſeu in ſe ipſos contra Apoſtolicæ ſedis indulta ſententiam excommunicationis aut interdicti præſumpſerint promulgare vel decimas laborum de terris habitis ante Concilium generale, quas propriis manibus aut ſumptibus excolunt, ſeu nutrimentorum animalium ipſorum ſpretis Apoſtolicæ ſedis privilegiis extorquere, monitione præmiſſâ, ſi Laici fuerint, publicè candelis accenſis excommunicationis ſententia percellatis. Si verò Clerici vel Canonici Regulares ſeu Monachi fuerint, eos appellatione remotâ ab officio & beneficio ſuſpendatis, neutram relaxaturi ſententiam, donec prædictis Abbati & Conventui plenariè ſatisfaciant, & tam laici quàm Clerici ſeculares, qui pro violentâ manuum injectione in eorum aliquos anathematis vinculo fuerint innodati, cum diœceſani Epiſcopi litteris ad ſedem Apoſtolicam venientes ab eodem vinculo mereantur abſolvi. Villas autem, in quibus bona prædictorum Abbatis & Conventûs vel hominum ſuorum per violentiam detenta fuerint, quàm diu ibi ſunt, Interdicti ſententiæ ſupponatis. Datum Peruſii ſecundo nonas Februarii Pontificatûs noſtri anno ſecundo.

Eodem anno Gregorius Pontifex antedictus privilegia, Bona & Poſſeſſiones Monaſterii Bebenhuſani confirmat aliâ quadâm Bullâ pontificiâ ad inſtantiam petentium clementiſſimè datâ ſub hujusmodi tenore: *Gregorius Epiſcopus Servus Servorum Dei dilectis filiis Abbati Monaſterii S. Mariæ de Bebenhuſen Ciſtercienſis Ordinis ejusque fratribus tam præſentibus quàm futuris regularem vitam profeſſis in perpetuum. Religioſam vitam eligentibus Apoſtolicum convenit adeſſe præſidium, ne fortè cujuslibet temeritatis incurſus aut eos à propoſito revocet, aut robur, quod abſit ſacræ religionis infringat. Eapropter dilecti in Domino filii veſtris juſtis poſtulationibus clementer annuimus & Monaſterium S. Mariæ de Bebenhuſen, in quo divino eſtis obſequio mancipati, ſub B. Petri & noſtrâ protectione ſuſcipimus & præſentis ſcripti privilegio communimus. Inprimis ſiquidem ſtatuentes, ut Ordo Monaſticus, qui ſecundùm Deum & B. Benedicti regulam atque inſtitutionem Ciſtercienſium Fratrum in eodem loco inſtitutus eſſe dignoſcitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter obſervetur. Prætereà quascunque poſſeſſiones, quæcunque bona idem Monaſterium in præſentiarum juſtè ac canonicè poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis præſtante Domino poterit adipiſci, firma vobis veſtrisque ſucceſſoribus & illibata permaneant, in quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis: in primis locum ipſum, in quo præfatum Monaſterium ſitum eſt cum omnibus pertinentiis ſuis, grangiam in Wile cum omnibus pertinentiis ſuis: grangiam in Altorff cum omnibus pertinentiis ſuis: grangiam in Væſperwile & Lumbach cum omnibus earum pertinentiis. Poſſeſſiones in Hochdorff. Poſſeſſiones in Uſingen: Poſſeſſiones in Saulſingen, grangiam in Zuffenhuſen cum ſuis pertinentiis: Poſſeſſiones in Giſenac & in Fürbach, grangiam in Achilungishart cum ſuis pertinentiis. Poſſeſſiones in Zimberbach & in Beringen, grangiam in Echdictingen cum ſuis pertinentiis. Poſſeſſiones in der Eich & Uiinshuſen & Kemnaten & in Blumingen. Poſſeſſiones in Lachen & in Wultorff & Luſtenowe & in Stiffart. Grangiam in Ecke cum ſuis pertinentiis Poſſeſſiones in Tuſſlingen & in Stoka cum ſuis pertinentiis. Poſſeſſiones in Eſſlingen & in Veldbach & Stetten & Studgarten & in Wangen: Poſſeſſiones in Huppelborn & in Huberslat & in Heffincken, Poſſeſſiones in Eutringen & in Culingen, & in Terindingen & in Pfeffingen; Poſſeſſiones in Mosberg, in Boblingen, Poſſeſſiones in Tünzhoven & in Vehingen, & Poſſeſſiones in Ech cum pratis, terris, vineis, memoribus, uſuagiis, paſcuis in buſco & in plano, in aquis & molendinis, in viis & ſemitis, & omnibus aliis libertatibus & immunitatibus ſuis. Sanè laborum veſtrorum de poſſeſſionibus habitis ante Concilium generale ac etiam Novalium, quæ propriis manibus aut ſumptibus colitis, ſive de hortis & virgultis & piſcationibus veſtris, vel de nutrimentis animalium veſtrorum nullus à vobis decimas exigere vel*

vel extorquere præſumat. Liceat quoq; vobis Clericos vel Laicos liberos & abſolutos è ſeculo fugientes ad converſionem recipere, & eos absque contradictione aliquâ retinere. Prohibemus inſuper, ut nulli fratrum veſtrorum poſt factam in Monaſterio veſtro profesſionem fas ſit ſine Abbatis licentiâ eodem loco diſcedere, diſcedentem verò absque communi litterarum veſtrarum cautione nullus audeat retinere. Quod ſi quis retinere fortè præſumpſerit, licitum vobis ſit in ipſos Monachos vel Converſos regularem ſententiam promulgare. Illud diſtrictiùs inhibentes, ne terras ſeu quodlibet Beneficium Monaſterio veſtro collatum liceat alicui perſonaliter dari, ſive alio modo alienari absque conſenſu totius Capituli vel majoris aut ſanioris partis ipſius. Si quæ verò donationes vel alienationes aliter, quàm dictum eſt, factæ fuerint, eas irritas eſſe cenſemus. Adhæc etiam prohibemus, ne aliquis Monachus ſive Converſus ſub profesſione veſtræ Domûs adſtrictus ſine conſenſu & licentiâ Abbatis & majoris partis veſtri Capituli pro aliquo fidejubeat, vel ab aliquo pecuniam mutuò accipiat ultra pretium Capituli veſtri conſtitutum, niſi propter manifeſtam domûs veſtræ utilitatem, quod ſi quis facere præſumpſerit, non teneatur Conventus pro his aliquatenus reſpondere. Licitum præterea ſit vobis in cauſis propriis ſive civilem ſive criminalem contineant quæſtionem fratrum veſtrorum teſtimoniis uti, ne pro defectu teſtium jus veſtrum in aliquo valeat deperire. Inſuper autem auctoritate Apoſtolicâ inhibemus, ne ullus Epiſcopus vel alia qualibet perſona ad ſynodos vel Conventus forenſes vos ire, vel judicio ſeculari de veſtrâ propriâ ſubſtantiâ vel poſſesſionibus veſtris ſubjacere compellat, nec ad domos veſtras causâ Ordines celebrandi, cauſas tractandi vel Conventus aliquos publicos convocandi venire præſumat, nec regularem Abbatis veſtri electionem impediat, aut de inſtituendo vel removendo eo, qui pro tempore fuerit contra Statuta Ciſtercienſis Ordinis ſe aliquatenùs intromittat. Si verò Epiſcopus, in cujus parochiâ domus veſtra fundata eſt, cum humilitate & devotione, quâ convenit requiſitus ſubſtitutum Abbatem benedicere, & alia, quæ ad officium epiſcopale pertinent, vobis conferre renuerit, licitum ſit eidem Abbati, ſi tamen Sacerdos fuerit, proprios Novitios benedicere, & alia, quæ ad officium ſuum pertinent, exercere, & vobis omnia ab illo Epiſcopo percipere, quæ à veſtro fuerint indebitè negata. Illud adjicientes, ut in recipiendis profesſionibus, quæ à benedictis vel benedicendis exhibentur, eâ ſint Epiſcopi formâ & expresſione contenti, quæ ab origine Ordinis noſcitur inſtituta, ut ſcilicet Abbates ipſi ſalvo Ordine ſuo Epiſcopo profiteri debeant, & contra Statuta Ordinis nullam profesſionem facere compellantur. Pro conſecrationibus verò altarium vel Eccleſiarum, ſive pro oleo ſancto vel quolibet alio Eccleſiaſtico Sacramento nullus à vobis ſub obtentu conſuetudinis vel alio modo quicquam audeat extorquere: ſed omnia gratis vobis Epiſcopus diœceſanus impendat; alioquîn liceat vobis quemcunque malueritis Catholicum adire Epiſcopum gratiam & communionem Apoſtolicæ ſedis habentem, qui noſtrâ fretus authoritate vobis, quod poſtulatur, impendat. Quod ſi ſedes diœceſani Epiſcopi fortè vacaverit, interim omnia Eccleſiaſtica Sacramenta à vicinis Epiſcopis accipere liberè & absque contradictione posſitis, ſic tamen, ut ex hoc in poſterum propriis Epiſcopis nullum præjudicium generetur. Quia verò interdum propriorum Epiſcoporum copiam non habetis, ſi quem Epiſcopum Romanæ ſedis, ut diximus, gratiam & communionem habentem, de quo plenam notitiam habeatis, per vos tranſire contigerit, ab eo benedictiones vaſorum & veſtium, conſecrationes altarium, ordinationes Monachorum, benedictiones fratrum authoritate Apoſtolicæ Sedis recipere valeatis. Porrò ſi Epiſcopi vel aliarum Eccleſiarum Rectores in Monaſterium veſtrum, vel perſonas inibi conſtitutas, ſuſpenſionis, excommunicationis vel Interdicti ſententiam promulgaverint, ſive etiam in Mercenarios veſtros, pro eo, quòd decimas, ſicut dictum eſt, non perſolvitis, ſive aliquâ occaſione eorum, quæ Apoſtolicâ benignitate vobis indulta ſunt ſeu benefactores veſtros, pro eo, quòd alia vobis beneficia vel obſequia ex charitate præſtiterint, vel ad laborandum adjuverint, in illis diebus, in quibus vos laboratis, & alii feriantur, eandem ſententiam protulerit, ipſam tanquàm contra Sedis Apoſtolicæ indulta prolatam du-

ximus

ximus irritandam, nec litteræ illæ firmitatem habeant: quas tacito nomine Ciſtercienſis Ordinis, & contra tenorem privilegiorum Apoſtolicorum conſtiterit impetrari. Præterea cum commune Interdictum terræ fuerit, liceat vobis in veſtro Monaſterio, excluſis excommunicatis & interdictis, divina officia celebrare. Paci quoque & tranquillitati veſtræ paternâ impoſterùm ſolicitudine providere volentes auctoritate Apoſtolicâ inhibemus, ut infra clauſuras locorum ſeu grangiarum veſtrarum nullus rapinam ſeu furtum facere, ignem apponere, ſanguinem effundere, hominem temerè capere vel interficere, ſeu violentiam audeat exercere. Præterea omnes libertates & immunitates à prædeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus Ordini veſtro conceſſas, nec non libertates & exemptiones ſecularium exactionum à Regibus & Principibus, vel aliis fidelibus rationabiliter vobis indultas auctoritate Apoſtolicâ confirmamus, & præſentis ſcripti privilegio communimus. Decernimus ergò, ut nulli omninò hominum liceat præfatum Monaſterium temerè perturbare, aut ejus poſſeſsiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, ſeu quibuslibèt vexationibus fatigare. Si quæ igitur in futurum Eccleſiaſtica ſecularisvè perſona hanc noſtræ conſtitutionis paginam violaverit, aut ſciens contra eam temerè venire tentaverit, ſecundò tertiòvè commonita, niſi reatum ſuum congruâ ſatisfactione correxerit, poteſtatis honoriſque ſui careat dignitate, reamque ſe divino judicio exiſtere de perpetratâ iniquitate cognoſcat; & à ſacratiſsimo Corpore ac ſanguine Dei & Domini Redemptoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ſubjaceat ultioni. Cunctis autem eidem loco ſua jura ſervantibus ſit pax Domini noſtri Jeſu Chriſti, quatenùs & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen. Amen.

Ego Gregorius Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus SS.
Ego Pelagius Albanenſis Epiſc. SS.
Ego Thomas Tit. S. Sabinæ Presb. Card. SS.
Ego Bartholomæus S. Pudentianæ Presb. Card. Tit. SS. Paſtoris ſubſcripſi.
Ego Joannes Eccleſ. S. Praxedis Presb. Card. SS.
Ego Sigenbaldus Tit. S. Tauren. Presb. Cardinalis ſubſcripſi.
Ego Stephanus S. Mariæ trans Tiberim Tit. S. Calixti Presb. Card. SS.
Ego Reinerius S. Mariæ in Coſmidin Diaconus Cardinalis.
Ego Ægydius SS. Coſmæ & Damiani Diac. Card. SS.
Ego Petrus S. Georgii ad velum aureum Diaconus Card. m. p.
Ego Rainaldus S. Euſtachii Diaconus Cardinalis SS.

Datum Peruſii per manum Magni Martini Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Vice-Cancellarii, octavo Idus Martii, anno Incarnationis Dominicæ milleſimo ducenteſimo viceſimo nono, Indictione ſecundâ, Pontificatûs verò Domini Gregorii noni anno ſecundo.

Anno 1232. Fridericus II. Romanorum Imperator quævis bona Monaſterio Bebenhuſano Eſſlingæ oppido imperiali hactenùs habita & poſſeſſa, à quâvis obligatione, ſeu etiam exactione in totum libera & exempta depoſthâc manere ſtatuit & authoritativè decernit tali diplomate: *Fridericus Dei gratiâ Romanorum Imperator ſemper Auguſtus Jeruſalem & Siciliæ Rex per præſens ſcriptum noſtrum notum fieri volumus univerſis Imperii fidelibus tam præſentibus quàm futuris, quod nos ad ſupplicationem Venerabilis Abbatis in Bebenhauſen fidelis noſtri inſpectâ quoque religione ibidem degentium quâ divino cultui famulantur, divinæ pietatis intuitu & pro remedio animarum Divorum Auguſtorum progenitorum noſtrorum memoriæ recolendæ ac incolumitate noſtrâ ac ſalute animæ noſtræ eximimus bona ſua, quæ Monaſterium memoratum in Eſſlingen juſtè tenet & poſſidet, ac in anteà juſto titulo poterit adipiſci, ab omni datiâ & exactione & ipſum volumus amodo in eisdem bonis eſſe liberum & immune Miniſterialibus & civibus ejusdem loci ſpecialiter inhibentes, quatenùs nullus eum contra præſentis exemptionis & immunitatis noſtræ paginam moleſtare præſumat; quod qui præſumpſerit tanquàm mandati noſtri transgreſſorem ſe noverit indignationi noſtri culminis ſubjacere. Ut autem hæc noſtra exemptio firma ſemper & inconcuſſa permaneat, præſens*

ſens ſcriptum ei fieri fecimus ſigillo Majeſtatis noſtræ munitum. Hujus rei teſtes ſunt Sigifridus Moguntinus Archiepiſcopus, Eberhardus Salzburgenſis Archiepiſcopus. E. Lubenbergenſis Epiſcopus Imperialis aulæ Cancellarius. Henricus Wormatienſis Epiſcopus. C. Abbas S. Galli. Hermannus Marchio de Baden. G. & C. fratres de Hohenlohe. Wernherus Dapifer de Bollanda. C. de Klingenberg. W. de Limpurg. J. C. Pincerna de Winterſtetten. H. de Schnenberg. H. de Waltreſſen, & alii quamplures. Acta ſunt hæc anno Dominicæ Incarnationis M. CC. XXXII.

Anno 1233. Henricus Romanorum Rex Friderici Imperatoris antedicti filius Monaſterio Bebenhuſano confirmat privilegia ratione bonorum in Eſſlingen olim impertita quod ſic habetur: *Henricus Dei gratiâ Romanorum Rex & ſemper Auguſtus &c. Per præſens ſcriptum notum fieri volumus univerſis Imperii fidelibus tam præſentibus quàm futuris, quòd nos ad ſupplicationem Venerabilis Abbatis in Bebenhauſen fidelis noſtri inſpectâ quoque religione ibidem degentium, quâ divino cultui famulantur divinæ pietatis intuitu & pro remedio animarum Divorum Auguſtorum progenitorum noſtrorum memoriæ recolendæ ac incolumitate noſtrâ & ſalute animæ noſtræ exemimus bona ſua, quæ Monaſterium noſtrum memoratum in Eſſlingen juſtè tenet & poſſidet, ac in antea juſto titulo poterit adipiſci, ab omni datiâ & exactione, & ipſum volumus amodò in eisdem bonis eſſe liberum & immune Miniſterialibus & civibus ejusdem loci ſpecialiter inhibentes, quatenùs nullus illud contra præſentis exemptionis & immunitatis noſtræ paginam moleſtare præſumat, quod qui præſumpſerit, tanquam mandati noſtri transgreſſor ſe noverit indignationi noſtri culminis ſubjacere. Ut autem hæc noſtra exemptio firma ſemper & inconcuſſa permaneat, præſens ſcriptum fieri fecimus ſigillo Majeſtatis noſtræ munitum. Hujus rei teſtes ſunt Hermannus Marchio de Baden Abbas S. Galli. Dapifer de Waldpurg. Pincerna de Winterſtetten Ulricus, Wernherus Notarius. Acta ſunt hæc anno Dominicæ Incarnationis milleſimo duceteſimo trigeſimo tertio, quarto Calendas Novembris. Datum apud Eſſlingen. Indictione ſextâ.*

Anno 1255. Wilhelmus Romanorum Rex, Jura, libertates, poſſeſſiones ac bona tùm Eſſlingæ tùm ubicunque locorum ſituata Monaſterio Bebenhuſano propria & adſpectantia authoritate regiâ confirmat ſequente tali diplomate: *Wilhelmus Dei gratiâ Romanorum Rex & ſemper Auguſtus &c. ad utriusque vitæ felicitatem nobis prodeſſe nequaquàm ambigimus; ſi loca religioſa divino cultui mancipata curaverimus ampliare, & eorum commodis piâ intendimus voluntate. Hinc eſt, quòd nos fidelium dilectorum noſtrorum Abbatis & Conventûs Monaſterii de Bebenhuſen benignis ſupplicationibus benigniùs annuentes, omnia privilegia, jura & libertates ipſis à Divis Imperatoribus & Regibus Romanis & Friderico quondam Romanorum Imperatore prædeceſſore noſtro piè ac juſtè indulta, prout in ipſorum privilegiis continentur, & omnes poſſesſiones & bona, quæ in Eſſlingen vel ubicunque locorum largitione fidelium ſeu concesſione Principum juſtè ac legitimè posſident, vel juſtis modis præſtante Domino impoſterum poterunt adipiſci, eis authoritate regalis culminis confirmamus præſenti ſcripto, univerſis & ſingulis diſtrictius inhibentes, ne quis ipſos contra hanc noſtram gratiam noſtraque confirmationis & inhibitionis tenorem moleſtare in aliquo vel perturbare præſumat, quod, qui facere præſumpſerit, gravem indignationem Celſitudinis noſtræ ſe noverit incurſurum. Datum Hamerſtein octavo Calendas Aprilis, Indictione tertiâ decimâ anno M. CC. LV.*

Anno 1274. Rudolphus I. Romanorum Rex Monaſterio Bebenhuſano innovat ac confirmat privilegium quoddam olim anno 1132. à Friderico ſecundo Romanorum Imperatore conceſſum ſpeciali quodam diplomate in id expedito, quod eſt hujusmodi tenoris: *Rudolphus Dei gratiâ Romanorum Rex ſemper Auguſtus Univerſis Sacri Romani Imperii fidelibus præſentes litteras inſpecturis in perpetuum. Dignum judicat noſtra Serenitas, quòd Eccleſiaſticarum perſonarum pro communi ſalute Deum interpellantium pia vota atq; juſta deſideria favore regio proſequentes tantum ipſarum precibus inclinemur, quantum ſperamus nos apud altiſſimû earundem devotis orationum ſuffragiis adjuvari. Hinc eſt, quòd nos Monaſterium de Bebenhuſen Ciſtercienſis Ordinis Conſtantienſis diœceſis, nec nô Abbatē & Conventū dicti Monaſte-*

naſterii ſerenis affectibus amplectentes gratiam & conceſſionem ipſis factam per magnæ recordationis Fridericum quondam Romanorum Imperatorem anteceſſorem noſtrum dicto Monaſterio liberalitate regiâ confirmamus, tenorem privilegii memorati Friderici his noſtris litteris inſerentes, qui talis eſt : Fridericus Dei gratiâ Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, Jeruſalem & Siciliæ Rex, per præſens ſcriptum notum fieri volumus univerſis Imperii fidelibus tam præſentibus quàm futuris, quod nos ad ſupplicationem Venerabilis Abbatis in Bebenhuſen &c. *Hujus noſtræ confirmationis & renovationis privilegii Monaſterii memorati teſtes ſunt adhibiti infra ſcripti, videlicet Venerabilis W. Moguntinus Archiepiſcopus. H. Leodienſis Epiſcopus. E. Comes Palatinus Rheni. Dux Bavariæ. M. Dux Saxoniæ Principes noſtri dilecti. Fridericus Burggravius de Nürnberg. A. Comes de Rotenburg. H. Comes de Fürſtenberg. Ulricus Comes de Trutburg. Juſtrarius Curiæ noſtræ & alii quàm plures. In cujus rei teſtimonium & evidentem pleniorem præſentem litteram ſigillo Majeſtatis noſtræ fecimus roborari. Datum Hagenaeæ per manum Cancellarii noſtri Ottonis Præpoſiti Sancti Guidonis Spirenſis. Anno Domini milleſimo ducenteſimo ſeptuageſimo quarto. Quarto Calendas Martii Indictione Secunda Regni noſtri anno primo.*

Anno 1292. Nicolaus Papa IV. authoritate pontificiâ clementiſſimè concedit: quatenùs religioſi Cœnobitæ Bebenhuſani quovis caſu toties quoties emergente à ſucceſſione bonorum temporalium non excludantur, prout ampliùs explanat ſuæ Sanctitatis Bulla taliter impertita : *Nicolaus Epiſcopus Servus Servorum Dei dilectis filiis Abbati & Conventui Monaſterii de Bebenhuſen Ciſtercienſis Ordinis Conſtantienſis diæceſis Salutem & Apoſtolicam Benedictionem. Devotionis veſtræ precibus inclinati præſentium vobis auctoritate concedimus, ut poſſeſſiones & alia bona mobilia & immobilia, quæ perſonas liberas fratrum veſtrorum mundi vanitate relictâ ad veſtrum Monaſterium convolantium & profeſſionem facientium in eodem, ſi remanſiſſent in ſeculo jure ſucceſſionis, vel quocunque alio juſto titulo contigiſſent, & etiam potuiſſent aliis elargiri fidelibus duntaxat exceptis, petere & recipere liberè valeatis ſine juris præjudicio alieni. Nulli ergò omninò hominum liceat hanc paginam noſtræ conceſſionis infringere vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum apud Urbem veterem Idibus Maji Pontificatûs noſtri anno quarto.*

Eodem anno idem Nicolaus Pontifex Collegiatæ Eccleſiæ Spirenſis ad SS. Trinitatem Decano præcipit, ut omnia Monaſterii Bebenhuſani bona quomodolibet alienata vel diſtracta non obſtantibus Inſtrumentis, ac etiam renuntiationibus juratis revocet, quod ſic habetur : *Nicolaus Epiſcopus Servus Servorum Dei dilecto filio Decano Eccleſiæ SS. Trinitatis Spirenſis ſalutem & Apoſtolicam Benedictionem. Ad audientiam noſtram pervenit, quòd tam dilecti filii Abbas & Conventus Monaſterii in Bebenhuſen Ciſtercienſis Ordinis Conſtantienſis diœceſis quàm prædeceſſores eorum decimas, terras, domos, redditus, vineas, hortos, ſilvas, grangias, piſcarias, villas, caſtra, caſalia, nemora, maneria, paſcua, molendina, jura, jurisdictiones, poſſeſſiones & quædam alia bona ipſius Monaſterii datis ſuper hoc litteris exinde publicis Inſtrumentis factis renuntiationibus, juramentis interpoſitis, & pœnis adjectis, in gravem ejusdem Monaſterii læſionem nonnullis dictis & laicis aliquibus eorum, ad vitam, quibusdam verò & non modicum tempus & aliis perpetuò ad firmum vel ſub cenſu annuo conceſſerunt, quorum & aliqui dicuntur ſuper his confirmationis litteras in formâ communi à ſede Apoſtolicâ impetrâſſe. Quia verò noſtrâ intereſt, ſuper hoc de opportuno remedio providere diſcretioni tuæ, per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenùs eo de bonis præfati Monaſterii per conceſſiones hujusmodi alienata inveneris illicitè vel diſtracta, non obſtantibus litteris, inſtrumentis, renuntiationibus, juramentis, pœnis & confirmationibus ſupradictis, ad jus & propriè-*

proprietatem ejusdem Monaſterii ſtudeas legitimè revocare. Contradictores per Cenſuram Eccleſiaſticam appellatione poſtpoſitâ compeſcendo. Teſtes autem qui fuerint nominati, ſi ſe gratiâ, odio vel timore ſubtraxerint, Cenſurâ ſimili, appellatione ceſſante compellas veritati teſtimonium perhibere. Datum apud veterem Urbem Idibus Maji Pontificatus noſtri anno quarto.

Anno 1298. Ulricus Comes Helfenſteinius Monaſterium Bebenhuſanum totaliter eximit à telonio aliàs juxta morem ſolvendo, prout fuſiùs indicat hocce privilegium illius in ſcriptis datum, & ſic habet: *Ulricus Dei gratiâ Comes de Helfenſtein tenore præſentium publicè profitemur, quòd nos Monaſterio & Fratribus in Bebenhuſen Ciſtercienſis Ordinis Conſtantienſis diœceſis donavimus, & donando perpetuò remiſimus causâ divinæ retributionis, nec non ob ipſorum Fratrum amicitiam ſeu gratiam ſpecialem telonium, quòd in ſtratâ noſtra Geislingen de transvecturâ vini ipſorum nobis ex antiquo jure ſeu debito ſolvi vel dari deberetur. Et ut hæc donatio ſeu donationis gratia robur firmitatis obtineat, præſentem chartam memoratis Fratribus dedimus ſigilli noſtri munimine roboratam. Datum Geislingen anno Domini milleſimo ducenteſimo nonageſimo octavo, in die Beati Michaelis Archangeli.*

Anno 1299. Albertus I. Romanorum Rex renovat & confirmat Monaſterii Bebenhuſani jura ac privilegia, maximè verò quæ ratione bonorum Eſſlingæ, Reutlingæ ac Ulmæ ad illud ſpectantium jam antehàc fuerunt indulta: & ſic habet tenor litterarum: *Albertus Dei gratiâ Romanorum Rex ſemper Auguſtus prudentibus viris Scultetis, Conſulibus & univerſis civibus in Eſſlingen, Reutlingen & in Ulmâ dilectis ſuis fidelibus gratiam ſuam & omne bonum. Cupientes regiæ benignitatis affectum honorabiles viros Abbatem & Conventum Monaſterii in Bebenhuſen Ordinis Ciſtercienſis Conſtantienſis diœceſis devotos noſtros dilectos: quos ad imitationem recolendæ memoriæ progenitorum noſtrorum ejusdem loci fundatorum & ibidem requieſcentium divinâ æmulatione complectimur & ulnis gratiæ amplexamur favore proſequi gratioſo fidelitati veſtræ firmiter præcipiendo committimus & mandamus vobis nihilominùs diſtrictiùs injungentes, quatenus memoratos Abbatem & Conventum, contra jura, libertates & privilegia ipſis à Divis Imperatoribus & Regibus Romanorum illuſtribus noſtris anteceſſoribus tradita, & per nos præſentium teſtimonio confirmata in Steurâ, precariâ, telonio, ſeu quovis exactionis ſeu ſervitutis genere in rebus ſuis & aliis quibuscunque novis ſtatutis, gravare vel moleſtare deinceps nullatenùs præſumatis, ſed eos tanquàm concives veſtros, & devotos noſtros & Imperii, frumenta, vina, & alias res ſuas quascunque veſtra mancipia ſeu villas introducere, educere, ibidem deponere, vendere & conſervare, ac etiam neceſſaria comparare, ſine impedimento & reclamatione quorumlibet liberè permittatis pro ſuæ deſiderio voluntatis. Eidem nihilominùs conventiones, pacta & indulta per vos ipſis ſub Inſtrumentis veſtris publicis conceſſa, ratificamus præſentibus, & volumus inviolabiliter obſervari. Alioqui qui ſecùs facere præſumpſerint, gravem noſtræ Majeſtatis indignationem noverint incurriſſe. In cujus rei teſtimonium & evidentiam pleniorem præſens ſcriptum ſigillo noſtro fecimus communiri. Datum in Nürnberg Idibus Januarii anno Domini milleſimo ducenteſimo nonageſimo nono Indictione duodecimâ regni verò noſtri anno primo.*

Anno 1301. Rudolphus Comes Tubingenſis cognomento Scherer appellatus Monaſterio Bebenhuſano ſolemniter & authenticè confirmat Jura in ſilvâ Schönbuch quomodolibet hactenùs habita & poſſeſſa: item venditionem villarum Weyl, Altdorff & Newenweiler à patruo ſuo Gotfrido Comite Tubingenſi Bebenhuſanis ingenuè factam, quòd ſic accipe. *Omnibus Chriſti fidelibus præſentem litteram inſpecturis Rudolphus Comes in Tubingen dictus Scherer ſubſcriptorum noti-*

notitiam cum ſalute. Sicut nativæ ſpeculator imaginis diſcedens à ſpeculo conſideratæ jam effigiei propriæ non recolit, ſic profectò, quod inter ſapientes pridiè actum dignoſcitur, à memoriâ labitur poſterorum, ſi ſolidatum non fuerit munimine litterarum. Eapropter noverint tam præſentes quàm futuri, quòd nos accedent conſenſu omnium, quorum intererat, noſtrâ liberorum & hæredum noſtrorum utilitate penſatâ, & ut Venerabilium in Chriſto Abbatis & Conventûs Monaſterii in Bebenhuſen, cui progenitores noſtri fundationis poſuêre lapidem primitiorum futuris rerum obviemus diſpendiis, nos noſtrosque liberos procreatos & procreandos hæredes & ſucceſſores univerſos eidem Abbati & Conventui Monaſterii ac adhibita verborum & geſtuum ſolemnitate debita & conſuetâ obligavimus & obligamus Sacramento præſtito corporali, quòd ſilvam dictam Schonbuch cum omnibus juribus, pertinentiis & attinentiis ſuis quocunque nomine cenſeantur, nec in parte, nec in toto ullo unquàm tempore vendemus, permutabimus, obligabimus, alicui in feudum conferemus, aut reſignatam alii vel aliis conferri procurabimus, vel aliquo alienationis titulo à noſtrâ alienabimus poteſtate; omnesque donationes, venditiones, conceſſiones, acquiſitiones, jura, juriſdictiones, libertates & conſuetudines in dictâ ac circa dictam ſilvam in omnibus finibus & terminis ejuſdem à tempore quondam Rudolphi Comitis Palatini felicis recordationis genitoris noſtri chariſſimi, à nobis & à Comite noſtro Eberhardo fratre noſtro chariſſimo, vel à quocunque homine usque ad præſens tempus prædictis religioſis & Monaſterio factas, venditas, acquiſitas, indultas, & ab eisdem poſſeſſas ac ſpecialiter factam venditionem villarum in Weil, Altdorff & Neuenweiler per Gotfridum Comitem de Tubingen patruum noſtrum dilectum cum ſilvis earundem villarum, quæ vulgariter Gemeinmerche nuncupantur, quævè eisdem villis ſpectare & pertinere dignoſcuntur, ab antiquorum omnibus antedictorum bonorum & fundorum hominibus, poſſeſſionibus, bonis, libertatibus, Juribus, Juriſdictionibus & indifferenter cum omnibus attinentiis eisdem, quas omnes & ſingulas præſcriptas, aut pariter eorundem cum omnibus fundis, juribus & appendiciis ipſorum vendere, permutare, obligare & diſtrahere poſſunt dicti religioſi pro libitu ſuæ voluntatis, ratificamus, confirmamus, approbamus, ratas & gratas perpetuò tenere promittimus vel volumus obſervare, easque in omnibus clauſulis præſcriptis & articulis fideliter tanquàm poſſeſſiones proprias defenſare, nos noſtrosq. liberos hæredes & ſucceſſores univerſos per ſtipulationem ſolemnem Varandos perpetuos, obligandos ad ſatisfactionem faciendam & cautionem evictionis poſſeſſionum ſeu bonorum & jurium ſingulorum ac omnium præmiſſorum cum omnibus ſuis appendiciis in toto, & in ſingulis partibus eorundem, & promittentes eisdem religioſis, & eorum Monaſterio ab omni perſonâ & univerſitate prædicta omnia & ſingula legitimè defendere, auctorizare, liberare, vacuasque poſſeſſiones, bona & jura libera & abſoluta reddere à quorumlibet impetitionibus, ac etiam quæſtione & nihilominùs nos obligamus, quòd liberi noſtri tam præſentes quàm futuri, cùm ad annos diſcretionis pervenerint, ac hæredes & ſucceſſores noſtri, quicunque ad omnia & ſingula præſcripta ſub eisdem pactis & modis ſe adſtringent, fideliter obſervanda. Si autem nos priusquàm liberi noſtri ad annos diſcretionis pervenerint, ac hæredes & ſucceſſores noſtri mortis debitum perſolvimus, tutor legitimus dictorum liberorum noſtrorum ac hæredum, qui pro tempore illo fuerint ad omnia & ſingula præſcripta facienda & obſervanda præſtito Sacramento ſe tenebitur obligare. Quod ſi per religioſos prædictos requiſitus facere recuſaverit ſtrenui viri Henricus de Luppingen, Conradus Sculteтus de Bilſen noſtri Conſiliarii vel eorum ſucceſſores, qui tunc pro tempore illo liberorum & hæredum noſtrorum Conſiliarii fuerint, per ſolemne Sacramentum ſe obligabunt, quòd nullum de caſtris aut munitionibus noſtris ad implenda & obſervanda, ſe adſtringent publico juramento. Si verò priusquàm Conſiliariorum prædictorum nos mutare, vel etiam aliquem ab hac luce decedere contingeret, alter per nos infra quindenam, ſicut ex pacto promiſimus, ſubrogatus ad prædicta omnia & ſingula adimplenda & obſervanda, juramento ſimili ſe adſtringent, nec prædicti quicunque Conſiliarii nobis allatenùs perſuadere præſument venire contra juramentum &

omnia & ſingula prædicta, ſicut ſe juramento fideliter ligaverunt, quòd ſi, quod abſit, contra prædicta, vel aliqua eorum veniremus, iidem Conſiliarii per prædictos religioſos moniti à nobis & noſtro ſervitio ſe ſubtrahent indilatè. Præterea ſi prædictæ posſeſſiones, bona & jura vel aliqua pars eorum, pro quibus propriis ſumptibus & expenſis, ubiq; & in quolibet judicio reſpondere tenemur per aliquem vel aliquos impugnare & prædictam ſententiam evictæ fuerint & amiſſæ ſexaginta quinque librarum denariorum Hallenſium redditus de ſteurâ in civitate noſtrâ Herrenberg, tota, quæ ibidem nobis ſolvi conſuevit recipiendos, dictis Religioſis & Monaſterio in Bebenhuſen titulo pignoris obligavimus tali pacto, quòd in reſtaurum & in recompenſam recipiant de eisdem tantum & in valore æquivalens, quantum de posſeſſionibus & bonis ſive rebus & juribus eorum in prædictâ ſilvâ terminis & confinibus ejusdem per ſententiam aut violentiam perdiderunt, qui redditus & redditu um pars ſic ad eos devoluti ab ipſis debent jure perpetuo posſideri. Si qui etiam ſpecialium familiarium noſtrorum & adjutorum, Procuratorum & Cuſtodum dictæ ſilvæ prædictis religioſis in ſecationibus lignorum, paſcuis animalium, libertatibus, juribus, jurisdictionibus, uſibus, conſuetudinibus huc uſq; habitis per oblationem pignorum impeditionem quamcunq; violentiam, damnum vel aliud gravamen intulerint qualecunque, vel eos in posſeſſionibus, bonis in eâdem villâ & ejusdem terminis & confiniis ſituatis quoquo modo impedirent, ſi eandem violentiam vel gravamen infra quindenam moniti per ſatisfactionem injuriararum illatarum & reſtitutionem ablatorum non emendaverint, nos per ipſos religioſos moniti prædictos injuriatores à noſtris debemus obſequiis & familiâ infra quindenam ſegregare, ac alios diſcretos, qui eosdem religioſos in nullo offendunt, ſubrogare, & nos nihilominùs nos reſtituere ablata & de injuriâ ſatisfacere, vel injuriantes ad prædicta compellere tenebimur cum effectu. Adhæc renuntiamus pro nobis, noſtrisque liberis, hæredibus & ſucceſſoribus univerſis litteris ſeu gratiis à ſede Apoſtolicâ vel aliunde impetratis vel impetrandis doli mali, pacti, actionis, defenſionis, non adhibitæ ſolemnitatis, conſuetudinis terræ & patriæ generaliter omni ſuffragio legum & canonum conſtitutorum aut conſtituendorum auxilio vivorum teſtium quantumcunque idoneorum & indifferenter omnī exceptioni in genere & in ſpecie, quâ mediante de facto, vel de jure, ea, quæ perſcripta ſunt, vel ipſorum quodlibet poſſet quovis ingenio violari. Recognoſcentes re eadem omnia cum omnibus ſuis clauſulis, inſtar licita, & honeſta ac nobis multipliciter eſſe fructuoſa, & promittimus pro nobis noſtrisque liberis & hæredibus univerſis per ſolemne præſtitum Sacramentum antedicta omnia perpetuò firma, rata & grata habere, tenere, obſervare & adimplere, nec contra facere vel venire directè vel indirectè in judicio vel extra judicium per nos, liberos noſtros, hæredes & ſucceſſores univerſos aliquâ ratione, causâ vel ingenio de jure vel de facto. In quorum omnium & ſingulorum robur indeficiens præſens Inſtrumentum ſæpedictis Abbati & Conventui tradidimus ſigillorum Reverendi in Chriſto Patris ac Domini Domini Henrici Dei gratiâ Eccleſiæ Conſtantienſis Epiſcopi noſtri, Gotfridi Comitis de Tubingen patruelis noſtri dilecti, Eberhardi Comitis fratris charisſimi. Alberti Comitis de Hohenberg & univerſitatum civium in Eſſlingen, Reutlingen & Tubingen munimine roboratum. Nos verò Henricus Eccleſiæ Conſtantienſis Epiſcopus antedictus ad inſtantiam ſupplicem dicti Rudolfi Comitis de Tubingen per appenſionem noſtri ſigilli omnia & ſingula præmiſſa authoritate ordinaria confirmamus. Nos vero Gotfridus, Eberhardus & Albertus Comites prædicti tanquàm utilitatibus dicti Rudolfi Comitis conſentanei & ad inſtantiam ejusdem omnia præmiſſa per appenſionem ſigillorum noſtrorum pro nobis & noſtris hæredibus confirmamus. Nos etiam Univerſitates in Eſſlingen, Reutlingen, & Tubingen ſigilla noſtra appendimus in evidentiam præmiſſorum. Nos etiam præſcripti Conſules Comitis ſupradicti ſub ſigillo ipſius ſupra ſcripta omnia profitemur. Proteſtamur autem nos præfatus Comes Rudolphus, quòd ſi aliqua ſigillorum antè nominatorum præſenti Inſtrumento aliquo caſu, aut causâ appoſita non fuerint, ſeu appenſa demolita extiterint, ex hoc non minùs vigoris habeat, ſed

ſed ubicunque etiam ſolùm noſtro ſigillo munitum oſtenſum fuerit, tantæ virtutis exiſtat, ac ſi omnia ſorent appoſita & appenſa. Acta ſunt hæc apud Bebenhuſen anno Domini milleſimo trecenteſimo primo, in præſentiâ Domini Friderici Abbatis & Conventûs ibidem, videlicet Calendis Julii, præſentibus etiam ſubſcriptis Henrico Incurato Eccleſiæ in Sulchen. Diethero Rectore Eccleſiæ in Suſſelingen. Conrado de Wildenowe. Hugone de Halvingen. Ludewico de Luſtenowe. Henrico de Maganegge militibus. Hungario. Henrico de Lappingen dicto Grosbrot. Conrado Sculteto de Bilſtein. Friderico dicto Goltſtein, Henrico dicto Fromeiger de Pfullingen. Lucino de Herrenberg & dicto Ritersmann de Aldorff.

Anno 1305. Albertus I. Romanorum Rex Dux Auſtriæ &c. Monaſterium Bebenhuſanum ab omni jugo & moleſtia provincialium advocatorum omniumque ſuæ Majeſtatis officialium impetitione ſolemniſſimè liberat ac deobligat: junctâ ſimul conceſſione immunitatis à vecturis, ſubſidiis & cujuſcunque generis ſervitiis, qualiter oſtendit diploma regium in rei confirmationem taliter impertitum: *Albertus Dei gratiâ Romanorum Rex ſemper Auguſtus Univerſis ſacri Romani Imperii fidelibus præſentes litteras inſpecturis gratiam ſuam & omne bonum. Recolentes nos à Patre miſericordiarum & Domino totius conſolationis in levamen oppreſſorum & refugium pauperum inſtitutos ex propoſitione queruloſâ ac miſeriâ multifariâ religioſorum noſtrorum Abbatis & Conventûs Monaſterii in Bebenhuſen Ordinis Ciſtercienſis Conſtantienſis diœceſis paternum noſtrum affectum & regiam clementiam ab eorum ſublevatione nequivimus continere. Quare dictum Monaſterium Bebenhuſen cum perſonis & rebus ſuis univerſis à dominatu, jurisdictione, auctoritate & jugo advocatorum noſtrorum provincialium omniumque noſtræ Majeſtatis Officialium & aliorum quorumcunque noſtrorum fidelium totaliter eximimus, & perpetim exemptos adeò recognoſcimus, quòd & nunc & deinceps non licebit prætactis noſtris advocatis, officialibus & fidelibus, pro quacunque expeditione, ſeu aliâ causâ à dicto Monaſterio vecturas, ſubſidia, dona ſeu cujuscunque generis ſervitia exigere vel recipere quoquo modo, præſertim cùm velimus ſæpedictum Monaſterium cum perſonis & rebus ſuis ab omni incurſu & moleſtiâ quorumcunq. ſecuros ſub alis noſtræ protectionis & umbrâ clementiæ perpetuò reſpirare. Porrò ne quis huic exemptioni noſtræq. gratiæ ſpeciali directè vel indirectè præſumat aliquatenus obviare, volumus & ſerie præſentium mandamus viris prudentibus dilectis noſtris fidelibus Capitaneis, Sculteti & Univerſitatibus civium in Eſſlingen, Reutlingen, & in Weiler, quatenùs quotiescunque à dictis religioſis ſuper quacunque neceſſitate, negotio vel adverſitate inſimul vel diviſim per exhibitionem præſentium fuerint requiſiti, ex tunc ipſis pro viribus ſub obtentu noſtræ gratiæ aſſiſtere & ſuccurrere non omittant, alioquin pro ſuâ negligentiâ condignam noſtræ caſtigationis ferulam non evadent. In cujus rei teſtimonium præſentes litteras exinde conſcribi & Majeſtatis noſtræ ſigillo juſſimus communiri. Datum apud Spiram octavo Idus Julii, Indictione tertiâ, anno Domini milleſimo trecenteſimo quinto, regni verò noſtri anno ſeptimo.*

Anno 1317. Wilhelmus, Henricus & Godefridus Comites Tubingenſes juratò condicunt ac promittunt ſeſe Monaſterio Bebenhuſano quævis jura ac privilegia depoſthâc ſemper ſervare velle ſalva & integra ſub pœnâ transgreſſionis ſpontaneè votâ & dictatâ tenore ſequentium: Wür Graff Wilhelm / Graff Heinrich / und Graff Godtfrid von Tübingen Gebrüdere verjehen an dieſem Brieff und thun Kundt allen denen / die ihne ſehen oder hören leßen / daß Wür den Erbarn Geiſtlichen dem Abbt und dem Convent deß Cloſters zu Bebenhußen gelobt haben uff den Ayd / den Wür darüber geſchworen haben alle die Recht handzuhaben / umb die ſie gefertiget und Brieff von Unſeren Vattern ſeeligen hand / und ſye / ihre Kirchen-Herren / ihre Leuth / ihr Gut / es ſey in Städten / in Dörfferen / in Höffen oder uff dem Lande / zu ſchirmen vor menniglich / alß fern Wür mögen ohne Gefehrd / noch ihnen ſelbſt kein Layd zu thun / noch ſie zu nöthen / weder an Leuthen / an Güter an ihren Kirchen-Herren / noch an keinen ihren Sachen / und wo Wür deren eines brechen oder überfuhren / ſo ſeint Uns weder die vorgeſchriebne Geiſtliche Leuth / noch die Burger von Eßlingen umb die Nuzung zu Tübingen und zu Calb / ab denen Wür zu vier Jahren zway tauſend Pfund ſolten nemmen / als Wür von ihnen getröſtet waren / alß ob Wür Unſere

Gelibden ſtet hetten geleiſt / Nuz nit gebunden / und daß diß alles gantz ſeye / ſo haben Wür den Geiſtlichen Leuthen / die dick genannet ſeyn / und den Burgeren zu Eßlingen dißen Brieff gegeben beſigelt mit Unſerem Graffen Wilhelmes / Graffen Heinrichs / Graffen Godtfridens mit mit Pfaffen Diethers deß Herters und mit Otten von Wurmlingen Inſiglen zu einer ſteten veſten Gezeugnus aller der Dinge / die daran geſchrieben ſtand / diſer ſelbe Brieff ward gegeben / da man zahlt von Gottes Geburt dreyzehenhundert Jahr / und darnach in dem ſiebenzehenden Jahr an dem nechſten Freitag nach aller Heyligen Tag.

Anno 1318. Rudolphus Comes de Hohenberg Monaſterium Bebenhuſanum cum omnibus ac ſingulis rebus & appertinentiis non ut advocatus, ſed tanquàm promotor atque defenſor in propriam tutelam ſuam recipit, quod ſic habetur: *Rudolphus Comes de Hohenberg tenore præſentium publicè profitemur, quòd nos religioſorum Dominorum Abbatis & Conventûs Monaſterii in Bebenhuſen vitæ ſanctæ puritatem morumque ſuorum honeſtatem conſiderantes & attendentes omnia & ſingula bona tam mobilia quàm immobilia præfato Monaſterio quocunq; modo vel jure pertinentia ad noſtram protectionem ac defenſionem recepimus & in his recipimus ſpecialem. Confitentes inſuper quòd nos bona Monaſterii antedicti non ut advocatus ejusdem Monaſterii, ſed tanquàm ipſius Promotor atq; Defenſor quamdiu antedictis Dominis placuerit, defenſare & gubernare debemus pro virium noſtrarum poſſe, nihil nobis vel noſtris hæredibus per hoc jurisdictionis advocatiæ Monaſterii ſupradicti uſurpantes aut attrahentes quoquo modo. In quorum evidentium ſigillum noſtrum præſentibus eſt appenſum. Datum in die Apoſtolorum Simonis & Judæ anno Domini milleſimo trecenteſimo decimo octavo.*

ſehens zuſammen kommen / und mit gemeinen Rath ſambt einem höltzernen Clöſterlein / auch ein höltzerne Kirch in der Ehr S. Nicolai auffgebauen und under einem geiſtlichem Vatter als Oberen ein Mönchiſch Leben mit ſolcher Ordnung angeſtellt / daß ſie zu jeden 24. Stunden acht Stunden bey Tag und Nacht dem Heyligen Gottsdienſt und Gebett. 8. der leiblichen Arbeit / mit der ſie ſich erhalten / und 8. der leiblichen Notturfft zum Eſſen und Schlaffen zugebracht / und die Alb Brüder genannt worden / und das ſo lang / biß ſie in dem ſibenden Seculo den nunmehr weit und breit berühmbten S. Benedicti Orden angenommen / auch aus der kleinen höltzernen eine nach Möglichkeit ſchönere und gröſſere Kirch von Steinen auffgebauen / worzu ſie dann under anderen Gottſeelig angetriben worden von dem Heyligen Biſchoff und Martyrer Blaſio, welcher in beſagter höltzernen Kirchen ohne ſichtbar erſchinen / und ſich ſelbſt auff alle künfftige Zeiten ihnen zu einem Patronen und Fürbitter bey GOTT wider alle ihre ſichtbare und unſichtbare Feind mit liebreicheſten Worten anerbotten / auch gleich getreulich im Werck ſelbſt erzeigt / daß nemblich der leydige Sathan bey Auffbawung bemeldter neuer Kirchen nächtlicher Weyl zum öffteren wider eingeworffen / was die Brüder des Tags auffgebauet hatten. Nun lebten die Alb- und St. Blaſianiſche Brüder immerfort in groſſer Armuth biß zu den Zeiten Keyſers Ottonis des erſten / unterdeſſen dann hat umb das Jahr 946. gelebt Regenbert aus dem Gut Römiſchen Catholiſchen Haus der Frey-Herren von Selden-Beuren in dem heutigen Zürcher Gebiett / der were ein ſo kluger Herr und ſtreitbarer Held / daß höchſtermeldter Keyſer ihne und ſeine Räth erhoben / da er aber in einem Streitt die eine Hand verlohren / und jetzt nach ſeinem groſſen Gemüth zu weltlichen Waffen ſich untauglich erachtete / hat er aller gottſeeligiſt getrachtet nach geiſtlichem. Da nun ihme zu Ohren kommen die Frombkeit und Armuth diſer St. Blaſianiſchen Brüder / hat er nit allein ſein groß Haab und Gut diſem Orth vergabet / GOTT und S. Blaſio zu Ehren ein herrlich neu Cloſter auffgebaut und ſie heutige ſo lobreiche Abbtey S. Blaſii angerichtet / ſonderen gleich alſobald allda auch ſelbſt den Cloſter-Standt angenommen. Item infrà fol. 638. die fünff erſten Abbte diſes Cloſters S. Blaſii nemblich S. Beringerus, S. Wernherus, S. Giſelbertus, S. Uto und Recuinus, welche biß auff 1128. regiert / mit ihren herrlichen Catholiſchen Tugenden und Thaten alle den Namen der Heyligkeit verdient / und zwar Giſelbert als er die erſte Pfarr-Kirchen auffgebaut / hat er anno 1086. dem Heyligen Papſt und Martyrer zu Ehren ſye einweihen laſſen von Ottone dem Cardinal und Oſtienſiſchen Biſchoff / welcher damahl Päbſtlicher Legat geweſen / hernach aber auff den Päbſtlichen Thron erhoben und Urbanus II. genennt worden. So hat eben diſer Heylige Abbt umb anno 1080. von Adelheit Königen in Ungarn Königs Conamanni Gemahlin mit höchſter Verehrung empfangen einen von ihres Königs Bruder erlangten ſehr groſſen und hernach wunderwürckenden particul des Heyligen Creutzes / an welchem Unſer Heyland geſtorben / und iſt diſer particul nit allein ſo gros / daß dergleichen diſer Enden nit zu finden / ſondern auch von dem Orth / wo ein Nagel durchgeſchlagen / und alſo mit dem Heyligen Blut Chriſti ſonderbar geheyliget worden.

Der vierte S. Uto hat ein neue noch gröſſere Kirch in der Form des Heyl. Creutzes / nach Anzeigung einer guldinen Schnur aus dem Himmel 14. Jahr lang mit groſſen Koſten auffgebauet. So hat er auch das erſte höltzerne S. Nicolai-Kirchlein aus Steinen neu ausgeführet. Der Heylige Ruſtenus aber hat under anderen ein Capitel Unſer Lieben Frawen für die Krancke auffgebauet / und durch gantze Jahr neben einer wochentlichen Proceſſion drey Triceſimos oder 30. tägige Zeiten täglich mit einer / und alſo mit 90. heyligen Meſſen für die Abgeſtorbnen / und noch auff alle Tag ein heylige Meſſe für die

die Gutthäter geſtüfftet. So iſt St. Beringerus der letzte Prior von St. Conrad dem Heyl. Conſtantziſchen Biſchoff ſelbs zum erſten Abbt geweyhen worden ꝛc. ꝛc.

Hæc ille; poſt quem pro coronide qualiscunque hujus modicæ deſcriptionis noſtræ hic oportunè ſubjungendus eſſe videtur modernus quidam ad ampliorem digniſſimi (hodie communes inter & immediatos S. R. J. Status Eccleſiaſticos in Circulo Suevico potentiſſimi, honoratiſſimi) Cœnobii hujus honorem & gloriam alicubi talia fatus: *Sed & illud ſilendum non eſt, quòd ſicut florentisſimum aſceterium iſtud proprio ſemper (quod ajunt) natavit cortice, neque unquàm peregrinos in Sedem ſuam adſcivit Præſules, aut aſcetas; ita Viros illuſtres è ſuo gremio produxerit quamplurimos alienis Infulis, ac Cœnobiorum gubernaculis admotos. Ad mitram Conſtantienſem extractus fuit Udalrius Baro de Caſtellis; ad Baſileenſem Adelbero, ad Sanct-Gallenſem Eglolphus, ad Murenſem Ludfridus, Rupertus, Cuno, Lutoldus ad Garſtenſem in Auſtriâ ſuperiore S. Bertoldus raris miraculis conſpicuus; ad Gottvvicenſem in Auſtriâ inferiore Hartmannus, qui ſimul tribus aliis nobilisſimis Cœnobiis Campidonenſi, S. Udalrici Auguſtæ Vindelicorum, & S. Lamberti in Styriâ præfuit; ad Wiblingenſem B. Wernherus, Arnoldus & Bertholdus; ad S. Walpurgæ in diœceſi Argentoratenſi alius item Bertholdus, & poſt hunc Eberhardus; ad Erlacenſem Eckardus, ad S. Michaelis in Urbe Lunæburgenſi Luno, vir & ſtemmate & virtute clarus; ad S. Georgii propè oppidum Stein ad Rhenum, Otho; ad Rhenovienſem propè Schaffhuſiam Diethelmus alter loci fundator celebratus; ad Mauri-Monaſterienſem in Alſatia, Wernherus; ad Lauracenſem in Ducatu Wirtenbergiæ Henricus; ad Montis Angelorum in Helvetiâ Frovvinus, Rodulphus, Joannes; ad Weſſenbrunnenſem in Boiariâ Udalricus; ad Augiæ Divitis Fridericus Lib. Baro de Wartenberg; ad Mariæ-Montanum in Tyroli Philippus & Colmus ambo ſapientiâ & virtute inſignes; ad S. Georgii in eodem Comitatu Tyrolenſi Joannes; ad D. Trutperti Jacobus; ad Schutteranam Tobias pietate & doctrinâ præſtans, cui deinde tres alii ſucceſſêre; ad Schvvarzachenſem Placidus Vir omninò magnus, & Divæ Virginis Todtmoſiæ Amator & Encomiaſtes notisſimus. Quibus etiam accenſendus B. Henricus vitæ Sanctimoniâ & miraculis illuſtris, Prior Monaſterii Ochſenhuſani, nobilis olim gemma in Tiarâ Sanct-Blaſianâ; item Rudolphus ex eodem contubernio religioſo poſtulatus Abbas Urſinenſis; ac demùm integra colonia Sanct-Blaſiana Donavverdam, ad incolendum excolendumque ejus Urbis Monaſterium, à Gebhardo tertio Epiſcopo Conſtantienſi Apoſtolicæ Sedis Legato traducta. Ut omittamus innumeros alios, qui è nigrâ ſilvâ ſanctisque illis Cœnobii ad S. Blaſium latebris, velut aſtra è tenebris promicantes, rebus præclarè geſtis univerſum S. Benedicti Monaſticum Ordinem illuſtravêre. &c. &c.*

Vivat! floreat! ac perennet vetuſtiſſimum hoc ac magnificentiſſimum S. Blaſii aſceterium hodie ſub digniſſimo Præſule ſuo Reverendisſimo ac Perilluſtri Domino Domino Auguſtino S. R. J. Prælato Abbate &c. &c. florentisſimum; utpotè viris quà doctisſimis, quà pientisſimis, clarisſimis oppidò repletum; atque in eo genuinus Sacræ Religionis Zelus à Majoribus etiam in poſteros ſerie nunquàm interruptâ largitione derivatus ſed & in hæc uſque tempora noſtra adeò multiformiter demonſtratus jugiter ampliùs inardeſcat! fiat! fiat!

BLAWBEURENSE

Ampliſſimum Ordinis S. Benedicti diœceſis verò Conſtantienſis Monaſterium in Ducatu Wirtenbergiæ duobus ab Ulmâ milliaribus cum ſuo cui ineſt paris nominis oppido, quod utrumque bellè ſatis geographicè depictum ſimul & hiſtoricè deſcriptum ſecundùm genuinas virgines exhibet Felix Faber in ſuâ Hiſtoriâ Suevorum lib. 2. cap. 15. fol. 307. prout ſequitur. *Quæ de fontibus Orientis ſcripta ſunt, de noſtris intelligi poſſunt cœteriſque paribus. Non autem fontem Baronis (vulgò* die Blaw *) ſolùm, ſed & ſcopulos rupesque montium per ejus gyrum ſervatos fuiſſe cum ſuis antris nemo eſt, qui legit antiqua carmina, & non credat: vel qui vidit Auguſtinum de civitate Dei, aut Hieronymum in ſuis Epiſtolis, aut Euſebium de præparatione Evangelica, aut Joannem*

Boca-

Boccatium de genealogiâ Deorum gentilium: cùm per gyrum Burronis in clivis montium cernantur horrenda Nympharum habitacula. Quis enim aſcendens clivos & penetrans opaca & condenſos virgultorum rubos non miretur? etiam attonitus ſtupore videns cavernas & ſpeluncas, ſciſſuras petrarum mirabiles, anguſta & lata rupium antra? Ex omnibus his infero fontem Burronem cum ſuis montibus, vallibus & ſilvis olim Diis conſecratum fuiſſe vel ad minùs ſacrabilem, cùm etiam ſupra fontem in clivo reperiantur fundamenta vetuſtiſſimarum ſtructurarum templorum ſigna, præcipuè tamen in loco Monaſterii, ubi eſt confluentia duorum fluminum Ach & Blavii. Loco ergò illo diu manente ſub iſtis profanis cultibus tandem Nympharum deſtructo ritu Tyranni ex templo Burronis refugii turrem fecerunt. Poſt hoc cùm jam mundus illuminatus eſſet fide Chriſti fideles ſuper fundamenta jacta Nymphis Eccleſiam ſuſcitavère in honorem S. Joannis Baptiſtæ, qui

- - - - - meruit lavantem
tingere lymphis.

Statim autem, ut locus dicatus fuit S. Joanni Baptiſtæ omnis Nympharum repulſa eſt ſpurcitia & lympharum ſanctificatum eſt elementum, & concurſus populorum, qui fuerat ad conſulendum oracula Nympharum commutatus eſt ad honorandum ſanctificatorem lympharum; unde ſicuti antiqui certo die anni ad templum Nympharum veniebant, & vigilias inſania plenas celebrabant, ſic poſt S. Joannis ſucceſſionem conveniunt ad locum & vigiliis orationibus & oblationibus celebrant feſtum cum magnâ populorum frequentia, ſicque honor & cultus Nympharum tranſlatus eſt in Paranymphum lympharum. Porrò in ſancto honore erat locus ille, ut Chriſti fideles indignum putarent tam ſacrum locum & Paranymphi templum eſſe abſque continuis Eccleſiæ officiis. Itaque anno Domini MXCV. generoſi viri nobiles Domini Henricus & Hugo Comites Palatini de Tubingen conſtructo ibi Cœnobio ad S. Joannis Eccleſiæ latus, adduxerunt religioſos viros Ordinis S. Benedicti fratres, eis Eccleſiam cum Cœnobio tradentes abdicatis juribus ſuis & plures alias poſſeſſiones pro eorum ſuſtentatione eis aſſignaverunt. Sed & ingenuus vir Hartmannus Senior Comes de Rugga contulit Monaſterio fontem ipſum Blavii cum clivo & rivo fluminis uſque in Nydegg. Sic & alii Comites, Barones & Nobiles religione Dominorum allecti ſua in eorum ſubſidium S. Joanni tradiderunt. Et ne poſteri eorum Nobilium & Fundatorum hæredes aliquod jus æſtimarent ſe habere in loco & in bonis loci de omnium communi conſenſu oblatus fuit Conventus ille, Eccleſia, Cœnobium cum omnibus attinentiis Urbano II. hujus nominis Papæ & Sedi Apoſtolicæ, qui oblatum devotè accipiens ipſum Monaſterium ab omni juriſdictione ſecularium exemit, eumque in honorem SS. Apoſtolorum Petri & Pauli protectionem & poteſtatem redegit anno Domini MCVII. juxta tenorem diplomatis Papalis, quod ſic habet: *Urbanus Epiſcopus Servus Servorum Dei dilecto filio Atelino Monaſterii Burenſis Abbati ejusque ſucceſſoribus regulariter ſubſtituendis in perpetuum. Sicut irrationabilia poſcentibus negari debet aſſenſus, ſic juſta petentium votis benignâ debemus aſſenſione concurrere. Eapropter chariſſimæ filiæ noſtræ Adelheidis Comitiſſæ deſiderio & petitioni duximus annuendum. Burrenſem namque Eccleſiam, cui nunc authore tua fraternitas præſidet ſoceri ſui ſtudio à fundamentis ædificatum ſecundum ipſorum vota ſuper ſacreſanctum Beati Petri altare obtulit, & per manum noſtram in proprium ſedis Apoſtolicæ allodium delegavit. Nos igitur præſentis Decreti authoritate ſancimus, ut tam præfatus locus, quàm univerſa, quæ ibidem ſupradictorum Comitum Henrici & Hugonis ſeu prænominatæ Adelheidis Comitiſſæ largitione collata ſunt, vel in futurum ipſorum aut aliorum fidelium oblationibus conferentur, ſub Apoſtolicæ ſedis tutelâ integra ſemper & illibata permaneant Servorum Dei illic degentium uſibus omnimodis profutura, ſalvâ Conſtantienſis Epiſcopi canonicâ reverentiâ. Ut tamen ex eodem loco unius Byzantii cenſus annuus Lateranenſi Palatio perſolvatur. Decernimus ergò, ut nulli omninò hominum liceat idem Cœnobium temerè perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, minuere, vel quaſi piis de cauſis ſuis uſibus applicare. Obeunte te nunc ejus loci Abbate, vel tuorum quolibet ſucceſſorum nullus ibi quâlibet ſubreptionis aſtutiâ vel violentiâ præponatur, niſi quem fratres communi conſenſu vel fratrum pars conſilii ſanioris ſecundùm Dei timorem & Beati Benedicti regulam elegerint. Si quis igitur Sacerdotum, Clericorum, Regum, Ducum, Comitum aut Judicum vel ſecularium*

larium perſonarum hanc noſtræ conſtitutionis paginam agnoſcens, contra eam temerè venire tentaverit, ſecundò tertiovè commonitus, ſi non ſatisfactione congruâ emendaverit poteſtatis honoriſque ſui careat dignitate, reumque ſe divino judicio exiſtere, de perpetratâ iniquitate cognoſcat, & à ſacratiſſimo Corpore ac ſanguine Dei & Domini Redemptoris noſtri JEſu Chriſti alienus fiat, atque in extremo ſanguine diſtrictæ ultioni ſubjaceat. Cunctis autem eidem loco juſta ſervantibus ſit pax Domini noſtri JEſu Chriſti, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Datum Laterani per manum Joannis S. R. E. Diaconi Card. 8. Calend. Feb. Indictione VII. anno Dominicæ Incarnationis MXCIX. Pontificatûs Domini Urbani Secundi Papæ undecimo. Vide etiam Bruſchium de Monaſt. German. cent. 1. fol. m. 19. & Cruſium part. 2. lib. 8. cap. 13. ubi is poſt Catalogum Abbatum ponit etiam illuſtriora quædam Epitaphia in templo Blawbeurenſi conſpicuâ.

Anno 1159. Adrianus Papa quartus prædeceſſoris ſui Urbani Secundi confirmationem novæ fundationis Blawbeurenſis authoritate pontificiâ repetit innovat & ſtabilit, atque alia nova privilegia ſuperaddit vigore ſequentis Bullæ: *Adrianus Epiſcopus Servus Servorum Dei dilectis filiis Wernhero Abbati Monaſterii S. Joannis Baptiſtæ ejusque fratribus tam præſentibus quàm futuris regularem vitam profeſſis in perpetuum. Religioſam vitam eligentibus Apoſtolicum adeſſe convenit præſidium, nè fortè cujuslibet Temeritatis incurſus, aut eos à propoſito revocet, aut robur (quod abſit) ſacræ religionis infringat. Eapropter dilecti in Domino filii veſtris juſtis poſtulationibus clementer annuimus & præfatum Monaſterium, in quo divino mancipati eſtis obſequio, prædeceſſoris noſtri felicis memoriæ Urbani Papæ veſtigiis inhærentes, ſub B. Petri & noſtrâ protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti privilegio communimus, ſtatuentes, ut quaſcunque poſſeſſiones, quæcunque bona idem Monaſterium in præſentiarum juſtè & canonicè poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis præſtante Domino poterit adipiſci, firma vobis veſtriſque ſucceſſoribus & illibata permaneant, in quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis. Decimas Eccleſiæ, quæ Suſſen, & aliam, quæ Laichingen dicitur, vobis canonicè conceſſas, & omnia, quæ Henricus & Hugo Comites, & quæ Adelheidis Comitiſſa vobis rationabiliter contulerit. Advocatiam autem præfatæ Eccleſiæ Hugo Comes dùm vixerit adminiſtret. Qui ſi fortè Monaſterio inutilis fuerit, amoto eo, alium quem utilem providetis, ſubſtituatis. Prætereà nundinas monaſticæ religioni contrarias, atque omnis cohabitationis, negotiatorum, & omne forenſe negotium ad damnum præfati Monaſterii, & ad turbandam quietem fratrum in eodem Monaſterio fieri ſub interminatione anathematis prohibemus. Quòd, ſi ipſi negotiatores inobedientes extiterint, nullus Clericorum, in loco, ubi nundinæ fuerint, quamdiu ipſæ permanſerint, Miſſam celebrare præſumat. In parochialibus autem Eccleſiis, quas tenetis, liceat vobis ſacerdotes eligere, & Electos Epiſcopo repræſentare, quibus, ſi inventi fuerint idonei, Epiſcopus animarum curam committat, & de plebis quidem curâ iidem Sacerdotes Epiſcopo, de temporalibus verò vobis debeant reſpondere. Chryſma verò, oleum ſanctum, conſecrationes altarium ſeu Baſilicarum, ordinationes Monachorum, qui ad ſacros Ordines fuerint promoti à diœceſano ſuſcipietis Epiſcopo, ſiquidem Catholicus fuerit, & gratiam atque communionem Apoſtolicæ ſedis habuerit, & ea gratis ac ſine pravitate vobis voluerit exhibere. Alioquin liceat vobis quemcunque malueritis, adire antiſtitem; qui nimirùm noſtrâ ſuffultus auctoritate, quod poſtulatur, indulgeat. Sepulturam quoque ipſius loci liberam eſſe concedimus, ut eorum devotioni & extremæ voluntati, qui ſe illic ſepeliri deliberaverint, niſi fortè excommunicati vel interdicti ſint, nullus obſiſtat; ſalvâ cum Juſtitiâ parochialium Eccleſiarum, de quibus mortuorum corpora aſſumuntur. Decernimus ergò, ut nulli omninò hominum liceat ſupradictum Monaſterium temerè perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel Ablatas retinere, minuere, ſeu quibuslibet vexationibus fatigare, ſed illabata omnia & integrè conſerventur pro gubernatione, pro quorum & ſuſtentatione conceſſa ſunt, uſibus omnimodis profutura, ſalvâ ſedis Apoſtolicæ authoritate & diœceſani Epiſcopi canonicâ juſtitiâ. Ad indicium autem hujus à Sede Apoſtolicâ perceptæ protectionis*

ctionis Byzantium unum nobis noſtruque ſucceſſoribus annis ſingulis perſolvetis. Si qua igitur in futurum Eccleſiaſtica ſecularive perſona hujus noſtræ conſtitutionis paginam violaverit, aut ſciens contra eam venire tentaverit, ſecundò tertiovè commonita, niſi præſumptionem ſuam congruâ ſatisfactione correxerit, poteſtatis honorisq; ſui careat dignitate, reamque ſe divino judicio de perpetratâ iniquitate cognoſcat & à ſacratiſſimo Corpore ac ſanguine Dei & Domini Redemptoris noſtri JEſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ſubjaceat ultioni. Cunctis autem eidem loco ſua jura ſervantibus ſit pax Domini noſtri JEſu Chriſti quatenùs & hic fructum bonæ actionis percipiant & apud diſtrictum Judicem præmia æternæ pacis inveniant, Amen.

Ego Adrianus Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus ſubſcripſi. Bene valete.

Ego Hubaldus Presbyter Card. tit. S. Crucis in Jeruſalem SS.

Datum Laterani per manum Rolandi S.R.E. Presbyteri Card. & Cancellarii VIII. Idus Aprilis. Indictione VII. Incarnationis Dominicæ M.CLIX. Pontificatûs verò Domini Adriani Papæ IV. anno quintò.

Anno 1267. Rudolphus Comes Palatinus de Tubingen ſpontaneè reſignat Jus advocatiæ Monaſterii in Blawbeuren, ac unà ſimul alium quendam advocatum inibi conſtitui firmiter præcipit ac ſtatuit juxta ſequentium tenorem: *In Nomine Patris & Filii & Spiritûs Sancti Amen. Rudolphus Dei gratiâ Comes Palatinus de Tubingen omnibus Chriſti fidelibus præſentibus & futuris hanc paginam intuentibus vel audituris, in eo qui eſt ſalus credentium ſempiterna. Quod gerendum inſpirat homini divina ratio, ſic debet fieri ratum & ſtabile quòd non poſſit impoſterùm proceſſu temporis improborum hominum calumniâ revocari. Univerſa namque negotia quæ traduntur voci teſtium & memoriæ ſcripturarum ab utroque trahunt immobile firmamentum. Univerſis igitur vobis & ſingulis præſentibus innoteſcat, quòd nos attendentes quia nulla ſarcina magis premit hominem quàm ignominia ſervitutis, Jus advocatiæ infra muros & ſepta Monaſterii Sancti Joannis Baptiſtæ in Blaubeuren & quinque molendinorum ibidem ad jus & ad proprietatem Monaſterii ejuſdem pertinentium, ſive de jure, ſive de factò habuerimus, in remedium animæ noſtræ ac parentum noſtrorum, & in recompenſationem damnorum, gravaminum & injuriarum à nobis & progenitoribus noſtris Abbati & Conventui Monaſterii prædicti, tam intra ſepta Cœnobii, quàm in poſſeſſionibus forinſecis heu crebrò indebitè illatorum, quorum occaſionem gravaminum, ſacra divinorum officia frequenter neglecta & in ſalutis noſtræ diſpendium minus debito ſunt peracta. Super altare publicum S. Joannis Baptiſtæ in eodem Monaſterio liberaliter ſpontanea voluntate reſignavimus, ad quod tali ſub intentione ſincera cordis devotio nos induxit, videlicet ut perſonæ religioſæ divinis ibidem obſequiis mancipati proventus dictorum bonorum, quæ ab omni exactione & pravâ conſuetudine quietàmus, amodò percipiant ſuis uſibus profuturos. Renuntiantes omni juri canonico ſeu civili ſi quid nobis poſſet competere de jure vel de facto ad repetendum jus advocatiæ prædictæ coram quocunque Judice Eccleſiaſtico vel ſeculari. Decretum facientes, ut nec Domino Abbati vel Conventui, qui tempore prædictæ reſignationis in eodem Monaſterio extiterunt, nec ſucceſſoribus eorundem in loco aut bonis prænominatis alium ſibi liceat ſtatuere advocatum: Verùm ne prædicta noſtra reſignatio ſeu liberalitatis donatio ſucceſſorum improbitatè ſentiret calumniam in irritum revocata, Dominum Eberhardum tunc Venerabilem Epiſcopum Conſtantienſem illam devotis hortabamur precibus confirmare. Ad hæc ut cautela nobis abundaret potior ad ſtabiliendam libertatem nominati Monaſterii Dominus Ulricus Comes de Helfenſtein cooperari promiſit fideliter. Suæ defenſionis auxilio & favore ſigilli ſui teſtimonio conſitente. Inſuper, ut res eſſet ſtabilior caracterem ſigilli fratrum Domûs Teutonicæ in Alshuſen huic paginæ imponi rogavimus. Ac ſic roboratam Domino venerabili Eberhardo tunc Abbati & Conventui in Blaubeuren aſſignavimus. In geſtæ rei teſtimonium, in monumentum temporum futurorum. Acta ſunt hæc publicè in Chorò ante altare publicum S. Joannis Baptiſtæ in dicto Monaſterio Blaubeuren anno Dominicæ Incarnationis milleſimo ducenteſimo ſexageſimo ſeptimo Indictione decimâ nono Calendas Januarii, hoc eſt in vigiliâ glorioſæ Nativitatis Domini præſentibus Domino Ulrico Plebano in Aſche. A. Dapifero in Rugge. H. Welfoni. Ulrico de Ubribinbe. R. dicto Halder. Anshelmo de*

Rugge. militibus. Magiſtro R. dicto Schinbuch, & E. fratre ſuo. B. dicto Hornigge tunc miniſtro civitatis & Ulrico fratre ſuo. R. dicto Lumbacher & E. fratre ſuo. G. dicto Babillohar & B. fratre ſuo. B. Suinthamario. F. Fabro. H. dicto Hamerdac. H. dicto Ernſt. H. Eſchoy. H. Almindingarto civibus in Blauburen & pluribus aliis perſonis, idoneis, qui dictæ reſignationi noſtræ ſeu libertatis donationi cum fieret, affuerunt.

Anno 1267. Rudolphus Comes Palatinus Tubingenſis antedictus in congruam damnorum recompenſationem occaſione Juris advocatiæ hactenus illatorum MonaſterioBlawbeurenſi diverſa quædam jura confert in oppido Blawbeurenſi depoſthàc liberè fruenda ac poſſidenda, quod ſic habetur: *Rudolphus Dei gratia Comes Palatinus de Tubingen omnibus Chriſti fidelibus præſentibus & futuris hanc paginam intuentibus vel audituris ſalutem in eo, qui eſt ſalus credentium ſempiterna. Quod gerentibus inſpirat homini divina ratio, ſic debet fieri ratum & ſtabile, quòd non poſſit impoſterùm proceſſu temporis improborum hominum calumniâ revocari, univerſa namque negotia, quæ traduntur voci teſtium & memoriæ ſcripturarum ab utroque trahunt immobile firmamentum. Univerſis igitur vobis & ſingulis notum eſſe cupimus, quod nos ad cor reverſi recognoſcentes damna gravia, injurias plurimas & gravamina multiformia nos & parentes noſtros Abbati & Conventui Monaſterii S. Joannis Baptiſtæ in Blaubeuren, quod jus ſuper advocatitium habuimus tam intra ſepta Cœnobii, quàm & in poſſeſſionibus forinſecis heu crebrò indebitè irrogâſſe. Quorum occaſione gravaminum ſacra divinorum officia, quæ per religioſas perſonas divinis dicatas obſequiis ibidem ritè peraguntur, vel omninò frequenter neglecta ſunt, vel minùs debito executa, quòd in ſalutis æternæ diſpendium machinatur, in remedium animarum noſtrarum & recompenſationem qualemcunque litem & contentionem diutinam ac damnoſam dictis Abbati & Conventui motam ſæpiùs quanquàm infructuosè contra cives in Blavvbeuren ſuper inquiſitione mortuariorum cenſualium Monaſterii in civitate eâdem commorantium, determinavimus dictis Abbati & Conventui concedentes imò ſtatutum condentes, ut de hominibus Monaſterio ſuo jure proprietatis vel cenſualitatis pertinentibus etiam in civitate Blauburen reſidentiam habentibus, jus mortuarium, quod vulgò Fahl & Haubtrecht dicitur ammodò percipiant ſine contradictione qualibet. Non obſtante ſtatuto vel conſuetudine civitatis, quod utique ſpontanea voluntas civium loci nobiſcum nihilominùs annuit & conceſſit, ſervos quoque Cœnobii, quos in expenſis continuis habuerint, ubique in dictâ civitate intra muros vel extrà reſidentes ab exactione collectarum, quod vulgò Steura dicitur, vigiliis & quibuscunq; ſervitiis aliis quietavimus favore civium nobiſcum unanimi concedente. Indulſimus inſuper dictis Abbati & Conventui, ut ſi quis Civium ejusdem loci puerum ſuum cenſualem vel proprium Monaſterii extraneo, id eſt cenſuali vel proprio copulare voluerit, cum licentiâ Abbatis hoc faciendum eſſe. Alioquin tanquàm transgreſſor ad Abbatis gratiam tenebitur emendare. Villam quoque ſi per indebitam copulam in civitate ſuos parvulos copulaverint, pœnam, quam Dominus Abbas illis inferre duxerit, ſuſtinebunt; ſi quis verò ruſticorum ſubdoli ſpecie dictam intraverit civitatem viſus quærere ſubterfugia, ut ſi fortè in illâ deceſſerit ſubſtantiam rerum ſuarum cum Abbate pro debito partiatur, ſtatuimus, ut talis cum totâ rerum ſubſtantiâ exiens jam emendet. Dicimus inſuper & præſentibus confitemur, quòd in piſcariâ cerulei fluminis, quæ ab ortu ejusdem fluminis usque ad vadum ſuper Curiam Altental apud Nydegge continuè extenditur, nullum omninò jus unquàm habuimus nec habemus, namque aliqua prava conſuetudo piſcantium jus aliquod inducere valuit, ſed dictis Abbati & Conventui dicimus eandem proprietatis titulo liberè pertinere. Ut autem prædicta noſtra ſtatutorum donatio foret ſtabilior noſtro ſigillo ipſam duximus roborandam & Dominum G. & venerabilem Conſtantienſem Epiſcopum devotis precibus illam nobiſcum ſigillo ſuo petivimus confirmare. Et ut cautela nobis abundaret potior teſtimonio ſigillorum Domini Vol. Comitis de Schülklingen & fratrum Domûs Teutonicæ in Ulmâ Domino G. tunc Abbati & Conventui in Blavvburen in præſenti paginâ diſpoſuimus collocari. Acta ſunt hæc publicè in Choro ante altare publicum S. Joannis Baptiſtæ & in dicto Monaſterio Blavvburen anno Dominicæ Incarnationis milleſimo ducenteſimo ſexageſimo ſeptimo Indictione decimâ, nono Calendas*

lendas

lendas Januarii, hoc eſt in vigiliâ Natalis Domini præſentibus Domino Vol. Plebano in Aſche. Al. Dapifero de Rugge. H. dicto Welze. Vol. de Ubrichingen. R. dicto Halder. C. dicto Turn. militibus Magiſtro. R. dicto Schamboch Linbacher & G. fratre ſuo. H. dicto Eſchai. & H. filio ſuo. H. dicto Hamerſach. H. dicto Ernſt. H. dicto Almindinger. Civibus in Blavvburen & pluribus aliis perſonis idoneis, qui dictæ rei cùm fieret, affuerunt.

Anno 1284. Martini Papæ quarti confirmatio privilegiorum, nec non libertatum & exemptionis à tributis & exactionibus ſecularium Monaſterio Blawbeurenſi factâ & clementisſimè collata, taliter in ſcriptis habetur exarata. *Martinus Epiſcopus Servus Servorum Dei dilectis filiis Abbati & Conventui Monaſterii de Blauburen Ordinis S. Benedicti Conſtantienſis diœceſis ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Cùm à nobis petitur, quod juſtum eſt & honeſtum, tam vigor æquitatis quàm ordo exigit rationis, ut id per ſollicitudinem officii noſtri ad debitum perducatur effectum. Eapropter dilecti in Domino filii veſtris juſtis poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu omnes libertates & immunitates à prædeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus, ſive per privilegia, ſeu alias indulgentias vobis & Monaſterio veſtro conceſſas, ſicuti eas juſtè ac pacificè obtinetis vobis & per vos eidem Monaſterio auctoritate Apoſtolicâ confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergò omninò hominum liceat hanc paginam noſtræ confirmationis infringere vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit Omnipotentis Dei & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum apud Urbem veterem Idibus Januarii Pontificatûs noſtri anno tertio.*

Anno 1285. Martinus IV. Rom. Pont. antedictus Monaſterio Blawburenſi ſpeciale quoddam indulget privilegium contra pignorationes & arreſta conceſſum, cujus tenor talis eſt: *Martinus Epiſcopus Servus Servorum Dei dilectis filiis Abbati & Conventui Monaſterii de Blauburen Ordinis S. Benedicti Conſtantienſis diœceſis Salutem & Apoſtolicam Benedictionem. Ex parte veſtra fuit propoſitum coram nobis, quòd nonnulli Clerici & Laici aſſerentes in vos aliquid quæſtionis habere aliquandò Monachos interdùm verò Converſos & nonnunquàm animalia & alia Bona Monaſterii veſtri prætextu cujusdam pravæ conſuetudinis temeritate propriâ vadiare, capere, ac tam diu retinere præſumunt, donec ſit eis de hujusmodi quæſtionibus juxta ipſorum beneplacitum ſatisfactum, quanquam juriſdictionem quâ hoc posſint in vos non habeant ordinariam ſeu etiam delegatam. Cùm itaque judicialis vigor ſit ideò in medio conſtitutus, ut nemo ſibi audeat ſumere ultionem, & ob hoc id tanquàm nullo jure ſubnixum non ſit aliquatenùs tolerandum. Nos volentes quieti veſtræ conſulere ac prædictorum malitiis obviare, authoritateque præſentium diſtrictiùs inhibemus, ne quis occaſione prædictæ conſuetudinis vobis memoratas inferre moleſtias, aut ejusdem Monaſterii bona absque juris ordine occupare, capere, vadiare, ſeu quomodolibet detinere præſumat. Nulli ergò omninò hominum liceat hanc paginam noſtræ inhibitionis infringere vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum apud Urbem veterem quinto Calendas Maji Pontificatûs noſtri anno quarto.*

Anno 1398. Bonifacius IX. Pont. Max. Venerabilibus in Chriſto Dominis Auguſtanæ, Conſtantienſis ac Spirenſis Eccleſiarum cathedralium Decanis mandat, ut omnia Bona Monaſterio Blawbeurenſi quomodolibet ſubtracta, & ab eo abalienata ſtudiosè revocent, illosque eo nomine Monaſterii Judices & Conſervatores authoritate pontificiâ conſtituit juxta ſequentem Bullam: *Bonifacius Epiſcopus Servus Servorum Dei dilectis filiis Auguſtenſis, Conſtantienſis ac Spirenſis Eccleſiarum Decanis Salutem & Apoſtolicam Benedictionem. Militanti Eccleſiæ licet immeriti diſponente Domino præſidentes circa curam Eccleſiarum & Monaſteriorum omnium ſolertiâ reddimur indefeſſâ ſolliciti, ut juxtà debitum paſtoralis officii eorum occurramus diſpendiis & profectibus divinâ cooperante clementiâ ſalubriter intendamus. Sanè dilectorum filiorum Abbatis & Conventus Monaſterii in Blaubeuren Ordinis S. Benedicti Conſtantienſis diœceſis conqueſtione percepimus, quod nonnulli Archiepiſcopi & Epiſcopi aliisque Eccleſiarum Prælati & Clerici ac Eccleſiaſticæ perſonæ tam religioſæ*

quàm

quàm ſeculares, Duces, Marchiones, Comites, Barones, Nobiles, Milites & Laici, Communia Civitatum, Univerſitates oppidorum, caſtrorum, villarum & aliorum locorum & aliæ ſingulares perſonæ Civitatum, & diœceſis, & aliarum partium diverſarum occuparunt & occupari fecerunt, caſtra, villas & alia loca, terras, domos, poſſeſſiones jura & juriſdictiones, nec non fructus, cenſus, redditus & proventus dicti Monaſterii & nonnulla alia bona mobilia & immobilia ſpiritualia & temporalia, & Abbatem & Conventum ac Monaſterium prædictos ſpectantia, & ea detinent indebitè occupata ſeu ea detinentibus præſtant auxilium, conſilium vel favorem. Nonnulli etiam Civitatum & diœceſis ac partium prædictarum, qui nomen Domini in vacuum accipere non formidant eiſdem Abbati & Conventui ſuper prædictis caſtris villis & locis, areis, terris, domibus, poſſeſſionibus, juribus & juriſdictionibus, nec non fructibus, cenſibus, redditibus & proventibus eorundem, & quibuslibet aliis bonis mobilibus & immobilibus ſpiritualibus & temporalibus ac aliis rebus ad Abbatem & Conventum ac Monaſterium prædictos ſpectantibus multiplices moleſtias & injurias inferunt ac jacturas. Quare dicti Abbas & Conventus nobis humiliter ſupplicârunt, ut cùm eiſdem reddatur valdè difficile pro ſingulis querelis ad Apoſtolicam ſedem habere recurſum, providere eis ſuper hoc paternâ diligentia curaremus. Nos igitur adverſus occupatores, detentores, præſumptores, moleſtatores & injuriatores hujusmodi illo volentes eiſdem Abbati & Conventui remedio ſubvenire, per quod ipſorum compeſcatur temeritas & aliis aditus committendi ſimilia præcludatur, diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenùs vos vel duo, vel unus veſtrum per vos vel alium ſeu alios etiamſi ſint extra loca, in quibus deputati eſtis Conſervatores & Judices præfatis Abbati & Conventui efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes non permittatis eosdem ſuper his & quibuslibet aliis bonis & juribus ad Abbatem & Conventum ac Monaſterium prædictos ſpectantibus ab eiſdem vel quibusvis aliis indebitè moleſtari vel eis gravamina ſeu damna vel injurias irrogari facturis dictis Abbati & cùm ab eis vel procuratoribus ſuis aut eorum aliquo fueritis requiſiti, de prædictis & aliis perſonis quibuslibet ſuper reſtitutione hujusmodi Caſtrorum, villarum, terrarum & aliorum locorum, cenſuum, juriſdictionum, jurium & bonorum mobilium & immobilium, redditnum quoque ac proventuum & aliorum quorumcunque bonorum, nec non de quibuslibet moleſtiis, injuriis atque damnis præſentibus & futuris, in illis videlicet, quæ judicialem requirunt indaginem ſummariè & de plano ſine ſtrepitu & figurâ judicii, in aliis verò prout qualitas eorum exegerit juſtitiæ complementum. Occupatores ſeu detentores, præſumptores, moleſtatores & injuriatores hujusmodi nec non contradictores quoslibet & rebelles cujuscunque dignitatis, Status, Ordinis, vel conditionis extiterint, quandocunque & quotiescunque expedierit auctoritate noſtrâ per Cenſuram Eccleſiaſticam appellatione poſtpoſitâ compeſcendo, invocato ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſecularis, non obſtantibus tam felicis recordationis Bonifacii Papæ VIII. prædeceſſoris noſtri, in quibus cavetur, ne aliquis extra ſuam civitatem & diœceſin, niſi in certis exceptis caſibus & in illis ultra unam diætam à fine ſuæ diœceſis ad Judicium evocetur. Seu ne Judices & Conſervatores à ſede deputati prædicta extra Civitatem & diœceſin, in quibus deputati fuerint contra quoscunque procedere ſeu alii vel aliis vices ſuas committere, aut aliquos ultra unam diætam à fine diœceſis eorundem trahere præſumant, dummodò ultra duas diætas (Tagreiſe) aliquis auctoritate præſentium non trahatur. Seu quod de aliis, quàm de manifeſtis injuriis & violentiis, & aliis, quæ judicialem requirunt indaginem pœnis, in eos, ſi ſecùs egerint, & in id procurantes adjectis conſervatores ſe nullatenùs intromittant, quàm aliis quibuscunque conſtitutionibus à prædeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus tam de Judicibus delegatis & conſervatoribus, quàm perſonis ultra certum numerum ad Judicium non vocandis, aut aliis edictis, quæ veſtræ poſſent in hâc parte juriſdictioni aut poteſtati ejusque libero exercitio quomodolibet obviare. Seu ſi aliquibus communiter vel diviſim à prædictâ ſit Sede indultum, quod excommunicari, ſuſpendi vel interdici, ſeu extra vel ultra certa loca ad judicium evocari non poſſint per litteras Apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi, & eorum perſonis, locis, Ordinibus & nominibus propriis mentione & qualibet aliâ indulgentiâ dictæ ſedis, generalis vel ſpecialis cujuscunque teno-

tenoris exiſtat, per quam præſentibus non expreſſam vel totaliter non inſertam veſtræ juriſdictionis, explicatio in hâc parte valeat quomodolibet impediri, & de quâ cujusque toto tenore de verbo ad verbum in noſtris litteris habenda ſit mentio ſpecialis.

Cæterùm volumus & Apoſtolicâ auctoritate decernimus, quòd quilibet veſtrûm proſequi valeat articulum etiam per alium inchoatum, quamvis idem inchoans nullo fuerit impedimento canonico præpeditus. Quodque à dato præſentium ſit vobis & unicuique veſtrûm in præmiſſis omnibus, & eorum ſingulis cæptis & non cæptis præſentibus & futuris perpetua poteſtas & juriſdictio attributa, ut eo vigore eaque firmitate poſſitis in præmiſſis omnibus & ſingulis cæptis & non cæptis præſentibus & futuris & pro prædictis procedere, ac ſi prædicta omnia & ſingula coram vobis cæpta fuiſſent & juriſdictio veſtra & cujuslibet veſtrûm in præmiſſis omnibus & ſingulis per citationem vel modum alium perpetuata legitimum extitiſſe conſtitutione prædictâ ſuper conſervatoribus & aliâ qualibet in contrarium editâ non obſtante, præſentibus poſt quinquennium minimè valituris. Datum Romæ apud Sanctum Petrum tertio Calendas Maji, Pontificatûs noſtri anno nono.

Anno 1407. Joannes Comes Helfenſteinius in novum Monaſterii Blawburenſis Advocatum delectus & aſſumptus ſincerè condicit ac promittit ſeſe fideliter officio ſuo hâc in parte functurum juxta conditiones, quæ ponunt & exprimunt Reverſales ab ipſo datæ ſub hujusmodi tenore: Wür Graff Johanns von Helffenſtein verjehen offenlich für Uns und für alle Unſer Erben mit diſem Brieffe / und thun Kundt allen / die diſen Brieff immermehr anſehen / leßen / oder hörent leßen. Als Unſer lieber Herr und Vatter / Unſer Anherr / und ander Unſer Vorforderen ſeeligen / Recht-Herren und Caſten-Vogt geweſen ſeint / und Wür noch heut bey Tag ſein des Ehrwürdigen Gottshaus Sanct Johannßen des Heyligen Tauffers zu Blawbeuren Sanct Benedicten Orden in Coſtantzer Biſtumb gelegen / und als Wür vor etwann demſelben Gottshaus die vorgenannte Caſten-Vogtey mit etwann anderen Unſeren / und Unſerer Vorderen Leuthen und Güteren / zu rechten Pfand umb ein genannte Summen Gelts verſetzt hetten. Dieſelbe Caſten-Vogtey / Leuth und auch Güter Wür aber von dem Ehrwürdigen Abbt Johannßen und dem Convent gemeinlich allen des vorgeſchribnen Gottshaus zu Unſeren Handen widerumb gar und gentzlich erlediget und erlößt haben / und darauff Uns auch der vorgenannte Abbt Johanns und der Convent gemeinlich alles des vorgeſchriben Gottshaus widerumb gehuldet und geſchworen hand / Uns und Unſerer Erben für Recht-Herren Schirmer und Caſten-Vogt ewiglich zu loben und fürbas mehr keinen anderen Herren / Schirmer noch Caſten-Vogt zu ſuchen weder heimblich noch offentlich / geiſtlich noch weltlich / noch ſonſt in keinem anderen Weege wider Unſerem noch Unſer Erben Gunſt und guten Willen ohne alle Argliſt und Gefehrde. Als auch daß alles ſolch ihr Brieffe / die ſie Uns darüber gegeben hand und vollkommenlich uſſweiſen und ſagen. Darumb haben Wür ihn widerumb gelobt / verſprochen und verheiſſen / und verſprechen mit diſem Brieffe / daß Wür ſie und das verſchribne Gottshaus und auch alle ihre Nachkommen gnediglich und getreulich ſollen und wollen bleiben laſſen / bey allen ihren alten Rechten / Freyheiten und guten Gewonheiten / als ſie die bey Unſeren Altvorderen und Uns bißher gehabt und bracht hand / und ſollen auch Wür und Unſer Erben ſie darbey nit beleidigen noch bekümmeren wider ihren Willen mit keinen Sachen ohn alle Gefehrde. Dann daß Wür ihr gnediger Herr und getrewer Schirmer und Verſprecher ſein ſollen und wollen / ohne alle Argliſt und Gefährde. Beſonder ſo ſicheren und freyen Wür ihnen Matholsheim das Dorff / Leuth und Güter / Süſſen das Dorff / Leuth und Güter / Rotenacker das Dorff / Leuth und Güter und Erſtetten das Weyler Leuth und Güter / was ſie und ihr Gottshaus da hand mit aller Zugehörde und auch alle andere ihr und ihrs Gottshaus Leuth und Güter / die Wür und andre Leuth ihnen gefreyet haben / daß Wür noch Unſer Erben ſie daran nicht irren noch bekümberen ſollen noch wollen / noch keinerley Gewaltſam noch Rechts darüber ſollen zu gebieten / weder von Vogtey / noch von keinerley anderen Zwangfall / noch Sachen wegen / wie dann die mit

nemblichen Worten nemen möcht. Alſo daß ſie mit Namen aller Gebott und Rechts ſicher und frey ſeyn ſollen / uſſgenommen allein des Kirchen-Saß zu Ringingen und des gewonlichen alten Vogt-Rechts über die Kirchen zu Sieſſen / die ſollen Uns und Unſeren Erben mit folgen und bleiben als die Unſere Vorderen an Uns und Wür bißher bracht haben ohn alle Gefährde. Darzu ſo haben Wür ihnen ſonderlich mehr verſprochen / ob daß were / daß Wür oder Unſer Erben nun fürbas mehr mit dem egenannten Herrn dem Abbt und dem Convent des vorgeſchribnen Gottshaus / oder mit ihren Nachkommen / oder ſie / oder ihr Nachkommen widerumb mit Uns oder Unſeren Erben keinerley Stöß oder Jrrung gewinnen / das GOtt nicht wölle. So ſollen Wür Uns beiderſeits eines gemeinen Bidermanns gar freuntlich miteinander vereinen mit einem gleichen Zuſag. Und derſelb gemein ſoll Uns dann beederſeits gelegnen Tag beſcheiden. Und was ſich denne daſelbs der Gemein und die Schüdleuthe gemeinlich oder mit dem mehrern Theyl nach baider Theyl Fürlegung / Red und Wider-Red erkennent / oder darumb ſprechend / dabey ſoll es gar und gentzlich bleiben / und ſoll auch von Uns beederſeits trewlich gehalten werden / daß Wür darwider nicht thun ſollen / noch ſchaffen zu thun mit keinen Sachen / in kein Weeg ohne Argliſt und Gefehrde. Were es aber / daß ſie Sach oder Stöſſe alſo geſtellt oder geſchaffen würden oder weren / daß Wür Uns eins gemeinen miteinander nicht aynen und überkommen möchten / ſo ſollen Wür beiderſeits der Sachen allwege kommen als dick das beſchach uff Unſeren Oheim von Würtenberg / oder ob der nicht / den GOtt lang behüt / welcher Herr zu Würtenberg iſt / und darzu uff einen Biſchoff zu Coſtantz / wer denne zu denſelben Zeiten noch Biſchoff zu Coſtantz iſt / und an denſelben zwayen Herren ſollen Unſere Sachen gentzlichen ſtehen und bleiben / als ob ſie das zwiſchen Uns mit Freundtſchafft und mit Unſer baiderthell Willen und Gunſt verrichten und abtragen möchten. Wär es aber / daß ſie bedächten / daß ihnen die Sach zu ſchwer wäre oder ſein wolte ; ſo mögen dieſelben zween Herren einen gemeinen zu ihnen nemmen / welchen ſie wollen / und derſelb gemein Mann ſoll denne über Uns baiden Theilen / gelegenen Tag beſcheiden / und wes ſich denne die vorgenannte zween Herren und der gemein Mann gemeinlich oder mit dem mehrern Theil darumb aber nach Unſer beeder Theil Fürlegung Red und Wider-Red erkennt oder darumb ſprechend / das ſoll aber Fürgang haben / und ſollen auch beederſeits dabey bleiben / alſo daß das von Unſer entwederem Theil nicht fürbas gezogen noch bracht ſoll werden / weder uff geiſtlich noch uff weltlich Gerichte / noch an keiner ander Stette in keine Weeg ohne alle Argliſt und Gefehrde. Und alſo geloben und verſprechen Wür vorgenannt Graff Johanns alle obgeſchribne Sachen bey Unſeren Trewen / getreulich wahr und ſtet zu halten und zu vollführen / ohne alle Argliſt und Gefehrde nach Uſſweiſung diß Brieffs. Und des alles zu wahren und offnen Urkund ſo geben Wür vorgenannt Graff Johanns von Helffenſtein für Uns und für alle Unſere Erben den egenannten Herren Abbt Johannſen und dem Convent gemeinlich allen des obgeſchribnen Gottshaus Blaubeuren und allen ihren Nachkommen diſen Brieff beſigelt mit Unſeren eigen angehenckten Jnſigel. Darzu haben Wür fleiſſig gebetten den Ehrwürdigen Fürſten Unſeren Lieben Herren Eberharden Biſchoff zu Augſpurg den Edlen Wohlgebornen Herren Graff Conraden von Kirchberg Unſeren Lieben Schwehér / die Veſten und Erbare Herren Heinrichen von Hohen Rechberg / Conraden von Stein von Klingenſtein / Ulrichen von Stein von Jungingen / und Hantzen Störlin uff dem Hoffe / alle Burger zu Ulm / daß die ihr Jnſigel ohne Schaden ihnen ſelb zu einer wahren Gezeugnus aller vorgeſchribner Sachen zu Unſerem Jnſigel auch offenſich gehenckt hand an diſem Brieff. Und were ob der Jnſigel eins oder mehr ungefahrlich an diſem Brieff zerbrochen wurde / mißkehrt / oder nit daran gehencklet / oder ob diſem Brieff ſonſt einerley Schad oder Gebreſte zufiel / oder beſchah von Waſſer / von Feur / von Dünten oder von anderen redlichen Sachen ohne Gefärd / das alles ſoll noch mag ihnen keinen Schaden / Kummer noch Gebreſte bringen an keinen Stetten noch in keinem Weg / alldieweil ein Jnſigel oder mehr daran gantz iſt. Das beſchach / und ward diſer Brieff geben deß nechſten Sambſtag vor St. Georgen Tag deß Heyligen Martyrers / da man zahlt nach Chriſti Geburt vierzehenhundert Jahr / und darnach im ſiebenden Jahr.

Anno

Anno 1431. Eugenius IV. Pont. Max. Monaſterio Blawbeurenſi de libertate & immunitate Eccleſiaſticâ ſolemni privilegio proſpiciens, illud ipſum unà cum Monaſteriis Weingartenſi, Wiblingenſi, Zwifaltenſi & Ochſenhuſano ab omnibus illicitis exactionibus, aliisque turbationibus omninò liberum manere debere decernit vigore ſequentis Bullæ : *Eugenius Epiſcopus Servus Servorum Dei Venerabilibus fratribus Conſtantienſi & Auguſtenſi Epiſcopis ac Decano Eccleſiæ Conſtantienſis Salutem & Apoſtolicam Benedictionem. Ad compeſcendos conatus nefarios perverſorum, qui perſonas & loca Eccleſiaſtica ſuper bonis & juribus ſuis offendere & multiplicibus perturbare moleſtiis non verentur, tanto magis per nos decet opportuno remedio providere, quanto per ampliùs turbationes hujuſmodi & moleſtiæ in divinæ Majeſtatis offenſam, nec non in Eccleſiaſticæ libertatis redundare diſpendium dignoſcantur. Dudùm ſiquidem tùm in diverſis mundi partibus Conſules Civitatum & Rectores, nec non alii, qui poteſtatem habere videbantur, tot onera frequenter imponerent Eccleſiis, ut deterioris conditionis factum ſub eis Sacerdotium videretur, quàm ſub Pharaone fuiſſet, qui legis divinæ non habebat, quique omnibus aliis ſervituti ſubjectis, Sacerdotes & poſſeſsiones eorum in priſtinâ libertate dimiſit, & de publico eis alimoniam miniſtravit. In Concilio Lateranenſi Eccleſiæ immunitati providendo, ſub anathematis diſtrictione prohibitum extitit, ne Conſules, Rectores, aut alii prædicti Eccleſias, aut viros Eccleſiaſticos tallius ſeu collectis, vel exactionibus aliis aggravare præſumerent transgreſſores & fautores eorum præcipiendo anathematis ſententiæ ſubjacere, donec ſatisfactionem impenderent competentem, & etiam deinde in generali Conſilio editum fuit, quòd ſi Epiſcopi fortè cum Clericis, etiamſi tantam neceſsitatem vel utilitatem inſpicerent, ut abſque ullâ coactione ad relevandas communes utilitates vel neceſsitates, ubi Laicorum non ſuppeterent facultates, ſubſidia per Eccleſias Laicis ducerent concedendas minimè ſuper hoc conſulto Romano Pontifice, conceſsiones & ſententiæ, quæ à talibus, vel ipſorum mandato forent promulgatæ, eſſent irritæ & inanes nullo unquàm tempore valituræ, ac etiam in ipſo generali Conſilio decretum extitit, illum, qui infra tempus ſui regiminis propter fractionem conſtitutionum vel ſanctionum hujuſmodi ſuſtineret anathema, tanquàm poſt illud non eſſet ad ſatisfactionis debitum compellendus, nec non ipſius ſucceſſorem, qui non ſatisfaceret intra menſem manere Eccleſiaſticâ cenſurâ concluſum, donec ſatisfaceret competenter, cum ſuccederet in onere, qui ſubſtitueretur in honore. Poſtmodùm verò felicis recordationis Honorius Papa III. Prædeceſſor noſter attentè conſiderans, quod quondam Fridericus II. olim Romanus Imperator tunc ſub obedientiâ & devotione Sanctæ Romanæ Eccleſiæ perſiſtens, ad laudem ejuſdem Eccleſiæ & ſacri decus Romani Imperii, cupiens, ut expurgatis quorundam erroribus & iniquis ſtatutis penitùs deſtitutis, de cætero Eccleſiæ & Eccleſiaſticæ perſonæ plenâ vigerent quiete, atque ſecurâ libertate gauderent, ac piè & juſtè attendens, quòd quorundam perverſorum iniquitas adeò abundaret, ut non dubitarent contra Eccleſiaſticam diſciplinam & ſacros canones ſtatuta ſua confringere adverſus Eccleſiaſticas perſonas & Eccleſiaſticam libertatem edictali lege ſtatutâ iniqua irritaverat, & præceperat irrita nuntiari, & omnia ſtatuta & conſuetudines, quæ civitas & loca, poteſtates vel conſules, aut quæcunque aliæ perſonæ contra libertatem Eccleſiæ vel perſonas Eccleſiaſticas hujuſmodi edere aut ſervare tentarent contra canonicas vel imperiales ſanctiones de ipſorum Capitularibus infra duos menſes poſt ipſius legis publicationem penitùs aboleri facerent, & ſi de cætero talia attentaret, illa ipſo jure decrevit eſſe utilia, & eos ſuâ juriſdictione privatos, nec non locum, ubi talia deinceps præſumpta fuiſſent, banno mille marcarum auri fiſco imperiali præceperat ſubjacere. Poteſtates verò Conſules, ſtatutarii & ſcriptores ſtatutorum prædictorum, nec non conſiliarii locorum ipſorum, qui ſecundùm ſtatuta & conſuetudines memorata indicarent, ex tunc eſſent ipſo jure infames, quorum ſententias & actus legitimos ſtatuerat aliqualiter non tenere, quodque ſi per annum præfatarum conſtitutionum inventi forent contemptores, bona eorum per totum ſuum imperium mandavit impunè ab omnibus occupari, ſalvis nihilominùs aliis pœnis contra tales in eisdem generalibus Conciliis promulgatis. Et inſuper voluit idem tunc Imperator, quòd nulla communitas, vel perſona publica ſeu privata collectas ſeu exactiones angarias Eccleſiis vel aliis piis locis aut Eccleſiaſticis perſo-*

perſonis hujusmodi imponere, ſeu invadere Eccleſiaſtica bona præſumerent, quòd ſi ſecùs facerent, & requiſita ab Eccleſia vel Imperio hujusmodi emendare contemnerent, tripliciter refunderetur, & nihilominùs banno imperiali ſubjacerent, quod ſine ſatisfactione debitâ nullatenùs remitteretur. Statuerat inſuper, quòd quæcunque communitas vel perſona per annum in Excommunicatione propter Eccleſiæ libertatem violatam perſiſteret, ipſo jure ſimiliter banno imperiali ſubjaceret, à quo nullatenùs extraheretur, niſi priùs ab Eccleſia beneficio abſolutionis obtento, & inſuper ordinaverat, ut nullam Eccleſiaſticam perſonam in criminali quæſtione, vel civili ad judicium ſeculare trahere præſumeret contra eaſdem canonicas ſanctiones & conſtitutiones imperiales, quòd, ſi ſecùs faceret, actor à ſuo jure caderet, & judicatum non teneret, & Judex foret extunc judicandi auctoritate privatus; quodque Judices temporales, qui Clericis & perſonis Eccleſiaſticis juſtitiam denegare præſumerent, tertiò requiſiti ſuam jurisdictionem amitterent. Conſtitutionem ipſam de conſilio etiam fratrum ſuorum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium, qui tunc erant, auctoritate Apoſtolicâ approbans & confirmans ipſam mandavit inviolabiliter obſervari, nec non ſtatutarios & ſcriptores ac violatores prædictos excommunicatos eâdem auctoritate nuntiari, & deinde ad audientiam divæ memoriæ Caroli quarti, etiam Romano Imperatore ſemper Auguſto deducto, quòd nonnullæ ſeculares perſonæ in poteſtate & officiis publicis conſtitutæ videlicet Duces, Marchiones, Comites & Barones, & alii Domini temporales, nec non Conſules oppidorum, villarum & locorum, Rectores in diverſis provinciis ejusdem Imperii, Dei timore poſtpoſito ſtatuta ſingularia & iniquas ordinationes motu proprio, & de facto contra ipſas perſonas Eccleſiaſticas & Eccleſiarum libertates ac earum privilegia condiderant, illisque de facto & publicè utebantur, contra canonicas & legitimas ſanctiones, utpote quòd nulla bona temporalia in poteſtatem Eccleſiaſticam transferrentur, & ne Clerici in ſacris ordinibus conſtituti, ad agendum & teſtificandum in civilibus & maximè in piis cauſis aliquatenùs admitterentur; quodque excommunicati Laici & publicè denuntiati in civili foro minimè repellerentur, & inſuper prædicti Domini temporales Conſules & Rectores per ſecularem poteſtatem res & bona Clericorum occuparent, arreſtarent, & oblationes Chriſti fidelium minuerent atque reſtringerent, exactiones & tallias indebitas, de bonis & redditibus Eccleſiarum exigerent, & extorquerent poſſesſiones Eccleſiarum & perſonarum Eccleſiaſticarum earundem devaſtarent incendiis & rapinis contractus inter Clericos & Laicos factos legitimè ad libros civitatum, villarum & locorum prædictorum inſcribere & ſigillare recuſarent, donataque & legata ad fabricas & Eccleſiarum ſtructuras contra Prælatorum voluntatem, & aliorum, quorum intererat, temerè uſurpare præſumerent in fraudem & odium Clericorum; de bonis etiam & rebus eorundem Clericorum, quæ non causâ negotiationum, ſed propriis eorum uſibus per eorum terras ducebant, ſeu duci faciebant, telonium exigere & recipere non verebantur, & confugientes ad Eccleſias & earum cemiteria inde extrahere, contra canonicas & imperiales ſanctiones hujusmodi præſumpſerant & præſumebant. Idem Carolus Imperator tanquàm Chriſtianisſimus Princeps volens in præmiſſis providere de remedio ſalutari, etiam de quorundam Principum, Ducum, Comitum, & Baronum, fideliumque aliorum ſacri Imperii ſæpedicti conſilio & auctoritate imperiali quæcunque ſtatuta & conſuetudines prædicta, tanquàm per Canonicas & civiles ſanctiones expreſſè reprobata, caſſavit, irritavit, & annihilavit, ac caſſa & irrita nulliusque eſſe voluit roboris vel momenti, præcipiens ſub imperialis banni pœnâ univerſis & ſingulis Principibus & Dominis temporalibus Conſulibus & Poteſtatibus, & aliis in officiis publicis in eodem imperio conſtitutis, quatenùs ex tunc ipſorum ſtatuta & ordinationes, ſic in præjudicium Eccleſiaſticæ libertatis edita fuerant, omninò revocarentur & de luce tollerentur, quodque ſecundùm ea non judicarent ampliùs, nec ſententias dictarent, aut eisdem judicio vel extra judicium quomodolibet pro ſe & contra eandem Eccleſiaſticam libertatem potirentur. Pronuntiavit inſuper & eâdem decrevit auctoritate, quòd quicunque Laicus, cujuscunque ſtatûs aut conditionis exiſteret, auſu ſacrilego & propriæ temeritatis audaciâ ſacerdotem vel Clericum ſecularem vel religioſum diffidaret, proſcriberet, captivaret, ſpoliaret, occideret, mutilaret, & in carcere detineret, vel hujusmodi maleficia perpe-

perpetrantes ſcienter receptaret, vel eis favorem præſtaret præter pœnas à ſacris Canonibus & legalibus ſanctionibus in tales inflictas, eo ipſo redderetur infamis, ac omni honore privatus, nec ad placita vel conſilia nobilium admitteretur quovis modo. Hortans inſuper in Domino & requirens Prælatos Eccleſiaſticos in illis partibus, in quibus talia committerentur conſtitutos, ut legem imperialem hujusmodi per eorum Eccleſias & Synodos publicarentur, ne transgreſſores hujusmodi per ſimulatam ignorantiam ſuam valerent in hâc parte malitiam excuſare, prout in Conſtitutionibus & Sanctionibus Conciliorum & Honorii prædictorum ac imperialibus præfatis pleniùs continetur.

Cùm autem ſicut lamentabili querelâ dilectorum filiorum Abbatum, ſingularumque perſonarum & ſubditorum in Weingarten, Ochſenhauſen, Wiblingen, Zvvifalto, Iſnin & Blavvbeuren Monaſteriorum Ordinis S. Benedicti Conſtantienſis diœceſis nuper accepimus, nonnulli Principes, Duces, Comites, Barones & aliæ ſeculares poteſtates earundem conſtitutionum & ſanctionum canonicarum & legalium forſan ignaris, contra ipſas ab Abbatibus perſonis præfatis civitatum & diœceſis prædictarum forſan tallias & gabellas & alias exactiones illicitas extorſerint, & adhuc extorquere nitantur, & etiam Bona Abbatum perſonarum & ſubditorum prædictorum invaſerint, arreſtarint, occupaverint & detinuerint, & ſuis uſibus applicaverint, nec non occupare, invadere, arreſtare, detinere & easdem ſuis uſibus applicare, ſimiliter de facto præſumant, in animarum ſuarum periculum, nec non Abbatum perſonarum & ſubditorum hujusmodi non modicum gravamen præjudicium atque damnum, nos ipſis Abbatibus, perſonis & ſubditis in præmiſſis oportunè providere volentes, diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta in virtute ſanctæ obedientiæ diſtrictè præcipiendo mandamus, quatenùs vos, vel duo, aut unus veſtrûm per vos vel alium ſeu alios eisdem Abbatibus, perſonis & ſubditis contra quoscunque transgreſſores & violatores conſtitutionum & ſanctionum earundem cujuscunque ſtatûs, dignitatis & excellentiæ fuerint efficacis defenſionis auxilio aſſiſtentes non permittatis eos contra Canonicas & legales conſtitutiones & ſanctiones hujusmodi indebitè moleſtari, nec non easdem conſtitutiones & ſanctiones, ubi & quando expedire videbitis ſolemniter publicantes faciatis transgreſſores & violatores hujusmodi, ſi & prout juſtum fuerit, tamdiu excommunicatos & anathematizatos publicè denuntiari, donec ab earundem talliarum, collectarum impoſitionum & quarumlibet extorſionum, nec non Bonorum Abbatum perſonarum & ſubditorum hujusmodi invaſione, arreſtatione, occupatione, detentione & applicatione omninò deſiſtant, nec non etiam efficaciter reſtituant eisdem Abbatibus, perſonis atque ſubditis occaſione præmiſſorum per eos communiter vel diviſim læſis ſeu gravatis, tallias, gabellas, & exactiones ipſas, ac etiam Bona Abbatum, perſonarum & ſubditorum prædictorum arreſtata, occupata, detenta & applicata ipſis, aut quæ per ſe vel alios illorum prætextu quomodolibet receperunt, imò veriùs temerè & illicitè uſurpaverunt, à ſe liberè omninò relaxent, ac in manibus veſtris juraverint, quòd de cætero talia non committant, & ea committentibus non præſtent auxilium, conſilium vel favorem, contradictores per Cenſuram Eccleſiaſticam ac alia oportuna juris remedia compeſcendo, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſecularis. Cæterùm, ſi forſan hujusmodi transgreſſorum aut violatorum vel ea fieri mandantium, ipſisque conſentientium ſeu dantium illis per ſe aut alios directè vel indirectè, publicè vel occultè auxilium, conſilium vel favorem præſentia præmonitionibus & requiſitionibus per vos de ipſis faciendis tutè, ſecurè vel commodè haberi nequirent, nos vobis monitiones & requiſitiones hujusmodi ac citationes quaslibet per edicta publica locis affigenda publicis, de quibus ſit vero ſimilis conjectura, quòd ad notitiam citatorum & monitorum hujusmodi pervenire valeant faciendi plenam & liberam concedimus tenore præſentium poteſtatem, volentes, quòd monitiones, requiſitiones & orationes hujusmodi perinde ipſos citatos, requiſitos & monitos, ut præmittitur, arctent, ac ſi eis factæ & inſinuatæ principaliter & perſonaliter extitiſſent. Non obſtantibus tam piæ memoriæ Bonifacii VIII. prædeceſſoris noſtri, quibus cavetur, ne aliquis extra ſuam civitatem vel diœceſin, in certis quibusdam exceptis caſibus & in illis ultra unam diætam à fine ſuæ diœceſis ad Judicium evocetur, ſeu ne Judices extra civitatem & diœceſin, in quibus de præſenti fuerint contra quoscunque procedere, aut aliis vel

aliis vices ſuas committere, ſeu aliquos ultra unam diætam à fine diœceſis eorundem trahere præſumant, dummodò ultra diætas duas aliquis præſentium auctoritate non trahatur, ac de perſonis ultra certum numerum ad judicium non vocandis, quàm aliis Conſtitutionibus Apoſtolicis contrariis quibuscunque. Aut ſi aliquibus communiter vel diviſim à ſede Apoſtolicâ indultum exiſtat; quòd interdici, ſuſpendi vel excommunicari, aut extra vel ultra certa loca ad judicium evocari non poſſit, per litteras Apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem. Datæ Romæ apud S. Petrum anno Incarnationis Dominicæ milleſimo, quadringenteſimo triceſimo primo. Idus Aprilis. Pontificatûs noſtri anno primo.

Anno 1448. Ludovicus Comes Wirtenbergicus Monaſterii Blawbeurenſis advocatus, ſeſe fideliter officium ſuum præſtare velle juxta conditiones ſponte poſitas & dictatas ultrò condicit ac promittit tenore ſequentium: Wür Ludwig Graffe zu Würtenberg und zu Mümpelgart ꝛc. bekennen und thun Kundt offenbar mit diſen Brieff für Uns und Unſer Erben und Nachkommen als Wür Gerenhauſen / Ruck und Plawenſtein die Veſtungen und die Stadt Blaubeuren mit Dörfferen / Weyleren / und aller Zu- und Eingehörung / und auch die Caſten-Vogtey und die gewaltſame über das Cloſter Blaubeuren / Leuth und Güter darzu gehörig eines rechten / ſteten und ewigen Kauffs erkaufft haben von dem Wohlgebornen Unſerem lieben Oheim / Graff Conraden Graffen von Helffenſtein nach Laut des Kauffs-Brieffs / den Wür darumb haben. Wann nun die Ehrwürdige Unſere Liebe Andächtige und Beſondere der Abbt und ſein Convent ſich gegen Uns demütiglich in gantzer Gehorſamkeit erzeigt / Uns und Unſeren Erben und Nachkommen Huldigung gethan / geſchworen / und ſich gegen Uns verſchriben und bekennt hand / Uns / Unſere Erben und Nachkomen für ihre rechte Schirmer und Caſten-Vögt zu haben / und fürbas keinen anderen Schirmer / Herren noch Caſten-Vogt zu ſuchen weder heimlich noch offentlich / geiſtlich noch weltlich / ſunſt noch ſo in keinem Weg als von Alter herkommen iſt und ſeyn ſoll / und das alles ſolche Brieff / die ſie Uns darüber gegeben hand / vollkommenlich lauten und ſagen / und umb ſolchen ihren Fleiß und gutwillige Gehorſambkeit haben Wür dem vorgenannten Gottshaus Abbte und ſeinen Convent widerumb die Gnad ergötzt und gethan / ergötzen und thuen ihnen mit Krafft diß Brieffs / daß Wür ſie und das vorgenannt ihr Gottshaus / und auch alle ihre Nachkommen gnediglich und getreulich ſollen und wollen bleiben laſſen bey ihren Freyheiten und guten Gewohnheiten / als ſie denn dem vorgenannten Graffen Conrad von Helffenſtein Unſeren lieben Oheim / von dem Wür ſie / als vorgeſchriben ſtehet / erkaufft haben / bißher gebliben ſeint / und er das uff Uns bracht hat / ſonderen Wür ſollen und wollen ihr getrewer Schirmer heiſſen und ſeyn / ohne alle Argliſt und Gefehrde / und umb daß ſie und ihr Gottshauß / aller guter Sachen / der ſie wohl würdig ſeind / deſto baß erharren mögen / ſo ſicheren und freyen Wür ihnen die hirnach benennte Dörffer mit Leuthen und mit Güteren; mit Namen Matholſen / Süſſen / Ringingen / Rottenacker / Underſtetten das Weyler was ſie und ihr Gottshaus da hand / mit ihr Zugehörde / daß Wür noch Unſer Erben noch Nachkommen daran nicht irren noch bekümberen ſollen noch wollen / noch keinerley Gewaltſam darüber haben ſollen zu gebieten / weder von Vogtey noch von keiner anderley Zwangſaal wegen / wie mann die mit namblichen Worten erdencken kan oder mag. Alſo daß ſie mit Namen aller Gebot frey und ſicher ſein ſollen in der Maß / als ſie dann bey dem vorgenannten Graffen Conrad herkommen ſeint / dann allein ausgenommen den Kirchen-Satz zu Ringingen und des gewohnlichen alten Vogt-Rechts zu Sieſen / die ſollen Uns und Unſeren Erben und Nachkommen werden / gefallen und bleiben / als die von Alter herkommen ſeint / ohn alle Gefehrde. Darzu ſo haben Wür Uns ietzund mit gutem Willen / für Uns und Unſer Nachkommen mit dem Abbt und ſeinem Convent des vorgenannten Cloſters / und gegen allen ihren Nachkommen gütlich vereinet / alſo were / daß Wür oder Unſer Erben oder Nachkommen nun fürbas mehr mit den egenannten Herren den Abbt und Convent / oder mit ihren Nachkommen von der vorgenannten Gütter wegen / nemblich Matholsheim / Süſſen / Ringingen / Rottenacker / Underſtetten das Weiler / das alles mit Leuthen und Güteren / und Wür ihnen das gefreyet haben als vorſtehet / keinerley Stöß / Zweyung oder Irrung gewinnen /

winnen / das GOtt nit wölle / ſo ſollen und mögen der vorgenannt Abbt ſein Convent oder ihr Nachkommen / zween aus Unſeren Edlen und Erbaren Räthen nemmen / deßgleichen Wür auch thun ſollen und mögen beſonder auch zween uſſer Unſeren Erbaren und Edlen Räthen nemmen / und den zween / die ſie genommen hand / ſetzen / die vier Unſer Räthe ſollen alsdann Uns beeder Seiten nach Notturfft verhören / und dann darnach verſuchen / ob ſie Uns der Spene halb gütlichen übertragen mögen. Were aber das nicht / ſo ſollen ſie umb die verhörte Sprach des Rechten zwiſchen Uns mächtig ſein / und was ſie oder der mehrere Theil under ihnen mit Recht erkennt und uſſpricht / dabey ſoll es beſtehn und bleiben ungefährlichen. Were aber daß ſie nicht eins oder ein mehrers under ihnen machen möchten / ſo ſollen die vier Unſere Räthe / die von Uns und in Sachen genommen ſeint oder werdent / Gewalt und Macht han uſſ den anderen Unſeren Erbaren und Edlen Räthen einen gemeinen Verkiſen zu nemmen und zu verwehlen / und was dann aber durch ſie und den gemeinen oder dem mehrern Theil under ihnen gütlich oder rechtlich erkennt und geſprochen wirdet / nach Unſer beederthеyl Klag / Antwort / Red und Wider-Rede / ſo ſolle es dabey bleiben / alſo daß von Unſeren ietwedern Theyl nicht gewägert / gezogen / noch fürbas bracht ſoll werden weder uſſ geiſtlich noch uſſ weltlich Leuthe noch Gericht / noch an keiner anderen Stadt mit keinen Sachen / noch in keinem Weege ohne alle Argliſt und Gefehrde. Und Wür ſollen und wollen die vorgenannte Unſere Räthe zu den vorgenannten Dingen von Uns oder ihnen genommen / erwehlt oder gekorn werden / des Eyds uſſ die Zeit / die ſie Uns geſchworen hand / von den Sachen wegen und der Sachen halb ledig ſagen ohne alle Argliſt und Gefehrde. Und des zu Urkundt haben Wür Unſer eigen Inſigel offenlich thun hencken an diſen Brieffe / der geben iſt zu Urach am Freitag vor dem Sonntag Reminiſcere nach Chriſti Geburt als man zahlt vierzehenhundert viertzig und acht Jahr.

Anno 1461. Fidelis teſtificatio & ſincera confeſſio nobilis viri N. Oſtertag de Luſtnow advocatiæ in Monaſterium Blaubeurenſe prætenſæ jus exigendi ab illo victalitium neutiquàm hactenùs adjunctum fuiſſe aut eſſe, taliter in ſcriptis habetur exhibita: Ich Oſtertag von Luſtnow bekenn mich offenlich und thue Kundt allermenniglich mit dem Brieff / daß auff heut nach ſeinem Datum der Ehrwürdig Andächtig Herr Ulrich Abbte deß Cloſters zu Blaubeuren mein Lieber Herr mich mit ſeiner ſelbs Perſon gebetten / und auch durch andere bitten laſſen hat / ihme und ſeinen genannten Gottshaus Urkund und Gezeugnus der Warheit zu geben / wie und in was Weſens ich mich zu den Zeiten / als ich zu Blaubeuren ein Vogt geweſen ſeye / gegen dem Abbte und dem Gottshaus gehalten / und was Beſchwerde daſſelbe Gottshaus zu den Zeiten von mir als einen Vogt mit abnieſſen gehabt habe / dann er ſolches zu ſeinem und des Gottshaus Sachen zu haben notdürfftig ſeye. Wann aber Urkund der Wahrheit dem Begerenden nit zu verſagen und billich iſt / derſelben beyzuſtehen / ſo ſage ich obgenannter Oſtertag uff mein Ayd / und als hoch ich ein Warheit billich ſagen ſoll / daß ich in vergangen Jahren und zu den Zeiten / als meine gnedige Herrſchafft von Helffenſtein Herren zu Blaubeuren waren drey Jahr ihr Vogt allda geweſen / und in den Zeiten den Abbte und ſeinem Gottshaus daſelbs zu Blaubeuren zu tagen und zu tädigen / uff ſein Bitt und Begehren zuzeiten gehorſam geweſt bin / dann mir würde ſolches zu thun / von der gemelten meiner gnedigen Herrſchafft befohlen. Hierwiderumb hielte ſich der Abbt und ſein Convent gegen mir auch freundlich. Sunder ſo hab ich zu den Zeiten und in der Weil als ich allda ein Vogt vor dem Gottshaus nit beſchwert gethan / mit Abnieſſung weder mit Pferden / Hunden / Knechten noch anderen / weder von mein ſelbs / meiner Freunde noch anderen wegen. Dann ich weiß und iſt mir auch wohl wiſſend / daß ich in den berürten Jahren dem gemelten Cloſter mit Pferden nie mehr abgenoſſen hab / dann ein Viertl Haaber / das begabe ſich alſo / daß zu den Zeiten mein gnediger Herr Graff Hannß ſeeliger von Helffenſtein Löblicher Gedächtnus allda im Cloſter über Nacht were / oder hieſſe mich über Nacht bey ihm ligen / und ein Pferd mit nemmen / das thäte ich / und ſandte meine andere Pferd in die Stadt. Ich hab auch in der Weilen das Gottshaus der Forſt halber von mein und Ampts wegen nit beſchwert in kein Weeg / dann ungefehrlich ein Federſpil darinn gefangen mit meinen Coſten. Dem nach zu kommen und zu halten wie oben ſtätt

mit

mir zu thun von der genannten meiner gnedigen Herrſchafft befohlen und des Underricht war. Was mir auch herzue zu thun mer gebürte zu Veſtung meiner Sach ſolt ich und möcht das wohl thun. Mit Urkund verſigelt mit meinem anhangenden Inſigel / und zu Gezeugnus ſein erbetten die Veſten Conrad von Werenwag und Heinrich Böcklin von Uting und Gertal mein lieber Vetter / daß ſie ihre Inſigel auch an diſen Brieff gehenckt haben allweg ohne Schaden / der geben iſt uff Montag nach Sanct Jacobs-Tag / als man zahlt nach der Geburt Chriſti vierzehenhundert ſechszig und ein Jahr.

Eodem anno Nobilis vir Joannes à Stein in Klingenſtein quondam civitatis ac ditionis Blawbeurenſis Præfectus, fideliter atteſtatur, ac ſimpliciter edicit hujuscemodi teſtimonio deſuper in ſcriptis edito: Ich Hannß von Stein zu Klingenſtein Vogt zu Bregantz / bekenne und thue Kundt menniglich mit diſem Brieff / daß für mich kommen ſeint die Ehrwürdigen und geiſtlichen Herren Herr Ulrich Abbt und gemeiner Convent des Gottshaus zu Blaubeuren / und batten mich ernſtlich ihnen Kundtſchafft der Warheit zu geben / in welcher Maß und was Recht ich mich gegen dem genannten ihren Gottshaus gehalten hett / zu den Zeiten / als ich meines gnedigen Herren von Helffenſtein Vogt zu Blawbeuren geweſen wär / wann nun Kundtſchafft der Warheit niemand zu verſagen iſt / hierumb ſo ſage ich bey meinem Ayd / und wie ich von billich und Rechts wegen ein Warheit ſagen ſoll / daß ich zu den Zeiten / als ich die Vogtey und den Forſt daſelbs zu Blaubeuren von der vorgenannten meinen gnedigen Herren wegen etwann vil Jahr innen hett einem Abbt und Convent daſelbs allwegen zu tagen und tädingen / wann ſye des begehrten geritten und gehorſam geweſen / und nie von keins Rechte wegen in ihr Gottshaus zu eſſen geritten noch gangen bin / ich ſeye dann benachter und namblich geladen worden / ich habe auch meine Knecht / Hund noch Pferdt nie darauff gelegt / noch ſie ſonſt mit Dienſt beſchwärt / ſondern den Forſt über mein ſelbs Coſten verſehen / dañ ich ſolches zu thun von den obgenannten meinen gnedigen Herren von Helffenſtein geheiſſen / und alſo zu halten durch meinen lieben Vatter ſeeligen / der dann vor mir Vogt da war / underwiſen ward. Deß zu Gezeugnus der Warheit gib ich den obgenannten meinen Herren Abbt und Convent diſen Brieff mit meinen aigen anhangenden Inſigel / doch mir und meinen Erben ohne Schaden. Geſiglet und geveſtent am Donnerſtag vor St. Gallen-Tag nach Chriſti Geburt vierzehenhundert und ein und ſechszig Jahr.

Anno 1482. *Dominicâ tertiâ poſt Paſcha, quæ ab Introitu Miſſæ dicitur* Jubilate, *celebratum fuit viceſimum quartum Ordinis* (S. Benedicti) *Provinciale Capitulum in Monaſterio S. Joannis Baptiſtæ in oppido Blaubeuren apud Suevos Conſtantienſis diœceſis; in quo præſederunt Georgius S. Stephani, Georgius in Wiblingen, Udalricus montis Monachorum, & Joannes S. Ægydii in Nurenbergâ Monaſteriorum ejusdem Ordinis Abbates.* Trithemius in Chronico Hirſaug. part. 2. fol. m. 514.

Anno 1562. Hiſtoria immutationis Religionis factæ in Monaſterio Blawbeurenſi taliter in Documentis redivivis Monaſteriorum Wirtenbergiæ legitur annotata fol. 948. & ſeq. Betreffend die gäntzliche Abſchaffung Catholiſcher Religion bey diſem Gottshaus / iſt es damit folgender maſſen hergangen. Und nemblich ſeint in anno 1562. den 6. Aprilis Ihr Fürſtl. Gnaden Hn. Chriſtoffen Hertzogen von Würtenberg Beambten mit einer ſonderbaren Inſtruction (ſo noch vorhanden) in diſes Cloſter / und zwar ſub hoc prætextu abgeſandt worden / damit ſie den damahligen Prælaten Chriſtian / auff alle mögliche Weeg behandlen / damit Er ihnen ſeines Hauſens / auch habenden Vorraths / ſonderlich an paar Gelt Rechenſchafft thue. Damit nit etwann nach ſeinem als eines erlebten Manns Abſterben / was von Ihme erhuſſet / untreulich verſchlaifft / auch allerley Verdacht und Argwon bey ſeinen Pflegeren / Dieneren und anderen abgeſchnitten werde / mit ferneren Anzeig / daß die Religioſi (deren noch fünf waren) wofern ſie ſich über ſchon vilfeltig beſchehene Erinnerungen / zu des Hertzogs Religion nit wolten bequemen / mit ihren zugehörigen Kleyderen und Bücheren auſſer diſem Cloſter abgeſchafft werden ſolten.

Worauff der Abbt geantwortet / daß Herzog Ulrich als Ihre Fürſtl.

Gna-

Gnaden Ihme widerumb reſtituiret/ ſelbigen der Rechnung überhebt und erlaſſen/geſtaltſame dann/wo er dazumahl zu der Rechnung angeſtrengt werden wöllen/ Er widerumb darvon gezogen ſeyn wolte/ ſey ihme auch unmöglich anietzo begehrte Rechnung zu erſtatten.

Hierauff hat Hertzog Chriſtoff etlich exploratores außgeſchickt/deren einer zu Ulm in Erfahrung gebracht/ daß alldorten bey 12000. fl. gegenwärtigem Cloſter gehörigen parato ſeyn ſollen. Derowegen zween Conventuales/als Prior und Keller/ jeder inſonderheit/gefänglich angenommen und wohl verwahret/auch auff Ihr Fürſtl. Gnaden Befelch (ſo in Originali verhanden) mit allem Ernſt erinnert worden/das verborgen Gelt zu eröffnen/ oder ſye würden ſcheinbarlich und ſo vil innen werden/daß ſye winſchen möchten/ſie hetten nichts verhalten.

Warüber der Prælat angezeigt/ Er habe auff einen Nothfall / und was ſich wegen des Cloſters zutragen möchte/zu Ehingen in ſeinem Gewölb 3000. fl. im Cloſter 2000. fl. zu Ulm 1400. oder 1600. fl. ligen. So habe er auch denen von Ehingen 4000. nach und nach / wie nit weniger etlich anderen / die ihme dienen / etwas gelihen / wie die Brieff/ſo zu gedachtem Ehingen ligen / außweiſen.

Worauff man ihne dahin zwungen/daß Er gen Ehingen ſchreiben/ und ſein Gewolb daſelbſt zu eröffnen befehlen müſſen. Man hat auch den Prælaten zuſambt den Prior und Keller auff hohen-Aurach geführt/ und jeden inſonderheit daſelbſt wohl verwahret / inſonderheit dem Prælaten (mehrern Innhalts der Relation an Ihr Fürſtl. Gnaden ſub dato 16. Septemb. 1562.) von dem Ober-Vogt zur Kirchen mit ſolchen Antrohungen zugeſprochen worden / Er ſoll ſeines hohen Alters verſchonen / das verborgen Gelt eröffnen / und nit Urſach geben/daß mann die Warheit durch andere und abſcheulichere Leuth von ihme bringen müſſe. Doch iſt von ihme weiter nichts expreſſet worden.

Und hat man ihne Abbt in ſeiner Gefängnus zu Hochen-Aurach nach deme die Geſandten mit mehrerm harten Erforſchen nit nachgelaſſen / ſo ſtreng gehalten / daß er ſie endlich umb Gottes und des Jüngſten Gerichts willen gebetten / ihne diſer ſchweren Verhafftung zu entlaſſen/ und nur auff einem Hoff / da er das bloſſe Waſſer und ein Suppen haben möge / zu verordnen / wie der Geſandten Bericht an Ihr Fürſtl. Gnaden lautet ; was geſtalt es ihme ferner ergangen / iſt bey den Actis weiter nichts zu finden.

Allein thun die Räth diſen Fürſchlag / daß man an ſein Stadt als in ein Grätz-Orth einen Luteriſchen Abbt / der hierzu gnugſam tauglich/ erwehlen ſoll/welches auch beſchehen/ und anno 1562. Doctor Matthæus Anlber dahin verordnet worden. Hæc loco citato.

Anno 1630. Eccleſiis & Monaſteriis Würtenbergenſibus auctoritate Imperatoriâ Ferdinandi II. paſſim reſtitutis, nova etiam religioſorum virorum colonia Blawbeurenſi huic Cœnobio immigravit ex imperiali aſceterio Weingartenſi data: cui cum titulo & poteſtate Abbatis digniſſimè præfuit Reverendiſſimus ac Prænobilis Dominus Raymundus Rembold Patritius Auguſtanus Cœnobita Weingartenſis, qui tamen non niſi ad annum usque 1648. iſthic ſubſtitit pace Weſtphalicâ denuò deturbatus, & ad ſuos Weingartenes reverſus, ubi tandem ſenectâ ætate grandævus meritisque plenus placidiſſimè in Domino requievit.

BLAWBEURENSE

Aliud priori ferè conjunctum ejusdem profeſſionis & Ordinis, non item ejusdem ſexûs religioſum contubernium: de cujus ortu & interitu hîc iterùm præſtat audire Felicem Fabrum loco antecitato fol. 308. differentem, ut ſequitur: *Propè Monaſterium* (virorum antedictum) *eſt alius aquarum vomes & fons ſatis delectabilis, juxta quem etiam Nympharum ritus*

celebris habebatur apud veteres. In hoc ergo loco Monachi Burronis divinarum Nympharum conſtruxerunt habitaculum Monaſterium Virginum, & S. Nicolaum conſtituerunt Eccleſiæ Patronum, ut has mundas tueretur Nymphas, ſicut olim perſequebatur ſordidas Nymphas Dianæ ſodales, ut habetur in ejus legendâ. Huic S. Nicolao adjunxerunt Eccleſiæ illius patronam S. Nympham, quam puto illam eſſe, cujus meminit Paulus Apoſtolus ad Coloſſenſes ult. capite, quæ ex Phrygiâ provinciâ de egregiâ civitate Laodiceâ nata ex gentilibus parentibus Nympha dicta fuit, quia in eâ provinciâ cultus Nympharum maximus fuit, & eſt regio illa contermina Lyciæ, unde S. Nicolaus ortum habuit. Prædicante autem S. Paulo cum Barnabâ Laodiceæ converſa eſt Nympha ad fidem cum univerſâ domo ſuâ, & tam ſanctæ vitæ fuit, ut S. Paulus de vinculis è Roma in Epiſtolâ Coloſſenſibus miſsâ eam ſalutari ex ſe mandaret, fuitque hoſpita Prædicatorum primorum, omneſque divini verbi præcones ſuſcepit, & proviſionem fecit, ut colligitur ex gloſsâ Magiſtri ſuper Apoſtolum & ex Petro de Tarentaſiâ & Nicolao de Lyrâ col. 4.

Igitur in ambobus locis tam Monachorum quàm Monialium divinus cultus multis annis celebrabatur cum multâ devotione. Accidit autem anno Domini 1348. fieri per univerſum ferè mundum immaniſſimam peſtem, quâ tot homines moriebantur quotidiè, ut civitates & villæ evacuarentur, & multa Monaſteria ſine Monachis eſſent. Et paulò poſt: ad tantam autem paupertatem devenit Burronis Monaſterium, ut ad tempus non eſſet ibi Abbas, nec Præpoſitus, nec Monachi, & tunc etiam Monaſterium Monialium omninò defecit, & in nihilum redactum fuit, cujus hodie vix exiguæ apparent ruinæ. Hæc ille loc. cit.

BOLDRINGENSE

Hujus nominis caſtrum in Wirtenbergiâ vel breviſſimè ſaltem deſcriptum à Zeillero in Topographiâ Sueviæ fol. 43. ſuperioribus adhuc annis propiùs adſtructum ſibi habuit clauſtrale quoddam diœceſis Conſtantienſis in rurali Decanatu Tubingenſi domicilium à ſororibus Tertiariis Franciſcanis inhabitatum, non item hodie, quia nimirùm injuria temporum, tum hæreticorum inſaniâ peſſimè coanguſtatum & ad incitas redactum omninò defecit, de cujus ortu & interitu Chronicon Franciſcanum Fortunati Hueber ſic habet fol. 1316. Zu Boldringen einem Dorff im Schwabenland nit weit von Rotenburg am Necker ſolle ſchon im erſten Weltlauff des Ordens S. Franciſci ein Regl-Haus der Büſſenden geſtanden ſein / welches von zweyen leiblichen Schweſteren angefangt / iederzeit bey der zehenden Zahl hat überbleiben müſſen / weilen der unfehlbare Todt iederzeit ſelbige angegleichet. Item infrà fol. 1407. Zu Boldringen bey Rotenburg am Necker iſt ſchon vor etlich hundert Jahren ein Clöſterlein geſtanden des dritten Ordens S. Franciſci; welches zwar die Graffen von Wolckenſtein wöllen geſtüfft haben / aber vil vermutlicher zweyen Edlen Junckfrauen wird zugeſchriben / die ihr Haab und Gut / und ſich ſelbſten dem dritten Orden haben verbannet / ſie haben wollen einen andern Platz erkiſen zum Cloſter-Bau / aber aus Engliſcher Anzeigung iſt der ietzige Platz ausgeſteckt worden. Das Cloſter hat vor Zeiten mehrer Innwohner nit geduldet als 10. Schweſteren / wann eintzige ſeindt über diſe Zahl angenommen worden / haben die Aeltere bald müſſen weichen. Dermahlen iſt ſelbiges Cloſter von dem Jahr 1647. her / völlig zu Grund gangen / und wegen viler haubtſächlichen Urſachen im Jahr 1665. von der Straſſburger Provinz gäntzlich verlaſſen worden.

BOLLENSE

Oppidum Bollenſe diœceſis Conſtantienſis in rurali Decanatu & Wirtenbergicâ Præfecturâ Gœppingenſi latè deſcriptũ à Zeillero in Topographiâ Sueviæ

Sueviæ fol. 139. & ſeqq. priſcis ſeculis in propriâ ſuâ parochiali Eccleſiâ Collegium quoddam habuiſſe Canonicis ſecularibus inſtructum, ac demùm idem ipſum Gœppingam Wirtenbergenſis itidem Ducatûs oppidum fuiſſe translatum conſtat ex Cruſio in Paralip. cap. 9. fol. 33. & cap. 24. fol. 59. Fundatrix tùm templi tùm Collegii hujus Bollenſis jam nongentis abhinc annis fuiſſe perhibetur S. Bertha Comitiſſa, quæ tribus ex ordine maritis genere Comitibus, nempè Ravenſteinio, Alberto Klingenſteinio & Henrico Itenbergio nupta domicilium ſuum in vicino caſtro Bollenſi habuit, quæque memoratam Eccleſiam ſuam & Bollenſe Collegium hoc præpingui ſatis dote, nimirùm toto oppido Gœppingenſi, liberaliſſimè cumulavit.

✻BONDORFFENSE

MOnaſterium Virorum Ordinis S. Pauli Primi Eremitæ in diœceſi Conſtantienſi & diſtrictu ruralis Capituli Strüelingenſis conſpicuum: cujus à moderno Provinciali ac Priore Monaſterii Langnovienſis itidem recenſendi infrà admodum Reverendiſſimo Clariſſimo ac Ampliſſimo Domino P. Auguſtino Scheuble, talem accepimus deſcriptionem. Locum noſtrum Bondorffenſem fundârunt Nobilis de Wolfurth Judex & Communitas pagi Bondorffenſis ſacro Ordini noſtro in ejuſdem augmentum Dei in primis Deiparæque Virginis Mariæ perpetuum honorem & cultum, ſuarum item animarum ſucceſſorumque ſuorum ſolatium, ſubſidium & ſalutem in jus perpetuum, proprietatem plenumque dominium tradendo, cedendo & aſſignando Eccleſiam parochialem ibidem cum omnibus limitibus ſuis, & appertinentibus agris, pratis, ſilvis, campis, aquis, paſcuis, decimis, cenſibus & redditibus, prædiis & allodiis, proventibus, juribus & pertinentiis tam præſentibus quàm futuris quibusvis ſub dato feria ſecundâ ante feſtum Omnium Sanctorum.

Eodem anno Marquardus à Raudeck Pontifex Conſtantienſis unà cum ſuo Cathedralis Eccleſiæ Capitulo quæcunque jura ac debita ex Bondorffenſi parochiali Eccleſiâ ſibi ac prædeceſſoribus ſuis præſtita, aut fortè etiam ſucceſſoribus in futurum perſolvenda, omnia & ſingula, quæcunque ea forent, noſtris liberè remiſit & perpetuò condonavit.

Porrò in ſpecialem ſuam tutelam & defenſionem locum hunc receperunt inprimis prænominati Fundatores, tùm etiam Ordinarius ſeu Conſtantienſis Epiſcopus antedictus, qui ipſum locum & perſonas illius ab omni Prælatorum, Decanorum, Capitulorum &c. poteſtate, & reſpectivè eorundem ſubjectione in totum exemit: Ordinis inſuper juribus, libertatibus, privilegiis, & immunitatibus à Sede Apoſtolicâ quomodolibet indultis, ſalvis &c. &c. Præterea memorati primi fundatores eundem locum cum omnibus ſuis adjunctis ab omni prorsùs onere, ſervitute & obligatione quacunque civili deobligârunt & exemerunt, & penitùs liberârunt, idque perpetuò.

Idem Epiſcopus Marquardus ſupradictus ſub pœnâ Excommunicationis omnibus & ſingulis ſtrictè mandavit & inhibuit, ne quis memorato loco, aut bonis ejuſdem vel etiam perſonis ſeu regularibus ſeu familiæ domeſticæ ſecularibus damnum, aut injuriam irrogaret temerè irruendo, ſua eisdem diripiendo, ignem ſubſtruendo, aut aliâ quâcunque ratione violentiam exercendo, loci ſacri immunitatem violaret.

Jus Patronatûs hujus Eccleſiæ cum ſuis Beneficiis, fructibus ac commodis inde provenientibus in uſum & utilitatem Fratrum tanquàm è re pleno jure eisdem attributâ perpetuò ceſſuris, ab ipſis ſæpè memoratis Fundatoribus in noſtros donatione liberâ translatum eſt.

Hæc omnia ſupradicta, & cœtera, quæ ab illo primæ fundationis, donationis ſeu translationis tempore huic loco per quoscunque quomodolibet acceſſére bona, proventus aut Jura Martinus Papa V. anno Pontificatûs ſui primo per ſpecialem Bullam Conſtantiæ quinto Idus editam authoritate Apoſtolicâ confirmavit, atque ſub ſpeciali ſanctæ ſedis ſuſcepit.

Epiſcopus verò benefactor Marquardus pro beneficio ceſſionis remiſ-

ſionis & condonationis Canonis ac jurium ſuorum Epiſcopalium &c. &c. anniverſarium quotañis feriâ ſecundâ poſt Dominicam primam ab Epiphaniâ pro ſe & Canonicis totius Capituli cathedralis eorumque ſucceſſoribus vivis & defunctis ſub pœnâ Excommunicationis ipſo facto incurrendæ celebrandum injunxit cum unâ Miſsâ cantatâ & aliis privatis pro numero fratrum ibidem exiſtentium & vigiliis novem lectionum.

BONDORFFENSE

ALiud paris nominis, imparis tamen ſexûs & Inſtituti nempè Franciſcani tertiæ regulæ contubernium fœmininum ejusdem diœceſis Conſtantienſis, in rurali tamen Decanatu Herrenbergenſi & vaſtiſſimo Ducatu Wirtenbergenſi jam pridem ab hæreticis evacuatum,& ad profanos uſus iniquè ſubtractum : cujus proin unica ſolùm nobis ſuperat memoria religioſi domicilii hujus à Cruſio in Paralip. cap. 13. fol. 56. vel breviſſimè ſolùm cum aliis taliter annotati : *Bondorff ſorores domûs Incluſ. Ord. Minorum.*

BOSELBERGENSE.

INcluſorium Parthenium Ordinis Eremitico-Auguſtiniani diœceſis Spirenſis, cum ſuo (quod adjunctum ſibi habuit ac omninò proprium) templo SS. Triadi Increatæ dicatum, hodie nobis de primâ fundatione, non item de fatali ſuppreſſione ſuâ notum ac revelatum, ex Documentis redivivis Monaſt. Wirtenberg. Virginum fol. 149. Floruit hoc olim in præcelſo paris nominis monte *Boſelberg* appellato infra diſtrictum Præfecturæ Vaihingenſis territorii ſeu Ducatus Wirtenbergici conſpicuum, ac ſub ſacro Ordine ſuo ſalvum ſtetit & imperturbatum usque ad annum 1556. quo currente Venerabilis ac pientiſſima Domina Margaretha Ottin pro tempore loci Prioriſſa conditionibus iniquis violenter adacta fuit florenis non niſi quinquaginta quinis ex ærario Principis Lutherani numeratis, quantocyùs cum religioſis domicellis ſuis ſolum vertere & queisvis juribus ac poſſeſſionibus ſuis in clauſtrale domicilium hoc habitis & hactenùs usque ſecurè perfruitis pleniſſimè cedere & in totum renuntiare.

BRACKENHEIMENSE.

BRackenheimium oppidum territorialis ditionis Wirtenbergenſis, diœceſis verò Spirenſis in illâ (quæ colonis *Zabergovia* nuncupatur) regionis parte propè Muram fluvium loco amœniſſimo ſituatum, idemque à Cruſio in annalibus part. 3. lib. 12. cap. 38. & Zeillero in Topographiâ Sueviæ fol. 44. hiſtoricè deſcriptum ac depictum olim dûm adhuc avitam ſacratiorem religionem coluit, Collegiatam quandam (citato Cruſio in Paralip. cap. 10. fol. 38. perperàm *cathedralis* nuncupatam) Eccleſiam habuit S. Jacobo Majori dicatam : cujus idem annaliſta Suevicus loc. cit. meminit ita ſcribens : *In templo cathedrali, quod intra oppidum eſt, Campanæ inſcriptum ajunt tanquàm vetuſtiſſimæ numerum annorum Chriſti 497. quod ego miror, ſi tùm campanæ fuerint fuſæ, pervenit emptione ad Wirtenbergenſes oppidum &c.*

BRACKENHEIMENSE.

FUit ibidem loci alterum etiam hoc tamen extra muros civitatis adſpectandum ejusdem Canonici Inſtituti Collegium cum propriâ ſuâ Eccleſiâ S. Joanni Apoſtolo & Evangeliſtæ ſacratum : cujus itidem Cruſius vel paucis rationem habens loco antè citato in Paralip. ita ſcribit : *Situm eſt* (oppidum Brackenheim) *in Zabergaü, ubi fluvius eſt Zaber. Pertinuit olim ad Barones de Magenheim (aliàs Dominos de Monheim olim reſidentes in Magenheim) qui etiam poſſederunt arcem Blanchenhornum, & ſine dubio aliquot ibi vicos. Corruptè videtur caſtellum nunc vocari Magenheim pro Monheim. In illorum enim Inſignibus erat*

erat luna. Sepulti ſunt eorum duo extra oppidum in Choro Eccleſiæ S. Joannis, quæ cathedralis quondam erat inter Brackenheimium & Bottenheimium &c.

❀BRETTANUM.

HUjus nominis oppidum Electori Palatino Heidelbergenſi ſubditum in ſolo tamen Sueviæ noſtræ, videlicet Craichgoviâ (ut benè notat Zeillerus in Itinerario Germaniæ cap. 25. fol. m. 541. & brevem etiam iſthic loci deſcriptionem Craichgovianam affert) ſituatum; etſi jam pridem execranda religione tùm Calvinianâ tùm Lutheranâ peſſimè laceſſitum noviſſimè tamen vel invitum ſuſcipere debuit, & admittere religioſum aliquod hoſpitium, quod Sereniſſimus Princeps Philippus Wilhelmus Dux Neoburgicus (ex quo ſua Serenitas anno 1685. tam electorali dignitate quàm totâ quoque Heidelbergenſi ditione jure hæreditario fuit potita) oppidanis heterodoxis ad fidem Catholicam oportunè reducendis in uſum RR. PP. Capucinorum propriis ſumptibus inſtituiſſe refert R. P. Joannes Bodler Soc. Jeſu in ejuſdem Serenitatis ſuæ Concione funebri anno 1690. typis Dilinganis editâ 57. num. 6. fol. 88.

❀BRETTANUM.

EAndem Electoralem Serenitatem ſuam pari memoratæ intentioni ſacræ fortiter admodùm innixam, pro facilitandâ nempè hæreticorum converſione Reverendos quoque Patres Societatis JESU Brettam induxiſſe, ac proprium quoddam domicilium ipſis in eodem oppido conſtituiſſe conſtat ex eadem concione funebri loc. cit.

❀BRIGANTINUM.

Augia Brigantina ſive Monaſterium Brigantinũ, quod vulgò majorem Augiam, Germanicè die Maiergow *appellant, ac vetuſtius aliqui eſſe cenſent quàm eſt Abbatia Sangallenſis: eò quòd S. Galli adhuc non procul indè monſtretur Oratorium ſacellum videlicet omninò humile & exiguum in montanis ſupra Bregantum ſitum, & ante pauculos annos à Brigantini oppidi cive quodam & Imperatorio Capitaneo Joanne Schnabelio renovatum: ubi viſuntur noſtra adhuc ætate cavernæ ſcopulis inciſæ, in quibus cubâſſe venerandus ſenex dicitur, quas ipſe & vidi, & contrectavi. Id inquam Brigantinum Monaſterium ad Bregantis amnis in Lacum Acronium incurſum amœniſſimo loco ſitum, olim & Monachorum & Monialium Cœnobium, nunc verò abolitis Monialibus Monachorum ſaltem Divi Benedicti Inſtitutum profitentium Abbatia inſignis & opulenta, fundatur (ut nunc eſt) legitur anno Chriſti 1098. ab Ulrico Rhætorum & Bregantiæ nobiliſſimo Comite, avo videlicet nobiliſſimi Comitis Rudolphi à Pfullendorff. Dedicatum eſt templum, egregiè abſolutum, ab Ulrico Conſtantienſi Epiſcopo, Comite à Dillingen. Tunc temporis Rudolphus iſte à Pfullendorff ità liberaliter dotavit Augiam Brigantinam anno Chriſti 1102. ut à Cœnobitis hodie adhuc ſecundus ejus fundator prædicetur: is Comitatum Bregantinum à Matre ſuâ Dominâ Eliſabethâ hæreditario jure acquiſivit, & advocatiam Curienſis Rhetiæ feudo etiam obtinuit, ita ut omnium circumjacentis terræ Regulorum longè eſſet opulentiſſimus. Fundatoris Udalrici conjunx Bertha, filia fuit Rudolphi Rheinfeldiæ Comitis ac Suevorum Ducis Romanorum Regis, ejus videlicet, qui in Saxoniâ bellum contra Imperatorem Henricum Quartum gerens occubuit Morſenburgi in Thuringiâ. Hæc liberaliſſima hujus Cœnobii fuit Benefactrix, ac in eo cubare creditur. Sunt enim ibi in ipſâ Beatorum Petri & Pauli Baſilicâ Augienſi, duo maxima ac auguſtiſſima ſepulchra, ſed qui aut quales ibi cubent, ne ipſi quidem ejus loci Cœnobitæ norunt. Sunt enim tumuli ſine inſcriptionibus, ſed tamen ampliſſimi, & è ſolido marmore facti, nullis etiam Spirenſis templi Imperatoriis monumentis ceſſuri. Benefecerunt huic Cœnobio Comites Montis fortis Domini Bregantiæ: quorum ibi in Divæ Virginis ſacello magnificum etiam mauſoleum*

conſpicitur, cùm gentis Inſignibus appictis & inſculptis. Rudolphus Udalrici fundatoris filius à Beato Presbytero Marbodone admonitus, dedit Monaſterio Alberſchvvendam Parochiam nemoris Bregantini præpotentem cum omnibus ad eam pertinentibus juribus, prædiis ac bonis &c. &c. Hæc Bruſchius de Monaſt. German. cent. 1. fol. m. 5. ſed pluta ac clariora de primis & antiquiſſimis Brigantini hujus digniſſimi Cœnobii initiis juvat hic adducere, quæ ex ipſo fonte in rem præſentem gratioſè mihi fuerunt communicata & ſic habent: *Primus noſtri loci inhabitator fuit S. Columbanus, qui ob impurum Theoderici Burgundiæ Regis concubinatum inceſſanter redargutum impiæ Brunehildis & Aulicorum factionibus è ſuo Luxovienſi Monaſterio pulſus Clotarii Regis interventu ad Theodobertum Auſtraſiorum Regem ſe contulit, ac ab eo locum intra ſuæ ditionis termino ſituatum, ut refert Walafridus Strabo Divitis Augiæ Abbas in vitâ S. Galli, & Jonas in vitâ S. Columbani cap. 3.*

Acceptâ hâc licentiâ perluſtratis multis locis pervenit in partes Alemanniæ ad Limagum fluvium, inde ad caſtrum & oppidum Acronianum communiter arbor felix ſeu arbona nuncupatum, profectus, à Willimaro Presbytero benignè receptus ab eodem intellexit Brigantii fore locum pro ſe ſuisque commilitionibus habitationi conſtruendæ ſat opportunum. Columbanus hâc informatione per Willimarum hauſtâ ampliùs in Domino confortatus conſcensâ naviculâ unà cum comitibus S. Gallo & quodam Diacono, S. Magno, ac aliis quibusdam ſociis Brigantii feliciter appulit, ibique reconciliato (uti hodie Brigantinum hoc Monaſterium ædificatum perſtat) S. Aureliæ Virginis Oratorio conſedit, manſiunculis contra pugnantes aëris injurias ponè memoratum Oratorium adſtructis teſte eodem Strabone cap. 6. Ubi dùm S. Columbanus cum ſuis immoratur, præter ſpem duræ nimiùm egeſtatis tempus incidit, at triduanâ jam inediâ laborantibus tanta volucrum copia deſuper oblata eſt, quanta olim Iſraelitarum caſtra Exodi 2. coturnicibus advolantibus operuit, triduoque permanſit illud manna avium, quousque nimirùm quarto poſtmodùm die Gaudentius Conſtantienſium Epiſcopus ſucceſſionis ordine quintus divino inſtinctu compulſus ſufficientem S. Columbano annonam transmiſit teſte Jonâ ſupra citato cap. 29.

Cùm ergo S. Gallus ex concionibus magnum adeò reportaret animarum fructum, S. Columbanus novo cuidam & quidem ad normam Luxovienſis illius, Monaſterio condendo manus admovit pro perpetuâ (uti tunc putabant) habitatione iſthîc loci ſtabilienda: quorum labores (conſtructo jam regulari clauſtro) fideliter impenſos Walafridus antecitatus cap. 6. hiſce verbis enarrat: Alii hortum laboraverunt, alii arbores pomiferas excoluerunt; Beatus verò Gallus texebat retia & capiendis piſcibus operam dabat, præcipuè verò ſuis & proximorum animabus & ſaluti unicè invigilabant, jactis ubique Evangelicæ doctrinæ ſeminibus, & acquiſito multarum animarum lucro, interim angelicam vitam illic tranſigentes paſſim ex locis circumcircà poſitis dæmonia propulſabant. At quo magis S. Columbanus ejusque commilitiones animabus Deo lucrandis inſudabant, eò majus & quaſi vatinianum ac implacabile prorsùs in ſe concitârunt accolarum Brigantinorum odium, quod eò usque excrevit, ut non tantùm obtinuerint mandatum à Gunzone Duce Suevorum id temporis Uberlingæ reſidente potenter emanatum: quo dicti viri ſancti ſolum vertere, ſuisque cedere ſedibus juberentur, ſed inſuper quoque vaccam aliquam abegerint, duosque fratres (quorum nomen uni Sigebertus, alteri Placidus) eam reducere connitentes immaniſſimè trucidârint quâ in parte ſeſe fortunatos admodùm reputare licet Cœnobitas Brigantinos, quòd tanto SS. Martyrum theſauro in fundo ſuo nobilitati fuerint ac ditati, quis enim ſibi certò non perſuadeat, eos in apertiſſimum Chriſti ac Chriſtianæ religionis odium ab impiis ſicariis perfidè fuiſſe mactatos, neque propter vaccam illam antedictam principaliter, ſed propter ablata ſibi idola, & à S. Gallo per comminationem annihilata & detrita, indignationem, odium ac iram in tantum concepêre, ut non deſtiterint per totum triennium ſanctisſimis viris moliri inſidias, injurias inferre, necem quoque machinari, quam & duobus illis crudeliter (ut dictum eſt) inferre non horruêre.

Paganorum proìn furori cedendum ratus S. Columbanus, invenimus, inquit, fratres, his in partibus auream concham, ſed venenatis ſolùm ſerpentibus

plenam,

plenam, cedat tamen triſtitiæ languor ex malis, quia certa eſt fiducia de auxilio Protectoris. DEUS enim, cui ſervimus, angelum ſuum mittet nobiſcum, qui nos perducat ad Agilulphum Longobardorum Regem, ubi ejus clementiâ præparante, humano affectu & pace plenum habitationis locum inveniemus. Strabus cap. 7.

Cumque tempus proficiſcendi in Italiam inſtaret, ecce repentina febris B. Gallum invaſit, unde Abbatis ſui pedibus humiliter advolutus coràm edixit gravi corporis infirmitate ſeſe detentum iter propoſitum conficere neutiquàm poſſe, quare Beatiſſimus Pater Columbanus facultatem manendi lubenter ei impertivit, ac BB. Magnoaldum & Theodorum ipſi S. Gallo in ſolatium & morbi levamen ſocios adjunxit, ipſe verò anno (ut ajunt) gratiæ ſexcenteſimo decimotertio in Italiam emigravit.

Interim viri illi, qui ſaltem per triennium in loco hoc & Cœnobio Brigantino degebant, ac totum ſanctiſſimis operibus meritisque per nullam oblivionem delendis illuſtrârunt & beatificârunt, fuêre ſequentes: Primò quidem Sanctiſſimus atque glorioſus Pater Magiſter & Abbas Columbanus: cui ſecundò proximè conjungitur meritiſſimus Rhætiæ, Potami, Helvetiæ, ſed & totius Brigantinæ ditionis Apoſtolus Pater veriſſimus ac Patronus ſingularis Beatiſſimus Gallus, haud immeritò Cœnobii hujus reſtaurator credendus omniq; cultu venerandus. Tertio loco ſubſtituendus adeſt maximorum patrator miraculorum S. Magnus olim Magnoaldus appellatus: qui poſteà terram Brigantinam grandi miraculo illuſtravit, dùm nempè cœco cuidam diuturnas oculorum tenebras abegit, ac proin Brigantinis accolis firmum fidei lumen infudit: Quartò parem poſſeſſionem optimo jure ſibi vendicat magni nominis ac meriti S. Attala ſeu Attulus, qui poſt S. Columbanum Cœnobii Bobienſis primus Abbas fuit. Quintò haud minori honore recenſendus eſt magnus ille Euſtaſius Abbas Luxovienſis, Sanctorum faſtis adſcriptus quarto Calendas Aprilis. Et denique ſextò certum eſt Ghognoaldum S. Columbani diſcipulũ & Conſiliarium illius intimum ſimiliter locum hunc ſanctitatis ſuæ radiis illuſtrâſſe. De S. Theodoro, qui per B. Columbanum unà cum S. Magno infirmato, Gallo in ſolatium (ut antè dictum eſt) aſſignatus fuit, habent iidem Cœnobitæ Brigantini ex Strabone in vitâ S. Galli & ſcriptoribus aliis pluribus infallibilem certitudinem. Fuit is poſtmodùm individuus S. Magni comes & ſocius, & qui miraculo iſthic Brigantii per S. Magnum illuminati cœci hominis præſens adſtitit, donec tandem Campidonæ cum eodem, qui viſum receperat, reſedit, ibique commoratus eſt. Tandem de S. Sigeberto Abbate Diſertinenſi ſicut & de B. Baboleno quodam ſi non certitudinem, conjecturam ſaltem, & quidem ſatis probabilem habent ſæpè memorati religioſi alumni Brigantini.

Dimotis hunc in modum cum S. Columbano ſociis S. Gallus ſeu Barbaros pertæſus, ſeu de corporali ſanitate ſolicitus cum Magnoaldo & Theodoro Arbonam, nec non Willimari Presbyteri ſupradicti hoſpitium repetiit, indeque ad expellendum è Frideburgâ Gunzonis Ducis filiâ ſpiritum nequam devotiſſimè requiſitus adversùs dæmonem fortis admodùm prævaluit eumq; loco cedere coëgit. Unde pleniſſimam Ducis gratiam fuiſſe conſecutus certò credi ac teneri poteſt, eundem glorioſum Apoſtolum Paulum, de priori ſuô Monaſterio Brigantii ad aliquot annos paternam curam ſic habuiſſe, ut in eodem ex Monachis aliquot tanquàm incolas collocârit ac ordinârit, ad quos utique ſæpiùs reviſit, & à Brigantiis verbo & exemplo omnem idolorum cultum eliminavit.

Anno 1098. dùm Udalricus Comes Brigantii novam Monaſterio huic Brigantino religioſorum virorum coloniam immittit ex aſceterio Petruſiano deſumptam rarâ vitæ ſanctitate inter Cœnobitas Brigantinos ſingulariter emicuit B. Marbotto ſive Marbottus Presbyter Cœnobii hujus Monachus, & memorati Comitis Udalrici germanus frater, traditione namque Majorum conſtat tres olim uno eodemque tempore vixiſſe homines ſanctos ex eodem patre eademque matre progenitos, videlicet Diedonem Marbottum & Hiettam: qui ut Deo liberiùs ſervire poſſent, ab invicem disjuncti in tres diverſas nemoris Brigantini partes commigrârunt. Diedo

in Andelſpuch: Hietta in Schwarzenberg: Marbottus verò cum licentiâ ſui Abbatis in Albenſchwendi; ubi, cum piis operibus ſanctisque exercitiis inſiſteret, tantam à Domino conſecutus eſt gratiam, ut etiam Martyrii demùm laureolâ nobilitatus ibidemque reconditus in noſtra usque tempora decoratus effulgeat miraculis.

Paulò poſt ſæpedictum aſceterium hoc Brigantinum ſingulari curâ & piâ ſollicitudine B. Wilhelmi Abbatis Hirſaugienſis (qui ab anno gratiæ 1169. usque 1191. Monaſterio ſuo ſanctiſſimè præfuit) egregiè fuit inſtauratum: quod ſimpliciter atteſtatur Trithemius in ſuo Hirſaugienſi Chronico part. 1. fol. m. 274. ita ſcribens: *Ad Monaſterium Conſtantienſis diœceſis, quod Brigantinum, vulgariter autem Bregenz nuncupamus, Gotfridus Abbas* (juxta domeſticum Catalogum Ordine tertius) *cum certis Monachis bonæ converſationis & probatæ inſtitutionis ex Hirſaugienſium congregatione miſſus eſt. Qui eundem locum in utroque ſtatu corrigens ac reformans conſuetudines regularis Obſervantiæ, quas iſthîc didicit, ibidem laudabiliter plantavit*; unde ſacer zelus iſte hodiedùm in religioſiſſimis poſteris præclariſſimè viget ac floret.

Demùm pro coronide Brigantinæ hujus Hiſtoriæ opportunè ſubjungendus hîc nobis occurrit Joannes Georgius Schlee, qui in ſuâ Rhætiæ deſcriptione ſæpedicti Monaſterii hujus perbreve quidem & modicum tantùm, eximium tamen encomium reliquit fol. 24. in hæc verba notatum: Das Cloſter Bregentz / die Mereraw genannt / iſt S. Benedicten-Ordens ein Stifftung der alten Graffen von Montfort / Herren zu Bregentz / ein zimlich reich Cloſter / dann es vil guter Lehen-Fäll und Gläß / vil geiſtliche Kirchen-Sätz und Zehenden hat / ſonderlich aber den Kirchen-Satz der Stadt Bregentz / zu welchem der gewaltige Wein- und Korn-Zehenden umb gantz Bregentz (wie dann Bregentz die gröſte Pfarr / ſo im gantzen Land iſt) gehörig / deſſen der Abbt die drey / und ein Biſchoff von Conſtantz die Quart / als den vierten Theil hat.

BRIGANTINUM.

FUit antiquitùs iſthîc loci tale quoddam ſeu Benedictinum fœminini quoque ſexûs Cœnobium: in quo præ reliquis pientiſſimis domicellis in arctiſſimâ clauſurâ raro vitæ ſanctioris exemplo plurimùm emicuit B. Heberilla: cujus nomen in Litaniis quibusdam Germanicis (de Sanctis diœceſis Conſtantienſis) anno 1612. typo Ravenſpurgenſi vulgatis, vitam verò & miracula poſt mortem edita deſcripta legimus apud Bollandum in Actis Sanctorum tom. – Januarii die – ejusdem menſis fol. – Commemoratur etiam quamvis breviſſimè ſolùm Parthenium iſtud Brigantinum à Cruſio in annal. part. 2. lib. 8. cap. 15. ad annum Chriſti 1097. ſub his verbis: *Fundata eſt eodem tempore Abbatia inſignis Augiæ Brigantinæ vel Monaſterii Brigantini vulgò Major Augia* die Mereraw *ad Brigantii amnis in Lacum Acronium influxum, loco amœniſſimo. Oratorium vel Sacellum quondam ibi fuit S. Galli, adhuc extans, antiquitùs itaque aliquantò quàm Sangallenſis Abbatia putatur. Poſteà Monaſterium erat ibi utriusque ſexûs Benedictinæ profeſſionis, anno verò 1098. abolitis Monialibus Abbatiam Monachorum fecit Udalricus Rhætorum & Brigantiæ Nobiliſſimus Comes* jam laudatus ſuprà.

✱BRIGANTINUM.

SEculares Oppidani Brigantini bonâ virtutum fragrantiâ, quâm RR. PP. Capucini tùm Veldkirchii, tùm aliis in locis ſpirabant, attracti, tali odore perpetim delectandi Capucinos ſibi aggregare contenderunt; ſuo deſiderio Viennam usque volaverant, nuntium Apoſtolicum in aulâ Cæſareâ ſubſiſtentem, & per hunc ipſam Sedem Apoſtolicam ad ſe inclinaverant; unde Summus Pontifex Procuratori Generali Ordinis R.P. Antonio à Monopoli (quem poſteà ſub Clemente VIII. ſuæ virtutes Cardinalitiâ dignitate purpurârunt) loci receptionem præcepit. Præceptum pontificium Patribus inſinuatum effectum

non

non habuit, quænàm verò impedimenta pro tunc executioni fortuitò obſtiterint, prorsùs ignoratur. Siluit hoc negotium totis triginta duobus annis, poſt quos retribuit Brigantinorum in Capucinos amor & fervor accenſus maximè Apoſtolico concionandi ardore, ac aliis virtutibus in Patre Stanislao Wieteſchingenſi notatis. Hinc præeunte quaſi & incitante Reverendiſſimo & Ampliſſimo DD. Placido Abbate Augiæ Majoris Ord. S. Benedicti Proceres & Cives unanimiter pro obtinendo Conventu apud Patres Provinciæ ſollicitaverunt miſſis litteris die 27. Januarii anno 1635. quibus ſubſcripſere altefatus D. Placidus Abbas: Valentinus Schmid à Wellenſtein Colonellus: Diethelmus Ulin, Joannes Georgius Wittweiler Stattammannus atque totus reliquus urbis Brigantinæ Senatus; reſponſum à Patribus datum Brigantinos ſpe boni effectûs replevit; illi verò pro ſpe effectum deſiderantes aliis litteris de 24. Julii 1635. iterùm aliis de 11. Auguſti 1635. Patres & totum Capitulum Surlaci 7. Septembris congregatum ad expediendum permovêre conſenſum, quo obtento, cùm licentia à Sereniſſimâ Archiduciſſâ Claudiâ Oeniponti loco filiorum adhuc minorennium regente jam præceſſiſſet, area in colliculo, qui proximè civitatem intumeſcit, pro humili Cœnobio deligitur; atque hinc aliqui Domini ſuam fundi partem (ſiquidem in varios poſſeſſores diviſus erat) gratis pro amore Dei alii pro pretio competente ceſſerunt. Crux ſacra ab antedicto Abbate Brigantino plantata, & primus fundamenti lapis locatus conſueta ſolemnitate. Coaluit fabrica ex variis eleemoſynis, quarum poſt eundem Reverendiſſimum Præſulem, Prænob. D. Fridericus Sturch de Riedenburg, nec non Prænobiles Domini à Deüring potiores liberaliter attribuerunt. Peſtis dira promovit opus, ſiquidem multos aggreſſa ſepulchro intulit, qui Capucinis in ſpirituali ſervitio apud ægros indefeſſis pro modo facultatum aliqua legabant in abſolutionem ſtructuræ. Contigit inter fabricandum, ut annoſa quercus jam quidem deartuata, per P. Stanislaum exoratâ vecturâ per acclivem collem traheretur, illa autem impellente pondere impetuosè in præceps devoluta aurigam proſtravit & equos. Quis eos non contritos aut confractos æſtimaret? Surrexerunt autem illæſi & truncum ad obedientiam coactum ad arcam perduxêre. Abſoluta fabrica anno 1639. die 9. Octobris ſolemnem conſecrationem obtinuit à Sebaſtiano Myllero Brigantino-Triebenbachenſe SS. Theologiæ Doctore Epiſcopo Adramyteno Suffraganeo Auguſtano ac Cathedralis Eccleſiæ Auguſtanæ Canonico &c. &c. ſpectante & adgratulante ingenti accolarum copiâ. Patres itaque Capucini Monaſterio immiſſi ſpem oppidanorum Brigantinorum neutiquàm fefellerunt varia in eos derivando bona ſpiritualia, imò & corporalia, præſertim ubi capto à Suecis oppido rapinæ dominarentur & cœdes; Ipſi læſos & fugæ ineptos tecto lubenter exceperunt viros fœminasque cum infantibus in templo cibaverunt, multa mala à civibus averterunt & bona eis impetraverunt, cùm Generaliſſimus Vrangelius in Capucinos gratioſè admodùm propenderet eorumque precibus vix unquàm obſtaret, grave nihilominus Monaſterio periculum incubuit, nam quidam Patrum accuſatus, quòd Catholicis ſub Sueco militantibus ſacramentalem abſolutionem negaret, niſi ſponderent, ſe injuſta caſtra deſerturos, apud Vrangelium iniquâ Lutheranorum molitione traducebatur, cumque aliqui tùm temporis aufugiſſent, Vrangelius magnis correptus irarum flammis, ab his ipſis conſilium ceperat flammas Capucinorum Cœnobio ſubjiciendi. Interceſſio tamen Generalis auditoris quamvis Lutherani & admodum R. P. Januarii pro tempore Guardiani humilitas ignes à Vrangelio & Monaſterio penitus averterunt. Cœterùm Patres in hoc Conventu morati ſunt quietè, ſummam æſtimantes quietem, ſummè pro Deo & animabus fatigari.

Ex hoc Monaſterio ad cœlos eductus eſt V. P. Benedictus Conſtantienſis ſingulari zelo in concionibus igneſcens ſanus & viribus integer mortem ſuam prædixit in Sabbatum Sanctum majoris hebdomadæ, quæ anno 1658. incidit in 24. Aprilis, & evenit prædictioni convenienter.

Præter alios hîc corporis ſarcinam depoſuit etiam Frater Chilianus Sub-

ſylvanus Laicus ſingulari charitate commendandus. Qui ruſtico in irruptione Suecicâ vulnerato, & ad Cœnobium deportato 9. Septimanis affectuoſiſſimè inſerviens, eum jam moriturum, cùm eſſet ſimplex & timoratus, inſtanter rogavit, ut in mercedem præſtiti beneficii ſe etiam brevi poſt ſe ad cœlos evocaret, aſſentit ruſticus, ſi DEUS non diſſentiret. Et ecce! ruſtico vix ſepulto morbus Chilianum corripit, & in alteram vitam abripit die 7. Martii 1647.

✻BRIGANTINUM.

PRæter parthenium quoddam clauſtrum ex nomine ſuo *Thalbuch* nuncupatum, itidem recenſendum infrà ſæpè memorato oppido Brigantino propiùs adjacet etiam aliud quoddam Franciſcani Ordinis ſacrarum Virginum domicilium S. Annæ matri Genitricis Dei ac Redemptoris noſtri JESU Chriſti dicatum: de quo haud ita pridem ſequentem ab amicâ manu accepi deſcriptionem, in rem præſentem fideliſſimè transmiſſam, & ſic habet: *S. Annæ Monaſterium Ordinis S. Franciſci reformatum & RR. PP. Benedictinis præcipuè, tùm etiam Capucinis ſubditum ſeu in ſpiritualibus commiſſum à Prænobilibus ac reſpectivè Reverendiſſimis DD. tribus germanis fratribus Caſparo, Magno & Thomâ Schmid de Wellenſtein: quorum duo primi Canonici, tertius verò Sereniſſimi Principis Maximiliani Archiducis Auſtriæ Conſiliarius & Toparchiæ Brigantinæ Præfectus erat; fundatum eſt anno 1604. Summus Pontifex Alexander VII. ſuperiori ætate noſtrâ, videlicet ſub annum 1662. Venerabili Parthenoni huic ad S. Annam donavit reliquias S. Almachii Martyris: cujus laus eſt in Evangelio ſeu in Martyrologio Romano Calendis Januarii. Tranſlatæ fuerunt illæ iſthuc ſolenniter anno 1664. & modò multis miraculis coruſcant. Clauſuram Moniales impetrârunt ſpontè ſuſcipientes illam anno 1684. duodecimo Calendas Novembris in feſto SS. Urſulæ & Soci VV. MM. Hodie animulæ verè pientiſſimæ degunt iſthic triginta & ampliùs &c. &c.* Joannes Georgius Schlee in ſuâ Rhætiæ deſcriptione vel breviſſimè ſaltem Cœnobiolum etiam iſtud annotavit fol. 24. ſub his verbis: Auſſer der Vorſtadt (zu Bregantz) am See ligt ein Clöſterlein Franciſcaner-Ordens/ ſo erſt anno 1605. von Newem auffgebauen worden.

BRISACENSE

HUjus nominis oppidum diœceſis Conſtantienſis ad Rhenum in fundo Sueviæ noſtræ cum fortiſſimo caſtro ſuo totâ Germaniâ nominatiſſimum, habuit antehâc inſigne prorsùs ac opimis adeò proventibus perquàm liberaliter inſtructum Canonicorum ſecularium Collegium cum propriâ Eccleſiâ ſuâ Sancto Mauritio & Thebææ Legionis Martyribus dicatâ celeberrimum: cujus Canonicum adhuc anno 1641. egiſſe Marquardum (qui etiam Metrop. Salisburgenſis & cathed. Eyſtettenſis ſimul & Auguſtanæ Canonicus ac reſpectivè Præpoſitus quoque fuit) de Freyberg & Eiſenberg oſtendit Stengelius Abbas in Mantiſsâ ad ſuum Commentarium rerum Augſtan. cap. 11. fol. 51. ex quo tamen Briſacenſe caſtrum & oppidum iſtud anno 1648. pace Weſtphalicâ Chriſtianiſſimo Regi Galliarum ceſſit, Mauritianum Collegium hoc noſtrum ſenſim immutatum fuit & numerus Canonicorum omninò defecit per paucis ſolùm aliquot Beneficiatis in vices ipſorum ſubſtitutis. Claret tamen Collegiata quondam hæc Briſacenſis Eccleſia, & ſatis illuſtrem reddit illam corporalis præſentia Sanctiſſimorum Patronorum Gervaſii & Protaſii tantoperè laudatorum à S. Ambroſio magno illo Epiſcopo & Eccleſiæ Doctore Martyrum locû ſibi illum ultrò deligentium. Cùm enim Reinoldus Comes à Daſſele Friderici primi Imperatoris Cancellarius & Colonienſis Archiepiſcopus ob inſignia merita ſacris exuviis trium ſacrorum Regum aliorumque Mediolani Tutelarium donatus & cumulatim dives in reditu ex itinere Briſacum divertens miro illic plauſu & honore exceptus eſſet, loci etiam plusquàm auguſtâ ſpecie caperetur, hunc civesque digniſſimos duxit, quibus è tantis reliquiarum theſauris aliquod etiam ſacrum corpus donaret. Alterutrum proin ſanctiſſimorum fratrum offerens, cùm lætiſſimi dono Briſacenſes anima-

animati etiam donantis liberalitate, ne fratres ſejunctos vellet, ſed & alterius ſacra oſſa ſibi relinqueret, ideoque fratrem fratri concederet, necquidquam oràſſent, Archi-Præſul autem navi cum ſacris reliquiis conſcenſâ Coloniam tendere conſtituiſſet, navis nullâ vi dimoveri potuit, donec Numini Fratrumque intellectâ voluntate alterum quoque corpus ſupplicibus offerret, campanis illicò totâ urbe prodigiosè & ſpontaneè conſonantibus & navi ſimul ultrò ſolutâ, quod tanquàm memoriâ digniſſimum hîc vel obiter recitandum cenſuimus.

❋ BRISACENSE

MOnaſterium RR. PP. Eremitarum S. Auguſtini, quod ſui Ordinis membrum eſt Provinciæ (uti vocant) Rheno-Suevicæ hodieque Briſaci floret, initium ſumpſit anno 1270. conſtrui cœptum ex eleemoſynis ſpecialiter in id collectis. Incelerius de eodem Auguſtano Ordine SS. Theologiæ Magiſter & Epiſcopus Budenſis in Hungariâ circa annum 1280. in officio clarus, & apud ſuos inclytus quadraginta dierum conceſſit Indulgentias omnibus ad fabricam Monaſterii hujus utcumque concurrentibus, prout conſtat ex propriâ Bullâ de dato pridie Idus Septembris anno 1280. confectâ & promulgatâ. Viſitur in tumulo Cœnobii hujus Epicedion R. P. Viti Opter gente Suevi ſeu Acroniani patriâ Marchdorffenſis piæ memoriæ Prioris Briſacenſis & egregii Prædicatoris Catholici ſub annum 1574. Calendis Novembris ſanctè in Domino demortui in hæc verba legendum

Verus erat Palmes Vitus in vineâ Vitis,
Et coluit terram dexteritate ſuam.
Plenus erat muſto divini gratiâ Verbi
Miſcuit in populo dulcia pôcla ſuo.
Granaque frumenti fœcundans vomere ſancto
Contulit uſuram millia multa ſuam.
Ah quàm charus erat Ganymedes omnibus ille
Gratus & exemplo, gratus & eloquio.
Invida, crudelis, tabeſcens, invida mordax,
Siccine ſic aufers, mors truculenta bonos?
In Regno Chriſti nunc collige munera vitis
Veſcere nunc vite, nectare & ambroſiâ.

❋ BRISACENSE

FLoret etiamnùm apud oppidanos Briſacenſes venerabile quoddam regulæ S. Franciſci RR. PP. Conventualium Cœnobium ipſi Sanctiſſimo Patri Seraphico coætaneum: quod ſpecialiter etiam commemoratur in Baſileâ ſacrâ in Henrico 41. Epiſc. Baſil. fol. 224. ubi de primis & antiquioribus Fratrum Minorum domiciliis per Superiorem Germaniam noſtram diffuſis inter alia ſic legimus: *Argentoratenſi* (Provinciæ, ſeu, uti vocabant, Cuſtodiæ) *parebant Rubeacenſe* (Monaſterium) *Briſacenſe, Sarburgenſe &c. &c.* Singularem quoque Cœnobii hujus mentionem facit Felix Faber in ſuâ Hiſtoriâ Suevorum lib. 1. cap. 14 fol. m. 151. ſimpliciter aſſerens Terapentas Franciſcanos pro tunc Briſaci commorantes ſtrictè tenuiſſe & ſervâſſe generale Interdictum à Joanne Papâ XXII. in cauſâ Ludovici Romanorum Imperatoris cognomento Bavari decretum, vel paucis de eo ſic ſcribens: *Minores ubique profanabant* (Interdictum) *demptis Conventibus in Schaffhauſen & Briſaco.* Item Fortunatus Hueber de eodem loco ſequentia apponit: Breyſach iſt die Haupt-Statt im Breiſgow/ein Edle unüberwindliche Veſtung am Rhein/ der Bottmeſſigkeit des Königs in Franckreich dermahlen underworffen: allwo ein uhraltes herrliches Conventualen-Cloſter bewohnet wirdt/ ſo der Elſaſſiſchen Cuſtodia zugeſetzet/ dem Gebrauch der Obſervanten niemahl hat zugehört.

❀BRISACENSE

ASceterium, quod alumni Franciſcani regulam Terciariorum de more profeſſi quondam habuerunt Briſaci poſitum, expreſſis verbis etſi ſolo nomine ſuo tenùs commemoratur à citato Fortunato Hueber fol. 1336. ubi ſacer Hiſtoricus iſte taliter occurrit legendus: Anno 1459. haben die Herren von Flachland und Dürrenach als Herr Wernher Thumb-Dechant von Baſel und Herr Hanns Bernard von Dürrenach die Pfarr-Kürchen (zu Dürrenach allda/ ſo ein Dorff denen beſagten von Flachsland zuſtändig ein kleine Stundt von Lupach/ einem Städtlein in Ober-Elſaß oder im Sundgow gegen der Schweitz und Burgund gelegen) zwar etwas erneuet/ aber bey weitem nit haben in den alten Standt gebracht. Herr Hanns Bernard von Flachland hat ſich ſehr eyfferig beworben die Franciſcaner-Obſervanten von Baſel allda (zu Dürrenach) einzuführen/ diſe aber haben ſich nit laſſen bereden den Orth anzunemmen. Endlich hat er ſich auff die Brüder des drittens Ordens S. Franciſci von der Buß genañt gewendet/ welche damahl gleichſam ein gantze Provintz under einem Provincial bewohnten/und zu Breyſach/ Heyligen-Berg ꝛc. ꝛc. auch vielen anderen Orthen ihren Ordens-Beruff fortſetzten.

❀BRISACENSE

DE Monaſterio ibidem Briſaci à RR. PP. Capucinis inhabitato & in præſens usque realiter obtento noviſſimè talem abbreviatam accepi deſcriptionem: *Cùm Sereniſſimus Princeps Leopoldus Archidux Auſtriæ Ferdinandi Secundi Auguſtiſſimi Romanorum Imperatoris germanus frater in diebus ſuis toti Alſatiæ, Briſgoviæ & reliquis anterioris, uti vocant, Auſtriæ Provinciis feliciſſimè, quietè ac pacificè dominatus aliquando diutinâ vexatus ægritudine palàm ſentiret, & vel invitus quaſi manifeſtè deprehenderet vim morbi pluribus ac adeò pretioſis licet medicinis longo tempore quaſi coactam, nec quicquam tamen remittere, ſed moleſtam corporis infirmitatem magis ac magis proficere poſthabito æſculapio profano neutiquam propitio ad ſanctiora converſus, Deo, Deiparæ Virgini, ac Sanctiſſimo Seraphico Patri Franciſco nuncupavit votum, ſi priſtinam recuperaret ſanitatem, ære proprio Religioſis Patribus Franciſcanis Briſaci Cœnobium aliquod quantocyùs ſuſcitandi. Et ecce vix ſua Serenitas votum effuderat coram Domino, cùm illicò reſpirare cœpit, & reſumptis brevi viribus ad perfectam ſanitatem redire. Unde voto ſeſe protinùs exſolutura fabricam Conventus Briſacenſis anno 1626. aggreſſa, intra breve tempus ad optatiſſimam perfectionem deduxit, ac demùm pius fundator iſte diem ſuum obiit decimo quinto Calendas Octobris anno 1632.*

❀BRUCHSELLANUM.

HUjus nominis oppidum diœceſis Spirenſis in Craichgoviâ conſpicuum, idque vel breviter deſcriptum à Zcillero in Itinerario Germaniæ cap. 25. fol. m. 542. jam olim à Conrado Salico II. Romanorum Imperatore & Giſelâ conjuge illius Epiſcopatui Spirenſi (ut eſt apud Bruſchium de Epiſc. German. tom. 1. cap. 6. in Walthero 14. Epiſcopo Spirenſi) ad pias cauſas donatum & oblatum usque modò retinet inſignem quandam ſecularium Canonicorum Eccleſiam, eamque præpingui ſatis dote dicatam: cujus Præpoſitus inter liberos & immediatos S. R. Status in Circulo Rhenano (uti vocatur) ſuperiori ſub titulo *Præpoſitus Udenheimenſis* clareſcit. Recepit autem in ſe Bruchſella Collegium iſtud (olim Ordinis S. Benedicti Monaſterium, de quo pluribus infrà V. *Odenheimenſe*) canonicum: ex quo caſtrum & oppidum Udenheimenſe (ubi priùs reſidentia Spirenſis Epiſcopi fuit depòſt Bruchſellam tranſlata) ſub annum 1617. à malè vicino Electore Palatino Heidelbergenſe hæretico ſeu Calviniano hoſtiliter fuit invaſum: de quo pluribus legi poterit antecitatus Autor.

Bruch-

❀BRUCHSELLANUM.

HAbet Bruchſella temporibus noſtris paupertinum etiam ac humile RR. PP. Capucinorum S. Franciſci Monaſterium : cujus jam pridem ædificati pius author & fundator haud dubiè non niſi Dominus fundi ſeu Spirenſis Epiſcopus extitit ; qualis autem ſeu quiſnam ille in individuo fuerit, vel invitos nos inquirere prohibet ipſe locus infauſtis (dùm hæc ſcribimus) temporibus noſtris cum totâ circumcircà regione ſub inimicâ poteſtate Gallorum jure belli retentus.

❀BUCHAUGIENSE.

BUCHAUGIA vel Buchovia *Canoniſſarum ſeu Monialium nobilium ac antiquo ſtemmate Majorumque imaginibus conſpicuarum, ab omni tamen ordine, profesſione ac voto immunium ac prorſus liberarum Collegium potiùs quàm Cœnobium in Sueviâ ad ejuſdem nominis amœnisſimum lacum, quem vulgò liberum lacum vel plumarum lacum vocant : non procul à Biberaco urbe Imperiali in Suevis ſitum : in quod aſſumi ſolent tantùm Comitiſſæ & Baroniſſæ, quæ ibi ſub Abbatiſsâ pudicè & probè educari, ad pietatem & virtutem informari, poſteà nubiles & ambitæ aut expetitæ egredi iterùm & honeſtè nubere ſolent, quod omnibus conceſſum & liberum, ſoli Abbatiſſæ propter acceptam pontificiam benedictionem, ut vocant, integrum non eſt. Id inquam amplisſimum ac pulcherrimum Collegium fundatum legitur in honorem SS. Cornelii & Cypriani à Dominâ Adelinde Hildebrandi potentisſimi Suevorum Ducis filiâ ; Hildegardis Reginæ & Campidunenſis fundatricis ſorore, Comitis verò Othonis à Keſſelburg in Blanchinâ valle circa Biberacum habitantis relictâ viduâ, quæ ibi ſepulta eſt. Tota fundationis hiſtoria ſic ſe habet : Imperabat Suevis ante annos octingentos Pipini Galliarum Regis temporibus potentisſimus quidam Rex Marſilius Laureaci in Ducatûs Wirtenbergenſis prædivite Cœnobio ſepultus : is Pipinum Galliarum Regem à Stephano II. Pont. Max. in Italiam contra Longobardos provocatum, ac idcircò armatâ manu Romam profectum ſecutus, ſtrenuè ſe ibi gesſit in expugnandis Longobardorum munitionibus & invadendis ſternendisque aciebus. Poſt adeptam ex Longobardis victoriam & ſervatam Romam à tyrannide Hayſtulphi Longobardorum Regis duxerunt Pipinus ac Marſilius inter alios captivos ac datos obſides duos etiam egregios juvenes Bonoſium ac Sophonium Ruſſonis Longobardici cujuſdam Reguli, aut, ut aliqui volunt, Græci alicujus Comitis de Trugenio (qui in hoc bello occubuerat) filiolos ſecum in Germaniam. Sophonium decem annorum puerum Pipinus ſibi vendicabat : Bonoſium uno anno majorem natu Marſilius apud ſe retinuit, & in Laureacenſi Cœnobio ſacro baptiſmate ablui fecit. Hic adoleſcens omnibus Sueviæ incolis nullo jam alio nomine notus erat, quàm quòd nuper baptizatus comes appellaretur undique. Quia verò egregia ex puero virtus elucebat, chariſſimus erat Principi Marſilio Bonoſius, qui cum ſucceſſu temporis unà cum ætate proceram etiam ſtaturam, egregium corporis robur, rerum item bellicarum non vulgarem peritiam eſſet conſecutus, omnibus totius Regni tùm ſummis, tùm infimis admirationi fuit. Venerant tùm recens in Germaniam è Româ nobilisſimi Comites Montis fortis, horum unus filiam quandam dedit Marſilius Suevorum Rex huic ipſi Comiti Bonoſio in uxorem : dotis verò loco provinciam illam, quæ lacui plumario & Biberacenſi pago vicina erat. Peractis regiâ pompâ & ſolemni apparatu nuptiis prodibat aliquando Bonoſius cum ſponsâ ſuâ Dominâ Montfortiâ, ut quæreret locum ædificandæ arci idoneum : quem, cùm in denſis nemoribus inveniſſet commodisſimum, dixit inter alia chariſſimæ nuptæ ſuæ: ô bella, ô chara mea & dulcisſima animula, ſi Dei bonitate & miſericordiâ in promptu jam nobis eſſent opes & pecuniæ, quas Tragenti chariſſimus pater meus terræ infodit, cùm videret oppugnari urbem ac dulcisſimam patriam ſuam : quàm ego nobis vellem in hoc ipſo amœnisſimo tractu bellam extruere arcem ; quæ poſteris noſtris domicilium eſſet & ſedes & habitatio. Cui mox etiam in honorem æternæ ac omnipotentis triados egregiè ornatum templum adjicerem pro gratiarum actione, quòd me tam clementer illa miſericordia ſua oculis aſpexe-*

 aſpexe-

aſpexerit, & extinctis meis omnibus non ſuperſtitem ſolam me paſſa eſt: ſed fecit etiam, ut ſub ſacro baptiſmate ipſius Eccleſiæ inſertus jam illum agnoſcere cœperim, à cujus notitiâ pendet vitæ ſalus ac felicitas mortalium. Has voces cùm audiſſet Montfortia, conſolata eſt Bonoſium ſuum, ac animo hilari eum inchoare jubet in nomine agniti æterni ac miſericordis Dei, tùm arcis, tùm templi conſtructionem, Deum dubio procul dubiis conatibus non defuturum, & eum (qui vitam & alia meliora dediſſet) verè etiam cætera non negaturum, quibus opus eſſet in hâc mortali vitâ. Talibus ultrò citroque habitis ſermonibus in nomine Chriſti locum inventum accedunt, & fodere incipiunt firmâ ſpe certi ſubſidii divini. Cumque foderent pio bonoque ſtudio, invenerunt favente Deo mox ahenam ſive caldarium amplum ingens & capax pecuniis auro & argento plenam. Hilares itaque Deo gratias agunt & arcem unà cum templo erigunt, cui titulum ac nomen induunt ab invento lebete totumq; adjacens territorium ſuum, Caldarienſem ſive Keſſelburgenſem Comitatum appellant. In hâc ipſâ arce Montfortia herois enixa eſt Bonoſio ſuo primum filium Beronem. Condidit idem verò Bonoſius mox Warthuſenſe etiam in hâc ipſâ viciniâ caſtrum. Aliud de ipſis invenitur in litteras relatum nihil. Bero filius Bonoſii & Montfortiæ ductâ uxore nobili puellâ de Bodmen, pater quater filiorum Clingoldi, Huſſonis, Tallatarii & Birridonarii duarumque filiarum Perſinæ & Berillines factus eſt. Hos omnes à primariâ arce Keſſelburgenſes Comites tota appellavit circumjacens vicinia, fortes ac ſtrenuos bellatores totius circumjacentis provinciæ defenſores acerrimos Regibus ac Imperatoribus gratos. Horum unus Tallatarius uxorem ducens Comitiſſam Hillermontanam, filium Godefridum genuit Comitem Keſſelburgenſem: is poſteà ex Andecenſi Comitiſſâ Bavaricâ Hattonem vel Othonem filium ſuſcepit. Iſte ſive Hatho ſive Otho Comes Caldarienſis ex Ephœbis egreſſus ſtrenuus ac egregiè exercitatus juvenis, Dominus opulentus ac potens, qui vicinis etiam Principibus prudentiâ & conſilio proderat ſæpè: Potentisſimi Suevorum Ducis Hildebrandi & Dominæ Regardæ Bavarorum Duciſſæ nobilem ac illuſtrem filiam Dominam Adelindin in arce Andechs natam, ſororem Hildegardis Reginæ (quæ Carolo Magno deſponſata fuerat) uxorem duxit: quæ quatuor ei filios peperit, egregios juvenes Comites Keſſelburgenſes Beringerum, Reginolphum, Gerardum & Hattonem. Accidit verò, ut luſtris aliquot labentibus irruerent in Germanias Hunni, effera ac omninò barbara gens, minitans Germaniæ extrema omnia. Ibi admoniti à Carolo Magno Germaniæ Principes prodeunt obvii Hunnis. Commiſſum eſt autem ingens prælium prepè Biberacum, in quo Otho iſte Comes Tragendinus & Caldarienſis cum tribus filiis Beringero, Reginolpho & Gerhardo inter cæteros fortiter pro defenſione patriæ occubuit. Locus ipſe, in quo pugnatum eſt, poſteà vallis planctus à planctu Dominæ Adelindis & accolarum (qui ſuos ibi amiſerant charos) cognominatus eſt, quem hodie adhuc corruptâ voce Planchinam vallem accolæ appellant. Otto vel Otho quartus filius Comitis Othonis & Dominæ Adelindis religioni deditus ac Diaconus factus paulò pòſt mærore animi contabuit. Fuſis verò Hunnis & ex Germaniâ virtute Caroli Magni ejectis, Domina Adelindis trucidata mariti ac filiorum corpora collegit, & in ſempiternam eorum memoriam Buchovienſe Monialium Auguſtinianæ profesſionis Cœnobium fundavit, in cujus templo maritum cùm filiis honorificè ſepeliri fecit. Ipſa poſteà tædio & odio vitæ redditis Deo omnibus bonis, posſesſionibus & facultatibus ſuis, mundo in univerſum valedicens, prima ſui Cœnobii facta eſt gubernatrix, in quo mortua tandem honorifico Mauſoleo terræ parenti reddita eſt. Annumeratur Divarum catalogo propter inſignem vitæ ac morum innocentiam: feſtum ejus celebratur in die S. Auguſtini hoc eſt 28. Auguſti, ea die ſolet in ejus memoriam Domina Abbatiſsâ diſtribuere per ſuas Virgines Comitiſſas ac Baroniſſas omnis generis advenientibus & accurrentibus ex totâ circumjacente regiunculâ tùm ſuis tùm etiam peregrinis & exteris ſummo & infimo loco natis hominibus panes Divæ Adelindis fundatricis ſiligineos: quod fieri ſolet inſigni pompâ: cujus ego etiam ſpectator fui anno 1548. cùm diſtribuerentur panes quatuor mille.

Secundus præclarisſimi hujus Collegii fundator, & poſt primam ejus incinerationem inſtaurator fuiſſe legitur Imperator Ludovicus Pius Caroli Magni filius: qui dono dedit huic ipſi collegio oppida Magingam vulgò Mengam & Sulgovv, tunc adhuc villas cum omnibus ad eas pertinentibus juribus, poſſesſionibus, immunitatibus ac pro-

ac proprietatibus anno Imperii ſui ſexto hoc eſt anno Domini 821. Ejus donationis diploma habet hodie adhuc & mihi legendum exhibuit Reverendisſima ejus loci Abbatiſſa. Hæc oppida, poſteà cum Munderkingo, Riedlingo & aliis aliquot ad Auſtriæ Duces, & jure tandem oppignerationis ad Waldburgenſes Dapiferos devoluta ſunt: quorum adhuc hodie jusſibus & imperio parent. Ejusdem verò Imperatoris Ludovici Pii authoritate & privilegio ab omni profesſione ac regulâ exemptum eſt Buchovienſe Cænobium, unde nunc liberum immune ac Imperatorium Canoniſſarum Collegium dici ſolet. Hæc Bruſchius de Monaſt. German. cent. 1. fol. m. 17. & ſeqq.

Floret hodiedùm inſigniter vetuſtiſſimum ac principale Collegium hoc Buchaugienſe totâ ſacratiori morum diſciplinâ nitidiſſimum: cui liberos inter & immediatos S. R. J. Status ac Principes in ampliſſimo Circulo Sueviæ maximâ ſui nominis laude digniſſimè præſidet Reverendiſſima ac Illuſtriſſima Princeps ac Domina, Domina Maria Thereſia ex Comitibus de Montfort Abbatiſſa Buchaugienſis, Domina in Straſſberg &c. &c. loci verò Capitulum de præſenti conſtituunt Venerabiles ac Illuſtriſſimæ Domicellæ ſequentes: Maria Urſula Baroniſſa de Vels Senior: Maria Cæcilia (Principis Abbatiſſæ germana ſoror) Comitiſſa de Montfort: Maria Franciſca Fuggerin Comitiſſa de Kirchberg & Weiſſenhoren: Maria Eliſabetha Fuggerin Comitiſſa de Kirchberg & Weiſſenhorn: Maria Thereſia Comitiſſa de Fürſtenberg & Heiligenberg &c. Maria Thereſia Comitiſſa de Fürſtenberg Moskirch: Joanna Victoria Comitiſſa de Montfort: Maria Roſina Comitiſſa de Waldburg & Zeil: Maria Thereſia Comitiſſa de Hohenzolleren in Sigmaringen: Maria Joſepha Fuggerin Comitiſſa de Glett & Stettenfels: omnes iſtæ (ut diximus) Canoniſſæ Capitulares. Ad reſidentias autem ſuſceptæ ſunt quatuor ſequentes: Magdalena Comitiſſa de Oettingen. N. Comitiſſa de Waldburg in Dietnentingen & Fridberg: N. Sacri Rom. Imp. Princeps Schwarzenbergica: N. Comitiſſa de Oettingen: quarum ter Venerandæ toti Congregationi Illuſtriſſimæ, Pientiſſimæ demiſisſimè dicata ſacraq; ſit ſequens

AGGRATULATIO

Vos Nivei flores, dantes pietatis odores,
Excelſæ gratæ præclaro ſtemmate natæ,
Caſtalidæ roris ſacri, ſpeculumque pudoris,
Doctæ terrenum, quod ſordet, ſpernere cænum:
Atque potes mirâ virtute inflectere dira:
Gutture diffuſæ canitis pia cantica Muſæ,
Partheniusque Chorus concordi voce ſonorus:
Primæ æſtatis aves, dulci modulamine ſuaves
Cælicolis charæ caſto diademate raræ,
Exemplum paret, multùm Buchaugiâ claret.
Ignaræ fraudis, ſint vobis præmia laudis:
Styx fera vos odit, quod vita ſemita prodit.
Mundo ſublatæ: proin ſanctâ pace beatæ.
Impia per ſortes ſuperatis prælia fortes:
Elyſios mirè campos ambitis adire.
Jamjam naſcuntur, quæ vobis dona feruntur
Dignatæ abſconſum cæleſtem cernere ſponſum,
Æthereas ædes, rutilasque accedere ſedes
Nam ſolùm tales Superùm vult menſa ſodales
In celſis thronis, vobis pax alma Sionis.

BULACHENSE

Hujus nominis oppidum & quidem geminatum, unde & vulgariter Alt= & Neu= Bulach ab incolis terræ nuncupari ſolitum diœceſis Conſtantienſis, ruralis verò Capituli Herrenbergenſis in fundo ſeu dominio Wirtenbergico conſpicuum, atque à Zeillero in Topographiâ Sueviæ fol. 49. latè deſcriptum ſuperiori ætate pientisſimum aliquod habuit parthenium clauſtrum tertiæ regulæ S. Franciſci conquadratum: cujus etſi ſolo nomine tenùs

memi-

meminit etiam Cruſius in Paralip. cap. 13. fol. 53. B. Leutgardis Ordinis S. Claræ fundatrix & Abbatiſſa Monaſterii Wittichenſis in Hercinia ſub annum 1347. cœlis recepta, dùm adhuc terris ſupervixit, quandoque ad hunc Parthenonem (prout conſtat ex vitâ ipſius cap. 20. fol. 145.) Bulachenſem perſonaliter inviſit. Documenta rediviva Monaſteriorum Wirtenberg: Virginum de tempore ac modo clauſtri hujus religioſis domicellis adempti fol. 11. ſic habent: Zu alten Bulach ſeind die Conventſchweſteren (anno 1550.) in dem Beginen Haus mit 20. Gulden Jährlichen (Leibgedings) abgefertiget worden. Item infrà fol. 139. Diſes (1554ſte) Jahr iſt auch das Beginen Hauß zu alten Bulach ſambt dem Garten daran und ſeiner Zugehör der Stadt Wildberg halb der Schul/ und das andere halb Theil an den armen Caſten zu verwenden von Herren Hertzog Chriſtoph geſchenckt und übergeben worden.

BURCFELDENSE.

Aliàs ab incolis terræ communiter *S. Michaelis* nuncupari ſolitum, utpotè Sanctiſſimo Archiſtratego huic totius militiæ cœleſtis devotiſſimè ſacratum, dicatum ac dedicatum ſacri Ordinis Canonico-Auguſtiniani Collegium infra limites diœceſis Conſtantienſis præteritâ ætate in ſuperioribus Alemanniæ noſtræ partibus propè Rottwilam imperiale oppidum ad fluenta Nicri ſtrictiſſimâ religione ſuâ fulgentiſſimum, imò & præſtantiſſimum, de primævâ tamen origine ſuâ vix ampliùs inquirendum, eò nempè, quòd execranda ſuperioris ſeculi malitia, tùm ſceleſta Novatorum in res & poſſeſſiones ſacras avaritia totum venerabilis quondam Cœnobii hujus ſtatum in tantum abſumpſit, ut tùm fundo, tùm cunctis redditibus illius ad manus heterodoxorum ſacrilegè pertractis & direptis tota temporis ſeu ultimioris ætatis noſtræ poſteritas, præter inane nomen *Burcfeldenſe* ſciat habeatq; (pro dolor!) omninò nihil.

BURGENSE.

Fœmininum Ordinis Præmonſtratenſis domicilium diœceſis Auguſtanæ in Marchionatu Burgovienſi paris Inſtituti Imperiali Cœnobio Urſpergenſi non tam loco vicinum, quàm origine ſeu inſtitutione ſuâ coætaneum, auctrix ſeu fundatrix hujus fuiſſe perhibetur Illuſtriſſima Domina Schwinhildis Conradi Comitis de Schwabeck & Balzhauſen primarii fundatoris Urſpergenſis germana ſoror circa annum 1125. vitæ ac morum innocentiâ celebris: quæ & in novo templo ſuo Burgenſi poſt fata completa tumulum accepit. Ejus tamen pia fundatio non niſi usque ad annum 1440. conſtitit, religioſo nimirùm hujuſcemodi clauſtro cujuſcunque demùm culpâ ſeu ratione tum temporis in totum abrogato. Bruſchius de Monaſt. German. cent. 1. fol. m. 165.

❀ BURONENSE.

Seu noſtris temporibus communiter *Beyrenſe* dictum, nobile quondam Collegium Canonicorum Regularium ad ripam Danubii in territorio imperiali, peramœno loco, vario recreationum delectamine ſatis commodo ſituatum, ſiquidem vallis eſt duobus cincta montibus, quos inter ab Occidente Iſther proluit, & placidè per amœna tractus, ſed & ab uno ad alterum rejectus vallem intercipit, ut ulteriorem in planitie ſemitam intercludat. Inde miro naturæ montes exeunt in agrum, & circinatò flexi, utrinque tam in rotundatione quàm in longitudine æqualia ſpatia ducunt, latam pratis, agris & paſcuis amplitudinem aperientes, ad Orientem circumducti rursùs conveniunt, ut dextrorsùm inter Danubium vallis rursùs claudatur non niſi vehiculo pervia, ſiniſtrorsùm verò ultra flumen reflectente iterùm monte ſuperius inferiusque ſat amplum relinquitur ſpatium, quod & copioſo annuatim ſemento & grato numeroſæ pecorum copiæ pabulo ſufficere poſſit, medius inter

virgul-

virgulta amnis fluit, lento tractu & leni anfractu ſuaviterque volubilis prata utrinque lambit, quandoque non flectili fluctu exundans agros rigat, mediâ valle ad ſiniſtri montis pedem, ſi Orientem ſpectes, fit pervius ligneo tectus ponte penſili nullo pede aut ſubvolucro innixo. In hâc igitur amœniſſimâ valle Beyrenſi Peregrinus Alemanniæ Dux ab Honorio Papa II. vir *Illuſtris & Nobilis* appellatus, ferarum venatione plurimùm delectatus, anno ſeculari milleſimo primâ atque ſecundâ vice in bicornem raræ magnitudinis cervum ſcintillantes faculas in ſupremis cornuum ſurculis geſtantem (eo ipſo in loco, ubi Canonica hæc Beyrenſis etiamnùm ſubſtiſtit) totus quantus attonitus fortè incidit: quâ ferâ paulò pòſt ex oculis ſubductâ, juxta quoque Proceribus Duci ſuo adſervitia devotis in diverſa ruentibus ipſe Peregrinus equo lapſus ſpectabili formâ coruſcam ſuprà irradiantem Deiparam Virginem Mariam conſpicatus admonentem intellexit de monaſterio ibidem loci condendo: quod brevi mole ſua ſtetit abſolutum idemque Cœlitum Reginæ dicatum. Ad hoc ergò novum Buronenſe Monaſterium Peregrini fundatoris eximiâ liberalitate magnificis donis ac poſſeſſionibus apprimè locupletatum prætacto anno milleſimo inducti fuerunt Canonici Regulares Auguſtiniani ſacrâ horum coloniâ ex vicino monaſterio Alt-Beuren appellato, de quo ſuprà deſumpta. Ipſe etiam Peregrinus fundator nobile hoc Canonicorum Collegium (more hujus ævi paſſim uſitato) altari S. Petri Romæ in allodium proprium obtulit; unde ubi grata fuit oblatio ſummi Pontifices Eccleſiam iſtam Beyrenſem in ſpecialem ſedis Apoſtolicæ protectionem clementiſſimè receptam plurimis gratiis & privilegiis munierunt. Imperatores quoque ex ſummâ & immediatâ authoritate & poteſtate ſua idem præſtiterunt, ipſique matrici Eccleſiæ Beyrenſi ſucceſſu temporis additæ fuerunt aliæ decem parochiæ rurales pleno jure ſolemniter incorporatæ: ex quibus quinque præ aliis loco vicinæ per religioſos vicarios ad eas ſuis temporibus excurrentes etiamnùm adminiſtrantur, non item reliquæ, olim quidem pariter à religioſis vicariis adminiſtrari ſolitæ, ex tunc verò ob magnam Sacerdotum penuriam (ab anno 1636. quo peſtifera lues proviſores hujusmodi ad unum omnes ſuſtulit) curionibus ſecularibus demandatæ. Planè non eximiam laudis & decoris materiam vetuſtiſſimo Collegio huic congruentem affert, quòd in omnibus ſuis parœciis, iniquiſſimis hæreticorum novatorum temporibus religioſi Canonici eo tempore degentes verbo & exemplo tot animas ab hæreſi ſalvas conſervârint & incolumes, cùm tamen loca quædam proximè confinantia, & non niſi ad dimidiam horam diſſita ſacrilego hujusmodi veneno fuerint, atque etiamnùm maneant intoxicata. Nunc enarrare juvat Præpoſitos, quos Canonica hæc Beyrenſis habuit venerandos, & quidem in tempore primæ fundationis usque ad annum 1501. omnes claris natalibus exortos ac nobiles, prout liquet ex monumentis domeſticis bello Suecico reſiduis, licet admodùm paucis, ſiquidem durante illo martiali diſturbio tabularia maximè principaliora cum archivo toto devenerunt in manus hoſtium, cumque inſidioſæ deprædantium militum inſaniæ cuncta peſſimè diſtruxiſſent, inque prætertfluentem Danubium projeciſſent, quædam ex illis omninò fuerunt mutilata & miſerrimè deperdita, alia verò illegibilia poſteris reddita, alia tandem per preces & peculium vix ægrè ſervata & liberata; qui lamentabilis caſus antiquiſſima ſanè tempora plurimùm obfuſcavit oblitteravitque; juxtà tamen oppidò mirandum antiquiora quæ ſuperant tabularia domeſticos Canonicos Regulares haud recenſere alios niſi nobiliori ſtemmate prognatos: adeò ut inde pateat, nobisque omninò certum eſſe debeat Canoniam hanc Beyronenſem inclytum ſatis antiquioribus ſeculis fuiſſe nobilium perſonarum Collegium, ſeu (uti nos Germani vocamus) ein frey Adeliches Stifft / idque ampliùs probè demonſtratur ex variis inſcriptionibus, iconibus, Epitaphiis, hinc inde relictis, & ad Patrum memoriam usque ſervatis. Verùm poſterioribus annis (prævalente potiſſimùm bellorum calamitate) peſſimè mutatus eſt hujuscemodi color optimus, & per adverſos caſus quò plures eò

res eò atrociores tantum non fuit penitus obſcuratus.

SYLLABUS

REverendisſimorum Præſulum Canonicæ Beyronenſis Ordinis S. Auguſtini.

I. Fridericus à Wildeck ex antedicto Monaſterio Beyrenſi cum primâ Canonicorum coloniâ ad novam Eccleſiam Beyronenſem ſeu Buronenſem translatus, præfuit annis 14.

II. Bertholdus de Weſterſtetten electus anno 1094. Hujus rogatu Urbanus II. Pont. Max. Eccleſiam Beyrenſem à Peregrino Illuſtri fundatore B. Petro Apoſtolorum Principi & Eccleſiæ Romanæ in allodium oblatum in ſpecialem ſedis Apoſtolicæ protectionem recepit, pluraque alia jura & privilegia ſuperaddidit, quæ nominatim recenſentur deſuper expedita. Honorius Papa II. Prædicaturâ per mortem Bertholdi hujus vacante liberam etiam indulſit ſucceſſoris electionem ſolis tamen Canonicis Capitularibus de more faciendam, item eundem antiſtitem ab Ordinario loci communi Abbatum benedictione & virgæ paſtoralis geſtamine inſigniri conceſſit, per propriam Bullam in id ſpecialiter clementiſſimè datam.

III. Fridericus de Homburg electus anno 1125. memoratæ Canonicæ ſuæ jura ac privilegia tùm authoritate Apoſtolicâ tùm potentiâ Cæſareâ reiterari, & de novo confirmari procuravit gemino diplomate Innocentii II. & Lotharii III. in id impetrato ſub annum 1131.

IV. Henricus de Schweindorff electus anno 1150. impetravit jurisdictionem baſſam cum fundis cumque dimidietate mulctarum in duobus pagis ſuperiori & inferiori Schweindorff perpetuâ ſecuritate depoſthâc tenendam & uſurpandam.

V. Chriſtophorus à Schönau anno 1164.

VI. Erneſtus à Köz anno 1181.

VII. Waltherus à Schildegg anno 1202.

VIII. Rudolphus à Turri. A. 1219.

IX. Balthaſarus ab Oberſtetten anno 1240.

X. Andreas à Neuhauſen electus anno 1265. Idem ac tres alii ſucceſſionis ordine proximi difficilia ſatis & inquieta nimis tempora experti; qui tamen contra rigidiſſimos exactores ſuos ſteterunt invicti, bonaque Canonicæ ſuæ & jura tutati ſunt in tantum quidem, ut illæſa ſervârint omnia ſummorum Pontificum, Imperatorum ac Principum jura ac privilegia, Magnatum ope & adjumento fiducialiter uſi, quamvis haud ſine magno æris impendio.

XI. Wolfardus à Tresberg electus anno 1280.

XII. Chilianus à Rotenſtein anno 1297.

XIII. Martinus à Gamerdingen electus anno 1321. quo præſidente ſub annum circiter 1328. Comes quidam Sueviæ loco vicinus jus advocatiæ in Monaſterium hoc Beyrenſe tanquàm proprium & hæreditarium ſibi vendicare præſumens, multas ac graves religioſis inquilinis ſuſcitavit moleſtias, repulſam tamen denique paſſus Venerabili Domino Martino cum Canonicis Capitularibus ad quævis jura ſarta tecta ampliùs conſervanda fortiter reluctante.

XIV. Gabriel ab Eggenſtein 1350.

XV. Conradus de Waſſerburg. 1360.

XVI. Balthaſar à Meſtetten 1381.

XVII. Wernherus à Klingenberg 1404.

XVIII. Wilhelmus à Kreidenſtein 1417.

XIX. Joannes de Loppach.

XX. Joannes Petrus de Waldſperg 1456.

XXI. Henricus à Schönaw 1472.

XXII. Joannes ab Ehrenfels electus anno 1480. novâ confirmatione papali reiterari fecit privilegia ſua Suffragante Innocentio VIII. per propriam Bullam datam Romæ apud S. Petrum tertio Idus Maji Pontificatus ſui anno octavo, Chriſti verò 1492.

XXIII. Hamandus à Villeck ſub annum 1495. electus, ut & tres ſucceſſores in Prælaturâ proximè ſequentes inquietiſſima rursùm habuerunt tempora, ex moleſtisſimâ nobilium vicino-

vicinorum infeſtatione in causâ Juris advocatiæ, quod & iſti quoque hæreditarium vendicare ſibi ac plenum rerum dominium pro libitu ſuo potenter exercere contendebant.

XXIV. Paulus Hemerle.

XXV. Wilhelmus ab Arnſperg ex Imperiali Collegio Creuzlingenſi anno 1534. poſtulatus, inde tamen Abbas Creuzlingenſis renuntiatus demùm terris devixit anno 1571.

XXVI. Joannes Wach Conſtantienſis electus anno 1556. eo ipſo tempore, quando Udalricus Wirtenbergiæ Dux nova Lutheri hæreſiarchæ dogmata complexus quosvis orthodoxæ fidei miniſtros & religioſas perſonas utriusq; ſexûs è tota ditione ſuâ proſcripſit, juxta quoque religio Catholica etiam in territorio Monaſterii Beyronenſis Wirtenbergenſibus contermini graviſſimè periclitari cœpit, contra ac Canonici religioſi ſeſe pro viribus opponentes omnem impenderunt operam, ut gregem ſibi creditum etiam in medio luporum quavis invaſione ſervarent integrum & illæſum, haud tamen absque ſummo labore pro ſibi commiſſis impenſo, quo jugiter deſudârunt, & tam in publico quàm privato de vitâ ſæpiùs periclitati optimi paſtoris partes inceſſanter expleverunt, nempè ad exemplum Sanctiſſimi Patris ſui Auguſtini: cujus diviniſſimum zelum in hujuscemodi negotio uberrimè demonſtratum tom. 7. de geſtis cum Emerito in fine taliter legimus deſcriptum: Beatus Auguſtinus loquens populo dixit: ideò laboramus, ideò inter arma Donatiſtarum & cruentas furias Circumcellionum periclitati ſumus, & adhuc reliquias eorum qualicunquè donata à Deo patientiâ toleramus, dùm ovem quærimus ex ovili perditam Chriſti. Si paſtoralibus oneribus prædici ſumus, per vepres & ſpinas nos coarctare debemus, membris laceratis ovem quæramus, & Paſtori Principique noſtro cum lætitiâ reportemus &c.

XXVII. Jacobus Edelmann ex Rottenburgo notâ civitate ad Nicrum ſituatâ progenitus, anno 1573. ad Prælaturam aſſumptus, vir fuit omni pietate, doctrinâ & induſtriâ rerum gerendarum peritiſſimus, haud dubiè ulceroſiſſimis his temporibus quamplurima in utilitatem Canonicæ ſuæ præſtiturus, niſi defeciſſet immatura morte præceptus.

XXVIII. Vitus Hainzmann ex oppido Sigmaringen in ditione Zollerenſi natus ad regimen Prælaturæ ſub annum 1576. aſſumptus æs alienum omninò diluit, & toto regiminis ſui tempore æquè præfuit ac profuit 38. annis; quibus exactis ultrò ſe abdicans digniſſimus Præſul iſte triennio adhuc ſuperſtes vixit, tandem in Domino demortuus anno 1617. Idem quoque Vitus Præpoſitus antiqua Monaſterii ſui jura ac privilegia à Lothario III. & Maximiliano I. olim indulta denuò authoritate Cæſareâ reiterari & confirmari fecit, prout pleniùs dignoſcitur ex diplomate Rudolphi II. Romanorum Imperatoris cum reliquis apponendo infrà.

XXIX. Joannes Stachl Aeronianus ex Supplingen oriundus, electus anno 1614. vir omninò induſtrius ac quâvis peritiâ inſigniter nobilitatus effulſit: cujus tamen regimen bellico Suecorum boatu terribiliter infeſtatum omni miſeriâ fuit undequaque repletum. Apoplexiâ bis tactus obiit 1638.

XXX. Philippus Vogel patriâ Schönbergenſis ex ditione Hohenbergenſi Canonicus Creuzlingenſis easdem difficultates ac prædeceſſor ſuus amariſſimè perpeſſus Canonicis conventualibus ob perſecutionem Suecicam in ſolitudinibus & montanis plerumque latitantibus ipſe triſtem exilii moram transegit in urbibus Sueviæ Conſtantiâ, Biberaco & Mengâ, tandem miſeriarum ſatur carne mortali ſolutus anno 1640.

XXXI. Joannes Veſer ex oppido Munderkingen, anteà Parochialis Vicarius in Oberham à morte prædeceſſoris ſui ſolus cum ſolo R. D. Chriſtophoro Schelhamer ſuperſtes (ſiquidem religioſos Canonicos ſedecim peſtifera lues per totam Sueviam & alias confinantes provincias dirisſimè graſſata ad unum omnes ſuſtulit) Monaſterii curam geſſit primùm Adminiſtratoris ſolùm nomine præfectus, exinde poſt quadriennium in abſolutum Cœnobiarcham conſtitutus poſt finem belli Suecico-Germanici non niſi merisſimâ calamitate & miſeriâ undequaque refectum exacto triennio vitâ naturali privatus anno 1650.

XXXII. Sigismundus Marbeck nobilis Bojus à Merzing Monacenſis in celeberrimâ Canonicâ Rottenburgenſi diœceſis Friſingenſis in ſuperiori Ba-

variâ profeſſus, tùm ad Imperiale Collegium Creuzlingenſe dimiſſus, ac aliquandò vicario regimine Præpoſituræ Riederenſis perfunctus Cœnobio huic Buronenſi cum plenâ poteſtate jura dicere cœpit anno 1660. & ſic continuavit usque ad annum (quo demùm Prælaturæ faſces ſenio defeſſus ultrò dimiſit) ſacræ dictaturæ Conventualis viceſimum ſecundum, Chriſti verò 1682.

XXXIII. Georgius Kraz Veldkirchienſis ex ſæpè nominato Imperiali Collegio Creuzlingenſi die 17. Auguſti anno 1682. Buronenſibus Canonicis in religioſum antiſtitem & ſupremum Rectorem datus; idem primus omnium ex prædeceſſoribus ſuis ab Innocentio Papâ XI. mitrâ & pedo Abbatiali donatus, hodie peregregius emicat illuſtrator Canonicæ ſuæ: quam de ſingulari curâ & induſtriâ Reverendiſſimæ Amplitudinis ſuæ brevi (faventibus ſuperis) videre licebit novis ædificiis undequaque feliciter inſtauratam & exornatam.

Immunitates & Privilegia Canonicæ Beyronenſis diœceſis Conſtantienſis.

I.

URBANI II.

Cõfirmatio fundationis Beyronenſis aliorumque diverſorum privilegiorum donatio anno 1097.

Urbanus Epiſcopus Servus Servorum Dei Dilecto filio Bertholdo Præpoſito, ejusque fratribus in Eccleſiâ, cui vocabulum eſt B. Martini, quæ conſecranda eſt in honorem B. Mariæ Virginis in loco, qui Buron dicitur, inter duos montes ſuper ripam fluminis Danubii, in territorio Conſtantienſi canonicam vitam profeſſis, eorumque ſucceſſoribus in perpetuum. Sicut irrationabilia poſcentibus negari debet aſſenſus, ſic juſta petentium votis benigna aſſenſione concurrere. Tuis igitur fili Bertholde in Chriſto clariſſime juſtis petitionibus annuentes Eccleſiam Dei Genitricis & ſemper virginis Mariæ, quam filius noſter Peregrinus in proprio fundo conſtructam B. Petro ejusque ſacræ Romanæ Eccleſiæ in allodium proprium obtulit, cui authore Deo præſides, ſub Apoſtolicæ ſedis protectionem ſpecialiter confovendam, tanquam Jus proprium ſuſcipimus, & contra pravorum omnium nequitiam authoritatis ejus & noſtræ privilegio communimus. Præſenti itaque decreto ſtatuimus, ut quæcunque hodie veſtra Eccleſia juſtè poſſidet, ſive in futurum conceſſione Pontificum, liberalitate Principum vel oblatione fidelium juſtè atque canonicè poterit adipiſci, firma vobis, veſtrisque ſucceſſoribus & illibata ſub Apoſtolicæ ſedis ſemper tutelâ permaneant; ad hæc adjicientes ſancimus, ut nemini inter vos profeſſione exhibitâ proprium quid habere, nec ſine tuâ fili clariſſime Bertholde, vel eorum, qui poteſtate in eodem regimine ſucceſſerint, aut ſine communi congregationis licentiâ de clauſtro diſcedere liberum ſit, quòd ſi diſceſſerit, & commonitus redire contempſerit, tibi tuisque ſucceſſoribus facultas ſit, ejusmodi ubilibet à ſuis officiis interdicere. Interdictum verò nullus Epiſcoporum, Abbatumve ſeu Præpoſitorum ſuſcipiat. Obeunte verò te, nunc ejusdem loci Præpoſito, vel tuorum quolibet ſucceſſorum, nullus ibi quâlibet ſubreptionis aſtutiâ, vel violentiâ præponatur, niſi quem fratres communi conſenſu, vel fratrum pars conſilii ſanioris ſecundùm Dei timorem, vel ex eâdem congregatione, vel ex aliâ ejusdem profeſſionis providerint eligendum. Decernimus ergò, ut nulli omninò hominum liceat eandem Eccleſiam temerè perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, ablatasve retinere, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare, ſed omnia integrè conſerventur, veſtris veſtrorumque ſucceſſoribus & pauperum uſibus profutura ſalvo, ſi Catholicus fuerit, Conſtantienſis Epiſcopi jure canonico & reverentiâ. Ad indicium autem perceptæ hujus à Romanâ Eccleſiâ libertatis, bizantium aureum, aut ejusdem pretii argentum quotannis Lateranenſi Palatio perſolvetis. Si quis igitur in craſtinum Archiepiſcopus aut Epiſcopus, Imperator, aut Rex, aut Dux, Comes, Vice-Comes, Judex, Advocatus, vel cujuscunque Ordinis homo hanc Decreti noſtri paginam violaverit, aut ſciens contra eam venire tentaverit, ſecundò tertiove commonitus, ſi ſe ſatisfactione congruâ non emendaverit, poteſtatis, honorisque ſui dignitate careat, reumque ſe divino judicio exiſtere de perpetratâ iniquitate cognoſcat, & à ſacratiſſimo corpore ac ſanguine Dei & Domini Redemptoris noſtri Jeſu Chriſti alienus fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat, cunctis autem eidem loco ſua jura ſervantibus ſit pax Domi-

Domini noſtri Jeſu Chriſti, quatenùs & hìc fructus bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen. Amen. Amen. Scriptum & datum per manum Lanfranci vice-agentis Cancellarii anno Dominicæ Incarnationis milleſimo nonageſimo ſeptimo. Indictione quintâ, Pontificatûs autem Domini Urbani Secundi Papæ anno decimo.

Item Urbanus Papa Secundus &c. *Statuimus etiam ne profesſionis canonicæ quiſpiam, poſtquàm Dei vice ſuper caput ſibi hominem impoſuerit, alicujus levitatis inſtinctu, vel diſtrictioris religionis obtentu ex clauſtro audeat, ſine Abbatis totiusque congregationis permisſione diſcedere; diſcedentem verò, ut nullus Abbatum, vel Epiſcoporum, nullusque monachorum, ſine communium litterarum cautione ſuſcipiat, auctoritate Dei & noſtrâ prohibemus & interdicimus per gratiam quoque noſtram præcipimus, ut nemo ejusdem Eccleſiæ advocatiam ſibi præſumat accipere, niſi quem Præpoſitus ejusdem Eccleſiæ conſilio fratrum ſuorum elegerit, isque non diutiùs, quàm eis placuerit, advocatus eorum ſit. Et ut hæc noſtræ tuitionis auctoritas firma in perpetuum permaneat & inconvulſa, manuſcriptum hoc inde fieri, & ſigilli noſtri impresſione jusſimus inſigniri.*

(L.S.)

II.
HONORII. II.

Altera fundationis confirmatio, item Benedictionis Abbatialis & inveſtituræ cum virgâ paſtorali concesſio anno 1124.

Honorius ſacræ Romanæ Eccleſiæ Epiſcopus ſecundus dilectis filiis canonicæ vitæ profeſſoribus in Eccleſiâ, cui vocabulum eſt Buron, quæ conſecrata eſt in honorem Beatæ Virginis Mariæ Dei Genitricis inter duos montes ad ripam Danubii fluminis in territorio Conſtantienſi eorumque ſucceſſoribus canonicè victuris in perpetuum. Sicut irrationabilia poſcentibus negari debet aſſenſus, ſic juſta petentium vobis benignâ debemus aſſenſione concurrere. Veſtris igitur filii chariſſimi in Chriſto juſtis petitionibus annuentes Eccleſiam Beatæ Dei Genitricis & ſemper Virginis Mariæ, quam piæ memoriæ Peregrinus illuſtris & nobilis in proprio fundo ſuo conſtructam B. Petro Apoſtolo ejusque ſanctæ Romanæ Eccleſiæ in allodium proprium obtulit, in quâ vos filii chariſſimi ſub regularis vitæ diſciplinâ Deo militatis, ſub Apoſtolicæ ſedis protectione ſpecialiter confovendam, tanquam jus proprium ſuſcepimus, & contra pravorum omnium nequitiam ejusdem privilegii auctoritate communimus. Præſenti itaque Decreto ſtatuimus, ut quæcunque hodie illa veſtra Eccleſia juſtè posſidet, ſive in futurum conceſſione Pontificum, liberalitate Principum vel oblatione fidelium juſtè atque canonicè poterit adipiſci, firma vobis veſtrisq; ſucceſſoribus & illibata ſub Apoſtolicæ ſedis tutelâ permaneant. Et quoniam ex relatione nuntiorum veſtrorum Eccleſiam veſtram vacantem modò cognovimus permanere, decernimus, ut nullus ibi quâlibet ſubreptionis aſtutiâ vel violentiâ, præponatur, niſi quem Conventus veſter communi conſenſu vel Conventus veſtri pars ſanioris conſilii ſecundùm Dei timorem, vel ex veſtrâ congregatione, vel ex aliâ ejusdem profesſionis providerit eligendum, quod & deinceps in Eccleſiâ veſtrâ erit obſervandum. Electus verò Prælatus veſter ab Epiſcopo Conſtantienſi, ſi tamen Catholicus fuerit, & in gratia Apoſtolicæ Sedis extiterit; curâ paſtorali inveſtiatur, ſed & ſi veſtræ placuerit fraternitati; idem Prælatus veſter Abbatum ordinatione & virgæ paſtoralis geſtamine ab Epiſcopo veſtro noſtrâ auctoritate inſigniatur, à quo etiam chryſma & ſacros Ordines & Baſilicarum dedicationes, ſiquidem, ut dictus eſt, Catholicus fuerit, ſumetis, ſin autem ab alio quolibet ea accipietis, ſalvo tamen per omnia Catholici Epiſcopi veſtri jure canonico & reverentiâ. Cæterorum autem quorumlibet hominum obnoxietate fraternitatem veſtram noſtrâ auctoritate emancipamus, liberam etiam ſepulturam, id eſt, ut eos, qui ibi ſepeliri deliberaverint, devotioni & extremæ petitioni nullus obſiſtat, Eccleſiæ veſtræ, concedimus. Ad hæc adjicientes ſancimus, ut nemini inter vos profesſione exhibitâ proprium quid habere, nec ſine Prælati veſtri totiusque Congregationis licentiâ de clauſtro veſtro diſcedere liberum ſit; quod, ſi quis diſceſſerit, & commonitus redire contempſerit, Præpoſito veſtro facultas ſit, ejusmodi transgreſſores ubilibet à ſuis officiis & à communione interdicere, interdictum verò nullus Epiſcoporum, Abbatumve ſeu Præpoſitorum ſuſcipiat, obeunte verò quolibet tam Cœ-

nobii veſtri quàm quorumlibet prædiorum veſtrorum advocato, nullus ſibi advocatiam tanquam jure hæreditario uſurpare præſumat, niſi quem Prælatus veſter, conſilio fratrum utilem & idoneum perſpiciens ad id eligat, electoque advocatiam ipſe committat. Electus verò advocatus, ſi negligens & inutilis in negotiis veſtris extiterit, ſi commiſſum ſibi officium malè tractaverit, & ſi admonitus non emendaverit, ab injuncto officio petente Prælato veſtro ceſſare debebit, & alius, qui Dei amore & pro animæ ſuæ redemptione id ſtrenuè peragat, illi ſubrogandus erit. Decernimus ergò, ut nulli omninò hominum liceat eandem Eccleſiam veſtram temerè perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, ablatasvè retinere, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare, ſed omnia integrè conſerventur veſtris veſtrorumque ſucceſſorum uſibus, & pauperum eleemoſynis peregrinorumque receptionibus omnimodè profutura. Ad indicium autem perceptæ hujus à Romanâ ſede liberalitatis Bizantium aureum aut ejusdem pretii argentum quotannis Lateranenſi Palatio perſolvetis. Et ut hæc tuitionis noſtræ auctoritas firma in perpetuum permaneat & inconvulſa manuſcriptum hoc inde fieri & ſigilli noſtri impreſſione fecimus inſigniri. Si quis igitur in craſtinum Archiepiſcopus, Epiſcopus, Imperator aut Rex, Dux aut Princeps, Comes aut Vice-Comes, Judex, Advocatus ſeu cujuscunque Ordinis homo hanc noſtri decreti paginam violaverit, aut ſciens contra eam temerè venire præſumpſerit, ſecundò, tertiovè commonitus, ſi non ſatisfactione congruâ ſe emendaverit, poteſtatis honoriſque ſui dignitate careat, reumq; ſe divino judicio exiſtere, de perpetratâ iniquitate cognoſcat & à ſanctiſſimo Corpore & ſanguine Dei & Domini noſtri Redemptoris Jeſu Chriſti alienus fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat, cunctis autem eidem loco ſua jura ſervantibus ſit pax Domini noſtri Jeſu Chriſti, quatenùs & hîc fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum Judicem præmia æternæ pacis inveniant Amen. Datæ Romæ per manum Hymmerici vices agentis Cancellarii anno Dominicæ Incarnat. MCXXIV. VI. Idus Octobris. Indictione IV. Lunâ II.

III.

INNOCENTII. II.

Reiterata fundationis & aliorum privilegiorum confirmatio, item Eccleſia Beyronenſis in ſpecialem ſedis Apoſtolicæ protectionem protectio anno 1131.

INnocentius Epiſcopus Servus Servorum Dei dilectis filiis Friderico Præpoſito & fratribus ejus in Eccleſia, cui vocabulum eſt B. Martini, quæ conſecranda eſt in honore Beatæ Mariæ Virginis in loco, qui Bueron dicitur, inter duos montes ſuper ripam fluminis Danubii in territorio Conſtantienſi canonicam vitam profeſſis eorumque ſucceſſoribus canonicè victuris in perpetuum. Sicut irrationalia poſcentibus negari debet aſſenſus, ſic juſta petentium vobis benignâ debemus aſſenſione concurrere. Iuis ergò fili Friderici in Chriſto chariſſime juſtis petitionibus annuentes Eccleſiam Beatæ Dei Genitricis & ſemper Virginis Mariæ, quam filius noſter Peregrinus in proprio fundo conſtructam Beato Petro ejusque Sanctæ Romanæ Eccleſiæ in allodium proprium obtulit, cui auctore Domino præſides ſub Apoſtolicæ ſedis protectione ſpecialiter confovendam, tanquam jus proprium ſuſcipimus, & contra paucorum omnium nequitiam auctoritate ejus privilegii communimus. Præſenti itaque decreto ſtatuimus, ut quoque hodie illa veſtra Eccleſia poſſidet, ſive in futurum conceſſione Pontificum, liberalitate Principum, vel oblatione fidelium juſtè atque canonicè poterit adipiſci firma vobis veſtriſque ſucceſſoribus & illibata ſub Apoſtolicæ ſemper ſedis tutelâ permaneant. Ad hæc adjicientes ſancimus ut nemini inter vos profeſſione exhibitâ proprium quid habere, nec ſine tuâ fili chariſſime Friderice, vel eorum, qui poſt te in eodem regimine ſucceſſerint, aut ſine communi congregationis licentia de clauſtro diſcedere liberum ſit. Quòd ſi diſceſſerit, & commonitus redire contempſerit, tibi tuiſque ſucceſſoribus facultas ſit, ejusmodi ubilibet à communione interdicere: interdictum verò nullus Epiſcoporum Abbatumvè ſeu Præpoſitorum ſuſcipiat. Obeunte verò te nunc ejusdem loci Præpoſito vel tuorum quolibet ſucceſſorum nullus ibi qualibet ſubreptionis aſtutia vel violentia præponatur, niſi quem fratres communi conſenſu vel fratrum pars conſilii ſanioris ſecundùm Dei timorem, vel ex eadem congre-

congregatione vel ex alia ejusdem profesſionis providerint eligendum. Decernimus ergò, ut nulli omninò hominum liceat eandem Eccleſiam temerè perturbare, aut ejus poſſesſiones auferre, ablatasvè retinere, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare, ſed omnia integrè conſerventur, veſtris veſtrorumque ſucceſſorum ac pauperum uſibus omnimodis profutura, ſalvo, ſi Catholicus fuerit, Conſtantienſis Epiſcopi jure canonico & reverentiâ, ad indicium autem perceptæ hujus à Romanâ Eccleſiâ libertatis Bizantium aureum, aut ejusdem pretii argentum quotannis Lateranenſi Palatio noſtro perſolvetis. Per gratiam quoq; noſtram præcipimus, ut nemo ejusdem Eccleſiæ advocatiam ſibi præſumat accipere, niſi quem Præpoſitus ejusdem Eccleſiæ conſilio fratrum ſuorum elegerit, iuque non diutiùs, quàm eis placuerit, advocatus eorum ſit. Et ut hæc noſtra tuitionis auctoritas firma in perpetuum permaneat & inconvulſa, manuſcriptum hoc inde fieri & ſigilli noſtri impresſione jusſimus inſigniri. Si quis ergò in craſtinum Archiepiſcopus, Epiſcopus, Imperator aut Rex, Princeps aut Dux, Comes, Vice-Comes, Judex, Advocatus, vel cujuscunque Ordinis homo hanc decreti noſtri paginam violaverit, aut ſciens contra eam venire tentaverit, ſecundò tertiovè commonitus ſi non ſatisfactione congruâ emendaverit, poteſtatis honorisq; ſui dignitate careat, reumque ſe divino judicio exiſtere de perpetratâ iniquitate cognoſcat, & à ſacratisſimo Corpore & ſanguine Dei & Domini Redemptoris noſtri Jeſu Chriſti alienus fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat. Cunctis autem eidem loco jura ſua ſervantibus ſit pax Domini noſtri Jeſu Chriſti, quatenùs & hìc fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum Judicem præmia æternæ pacis inveniant Amen. Amen. Datum quarto Calendas Aprilis anno Dominicæ Incarnationis millesſimo centeſimo trigeſimo primo, Indictione nona, anno verò regni Lotharii Romanorum Regis Sereniſſimi ſexto. Actum Leodii feliciter Amen.

Hujus chartæ nuntius & executor fuit frater Henricus de Schvveindorphe. Placuit etiam quorundam Principum nomina ſcribendo nequaquàm oblivioni tradere, quos Curiæ Leodienſi cognovimus adfuiſſe. Moguntinus Archiepiſcopus. Colonienſis Archiepiſcopus: Magdeburgenſis Archiepiſcopus: Bremenſis Archiepiſcopus: Bambergenſis Epiſcopus: Ratisbonenſis Epiſcopus: Wirceburgenſis, Eyſtettenſis, Halberſtadienſis, Hildesheimenſis, Cizenſis, Merſeburgenſis, Paderbornenſis, Monaſterienſis, Oſnabrugenſis, Conſtantienſis, Argentinenſis & Wormatienſis, Trajectenſis, Metenſis, Tullenſis, Virdunenſis, Leodienſis, Cameracenſis, Cremonenſis. Abbates quoq; Regales, Fuldenſis, Hersfeldenſis, Corbejenſis &c. &c. Præterea etiam de Regno Francorum Remenſis Archiepiſcopus, Laudunenſis, Epiſcopus Carnodenſis, Albanenſis, Oſtienſis, Tiburtinus Epiſcopus & duodecim Cardinales, & præterea plures Epiſcopi, quorum nomina & civitates ignoramus, Abbas de aureà valle: Principes quoq; Laici ibi erant Simon Dux, Paganus Dux, Wilhelmus Palatinus de Rheno, Otto de Bavariâ, Palatinus: Fridericus de Saxoniâ, Marchio Thietbaldus, Marchio Henricus, Ludevvicus, Landgravius de Thuringiâ, Comes Otto de Reinegge, Comes Adalbertus de Saxoniâ, Comes Sigefridus, Comes de Holland & frater ejus: Comes Namurcenſis: Comes Gerhardus de Geldriâ: Comes de Manthenou & frater ejus: Comes de Lüzelburg: Comes Reinoldus de Munzun & frater ejus. Fridericus Comes Arnoldus de Luon. Comes Arnoldus de Cleve: Comes Hugo: Comes Hermannus de Salm & filius ejus, & filius Ducis Simonis, filius Ducis Pagani, Wilhelmus Comes de Glizberg. Præterea multi Nobiles, quos longum eſt enumerare.

IV.

LOTHARII III. Imperatoris

Privilegium, quo ipſe Eccleſiam Beyronenſem in ſpecialem tuitionem ſuam ſuſcipit, eamque contra quosvis injuſtos aggreſſores defendendam compromittit anno 1141.

IN Nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis Lotharius Dei gratiâ Tertius Romanorum Rex &c. Sicut irrationabilia poſcentibus negari debet aſſenſus, ſic juſta petentium votis benignâ debemus aſſenſione concurrere. Juſtis itaq; petitionibus annuentes Eccleſiam Beatæ Dei Genitricis & ſemper Virginis Mariæ & S. Martini, quam Peregrinus in proprio fundo conſtructam B. Petro ejusque S. Romanæ Eccleſiæ in allodium propri-

proprium obtulit, regali noſtrâ tuitione confovendam ſuſcipimus, & contra pravorum omnium nequitiam auctoritate noſtri privilegii communimus. *Præſenti itaque decreto ſtatuimus, ut quæcunque hodie Eccleſia illa juſtè posſidet, ſive in futurum conceſſione Pontificum, liberalitate Principum, vel oblatione fidelium, juſtè atque canonicè poterit adipiſci ſub regali noſtrâ tutelâ, firma & illibata permaneant. Obeunte verò ejusdem loci Præpoſito nullus ibi qualibet ſubreptionis aſtutiâ vel violentiâ præponatur, niſi quem fratres communi conſilio vel fratrum ſanior pars ſecundùm Dei timorem, vel ex eâdem congregatione vel aliâ ejusdem profesſionis providerint eligendum. Decernimus ergò, ut nulli omninò hominum liceat eandem Eccleſiam temerè perturbare, aut ejus poſſesſiones auferre, ablatasvè retinere, minuere vel temerariis vexationibus fatigare. Sed omnia integrè conſerventur Fratrum ibidem Deo ſervientium & pauperum uſibus omnimodis profutura, ſalvo, ſi Catholicus fuerit, Conſtantienſis Epiſcopi jure canonico & reverentiâ. Per gratiam quoque noſtram præcipimus, ut nemo ejusdem Eccleſiæ advocatiam ſibi præſumat accipere, niſi quem Præpoſitus ejusdem Eccleſiæ conſilio fratrum ſuorum elegerit, isque non diutiùs, quàm eis placuerit, advocatus eorum ſit. Et ut hæc noſtræ tuitionis auctoritas firma in perpetuum permaneat & inconvulſa, manuſcriptum hoc inde fieri & ſigilli noſtri impresſione jusſimus inſigniri. Amen.*

V.

EUGENII III.

Oblationum Eccleſiæ Beyronenſis factarum & quorumvis aliorum privilegiorum reiterata confirmatio anno 1145.

EUgenius Epiſcopus Servus Servorum Dei dilectis filiis Friderico Præpoſito Eccleſiæ B. Martini de Byron ejusque fratribus tam præſentibus quàm futuris regularem vitam profesſis in perpetuum. Quoniam ſine vera cultu religionis nec charitatis unitas poteſt ſubſiſtere nec Deo gratum exhiberi ſervitium, expedit Apoſtolicæ auctoritati religioſas perſonas diligere, & earum quieti auxiliante Domino providere. Eapropter dilecti in Domino filii prædeceſſoris noſtri felicis memoriæ Papæ Innocentii veſtigiis inhærentes veſtris juſtis poſtulationibus clementer annuimus & præfatam B. Martini Eccleſiam, in quâ divino mancipati eſtis obſequio ſub B. Petri & noſtrâ protectione ſuſcipimus & præſentis ſcripti privilegio communimus, ſtatuentes, ut quascunque perſonas, quæcunque bona tam ex dono bonæ memoriæ Peregrini, nobilis viri fundatoris loci veſtri, quàm aliorum Dei fidelium in præſentiarum juſtè & canonicè posſidetis, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum ſeu Principum, oblatione fidelium aut aliis juſtis modis præſtante Domino *poteritis adipiſci firma vobis veſtrisque ſucceſſoribus & illibata permaneant. Statuimus etiam, ut in Eccleſiâ veſtrâ, in quâ Fratres vitam canonicam profesſi degunt, nulli omninò poſt factam ibidem profesſionem canonicam exinde liceat ſine communis congregationis permisſione diſcedere, diſcedentem vero nullus audeat retinere. Ut autem Omnipotenti Deo quietiùs ſervire valeatis, prohibemus, ut nullus ſibi advocatiam loci veſtri tanquàm jure hæreditario uſurpare præſumat, nec aliquis vobis advocatus conſtituatur, niſi quem Prælatus veſter communi fratrum ſuorum conſilio elegerit, ſicut ab eodem Prædeceſſore noſtro Papâ Innocentio conſtitutum eſt. Sepulturam quoque illius loci liberam eſſe decernimus, ut qui ſe illic ſepeliri deliberaverint, devotioni & extremæ voluntati, niſi fortè excommunicatus ſit, nullus obſiſtat ſalvo jure matricis Eccleſiæ. Obeunte verò te nunc ejusdem loci Præpoſito vel tuorum quolibet ſucceſſorum, nullus ibi quâlibet ſubreptionis aſtutiâ ſeu violentiâ præponatur, niſi quem Fratres communi conſenſu vel Fratrum conſilii pars ſanioris ſecundùm Dei timorem & Beati Auguſtini regulas providerint eligendum. Decernimus ergò, ut nulli omninò hominum liceat præfatum locum temerè perturbare, aut ejus poſſesſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, ſeu quibuslibet vexationibus fatigare: ſed omnia integrè conſerventur, eorum, pro quorum gubernatione & ſuſtentatione conceſſa ſunt uſibus omnimodis profutura. Salvâ ſedis Apoſtolicæ auctoritate & diœceſani Epiſcopi canonicâ juſtitiâ & reverentiâ. Ad indicium autem hujus à ſede Apoſtolicâ perceptæ protectionis, aureum unum nobis noſtrisque ſucceſſoribus ſingulis annis perſolvetis. Si quæ igitur in futurum Eccleſiaſtica ſecularisvè perſona hujus noſtræ conſtitutionis paginam violaverit, aut ſciens contra eam venire tentaverit, ſecundò*

cundò, tertiovè commonita, ſi non reatum ſuum congruâ ſatisfactione correxerit, poteſtatis honoriſque ſui dignitate careat, reamque ſe divino judicio exiſtere de perpetratâ iniquitate cognoſcat, & à ſanctiſſimo Corpore & ſanguine Dei & Domini Redemptoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat. Cunctis autem eidem loco ſua jura ſervantibus ſit pax Domini noſtri Jeſu Chriſti, quatenùs & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen. Amen. Amen.

Ego Eugenius Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus.
Ego Conradus Sabinus Epiſcopus.
Ego Albericus Hoſtienſis Epiſcopus.
Ego Odo Diac. Card. S. Georgii ad velum aureum.
Ego Wido Diac. Card. SS. Coſmæ & Damiani.
Ego Iſmarus Tuſculanus Epiſcopus.
Ego Gubernator Card. tit. Calixti.
Ego Guido Presbyter S. Chryſogoni.
Ego Hubaldus Presbyter Card. S. Praxedis.
Ego Gilbertus indignus Sacerdos S. Romanæ Eccleſiæ.
Ego Barido Presbyter Card. SS. Laurentii & Damaſi.
Ego Bernardus Presbyter Card. S. Clementis.
Ego Jordanus Presbyter Card. S. Suſannæ.
Ego Octavianus Diac. Card. S. Nicolai in carcere Tulliano.
Ego GG. Diaconus Card. S. Angeli.
Ego Guido in Romanâ Eccleſiâ Altaris miniſter indignus.
Ego Olſtaldus Diac. Card. S. Euſtachii.
Ego Joannes Diaconus Card. S. Mariæ novæ.
Ego Gerardus Diac. Card. S. Romanæ Eccleſiæ.
Ego Petrus Diaconus Card. S. Mariæ inviolatæ.

Datum tranſcriptum per manum Roberti Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Presbyteri Cardinalis Vice - Cancellarii VII. Calendas Martii, Indictione IX. Incarnationis Dominicæ anno MCXLV. Pontificatûs verò Domini Eugenii PP. anno primo.

VI.

INNOCENTII VIII. Pont. Max.

Confirmatio omnium privilegiorum ab aliis Pontificibus indultorum, perpetua à tributis ſecularibus exemptio, item quorumvis bonorum ac poſſeſſionum Beyronenſium in ſpecialem ſedis Apoſtolicæ protectionem ſuſceptio anno 1492.

INnocentius Epiſcopus Servus Servorum Dei dilectis filiis Præpoſito & Conventui Beyrenſi per Præpoſitum, ſoliti gubernari citra Danubium Ordinis S. Auguſtini Conſtantienſis diœceſis Moguntinæ provinciæ ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Cùm à nobis petitur quod juſtum eſt & honeſtum, tam vigor æquitatis, quàm ordo exigit rationis, ut id per ſolicitudinem officii noſtri ad debitum perducatur effectum. Eapropter dilecti in Domino filii veſtris juſtis poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu, perſonas veſtras & locum, in quo divino mancipati eſtis obſequio cum omnibus bonis, quæ in præſentiarum rationabiliter poſſidetis, aut in futurum juſtis modis præſtante Domino poteritis adipiſci ſub B. Petri protectione ſuſcipimus atque noſtrâ; omnes quoque libertates & immunitates à prædeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus ſive per privilegium, vel alia indulta vobis & Monaſterio veſtro conceſſas, nec non libertates & exemptiones ſecularium exemptionum à Regibus & Principibus ac aliis Chriſti fidelibus vobis & eidem Monaſterio veſtro rationabiliter indultas, ſpecialiter autem Decimas, Primitias, cenſus, agros, fructus, campos, domos, molendina, vineas, loca, nemora, ſilvas, ſtagna, lacus, piſcarias, fluvios, flumina, jura, jurisdictiones, nec non poſſeſſiones in Luttlingen, Pettingen, & in Straſſberg, & in Winterlingen, propè Ebingen & in Dormettingen, & in Dietmalingen, & in Erlingen, & in Engſchlaff propè Balingen & in Crozingen propè Friburgum, & in Hoſſen, & in Staffluingen propè Biberacum & feuda prope Mengen villis diœceſis & provinciæ prædictarum & alia bona mobilia & immobilia ad prædictum Monaſterium ſpectantia, ſicut ea omnia juſtè & pacificè poſſidetis, vobis & per vos eidem Monaſterio veſtro auctoritate Apoſtolicâ confir-

mamus & præſentis ſcripti patrocinio communimus ſalvâ in prædictis Decimis moderatione Concilii generalis. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam noſtræ ſuſceptionis, confirmationis & communitionis infringere, vel in auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei ac Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Romæ apud S. Petrum anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quadringenteſimo, nonageſimo ſecundo tertio Idus Maji Pontificatus noſtri anno octavo.

VII.

MAXIMILIANI I. Romanorum Regis

Confirmatio privilegii olim à Lothario III. dati anno 1500.

MAximilianus divinâ favente clementia Romanorum Rex ſemper Auguſtus, Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ Rex, Archidux Auſtriæ, Dux Burgundiæ, Lotharingiæ, Brabantiæ, Styriæ, Carniolæ, Limburgiæ, Luzenburgiæ & Geldriæ, Comes Flandriæ, Habſpurgiæ, Tirolis, Ferreti, Kyburgi, Arteſiæ & Burgundiæ. Palatinus Hannoniæ, Hollandiæ, Zellandiæ, Namurci & Zutphaniæ, Marchio S. R. J. & Burgoviæ, Landgravius Alſatiæ, Dominus Friſiæ, Marchiaque Sclavoniæ, Portus Naonis, Salinarum & Mechliniæ &c. &c. Notum facimus tenore præſentium univerſis, cùm nobis ad aeternæ vitæ gaudia credimus provenire, cum Imperii noſtri ſubditis, & his potisſimùm, qui divinis obſequiis ſunt deputati, profectibus, commodis & libertatibus intendimus, & eisdem favorem regium impertimur liberalem. Sanè cùm Venerabilis Hamundus Præpoſitus in Beuren Vallis Danubii Ordinis S. Auguſtini Conſtantienſis diœceſis nobis dilectus quasdam litteras à prædeceſſore noſtro Lothario præfatæ Eccleſiæ gratioſè datas & conceſſas per ſuum ad hoc conſtitutum Procuratorem nobis præſentari fecerit, quarum quidem litterarum tenor de verbo ad verbum ſequitur, & eſt talis*: In nomine ſanctæ & Individuæ Trinitatis Lotharius Dei gratiâ (ut ſuprà num. IV.) *quas quidem litteras gratioſas, aliaque privilegia, libertates, immunitates, inſignia, honores, dignitates, jurisdictiones, donationes & indulta per Divos Romanorum Imperatores ſive Reges prædeceſſores noſtros prædicto Conventui datas & conceſſas, item data & conceſſa à nobis de noſtræ benignitatis clementiâ innovari, approbari, ratificari & confirmari regiâ noſtrâ authoritate humiliter poſtulavit. Nos itaque conſiderantes petitionem ejus honeſtam & æquam officiique noſtri eſſe Eccleſiaſticarum perſonarum neceſſitatibus ſubvenire, idcirco petitioni præfatæ favorabiliter annuentes animo deliberato, ac de plenitudine Romanæ Regiæ poteſtatis ſupra ſcriptas litteras, aliaque privilegia, libertates, immunitates, inſignia, honores, dignitates, jurisdictiones, donationes, & indulta præfatam Eccleſiam tangentia ſeu tangentes, quæ ſeu quas communiter vel diviſim à Divis Romanorum Imperatoribus ſive Regibus prædeceſſoribus noſtris ritè pro eâdem Eccleſiâ obtenta ſunt in omnibus ſuis articulis & continentiis, prout de verbo ad verbum ſcripta ſunt, ac ſi tenores omnium præſentibus forent inſerti, innovamus, authoriſamus, approbamus, ratificamus & authoritate Romanâ regiâ confirmamus decernentes hoc regali noſtro edicto prædictum Præpoſitum ejusque legitimos ſucceſſores prætactis ſuis privilegiis & gratiis absque alicujus vel aliquorum perturbatione aut impedimento poſſe uti, noſtris autem & Imperii ſacri Juribus auctoritate & ſuperioritate in præmiſſis ſemper ſalvis. Mandamus itaque omnibus & ſingulis noſtris & Imperii ſubditis & fidelibus dilectis cujuscunque ſtatûs vel dignitatis fuerint, ne hanc noſtræ innovationis, approbationis, ratificationis, authoriſationis paginam infringere, aut ei quovis modo calumnioſè contraire præſumant. Si quis verò hoc attentare præſumpſerit, hic ultra indignationis noſtræ aculeos viginti marcarum auri puriſſimi pro unâ regali fiſco, ſive ærario noſtro, pro aliâ verò medietatibus injuriam paſſorum uſibus applicandum ſe noverit pœnam incurriſſe, præſentium ſub noſtri regalis ſigilli appenſione teſtimonio litterarum. Datum in civitate noſtra imperiali Auguſtenſi die undecimo menſis Maji anno Domini milleſimo quingenteſimo, Regnorum noſtrorum Romani decimo quinto, Hungariæ verò undecimo annis. Ad Mandatum Regis proprium. Bertholdus Archiepiſcopus Moguntinus Archi-Cancellarius.*

VIII. Ru-

VIII.

RUDOLPHI II. Romanorum Imperatoris Privilegiorum à Lothario III. & Maximiliano I. conceſſorum nova confirmatio anno 1582.

RUdolphus Secundus divinâ favente clementia electus Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ Rex, Archidux Auſtriæ, Dux Burgundiæ, Brabantiæ, Styriæ, Carinthiæ, Carniolæ &c. &c. Marchio Moraviæ &c. &c. Dux Luxenburgiæ ac Superioris & inferioris Sileſiæ, Wirtenbergiæ & Teckæ, Princeps Sueviæ, Comes Habſpurgi, Tirolis, Ferreti, Kyburgi & Goriziæ, Landgravius Alſatiæ, Marchio S. R. J. Burgoviæ ac Superioris & inferioris Luſatiæ, Dominus Marchiaque Sclavoniæ, Portus Naonis & Salinarum &c. &c. recognoſcimus & notum facimus tenore præſentium univerſis, quòd pro parte honorabilis & religioſorum ac devotorum Viti Præpoſiti & Conventûs in Beuren Conſtantienſis diœceſis litteræ Salvaquardiæ & protectionis unà cum confirmatione privilegii Maximiliani Romanorum Regis inſerti in originali nobis oblatæ ſint de verbo ad verbum ſonantes ut ſequitur : Maximilianus divinâ favente clementiâ Romanorum Rex ſemper Auguſtus, Germaniæ, Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ Rex, Archidux Auſtriæ, Dux Burgundiæ, Lotharingiæ, Brabantiæ, Styriæ, Carniolæ, Limburgiæ & Geldriæ, Comes Flandriæ, Habſpurgi, Tirolis, Ferreti, Kyburgi, Arteſii & Burgundiæ & Palatinus Hannoniæ, Seelandiæ, Namurci & Zutphaniæ, Marchio S. R. J. & Burgoviæ Landgravius Alſatiæ, Dominus Friſiæ, Marchiæque Sclavoniæ &c. &c. ad perpetuam rei memoriam notum facimus tenore præſentium univerſis &c. Cùm ea nobis ad æternæ vitæ gaudia credimus provenire, cùm Imperii noſtri ſubditis, & his potiſſimùm, qui Dei obſequiis ſint deputati, profectibus, commodis & protectionibus libenter impendimus, atque eisdem favorem regium impertimur liberalem. Sanè cum Venerabilis Hamandus Præpoſitus in Beuren vallis Danubii Ordinis S. Auguſtini Conſtantienſis diœceſis nobis dilectus quaſdam litteras à prædeceſſore noſtro Lothario præfatæ Eccleſiæ gratioſè datas & conceſſas, per ſuum ad hoc conſtitutum procuratorem nobis præſentari fecerit, quarum quidem litterarum tenor de verbo ad verbum ſequitur, & eſt talis: In Nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis Lotharius Dei gratiâ Romanorum Rex &c. Sicut irrationabilia poſcentibus negari debet aſſenſus, ſic juſta petentium votis benignâ debemus aſſenſione concurrere. Juſtis itaque petitionibus annuentes Eccleſiam Beatæ Dei Genitricis & ſemper Virginis Mariæ & S. Martini, quam Peregrinus in proprio fundo conſtructam B. Petro ejusque ſacræ Romanæ Eccleſiæ in allodium proprium obtulit, regali noſtrâ tuitione confovendam ſuſcipimus, & contra pravorum omnium nequitiam auctoritate noſtri privilegii communimus. Præſenti itaque decreto ſtatuimus, ut quæcunque hodie Eccleſia illa juſtè poſſidet, ſive in futurum, conceſſione Pontificum, liberalitate Principum vel oblatione fidelium juſtè atque canonicè poterit adipiſci ſub regali noſtrâ tutelâ firma & illibata permaneant. Obeunte verò te ejusdem loci Præpoſito, nullus ibi quâlibet ſubreptionis aſtutiâ præponatur, niſi quem fratres communi conſilio, vel Fratrum ſanior pars ſecundùm Dei timorem vel ex eâdem congregatione, vel aliâ ejusdem profeſſionis providerint eligendum. Decernimus ergò, ut nulli omninò hominum liceat eandem Eccleſiam temerè perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre; ablatasvè retinere, minuere vel temerariis vexationibus fatigare, ſed omnia integrè conſerventur Fratrum ibidem Deo ſervientium & pauperum uſibus omnimodis profutura, ſalvo, ſi Catholicus fuerit, Conſtantienſis Epiſcopi jure canonico & reverentiâ. Per gratiam quoque noſtram præcipimus, ut nemo ejusdem Eccleſiæ advocatiam ſibi præſumat accipere, niſi quem Præpoſitus ejusdem Eccleſiæ conſilio Fratrum ſuorum elegerit, isque non diutiùs, quàm eis placuerit, advocatus eorum ſit. Et ut hæc noſtræ tuitionis auctoritas firma in perpetuum permaneat & inconvulſa, manuſcriptum hoc inde fieri & ſigilli noſtri impreſſione juſſimus inſigniri. Amen. Quas quidem litteras gratioſas aliaque privilegia, libertates, immunitates, Inſignia, honores, dignitates, jurisdictiones, donationes, & indulta per

Divos Rumanorum Imperatores ſive Reges prædeceſſores noſtros prædicto Conventui datas & conceſſas, item data & conceſſa à nobis de noſtræ benignitatis clementiâ innovari, approbari, ratificari, authoriſari & confirmari regiâ noſtrâ authoritate humiliter poſtulavit. Nos itaque conſiderantes petitionem ejus honeſtam & æquam officii noſtri eſſe Eccleſiaſticarum perſonarum neceſſitatibus ſubvenire, idcircò petitioni præfatæ favorabiliter annuentes animo deliberato ac de plenitudine Romanæ Regiæ poteſtatis ſupraſcriptas litteras, aliaque privilegia, libertates, immunitates, inſignia, honores, dignitates, juriſdictiones, donationes & indulta præfatam Eccleſiam tangentia ſeu tangentes, quæ ſeu quas communiter vel diviſim à Divis Romanorum Imperatoribus ſive Regibus prædeceſſoribus noſtris ritè pro eâdem Eccleſiâ obtenta ſunt, in omnibus ſuis articulis, & pertinentiis, prout de verbo ad verbum ſcripta ſint, ac ſi tenores omnium præſentibus forent inſerti innovamus, authoriſamus, approbamus, ratificamus, & authoritate Romano-Regiâ confirmamus, decernentes hoc regali noſtro edicto prædictum Præpoſitum ejusque legitimos ſucceſſores prætactis ſuis privilegiis & gratiis absque alicujus vel aliquorum perturbatione aut impedimento poſſe uti, noſtris tamen & Imperii ſacri Juribus, auctoritate & ſuperioritate in præmiſſis ſemper ſalvis. Mandamus itaque omnibus & ſingulis noſtris & Imperii ſacri ſubditis & fidelibus dilectis cujuscunque ſtatûs vel dignitatis fuerint, ne hanc noſtræ innovationis, approbationis, ratificationis, authoriſationis paginam infringere, aut ei quovis modo calumnioſè contraire præſumant. Si quis verò hoc attentare præſumpſerit, ultrà indignationis noſtræ aculeos viginti marcarum auri puriſſimi pro unâ regali fiſco, ſive ærario noſtro, pro aliâ verò medietatibus injuriam paſſorum uſibus applicandarum ſe noverint incurriſſe, præſentium ſub noſtri regalis ſigilli appenſione teſtimonio literarum. Datum in civitate noſtrâ Imperiali Auguſtenſi die undecima menſis Maji anno Domini milleſimo quingenteſimo, Regnorum noſtrorum Romani quinto decimo, Hungariæ verò undecimo annis. Ad Mandatum Domini Regis proprium. Bertoldus Archiepiſcopus Moguntinus. *Nosque deſuper humiliter requiſiti quatenùs pro majori omnium contentorum firmitate prælibatas litteras Cæsareâ noſtrâ auctoritate ratificare, approbare, renovare & confirmare dignaremur. Nos itaque hujusmodi precibus utpotè juſtis & rationabilibus inclinati conſiderantes prædicti Abbatis ejusdemque Conventûs devotam ſinceritatem, ac divinum cultum, qui continuò in dicto Monaſterio perficitur ad imitationem Divorum Imperatorum & Regum Romanorum prædeceſſorum noſtrorum ſpecialem gratiam impertiri volentes omnia & ſingula privilegia, libertates, exemptionis litteras, conceſſiones, jura, immunitates, conſuetudines, & Indulta à præfatis noſtris prædeceſſoribus Romanorum Imperatoribus & Regibus Monaſterio, Abbati, & Conventui prædictis conceſſas & donatas, conceſſa & donata, prout in poſſeſſione hactenùs fuerunt de verbo ad verbum pro ſufficienter expreſſis habentes, ut in omnibus & ſingulis punctis, clauſulis, ſententiis & articulis, motu proprio ex certâ ſcientiâ, auctoritate noſtrâ Cæſareâ ratificavimus, & tenore præſentium ratificamus, approbamus, renovamus & confirmamus, & quatenùs opus eſt de novo concedimus & elargimur, ſupplentes omnes & ſingulos defectus, ſi quis fortaſſis ob defectum cujusvis ſolemnitatis, modi, ſtyli aut formæ omiſſi eſſent, ſeu aliàs tam juris quàm facti quomodolibet intervenissent, in eisdem mandantes univerſis & ſingulis Electoribus & Principibus tam Eccleſiaſticis quàm ſecularibus, Archiepiſcopis, Epiſcopis, Ducibus, Comitibus, Baronibus & Nobilibus cujuscunque ſtatus, gradûs aut præeminentiæ extiterint, quatenùs dictum Abbatem & Conventum cum omnibus bonis, rebus & perſonis, villis, poſſeſſionibus, aliisque pertinentiis ubicunque exiſtentibus juxta jam dicta privilegia anteceſſorum noſtrorum defendant, manu teneant & conſervent, nec quicquam damni, violentiæ aut impedimenti inferant, aut ab aliis inferri permittant. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, aut hiſce ſacris largitionibus temerè contraire auſus fuerit, indignationem noſtram graviſſimam, nec non etiam pœnam prædictis litteris inſertam pro ipſo facto ſe noverit incurſurum harum teſtimonio litterarum manu noſtra ſubſcriptarum, & ſigilli noſtri appenſione munitarum. Datæ in civitate noſtrâ Imperiali*

periali

periali Auguſtâ Vindelicorum die viceſimâ quintâ menſis Auguſti. anno Domini milleſimo quingenteſimo, octuageſimo ſecundo, regnorum noſtrorum Romani ſeptimo, Hungarici decimo, & Bohemici ibidem ſeptimo.

Rudolphus.

(L.S.)

Ad Mandatum Sacræ Cæſareæ Majeſtatis proprium.

Vice ac Nomine Reverendiſſimi Domini Wolfgangi Arciepiſcopi Archi-Cancellarii & Electoris Moguntini

V. t. Suicheuſer D.

IX.

PAULI V. Pont. Max.

Confirmatio omnium præcedentium privilegiorum Beyronenſium in genere & in ſpecie anno 1606.

PAulus Epiſcopus Servus Servorum Dei ad perpetuam rei memoriam. In ſupremâ militantis Eccleſiæ cathedra & Apoſtolicæ ſedis plenitudine ſummâ Redemptoris noſtri benignitate conſtituti ad ea, per quæ Monaſteria & alia regularia loca proſperè dirigi, & à noxiis præſervari ac perſonæ ibidem pro vitæ ſtudio ſub ſuavi religionis jugo Altiſſimo famulantes eidem vota ſua in pacis & quietis amœnitate ſalubriter perſolvere valeant propenſis ſtudiis intendimus, & iis, quæ propterea à prædeceſſoribus noſtris providè conceſſa dignoſcuntur; ut perpetuo firma & inconcuſſa perſiſtant, noſtro approbationis munimine conſolidamus, ac alias deſuper paſtoralis officii noſtri partes favorabiliter interponimus, prout conſpicimus in Domino ſalubriter expedire. Dudum ſiquidem felicis recordationis Urbanus II. & Honorius etiam II. ac Innocentius ſimiliter II. nec non Eugenius III. Romani Pontifices prædeceſſores noſtri Monaſterium per Præpoſitum gubernari ſolitum B. Mariæ Virginis in Beuren citra Danubium Ordinis S. Auguſtini Canonicorum Regularium Conſtantienſis diœceſis Provinciæ Moguntinenſis illiusque Eccleſiam ſub Apoſtolicæ ſedis protectionem ſuſceperunt, &, ut quæcunque tunc juſtè poſſidebant, vel impoſterùm ex conceſſione Pontificum, liberalitate Regum ſeu Principum vel oblatione fidelium juſtè atque canonicè poſſent adipiſci, firma illis Præpoſito & Conventui ſub ejuſdem ſedis tutelâ permanere deberent, ſtatuerunt. Inſuper Urbanus, Innocentius & Eugenius prædeceſſores præfati ſanciverunt, ut nemini inter Præpoſitum & Religioſos dicti Monaſterii confeſſione exhibitâ quid proprium habere, nec ſine ipſius Præpoſiti aut communi Congregationis licentia de clauſtro diſcedere liberum eſſet, & ſi quis diſcederet, & commonitus redire contemneret, liceret eidem Præpoſito illum ubilibet à ſuis officiis interdicere, interdictum verò nullus Epiſcoporum Abbatumvè ſeu Præpoſitorum ſuſciperet. Obeunte etiam dicto Præpoſito nullus ibi quâlibet ſubreptionis aſtutiâ vel violentiâ præponeretur, niſi quem fratres communi conſenſu vel fratrum pars conſilii ſanioris ſecundùm Dei timorem, vel ex ipſâ Congregatione, aut aliâ ejuſdem profeſſionis providerent eligendum. Ac tam illi, quàm dictus Honorius prædeceſſor ſtatuerunt & decreverunt, quod nulli omninò hominum liceret Monaſterium & illius Eccleſiam hujuſmodi temerè perturbare, aut ſuas poſſeſſiones auferre, ablatasvè retinere, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare, ſed omnia integra conſerventur, ſalvo, ſi Catholicus foret, Conſtantienſis Præſulis jure canonico & reverentiâ. Ad indicium autèm perceptæ hujus à Romanâ Eccleſiâ libertatis Præpoſitus & religioſi præfati Bizantium aureum, aut ejuſdem pretii argentum quotannis Lateranenſi Palatio perſolverent. Et ſi quis Archiepiſcopus, Epiſcopus, Imperator, Rex, Princeps, Dux, Comes, Vice-Comes, Judex, Advocatus, vel cujuſcunque Ordinis homo contra hujuſmodi decreti paginam temerè venire tentaret, ſecundò tertiovè monitus, ſi ſatisfactione congruâ non emendaret, poteſtatis honoriſque ſui dignitate careat, reumque ſe divino judicio exiſtere, & de perpetratâ iniquitate cognoſceret, & à ſacratiſſimo Corpore & ſanguine Dei & Redemptoris Domini noſtri Jeſu Chriſti alienus fieret, atque in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceret. Prætereà idem Honorius prædeceſſor ſancivit & decrevit, quòd Præpoſitus pro tempore, ut præmittitur electus ab Epiſcopo Conſtantienſi ſi Catholicus, & in gratiâ dictæ ſedis exiſteret, virgâ paſtorali inveſtiretur, Abbatumque ordinatione & virgæ paſtoralis geſtamine

auctoritate Apoſtolicâ inſigniretur, ac Præpoſitus & Religioſi præfati chryſma & ſacros ordines ac Baſilicarum dedicationes ab eo, ſi Catholicus non eſſet, à quolibet alio Catholico antiſtite acciperent, ſalvo tamen per omnia Catholici eorum Epiſcopi jure canonico & reverentiâ. Cæterorum autem quorumlibet hominum obnoxietate eos emancipavit liberamque ſepulturam Eccleſiaſticam Monaſterii hujuſmodi, nempè ut eorum, qui ibi ſepeliri deſiderarent, devotioni & extremæ petitioni conceſſit prohibuitque, ne tam dicti Monaſterii quàm quorumlibet prædiorum illius, quis advocatiam ſibi tanquàm jure hæreditario uſurpare præſumeret, niſi quem Prælatus ipſius Monaſterii ex conſilio fratrum utilem & idoneum perſpiciens ad id eligeret Electoq; advocatiam ipſe committeret, electus vero advocatus ſi negligens & inutilis exiſteret, ac officium ſibi commiſſum malè tractaret, ac admonitus ſe non emendaret, ab injuncto officio petente Prælato ceſſare deberet, & alter, qui id ſtrenuè perageret, illi ſubrogandus eſſet. Poſtremò piæ memoriæ Innocentius Papa VIII. etiam prædeceſſor noſter præfatum Monaſterium ſub ipſius B. Petri atque ſuâ protectione ſimiliter ſuſcepit, omneſque libertates & immunitates à ſummis Romanis Pontificibus prædeceſſoribus ſuis, ſive per Privilegia, ſive alia Indulta eidem Monaſterio conceſſa, nec non libertates & exactiones ſecularium exactionum à Regibus & Principibus ac aliis Chriſti fidelibus prædicto Monaſterio rationabiliter indultas, ſpecialiter autem Decimas, Primitias, Cenſus, agros, domos, molendina, vineas, loca, nemora, ſilvas, ſtagna, lacus, piſcarias, fluvios, flumina, Jura, Juriſdictiones, in certis villis dictæ diœceſis aliaque bona mobilia & immobilia ad hujuſmodi Monaſterium ſpectantia confirmavit, prout in diverſis prædeceſſorum præfatorum litteris deſuper expeditis pleniùs continetur. Cùm autem ſicut exhibita nobis nuper pro parte dilectorum Viti moderni Præpoſiti & Conventus dicti Monaſterii nobis fuit humiliter ſupplicatum, quatenùs litteris prædictis, pro earum majori ſubſiſtentiâ robur noſtræ approbationis adjicere, ac aliàs in præmiſſis opportunè providere de benignitate Apoſtolicâ dignaremur. Nos igitur, qui fidelium quorumlibet præſertim regularis diſciplinæ alumnorum votis libenter annuimus, eaque favoribus proſequimur oportunis, Vitum & ſingulas perſonas Conventûs hujuſmodi à quibusvis excommunicationis, ſuſpenſionis & Interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris & pœnis à jure vel ab homine quâvis occaſione vel causâ latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt, ad effectum præſentium duntaxat conſequendum harum ſerie abſolventes & abſolutum fore cenſentes, nec non ſingularum litterarum prædictarum, & inde ſecutarum quarumcunque tenores, ac ſi de verbo ad verbum inſererentur, præſentibus pro expreſſis habentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati ſingulas litteras Prædeceſſorum hujuſmodi & in eis contenta quæque, quatenùs ſint in uſu, nec Juris aut ſacri Concilii Tridentini diſpoſitioni contrarientur, dictâ Apoſtolicâ authoritate tenore præſentium perpetuò confirmamus & approbamus, ac illis perpetuæ & inviolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adjicimus, omneſque & ſingulos tam Juris quàm facti, nec non ſolemnitatum de Jure, uſu, conſuetudine, aut aliàs quomodolibet requiſitarum vel neceſſariarum, ac quosvis alios etiam quantumvis ſubſtantiales defectus, ſi qui in præmiſſis vel eorum aliquo quomodolibet intervenerint, ſupplemus decernentes eaſdem litteras perpetuò validas & efficaces fore & eſſe, ac ſuos plenarios integros effectus ſortiri & obtinere, atque ab omnibus, ad quos nunc quomodolibet ſpectat & ſpectare poterit in futurum perpetuò firmiter & inviolabiliter obſervari debere, nec ab illis ullo unquàm tempore reſiliri, vel recedi poſſe, ſicque per quoscunque Judices & Commiſſarios etiam cauſarum Palatii Apoſtolici auditores ac Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales & de Latere Legatos & Vice-Legatos dictaque ſedis Nuntios ubique judicari & definiri debere, nec non irritum & inane, ſi ſecùs ſuper his à quoquam quâvis authoritate ſcienter vel ignoranter attentari contigerit, non obſtantibus Apoſtolicis, ac in ſynodalibus provincialibus & univerſalibus Conciliis editis ſpecialibus vel generalibus conſtitutionibus & ordinationibus, nec non Monaſterii & Ordinis prædictorum juramento, confirmatione, Apoſtolicâ vel quâvis firmitate aliâ roboratis ſtatutis conſuetudinibus, privilegiis quoque Indultis & litteris Apoſtolicis, illis eorumque ſucceſſoribus & perſonis ſub quibuscunque tenoribus & formis ac cum quibusvis etiam derogatoriarum, derogatoriis aliiſque efficacioribus efficaciſſimis & inſolitis clauſulis, nec non irritantibus & aliis Decretis in genere vel

in ſpe-

in ſpecie etiam motu proprio & conſiſtorialiter ac aliàs quomodolibet conceſſis approbatis & innovatis, quibus omnibus etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione aliàs de illis eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio ſeu quævis expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret illis aliàs in ſuo robore permanſuris hâc vice duntaxat harum ſerie ſpecialiter & expreſſè derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcunque. Volumus autem, quòd ex confirmatione hujuſmodi nullum præjudicium ſacræ Lateranenſi Eccleſiæ inferatur. Nulli ergò hominum liceat hanc paginam noſtræ abſolutionis, approbationis, confirmationis, decreti, derogationis & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit indignationem Omnipotentis Dei & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Romæ apud S. Petrum anno Incarnationis Dominicæ milleſimo ſexcenteſimo ſexto, Calendis Novembris Pontificatûs noſtri anno ſecundo.

X.
INNOCENTII XI.
Privilegium uſûs Mitræ cum titulo Abbatis, item ſpecialis licentia conſecrandi calices, patenas &c. in perpetuum conceſſa anno 1687.

IN Nomine Domini Amen. Innocentius Epiſcopus Servus Servorum Dei ad perpetuam rei memoriam &c. &c. In Apoſtolicæ dignitatis ſolio & poteſtatis plenitudine ſummâ Redemptoris noſtri clementiâ meritis licet imparibus conſtituti ad ea libenter intendimus, per quæ proviſionis noſtræ auſpiciis Monaſteria inſignia eorumque Abbates eis pro tempore præſidentes majoribus ſemper honorum & dignitatum prærogativis extolli & decorari valeant. Sanè pro parte dilecti filii moderni Præpoſiti ſeu Abbatis Monaſterii Beurenſis Ordinis S. Auguſtini Canonicorum Regularium Conſtantienſis diæceſis provinciæ Moguntinæ nobis nuper exhibita petitio continebat, quòd cùm dictum Monaſterium ab octo ferè ſeculis erectum & inſtitutum, & non mediocri religioſorum in eo degentium numero, vitâ exemplari & regularis diſciplinæ inibi obſervantiâ admodùm inſigne exiſtat, & tam dictus modernus, quàm qui pro tempore fuerunt dicti Moonaſterii Præpoſiti ſeu Abbates ab eo quaſi tempore omnibus pontificalibus, Paſtorali ſcilicet & baculo nec non reliquis aliis Inſignis ſolâ duntaxat mitrâ exceptâ gaudeat, & reſpectivè gaviſi ſint, & pro tempore exiſtenti dicti Monaſterii Præpoſito ſeu Abbati plures parochiales Eccleſiæ ſubjectæ ſint & exiſtant, Monaſterii verò præfati Bona & redditus in hæreticorum terris præſertim Ducatu Wirtenbergico conſiſtant, proindeque de neceſſitate Præpoſiti ſeu Abbates præfati, ſeu pro eis dicti Monaſterii religioſi inter eosdem hæreticos continuò verſari cogantur, & ſi dicto moderno Præpoſito ſeu Abbati ejusque in dicto Monaſterio ſucceſſoribus uſus mitræ concederetur maximè quòd in præfati Monaſterii viciniis ad integrum unius diei ſpatium itineris nullum virorum Monaſterium reperiatur, in quo Pontificalia exerceantur, ſanè decori & majori authoritati ejuſdem Monaſterii non ſolùm plurimùm conſuleretur, ſed exinde fidelium cultus & pietas non modicum ſuſciperet incrementum; quare pro parte dicti moderni Præpoſiti ſeu Abbatis Monaſterii hujuſmodi nobis humiliter fuit ſupplicatum, quatenùs ei in præmiſſis opportunè providere de benignitate Apoſtolicâ dignaremur. Nos igitur, qui Monaſteriorum aliorumque locorum Eccleſiaſticorum & Præpoſitorum ſeu Abbatum illis præſidentium decorem & venuſtatem ſummoperè exoptamus, ipſumq; modernum Præpoſitum ſeu Abbatem ſpecialis gratiæ favore proſequi volentes, & à quibus Excommunicationis & Interdicti aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris & pœnis à jure vel ab homine quavis occaſione vel cauſâ latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit, ad effectum præſentium tantummodò conſequendum harum ſerie abſolventes & abſolutum fore cenſentes hujusmodi ſupplicationibus inclinati, ex voto congregationis Venerabilium fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium ſuper ritibus Eccleſiæ præpoſitorum moderno Præpoſito ſeu Abbati ejusque in dicto Monaſterio ſucceſſoribus Præpoſitis ſeu Abbatibus pro tempore futuris, ut mitrâ aliiſque Pontificalibus Inſignis ipſum celebrare contigerit, Benedictionem ſolemnem poſt Miſſarum, Matutinorum, Veſperarum & aliorum Officiorum celebrationem ſuprà populum inibi intereſſentem, dummodò aliquis Antiſtes ſeu ſedis Apoſtolicæ Legatus, ibidem præſens non ſit, & ſi præſens fuerit, ejus ad hoc accedat conſenſus: nec

non

non quoscunque calices, patenas, cruces, veſtes, capſulas, aliaque ornamenta & indumenta Eccleſiaſtica, nec non mappas, imagines, vaſa, thuribula, tabernacula, etiam in quibus ſummum Euchariſtiæ Sacramentum conſervatur, & reliquiæ aſſervantur, benedicere & conſecrare, nec non Eccleſias & cœmiteria, aliaque loca ſacra dicto Monaſterio ſubdita, ſanguinis vel ſeminis effuſione vel aliàs quomodolibet polluta per aquæ priùs per aliquem Catholicum antiſtitem gratiam & communionem ſedis Apoſtolicæ habentem, ut moris eſt, benedictæ aſperſionem & aliis ſolitis ſolemnitatibus & cæremoniis debitè ſervatis reconciliare liberè & licitè valeat de conſenſu Ordinarii, Apoſtolicâ authoritate, earundem tenore præſentium de ſpeciali gratiâ concedimus & indulgemus, decernentes, eos ſuper præmiſſis & illorum occaſione à quoquam directè vel indirectè, quovis quæſito colore aut ingenio moleſtari, perturbari vel inquietari nullatenùs unquàm poſſe: irritum quoque & inane, ſi ſecùs ſuper hoc à quoquam, quâvis auctoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attentari, non obſtantibus conſtitutionibus vel ordinationibus Apoſtolicis, ac Ordinis & Monaſterii præſentis etiam Juramento, confirmatione Apoſtolicâ vel quâvis firmitate aliâ roboratis, ſtatutis & conſuetudinibus cæteriſque contrariis quibuſcunque. Nulli ergò omninò hominum liceat hanc paginam noſtræ abſolutionis, conceſſionis, Indulti, Decreti & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem, Anno Incarnationis Domini milleſimo ſexcenteſimo, octogeſimo ſeptimo pridie nonas Maji Pontificatûs noſtri anno undecimo.

❀BUXHEIMENSE.

EGregium ac ſplendidiſſimum temporibus noſtris ſacræ familiæ Cartuſianæ domicilium in diſtrictu diœceſis Auguſtanæ haud procul Memmingâ oppido imperiali in ſuperiori Sueviâ conſpicuum. Inticulatur venerabile Cœnobium iſtud Aula Beatæ Mariæ Virginis, & fuit olim contubernium ſacerdotum ſecularium, ſecùs verò (uti perperàm habet Hundius in Metropoli Salisburgenſi tom. 2. fol. 286.) Canonicorum Regularium, ſub directione unius Præpoſiti: qualis ultimus fuit Henricus ab Ellerbach Cathedralis Eccleſiæ Auguſtanæ Canonicus: qui compenſatione prioribus inquilinis aliunde facta religioſis alumnis Cartuſiani Ordinis locum tradidit, eumque in regulare clauſtrum apparavit, ac convenientem dotavit anno reparatæ ſalutis humanæ 1402. ſpecialiter in id nominatus ab Abbate Stengelio in Mantiſsâ ad Comment. rerum Auguſtan. cap. 11. fol. 34.

Lit. C.

❀CÆSARIENSE

IMperiale Monaſterium diœceſis Auguſtanæ de ſacro Ordine Ciſtercienſi, ſi quod aliud in universâ Sueviâ noſtrâ imò totâ Germaniâ vaſtiſſimum, magnificentiſſimum: cujus Abbates cum liberis S. R. J. Statibus Eccleſiaſticis votum & ſeſſionem habent in generalibus Comitiis tam provincialibus quàm imperialibus, cuique hodie jam à pluribus annis haud ſine vulgari ſui nominis laude cum ſummâ rerum tùm ſpiritualium, tùm temporalium utilitate de præſenti glorioſè præſidet ab univerſis ſubditis ſuis Pater Patriæ nuncupari juſtiſſimè promeritus Reverendiſſimus Perilluſtris ac Ampliſſimus Dominus Dominus Elias Abbas Cæſarienſis S. R. J. Prælatus antedicti Ordinis ſui in Sueviâ Vicarius Generalis Sac. Cæſ. Majeſtatis Conſiliarius & Sacellanus natus &c. idem in actu coronationis Auguſtiſſimi Romanorum Regis Joſephi I. anno 1690. die 26. Januarii Auguſtæ Vindelicorum in æde cathedrali cum aliis Imperii Primoribus ſacris præſens & inclytus Antiſtes verè digniſſimus memorati Cœnobii ſui ſecundùm antiquas origines ſeu primam fundationem ſuam vel breviter deſcripti à Gaſpare Bruſchio de Monaſt. German. cent. 1. fol. m. 22. in hæc verba: *Cæſarea Germa-*

Germanicè Keyſersheim/ *corrupto autem vocabulo* Keyſheim/ *opulentum magnificum ac longè pulcherrimum Ciſtercienſis Ordinis ac Inſtituti Cœnobium in ſilvis Sueviæ olim Haydvvang dictis circa Donawerdam urbem non procul ab eo loco ſitam, ubi Lycus & Danubius confluunt: & hodie adhuc in eo maximorum omnium concurſu vetus eſt ac penitùs everſum caſtrum veterum Comitum de Lechsgmund ab ipſo Lyci in Danubium ingreſſu Lycoſtoma, ſeu os Lyci cognominatum: Auguſtanæ diœceſeos fundatum eſt anno Chriſti 1133. ab Henrico Comite de Lechsgmund & ejus conjuge Dominâ Jocarde, quæ illic ſepulta eſt unà cum marito in unum tumulum collocata anno 1142.* Et paulò pòſt: *Confirmationem ſui Monaſterii fundator à Domino Walthero Epiſcopo Auguſtano conſecutus eſt per Nobilem & liberum Hartindum de Grayſſenſpach Abbatem ſuum anno 1135. Is Epiſcopus genere & origine Palatinus Tubingenſis dedit Cæſarienſi Cœnobio Auguſtæ in Comitiis Imperatoris Ludovici Infulam* (quæ hodiedùm integra religiosè ſervatur) *S. Udalrici Antiſtitis Auguſtani. Eſt hoc Cæſarienſe Cœnobium limes ac terminus Epiſcopatuum Aureatenſis & Auguſtani: cujus rei teſtis eſt lapis acuminatus in Monaſterio poſitus inter Eccleſiam & portam.* Item infrà fol. 23. *Habent ſepulturas ſuas in Cæſarienſi Cœnobio primùm fundatores Comites videlicet à Lechsgmund Domini in Grayſpach: poſteà Comites etiam Nyſſenſes & Comites Helephantini ſaxi: Comites Oetingenſes, præcipuè verò Conradus Comes in Oetingen ab Henrico ſeptimo Imperatore proſcriptus, qui obiit in Cæſareâ: Barones à Gundelfingen, Mareſchalli in Pappenheim, Pincernæ à Geyn, Nobiles à Rechberg, & multi alii Reguli &c. &c.*

Primum loci Abbatem egit B. Udalricus, qui novellam plantationem illam ſeu religioſam coloniam ex Lucellenſi diœceſis Baſileenſis Monaſterio iſthuc adductam rarâ vitæ ſanctimoniâ ad optatiſſimam ac ſtupendam religionis & rerum temporalium copiam provexit, ac tandem poſt expletos plusquàm viginti regiminis annos pientiſſimè requievit inter reliquos Ordinis ſui Sanctos recenſitus in anno Ciſtercienſis bipartito 1682. typis edito part. 1. die 19. Februarii fol. 135.

An. 1260. Nobiliſſimum hoc Cæſarienſe clauſtrum ſub Wolwico Abbate nono rarâ vitæ ſanctitate plurimùm illuſtravit Sibotho ex Barone de Gundelfingen Epiſcopus Auguſtanus (ex ſententiâ Caroli Stengelii part. 2. cap. 42. num. 1.) ordine triceſimus ſeptimus, qui pontificiam ſedem dùm inclytis virtutum actibus, præſertim munificentiâ erga Ciſtercienſes Aſcetas per annos viginti quinque ſatis adornâſſet: tandem ut ſe ſacri ejusdem Inſtituti verum amatorem oſtenderet, in ſæpedicto hoc (in quo etiam fratrem germanum habuit Henricum nomine pariter rarâ virtutum laude conſpicuum) Imperiali Cœnobio Germaniâ totâ plurimùm admirante magni Præſulis nomen, titulum ac dignitatem (applaudente Cœlo) ſub humili veſte religioſâ contexit aſſecutus vitæ finem ut optaverat ſanctiſſimum anno 1262. die 26. Auguſti prout habet citatus annus Ciſtercienſis eodem die part. 2. fol. 195. atque idem Stengelius citatus antè num. 21. de eodem ſanctiore Epiſcopo & Monacho Cæſarienſi ita ſcribit: *Anno 1152. Sibotho Epiſcopalem liberè Senatui Canonicorum reſignavit cum ſummâ gratiarum actione, atq; Cæſarienſe Monaſterium, in quo germanum fratrem Henricum habebat ingreſſus paupertatem divitiis, deliciis aſperitatem, ſplendore aulico religioſorum ſqualorem, honoribus ludibrium ſuiq; contemptum anteferens, ita adhuc decem annos cucullatus vixit, ut non ſine magnâ ſanctitatis opinione mortalibus relictâ ad immortalem vitã demigrârit decimo quinto Auguſti A. 1262. in Choro ejusdem Cœnobii ſepultus.* Et mox de eodem ex annal. Ciſterc. Chryſoſtomi Henriquez. ad diem 26. Auguſti ſubjungit ſequentia: *Auguſtæ Vindelicorum Beatus Sibotus Epiſcopus, qui poſtquàm per aliquot annos Chriſti oves cæleſtis ſapientiæ verbis & ſanctæ vitæ exemplis ut verus Paſtor paviſſet, ut Deo & ſibi vacaret, ex potentiſſimo Principe & magnæ Urbis antiſtite humilis monachus in Cæſarienſi Cœnobio effectus eſt, ubi in magnâ pietate vitam finivit.*

❀ CAMPIDONENSE

CAMPIDONENSE *facilè princeps in Germaniâ Cœnobiũ condidit Hildegardis Caroli Magni uxor. Hanc, ut domi pernobilẽ Suevã origine fuiſſe ſatis conſtat, quamvis ſint, qui Andecſenſi Comite natã eſſe contendant. Fidem adhibere Theganus vetat, à quo Imma Gotofridi Alemanniæ Ducis proneptis Hildegardim peperiſſe, planè traditur. Fuit igitur non Boica ſed Sueva genus, Geroldi Comitis & Boicæ prætoris ſoror, qui hanc am-*

pliſſimâ Præfecturâ affinitatis ſuffragatione à Carolo conſecutus eſt, ut ex certis monumentis compertũ eſt. Hunc veteres ſcriptores Comitẽ & Conſiliariũ atq́; ſigniferum Caroli promiſcuè dixère, non nemo conſanguineum. Valafridus Augiæ in Acronio lacu Abbas ſive æqualis huic ætati ſive ſuppar inſigne virtutis teſtimonium quanquam duris & incultis verſibus prohibuit

Hic vir in hâc patriâ ſummâ pietate nitebat
Moribus egregius, verax, manſuetus, honeſtus,
Cui Regina ſoror, Ludovici chara genetrix
Hildegardis erat parili bonitate venuſta
Viribus ille potens, ſanctoque potentior actu.

Augienſes Annales Puſſeniũm Comitem appellant. Puſſen in excelſo Sueviæ monte arx ſita, nomen retinet. Hanc illi patriam ſedem fuiſſe, ſit veriſimile ditione longè protensâ. Cùm liberis careret amplum patrimonium locis ferè ſacris, Augienſi in primis & Sangallenſi Monaſterio dilargitus eſt. Ipſe contra Hunnos acie inſtructâ manus jam conſerturus inter Ordines obequitans, dùm aptâ oratione militum animos erigit certam adversùs hoſtem eum victoriam ſpondens, qui ſpem adhuc omnem in fugâ poſuerit, incertum cujus virtute an ſcelere improvisò cecidit, nam equites comitati duo ſimul interfecti ſunt; facti author latuit, corpus in Augiæ Monaſterio conditum. Cecidit Calendis Septembris anno Chriſti ſeptingenteſimo nonageſimo nono.

Hildegardis itaque poſtquàm Carolus Deſiderii Longobardorum Regis filiam repudiâſſet, eidem legitimo matrimonio conjuncta anno Chriſti ſeptingenteſimo ſeptuageſimo primo (quamvis nonnemo ſequentem annum annotet, & Cardinalis Baronius ante ſeptuageſimum quartum non eſſe idem conjugium initum evincere velit ex Epitaphio, quod eſt in Cœnobio extra Metenſem Urbem) Anno verò ſeptingenteſimo ſeptuageſimo tertio Hildegardis dotem ſuam maternam contribuit ad fundandum Campidonenſe Cœnobium, cujus primum lapidem eodem anno poſuit Rolandus Caroli Magni è ſorore Bertâ nepos omnium Gallorum, Sabellico teſte, fortisſimus, præſentibus multis Principibus ac Nobilibus.

Eodem anno, dùm Deſiderius Pontificem recuſantem Carolomanni liberos inungere Franciæ Reges, vexat bello; rogatus à Pontifice Carolus victricia ubique arma infert Italiæ, & bis fuſo Longobardorum exercitu Ticinum obſidione cingit, Veronam capit: ubi duos Carolomanni liberos & matrem recipit. Cum verò Papiam vallâſſet, dirigens continuò in Franciam, inquit Anaſtaſius Bibliothecarius ibidem apud Papiam, adduci fecit conjugem excellentisſimam Hildegardam Reginam & nobilisſimos filios.

Anno ſequente ſeptingenteſimo ſeptuageſimo quarto dùm adhuc obſideretur Papia, Carolus appetente Paſchali ſolemnitate Romam venit: ubi apparatisſimè exceptus eſt. Poſt octo dies Papiam reverſus factâ deditione urbem recepit. Glorioſus itaque Dominus Rex Francorum Carolus, inquiunt Annales Francorum Italiâ ſubjugatâ, cuſtodiâ Francorum in Papiâ relictâ magno triumpho, Deo adjuvante, cum uxore ſuâ & reliquis Francis reverſus eſt in Franciam.

Eodem anno à Carolo confirmatum & anno ſeptingenteſimo ſeptimo die undecimâ Maji, quæ Chriſto Cœlos aſcendenti ſacra fuerat, conſecratum eſt Campidonenſe Cœnobium. Sequenti anno Hildegardis gemellos peperit & altero decedente, ſuperſtiti Ludovici nomen, ſic volente patre, inditum. Anno poſt hæc ſeptingenteſimo octogeſimo labente Carolus è Saxoniâ, comitibus duobus filiis & Reginâ Hildegarde uxore, autumnali tempore in Italiam pervenit. Natalem Domini diem Ticini celebravit, ſequenti autem anno ſacratisſimum diem paſchæ Romæ, ubi uterque filius à Pontifice Rex appellatus corronatur: Ludovicus quidem Aquitaniæ, & Pipinus Italiæ; quibus actis redit in Franciam.

Demùm anno ſeptingenteſimo octogeſimo tertio pridie Calendas Maji moritur Hildegardis Regina uxor Caroli Magni, & amplisſimi Cœnobii fundatrix, cum eidem viro ſuo trigeminos ſtirpis virilis & totidem muliebris peperiſſet Carolum, Pipinum, Ludovicum, qui proximus à Carolo imperavit; Rotrudim, Bertam & Giſlam. Ibidem in Eccleſiâ à ſe fundatâ ſepulta (quanquàm, ut ſuprà monuimus, à quibusdam apud Mediomatrices condita prodatur) in cujus tumulo poſt ducentos circiter annos cùm denuò inſtauraretur Campidonenſis Baſilica, inventa eſt plumbea tabula, cum tali quantumvis rudi & incultâ inſcriptione

Annis decurſis ſeptingentis octogintaque tribus
Buſto in hoc Buſtarii felicem buſtârunt Hilgardim,

Quæ

Quæ variis claruit ſignis Dei vigore in multis
Cujus in pace ſancta requieſcat anima. Amen.

Hanc Hildegradis hiſtoriam idcircò pluribus proſecuti ſumus, ut commentitias, & fabuloſas quasdam narrationes, quæ à quibusdam proferuntur, & tanquam veriſimiles aliquo modo fidem meruerunt excluderemus; quandoquidem alii auctores, qui de Caroli Magni rebus geſtis, vitâ & morte ſcripſerunt, nihil de iis rebus memorant. Earum verò loco antiquisſimas fideque dignisſimas confirmationis regiæ litteras proferemus, ex quibus Illuſtrisſimi hujus Monaſterii fundatio & largisſima dotatio luce clarius cunctis patebit; earum tenor ſequitur: In Nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis Carolus divinâ favente clementiâ Imperator Auguſtus &c. Si Sanctam Dei Eccleſiam digno magnitudinis noſtræ munere ſublimare, augmentare, atque ſubvenire, ad æternam noſtram remunerationem & Regni noſtri ſtabilitatem prodeſſe confidimus, ideoque noverit omnium Sanctæ Dei Eccleſiæ fidelium noſtrorumque præſentium ſcilicet & futurorum ſolers induſtria, qualiter nos ob interventum Sanctiſſimi Patris noſtri Adriani Papæ, ac ſupplicum rogatum dilectæ conjugis noſtræ Hildegardis, nec non propter nobilem ac fidelem famulatum Joannis Augienſis & S. Galli Reverendi Abbatis ejusdemque Epiſcopi Conſtantienſis precem, ob meritum Rudangi Metenſis Epiſcopi, & Sturmii Fuldenſis Abbatis, ſeu cœterorum Principum innumerabilium nobis aſſiſtentium Andegarium quendam nobilem magnæ religionis virum & primum Campidonenſis Cœnobii ad regularem diſciplinam inſtructorem aſſumpſimus, & in eodem loco Campidonenſi, qui ab eodem in honorem Sanctæ Dei Genitricis Mariæ conſtitutus eſt in pago Ylegow Abbatem eum confirmavimus, & à Papâ Adriano in Sancto die Paſchæ conſecratum pretioſiſſimis Sanctorum Martyrum Gordiani & Epimachi corporibus donatum in ſuam Abbatiam honeſtè transmiſimus. Sed quoniam prædicta conjunx noſtra in eodem Cœnobio locum ſepulturæ ſe habituram ordinavit diverſis muneribus ditando, quidquid in pago Ilergowe & Auguſawe & Albgawe maternâ hæreditate legitimè obtinuit, cum noſtrâ poteſtativâ manu & imperiali largitione illuc tradidit, & in proprium jus ejusdem Monaſterii transfudit, & perpetualiter poſſidendum ſicut in alio Brevi continetur, donavit. Nos igitur eundem locum utpotè de noſtro & in noſtro noſtrorumque ſucceſſorum mundiburdio ſive defenſione fore conſtituentes per noſtræ auctoritatis munitionem confirmamus & præcipimus, ut nullus publicus Judex, neque Dux, neque Comes, aut quilibet ex judiciaria poteſtate villas, curias, aut loca vel agros ſeu reliquas poſſeſſiones memorato Monaſterio præſenti tempore ſubjacentes &c. &c. & in fine ſic concluditur. Quod, ut veriùs credatur, & omni tempore incorruptum habeatur, manû propriâ roborantes ſigilli noſtri impreſſione juſſimus inſigniri.

Amplisſimo igitur hoc Archiſterio Andegarius, nonnullis Amelgarius dictus, primus Abbas præfectus ſacris initiatus eſt Romæ præſente Carolo Magno & Hildegarde fundatrice ipſo Dominicæ Incarnationis die anno Domini (non ut Bruſchius inter complures alios lapſus malè habet, ſeptingenteſimo ſeptuageſimo tertio) ſeptingenteſimo ſeptuageſimo quarto, ante illum annum enim Carolus nunquàm Romam venerat. Conſecutus eſt idem Venerabilis Abbas pro ſe & ſucceſſoribus omnibus inſigne privilegium ab Adriano Pontifice, in quo Pontifex Campidonam alteram vel ſecundam Romam appellans ab omni eam epiſcopali jugo exemptam & perpetuò liberam eſſe ſtatuit. Abbati verò concedit plenam poteſtatem ante meridiem ſacra faciendi, poſt meridiem verò gladii ad exercenda jura forenſia, ad tuendos bonos ac è medio tollendos malos, uſurpandi. Undè verſus natus, quem Abbas & Princeps loci hujus cum Herbipolenſi Epiſcopatu communem habet

Campidona ſola judicat enſe, ſtolâ.

Eſt etiam Campidonenſis Abbas unus è quatuor illis, quibus inter Germaniæ Proceres ſunt primæ ſedes, quique in conſesſibus publicis ac pompis maximè honorificantur: utpotè quibus amplisſimæ ſint jurisdictiones, nomenque & Jura Principum Imperii habeant. Hoc verò Advocatos & Tutores habet Ducem Bavariæ Mareſchallum: Saxoniæ Ducem Pincernam: Montisfortis Comitem Dapiferum, ac Comitem de Nellenburg Camerarium Abbatis.

Circa annum Chriſti nongenteſimum viceſimum ſæva Hungarorum gens finibus ſuis egreſſa per omne Noricum, Vindeliciam & Boicam ferro flammaque graſſata omnia fœdis populationibus & rapinis implevit, ſacraque profanis, profana ſacris permiſcuit, Cœnobia ædesque ſacras minimè paucas cùm virorum ſanctorum, tùm ſacrarum Virginum alias fœdè vaſtavit, alias funditùs evertit. In quam ſortem & hoc Campidonenſe aſceterium venit, quod etiam his temporibus tribus diſtinctis vicibus igne ferroque vaſtatum eſt tam miſerè, ut fratribus hinc inde diſperſis Monaſterium non niſi latrocinantium undequaque Hunnorum latibulum fuerit.

Donec tandem Erneſtus Sueviæ Dux motus lachrymabili tam illuſtris loci ſtatu & præcipuè duorum Cœnobitarum Amandi & Felicis querulosis vocibus commotus, ope præſertim S. Udalrici, qui tùm temporis locum hunc in Commendis habuit, cœpit Monaſterium quaſi de novo inſtaurare, Cœnobitas recolligere, Abbatem certum his præficere, novamque omnium privilegiorum confirmationem ab Imperatore Othone I. petere, quam & obtinuit.

Rursùm hujus Cœnobii magna pars incendio periit anno Chriſti milleſimo duceteſimo ſexageſimo primo poſtridie S. Magni (die 7. Septembris) Abbatis Confeſſoris, unde hi verſus:

Annis tranſactis plus uno mille ducentis
Et ſexaginta combuſta fuit domus iſta
Poſt feſtum Magni præcelſi nocte ſequenti.

Eodem circiter tempore extructæ turres magnificæ, quarum altera S. Hildegardis, altera S. Ludovici dicta.

Habuit illuſtriſſimum hoc Cœnobium ad hæc noſtra usque tempora continuâ ſerie Abbates S. R. J. Principes tam generis nobilitate quàm animi generoſitate & religione (utpotè qui non ſemel Capituli Provincialis Præſidentes fuerint) viros præſtantiſſimos. Hactenus Carolus Stengelius Abbas in ſuâ Monaſteriologiâ 1619. typis Auguſtanis editâ; poſt quem ad integrandam Campidonenſem hanc hiſtoriam ſuccedat hîc à primâ fundatione usque in præſens deductus, atque illo qui eſt apud Bruſchium de Monaſt. German. cent. 1. editionis Ingolſtadianæ fol. 28. & ſeqq. elimatior, utpotè à mendis ſtudioſiſſimè purgatus & omninò perfectus recens in id ſummâ diligentiâ collectus & apparatus.

CATALOGUS

Reverendiſſimorũ ac Celſiſſimorũ Abbatum Principũ Ducalis Eccleſiæ Campidonenſis.

I.

S. Andegarius ex antiquiſſimo Ducum Brunswicenſium ſtemmate progenitus ab Hadriano hujus nominis Papâ primo ſub annum Chriſti 778. in primum Abbatem Campidonenſem ordinatus: idemque monaſticam S. P. Benedicti Regulam cum ſociis ac poſteris ſeſe diligentiſſimè ſervaturum (teſte Cruſio in annal. part. 1. lib. 12. cap. 2.) pollicitus virtutum meritis præclarus ad ſidereas ſedes æternas pro meritis penetravit beatâ morte translatus anno 796. die 23. Septembris.

II.

Agapitus de Hartenhorn in Rogendorff Secundus Campidonenſis Eccleſiæ Venerandus legitimè conſtitutus ultra decennium paſtorale munus adminiſtravit & vitâ vixit anno gratiæ 817. die 4. Decembris.

III.

Gotthardus de Kaltenberg electus anno Chriſti 817. in officio honoratus annis ſupra viginti tribus cum plenâ poteſtate eluxit, quousque lampas vitæ illi defecit, & atro mortis honore ſuffocatus interiit 840. die 13. Auguſti.

IV.

Adelbertus de Hopferbach electus 840. idem alicubi Friſingenſibus etiam Epiſcopis adſcriptus immortalis vitæ limites ſubintravit 854. die 11. Januarii.

V.

Conradus de Kalbſaugſt electus 854. honorem & dignitatem præſularem exuit in pulverem abreptus ſeu mortuis accenſus 861. die 7. Martii.

VI.

Gerungus ab Amberg electus 861. perennem vitæ ſequentis immortalitatem aſſecutus fuiſſe perhibetur 868. die 11. Januarii.

VII. Land-

VII.

Landfridus de Hattenweil electus anno 868. quatuordecim annis in officio & dignitate Abbatiæ laudatiſſimè perſtitit, usque dùm fato vocanti reſpondere debuit 892. die 16. Januarii.

VIII.

Fridericus Grienlich de Ochſenbach Abbatiam regendam nactus 893. Spiritualis Patris familias & Oeconomi munus exercuit annis octodecim, tùm ſucceſſori proximo dignitatem ſuam omnem & locum relinquens clauſit oculos & vitam finiit temporalem 910. die 28. Januarii.

IX.

Burcardus de Hattenhofen electus 910. vitam quam vixit fragilem & mortalem in terris liquit, & perennem adiit in cœlis 927. die 8. Januarii.

X.

Theobaldus ab Eychſtatt electus 927. pedum paſtorale & clauſtrale regimen tredecim annis honoratus tenuit, pòſt autem fatale viatorum iter ingreſſus ad prædeceſſores ſuos abiit 940. die 4. Maji.

XI.

Ludovicus de Ranno ad faſtigium Ducalis Abbatiæ promotus 940. conceſſo honoris gradu ſimul & uſurâ lucis hujus deſtituitur 941. die 12. Maji.

XII.

S. Udalricus ex Comitibus de Kyburg & Dillingen Epiſcopus Auguſtanus adminiſtratoris titulo & officio utiliſſimè perfunctus ad cœlos emigravit 973. die 4. Julii.

XIII.

Alexander ab Eck ab eodem S. Udalrico Epiſcopo in Abbatem conſtitutus & ordinatus anno 962. totis propemodùm triginta annis præſedit & mortem oppetiit 992. die 6. Auguſti.

XIV.

Stephanus ab Ehrbach electus 992. denuò gubernaculis ceſſit, resque ſuas collegit, & ad plures abiit 1012. die 10. Junii.

XV.

Eberhardus de Wineden in Wirtenbergiâ natus, Monaſterii Einſidlenſis in Helvetiâ profeſſus poſtulatur in Abbatem Campidonenſem 1012. & poſt annos triginta duos terris emoritur 1044. die 3. Aprilis.

XVI.

Giſelfridus de Mühlhauſen electus 1044. quadriennis ſolùm Abbas fuit, tum pulvis & umbra immortalitatis humanæ factus in nihilum abiit 1048. die 30. Junii.

XVII.

Lundolphus de Hoheneck Princeps & Abbas Campidonenſis denunciatus anno 1048. revoluto Prælaturæ decennio ſubeſſe cogitur & parere mortis imperio 1059. die 11. Auguſti.

XVIII.

Berchtoldus à Thannenfels electus 1049. viam univerſæ carnis ingreditur 1063.

XIX.

Henricus Dornſtich è veteri Ravenſpurgo denominatur & eligitur Abbas Campidonenſis 1063. idem poſt decennium â feris Parcis exauthoratus 1073. die 17. Junii.

XX.

Conradus de Oſterrach inthroniſatus 1073. viginti propemodùm annis in officio claruit, tùm umbrâ mortis obſcuratus omninò diſparuit 1092. die 17. Septembris.

XXI.

Ulricus ab Ochſenbach electus 1092. victima mortis factus eſt 1123. die 19. Martii.

XXII.

Hatto ab Erisheim electus 1123. quadriennio circiter Abbatem egit tùm ſecundùm carnem mortalis occubuit 1127. die 11. Decembris.

XXIII.

Fridericus à Landſpurg electus 1127. ultra decennium ſibi commiſſis ac ſubditis jura dictavit pòſt terris emortuus altùm tacuit 1138. die 17. Maji.

XXIV.

Fridericus à Klingenſtein electus 1138. naſſam mortualem incidit 1152. die 3. Aprilis.

XXV.

Rupertus Conradus à Scheidegg electus 1152. vix delibatis honorum faſtigiis adhuc ante receptam ſuſcepti muneris ſui confirmationem vitæ finem attigit eodem anno 1152.

XXVI.

Fridericus ab Helmshoffen electus 1152. lethali ſomno ſopitus requievit 1185. die 31. Maji.

XXVII.

Bertholdus de ſacro ligno 1185. faſces clauſtrales indeptus eosdem tenuit, quousque terris exanimatus defecit 1208. die 5. Auguſti.

XXVIII.

Fridericus Wolffgangus à Künſeck hodie Königſeck familiâ inter immediatos S. R. J. Imperii Status atque Excellentiſſimos Comites in Circulo Suevico nominatiſſimâ digniſſimè promotus 1208. duodecennio gubernacula tenuit, eaque denuò liquit 1220. die 3. Auguſti.

XXIX.

Henricus Burggravius à Burtenbach in Marchionatu Burgovienſi pedum Abbatiale tenuit ab A. 1220. usq; 1225. quo principiante vitæ terreſtris mortalitatem exuit die 2. Januarii.

XXX.

Henricus à Summeraw juſto decennio nimirùm ab anno 1225. usq; 1235. ad clavum ſedit & humani corporis infirmitate laſſus occubuit 1235. die 2. Martii.

XXXI.

Gerhardus à Magenburg electus anno 1235. in cenſum libitinæ vel invitus devenit 1237. die 23. Auguſti.

XXXII.

Theobaldus Birck à Feldſpurg Abbatiale regimen adiit 1237. nec tamen ultra triennium exercuit à fato ſupervenienté prohibitus 1240. die 14. Februarii.

XXXIII.

Avergerus de Grundſtein electus 1240. Necrologio domeſtico inſcriptus legitur 1242. die 7. Aprilis.

XXXIV.

Hartmannus de Mühleck electus 1242. expleto regiminis decennio exanimatus infertur tumulo 1253. die 31. Julii.

XXXV.

Udalricus à Wurmberg electus 1253. ampliùs præſidere deſtitit ſecundùm corpus & animam disjunctus 1268. die 13. Novembris.

XXXVI.

Eberhardus de Burgberg electus 1268. requievit cum Patribus ſuis 1296. 12. Martii.

XXXVII.

Rudolphus ex Baronibus de Gundelfingen olim inter immediatos Imperii Status clariſſimis ad clavum ſedit anno circiter 1287.

XXXVIII.

Conradus à Wiſenſtaig ad regimen promotus 1296. poſt ſexennium naturæ debitum exſolvit 1302. die 10. Decembris.

XXXIX.

Hartmannus Schweller à Rauno fit Abbas Campidonenſis 1302. talis autem ultrà permanere prohibetur tumulo illatus 1315. die 20. Januarii.

XL.

Henricus ab Hirſchdorff Ducalis Prælaturæ limina ſubintravit 1315. quæ tamen denuò deoccupavit inter funera abreptus 1336. die 20. Maji.

XLI.

Burcardus de Haſenweiler electus 1336. poſt triennium urgentibus ſolummodò fatis exauthoratus obdormivit in Domino 1339. die 20. Julii.

XLII.

Conradus à Langenberg electus 1339. inter vivos ampliùs adambulare deſiit, quia tulit eum Dominus 1343.

XLIII.

Gerwicus ab Helmshofen electus 1343. annis 13. præſedit, tùm ſepulchro illatus in nihilum abiit 1346. die 10. Februarii.

XLIV.

Henricus ab Oberhofen electus 1346. vitam terminavit & regimen 1351. die 20. Octobris.

XLV.

Conradus de Burgberg electus 1351. ſpiculo mortis enecatus animam poſuit 1356. die 20. Decembris.

XLVI.

Henricus à Mitlberg electus 1356. demùm pluribus aggregatus locum ſucceſſori dedit 1382.

XLVII.

Fridericus ab Hirſchdorff hujus ſtemmatis jam ſecundus electus 1382. fatalem ſibi ſenſit & expertus eſt annum 1405.

XLVIII.

Fridericus de Laubenberg electus anno 1405. annis propemodùm triginta ſceptra tulit, eaque denuò cum vitâ poſuit 1434.

XLIX.

Pilgerinus de Wernaw familiâ inter nobiles

nobiles Suevos hodiedùm clariſſimâ progenitus fit Abbas anno 1434. & in officio conſtitit annis ſeptendecim ſarcinâ carnis exoneratus 1451.

L.

Gerwicus de Sulmetingen electus 1451. officio Prælaturæ ſpontè cedit 1460. inde mortuus 1463.

LI.

Joannes unius ejusdemque cum prædeceſſore ſuo abhinc penultimo ſeu Pilgerino nobiliſſimæ ſtirpis ſurculus in Abbatem electus 1463. præſedit annis viginti pòſt emigrans 1483.

LII.

Joannes Rudolphus à Riedtheimb familiâ inter equeſtres Suevicas antiquiſſimâ atque in Marchionatu Burgovienſi hodiedùm clariſſimâ electus 1483. die 19. Novembris, vitæ periodum abſolvit & regimen 1507. die 15. Octobris.

LIII.

Joannes à Raitnaw avitâ Suevorum familiâ usque modò percelebri & honoratiſſimâ dignitatem præſularem conſecutus 1507. migravit à ſeculo 1523.

LIV.

Sebaſtianus de Braitenſtein familiâ in tractu Rhenano quondam ſplendidiſſimâ,ac dehinc in antiquis etiam circenſibus ludis Germaniæ frequentisſimâ progenitus & in Abbatem electus 1523. ferociente nimirùm famoſo illo tumultuantis plebis ruſticanæ diſturbio cum ſuis in fugam actus ſacrilegam totius Ducalis Collegii direptionem ſuſtinuit,ac demùm miſeriarum ſatur innumeris quaſi perſecutionum fluctibus feliciter eluctatus in longinquam alterius ſeculi regionem liber abiit 1535.

LV.

Wolfgangus à Grüenſtein electus 1535. Auguſtisſimorum Imperatorum Caroli V. & Ferdinandi I. in regimine Tirolenſi Oenipontano locum tenens in fata declinavit 1557. die 5. Junii.

LVI.

Georgius Friderici Baronis de Graveneck & Annæ ab Erolzheim filius electus 1557. die 8. Junii vitâ devixit 1571. die 16. Junii.

LVII.

Eberhardus ex Baronibus à Stein in Sueviâ noſtrâ hodie oppidò numeroſis vi votorum capitularium promotus 1571. die 18. Junii perſtitit usque ad annum, quem habuit vitæ ultimum 1584.

LVIII.

Albertus ab Hoheneck hujus familiæ jam ſecundus electus 1584. die 27. Junii vivere ſimul ac præſidere deſtitit 1587.

LIX.

Joannes Erhardus Blarer à Wartenſee genere inter Helvetios nobilisſimo, ſpectatisſimo, electus 1587. terris demortuus exceſſit 1594.

LX.

Joannes Adamus Renner de Almendingen electus 1594. inter mortales ampliùs comparere eſſe deſiit 1607.

LXI.

Henricus ex nobili Suevorum (qui modò titulo & dignitate Baronatûs inclareſcunt) ab Ulm electus 1607. dormivit cum Patribus ſuis 1616.

LXII.

Joannes Eucharius de clarisſimâ Wolffurtiorum familiâ natus Abbatialem mitram 1616.obtinuit,quam tamen denuò mors ademit 1631. die 19. Martii.

LXIII.

Joannes Wilibaldus Schenck à Caſtel electus 1631. mox anno ſequenti ferocisſimam illam perſecutionem Suecicam expertus,& hoſtilem totius Collegii ſui devaſtationem quoad vixit conſtanter ac fortiter exantlavit, demùm requiem capeſſens æternam 1639. die 13. Martii.

LXIV.

Romanus Giel à Gielſperg Joannis Chriſtophori Baronis præclarisſimi Herois Domini in Raiſenſpurg, Leinheim & Nunheim germanus frater electus 1639. die 6. Maji Romæ deceſſit terris emortuus 1673. die 21. Julii.

LXV.

Bernardus Guſtavus S. R. J. Princeps & Marchio Badenſis lineæ Durlacenſis antehàc bello tùm Hungarico clarisſimus: idem anno 1660. abjuratâ hæreſi Lutheranâ Catholicus factus, ac poſt aliquot annos inter aſcetas Fuldenſes Monaſticen ſecundùm Regulam S. P. Benedicti profeſſus: 1669. in Coadjutorem Campidonenſem poſtulatus: 1671. Princeps & Abbas Fuldenſis electus: 1672. à Clemente Papâ X. in numerum S. R. E. Cardinalium adoptatus: 1673. pleno Ducalis Abbatiæ Campidonenſis regimine potitus: Adminiſtrator etiam Sybur-

Syburgenſis: item Metrop. & Cathed. Eccleſiarum Colonienſis, Leodienſis & Argentoratenſis Canonicus factus omnem dignitatem ſuam cum vitâ poſuit 1677. ætatis 46. die 26. Decembris piè in Domino defunctus: cujus ſuccinctam vitæ hiſtoriam laudes & merita fuſiùs explanat R. P. Georgius Probſt (qui eidem Serenitati ſuæ à Confeſsionibus fuit) Societatis Jeſu Presbyter in Concione funebri typis Fuldenſibus Germanicè in fol. editâ 1678.

LXVI.

Reverendisſimus ac Celſisſimus Dominus Dn. Rupertus ex Illuſtriſſ. Baronibus de Bodmann Acroniano-Suevis, Dei & Apoſtolicæ Sedis gratiâ Ducalis Eccleſiæ Campidonenſis Abbas S. R. J. Princeps Auguſtisſimæ Imperatricis Archimareſchallus &c. &c. Præſul verè incomparabilis totâ morū comitate gratisſimus, ac omnigenæ virtutis decore conſpicuus, perfectioris vitæ ſpeculum, diſciplinæ regularis ornamentum: Zelotes mirificus, orthodoxæ religionis magis & magis jugiter adaugendæ ſtudiosiſſimus: ſolis hæreticis formidabilis: felix œconomus, pater patriæ jucundus & dilectus in poteſtate ſuâ, non minùs canis venerabilis quàm meritis. Vivit etiamnùm, ſed & cum Reverendisſimâ Celſitudine ſuâ Ducalis Collegii hujus (cujus de præſenti Reverendiſ. ac Illuſtriſ. membra ſunt Chriſtophorus Giel à Gielſperg L. B. Decanus: Othmarus L. B. à Bodmann Vice-Decanus & Cuſtos: Bonifacius à Danckertſchweil Senior & Jubilæus: Columbanus à Libenfels: Æmilianus Hundpiſſ à Waltrambs: Gregorius Vöhlin L. B. ab Illertiſſen & Neuburg: Meinardus L. B. de Freyberg: Wolffgangus Ungelter à Deiſſenhauſen: Maurus à Schönberg: Benedictus à Pirckh: Anſelmus Roth à Schreckenſtein: Placidus Egloff L. B. à Zell: Cœleſtinus L. B. à Roſenbuſch: Marianus à Riedtheimb: Bernardus Vngelter à Deiſſenhauſen: Epimachus Roth à Schreckenſtein: Caſtolus à Neuenſtein: Wilibaldus Schliderer à Lachen: Theodorus L. B. de Praſperg: Joſephus à Liebenfels: Romanus L. B. de Grandmont: Adelricus Reich à Reichenſtein: Gordianus à Bubenhofen: Adelbertus L. B. de Falckenſtein: Ildephonſus à Ratzenried: Rupertus ab Horben: Joan. Baptiſta L. B. à Bodmann: Corbinianus Speeth à Zwifalten: Baſilius Reichle L. B. de Velheim) Campidonenſis non tam natalium ſplendore, quàm ſacræ religionis obſervantiâ, perfectisſimaque litterarum ſcientiâ & doctrinâ excultisſimi, fulgidisſimi &c. tota Univerſitas diutisſimè vivat, ac ter quaterque beata in ſecula perennet bonorum omnium ardentisſimum millecuplum & uniſonum nobiſcum votum eſt, & erit ſemper.

CAMPIDONENSE.

ALiud quoddam paris quidem nominis regulare clauſtrum, à priori tamen illâ Ducali Abbatiâ uti ſexu & ordine, ita & ſituatione longè diverſum; hoc alterum nempè Monialium Tertiæ Regulæ S. Franciſci Cœnobiolum *ad S. Annam* olim intitulatum intra muros imperialis (propiùs adſitæ, in totum tamen jam pridem Lutheranizatæ) civitatis Campidonenſis aliquando præclarum, aſt modò vigore pacis Weſtphalicæ ab hæreticis occupatum, & in Scholam Latino-Lutheranam iniquè transmutatum: de cujus primævo ortu, ut & fatali interitu vide infrà V. *Lenzfridanum.*

CASTELBERGENSE.

PArthenium Cœnobium diœceſis (ut opinor) Argentoratenſis in Briſgoviâ quocunque demùm tempore & authore fundatum & apparatum fuit; dùm adhuc ſub ſacro ordine ſuo conſtantiſſimè floruit, Monaſtico-Benedictinum fuit, & ſacræ jurisdictioni ſeu viſitationi Abbatis Gengenbacenſis pleniſſimè ſubditum; inde tamen ſuperiori durante ſeculo calumniis hæreticorum penitiſſimè ſubverſum: cujus charæ memoriæ ergò vel apud poſteros ſervandæ Fridericus Abbas (qui ſucceſſionis ordine quadrageſimus quintus electus 1540. toto quindecim annorum ſpatio apud ſuos plurimùm laudatus præfuit)

Gengen-

Gengenbacenſis ſacellum aliquod Divo Jacobo Apoſtolo nuncupatum propriis ſumptibus ædificâſſe memoratur apud Henricum Pantal. de Viris Illuſt. Germaniæ part. 3. fol. 265.

❀CELLA S. MARIÆ.

TAliter ex proprio nomine ſuo dicta florentiſſima quondàm Abbatia Canonicorum Regularium S. Auguſtini diœceſis Conſtantienſis in Herciniis conſtituta: quam anno 1120. de ſuo & in ſuo territorio proprio Divæ Virgini ſacram omninò novam fundavit eamq; liberaliſſimè dotavit Bruno de Hohenberg cathedralis Eccleſiæ Argentoratenſis Præpoſitus, qui clauſtrali domicilio undequaque completo Canonicos Auguſtinianos immitti voluit, locumq; depoſthâc *Cella S. Mariæ* nominari conſtituit Venerabilis ac Perilluſtris Dominus fundator antedictus. Tota fundationis ſeries authoritate pontificiâ legitimè comprobata talis eſt: *Honorius Epiſcopus Servus Servorum Dei dilectis in Chriſto filiis Ottoni Abbati ejusque fratribus canonicam regulam profesſis in Eccleſia S. Mariæ ſita in Briſacenſi Comitatu, in loco, qui nigra ſilva dicitur, eorumq; ſucceſſoribus in eâdem religione per Omnipotentis Dei gratiam permanſuris in perpetuum. Ad hoc in Apoſtolicæ ſedis regimen nos promotos eſſe Deo diſponente conſpicimus, ut aures noſtras juſtis petitionibus commodemus & religionem propagari in quantum dederit Dominus, debeamus. Quia igitur Vos filii in Chriſto charisſimi per divinam gratiam aſpirati mores veſtros ſub regularis vitæ diſciplinâ confirmare & communiter ſecundùm SS. Patrum Inſtituta Deo Omnipotenti deſervire propoſuiſtis, nos votis veſtris paterno congratulamur affectu, unde petitioni veſtræ benignitate devotâ plenisſimum impertimur aſſenſum, & tam Vos quàm locum veſtrum in tutelam Apoſtolicæ ſedis recipimus, quem videlicet Romanæ Eccleſiæ cenſualem facere decreviſtis conſilio & inſtinctu Argentinenſis Præpoſiti Brunonis egregiæ ſtrenuitatis viri, qui Eccleſiam veſtram impenſis ſuis in allodio ſuo conſtruxit, & honorum ſuorum ac poſſesſionum collatione dotavit, vitæ quoq; canonicæ Ordinem, quem profesſi eſtis, privilegii authoritate firmamus, & ne cui poſt profesſionem exhibitam prô ſuis quid habere, nevè ſine Abbatis vel Congregationis licentiâ de clauſtro diſcedere liceat, interdicimus. Obeunte verò te nunc ejusdem loci Abbate vel tuorum quolibet ſucceſſorum nullus ibi quâlibet ſubreptionis aſtutiâ ſeu violentiâ præponatur, niſi quem fratres communi conſenſu vel Fratrum pars conſilii ſanioris ſecundùm Dei timorem regulariter providerint eligendum, nulluſq; ibi electioni ſe ingerat, niſi quos religioſa Congregatio veſtra vocaverit. In advocati autem veſtri electione Abbas liberam habeat poteſtatem cum Fratrum ſuorum conſilio talem eligendi, quem ad defenſionem libertatis Monaſterii bonum & utilem eſſe cognoverit; qui ſi calumniator potiùs quàm advocatus exiſtens bona Monaſterii pervaſerit, & non magis ea defenderit, Abbas habeat facultatem cum Fratrum conſilio alium ſibi utiliorem ſtatuendi advocatum. Ordinationes Clericorum, conſecrationes altarium ſive Baſilicarum ab Epiſcopo, in cujus diœceſi eſtis, accipietis, ſiquidem gratiam & communionem Apoſtolicæ Sedis habuerit, & ille ſine pravitate ea vobis exhibere voluerit, alioquin liceat Vobis Catholicum quemcunque mavultis adire antiſtitem, & ab eo ſacramenta ipſa ſuſcipere, qui ea Sedis Apoſtolicæ fretus authoritate indulgeat. Sanè circa Cœnobii veſtri ambitum occaſione quâlibet aſſultum fieri prohibemus. Si vero, quod abſit, contingit in atrio veſtro, vel in effuſione ſanguinis, vel in verberum elatione, ſive in aliquâ hujuſcemodi violentiam irrogari, nequaquam propter hoc à divinis Eccleſia veſtra prohibeatur officiis, niſi commune fuerit Interdictum. Porrò laborum veſtrorum vel animalium decimas, quæ penes ipſum locum veſtris ſumptibus & laboribus excoluntur vel nutriuntur, quietas vobis & illibatas manere debere cenſemus, nec Vos ſuper hoc aut ab Epiſcopo ejusdem diœceſis, aut ab aliquo inquietari permittimus. Concambium, quod factum eſt inter Eccleſiam veſtram & S. Galli Apoſtolicâ præcipimus authoritate in omne dehinc tempus inviolatum fore. Sepulturam quoque ipſius Cœnobii omninò liberam eſſe cenſemus, ut eorū, qui illic ſepeliri deſideraverint, devotioni & extremæ voluntati, niſi fortè excommunicati ſint, nullus adverſetur. Ad hæc adjicientes ſtatuimus, ut quæcunq; bona in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum vel oblatione fidelium*

juſtè atque canonicè acquiruntur, firma vobis veſtriſque ſucceſſoribus & illibata permaneant, quamdiu ſcilicet illic canonici Ordinis tenor Domino præſtante viguerit. Decernimus ergò, ut nulli omninò hominum liceat eandem Eccleſiam temerè perturbare, aut ejus poſſesſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare, ſed omnia integrè conſerventur eorum, pro quorum ſuſtentatione & gubernatione conceſſa ſunt uſibus omnimodis profutura. Ad indicium autem perceptæ hujus gratiæ à Romanâ Eccleſiâ ſtolam ſacerdotalem per ſingula biennia Romano Pontifici perſolvetis. Si quæ igitur in futurum Eccleſiaſtica ſecularisve perſona hanc noſtræ conſtitutionis paginam violaverit, aut ſciens contra eam venire tentaverit, ſecundò tertiovè commonita ſi non ſatisfactione congruâ emendaverit, poteſtatis honoriſque ſui careat dignitate, reamque ſe divino judicio de perpetratâ iniquitate cognoſcat, & à ſanctisſimo Corpore & ſanguine Dei & Domini noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, cunctis autem eidem loco jura ſua ſervantibus ſit pax Domini noſtri Jeſu Chriſti, quatenùs hic & in futurum fructum beatæ remunerationis percipiant, & apud diſtrictum Judicem præmia æternæ pacis inveniant ſalvâ Juſtitiâ Epiſcopali Amen. Datum Laterani per manum Almerici Romanæ Eccleſiæ Diaconi Cardinalis & Cancellarii quinto Calendas Decembris Indictione quartâ. Anno Dominicæ Incarnationis milleſimo viceſimo quinto, Pontificatûs autem Domini Honorii Secundi anno primo.

An. 1182. Hermannus II. hujus nominis Epiſcopus Conſtantienſis Monaſterio huic ſeu Cellæ S. Mariæ Jus Patronatûs parochialis Eccleſiæ in Hüffingen (quod eſt oppidum in ditione Illuſtriſſimorum Comitum de Fürſtenberg aliqualiter deſcriptum in parvo Chronico Sueviæ Zeilleri fol. 551.) authoritate ordinariâ confirmâſſe monſtratur ex publicis litteris, quæ ſic ſonant: *Hermannus Dei gratiâ humilis Conſtantienſis Eccleſiæ Miniſter dilecto filio Venerabili Abbati in Cellâ S. Mariæ totique Conventui illius ſalutem & paternam benedictionem. Petitionem veſtram ſuper Eccleſiâ dictâ Hüffingen, cujus inveſtitura veſtro juri cedere non ignoratur, quia in re honeſtâ negari minimè convenit, benignè advertimus, præſertim cùm Domini noſtri Moguntini Archiepiſcopi (cui honorem debemus) legationem pro vobis jubentem acceperimus; cujus authoritate ſimul & noſtrâ muniti prædictæ Eccleſiæ curam per fratres veſtros Canonicos ad communia ipſorum ſtipendia regenda, veſtro ſucceſſorumque veſtrorum moderamini deinceps in omne tempus committimus exemplo plurium Cœnobiorum Canonici Ordinis, quibus ex Domini Papæ & ſuorum ipſorumque indulgentiâ pro neceſſitatum ſuarum elevatione & pro temporalibus ſubſidiis permiſſa ſunt Eccleſiarum regimina, & ne cujuſque fortè pulſatione ſuper hâc re quaſi inſolenti & tanquàm circa Canonum tenorem agenti, quòd minimè conſtat inquieti animi Domini noſtri Metropolitani authoritate ſilentium omnibus imponimus & in eâdem Eccleſiâ quoties volueritis mutationem ſacerdotum ad utilitatem veſtram conceſſam noſtræ permisſionis paginam inconvulsè tenendam ſancimus & ſigillo noſtro confirmamus. Si quis autem fortè, quod abſit, circa hoc quidquam temerarium facere, & in aliquo vos inquietare præſumpſerit, nec ſtatim reſipuerit, cognitâ hâc noſtræ conſtitutionis paginâ offenſam Domini Papæ & Domini Archiepiſcopi & noſtram incurrat. Amen.*

An. 1215. Innocentius Papa III. ſupradictam parochialem Eccleſiam in Hüffingen cum pertinentiis ſub B. Petri & ſuam protectionem ſuſcepiſſe dignoſcitur propriâ quâdam Bullâ deſuper editâ, quæ talis eſt: *Innocentius Epiſcopus Servus Servorum Dei dilectis filiis Abbati & Canonicis Eccleſiæ S. Mariæ in nigrâ ſilvâ ſalutem & Apoſtolicam Benedictionem. Cùm à nobis petitur, quod juſtum eſt, tam vigor æquitatis, quàm ordo exigit rationis, ut id per ſollicitudinem officii noſtri ad debitum perducatur effectum. Ea propter dilecti in Domino filii veſtris juſtis poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu perſonas veſtras & Eccleſiam Cellæ S. Mariæ in nigrâ ſilvâ, in quâ divino mancipati eſtis officio cum omnibus bonis, quæ in præſentiarum rationabiliter posſidetis, aut in futurum juſtis modis præſtante Domino poteritis adipiſci ſub B. Petri & noſtrâ protectione ſuſcipimus, ſpecialiter autem Eccleſiam in Hüffingen cum pertinentiis ſuis & alia bona, ſicut ea omnia juſtè & pacificè posſidetis, Vobis & per Vos præfatæ Eccleſiæ veſtræ authoritate Apoſtolicâ confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergò hominum liceat hanc noſtræ prote-*

protectionis & confirmationis paginam quomodolibet infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Romæ apud S. Petrum quarto Calendas Martii Pontificatûs noſtri anno ſeptimo decimo.

Anno 1236. Gregorius IX. eandem parochialem Eccleſiam in Hüſſingen, ut & aliam quandam in villâ Wallershoſen cum pertinentiis earum ſimiliter in ſpecialem ſedis Apoſtolicæ protectionem ſuſcepiſſe perhibetur propriâ Bulla deſuper editâ, cujus tenorem ſic accipe: *Gregorius Epiſcopus Servus Servorum Dei dilectis filiis Abbati & Conventui Eccleſiæ S. Mariæ de nigrâ ſilvâ Ordinis S. Auguſtini Conſtantienſis diœceſis ſalutem & Apoſtolicam Benedictionem. Cùm à nobis petitur, quod juſtum eſt & honeſtum, tam vigor æquitatis quàm ordo exigit rationis, ut id per ſolicitudinem officii noſtri ad debitum perducatur effectum. Eapropter dilecti in Domino filii veſtris juſtis petitionibus grato concurrentes aſſenſu perſonas veſtras & Eccleſiam S. Mariæ de nigrâ ſilvâ, in quâ divino vacatis obſequio cum omnibus bonis, quæ in præſentiarum rationabiliter poſſidetis, aut in futurum juſtis modis præſtante Domino poteritis adipiſci ſub B. Petri & noſtrâ protectione ſuſcipimus, ſpecialiter autem Eccleſias de Hüſſingen & Wallershofen, item villas cum pertinentiis earundem, nec non terras, poſſeſſiones, redditus & alia bona veſtra, ſicut ea omnia juſtè & pacificè poſſidetis, vobis & per vos eidem Eccleſiæ veſtræ confirmamus, ac præſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergò omninò hominum liceat hanc paginam noſtræ protectionis & confirmationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum ſexto Idus Auguſti Pontificatûs noſtri anno decimo.*

Anno 1237. Idem Pontifex Gregorius IX. antedictam parochialem Eccleſiam in Hüffingen cum cenſibus, redditibus, & aliis juribus conſuetis Abbati & Conventui Cellæ S. Mariæ pleno jure depoſthâc fruendam ac poſſidendam authoritate Apoſtolicâ conceſſiſſe monſtratur copiâ ſequentis Bullæ: *Gregorius Epiſcopus Servus Servorum Dei dilectis filiis Abbati & Canonicæ Cellæ S. Mariæ in nigrâ ſilvâ Ordinis S. Auguſtini Conſtantienſis diœceſis Salutem & Apoſtolicam Benedictionem. Cùm à nobis petitur quod juſtum eſt & honeſtum tam vigor æquitatis quàm ordo exigit rationis, ut id per ſolicitudinem officii noſtri ad debitum perducatur effectum. Eapropter dilecti in Domino filii veſtris juſtis poſtulationibus inclinati perſonas veſtras & Eccleſiam, in quâ divino mancipati eſtis officio cum omnibus bonis, quæ in præſentiarum poſſidetis, aut in futurum præſtante Domino poteritis adipiſci, ſub B. Petri & noſtrâ protectione ſuſcipimus, ſpecialiter autem Eccleſiam in Hüffingen cum ſuis pertinentiis ad indigentiam Eccleſiæ veſtræ ſublevandam authoritate Apoſtolicâ pleno jure vobis concedimus per vos, prout vobis videbitur expedire, ſecundùm Dei timorem perpetuò diſponendam, & præſentis ſcripti patrocinio confirmamus, ita ut ſine quâlibet contradictione loci ejusdem populo Sacramenta divina & officia ſacerdotalia noſtrâ authoritate vobis liceat miniſtrare; præſertim cùm hæc veſtra religio diſtet per minimum à ſacerdotio ſeculari. Viſitationes etiam (ſalvo jure Epiſcopi veſtri) & exactiones, quæ ſolent fieri à Decanis provincialibus circa Rectores Eccleſiarum mortuos & eorum ſucceſſores Vobis omninò concedimus immunitatem de aliis Eccleſiaſticis Beneficiis Eccleſiæ veſtræ impoſterùm collatis, ſimiliter Vobis indulgentiam facientes. Nulli ergò omninò hominum liceat hanc paginam noſtræ conceſſionis ſeu confirmationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum ſexto Idus Auguſti Pontificatûs noſtri anno decimo.*

Anno 1347. Clemens Papa VI. immunitates & privilegia â prædeceſſoribus ſuis Romanis Pontificibus Abbati & Conventui Cellæ S. Mariæ multifariàm hactenùs impertita reiteràſſe ac de novo confirmâſſe perhibetur tenore ſequentis Bullæ: *Clemens Epiſcopus Servus Servorum Dei dilectis filiis Abbati & Conventui Monaſterii Cellæ S. Mariæ Ordinis S. Auguſtini Conſtantienſis diœceſis Salutem & Apoſtolicam Benedictionem. Cùm ſicut ex parte veſtrâ fuit propoſitum coram Nobis Vos & prædeceſſores veſtri, qui fuerunt pro tempore quibusdam privilegiis &*

Indulgentiis à prædeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus Monaſterio veſtro conceſſis per ſimplicitatem & juris ignorantiam uſi non fueritis temporibus retroactis, nos veſtris ſupplicationibus inclinati ejusdem Monaſterii indemnitati volentes impoſterùm præcavere, ut de cætero non obſtante negligentiâ & omisſione hujusmodi, eiſdem privilegiis & indulgentiis uti liberè poſſitis, dummodò non ſit eis per præſcriptionem vel aliàs derogatum. Nulli ergò hominum liceat hanc paginam noſtræ conceſſionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Avenione ſecundo Calendas Maji Pontificatûs noſtri anno quinto.

Exinde Monaſterium hoc multas ac graves admodùm ſuſtinere detentum fuit perſecutiones & anxietates: quas vel maximè in causâ Juris advocatiæ plusquàm fortiter invaleſcentes ab anno 1300. usque ad annum 1430. legimus fuiſſe protractas & calumniis Nobilium Dynaſtarum à Landeck & Blumeneck de novo protervè ſuſcitatas, quêis durantibus recenſitâ ſuprâ Honorii II. Bullâ confirmationis æquè ac reverſalibus (quarum tenore diſtrictè cavetur advocatiam ad ſolius Abbatis & Conventûs nutum pro ratione temporum eligibilem eſſe debere vel amovibilem) neutiquàm attentis impudentiſſimi invaſores iſti duos Venerabiles Cellæ Marianæ Prælatos ſeu Abbates auſu ſacrilego ex inſidiis terribiliter interemerunt, ſed & tertium cum duobus Canonicis Conventualibus in caſtro Weiſſeneck diutiùs captivum aſſervârunt. Taliter ergò Cella S. Mariæ longævo temporum decurſu multifariàm infeſtata tantùm non fuit omnimodè ſuffocata; quare legitimis & antiquis juribus ſuis violenter exuta, & quaſi ad incitas redacta alii cuidam paris Ordinis ſui Monaſterio, & quidem Omnium Sanctorum apud Friburgenſes in Briſgoviâ propiùs adſito, eique in ſimili causâ ſub id temporis pariter coanguſtato fuit authoritate Ordinariâ conjunctum, annexum & incorporatum; de quo ſupereſt Epiſcopalis Bulla ad perpetuam rei memoriam data & conſcripta ſub hujusmodi tenore: *In Nomine Domini Amen. Henricus Dei gratiâ Epiſcopus Conſtantienſis Univerſis Chriſti fidelibus tam præſentibus quàm futuris præſentes litteras inſpecturis Salutem in Domino ſempiternam. Noverint præſentium inſpectores Univerſi. Nos litteras honorabilium & dilectorum in Chriſto Werneri Abbatis & Conventus Monaſterii Cellæ S. Mariæ in nigrâ ſylvâ Ordinis S. Auguſtini Canonicorum Regularium noſtræ Conſtantienſis diœceſis nec non Berchtoldi Præpoſiti & Conventûs Omnium Sanctorum in Freiburg Ordinis & diœceſis prædicti ſigillis ipſorum pendentibus ſigillatas ſanas, integras & illæſas ac omni prorsùs vitio & ſuſpicione carentes Nobis per providum virum Swederum Magiſtrum in Artibus & Baccalaureum in Medicinâ Procuratorem & procuratorio nomine Abbatis & Præpoſiti & Conventuum prædictorum ad ſubſcripta plenum & ſufficiens ab eisdem mandatum habentem præſentatas cum reverentiâ debitâ recepiſſe: ipſasque cum diligentiâ perſpexiſſe tenorem, qui ſequitur, continentes:* Reverendo in Chriſto Patri Domino Domino Henrico Dei gratiâ Epiſcopo Conſtantienſi & ejusdem Vicario in ſpiritualibus Generali &c. Wernerus divinâ permiſſione Abbas Monaſterii Cellæ S. Mariæ in nigrâ ſilvâ totusque Conventus ejusdem Ordinis S. Auguſtini Canonicorum Regularium, nec non Berchtoldus Præpoſitus Monaſterii Omnium Sanctorum in Friburgo totusque Conventus ejusdem Monaſterii Ordinis prælibati ejusdem diœceſis Conſtantienſis reverentiam & obedientiam in omnibus debitas & condignas. Cùm in cauſis majoribus & maximè Eccleſiarum ac Monaſteriorum unionibus Superiorum authoritas juxta ſacrorum Canonum ſtatuta omninò ſit requirenda, hinc eſt, quòd veſtræ Paternitati tenore præſentium innoteſcat, quod nuper de unione dictorum Monaſteriorum noſtrorum tractandâ convenimus in Monaſterio Omnium Sanctorum prædicto congregati convenimus, & ibidem diverſis & rationabilibus cauſis nos ad hoc pro utilitate eorundem Monaſteriorum moventibus diligenter cõſideratis & præcipuè ex eo, quòd prædicta noſtra Monaſteria propter guerras graviſſimas in partibus Briſgauviæ, ubi poſſeſſiones atque bona eorundem Monaſteriorum noſtrorum ſunt ſituatæ, ſeu ſituata jam extra ſpatium quatuor annorum proximè præteritorum ſubortas, ac etiam propter ſterilitatem, devaſtatio-

ſtationem poſſeſſionum & terrarum earundem tot & tantis paupertatis oneribus ſunt oppreſſa, quòd nullatenùs hoſpitalitatem hactenùs ſolitam & conſuetam aliaque onera eis incumbentia deinceps potuerint ſuſtentare, & quod plus dolendum eſt, divinum cultum hactenùs in dictis Monaſteriis ſervatum deinceps conſervare non valent nec poſſunt, tandem deliberatione maturâ inter nos habitâ ad unionem dictorum Monaſteriorum noſtrorum ac jurium & pertinentiarum eorundem ſubordinationibus ſtatutis à nobis in dictis Monaſteriis noſtris & ipſorum quolibet hactenùs obſervari conſuetis à nobis & noſtris ſucceſſoribus altiſſimo concedente obſervandis non obſtantibus eis in ſuo robore permanſuris ſimiliter nos concorditer & unanimiter inter alia de novo ſtatutum & ordinatum exiſtit, quòd omnes & ſinguli Conventuales & Canonici prædictorum Monaſteriorum quando ad electionem alicujus Prælati de novo ad Prælaturas ſeu ad Prælaturam eorundem Monaſteriorum eligendi procedendum erit, ſeu ipſi ad hoc vocati canonicè fuerint, ad ſancta Dei Evangelia jurare debeant, quòd non eligent aliquem Prælatum dictorum Monaſteriorum, niſi quem ſciant & credant meliorem & utiliorem pro ſtatu & regimine Monaſterii tunc vacantis, & ſi major pars dictorum Canonicorum ſeu Conventualium in aliquam perſonam eligendam conſenſit: quòd tunc minor pars eorundem Canonicorum Regularium ipſi majori parti opponere ſe non debeat aut poſſit. Hoc igitur & aliis ſtatutis & ordinationibus per nos ſtatutis & ordinatis Monaſteria noſtra prædicta atque Conventus eorundem Monaſteriorum cum omnibus juribus & pertinentiis ſuis univerſis propter cauſas prædictas ſub ſtatutis & ordinationibus noſtris prænotatis ſervatis quoad ſervandis, & in quantum de jure potuimus ſimul univimus, ac præſentium tenore omni viâ ac modo atque formâ, quibus id meliùs de jure fieri poteſt atque debet, ſimulque unimus & annectimus promittentes Vobis bonâ fide hanc noſtram unionem cum ſtatutis & ordinationibus prænotatis perpetuò obſervare velle, nec contra eandem unionem, neque aliquam ejus ordinationem in quantum de jure ſubſiſtere poteſt, quovis ingenio quæſito vel colore deinceps venire ſeu contravenienti aliqualiter conſentire, quapropter veſtræ benignitati ac clementiæ duximus ſupplicandum humiliter & devotè, quatenùs unionem Monaſteriorum & Conventuum noſtrorum prædictorum, ut præmittitur, factam, cum omnibus ordinationibus ac ſtatutis noſtris prænotatis dignemini authoritate veſtrâ ordinariâ confirmare ſeu approbare, adhibitis ad hoc ſolemnitatibus debitis & conſuetis, maximè cum ad veſtri paſtoralis officii dignitatem pertineat, Eccleſiis atque Monaſteriis Vobis ſubjectis & perſonis in eisdem altiſſimo famulantibus circa ipſorum inopiam & paupertatem ſalubriter ſubvenire remediis atque providere, & in evidentiam omnium & ſingulorum præmiſſorum ſigilla, Abbatiæ & Præpoſituræ ac etiam Conventuum noſtrorum prædictorum propria præſentibus ſunt appenſa. Datum & actum ſub anno Domini milleſimo trecenteſimo ſeptuageſimo, tertio nonas Octobris Indictione octavâ. *Nos igitur Henricus Epiſcopus Conſtantienſis prædictus attendentes nobis ex debito paſtoralis officii incumbere Abbati, Præpoſito & Conventibus ſeu perſonis Monaſteriorum prædictorum prænominatis ſuper præmiſſis ac ipſis Monaſteriis in quantum poſſumus providere, & quod ad ea, quæ in argumentum divini cultûs, quem noſtris temporibus augeri deſideramus, à Chriſti fidelibus rationabiliter ordinatur, benignè proſequimur, habitâ per nos inquiſitione diligenti de & ſuper contentis in litteris præſcriptis & inventâ veritate ex fide dignorum teſtimoniorum in eisdem contentorum petitioni eorundem Abbatis, Præpoſiti & Conventuum prædictorum Monaſteriorum nobis in hâc parte factæ rationabili favorabiliter annuere cupientes unionem & annexionem Monaſteriorum & Conventuum prædictorum per eosdem ritè & licitè factas ſecundùm modum & formam in litteris dictæ unionis expreſſam habito etiam deſuper Juriſperitorum conſilio approbavimus & confirmavimus, & auctoritate noſtrâ ordinariâ his in ſcriptis approbamus, & in Dei nomine confirmamus, ita tamen quod omnes & ſinguli Conventuales dictorum Monaſteriorum, qui aliàs de jure & conſuetudine ipſorum antiquâ fuerunt & ſunt habiles ad eligendum & idonei reputati ſimul & ſemel votentur & vocem habeant*

ad electionem tam Abbatis quàm Præpoſiti Monaſterii eorundem; volentes inſuper eaſdem unionem & annexionem dictorum Monaſteriorum & Conventuum ab omnibus in perpetuum inviolabiliter obſervari, reſervantes tamen nobis noſtrisque ſucceſſoribus & Eccleſiæ noſtræ Conſtantienſis Juribus nobis tam de jure quàm de conſuetudine eisdem Monaſteriis nomine Eccleſiæ noſtræ Conſtantienſis prædictæ debitis & pertinentibus, adhibitis etiam per nos in præmiſſis ſolemnitatibus debitis & conſuetis. In quorum omnium evidens teſtimonium ſigillum noſtrum epiſcopale præſentibus duximus appendendum. Datum & actum Rhingoviæ in caſtro noſtro ibidem anno Domini milleſimo trecenteſimo ſepthageſimo in caſtro Dionyſii Martyris Indictione octavâ.

Poſt recenſitam hanc incorporationem Venerabiles Domini Abbates Cellæ S. Mariæ plerumque incoluerunt Præpoſituram Friburgenſem utpotè ſituatione ſuâ paulò ſuaviorem, ſed neque ſic res ex voto ſucceſſit, nam labentibus annis hujus etiam Cœnobii fata poſteriora facta ſunt deteriora prioribus; unde tota ſupra dicta fundatio periit. Nunc ad hiſtoriam Cella-Marianam utcunq; complendam juvat etiam hîc addere nomina Abbatum: quorum ſuo loco talis, quamvis oppidò defectuoſus habetur

CATALOGUS

1. OTho anno 1120. ab ipſo fundatore ſupradicto Ven. ac Illuſt. Domino Brunone legaliter inſtitutus, poſt quem annis circiter 130. quot & quinam Abbates clauſtrale regimen adminiſtrârint, omninò latet, actis nimirùm & nominibus eorum jam dudùm altiſſimâ oblivione conſepultis.

2. Conradus I. anno 1258.

3. Conradus II. anno 1293.

4. Petrus anno 1297.

5. Dietmarus 1310.

6. Joannes I. anno 1329.

7. Conradus III. anno 1340. Calendis Februarii ejusdem anni propè pagum Ebnet ex inſidiis ſicariorum ſacrilegè trucidatus.

8. Wernerus anno 1355.

9. Bertholdus anno 1370. quo tempore Cella S. Mariæ (ut ſupradictum eſt) Præpoſituræ Friburgenſi fuit addita & unita ſeu, ut vocant, incorporata, atque hæc eadem incorporatio poſtmodùm à Guilielmo S. R. E. Cardinal. Presb. S. Stephani in Cœlio monte Apoſtolicæ Sedis Legato à Latere confirmata fuit cum aliis quibusdam privilegiis hic brevitatis causâ ſubticendis.

10. Joannes II. anno 1390. die 29. Decembris pro defenſione Eccleſiæ ſuæ à Nobilibus de Blumeneck Pſeudo-Advocatis crudeliter interemptus.

11. Joannes III. vidit invitus, & amaro corde nimiùm contriſtatus planxit Monaſterium ſuum ſeu Cellam S. Mariæ ultimo ſui regiminis anno cum omni ſupellectile æquè ſacrâ ac profanâ miſerrimè ſuffocatum, totum in cineres abire & deficere.

12. Rudolphus I. anno 1431.

13. Petrus anno 1438.

14. Antonius 1442.

15. Rudolphus II. anno 1451.

16. Joannes IV. anno 1452.

17. Joannes V. infinitis quaſi rerum anguſtiis eò miſeriarum adactus, ut de Cellâ S. Mariæ penitùs deſerendâ cogitare cœperit, & cum Canonicis ſuis Capitularibus agitare conſilia haud admodùm ſana; quare Monaſterium hoc triginta jam annis in buſto ſuo quaſi conſepultum cum quêisvis attinentiis ac bonis etiam immobilibus vicino S. P. Q. Friburgenſi in Briſgoviâ plenariè divendidit 4800. florenis, uti vocant, Rhenanis, ſummâ quamvis planè modica, nec tamen unquàm ab emptoribus vel poſteris eorum eis, cui debebatur, numeratâ ſeu perſolutâ.

18. Erhardus electus anno 1474. cum Phrygibus ſerò ſapere doctus, & vel hinc iniquiſſimum contractum antedictum cum Friburgenſibus initum altâ mente ſecum revolvens, ſed & meriſſimam nullitatem illius apertè contuens apud excelſum provinciale regimen Enſisheimenſe pro viribus illum impugnare cœpit, unde & anno 1481. contra dictos Friburgenſes multa recuperavit, ſed & nominatim prioris Eccleſiæ ſuæ fundum obtinuit, quare poſtmodùm ſarta tecta vel pro poſſe reſtituit, ipſamque Eccleſiam Cellæ S. Mariæ è ruderibus ſuis aduſtis ſolicitè reſuſcitavit: quam tamen anno ſequentis ſeculi ſexageſimo, denuò Vulcanus miſerabiliter abſumpſit.

19. Lu-

19. Lucas Abbas Cellæ S. Mariæ & Præpoſitus Friburgenſis, cœptas ſui piæ memoriæ prædeceſſoris querelas apud dictum dicaſterium Enſisheimenſe toto fervore repetiit, id unum præ cœteris conqueſtus Inſtrumento venditionis ſat multa, quæ non oportebat, fuiſſe fraudulenter inſerta, econtrà verò alia de jure meritiſſimo rectiùs inſerenda malitiosè penitùs omiſſa, cum mens venditorum haud unquàm fuerit omnia ita nudè divendere &c. &c. Pòſt etiam Senatui Friburgenſi ſub annum 1502. pluribus argumentis ſuaſit perſuaſitque fortiter quævis empta eodem pretio venditoribus revendere, ſed ineſſicaciter ſolùm, nam ad longum usque tempus bonus Præſul iſte haud fuit exauditus pro ſuâ reverentiâ, quousque tandem anno 1515. ſæpenominati Friburgenſes ſanioribus conſiliis adducti certis conditionibus omnimodè conſenſerunt in revenditionem tam ſerò & ſæpiùs expetitam, & quidem publicis etiam litteris deſuper confectis, iſtis tamen nequaquàm extraditis, transactionem ſcilicet iſtam totùm interumpente inopinatâ morte Venerabilis Domini Lucæ Abbatis iſtius, qui toto tempore, quoad faſces Prælaturæ tenuit, Cellam S. Mariæ nunquàm non ſibi ſingulariter cordi habuit; unde etiam in cautelam quæcunque antiquiora privilegia ac bona illius in ſpe ſaltem denuò recuperata Apoſtolicâ protectione muniri procuravit, quod factum fuiſſe legimus ſub annum 1513. à Leone Papa X. per ſequentem Bullam: *Leo Epiſcopus Servus Servorum Dei dilectis filiis Abbati & Conventui Monaſterii S. Mariæ in nigrâ ſilvâ Ordinis S. Auguſtini Conſtantienſis diœcéſis provinciæ Moguntinæ Salutem & Apoſtolicam Benedictionem: Cùm à nobis petitur quod juſtum eſt & honeſtum, tam vigor æquitatis quàm ordo exigit nationis, ut id per ſolicitudinem officii noſtri ad debitum perducatur effectum. Eapropter dilecti in Domino filii veſtris juſtis poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu perſonas veſtras & locum, in quo divino mancipati eſtis obſequio cum omnibus bonis, quæ in præſentiarum rationabiliter poſſidetis & in futurum juſtis modis præſtante Domino poteritis adipiſci ſub B. Petri & noſtrâ protectione recipimus; omnes quoque libertates & immunitates à prædeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus ſive per privilegia vel alia indulta Vobis & Monaſterio veſtro conceſſas, nec non libertates & exemptiones ſecularium exactionum ab Imperatoribus, Regibus & Principibus ac aliis Chriſti fidelibus Vobis & Monaſterio veſtro rationabiliter indultas, ſpecialiter autem Eccleſias de Hüffingen, Waltershofen, Nördingen, Haslach, Scherzingen, Wyl & Wüllingen, villas, nec non cenſus, fructus, redditus, proventus, terras, domos, poſſeſſiones, hortos, campos, prata, paſcuas, nemora, ſilvas, curias, ſtagna, lacus, piſcarias, aquas, aquarum decurſus & nonnulla alia bona ad dictum Monaſterium legitimè ſpectantia, nec non omnia & ſingula beneficia Eccleſiaſtica cum curâ & ſine curâ, quæ eidem Monaſterio veſtro canonicè unita, annexa & incorporata ſunt, & vos illa in uſus proprios obtinere aſſeritis, ſicut ea omnia juſtè & pacificè poſſidetis, Vobis & per vos eidem Monaſterio veſtro authoritate Apoſtolicâ confirmamus & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergò hominum liceat hanc paginam noſtræ confirmationis & communitionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei ac Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Romæ apud S. Petrum anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo, tertio decimo, decimo Calendas Junii Pontificatûs noſtri anno primo.*

20. Leonardus Abbas Cellæ S. Mariæ & Præpoſitus Friburgenſis Omnium Sanctorum anno 1518. deſignatus antedictam revenditionem à Friburgenſibus promiſſam quantocyùs exequendam tandem quidem obtinuit, irrito tamen ſolo effectu ob carentiam ſcilicet peculii vigore contractûs mox coràm numerandi, unde totum iſtud negotium pro tunc ita & usque hodiedùm manet omninò ſuſpenſum.

❃CELLENSE.

CELLA RATOLPHI taliter intitulata tribus leucis à Conſtantiâ diſtans, urbs parva forenſis ditionis Auſtriacæ in diœceſi Conſtantienſi ad cognominem

nem lacum vulgò *Cellenſem* ſitu peramœno collocata vetuſtiſſimum habet aliquod Canonicorum ſecularium Collegium antehâc verò Monaſticum Ordinis S. Benedicti Cœnobium: cujus author & fundator fuiſſe perhibetur Ratolphus quidam ſanctæ memoriæ Epiſcopus Veronenſis in Italiâ, qui natione Teuto circa annum 830. ſub Ludovico Pio epiſcopali tiarâ clauſtralis vitæ deſiderio ſponte derelictâ ſub ſpecie peregrini pauperis in Germaniam reverſus, & ad memoratum lacum Cellenſem fortuitò deportatus loco huic ſuo de nomine nomen indidit, eidemque novo Monaſterio ſuo corpora SS. Syneſii & Theopompi (duodecimo Calendas Junii in faſtis Eccleſiæ relatorum) Martyrum intulit; ubi & idem Ratolphus totis 45. annis vitam ſolitariam duxit, tandem meritis plenus cœlis inſertus anno 875. teſte Jacobo Merck in Chron. Conſtant. fol. 28. Sed vel maximè notandum Cellenſe, hoc Collegium primis initiis ſuis aſceterium fuiſſe ſacro Ordini Benedictino conquadratum, ſed & Abbati Divitis Augiæ pleniſſimè ſubditum: cujus in partem fundationis ſeu potiùs ædificationis veniſſe perhibetur Salomon ſummus Antiſtes Conſtantienſis hujus nominis primus an ſecundus, de quo ſuperat teſtimonium fidele ſuo loco taliter annotatum: *Ex vetuſto quondam m. s. probè novimus Ratolphum ſive Ratulphum Veronenſem Præſulem extraxiſſe cellam aliquam, eique intuliſſe corpora SS. Geneſii ac Theopompi. Ea Cœnobio Benedictino initia fuêre adſtipulante mox atque juvante Salomone illa incrementa, ut conditorem neque pauci adſeverent. Ex Augienſibus non abſimile vero primam virorum religioſorum coloniam fuiſſe deductam; è ſuis deìn qui præeſſet delegêre. Cæterùm Cœnobio oppidum accrevit, habueruntque diu Augienſes, quoad tandem Auſtriadûm quoque potentiæ adjiceretur. Monaſterium Clerici Canonici ſeculares occupant, & nulla ferè quàm Conditoris memoria ſolaque oppidi nomenclatura Ratolficella poſteris manet conceſſa.* Et paulò pòſt: *Salomon Conſtantienſis Eccleſiæ Pontifex, perfecto jam Cellenſi Cœnobio illic frequentius inter Monachos quàm Conſtantiæ degere voluit ſacræ illi quieti & Numini vacare cupidiſſimus vivente etiamnùm Beato Ratolfo Cellulæ primùm auſpice, & fortè, quod multis probatur, etiam moderatore, laborum ſuorum ſolatia quærere. Et certè Salomonem hunc non injuriâ Benedictinorum albo inſerere licet, qui quamvis Epiſcopus frequentiùs tamen Cœnobita apparuerit, conditor inſuper tam nobilis Cœnobii fuerit; perſuadetque ratio cùm in tribus paris nominis Eccleſiæ Conſtantienſis Epiſcopis Salomone hoc primo; ſecundo qui ad annum ſeculi noni octogeſimum quintum, & tertio, qui ad nonageſimum primum electus eſt duo ſacræ familiæ Benedictinæ debeantur, hunc potiùs quàm ſecundum eſſe accenſendum.*

Anno gratiæ 857. Nanderinus monachus Cellenſis claruit, qui eodem hoc anno chartas ſcripſit, quæ inter alias extant tomo ſecundo Goldaſti ordine quintæ, & expreſsè habent aliquamdiu locum ſeu Cellenſe Cœnobium (ſi tamen juſta Goldaſti notatio) San-Gallenſibus paruiſſe; ſed quidquid ſit de ſpiritualibus memoratum locum quoad temporalia Augienſium proprium fuiſſe, & multo quidem poſtmodùm etiam tempore, in utriſque ab his iiſdem dependiſſe. Sed chartas audiamus: Nanderinus Monachus &c.&c. Notum ſit omnibus tam præſentibus quàm ſuperventuris, quòd ego Wolatius cum manu advocati mei Engilboldi duo mancipia mea, id eſt Thietonem & Wadindem in Dei amore libertate donavi, eâ tamen ratione, ut ſingulis annis ad Cellam Ratpoti, quæ ad Monaſterium S. Galli pertinet, in cenſu quatuor denarios conducant. Actum in loco, qui dicitur rota publica, præſentibus his, quorum hîc ſigna continentur. Sig. Wolalinb & Advocati ejus Engilboldi, qui hanc notitiam fieri voluerunt, & aliorum teſtium. Sig. Engilhelmi † Cundhari † Ruadker † Vicano † Oedalwart † Welfleiſs † Regincker † Tagapert † Felcholt † Sinderat † Uto † Vuatoto. Ego itaque Nanderin indignus Monachus ad vicem Richperti (videtur Præpoſitus fuiſſe Monaſterii Goldaſto) rogatus ſcripſi & ſubſcripſi. Notavi diem Joannis octavo Calendas Majas anno viceſimo ſecundo regni Ludovici ſub Gozperto Comite.

Cellam Ratpoti pro Ratolphi, ſi accipiamus, verum utique erat, quod notavit Goldaſtus. Et licet Ratoldum quandoque legerimus, de Ratpoto non meminimus. Ergò in ambiguo per nos hæreat, licet, neq; enim contra Augienſes definimus. Ex literis interim hoc certum eſt, Ratpoti an Radolphi

dolphi

dolphi Cellam ſeu Monaſterium San-Gallenſis Abbatis juriſdictioni qualicunque ſaltem ſubjacuiſſe.

Gabriel Bucelinus in ſuâ Conſtantiâ ſacrâ & profanâ de Cellenſi hoc Monaſterio ad annum Chriſti 835. paucula ſolùm hæc apponit : *Ratoldus ſive Ratolphus Epiſcopus, inſigne à ſe cognominatum Divi Benedicti ſub regulâ, propè Cellam ſuam, condit Cœnobium coloniamque Monachorum ex augiâ Divite inducit : cui cum tempore inſigne accrevit oppidum Cellenſe hodie nuncupatum, nullis porrò Cœnobii veſtigiis apparentibus.*

❋CELLENSE.

S. P. Q. Cellenſis aliarum civitatum exemplo forticer incitati Capucinos etiam Patres adſciſcere ſibi unicè præoptantes pro venerandâ hujusmodi coloniâ quantocyùs ad ſe deducendâ An. 1617. magnis & intenſis apud religioſiſsimos Provinciæ Primores inſtiterunt precibus : quas ſollicitè renovârunt in provinciali Capitulo Badæ Helvetiorum die 25. Auguſti ejusdem anni congregato D. Laurentio Wenner Conſule, & aliis quibusdam honorabilibus viris ſpecialiter in id deputatis. Verùm cùm tunc temporis ſacræ Seraphicæ religionis exiſtimatio paſſim tanta eſſet, ut etiam Principes Urbesque totæ certarent pro Capucinis ſibi vendicandis, multitudo petentium effecit, ut paucis ſolùm ſatisfieret, ideò & Cellenſes oppidani pro tunc repulſam paſſi ſpem potiùs reportârunt quàm intentum. Anno autem 1622. quaſi ſacrorum moliminum ſuorum retardationem non paſſuri, ſua vota in Capitulo Solodorenſi denuò fortiter urgent, ſumptus non contemnendos ex ærario publico promendos in ſubſidium fabricæ fideliſſimè polliciti & ſic eorum victrix conſtantia palmam eripuit, competentibus quibusdam tùm Principibus, tùm Comitibus, loco acceptato, & Conventu ibi extruendo à memoratis Provinciæ Patribus decreto. Re in favorem Cellenſium deciſâ, concertatio quædam de eligendo ſtructuræ fundo præter ſpem oborta remoras injecit ; Sereniſſimus ſiquidem Archidux Auſtriæ Leopoldus probato ſubditorum ſuorum pro Capucinis fervore deſignatam primitùs aream munitioni civitatis officientem improbavit ; quare poſtmodùm de conſilio Commendatoris Reverendiſſimi ac Perilluſtris Domini N. de Raitnaw Ordinis Teutonici commodiſſima quædam Lacum Venetum inter & ſuperiorem Urbis portam area pro Monaſterio deputata eſt & conſecrata ſitu planè amœniſſimo, cùm hinc lacu, inde vinetis & civitate incluſus ambiatur locus. Lapis fundamentalis Anno 1625. die 25. Februarii poſtridiè S. Mathiæ Apoſtoli feriâ tertiâ poſt Dominicam ſecundam Quadrageſimæ fuit poſitus cum ſolitâ ſolemnitate, quam ſingulariter exornabant Nobiles Dynaſtæ è viciniâ confluentes frequentiſſimi, à Cellenſibus poſtmodùm inſigni convivio excepti menſæ inſervientibus Senatoribus ad id nominatim delectis. Immenſum totius communitatis Cellenſis gaudium & ingentes applauſus per omnem circumcircà viciniam latiſſimè ſparſit tormentorum curulium ter inter Miſſarum ſolemnia diſploſorum reboatus. Fabricâ ſuis numeris feliciter abſolutâ loci Ordinarius Reverendiſſimus ac Illuſtriſſimus Dominus Dominus Sixtus Wernherus S. R. I. Princeps & Epiſcopus Conſtantienſis &c. Anno 1627. die 3. Octobris Dominicâ decimâ nonâ poſt Pentecoſten pridie S. P. Franciſci novam Eccleſiam & altare majus, poſtridie verò Reverendiſſimus Dominus Suffraganeus Joannes Antonius Epiſcopus Tyberiadis duo altaria minora conſecravit. Sed quod res eſt, aditam Monaſterii poſſeſſionem haud diu quietè tenuêre Capucini : nam Urbe per Ducem Wirtenbergicum Eberhardum III. Suecis confœderatum captâ & hoſtiliter direptâ Lutheranus gubernator cognomine Raw dictus re & nomine religioſis Patribus ſatis crudus ab Illuſt. Domino N. de Pappenheim Colonello itidem Lutherano potenter inductus Capucinis in urbem migrare juſſis ſuperiorâ templi demolitus, inferiora in juſtam valli formam redegit clauſtro penitùs everſo & terris æquato. Pappenheimius brevi poſt mercedem ſcelerato conſilio digniſſimam accepit, nimirùm

Deo vindice plumbo ex arce Hohenſtofflenſe trajectus, dùm Hegoviam fulminis in modum pervadere minaciter fuit auſus. Religioſiſſimos aſcetas itaq; intra civitatem magis latitantes quàm habitantes pax publica Anno 1648. Germaniæ reſtituta ſuæ ſedi reſtituit Sereniſſimo Principe Ferdinando Carolo Archiduce &c. ad conſenſum multis ſupplicibus libellis inclinato; ſiquidem reſtitutio Monaſterii mœnibus adjacentis, munitionem minuere videbatur, quod tamen poſteà ita commodè ſatis ordinatum eſt, ut munitioni magis pro- quàm obfuturum ſperetur. Cœnobium ſummâ celeritate ex collectis eleemoſynis reparatum Anno 1650. Patres Capucini repetiêre novâ Eccleſiâ die 27. Septembris ejuſdem anni à Celſiſſimo ac Reverendisſimo Principe Franciſco Joanne Epiſcopo Conſtantienſi in honorem Deiparæ Virginis & SS. Joſephi Nutritii Chriſti item Georgii Martyris dedicatâ.

CHRISTGARTENSE.

CArtuſianum diœceſis Auguſtanæ Monaſterium in territorio Oetingenſi haud procul Nördlingâ urbe imperiali conſpicuum, quamvis ammodò peſſimè neglectum, & tantùm non omninò ſubverſum, derivatur ab antiquis Illuſtriſſimis Comitibus Oetingenſibus piis admodùm ſacræ Domûs iſtius aliàs *Hortus Chriſti* nuncupari ſolitæ fundatoribus circa annum 1347. inclytis. Duravit autem Cœnobium iſtud & ſub arctiſſimâ RR. PP. Cartuſianorum obſervantiâ ſalvum ac integrum perſtitit usque ad infauſta illa mutatæ religionis tempora, quandò nimirùm peſſimo multorum exemplo etiam ex Comitibus antedictis unus & alter fraudulenter inductus ad hæreſim Lutheranam defecit, ac proîn in odium avitæ religionis genuinis loci poſſeſſoribus ſeu Monachis Cartuſianis iniquiſſimè proſcriptis totum ſui juris fecit Monaſterium hoc Chriſtgartenſe: quod An. 1599. ex ſententiâ ſupremi Dicaſterii Spirenſis in integrum quidem fuiſſet reſtituendum, ſi tamen hujusmodi camerale (uti vocatur) Decretum ad realem usque proceſſiſſet executionem ſolâ potentiæ carentiâ pro tunc ex parte reſtituendorum licet ægerrimè neglectum. Et quamvis poſtmodùm Anno 1630. authoritate Ferdinandi II. Cartuſia hæc adinſtar plurium Eccleſiarum ac Monaſteriorum fuerit omninò recuperata, hæc tamen eadem Anno 1648. denuò perdita hodie Domino fundi purâ heterodoxo Principi Oetingenſi Lutherano per pacta pacis Weſtphalicæ manet in plenam poſſesſionem adjudicata.

❀CONSTANTIENSE

COllegium cathedrale Conſtantienſis (in honorem B. V. Mariæ conſecratæ) Eccleſiæ de Provinciâ Moguntinâ primùm Vindomiſſæ apud Helvetios fundatum ſub annum circiter 640. migravit Conſtantiam ad lacum Podamicum: ubi locorum ſucceſſu temporis progreſſus fecit adeò mirandos & magnos imò maximos, ſiquidem in unâ Conſtantienſi diœceſi totius Germaniæ vaſtisſimâ proîn per potiorem tractum Sueviæ, Helvetiæ, Rhætiæ & partes Rhenanas latisſimè diffuſâ numerati fuerunt aliquandò (circa annum 1435.) Monaſteria 350. Parochiæ 1760. Sacerdotes 7000. & ultrà. Bulla Friderici I. Romanorum Imperatoris de propriis (quos ipſus poſuit Dagobertus magnus Galliarum Rex An. 645. terris defunctus) terminis limitaneis memoratæ diœceſis hujus tota quanta ponitur à Jacobo Manlio in Chronico Conſtant. fol. m. 623. & Jacobo Merck fol. 150. & eſt talis: *In Nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis Fridericus divinâ favente clementiâ Romanorum Imperator Auguſtus deſiderio, quod ad ſublimationem Eccleſiarum & honorem Eccleſiaſticarum perſonarum pertinere cognoſcitur, Imperialem benevolentiam noſtrâ gratuitâ pietate decet annuere, & fidelium noſtrorum petitionibus con-*

gruum

gruum impartiri ſuffragium. Ea propter notum ſit omnibus Chriſti Imperiique noſtri fidelibus, qualiter nos dilectisſimi noſtri Hermanni Conſtantienſis Epiſcopi, indefeſſum fidelitatis obſequium clementer animadvertentes, Eccleſiam Beatæ ſemper Virginis Mariæ, cui, Deo authore, præſidet, tanto præ cæteris ſpecialiùs diligere & amplioribus honoribus ſublimare intendimus, quantò ſtudioſiùs in Republica noſtrâ gubernandâ hactenùs nobis cognoſcitur aſſuiſſe. Decernimus ergò non ſolùm ea noſtris beneficiis decorare, verùm etiam omnia, quæ à ſanctisſimis & glorioſisſimis anteceſſoribus noſtris divæ memoriæ Regibus & Imperatoribus ab omnibus retrò temporibus usque ad nos in poſſesſionibus, in terminis, in immunitatibus, in meatu vel mercatu, & monetâ, in portus telonio, ſeu in cæteris juſtitiis, eidem Eccleſiæ collata ſunt, nos præſentis ſcripti privilegio communimus, & imperiali authoritate corroboramus, inprimis diſtinguentes terminos Parochiæ inter Conſtantienſem Epiſcopatum & cæteros adjacentes, ſicut ab anteceſſore noſtro felicis memoriæ Dagoberto Rege tempore Martiani Conſtantienſis Epiſcopi diſtinctos invenimus, videlicet versùs Orientem inter Conſtantienſem & Auguſtenſem Epiſcopatus, ſicut Itilera fluvius cadit in Danubium, ac deinde usque ad Ulmam villam noſtram: versùs aquilonem verò inter Epiſcopatum Wirzburgenſem & Spirenſem usque ad Marcam Francorum & Alemannorum, ad Occidentem verò per ſilvam Schvvarzvvald in pago Brisgovve inter Argentinenſem Epiſcopatum usque ad fluvium Blechacha, qui dirimit Mordnavv & Brisgavv, inde per decurſum ejusdem aquæ usque ad Rhenum fluvium: inter Baſileenſem verò Epiſcopatum, ubi fluvius prædictus Blechacha cadit in Rhenum, & ſic per ripam Rheni inter præmemoratam ſilvam Schvvarzvvaldenſem usque ad fluvium Ara, ac deinde inter Loſanenſem Epiſcopatum per ripam Aræ usque ad lacum Tunſch, inde ad alpes, per alpes ad fines Rhætiæ Curienſis ad villam Montigel. Termini autem pagelli Biſchoffshorn aliorumque circumquaq; commorantium populorum: hi ſunt à Rheno fluvio inter Legenvveiler & Tribeltingen in Gravvenſtein, ac deinde in medium Falckmos, inde in ſuperius Falckmos, inde in ſuperiorem partem Lutenrieth ac deinde in Sarmos, inde in Butenrieth, inde in Forrenbach, & per Forrenbach, in Comum & ſurſum per Comum usque ad Tutemili, inde ad caſam Regenſridi, inde ad domum Rothandi, inde ad Heimenbach, inde Wagerſchloch ac deinde in Gravvenſtein & inde in Mittenbrunnen, inde in Graben, inde per plateam in occidentali parte ad caſam Wolfvveini, inde ad Annentobel, inde in Gravvenſtein, inde in locum inter Nuheym & Monaſteriolum. Et quia hæc terra his terminis incluſa cenſualis eſt Eccleſiæ Conſtantienſi nulli hominum in prædicto pagello liceat terram emere, vel ullo modo ſibi vendicare ſine permisſione Epiſcopi, exceptis tributariis hominibus ex eodem pagello natis. Prætereà ſunt termini foreſti Arbonenſis ad flumen Salmaſa, inde per decurſum ejusdem aquæ ad flumen Steinacha, inde ad locum Mula, inde ad fluvium Sydronam, inde per decurſum ipſius aquæ usque ad montem Himmelberg, inde ad alpem Sambatenam, inde per Triſtum usque ad Rhenum, ubi in vertice rupis ſimilitudo Lunæ juſſu Dagoberti Regis ipſo præſente ſculpta cernitur ad diſcernendos terminos Burgundiæ & Curienſis Rhætiæ, inde per medium Rhenum usque in lacum, inde ad Gemundas ad prædictum fluvium Salmaſa. Poſſesſiones verò ſupradictæ Eccleſiæ propriis duximus vocabulis exprimendas, videlicet Abbatia Petershuſenſis, Abbatia S. Udalrici, Abbatia Sanctæ Mariæ in Avva, Abbatia Wagenhauſen, Cœnobium in Monaſteriolo, Præpoſitura in Biſchoffs-Cella, Præpoſitura S. Stephani, itemque Præpoſituræ cenſuales Bolla & Sindelfingen, quarum cenſus ad uſus Canonicos ſpectant, Præpoſitura Oeningen, quam nos hæreditario jure ad nos transmiſſam Eccleſiæ Conſtantienſi tradidimus, cujus advocatiam denuò de manu Epiſcopi recipientes ſpopondimus, quòd nullius ſubadvocati diſtrictui ſubjaceat curtis in Horma, curtis in Arbona cum Eccleſiâ parochiali, curtis in Biſchoffzellâ, curtis in villa Berga cum Capella, curtis in Tegenvvilâ cum Eccleſiâ, curtis in Wiſendanga cum Eccleſiâ, curtis in Wintherthurâ cum Eccleſiâ, curtis in Stadelhofen, curtis in Hormâ cum Eccleſiâ, curtis in Bollingâ cum Eccleſiâ, curtis in Steuſſlingen cum Eccleſiâ, curtis in Lauffen cum Eccleſiâ, curtis in Nunkirchen cum Eccleſiâ, Eccleſia in Sippling, curtis in Sernatingen cum Capella, curtis in Podama cum Eccleſiâ, curtis Lutzelchau cum Eccleſiâ, curtis in Muren cum Eccleſiâ. Has prædictas poſſesſiones ad dominical Epiſcopi adhuc liberè pertinentes aliasqu

complures in beneficiatas, quas præſens pagina capere non poteſt, privilegiis anteceſſorum noſtrorum innotatas ſæpedictæ Eccleſiæ & Epiſcopo confirmamus. Specialiter autem poſſeſſiones ad uſus Canonicorum pertinentes ſubnotari fecimus. Curtim in Pfina cum Eccleſiâ, curtim in Wigoltingen cum Eccleſiâ, curtim in Marſtetten cum Eccleſiâ, curtim in Altenovvâ cum Eccleſiâ, curtim in Richenbach longo, curtim in Richenbach minori, curtim in Egenâ, curtim in Mictelo, videlicet totum, quod Eberhardus illic viſus eſt habere in Eccleſiâ Wartbuhel præter caſtrum, curtim in Guſſing cum Eccleſiâ, curtim in Richaſala cum Eccleſiâ, Capellam in Walvvis, Eccleſiam in Goldbach cum vineâ ad uſum luminarium, curtim in Stetten cum Eccleſiâ, curtim in Tagedarsdorff cum Capellâ, curtim in Turring cum medietate Eccleſiæ & decimarum, curtim in Siſſing cum Eccleſiâ, curtim in Balan cum Capellâ, curtim in Huſen, Eccleſiam cum decimis & curte in Sachspach, curtim in Bugging cum Eccleſiâ, curtim in Oachaym, curtim in Oringen, curtim dominicalem cum Hoſpitali in Columbariâ in Rhætiâ Curienſi, curtim Humenes, curtim in Amedes, curtim in Montanis Burch cum Eccleſiâ. Has alias fratrum poſſeſſiones tam privatas quàm communes nulli perſonæ jure beneficii poſſidere præter ipſos concedimus adjicientes, ut curtes clauſtrales eorundem Canonicorum nullus temerè ingredi vel homines per aliquam juſtitiam diſtringendi præter Epiſcopum poteſtatem habeat. Quod, qui præſumpſerit, eidem pœnæ, quam invaſores Palatii noſtri promeruerunt, ſubjaceat. Præterea omne jus foreſti in Hori à Proavo noſtro Imperatore Henrico tempore Rumaldi Conſtantienſis Epiſcopi ex conſenſu Ulrici Augienſis Abbatis aliorumq; prædia vel beneficia illic habentium ſupradictæ Eccleſiæ collatum, jure perpetuo confirmamus, ut nullus illic venandi habeat poteſtatem ſine permiſſione Epiſcopi.

Hi autem ſunt termini foreſti à villâ Egoltingen uſque ad ortum fluminis Murgæ, & flumen deorſum uſque ad vadum, quod eſt in villâ Rulaſſingen, & ſiniſtrorſum per plateam uſque Ranesheym in fluvium Bibara, & per illam deorſum uſque in Rhenum, & per Rhenum ſurſum uſque in lacum Augenſem, & in circuitu laci ad villam Oeningen, & inde ad Kaſſenhorn, inde ad Wangen, inde Hemmenhofen, inde Gegenhofen, inde Horne, ac deinde per circuitum Laci uſque vero, ubi fluvius ſecus Ratolfi Cellam influit lacum, & deinde per eundem fluvium ſurſum uſque ad lacum Egelſee, ac deinde ad pontem Wallenbrugg, & per fluvium ſurſum uſque ad villam Stalringen, & inde ſiniſtrorſum per plateam, quæ ducit Walevvis in fluvium Simelſee, & ſurſum per fluvium uſque ad ſupradictam villam Eggoltingen. Decernimus itaque & ſub obtentu Imperialis gratiæ noſtræ præcipimus, ne aliquis hominum in poſſeſſiones ſuprà memoratæ Eccleſiæ Conſtantienſis tam in beneficiatas quàm liberas, nec non ad eas, quæ ad uſus Monaſteriorum ſeu Eccleſiarum ad Epiſcopatum pertinentium, vel in homines eorum judicandi aut diſtinguendi præter Epiſcopum & ipſius advocatum aliquam poteſtatem habeat. Removentes omninò jam ſæpiùs ab judicatam ſubadvocatorum omnium deteſtandam exactionem. Adhæc ſtatuimus, ut nec nos, nec aliquis ſucceſſorum noſtrorum Regum ſeu Imperatorum lacum Conſtantienſem adeat, vel ſtatuta ſervitia exigat, niſi vocatus ab Epiſcopo vel orationis cauſa, vel itineris neceſſitate veniat, quod à prædeceſſoribus noſtris eidem loco collatum eſſe conſtat. Cæterùm ſi quæ perſona contra hujuſmodi noſtrum confirmationis præceptum temerè venire, vel aliquo ingenio infringere præſumpſerit, Banno noſtro imperiali ſubjaceat, & mille libras auri puriſſimi componat, medietatem Cameræ noſtræ & medietatem prædictæ Eccleſiæ & Epiſcopo perſolvat. Et ut hoc ratum & inconvulſum omni ævo permaneat, præſentem inde paginam conſcribi juſſimus, & ſigillo noſtro aureo inſignivimus, adhibitis idoneis teſtibus, quorum hæc ſunt nomina: Conradus Auguſtenſis Epiſcopus, Conradus Wormatienſis Epiſcopus, Frideloch Augienſis Abbas, Wernherus Abbas S. Galli, Adelbertus Campidonenſis, Welfo Dux, Berchtoldus Dux Burgundiæ, Conradus Dux frater Imperatoris, Hermannus Marchio de Baden, Rudolfus Comes de Ramesberg, Humbertus Comes de Lenzenburg & frater ejus Comes Ulricus, Eberhardus Comes de Nellenburg, Kugenburg (Kyburg) & frater ejus, Adelbrechtus Comes de Dilingen, & alii complures. Signum Domini Friderici Romanorum Imperatoris Auguſti. Ego Arnoldus Moguntinæ Sedis Archiepiſcopus & Archi-Cancellarius recognovi. Data Conſtantiæ Anno Dominicæ Incarnationis milleſimo, centeſimo, quinquageſimo quinto, Indictione quartâ V. Calendas Se-

das Septembris, regnante Domino Friderico Romanorum Imperatore Auguſto, Anno regiminis ejus quarto, Imperii verò primo, actum in Chriſto feliciter. Amen.

Noſtris etiamnùm temporibus Conſtantienſis Epiſcopatus ſub ter venerando ac digniſſimo Capite ſuo ſeu ſummo Rectore, qui eſt Celſiſſimus ac Reverendiſſimus Princeps ac Dominus Dominus Marquardus Rudolphus ex liberis Baronibus à Rodt S. R. J. Princeps & Epiſcopus Conſtantienſis Augiæ Divitis & Oeningæ Dominus electus Anno 1680. die 14. Aprilis inter omnes totius Germaniæ vaſtiſſimus, amplisſimus, regno ſimilior eſt, quàm Diœceſi, & quidem Regnorum non minimo, ut quæ etiam regna, nec regnis minores Provincias complectatur Sueviam atque Helvetiam, quas etſi non omninò ex toto contineat, maximam tamen partem, & quantum id ſit, magnitudine non paucis regnis ampliùs comprobetur. Alemanniam propriè dictam modicisſimâ demptâ parte, quæ proxima Vindeliciæ eſt, totam habet, Sueviæ multò maximam portionem, & pauca ſunt, quæ ad integritatem totius Helvetiæ deſideres. Certè & Alemanni & Suevi Reges habuere, habuiſſent & Helvetii, ſi unquàm ferre Dominos potuiſſent, etſi ferrent ſemper etiam ignorantes, dummodò abſtinerent nomine Regum & Dominorum. Ita ferè Gab. Bucelinus in ſuâ Conſtantiæ ſacræ & profanæ deſcriptione Anno 1668. typis Francofurdienſibus editâ, fol. 9. & ſeqq. ubi etiam latisſimam affert totius diœceſis iſtius deſcriptionem.

❋CONSRANTIENSE.

ALterum ſecularium itidem Canonicorum Collegium inter muros Conſtantienſes poſt recenſitum cathedrale dignitate proximum ac facilè præcipuum cum propriâ ſuâ (quæ parochialis etiam eſt) Eccleſiâ S. Stephani nuncupatum. Hoc in territorio ſuo & pago Sulmonſach ad lacum Acronianum prope Roſchach oppidum ex propriis locis paternâ hæreditate ſibi relictis primò fundavit & inſtituit quidam antedictæ cathedralis Eccleſiæ Canonicus, qui poſtmodùm anno 831. ad mitram Conſtantienſem promotus Salomon hujus nominis tertius, ordine verò ſucceſſionis viceſimus tertius, totam hanc fundationem ſuam deportari fecit in ipſam urbem Conſtantienſem ad Eccleſiam S. Nicolai, ubi Collegium iſtud ſub titulo & patrocinio S. Stephani Protomartyris hodiedùm floret, habetque pro nunc Præpoſitum & Canonicos novem: quorum tamen numerus fortè nondum exiſtit undequaque completus. Porrò eandem hanc S. Stephani Conſtantienſem Eccleſiam ſingulari favore & amore ſemper proſecutus fuiſſe laudatur Theodericus Epiſcopus Conſtantienſis numero triceſimus quartus: qui in eâdem ſibi tumulum elegit: qui quoque poſt fata ſua corporaliter immigravit anno gratiæ 1551. ordinationis verò ſuæ quarto, ſpecialiter etiam in id commendatus à Jacobo Manlio in Chronico Conſtantienſi fol. 665. & Jacobo Merck in pari Chronico fol. 112.

❋CONSTANTIENSE.

TErtium tale Canonicum apud Conſtantienſes Collegium eſt S. Joannis noſtris itidem temporibus inclytum. Numerus Præbendarum illius ab antiquo duodenarius eſt, quamvis pro nunc haud undequaque (ut audio) completus; habet tamen iſtud Præpoſitum omninò peculiarem, qui hodie eſt Celſisſimi ac Reverendisſimi Principis & Epiſcopi Conſtantienſis Conſiliarius & officialis clarisſimus vir Reverendisſimus ac Prænobilis Dominus Joannes Plan SS. Theologiæ Doctor, idem Conſtantienſis Eccleſiæ Cathedralis Decanus &c. Fundavit autem & de propriis impenſis ſuis liberalisſimè dotatam hanc S. Joannis Apoſtoli & Evangeliſtæ Eccleſiam in ſalutem ſubditorum ſuorum ut parochialem (qualis etiamnùm in urbe Conſtantienſi ſimul eſt) inſtituit S. Conradus Epiſcopus antedictus in officio paſtorali decurrente ſeculo decimo

præcipuus. Poſterioribus annis eadem ipſa novis juribus, privilegiis & redditibus ampliùs adaucta magisque nobilitata in Collegiatam evaſit teſte Jacobo Merck citato fol. 63.

CONSTANTIENSE.

MOnaſterium Ordinis S. Benedicti vulgò *Scotorum* appellari ſolitum Hermannus hujus nominis primus ex Baronibus de Arbon EpiſcopusConſtantienſis Anno 1150. extra muros urbis Conſtantienſis pro Monachis Scotis conclauſtrum hoc vel omninò novum condidit, vel egregiè ſaltem reſtauratum opimis redditibus locupletavit: de quo legi poterit Bruſchius de Epiſc. Germaniæ tom. 1. cap. 4. tùm etiam Jacobus Merck in Chronico Conſtantienſi, ſed vel maximè Jacobus Maulius editionis Piſtorianæ fol. 668. ubi ſic habet: *quamvis apud nonnullos dubium ſit, an ipſe* (Hermannus) *Monaſterium ad Scotos fundârit vel non, non eſt tamen dubium, quin imò religioſos ex Scotiâ pro divinis officiis continuandis illuc deputando, largas, quoad vixerit, adjutrices manus iisdem præbuit.* Vertentibus annis authoritas & magnificentia Cœnobii hujus adeò potenter increvit, ut Abbas illius liberis & immediatis Statibus Imperii in Circulo Suevico poſitis annumeratus fuerit; quod probè conſtat ex Matriculâ de anno 1531. coordinatâ, eâque apud Cruſium in Annalibus Sueviæ part. 3. lib. 11. cap. 7. plenisſimè notata, & quota illius, ſeu quantum (uti vocamus) matriculare expresſis verbis definitur: quod tamen ipſum Cœnobium poſteris annis Lutheranâ hæreſi pasſim invalente plusquam fortiter infeſtatum & ſacrilegè ſpoliatum triſti nimiùm fato culpâ non ſuâ penitisſimè defecit & interiit.

✠ CONSTANTIENSE

EXimium hodie Fratrum Prædicatorum Ordinis S. Dominici Monaſterium, de ortu & progreſſu ſuo vel breviter annotatum legitur à Bruſchio cent. 1. de Monaſt. German. fol. m. 99. in hæc verba: *Ex hujus* (Petruſiani de Ordine S. Benedicti propè Conſtantiam) *Cœnobii adverſo ferè eſt intra mœnia Conſtantienſis civitatis ad lacum Acronium aut in ipſo potiùs lacu ſitum Ordinis Prædicatorum amplisſimum Cœnobium, quod Anno 1537. à S. P. Q. Urbis* (recèns pro tunc novum dogma Lutheranum amplexæ) *in Xenodochium converſum eſt; id etſi ex mendicitate initio cœperit Anno Domini 1235. tamen poſteà liberaliter donatum eſt à Joanne de Ravenſpurg Equite aurato annum Chriſti circiter 1250. Is illic disſidio & divortio priùs inter ſe & conjugem ſuam religionis ergò facto Monaſticem profeſſus, tandem ibidem mortuus & humatus eſt. Conjux ejus Domina Guta de Angelburg conſenſu mariti arcem ſuam avitam Auſtregum ad hoc ipſum concedentis Cœnobium prope Buchornam conſtruens idipſum ingreſſa ejusdemque prima gubernatrix & Prioriſſa deſignata legitur.*

Anno 1527. Conventus FF. Prædicatorum iſtorum (novâ hæreſi Lutheranâ antedictâ Conſtantienſem urbem admodùm infeſtante) cum reliquo Clero exulare coactus denuò tamen in integrum reſtitutus fuit, & ad nativum Monaſterium ſuum admiſſus; de quo ſingularem quoque mentionem facit Felix Faber ejusdem Ordinis in Monaſterio Ulmenſi ſub finem ſeculi decimi quinti officio Prioris dignisſimè perfunctus in ſuâ Hiſtoriâ Suevorum lib. 1. cap. 14. vel breviter ita ſcribens: *Anno Domini 1346. reducti fuerunt in Conſtantiam Fratres Prædicatores per Epiſcopum* (Udalricum hujus nominis tertium, ordine verò ſucceſſionis quinquageſimum ſextum) *qui propter Interdictum ſex annis exulaverant, & in Diſenhofen* (Dominicano itidem Monaſterio Conſtantienſis quoque diœceſis ad fluenta Rheni in Turgoviâ conſpicuo, hoc tamen fœminino) *deguerant* (*aliqui autem in Conventu profanantes remanſerant*) *& cum*

tum Conventum intrâſſent, in ſequeſtrato loco habitabant, quia profanare nolebant, ſicque una pars fratrum tenuit Interdictum, alia pars violavit, quæ tamen minor pars erat.

Etiam Gabriel Bucelinus ſpecialem ſacri domicilii hujus mentionem facit, dùm in ſuâ Conſtantiâ ſacrâ & profanâ fol. 7. de eodem vel paucula hæc depromit: *Monaſterium Ordinis Prædicatorum loco ad miraculum eleganti, ſed & naturâ munitisſimo & de induſtria ſitum eſt Rheno circùm undique affluente. Amplum eſt, atque in mare Potamicum proſpectu, ut vix ſatiari oculis queat. Templum magnificum habet, in eoque altare Pſalterii cum Deiparæ ſtatuâ gratioſâ, cultu piorum cultisſimè exornata, quæ magno concurſu civium & exterorum frequentatur. In eo, alios inter ſpectatisſimæ vitæ aſcetas vixit ſanctisſimè lucidisſimum illud Conſtantiæ ſidus B. Henricus aliàs Amandus Suſo vir planè mirificus, Deo & Deiparæ unicè charus,* (idem demùm in ſuo ſuique Ordinis Monaſterio Ulmenſi ſub annum 1365. die 25. Januarii cœlis receptus) *cujus non tam ingenii monimenta, quàm divina dictata ab ipſo ſcripta paſſim extant, lapides & duriora lapidibus corda emollire valentia.*

Hodie Dominicanum iſtud Cœnobium habere cernitur templum adeò magnificum, in eoque altare Pſalterii Mariani cum Deiparæ Statuâ gratioſâ, cultu piorum cultisſimè exornata, ut magno concurſu civium & exterorum indies frequentetur.

❀ CONSTANTIENSE

Monaſterium Ordinis Eremitarum S. Auguſtini, quod hodiedùm intra muros Conſtantienſes antiquis poſſeſſoribus ſuis ſalvum conſiſtit & integrum, quocumque demùm authore primitùs exortum eſt Anno 1284. Moderni clauſuræ hujus Auguſtinianæ inquilini vetuſtioribus tabulis injuriâ temporum an calumniis hæreticorum jam pridem exuti bonâ fide credunt & ſimpliciter adſtruunt primam loci hujus fundationem meris conſtitiſſe Fratrum patrimoniis ac fidelium eleemoſynis gratuitò collatis. Alicubi legimus annotatum Patres poſt ſolutum Anno 1418. Conſtantienſe Concilium Oecumenicum ad Auguſtinianum hoc templum inſimul digreſſos debitisſimas Deo perſolviſſe gratias. Item Illuſt. Dominum Süncherum Comitem Schwarzenburgenſem prætacto Anno pridie Calendas Maji Conſtantiæ terris defunctum in Choro templi hujus Auguſtiniani condigno honore fuiſſe reconditum perhibet Hiſtoria ejusdem Concilii Germanicè deſcripta fol. m. 74. Habet autem Cœnobium iſtud de Ordine Auguſtiniano templum ſatis elegans, in eoque Deiparæ ſtatuam tempore obſidionis Suecicæ multis gratiis illuſtratam & comprobatam, quam grati hucusque cives haud meritò magnâ devotione conſalutant.

❀ CONSTANTIENSE

Monaſterium Ordinis Minorum, quod RR. PP. Conventuales hodiedùm incolunt, Anno 1250. fuiſſe fundatum refert Zeillerus in Topographiâ Sueviæ fol. 52. De multiplici numero præſtantisſimorum ſacræ Seraphicæ religionis virorum tempore Concilii Conſtantienſis in Cœnobio hoc ſimul conſiſtentium vide, ſi placet, Fortunatum Hueber in Chronico Franciſcano fol. 184. & ſeqq. Anno 1517. die 26. Septembris Reverendisſimus ac Illuſtrisſimus Dominus Dominus Franciſcus S. R. E. Cardinalis Florentinus in eodem Concilio terreſtrem mortalitatem exutus in Choro templi Franciſcani iſtius maximo honore fuiſſe repoſitus legitur in ante citatâ hiſtoriâ Germanicâ fol. 51. Porrò *Monaſterium hoc* (inquit Bucelinus antè citatus fol. 7.) *Patrum Franciſcanorum, versùs occidentalem urbis portam intra & propè mœnia ſitum magnum occupat ſpatium, olim Religioſis frequentisſimum haud contemnenda Germaniæ luminaria edidit. Templum ſatis amplum & elegans habet; ſepultu-*

pulturâ Equeſtris & Patritii Ordinis hominum olim celeberrimum. Sepulturas Nobiliſſimarum familiarum plurimas quoquè habet, etſi monimenta plurium cum tempore ſeu attrita ſeu corrupta & temporum injuriâ everſa ſint; familiæ à Rockwil inprimis & Montpratiæ à Spiegelberg: Blarerorum à Girſperg & Wartenſee aliorumque; hodie Trittiorum eleganti Sacello, & Dietrichiorum à Landſee, Capellâ ſimiliter cultiſſimâ omnibusque neceſſariis ornamentis inſtructiſſima nitet; cujus Ara tabula Archiducis Leopoldi donum, plauſum in Eccleſiâ præcipuum meretur, à Georgio Dietrich Cathedrali Decano, Electo quondam Curienſi Epiſcopo acceptum, quod à morte ejus mæſtiſſimus Dominus parens Wilhelmus novo quamprimùm condito à ſe ſacello deſtinavit, omnium à plateâ ocurrentium obtutibus objectum, magnum omninò illicium oculorum. Extat & propè ſacellum idem, eleganti exciſa lampade tota prædicti Domini liberorum poſteritas, perſpectivo, ut vocant, opere expreſſa, ita, ut vivum repræſentari plerique videantur. Triclinium quoddam ampliſſimum habet, in quo ſæpiùs Conventus Ordinis celebrati ſunt. In Eccleſiâ inter alia ſpectatur tabula Ezechielis vaticinantis, & oſſa arida reſuſcitantis, inſigne Membergeri opus, quod quò diutiùs contempleris, tantò magis afficiaris & rapiaris.

❋CONSTANTIENSE

VEnerabile Collegium Societatis Jeſu hodie ſplendidiſſimum extat à principio ferè hujus decurrentis ſeculi noſtri decimi ſeptimi, ejusque originem ſimpliciter enarrat Jacobus Merck ſæpecitatus fol. 359. in Joanne Georgio ab Halweil 81. Epiſcopo Conſtantienſi ſub his verbis: Unter der Regierung diſes Biſchoffs hat angefangen das lobliche Collegium der Ehrwürdigen Vättern der Societat JESU; alſo und dergeſtalt / daß diſes Collegium aus gemeinen Allmuſen / das Gymnaſium aber aus Freygebigkeit und Koſten der adelichen Ritterſchafft erbauet / und ſo wohl gemeinnutzlich als anſehentlich auffgerichtet worden. Geſſit autem laudatiſſimè paſtorale munus ſuum primarius dictæ fundationis author & promotor glorioſus antiſtes iſte Joannes Georgius *ſanctioris vitæ* (qualiter de ipſo disertè pronuntiat Gabriel Bucelinus in Catalogo Epiſcoporum Conſtant. Germaniæ ſacræ inſerto part. 1. fol. 6.) *Epiſcopus & Beatiſſimæ Mariæ Virginis ſtudioſiſſimus, ſpeculum Epiſcoporum poſtremæ ætatis futurus longiori vitâ digniſſimus* annis ferè tribus, cùm certâ ſanctitatis notâ cœlis receptus Anno 1603. Sed audiamus hic iterum Gab. Bucelinum citato loco fol. 8. de hoc bellè differentem prout ſequitur: *Collegium RR. Patrum Societatis, ſitu longè curioſiſſimo elegantiſſimum, totum ſecundùm longitudinem & latitudinem proſpectat mare Acronium, ſed & emergentem ex illo Rhenum, relictis quibuscunque ſordibus purgatiſſimum ac lympidiſſimum, congeminatis eò loci, ſereno cœlo matutinis deliciis & illiciis, cum dupliciter Phœbus & aurora, cœlo & aquis conſurgere ſimulque & advolare, & adnatare videantur, Sueviamque hinc inde Helvetiam illuſtrare & recreare. Templum iidem Patres inſigni ſtructurâ habent, in eoque tabulas aliquot Membergeri, juxtà S. Ignatii geſta, ingenium & artem perenniter celebraturas. Sed & Sculptoribus per totam Baſilicam artis præconia, ceu vivæ loquuntur Crucifixorum plurium Martyrum juſtâ ſtaturâ ſtatuæ, ut nihil de altaribus & reliquo templi ornatu memoremus.*

❋CONSTANTIENSE

HÆreſi Lutheranæ jam ſuperiori durante ſeculo, ut in plures Germaniæ civitates, ita & inCōſtantienſem ſæviſſimè debacchatæ radicitùs evellendæ RR. PP. Capucinos deſtinare ſeu potiùs adhibere cupidiſſimus, utpotè meriſſimo orthodoxæ religionis zelo ſuccenſus Conſtantienſis Cathedralis Eccleſiæ Canonicus ac Præpoſitus Rev. ac Illuſt. Dom. Dom. Jacobus ex generoſâ Fuggerorum Baronum (hodie S.R.I. Comitum) Kirchbergenſium & Weiſſenhornienſium progenitus, pro conceptâ hâc intentione ſuâ omnimodè facilitandâ in coadju-

coadjutorem ſeu potiùs fautorem & Patronum Opt. Max. adſcivit ſibi Reverendiſſ. itidem ac Illuſtriſſ. Dominum Dominum Joannem ex Comitibus Turrianis Epiſcopum Vigilienſem in Apuliâ: cum quo mox pro licentiâ dictosPatres Capucinos Conſtantiæ recipiendi à Celſiſſimo Regimine Auſtriaco-Oenipontano condonandâ proprias eò direxit litteras: quæ facilè prævaluerunt, & ſic unitim faciliùs obtinuerunt facultatem, conditione tamen juxtà poſitâ, dummodò facultas hæc non adverſaretur Oppidanis Conſtantienſibus: quorũ Senatus per Prænobilem D. Maximilianum Schenck à Stauffenberg Sereniſſimi Dominii in Urbe Commendatorem deſuper conventus libenter omninò conſenſit, & libentiùs audito Cœnobium ex ſolius altefati Domini Præpoſiti ſumptibus ſtatutum. Urbis aſſenſum Sereniſſimus Archidux Maximilianus Auſtriacus per gratioſum reſcriptum ad memoratum D. Schenckium Conſtantiæ gubernatorem emiſſis de dato 4. Octobris Anno 1602.

Porrò ne qualecunque tandem obſtaculum, ardentiſſimum Reverendisſimi D. Præpoſiti remoraretur zelum, pontificiam etiam authoritatem pro fundando Capucinis Monaſterio ipſe ſollicitavit, & feliciter: Ecce enim Apoſtolici diplomatis deſuper exarati copiam: *Clemens Papa VIII. Dilecte fili Salutem & Apoſtolicam Benedictionem. Jam pridem nota eſt nobis virtus tua & zelus Catholicæ Religionis & ſtudium ardens ad omnia pietatis opera pro tuo virili animo promovenda,quibus & Dei cultus augetur & Chriſti fidelium devotio incenditur, & denique multarum animarum ſaluti optimè conſulitur. Quare non mediocri cum voluptate accepimus, te, quòd complures jam annos procurare non deſtitiſti, nimirùm ut ſervi Dei fratres Minores Ordinis S. Franciſci Capucini nuncupati, jam tandem Dei benignitate eſſe conſecutum, & ex publico Senatûs iſtius conſenſu ac decreto tibi conceſſum eſſe, ut tuis impenſis domum & Conventum extruas, Eccleſiam ædifices, ſacram ſupellectilem appares, & denique Religioſos illos introducas, qui Deo altiſſimo divinis officiis celebrandis, & omnibus eorum regularibus inſtitutis piè obeundis aſſiduè ſerviant. Illudque inprimis nobis jucundum fuit jam ante non multos dies ut audimus ſalutiferæ Crucis vexillum à Venerabili noſtro fratre Epiſcopo ejusdem civitatis benedictum, ac Clero, Senatu & populo comitantibus ritu ſolemni fixum atque erectum eſſe eo in loco, ubi Eccleſia & Domus Capucinorum eſt ædificanda. Laudamus fili pietatem tuam, & Civitati iſti gratulamur, quòd fideles illos Vineæ Domini Operarios ſit brevi habitura, qui ubique bonus Chriſti odor ſunt. Sed quia opera Dei diligenti ſedulitate ſunt urgenda, propterea te in Domino hortamur, ut quod piè inchoâſti, quamprimùm Deo juvante perficias, neque ullis difficultatibus deterrearis, ſi quas forſitan Sathanas objiciat malorum omnium Architectus, aut ii moliantur, qui errorum tenebris miſerè obcæcati opera lucis libenter impediunt. Tibi quidem, ut confidimus, idem Epiſcopus pro ſuo divini honoris zelo, bonique omnes adjumento erunt; & Deus ipſe, cujus gloriam quæris, tecum erit. Tu ergò eſto forti animo, & pro tuo loco & officio perge cauſam Dei adjuvare, ut is tibi divinæ gratiæ abundantiam in viâ, & præmia in patriâ ſempiternâ largiatur. Datum Romæ apud S. Petrum ſub annulo Piſcatoris die 16. Martii 1603. Pontificatûs noſtri Anno duodecimo.*

Sylvius Antonius Cardinalis.

Eodem Anno loci Ordinarius Reverendisſimus ac Illuſtrisſimus Dominus Dominus Joannes Georgius S. R. J. Princeps & Epiſcopus Conſtantienſis jam priùs ab Admodùm Reverendo Patre Antonio à Canobio Miniſtro Provinciali ſæpedictos PP. Capucinos Conſtantiam admittere humillimè rogatus & exoratus die 2. Januarii in vaſtâ (quam foſſæ valliſque civitatis contiguam ex amœnitate loci *Paradiſum* appellant) planitie ad latus meridionale ſpecialiter delectâ Crucem de more ſolemniter benedicit; eamque ſublimari facit fundamentalem inde die 12. Aprilis immittens lapidem: cui ſæpefatus Reverendisſimus D. Præpoſitus nummum aureum incluſit & laminam argenteam talibus litteris inſcriptam: *Ponente primum fundamentalem lapidem Joanne Georgio ex Prænobili familiâ Hallvillanâ Epiſcopo Conſtantienſe, Domino Augiæ majoris &c. &c. Ex Antonio Nepos, Joannis & Conjugis Eliſabethæ Nothäfftin filius, inter fratres Marcum & Chriſtophorum natu minimus Jacobus Fugger Liber Baro à Kirchberg & Weiſſenhorn cathedralis Eccleſiæ Conſtantienſis Præpoſitus &c. In honorem Præpo-*

rentis Dei & S. Jacobi Apoſtoli Seraphico Ordini S. Franciſci vulgò Capucinis hoc Monaſterium propriis ſumptibus exædificari fecit regnantibus Clemente VIII. & Rudolpho II. Rom. Imp. ſemper Auguſto, Civitatis Conſtantienſis ſummo Capitaneo Præfecto Maximiliano Schenck à Stauffenberg S. Cæſ. Majeſt. & Sereniſſimæ Domûs Auſtriacæ Conſiliario. Anno 1603. die Aprilis 12.

Anno proximè ſeq. tùm eximio Domini fundatoris zelo, tùm ſingulari operariorum ſtudio & labore totum Monaſterium ſecundùm ſtructuras ſuas omnimodè completum & abſolutum, congruâ inſuper ſupellectile ſacrâ & inſigni Bibliothecâ à ſe donatum idem fundator recèns in demortui Conſtantienſis Epiſcopi locum pro meritis digniſſimè ſuffectus die 19. Septembris cum novâ Eccleſiâ in honorem B. Virginis Mariæ conſecravit: in quâ poſtmodum Anno 1623. die 6. Feb. rebus humanis exemptus etiam tumulum accepit ſub hâc epigraphe marmori inſcriptâ: *Jacobus Epiſcopus Conſtantienſis Dominus Augiæ majoris & Oeningæ &c. Hæc requies mea, hîc habitabo, quoniam elegi eam. Hîc Deo & Patribus Capucinis condidi habitaculum, mihi tumulum. Illatus ſum in Sepulchrum Patrum meorum. Nemo invideat requiem inter electos. Elegi ipſe abjectus eſſe in hâc domo Domini &c.*

Anno 1633. cum Gothica Bellona terroribus omnia compleret, Conſtantienſes ex Guſtavi Hornii Suecici Generalis obſidione quamvis irritâ oppidò conſternati, ſecuritati ſuæ de meliori providere volentes, Monaſterium Capucinorum utpotè munimentis propè nimis adſitum & magis oppugnantibus quàm obſeſſis ſeu propugnantibus oportunum deſtruere & complanare decreverunt. Cui decreto Patres Capucini deferentes domicilium ſuum intra ipſam civitatem tranſtulerunt An. 1638. Ex ruderibus prioris Monaſterii Anno 1647. octavo Calendas Martii diruti, alterum in ſuburbio, uti vocatur, Creuzlingano, ſequenti Anno reſurgere cœpit, & concurrente piorum eleemoſynâ & operâ brevi abſolutum. Templum verò ipſo Seraphico Patri S. Franciſco Anno 1649. à Celſiſſimo ac Reverendiſſimo Principe & Epiſcopo Franciſco Joanne conſecratum fuit. Lamina argentea in fundatione prioris clauſtri angulari lapidi indita in ædificatione ſecundi rurſum uſurpata, cum hâc tamen inſcriptione ex alterâ parte incisâ: *Monaſterium, quod piiſſimæ memoriæ Reverendiſſimi ac Illuſtriſſimi Principis DD. Jacobi Epiſcopi Conſtantienſis liberalitate exædificatum Anno 1603. in agro ſuburbano Conſtantiæ, quem Paradiſum vocant; ne periclitanti civitati foret interitui, imminentibus armis Gallo-Suecicis demolitum eſt Anno 1647. octavo Cal. Martii hoc in loco ſuburbii Creuzlingani reſurgere cœpit Anno Domini 1648. decimo quarto Calendas Aprilis Sacra peragente Illuſtriſſimo ac Reverendiſſimo Principe ac DD. Franciſco Joanne ex Prænobili familiâ de Prasberg Epiſcopo Conſtantienſe. Regnantibus S. D. N. Innocentio PP. X. Imperatore Ferdinando III. ſemper Auguſto Civitatis Conſtantienſis militiæque Præfecto D. Joanne Gaudentio à Roſt. Conſulibus D. Jacobo Lanz, D. Conrado Guldinaſt, Promotoribus D. Michaele Guldinaſt, & D. Henrico Sutero. Aſpira dulciſſime Jeſu! adeſto Maria!*

Ex Benefactoribus pro ſtructurâ contribuentibus primarius fuit Nobilis Dominus Jodocus Mumbrot à Spieglberg, & ejusdem conjunx Margareta à Schwarzach, qui cùm illiberi eſſent, Capucinos per legitimum teſtamentum ex aſſe hæredes dixerunt, in effectum, ut ex eorum bonis Monaſterium reſtauraretur, vel novum erigeretur.

Sereniſſima Archiduciſſa Claudia Oeniponti nomine & loco liberorum ſuorum adhuc minorennium anterioris, ut vocant, Auſtriæ ditionum omnium habenas moderata ſtructuræ melius promovendæ ſtrenuè quoque fovit, admonendo & inclinando Conſtantienſes ad alium quendam fundum commodè ſubſtituendum pro eo, quem priori dejecto Monaſterio ceſſerant Capucini: quibus etiam clementia Sereniſſimi Principis Ferdinandi Caroli Archiducis Auſtriæ liberaliter affulſit, gratioſiſſimè conſentiendo ac plurimum promovendo fabricam ſæpius memoratam.

Conſtan-

❀CONSTANTIENSE.

MOdò verò temporibus noſtris *Veldbachenſe* dictum fœminini ſexûs Cœnobium primùm intra muros Conſtantienſes pro Monialibus Benedictinis (quocunque demùm authore) conditum, atque olim inclytæ Congregationi Cluniacenſi connumeratum proin Bibliothecæ Cluniacenſium fol. 1742. ſub his verbis *Prioratus de Verpaco* (Veldachio) *Conſtantienſis diœceſis, ubi debent eſſe Priore computato tres Monachi & viginti quatuor Moniales*, inſertum, poſterioribus annis non ſolùm à priori loco, ſed & à primævo Ordine ſuo fuit translatum, ex quo tamen usque modò floret teſtimonio Caſpari Lang Theologi ac Protonotarii Apoſtolici ruralis Capituli Steckbornenſis apud Helvetios in Turgoviâ Decani & Parochi in Frawenfeld in Tractatu Hiſtoriſch-Theologiſcher Grund-Rüß aus der alt- und jeweiligen Welt intitulato tom. 1. lib. 2. cap. 15. art. 1. §. 8. taliter adornato: Vor Zeiten ware Veldbach ein adeliche Burg und adelich Lehen der Herren von Klingen / und ware bey dieſer Burg ſelbige uhralte Capell / welche der heylige Biſchoff Conradus ſelbſten / und zwar zu Ehren S. Nicolai des heyligen Biſchoffs ſolle gewyhen haben. So ware vor Zeiten in löblicher Stadt Coſtantz under anderen auch eine weiß nit wie alte Samblung Gottſeeliger Schweſteren genannt auff der Brugg ꝛc. alſo dann hat Cuno Ritter von Veldbach An. 1252. den 15. Julii mit Einwilligung ſeiner Lehen-Herren Udalrici und Waltheri von Klingen vorgemelte ſein Burg mit allen Zugehörden Frey- und Gerechtigkeiten ſambt gedachter uhralten Capell und Kirchen-Satz daſelbſten (wie Cunonis eigne Wort lauten) den Ehrwürdigen GOtt wohlgefälligen Meiſteren und gantzer Verſamblung der Schweſteren von Coſtantz genannt auff der Brugg ꝛc. getröſter Hoffnung durch deren ſelbige Gebett bey Gottes Barmhertzigkeit immerdar Hülff zu erlangē/um hundert Marck pures Silbers zu Erbauung des Gottshaus überlaſſen. Gleich hernach An. 1254. haben diſe Verſamblungs-Schweſteren / ſo anvor Benedicter Ordens und erſtens gar nun Beginen waren / mit erforderter gnedigſter Bewilligung und eyfriger Befürderung Eberhard diſes Namens des andern Conſtantziſchen Biſchoff ſich dem heyligen Ciſtercienſer oder Bernardiner Orden undergeben; quod ipſum atteſtatur etiam Gabriel Bucclinus in ſuâ Germaniâ ſacrâ part. 2. fol. 35. ita ſcribens: *Veldbach ſitum ad lacum Podamicum & Rhenum infra oppidum Steckborn ſitu percommodo, ut eleganti, inſigne Virginum Cœnobium, quod pro Virginibus Benedictinis condidit Cuno de Veldbach eodemque loco arcem propriam Veldbacenſem in Domum Dei convertit Anno Chriſti 1252. conſentientibus Baronibus de Klingen Ulrico & Walthero, qui & ipſi inter Fundatores numerantur, cum Cuno cliens eorum eſſet. Cæterùm biennio pòſt eadem Virgines ſanctiſſimæ Ciſtercienſium Reformationi nomen dedêre, ſub quâ usque hodie laudabiliter tùm opibus tùm pietate profecêre.*

❀CONSTANTIENSE

FŒmininum itidem clauſtrum hoc tamen Dominicanum hodiedùm intra muros Conſtantienſes inclytum, idque cum ſuâ (quam propriam ſibi conjunctam habet) Eccleſiâ *S. Petri* communiter intitulatum; quod originem ſuam ab annis plùs minùs trecentis referre, cœterùm de fundatore quodam proprio haud ſibi conſtare ſimpliciter aſſeverant, quæ numero quàmplures modò locum inhabitant domicellæ Virgines ſacræ Inſtitutum & Ordinem Fratrum Prædicatorum S. Dominici profeſſæ.

❀CONSTANTIENSE

ALiud ejusdem prorsùs cum priore ſexûs & Ordinis Incluſorium vulgari nomine ſuo *Zofingen* appellatum. Huic duobus abhinc ſeculis recèns è funda-

mentis ſuſcitando parcheniis aliquot puellis vitæ ſanctioris deſiderio ſimul in unum congregatis privatas ſolùm ædes pro tunc inhabitantibus ſingulari animi pietate commotus cathedralis Conſtantienſis Eccleſiæ Canonicus quidam ex cognomine ſuo *Zoſinger* appellatus teſtamento legavit arcam ſuam in dem Dimpffel cognominatam: quâ juſtiſſimè repurgatâ hæc eadem ſucceſſu temporis accrevit in abſolutum (quale hodiedùm eſt) Virginale Cœnobium Dominicanum, inter mille millena ſuperioris ætatis pericula in præſens usque feliciſſimè ſervatum.

❋CONSTANTIENSE.

ALiàs *S. Catharinæ* nuncupatum parthenium clauſtrum Eremitico-Auguſtinianum unâ ſolùm horâ Conſtantiâ diſſitum atque in Inſulâ vulgò die Maynaw territorio Equeſtris Ordinis Teutonici, & quidem in ſilvâ communiter der Weſterwald appellatâ locatum floret hodiedùm, habetque hortum ſpatioſum, agros & prata de ſingulari benignitate memorati Equeſtris Ordinis Teutonici conceſſa. In templo Cœnobii hujus ſuperioribus adhuc annis religioſiſſimè ſervata (haud ita pridem ad collegiatam Eccleſiam S. Stephani in ipſam urbem translata) fuit ligneum Chriſti Servatoris noſtri crucifixi ſimulachrum à petulante quodam puero circa annum 1485. ſacrilegè deſpectum & contumelioſè habitum; inde verò pluribus miraculis clariſſimum: de quo legi poterit ſynopſis hiſtoriæ apud Jacobum Merck fol. 242. & alios.

❋CONSTANTIENSE.

EXtat adhuc aliud tale quoddam unius ſcilicet ejusdemque ſexûs & Ordinis laicarum ſororum Cœnobiolum haud procul Conſtantiâ itidem in ſilvâ, hâc tamen vicino Imperiali Monaſterio Petruſiano ſubditâ conſpicuum: quod *Bonæ Adelheidis* ſeu *Sanctæ* (uti habet Nicolaus Cruſenius dicti Auguſtiniani Ordinis alumnus in ſuo Monaſtico Auguſtiniano 1627. typis Monacenſibus edito in locupletisſimo Judice Monaſteriorum ad finem libri addito) *Adelheidis* intitulatum, à Juvenculâ quâdam ſolitariâ amore caſtitatis iſthîc loci crudeliſſimè necatâ nomen accepiſſe conſtans majorum traditio eſt.

❋CREUZLINGENSE

MAgnificentiſſimum ad lacum Acronianum extra muros Conſtantienſes Canonicorum Regularium S. Auguſtini Monaſterium non tam gratiſſimâ ſituatione ſuâ jucundiſſimum, quàm ampliſſimis redditibus uberrimum, ſed & ſtructuris ſuis omninò novis ſplendidisſimum, cujus ortum & progreſſum ſimpliciter exhibet Caſparus Lang antecitatus ſub hujusmodi tenore: In Franckreich ſeint bekannter maſſen vor vilen hundert Jahren gar vil Spitäl under der Verſorgung des heyligen regulirten S. Auguſtini Ordens beeder Geſchlechter/und zwar mit ſolcher Beſchaffenheit/ daß bey ſolchen Spitälen ein beſonders Haus und Collegium regulirter Chor-Herren/und ein beſonders für die regulirte Chor-Frawen/daß auch die gantze Verwaltung aller Einkünfften nicht allein für ſolche Cloſter/ ſondern auch der Spitälen und für die Armen ſtehe bey einem Prior oder Probſt/und darneben denen allda Krancken die Herren in den geiſtlichen mit Zudienung der heyligen Sacramenten/ die Frawen aber in den leiblichen Nothwendigkeiten beholffen ſeyn ſollen. Wann nun der heylige Biſchoff Conradus gleich auſſer Coſtantz einen Creuderlin oder Creutzlingen genennten Spital geſtüfftet/ iſt vermutlich zu verſtehen ein ſolcher Spital/ bey welchem er auch wenigſt ein ſolch regulirtes Cloſter/ wo nicht zwey für beyde Geſchlecht auffgebauen/ welches dann gantz glaubwürdig erſtlich aus der groſſen ſonderen Andacht/welche St. Conradus gegen dem Heyl. Canoniſchen S. Auguſtini Orden getragen; dann da Graff Chuno von Oeningen

(de

(de quo inferiùs in deſcriptione Monaſterii Oeningenſis) mit Bewilligung Richlinæ ſeiner Gemahlin und vier Söhnen in der Ehr St. Petri und Pauli der heyligen Apoſtlen und S. Hippolyti des Martyrers zu ſeiner und ſeiner Eltern Seelen Heyl für ſolche regulirte Chor-Herren das Gottshaus Oeningen vier Stundt under Coſtantz gantz herrlich geſtüfftet / hat nicht allein der Stüffter / ſondern auch der heylige Biſchoff Conradus (welcher das Cloſter hernach ſelbſten gewyhen) den damahligen groſſen Keyſer Otho (laut ſeiner Keyſerlichen zu Chur in Bündten An. 965. den 15. Januarii datirten Bullen) gebetten / daß er diſe Stüfftung (wie laut erſtbeſagter Bullen geſchehen) bekräfftigen wolte. Zum anderen ſo iſt es glaubwürdig aus dem / daß endlich wegen des von St. Conrado geſtüfften Spitals ein Mann- und ein Frawen-Cloſter diſes regulirten Heyl. Ordens erbauet worden. Dann als Biſchoff Gebhard der zwölffte Nachfahrer St. Conradi diſen durch Krieg und Unhäuslichkeit der Vorſteheren faſt abgangenen Spital nacher Münſterlingen verrucket / hat er nach obiger Keyſerlicher Kundtſchafft ein regulirt Auguſtiner-Frawen-Cloſter (dann der Benedictiniſche Heyl. Orden aus gewiſſen Urſachen erſt umbs Jahr 1555. allda eingeführt worden) auffbawen laſſen. Da aber Ulricus aus dem trefflich gut Römiſch-Catholiſchen Haus der Graffen von Kyburg und Dillingen / diß Namens dritter Conſtantziſcher Biſchoff / das Ort / wo der von St. Conrad geſtüffte Spital geſtanden / erneuren wollen / hat er allda das heutige nach dem erſten von St. Conrado geſchöpfften Namen Creuzlingen genannte Gottshaus für regulirte Chor-Herren auff ein neues / und zwar nach alt Römiſch-Catholiſcher Religion in der Ehr S. Ulrici des Augſpurgiſchen Biſchoffs ſeines geweſten Blutfreunds und S. Afra der Heyl. Augſpurgiſchen Martyrin meiſtens aus ſeinem eignen ſehr reichen vätterlichen Erb-Gut aller-Gottſeeligſt und alſo reichlich geſtüfftet / daß er der erſte Fundator geprifen werdet. So hat auch Unſer Biſchoff Udalricus für diſes ſein Gottshaus alſobald nicht allein von Henrico dem damahlig Römiſchen Keyſeren / ſondern auch von Honorio III. damahligen Röm. Pabſt mit ausbündig gut Römiſcher Catholiſcher Feder beſchribene Gnaden-, Freyheits- und Beſtettigungs-Brieffe erworben / welche er dann zu mehrer Bezeugung offenlich ableßen laſſen in dem (ſeines Biſtumbs) allgemeinen Synodo, den er gleich hernach Anno 1127. zu Coſtantz gehalten. So ſeynd in der Keyſerlichen Bulla / welche ſein Majeſtät pro remedio animæ noſtræ noſtrorumque prædeceſſorum & ſucceſſorum, zu ihrer / wie auch ihrer Vor- und Nachfahrer Seelen-Heyl ausgefertiget / neben vil hohen weltlichen Reichs-Fürſten auch Henricus Ertz-Biſchoff zu Biſantz / Geroldus Cantzler und Biſchoff zu Loſanna. Item Stephanus Metziſcher / Hubertus Genfiſcher / Bruno Straſſburggiſ. Arnoldus Speyriſcher- und Bertholdus Baſleriſcher Biſchoff als Reichs-Hoff-Räthe eingerucket worden. Noch weiter hat Anno 1144. Pabſt Lucius II. auff Anhalten Probſts Henrici, die von Pabſt Honorio diſem Gottshaus verlihene Freyheiten beſtättet / und diß Gottshaus in den Schutz und Schirm der Himmel-Fürſten SS. Petri und Pauli auffgenommen / laut einer den 14. Octob. datirten Bullen / welche 14. Cardinäl mit eignen Namen underſchriben und beſtettiget haben. Und alſo hat auch Manegoldus oder Magnoaldus der andere Prælat diſes Gottshaus von Pabſt Eugenio III. und Adriano IV. die Beſtettigung ſeiner Freyheit erlangt. Diſer erſtgemeldte Prælat Magnoaldus ware nach Kundtſchafft Buccelini (in Germaniâ Topoſtemmatographicâ fol. 169.) Guelfonis des Schwäbiſchen Hertzogs uñ Altorffiſchen Graffen Schweſter Sohn / und hatte under ſeinen Creuzlingiſchen Canonicen einen leiblichen Bruder und auch ein nechſten Vetter / under welchen Rudolfus ſein Bruder diſem Gottshaus die Dörffer Owangen in dem Turgow / Mazzibrunnen und Hungenweiler / Fridericus aber ſeines Vatters Bruder die Pfarrey Hongerzell ſambt dem Dorff

vergabet haben / da Biſchoff Ulrich der Stüffter nach Kundtſchafft Stumpfii (in Chronico Helvetiæ) lib. 5. cap. 26. ſchon vorhin den Kirchen-Satz zu Owangen ſambt dem Wildbann und etwas Zugehörden auch an diß Gottshaus vergabet haben. So hat auch Rudolfus Graff von Habſpurg (Keyſers Rudolfi Groß-Vatter) aus Befelch Alberti ſeines Vatters / Wernhero ihrem Dienſtmann ob remedium animæ noſtræ & parentum noſtrorum zu ihrer und ihrer Eltern Seelen Hülff und Hayl Gewalt geben das Gut Hirſchlach ſambt der Mühle zu Hüttenhaußen an das Cloſter Crucelin, welches in der Ehr S. Udalrici Biſchoff und Beichtigers auffgebauen/zu vergaben. Item ſo hat eben diſer Graff Rudolph ſelbſt (weil geſchriben ſtehet Proverb. 13. v. 8. die eigene Reichthumb des Manns ſeynd die Erlöſung ſeiner Seel) für ſein und für das gemeine Heyl ſeines Geſchlechts mit Willen und Annahnung ſeines Vatters Graff Albrechts / das gantze Gut Wernheri ſeines Dienſtmanns GOtt und der Kirchen S. Udalrici geſchenckt / auff daß die Frucht deſſelben hinfüran ewiglich zukomme denen/die allda GOtt dienen ꝛc. Noch weiter haben diſer Graff Rudolf und ſein Sohn Albertus/wiſſende / daß die Reichthumb eines Manns die Erlöſung ſeyen ſeiner Seelen/ dem Ehrwürdigen Abbt Marchwardo und gantzer Verſamblung deren/die zu Creuzlingen GOtt dienen/und allen/ die da in Ewigkeit GOtt dienen werden/alle Güter zu Erlingen / Hirſchlach und Hettenhaußen ꝛc. dieſer Abbtey auff ewig verlihen. So beſchehen Anno 1198. und waren gegenwärtig Rudolf Graff von Thierſtein / Eberhard von Waſſerſteltze / Ulricus von Bernowe ꝛc. ꝛc. Nach dem nun Henricus Keyſers Friderici Sohn / und wie er ſich ſelbſten nennt/ der ſiebende Römiſche Königallzeit Auguſtus/dem Abbt und Convent von Creuzling ein trefflich Gnad- und Freyheits-Bullen An. 1232. zu Eßlingen verlihen / hat ſolche Conradus der andere (oder Conradinus) Hertzog in Schwaben und König zu Jeruſalem und Sicilien/ ſein des Henrici Bruders Sohn auf Begehren obgemelten Abbts und Convents des Cloſters von Creuzlingen beſter maſſen beſtettet. So beſchehen in Coſtantz An. 1267. Weiter als Anno 1414. Pabſt Joannes XXIII. auff St. Simon und Judas zu Coſtantz auff ſelbiges Concilium ankommen/ hat Er an den Vorabend ſein Nacht-Herberg genommen in diſem/ als trefflich gut Römiſch-Catholiſchen Gottshaus Creuzlingen / welchem damahl Erhardus Lind von Coſtantz als der 18. Prælat vorgeſtanden / des Morgens dann haben Ihro Päbſtliche Heyligkeit ihne mit einer köſtlichen Inful beehrt / und alle diſes Gottshaus Freyheiten beſter maſſen beſtettiget. Wann aber etwelche Scribenten vermeynen/diſer Pabſt habe den damahligen Probſt mit dem Titul eines Abbts und andere Abbteyliche Freyheiten / die Biſchöffliche Inſignia zu gebrauchen ꝛc. begabet/ kommen ſie vil zu ſpat/ dann den Titul eines Abbts haben die Prælaten diſes Gottshaus ſchon lang vorhin gehabt/ wie allbereit kurtz zuvor von Königen und Graffen vernommen. So haben Pabſt Eugenius der Dritte / und Pabſt Adrianus der Vierte (andere zu geſchweigen) gleich den erſten zween Vorſteheren diſes Gottshauſes alſo zugeſchriben. Eugenius &c. &c. dem geliebten Sohn Henrico ABBTEN S. Udalrici Beichtigers und S. Afræ Martyrin wie auch ſeinen Brüderen Heyl ꝛc. ꝛc. Anno 1146. Item Eugenius &c. dem geliebten Sohn Manegoldo ABBTEN S. Udalrici zu Coſtantz und ſeinen Brüderen ꝛc. ꝛc. Wie diſe Aebte auch ſchon (ab olim) vor alten Zeiten her (in ſpeciali privilegio ſedis ejusdem) aus ſonderer Befreyung des Apoſtoliſchen Stuhls den Gebrauch der Inful / des Rings und anderer Biſchöfflichen Zierden ſchon vor dem Gottshaus Petershauſen gehabt haben / bezeuget mit klaren Worten das Conſtantziſche Concilium, da noch kein Pabſt erwöhlet worden/in ſelbiger Præcedenz-Bullen / da es ſtatuirt und geordnet / daß ein Creuzlinger Abbt ſambt ſeinen regulirten Chor-Herren in den Proceſſionen und anderen offenlichen Acten vor dem Gottshaus Petershauſen die

Præce-

Præcedenz haben ſolten/ und hat hernach A. 1489. Pabſt Innocentius VIII. ſelbſten diſe Conſtitution beſtättet Krafft einer Bullen/ in welcher diſe Abbtey ein Haupt viler regulirten Canoniſchen Clöſteren genennet wird. An. 1499. als das Gottshaus in ſelbigen Schwaben- und Schweitzer-Kriegen gantz zerrittet worden / haben under anderen inſonderheit die noch allerſeits gut Römiſch-Catholiſche gemeine Eydgenoſſen Petro I. von Babenberg / damahligen 28. Prælaten / gantz mildreiche Handreichung gethan / ſolches mit groſſen Unkoſten wiederumb auffzubauen. Da ihne aber hernach An. 1529. die Neuglaubigen in das Schwabenland vertriben/ iſt er (ſo bald An. 1531. der noch heutiges Tags wehrende Lands-Friden auffgerichtet worden) auff embſigen Fleiß und bittliches Anhalten ſeines gantz eyffrigen Decani und Nachfahrers Herren Georg Tſchudii von Glaris/durch Hülff und Eyffer der Löblichen Catholiſchen in dem Turgöw regierenden Orthen (welche dem eingeloffnen Prædicanten die Thür gezeiget) mit groſſen Frolocken wiederumb eingeſetzt worden. Item An. 1633. als under Regierung Jacobi des letzt-verſtorbnen 35ſten allerwürdigſten Prælaten in der Belagerung der Stadt Coſtantz diß Cloſter ſambt der Kirchen jämmerlich abgebrannt worden / iſt das groſſe wunderbare Creutz in der Kirchen / welches dermahlen in der neuen Kirchen uff dem mitteren Altar zu ſehen/allerwunderlichſt in mitten der Flam̃en gantz unverſehrt blieben. Worauff hoch-ermelter Abbt / ob er gleich in vorgehenden Jahren ſeiner Prælatur die Zahl ſeiner Religioſen vermehrt/ aus groſſem Vertrauen auff GOtt bald wiederumb nach einem neuen Cloſter-Baw getrachtet / und den Anfang beſſer hinaus von der Stadt gemachet mit einer trefflich ſchönen neuen mit 4. herrlichen Altärn gezierten Kirchen/ welche An. 1653. von dem Hochwürdigſten Fürſten und Herrn Herrn Franciſco Joanne letzt allergottſeeligſt-verſtorbnen Conſtantziſchen Biſchoffen ſambt ermelten 4. Altären beforderſt cultu Latriæ dem Allmächtigen GOtt/ und dann cultu Duliæ auch den Hoch-Altar betreffend/ dem Heyligen Biſchoff Udalrico, der Heyligen Martyrin Afræ, St. Johañ dem Tauffer/S. Auguſtino und S. Conrado: der mittere Altar auſſer den Chor dem Heyligen Creutz/ und dann St. Chriſtophorus / und andere Heyligen / der dritte Altar auff der Evangeli Seiten der allerſeeligſten Jungfrawen Mariæ, S. Joſeph, Joachim und S. Anna, wie auch S. Catharina und S. Urſula, der vierte aber den Heyligen Drey Königen/SS. Petro und Paulo, S. Bartholomæo und S. Mathiæ, den Heyligen Apoſtlen/und S. Sebaſtiano, dem Heyligen Martyrer zu Ehren mit alt Römiſch-Catholiſchen Cæremonien ſolemniter eingeweyhet worden. Diſer Zeit ſtehet diſem Gottshaus allerlöblichſt vor der Hochwürdige Herr Herr Auguſtin Gimmi von Coſtantz/ welcher under anderen / ſo bald er An. 1660. den 4. Octobris erwehlet worden / gleich nach einem an gemelte Kirch aufbauenden Cloſter getrachtet/ und nach dem er in der nähe allerhand hierzu nothwendige Materialien/ von welchen biß dahin kein Menſch nichts gewuſt/ aus wunderlicher Vorſehung Gottes gefunden / hat er im Jahr 1665. dem itzigen ſchönen Cloſter-Bau den Anfang gemacht. An. 1691. den 10. Auguſti an dem Feſt des Heyl. Laurentii Martyrers iſt der Leib des Heyl. Leontii Römiſchen Martyrers gantz herrlich in diſes Gottshaus Creuzlingen eingebracht worden. Hæc ille loc. cit. quibus pro coronide Hiſtoriæ hujus Creuzlinganæ hic oportunè ſuperaddere operæ pretiũ judicavimus, copiam vetuſtiſſimi cujuſdam diplomatis ab Henrico Romanorum Imperatore hujus nominis quarto ad perpetuam rei memoriam clementiſſimè dati: ex quo manifeſtè conſtat, ſæpedictam Creuzlingenſem Eccleſiam à S. Conrado, qui jam ab Anno 935. usque 976. Conſtantienſis Eccleſiæ pontificatum geſſit, fuiſſe fundatam, contra ac recentiores quidam Udalrico (qui ſolùm reſtaurator fuit) Conſtantienſi itidem Epiſcopo hujus nominis primo Comiti Kyburgenſi nato, ſub annum 1127. ordinationis ſuæ decimo mortalitatem exuto primævam hujuscemodi fundationem perperàm attribuunt. Sic autem habet diploma illud Cæſareum: *In Nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. Henricus divinâ faven-*

faventе clementiâ quartus Romanorũ Imperator Auguſtus. Quoniam ex ignorantiâ rerum naſcitur oblivio, ex oblivione rerum mutatio, decrevit fidelis antiquitas Patrum ſcripturâ memoriæ commendare, quæ voluit usq; ad poſteros fideliter pervenire. Sciré itaq; volumus tam præſentis quàm futuræ ætatis Chriſti fideles, qualiter nos pro remedio animæ noſtræ, noſtrorumq; prædeceſſorum atq; ſucceſſorum, interventu quoque dilectæ conjugis noſtræ Mathildis Reginæ concedimus fideli noſtro Udalrico Conſtantienſi Epiſcopo noſtrorumq; Principum conſilio de redditibus ejusdem Eccleſiæ &c. &c. Crucelin reſtaurare. Beatus enim Conradus ejusdem Conſtantienſis Eccleſiæ Epiſcopus idem conſtruxerat, quod ex negligentiâ quorundam ſucceſſorum, quos idem fervor charitatis non accenderat, ex magnâ parte deſtructam, felicis memoriæ Gebhardus ibidem Epiſcopus prudenti illius Eccleſiæ conſilio in alium tranſtulit locum, quem etiam homines tempore illius vulgari nomine Munſterlin vocant, ubi regulari ordine ſanctimoniales fideliter Domino hodie famulantur. Volens itaq; prædictus Epiſcopus deſtructum jam reſtaurare locum in honorem SS. Udalrici Confeſſoris & Afræ Martyris, conſtructum verò à prædeceſſore ſuo conſervare nos adiit &c. Nos verò rem utrinque diligentiùs intuentes, piis ejus ſtudiis acquievimus. Sunt autem hæc, quibus jam dictum juvare concedimus locum: decimationes in Sasbach &c. &c. Acta ſunt hæc præſentibus & conſentientibus Anſerico ſcilicet Biſontino Archiepiſcopo, Geraldo Loſannenſi Epiſcopo & Cancellario, Stephano Metenſi Epiſcopo &c. &c. Ut autem hujus noſtræ conceſſionis auctoritas ſtabilis & inconvulſa omni permaneat ævo, hanc inde chartam manu propriâ confirmatã ſcribi & ſigilli noſtri impreſſione juſſimus inſigniri.

Signum Henrici quarti Romanorum Imperatoris invictiſſimi.

Philippus Cancellarius vice Adelberti Moguntini Archicancellarii recognovi.

Anno Dominicæ Incarnationis milleſimo centeſimo viceſimo quinto, ſeptimo Idus Januarii. Data Argentinæ feliciter Amen.

Demùm hîc etiam obſervandum occurrit, Creuzlingano Collegio huic nunquàm non à pluribus ſeculis usq; ad ætatem noſtram (qualiter apertè conſtat ex actis publicis & Matriculâ toties editâ) inter liberos & immediatos S. R. J. Status publicos annumerato, quamvis iſtud à tempore noviſſimæ reſtaurationis ſuæ, dùm ſcilicet Anno 1638. è ſolo Sueviæ in fundum Helvetiæ fuit translatum, à frequentandis Imperii Comitiis quà generalibus, quà provincialibus lubens abſtineat, Abbati Creuzlingano tamen hâc in parte quævis jura ſua ac privilegia ſalva ſervari & integra; nam ut rectè ſentit Gailius practic. obſerv. 21. fol. m. 28. *Sufficit ad probandam quaſi poſſeſſionem Imperii eximendum matriculæ inſcriptum, adeoq; ſemel & antiquitùs inſcriptum eſſe, licèt in poſterioribus matriculis nomen ejus ampliùs non reperiatur, quia hoc Imperio fraudi aut nocumento eſſe non debet, niſi legitimè probatum ſit cum Cæſaris & Statuum voluntate ex matriculâ delectum eſſe &c. &c.*

CRONWEINBERGENSE.

MOnaſterium Fratrum Ordinis Minorum S. Franciſci ſtrictioris obſervantiæ, de Provinciâ (ut ipſi eam vocant) Argentoratenſi in Ducatu Wirtenbergico ſuperioribus quidem ſeculis inclytum: inde tamen jam à pluribus annis omni ſacratiori religione vacuum, imò & meriſſimè ſuffocatum; adeò quidem, ut ampliùs quicquam haud ſupereſt præter inane nomen illius: quod inter reliquas Collegiatas Eccleſias & Monaſteria olim ante tempora Lutheraniſmi in partibus Wirtenbergiæ conſtituta deſcriptum quoque retinet, antiquus (quem ad manum habemus) eorum Catalogus m. s.

Lit. D.

DACHENHUSANUM

HUjus nominis pagum ac caſtrum in Comitatu (qui hodie Ducatui Wirtenbergenſi conjunctus eſt) Auracenſi conſpicuum ſuperiori currente ſeculo perceleбre quoddam Clericorum ſeu Canonicorum in communi viventium atque eandem prorsùs, quam ſuprà V. *Auracenſe* recenſuimus vivendi formulam ſectantium Collegium habuiſſe conſtat nobis ex

certâ

certâ & fideli (quam ad manum habemus) deſcriptione Monaſteriorum Wirtenbergenſium omnium An. 1560. ſtudio & operâ Joannis Brentii Collegiatæ Eccleſiæ Studtgardienſis ad S. Crucem Pſeudo-Præpoſiti ſecundùm novum dogma Lutheri reformatorum. Sed & ſingularem quoque Collegii hujus (quod aliàs de diœceſi Conſtantienſi eſt) Dachenhuſani mentionem facit Felix Faber in ſuâ Hiſtoriâ Suevorum lib. 2. cap. 5. fol. m. 262. Item Eberhardum primum Ducem Wirtenbergicum Moniales Ordinis S. Dominici Monaſterii Gradencellenſis Dachenhuſium voluiſſe transferre, ac viciſſim Capuciatos fratres putà præfatæ Eccleſiæ Dachenhuſanæ Canonicos Gnadencellam introducere, quamvis reali effectu neutiquàm ſubſecuto teſtis eſt Cruſius in annal. part. 3. lib. 8. cap. 4.

❋DECKINGENSE.

DECKINGUM *Monaſterium diœceſis Auguſtanæ in extremâ Rhatiæ orâ ſummo colle ſitum, quo totius Comitatûs Oettingenſis regio videri poteſt, non procul ab antiquo Comitum Oettingenſium caſtro tempore C. Julii Cæſaris ſtructo, quod vulgò Hornburgum appellant uno milliari à Nördlingâ civitate imperiali ſitum perantiquum fuiſſe oportet, quamquàm de prima fundatione nil certi conſtet, id tamen certo certiùs colligitur ex Diplomatibus Cæſareis. Nam Anno Domini milleſimo ſeptimo S. Henricus hujus nominis Secundus Romanorum Rex dictus Claudus tradidit Eccleſiæ Babenbergenſi locum Teckingen, prout ex ipſius diplomate patet, quod ita ſe habet* : In Nomine SS. & Individuæ Trinitatis Henricus divinâ favente clementiâ Rex. Saluberrimis igitur ſacri Eloquii inſtitutionibus erudimur & admonemur, ut temporalia relinquentes bona & terrena poſtponentes commoda, æterna & ſine fine manſura in cœlis ſtudeamus adipiſci conſiſtoria. Quapropter nos Dominicis non ſurdum auditum præbentes præceptis & Deificis obtemperando intendentes ſuaſionibus noſtræ paternæ hæreditatis locum Babenberg dictum, in ſedem & cultum Epiſcopatûs ſublimando proveximus, & Romanâ auctoritate atque Venerabilis Henrici Wirzeburgenſis Epiſcopi conſenſu, ac pari communique omnium noſtri fidelium tam Archiepiſcoporum Abbatumque, nec non Ducum & Comitum conſultu, decretoque in honore S. Dei genitricis Mariæ Sanctorumq; Apoſtolorum Petri & Pauli nec non Martyrum Kiliani atq; Georgii ſtabilivimus & corroboravimus, ut ex inibi noſtrûm parentumq; noſtrorum & Ottonis tertii videlicet Imperatoris anteceſſoris ac ſenioris noſtri celebre haberetur memoriale & jugis pro omnibus orthodoxis hoſtia mactaretur ſalutaris. Proinde noverit omnium noſtri fidelium tam præſens ætas, quàm & ſucceſſura poſteritas, quia nos noſtræ quendam proprietatis locum Teckingen dictum in pago Rietzzin & in Comitatu Sighardi Comitis ſitum ad eandem ſupradictam Epiſcopalem ſedem, unâ cum omnibus ejus pertinentiis ſive adhærentiis, videlicet villis, vicis, Eccleſiis, ſervis & ancillis, areis, ædificiis, terris, cultis & incultis, viis, inviis exitibus & redditibus, quæſitis vel inquirendis, ſilvis, venationibus, aquis, piſcationibus, molis, molendinis, rebus mobilibus & immobilibus, ac cœteris omnibus, quæ ritè ſcribi aut appellari poſſunt, quoquolibet modo utilitatibus hâc noſtræ auctoritatis præceptali paginâ, prout firmiùs poſſumus, donamus atq; proprietamus omnium contradictione remotâ. Præcipientes igitur, ut nobis in Deo dilectis ſupradictæ Sedis Eberhardus Epiſcopus ſuique ſucceſſores liberam dehinc habeant poteſtatem, eundem locum Teckingen dictum cum omnibus appendiciis ſuis tenendi, poſſidendi, ſeu quidquid ſibi libeat modis omnibus in uſum Epiſcopatûs inde faciendi. Si quis igitur, quod abſit, hujus noſtræ donationis munificentiam deſtruere ſive violare præſumat, in die Judicii coram oculis Dei tormento inextinguibili luat. Quod ne eveniat, ſed hæc traditio noſtra ab omnibus perpetualiter inviolabilis permaneat, hanc chartam inde conſcriptam manu propriâ roborantes ſigilli noſtri impresſione inſigniri jusſimus. Dat. Cal. Novemb. Indict. V. Anno Dominicæ Incarnationis MVII. Anno verò Domini Henrici II. regnantis VI. Franckenfurt feliciter Amen.

Privilegiũ Ejusdem S. Henrici Imperatoris ſuper Abbatiam S. Martini Epiſcopi in Teckingen de dotatione, de Jure advocatiæ & advocato.

IN Nomine SS. & Individuæ Trinitatis Henricus divinâ favente clementiâ Romanorum Imperator Auguſtus. Redemptoris noſtri Salvatoris doctrina nos admonet, ut noſtros Theſauros reponamus in cœlo, ubi non timetur fur, nec tinea, nec ærugo. Sed & Paulus affirmat hæc eſſe metenda, quæ in hoc mundo fuerint ſeminata. Quapropter omnibus Chriſti noſtrisque fidelibus innoteſcat, quia cùm haberent parentes noſtri Abbatiam in Rhætiâ, in Comitatu Sighardi Comitis Teckingen dictam in honore Domini & Beatiſſimi Martini conſtructam, nos ipſam Abbatiam hæreditario jure nobis propriam tam pro ejusdem ſanctiſſimi Confeſſoris Martini, quàm noſtrâ ac eorundem parentum noſtrorum perpetuâ ſalute, prædiorum largitione, ditare curavimus, eamq; noſtro Babenbergenſi Epiſcopatui in honorem B. Petri Apoſtoli Sanctiq; Georgii Martyris conſtructo imperiali munificentiâ contradidimus, quatenùs uni familiare præberetur obſequium, nec alteri deeſſet piæ defenſionis materiale ſolatium. Dedimus enim ipſum locum præfatæ Eccleſiæ cum omni legalitate ad eundem locum pertinente, videlicet utriusq; ſexûs mancipiis, Eccleſiis, ædificiis, areis, exitibus & redditibus, agris cultis & incultis, quæſitis & inquirendis, pratis, paſcuis, viis & inviis, aquis aquarumvè decurſibus, molis, molendinis, rebus mobilibus & imobilibus, & cum omnibus, vel quæ in hoc tempore habet vel poſtmodùm habiturus eſt. Porrò locũ ipſum ab omni oppresſione liberum fore cenſemus, ſtatuentes, ut quascunq; poſſesſiones, quæcunq; prædia, vel à parentibus noſtris vel à nobis aut à quocunq; hominum juſti ac legaliter fuerint vel fuit eidem loco delegata, ſine omni gravamine, ſine moleſtiâ ſine inquietudine, ſervientes inibi Deo poſſideant. Sanè advocatiam ſupradicti loci ſub tali conditione inſtituimus, ut advocatus per ſemetipſum eam ſine ſubadvocato adminiſtret. Placitũ verò cum colonis bis in Anno, hoc eſt, ante feſtum S. Michaelis, & ante Quadrageſimam habeat; & tunc detur ei ſervitium, duo modii tritici modius ſiliginis, porcus inductilis, porcus lateralis & porcellus, ſex caſei, centum ova, duo acervi avenæ, modius avenæ vel hordei. Hæc juſtitia advocati. Præcipiendo itaq; jubemus, ut nullus Archiepiſcopus, Epiſcopus, Dux, Marchio, Comes, nulla denique magna parvaq; perſona, hanc noſtræ inſtitutionis auctoritatem aliquo conatu infringere præſumat. Si quis autem, quod abſit, temerariè contra hanc venire præſumpſerit, ſe ipſum coram ſummo Judice Deo damnabit, & iram ſibi in die furoris Domini theſaurizabit. De quarum rerum veritate ut per ſucceſſiva tempora nullus reddatur ambiguus, hoc imperiale præceptũ inde conſcriptum manu propriâ roborantes ſigilli noſtri impresſione jusſimus inſigniri. Data V. Id. Octob. Indict. XV. Anno Domini Jnc. MXVII. Anno verò Domini Henrici II. regnantis XV. Imperantis autem III. Actum Frankenfurt feliciter Amen.

Poſteà ad ſummam egeſtatem & omnimodam deſolationem redactum eſt hoc Monaſterium propter varia bella & turbulentum Imperii ſtatum, iis præcipuè temporibus, quando inter Sacerdotium & Regnum Schiſma erat, & in tam miſerabili conditione permanſit usq. ad tempora S. Othonis ex Comite Andecenſi & Imperatoris Cancellario Epiſcopi Bambergenſis octavi & Pomeranorum Apoſtoli, omnium ferè orthodoxorũ Germaniæ ſcriptorũ præconiis celebratisſimi, plurimorumq. Monaſteriorũ fundatoris & reſtauratoris liberalisſimi, qui Monaſteriũ hoc Deckingenſe (quod olim prædium optimo jure, hoc eſt, immune fuit, ein frey ledig Gut) *Anno Chriſti 1138. reſtituit, & quaſi de novo fundavit & dotavit.*

Eam fundationem ratam habuit & privilegiis auxit Lotharius Imperator Anno Domini 1139. Confirmavit Innocentius II. Pont. Max. Anno Domini 1140. Utrum verò ædificia vivente adhuc S. Othone ſint conſtructa, dubium controverſumq. eſt, non in pervetuſto codice ejusdem loci hæc annotantur: An. 1161. fundamenta hujus Monaſterii inchoata ſunt. Anno 1187. conſecratum eſt altare SS. Blaſii & Viti à Venerabili Othone (dicto Largo) Epiſcopo Babenbergenſi tertio Idus Septembris. An. Dom. 1192. conſecratum eſt altare SS. Benedicti & Scholaſticæ & Mariæ Magdalenæ à Venerabili Udalſcalco Auguſtenſi Epiſcopo quinto Calendas Decembris. Sed altare B. Virg. Mariæ conſecratum eſt in honore S. Crucis & S. Martini Epiſcopi, qui eſt Patronus hujus Cœnobii. *Hæc ille Codex.*

Jus

Jus verò advocatiæ hujus Monaſterii hoc tempore habent illuſtres Comites de Oettingen, quod Anno Domini 1347. die Jovis ante S. Gregorii emerunt à Conrado Nobili de Hirnheim dicto de altâ domo von Hohenhaus. *Quomodo autem & quando Jus advocatiæ hujus Monaſterii, quod S. Henricus Imperator Anno 1017. Epiſcopatui Bambergenſi tradidit, ad Nobiles de Hirnheim devenerit, non conſtat. Et quoniam advocatia hujus Monaſterii etiam hodie Epiſcopatui Bambergenſi in feudum cedit, illo iidem jam dicti Comites de Oettingen, quando feudum vacat, inveſtiuntur.*

Attamen nec S. Othonis quidem inſtauratio diu felix fuit, nam ſtatim periculoſiſſima inolevêre tempora, de quibus nonnulli hæc prodidêre : Tunc cœperunt multiplicari mala in terris, rapinæ, deprædationes, depopulationes terrarum, incendia, bella, latrocinia &c. &c. *In eam ſortem & hoc Cœnobium deveniſſe credibile eſt, quod innuere videntur verba Urbani VI. Pont. Max. in diplomate quodam :* Conſiderantes, quòd fructus redditus & proventus Monaſterii Deggingenſis propter guerras, quæ in illis partibus viguerant, adeò erant diminuti, & tenues ac exiles, quòd Abbas & Conventus ex eis nequibant commodè ſuſtentari &c.

Hinc Epiſcopi & Magnates quidam videntes labores, preſſuras & varia pericula alia, quibus plus æquo afflictus locus iſte ad nimiam devenerit egeſtatem, & moti internæ compasſione animi ſuper malis his omnibus, in eorum levamen & ad reformandum ſtatum dicti Monaſterii, & ut ibidem Deo ſtudioſius deſerviretur Parochiales quasdam Eccleſias eidem incorporaverunt, utpote Sifridus Epiſcopus Auguſtanus parochialem Eccleſiam S. Georgii Martyris in pago Deggingenſi ſitam Anno Chriſti 1221. quam incorporationem Honorius III. Pont. Max. confirmavit. Et quamvis ſequentes Pontifices Nicolaus III. Anno 1278. Honorius IV. 1285. Clemens V. An. 1306. datis litteris Apoſtolicis ſeriò mandaverint, ut decimarum, terrarum, poſſesſionum, domorum, caſalium, pratorum, paſcuarum, molendinorum, jurium, jurisdictionum, & aliorum bonorum ad Monaſterium ſpectantium reſtitutio fieret, nulla tamen ſecuta eſt. Sed reſpectu dicti Monaſterii egeſtatis aliæ adhuc Eccleſiæ eidem unitæ fuerunt utpotè S. Andreæ in Sorheim 1312. S. Viti in Hirnheim 1346. vel 1378. S. Nicolai in Magerbein 1366. S. Petri in Muningen 1380. Reliquos verò redditus ferè omnes coëmit R. D. Georgius Flos Abbas, optimus Monaſterii Oeconomus ab electionis ſuæ Anno 1454. usque ad 1486. quo obiit meritò tertii quaſi fundatoris titulo cohoneſtandus. Verùm ſub hujus ſucceſſore Udalrico Rem incendio totum hoc Monaſterium periit incuriâ habitantium in vigiliâ SS. Apoſtolorum Simonis & Judæ Anno 1512. Dicitur incendium triduum integrum duráſſe. Ejusdem in regimine ſucceſſor Alexander Hummel reſtauravit Monaſterium incendio deſtructum; quod in hodiernum usque diem ob diligentem Prælatorum ibidem adminiſtrationem adhuc viget & floret. Hactenùs Stengelius Abbas in ſuâ Monaſteriologiâ Benedictinâ ad finem.

Modernum & eximium dignisſimi Cœnobii hujus, ſed vel maximè Templi Deckingenſis S. Martino Epiſcopo Turonenſi Patrono Tutelari jam ab antiquiſſimis primæ fundationis temporibus devotiſſimè dicati ſplendorem ſanè cunctis oppidò mirandum ſatagente loci Abbate Reverendiſſimo ac Amplisſimo Domino, Domino Anſelmo Præſule Opt. Max. jam â longævo viginti duorum annorum regimine infinitis quaſi titulis ſtrenuè promerito recèns collatum ac magnis ſumptibus æquè nobiliter ac feliciter apparatum uberiùs deſcripſit, ex quo priùs ingentem decorem Deckingenſis Domûs Domini An. 1695. die 13. Novembris in octavâ feſtivisſimæ Dedicationis coram honoratisſimo tùm frequentisſimo diverſi ſtatûs perſonarum auditorio magnificè propalavit, ut & Anno proximè ſequenti juris publici quoque fecit ac typis Dillinganis cum titulo *Zachæi Degginenſis Encœnia* excudi fecit celeberrimi Cœnobii Neresheimenſis alumnus R. D. Henricus Gargas aſceta Benedictinus.

DENCKENDORFFENSE

AMpliſſimum quondam ac ſplendidisſimum Conſtantienſis diœceſis in Wirtenbergiâ Cœnobium jam ab Anno 1648. cum pluribus aliis per pacta Pacis

Pacis Weſtphalicæ Principi terræ ad profanos uſus integerrimè relictum. Eſt autem iſtud Ordinis Canonicorum Regularium S. Auguſtini Congregationis S. Sepulchri, & fundatum Anno 1124. fuit ab Illuſtri viro N. familiæ (prout latiùs conſtat ex Documentis Monaſt. Wirtenberg. virorum fol. 505.) ab Erlickheim nuncupatæ. Confirmatum quoque fuit ad petitionem dicti fundatoris auctoritate Apoſtolicâ ſpeciali quodam diplomate pontificio in rei memoriam confecto, quod dedit Honorius Papa II. præfato anno taliter expeditum: *Honorius Secundus Epiſcopus Servus Servorum Dei dilectis filiis ſuis Conrado Præpoſito ejusque Fratribus in Eccleſiâ S. Sepulchri de Denckendorff ſitâ canonicam vitam profeſſis, tam præſentibus quàm futuris in perpetuum. Injuncti officii noſtri hortatur auctoritas pro Eccleſiarum ſtatu ſatagere, & earum quieti & utilitati ſalubriter auxiliantes Domino providere, dignum namque & honeſtum conveniens eſſe cognoſcitur, ut qui ad Eccleſiarum regimen aſſumpti ſumus, eas & à pravorum hominum nequitiâ tueamur, & Beati Petri atq; Sedis Apoſtolicæ patrocinio muniamus. Proinde Dilecte in Domino fili Conrade Præpoſite tuis rationabilibus poſtulationibus annuentes Eccleſiam Sancti Sepulchri de Denckendorff cum bonis ſuis ab Illuſtriſſimo viro Berchtoldo Comite pro animæ ſuæ remedio, glorioſo Jeroſolymitano Sepulchro Domini oblata, cui auctore Deo præeſſe cognoſceris, in Beati Petri tutelâ noſtraque protectione ſuſcipimus, & ſcripti noſtri paginâ communimus, ſtatuentes, ut quascunque poſſeſſiones, quæcunque bona eadem Eccleſia in præſentiarum juſtè & legitimè poſſidet, ſive in futurum conceſſione Pontificum, liberalitate Regum, largitione Principum & oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis poterit adipiſci, firma vobis veſtrisque ſucceſſoribus & illibata permaneant, ſalvâ Diœceſani juſtitiâ & reverentiâ. Obeunte verò te, nunc ejus loci Præpoſito, nullus ibi quâlibet ſubreptionis aſtutiâ ſeu violentiâ præponatur, ſed quem fratres communi aſſenſu vel fratrum pars conſilii ſanioris, ſecundùm Dei timorem & B. Auguſtini Regulam providerint eligendum. Chryſma, Oleum, conſecrationes altarium ſive Baſilicarum, Ordinationes Clericorum à Conſtantienſi accipietis Epiſcopo, ſi quidem gratiam & communionem Sedis Apoſtolicæ habuerit, & ea gratis vobis & absq; pravitate voluerit exhibere, alioquin eadem Sacramenta à quocunque malueritis, accipietis Epiſcopo, qui Romanæ Eccleſiæ ſit fultus auctoritate. Porrò in advocati electione Præpoſitus liberam habeat poteſtatem cum fratrum ſuorum conſilio, talem eligere, quem ad defenſionem libertatis Monaſterii bonum & utilem eſſe cognoverit, qui non pro terreno commodo, ſed pro Dei amore ac peccatorum veniâ, nec non æternæ beatitudinis mercede advocatiam ipſam benè habere cupiat & tractare. Adhæc adjicientes decernimus, ut nulli omninò hominum liceat eandem Eccleſiam temerè perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, vel temeris vexationibus fatigare. Sed omnia integrè conſerventur, eorum, pro quorum ſuſtentatione & gubernatione conceſſa ſunt, uſibus omnimodis profutura. Si qua igitur in futurum Eccleſiaſtica ſæcularisve perſona hanc noſtræ conſtitutionis paginam violaverit, aut ſciens contra eam temerè venire tentaverit ſecundò tertiovè commonita, ſi non ſatisfactione congruâ emendaverit, poteſtatis honorisque ſui careat dignitate, reamque ſe divino judicio exiſtere de perpetratâ iniquitate cognoſcat, & à ſacratiſſimo Corpore & ſanguine Dei & Domini Redemptoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat. Cunctis autem eidem loco juſta ſervantibus, ſit pax Domini noſtri Jeſu Chriſti, quatenùs & hîc fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen. Amen. Amen. Ego Honorius Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus ſubſcripſi. Dat. Laterani ſeptimo Calendas Februarii.*

An. 1139. recenſitæ confirmationi Pontificiæ ſucceſſit etiam Cæſarea, quæ à Conrado II. clementiſſimè data fuit juxta tenorem, prout ſequitur: *In Nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. Conradus divinâ favente clementiâ Romanorum Rex Secundus &c. Auctoritas regiæ poteſtatis, ad quam per divinam miſericordiam pro defenſione Eccleſiæ & Regni aſſumpti ſumus, hoc exigit, ut quieti & utilitati utriusque auxiliante Domino pro poſſe noſtro provideamus. Dignum namq; & honeſtati conveniens eſſe dignoſcitur, ut qui ad regimen aſſumpti ſumus, res pauperum, & præcipuè Eccleſiarum à pravorum hominum nequitiâ tueamur. Sicut enim interceſſionibus & orationibus bonorum homi-*

hominum indigemus, ita piis & juſtis petitionibus eorum annuere debemus. Eapropter notum eſſe volumus tam præſentibus quàm futuris, quòd Eccleſiam Denckendorff cum omnibus appendiciis ſuis tam cultis quàm incultis, & cum omni familiâ à Domino Bertholdo nobili & illuſtri Viro Sancto Sepulchro Jeroſolymis collatam ſecundùm petitionem ipſius & ejusdem Eccleſiæ Præpoſiti Conradi & Fratrum ſuorum & Advocati Ludevvici in tutelam & defenſionem Regiæ noſtræ poteſtatis ſuſcepimus, & ut omnia eidem Eccleſiæ à prædicto vir,ovel à quolibet fideli,juſtè ac rationabiliter collata, vel impoſterùm à quibuslibet conferentur, firma & inconvulſa ad uſus & neceſſitates fratrum ibidem Deo famulantium permaneant præcipimus. Advocatus verò cùm ibi erit, vel ſi ipſe Eccleſiam ſuam ſupra modum inquietaverit Præpoſitus conſilio Fratrum ſuorum liberam poteſtatem alium eligere habeat, quem magis utilem & Eccleſiæ idoneum eſſe cognoſcat. Ad majoris verò certitudinis auctoritatem hujus ſcripti paginam impreſſione noſtri ſigilli munimus. Huic confirmationi noſtræ teſtes idoneos adhibuimus, quorum nomina hæc ſunt: Henricus Ratisponenſis Epiſcopus, Embrico Wirzeburgenſis, Suiggerus Brandenburgenſis: Comes Adelbertus de Calvvâ. Marchio Hermannus. Comes Hugo de Tubingen. Comes Fridericus de Zolco. Comes Bobbo de Loſen. Comes Egino de Vaihingen. Comes Ludevvicus de Wirtenberg & frater ſuus Emecho. Godefridus Advocatus de Nornberc. Walterus de Lobenhuſen & frater ſuus Engehardus. Comes diſcipulus de Berge frater ſuus Rapado Marquardus.

Signum Domini Conradi Romanorum Regis Secundi.

Ego Arnoldus Cancellarius vice Adelberti Moguntini Archi-Cancellarius recognovi. Anno Dominicæ Incarnationis MCXXXIX. Indictione II. regnante Conrado Romanorum Rege Secundo. Anno verò regni ejus ſecundo. Datum Gröningen II. Idus Octobris in Chriſto feliciter. Amen.

Anno 1142. Monaſterii Denckendorffenſis fundatio denuò repetita atq; ab ipſomet Domino fundatore ſcriptotenùs comprobata taliter habetur expedita: *In Nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis Patris & Filii & Spiritus Sancti Amen. Notum ſit omnibus fidelibus tam Clericis quàm Laicis tam præſentibus quàm futuris, quòd ego Berchtoldus naturâ liber & ingenuus omnia, quæcunque die præſenti jure poſſideo, tam in agris, quàm in vineis, villis & hominibus, vel quibuscunque aliis poſſeſſionibus jure Suevorum liberè omnia ſunt, ego ea poſſideo, tam in agris, quàm in vineis &c. pro remedio animæ meæ, cunctorumque parentum meorum, dono & concedo abſque omni contradictione Dominico Sepulchro, eâ videlicet conditione, ut quamdiu vixero easdem ſupradictas poſſeſſiones à Domino Wilhelmo Patriarcha & Petro Priore, & Canonicis Dominici Sepulchri pro beneficio habeam, & unoquoque Anno ad confirmandum idem ſupradictum donum decem ſolidos publicæ monetæ pro cenſu reddam. Et ſi fortè mihi in animo evenerit, ut omnia relinquam in Eccleſiâ S. Sepulchri Hieruſalem, vel in ea, quæ eſt in Denckendorff divinæ religioni me ſubdam, Dominus Patriarcha & Prior cum Conventu Dominici Sepulchri abſque omni contradictione me recipiant, & omnia ſupradicta poſſideant liberè. Confirmo etiam hoc præſenti privilegio donum, quod quondam Eccleſiæ Dominici Sepulchri donavi, Eccleſiam videlicet, quæ eſt in Denckendorff cum omnibus pertinentiis ſuis. Et ſi ego devians ſupradicta bona alicui vendere vel donare præſumpſerim, nullo modo poſt hoc primum & legale donum poteſtatem habeam, & omnia ſupradicta confirmans propria manu ſubſcribo. &c. Hujus donationis teſtes ſunt Nobiles viri, quorum in præſentiâ hoc donum factum eſt, & quorum hæc ſunt nomina: Sifridus, Otvvinus, Dietricus Presbyteri: Conradus de Törnbach. Wolframus de Bernhauſen: Wolfboto & Renaldus de Cüſtringen, Rudolphus de Rheinfelden, Rondegerus de Botobore, Arnoldus de Spira cum cæteris multis. Et quoniam proprium ſigillum non habui, omnia, quæ præſcripta ſunt, ſigillo Dominici Sepulchri & Canonicorum ejusdem confirmari impetravi. Facta ſunt hæc omnia in Capitulo Dominici Sepulchri. Anno Dominicæ Incarnationis M.C.XLII. Indictione V. decimo Calendas Maji.*

Anno 1181. Fridericus I. Romanorum Imperator Eccleſiam Denckendorffenſem in ſpecialem protectionem ſuam recipit, ejusque ſingularem curam ac tutelam Præfecto ſuo Eſſlingenſi poſthæc habendam & convenienter obſervandam committit tenore ſequentis Bullæ: *Fridericus Dei gratiâ Romanorum Imperator ſemper Auguſtus &c. Omnibus*

omnibus Imperii noſtri fidelibus tam præſentibus quàm futuris notum eſſe volumus, quòd nos in Denckendorff Eccleſiam S. Sepulchri cum omnibus ſuis appendiciis, Eccleſiis, agris, cultis & incultis pratis, paſcuis, & cum omnibus rebus mobilibus & immobilibus, quæ ipſi Eccleſiæ collatæ ſunt, aut in poſterum juſtâ largitione bonorum hominum ſeu fidelium collatione ipſi Eccleſiæ conſerentur, in noſtram pacem & noſtræ protectionis defenſionem ad laudem & gloriam Dei ſanctique Sepulchri clementer recepimus. Statuimus etiam ob ſalutem animæ noſtræ, ut cuicunque in Eſſlingen vicem noſtram & poteſtatem exequendi juſtitias & negotia noſtra proſequendi commiſerimus, ille quærimonias prædictæ Eccleſiæ benevolè audiat, oportunitates attendat, & tanquàm noſtras proprias usquequaque expediat. Ut igitur hæc rata & incommutabilia permaneant, præſentem inde paginam ſcribi & ſigillo noſtro juſſimus inſigniri, & Imperiali, quâ fungimur, auctoritate ſtatuentes, ut quicunque huic noſtræ ordinationi obviare attentaverit, decem libras auri pro ſatisfactione componat, dimidias nobis, reliquas injuriam paſſis aſſignaturus. Hujus rei teſtes ſunt Ulricus Spirenſis Epiſcopus: Comes Fridericus de Wirtenberg. Comes de Urach. Albertus de Stauffen: & Cuno frater ſuus. Wernherus de Roſchach. Volcknandus & Fridericus de Stauffen: Conradus de Steinheim. Gervvicus de Hænrid & alii quàm plures. Datum apud Eſſlingen Anno Domini milleſimo centeſimo octogeſimo primo. Indictione decimâ quartâ decimo quinto Calendas Junii.

An. 1226. Henricus VII. Romanorum Rex Friderici II. Imperatoris filius Monaſterium Denckendorffenſe in publicam Imperii pacem & protectionem ſuſcipit tali diplomate: *Henricus Dei gratiâ Romanorum Rex & ſemper Auguſtus omnibus regni noſtri fidelibus tam præſentibus quàm futuris notum eſſe volumus. Quia Nos in Denckendorff Eccleſiam Dominici Sepulchri ad mandatum & petitionem univerſalis Patris noſtri Honorii ad petitionem Patriarchæ Hieroſolymitani, ad poſtulationem Fratrum religioſorum ibidem commorantium cum omnibus appendiciis ſuis Eccleſiis agris cultis & incultis, pratis, paſcuis, & cum omnibus rebus mobilibus & immobilibus, quæ ipſi Eccleſiæ collatæ ſunt, aut in poſterum juſtâ largitione bonorum hominum ſeu oblatione fidelium ipſi Eccleſiæ conſerentur in noſtram pacem & noſtræ protectionis defenſionem, ad laudem & gloriam Dei ſanctiq; Sepulchri clementer recepimus. Cùm igitur piis locis ob Sanctorum reverentiam favor impenditur, & nullus profectò locus Sepulchro Dominico, quem ipſius Sancti Sanctorum corporalis præſentia Sanctum fecit, favore dignior invenitur, dignè & juſtè ipſorum petitionibus juſtis aſſenſum adhibuimus, ipſorum etiam ſubnexis poſtulationibus firmum & inviolabile ſtatutum, auctoritate Regiâ & noſtri ſigilli munimine roboramus, ut jam dictæ Eccleſiæ protectio ſive defenſio nullâ casûs varietate, nullâ rerum mutabilitate ab auctoritate Imperiali ſive à Regiâ Excellentiâ poſſit alienari. Ut igitur hæc rata & incommutabilia permaneant, præſentem inde paginam ſcribi & ſigillo noſtro juſſimus communiri, regali, quâ fungimur, auctoritate ſtatuentes, ut quicunque huic noſtræ ordinationi obviare attentaverit, Regiam Excellentiam ſe noverit offendiſſe, & decem libras auri pro ſatisfactione compoſitarum, dimidias nobis, reliquas injuriam paſſis. Hujus rei teſtes ſunt Siſridus Epiſcopus Auguſtenſis: Ludovicus Dux Bavariæ: Hartmannus Comes de Dillingen. Albertus Comes de Rotenburg: Bertholdus Comes de Sulz: Ulricus Comes de Helfenſtein: Henricus nobilis vir de Neyſen: Eberhardus imperialis Aulæ Dapifer: Eberhardus & Conradus fratres de Winterſtetten Imperialis Aulæ Pincernæ: Marquardus & Ruckerus de Bernhauſen: Waltherus Miniſter in Ulmâ. Datum Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo ducenteſimo viceſimo ſexto in Eſſlingen, ſexto Calendas Octobris.*

Eodem Anno Fridericus II. Romanorum Imperator Monaſterium Denckendorffenſe in publicam protectionem abſolutè recipit, idque ſpeciali patrocinii ſui gratiâ confoveri vult, ac depoſthâc à ſe ſic fieri compromittit in hæc verba: *Fridericus Dei gratiâ Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, Jeruſalem & Siciliæ Rex per præſens ſcriptum notum facimus univerſis Imperii fidelibus, tam præſentibus quàm futuris, quòd nos attendẽtes honeſtam vitam & religionem laudabilem Venerabilium fratrum in Eccleſiâ Denckendorff Dominici Sepulchri eidem Domino laudabiliter famulantium fidelium noſtrorum conſiderantes etiam zelum piæ obſervantiæ regularis, quâ prædicti fratres flo-*

rere

rere noſcuntur, nec non & devotionem ſinceram, quam ad noſtram haberet Celſitudinem irrefragabiliter dignoſcuntur. Intuitu quoque Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti, ob cujus gloriam nominis ſacra Eccleſia nuncupatur, jam dictos fratres & Eccleſiam ipſam cum omnibus appendiciis ſuis agris, cultis & incultis, pratis, paſcuis & cum omnibus aliis rebus, quæ ipſi Eccleſiæ piè collatæ ſunt, aut impoſterùm juſtâ largitione ſeu oblatione fidelium conferentur, in noſtram & Imperii protectionem recipimus ſpecialem, & eos ſpeciali volumus noſtri patrocinii gratiâ confoveri. Mandantes igitur diſtrictè præcipimus univerſis, quatenùs nullus de cætero ſit tam auſus, qui prædictos fratres vel etiam dictam Eccleſiam in perſonis, poſſesſionibus, domibus & vineis ſuis in Denckendorff ac ſupradictis omnibus aliis bonis ſuis contra hujus protectionis & gratiæ noſtræ favorem temerè moleſtare, ſeu modo quolibet inquietare præſumat. Quod, qui præſumpſerit, indignationem culminis noſtri ſe noverit graviter incurſurum. Ut autem hæc noſtra protectio & ſpecialis noſtræ gratia Majeſtatis rata ſemper & inconvulſa permaneat, præſens ſcriptum fieri & ſigillo Majeſtatis noſtræ juſſimus communiri. Hujus autem rei teſtes ſunt Julianus Venerabilis Nazarienſis, & Joannes Venerabilis Boranenſis Epiſcopus, Richardus de Principatu Mareſchallus & frater G. de Metern Dapifer & alii quamplures. Acta ſunt hæc Anno Dominicæ Incarnationis milleſimo ducenteſimo viceſimo ſexto, menſe Decembri quintæ decimæ Indictionis. Datum apud tres Sanctos menſe & Indictione præſcriptis.

Anno 1228. Idem Fridericus Imperator Monaſterium Denckendorffenſe ſub ſpecialem ſuam & Imperii protectionem recipit, eique omnia jura & libertates confirmans ab Imperio neutiquàm illud abalienari demandat tali edicto : *Fridericus Dei gratiâ Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, Jeruſalem & Siciliæ Rex &c. Inter cætera, quæ Religionis obtentu noſtram ſibi vendicant clementiam & favorem, illud accedit voto præcipuum, ut ſacram domum Dominici Sepulchri, cui reverentiam majorem Reges & Principes habere debent, favoris & protectionis noſtræ robore munientes tranquillo & ſalubri ſtatui ſuo provideamus impoſterùm, dumque ſuæ utilitati & quieti proſpicimus, nobis quoque divinæ retributionis præmia comparemus. Hujus eſt igitur, quod cum eadem ſacra Domus Sepulchri Dominici cum omnibus obedientiis, ſubjectisque ſibi locis ſpeciali gaudeat privilegio libertatis, & ſub univerſorum Principum & Regum defenſione lætetur. Nos ob Chriſti reverentiam, de cujus munere provenit, ut locum & nomen præ cunctis terræ Regibus habeamus ad ſupplicationis inſtantiam Venerabilis Patris Jeroſolymitani Patriarchæ libertatis ſuæ ſtatum munificentiæ noſtræ liberalitate benignius proſequentes Eccleſiam in Denckendorff cum omnibus bonis ſuis & pertinentiis ſub noſtrâ protectione & Imperii defenſione recepimus ſpeciali confirmantes ei omnes libertates & immunitates, quas per univerſum Imperium noſcitur obtinere, nec non tenimenta, poſſeſſiones, prædia & bona omnia, quæ donatione Principum, largitione Regum & collatione Pontificum & aliorum oblatione fidelium in præſentiarum juſtè poſſidet, vel in anteà juſto titulo poterit adipiſci. De affluente quoq; gratia noſtra ob honorem Dominici Sepulchri & Superiorum intuitu præmiorum ſtatuimus & ſancimus, ut advocatia ejuſdem Eccleſiæ, quo per Imperium gubernatur & regitur, ſemper in noſtro & Imperii domanio debeat irrevocabiliter permanere, ac nullo futuro tempore poſſit à domanio defenſione & regimine noſtro & Imperii alienari. Quod ſi contigerit attentari, Imperiali auctoritate decernimus non valere. Mandantes & univerſis firmiter inhibentes, quatenus nullus Princeps, Dux, Marchio, Comes, Scultetus, Advocatus, Miniſterialis aliquis officialis, nullaque humilis ſublimiſve perſona Eccleſiaſtica vel mundana prædictam Eccleſiam in Denckendorff bona & pertinentias ſuas contra præſentis protectionis, confirmationis & conſtitutionis noſtræ paginam impetere, moleſtare vel impedire præſumat, quod qui præſumpſerit, quingentarum marcarum argenti pœnam ſe noverit incurſurum. Quarum medietas Cameræ noſtræ, & reliqua parti paſſæ injuriam perſolvatur. Ad hujus itaque protectionis, confirmationis & conſtitutionis noſtræ memoriam & ſtabilem firmitatem præſens privilegium fieri & ſigillo Majeſtatis noſtræ juſſimus communiri. Hujus autem rei teſtes ſunt Venerabilis paſtor J. Reginus & M. Barenſis Archiepiſcopi. Renaldus Dux Spoleti. Henricus de Nyfen. Anſelmus de Juſtingen quondam Mareſchallus & alii quamplures.*

Signum

Signum Domini Friderici Secundi Dei gratiâ Invictiſſimi Romanorum Imperatoris ſemper Auguſti, Jeruſalem & Siciliæ Regis. Acta ſunt hæc Anno Dominicæ Incarnationis milleſimo ducenteſimo viceſimo octavo menſe Junio primæ Indictionis Imperante Domino noſtro Friderico Secundo Dei gratiâ glorioſo Romanorum Imperatore & Siciliæ Rege Anno Imperii ejus octavo, Jeruſalem tertio, Regni verò Siciliæ triceſimo primo feliciter Amen. Datum apud Brunduſium Anno, menſe & Indictione ſupradictis.

Anno 1231. Henricus VII. Romanorum Rex ſupradictus Canonicis Denckendorffenſibus prædium quoddam in Bercken pago ſimul ac jus piſcationis in Nicro flumine ſpontaneæ donationis titulo confert & attribuit depoſthâc ſecurè ac liberè fruendum ac poſſidendum, quod ſic habetur. *Henricus Dei gratiâ Romanorum Rex ſemper Auguſtus Univerſis Imperii fidelibus, quibus præſens littera fuerit oſtenſa, gratiam ſuam & omne bonum. Ut ad noſtros poſteros & ſucceſſores perveniant firmiora ea, quæ coram nobis aguntur litterarum teſtimonio commendamus. Meminerint igitur præſentes & futuri, quæ conſtituti coram nobis apud Ehelingen Miniſteriales noſtri, videlicet Ortliebus cognomento Juvenis, Gotteboldus & Ortliebus de Ehelingen reſignaverunt nobis prædium quoddam ſitum in parochiâ Berkam, & piſcinam in Necario, nos verò divino inſtinctu compuncti præmiſſum prædium & piſcinam donavimus dilectis noſtris Canonicis in Denckendorff in ſubſidium ipſorum perpetuò poſſidenda, ut autem præmiſſa donatio noſtra firma permaneat & inconvulſa, præſentem litteram noſtram ſigillo noſtro communitam ipſis fecimus aſſignari, mandantes & per gratiam noſtram firmiſſimè præcipientes, ut nullus advocatus vel officiatus noſter ipſos in præmiſſa donatione gravet vel moleſtet. Quod qui fecerit, decem librarum auri eundem nobis conſtituimus debitorem, & tamen exinde iram noſtram ſentiet cum offenſâ. Teſtes hi ſunt: Conradus Abbas S. Galli, Conradus Pincerna de Winterſtetten, Peregrinus de Emeringen, Scultetus de Ehelingen & alii quàmplures. Datum apud Ehelingen. Anno Incarnationis Domini milleſimo ducenteſimo triceſimo primo, nono Februarii, Indictione quartâ.*

Eodem anno idem Henricus Rex Monaſterio Denckendorffenſi donat proprietatem unius patellæ ſalis in civitate Hallis jure perpetuo recipiendam ac liberè poſſidendam prout ampliùs explicant donativæ in confirmationem rei datæ, quarum tenor talis eſt: *Henricus Septimus divinâ favente clementiâ Romanorum Rex ſemper Auguſtus Univerſis Imperii fidelibus, quibus hæ litteræ fuerint oſtenſæ, gratiam ſuam & omne bonum. Quoniam ſempiterna ſedes in Dei palatio conſtructa eſt temporale bonum famulantibus Deo & pauperibus eroganti, quod quidem piâ ſolicitudine ſalubriter advertentes ſignificandum duximus Univerſis, quòd nos de conſultâ deliberatione, & ex deliberato conſilio, dilectis fidelibus noſtris Præpoſito & Conventui de Dencken dorff in civitate noſtrâ Hallis proprietatem unius patellæ ſalis contulimus liberè tenendam & perpetuò poſſidendam, adjicientes de munificentiâ noſtrâ, ut prædicta bona in poſterum poſſideant abſque omni exactione precariâ vel collectâ. Statuimus igitur, & ſub interminatione gratiæ noſtræ diſtrictè præcipimus, ut nulla unquàm perſona humilis vel alta Eccleſiaſtica vel ſecularis prædictam Eccleſiam in bonis prælibatis audeat moleſtare, vel ab ipſis aliquam precariam extorquere, quod, qui facere præſumpſerit Omnipotentis Dei indignationem & gravem noſtram offenſam ſe noverit incurſurum. Teſtes ſunt hi S. Moguntinus Archiepiſcopus, Hermannus Marchio de Baden Ulricus de Huſemeche. Pilgrinus de Emeringen Havvardus Muſehunch. Ulricus & Wernherus Notarii & alii quamplures. Datum Hallis Anno Dominicæ Incarnationis milleſimo ducenteſimo triceſimo primo, decimo Calendas Octobris Indictione quintâ.*

Anno 1254. Wilhelmus Romanorum Rex advocatiam Monaſterii in Denckendorff Ulrico Comiti de Wirtenberg pro ducentis marcis oppignerat, hujuſmodi tamen oppigneratione ſequentibus annis iterum redemptâ, qualiter apertè colligitur ex documento (ubi Rudolphus Imperator Nobilibus de Bernhauſen idem hoc jus itidem pignoris jure poſſidendam conceſſit) mox infrà producendo, atque hujus oppignerationis tenor iſte eſt: *Wilhelmus Dei gratiâ Romanorum Rex & ſemper Auguſtus Univerſis Imperii fidelibus hanc litteram inſpecturis gratiam ſuam & omne bonum. Noverint tam præſentes quàm futuri, quòd ſcire fuerit opportunum, quòd*

nos

nos fideli dilecto noſtro Comiti Ulrico de Wirtenberg advocatiam Dominici Sepulchri apud Denckendorff titulo pignoris pro ducentis marcis duximus obligandam. Nolentes ut proventus ejusdem advocatiæ ſuis habeat uſibus deputatos, donec per nos vel ſucceſſores noſtros redimatur pro ducentis marcis prætextatis ad pondus Colonienſe, quemadmodùm eſt condictum. Ad cujus facti noſtri memoriam evidentem præſentem ei litteram conſcribi & ſigillo noſtræ Celſitudinis juſſimus communiri. Datum in caſtris apud Franckfurt quarto Idus Julii Indictione decimâ.

An. 1284. Rudolphus I. Romanorum Rex nobili viro Diepoldo de Beinhauſen pignus conſtituit in jure advocatiæ Monaſterii Denckendorffenſis tenore ſequentium: *Rudolphus Dei gratiâ Romanorum Rex ſemper Auguſtus &c. Univerſis ſacri Romani Imperii fidelibus præſentes litteras inſpecturis gratiam ſuam & omne bonum. Fidem puram & devotionis conſpicuæ claritatem, quam Nobilis vir Diepoldus de Bernhauſen dilectus fidelis noſter claris operibus crebrò noſtræ Celſitudini demonſtravit favorabiliter intuentes, pro damnis, quæ in ſervitiis noſtris pertulit, nec non ex liberalitate munificâ ſibi & ſuis hæredibus legitimis quadringentas libras Hallenſium promittimus nos daturos, pro quibus ei & hæredibus prænominatis advocatiam Monaſterii Monachorum in Denckendorff Conſtantienſis diœceſis cum omnibus juribus & pertinentiis ſuis, ſicut ad nos & imperium ſpectare dignoſcitur, libenter & liberaliter obligamus tenendam tam diu, quousq; ſibi vel ſuis hæredibus prædictis dictæ quadringentæ libræ Hallenſium fuerint plenius perſolutæ. Solutione verò per nos vel per ſucceſſores noſtros in Imperio factâ plenariè eadem advocatia ad nos & dictum Imperium liberè revertetur. In cujus rei teſtimonium præſens ſcriptum exinde conſcribi & Majeſtatis noſtræ ſigillo fecimus. Datum Heroldsheim Idibus Novembris Indictione decimâ tertiâ Anno Domini milleſimo ducenteſimo octogeſimo quarto, Regni verò noſtri Anno duodecimo.*

Anno 1291. Idem Rudolphus Rex Monaſterio Denckendorffenſi quævis bona, quamvis poſſeſſio ſeu directum dominium eorum ad ſacrum fortè ſpectet Imperium, in perpetuam proprietatem confirmat, prout hîc ſequitur: *Rudolphus Dei gratiâ Romanorum Rex ſemper Auguſtus &c. Univerſis Chriſti fidelibus gratiam ſuam & omne bonum. Imperialis clemens benignitas ſolitaq; Regalis clementiæ, quæ ad religionis augmentum & ſacrum fidei cultum invitant animum, jugiter ſuggerit, eisq; applaudit affectu benevolo ſincero. Quapropter nos pia Prædeceſſorum noſtrorum ſecuti veſtigia religioſis nobis in Chriſto dilectis filiis Præpoſito & Capellano Eccleſiæ in Denckendorff Ordinis S. Sepulchri Dominici Conſtantienſis diœceſis, qui jugi ſtudio efficaciq; profectu pro fide Chriſti militant indefeſsè & triumphantur aſſiduè ex ſpeciali gratiâ & favore, quo eos & ordinem ſuum fovemus, tenore præſentium indulgemus benignè & concedimus, ut eis liceat, datamq; ex nunc à nobis habeant poteſtatem & jus retinendi, habendi vel poſſidendi ut propria, omni jure omnes res, bona & poſſeſſiones ſeu jura per eos acquiſita eisvè donata huc usq;, quorum poſſeſſio, jus ſeu directum dominium ad ſacrum fortè ſpectet Imperium. Volentes illos eorumq; Eccleſiam, eo jure in rebus, bonis, juribus & poſſeſſionibus hujusmodi, quæ hactenùs acquiſiverant tali modo, pleno jure & libertate perfrui perpetuò & gaudere, ac ſi per nos & manus noſtras ſpecialiter eis data ſeu collata forent & expreſsè donata præſentium teſtimonio litterarum ſigilli noſtri munimine ſignatarum. Datum in Germersheim Anno Domini milleſimo ducenteſimo nonageſimo primo. Idibus Junii, Regni verò noſtri decimo octavo.*

An. 1299. Albertus I. Romanorum Rex Monaſterium Denckendorffenſe in ſpecialem ſuam & Imperii tuitionem recipit, ſed & inſuper de novo confirmat omnia jura, donationes, libertates & gratias ab aliis Divis Imperatoribus & Regibus conceſſa & conceſſas ſequentis diplomatis tenore: *Albertus Dei gratiâ Romanorum Rex ſemper Auguſtus Univerſis ſacri Romani Imperii fidelibus in perpetuum. Dùm Divorum Imperatorum & Regum Romanorum Illuſtrium inclytæ recordationis prædeceſſorum noſtrorum pia geſta mente revolvimus & integræ recordationis oculis perſpicimus diligenter, ut eorum juſtis exemplis noſtra coaptemus veſtigia, in voto gerimus, atq; deſiderio pleniori ſperantes, quod ex eo, quod Eccleſias & Eccleſiaſticas perſonas divino cultui deputatas pleniori præ cæteris gratiâ confovemus, conceſſâ nobis à ſupremo Rege regente & gubernante omnia ſalus & gratia debeat*

ampliari. Noſcat igitur præſens ætas & futuri temporis ſucceſſura poſteritas, quòd nos exemplo eorundem noſtrorum prædeceſſorum quantum is annuerit, qui dat omnibus affluenter ſequi in viâ largitatis, clementiæ & rectitudinis cupientes honorandam cunctis Eccleſiam Dominici Sepulchri in Denckendorff Ordinis S. Auguſtini Conſtantienſis diœceſis à Divis Friderico & Friderico Romanorum Imperatoribus multis donatam libertatibus & honorum titulis inſignitam amplexantes, quemadmodùm iidem noſtri anteceſſores ulnis gratiæ & beneficentiæ ſpiritualis, ipſam in noſtram & ſacri Imperii tuitionem & protectionem recipimus ſpecialem cum perſonis, hominibus, & rebus omnibus attinentibus Eccleſiæ prædictæ approbantes inſuper innovantes & confirmantes omnia omninò jura, donationes, libertates & gratias à prædictis Friderico & Friderico Imperatoribus & Regibus Romanorum Illuſtribus ipſi Eccleſiæ traditas & conceſſas prout ritè & providè ſunt traditæ & conceſſæ, & quas eadem Eccleſia habet & habuit ab antiquo, mandantes nihilominùs omnibus & ſingulis regio hoc edicto, ne quis Imperii fidelium dictam Eccleſiam vel perſonas inibi Deo famulantes præſumat aliqualiter moleſtare aut jura ipſius infringere, vel ei auſu temerario contraire. Quod, qui facere præſumpſerit, gravem Indignationis noſtræ offenſam ſe noverit incurſurum. In teſtimonium præmiſſorum præſens ſcriptum ſigillo Majeſtatis noſtræ regiæ juſſimus communiri. Signum Domini Alberti Romanorum Regis Invictiſſimi. Datum apud Nurenberg quinto Idus Januarii. Anno Domini milleſimo ducenteſimo nonageſimo nono, Regni verò noſtri Anno primo.

Anno 1333. Ludovicus IV. Romanorum Imperator privilegium olim à Friderico I. itidem Romanorum Imperatore Eccleſiæ Denckendorffenſi conceſſum denuò renovat & confirmat juxta ſequentem tenorem: *Ludovicus Dei gratiâ Romanorum Imperator ſemper Auguſtus &c. Notum fieri volumus præſentium inſpectoribus univerſis, quòd venientes ad noſtræ Majeſtatis præſentiam honorabiles & religioſi viri Præpoſitus & Conventus Monaſterii S. Sepulchri in Denckendorff devoti noſtri dilecti humiliter ſupplicârunt, quatenùs privilegium infra ſcriptum per Divæ memoriæ Fridericum Romanorum Imperatorem prædeceſſorem noſtrum eis conceſſum & donatum, de noſtrâ benevolentiâ Imperiali confirmare dignaremur. Cujus quidem privilegii tenor ſequitur, & eſt talis.* Fridericus Dei gratiâ Romanorum Imperator ſemper Auguſtus omnibus Imperii noſtri fidelibus tam præſentibus quàm futuris notum eſſe volumus, quòd nos in Denckendorff Eccleſiam S. Sepulchri cum omnibus ſuis appendiciis &c. Datum apud Eſſlingen Anno Domini milleſimo centeſimo octogeſimo primo Indictione decimâ quartâ decimo quinto Calendas Junii. *Nos itaque attendentes ſinceram fidem Præpoſiti & Conventus prædictorum ipſorum petitionibus favorabiliter duximus annuendum, gratiam per præfatum Prædeceſſorem noſtrum ipſis factam ac præſcriptum privilegium tenore ſequentium confirmamus, ratificamus, ac etiam de novo concedimus ac innovamus. Volentes omninò præfatos Præpoſitum & Conventum gaudere omnibus gratiis atque donis, quæ in dicto Privilegio Imperatoris Friderici prædeceſſoris noſtri prædicti continentur. In cujus rei teſtimonium præſentes conſcribi & noſtræ Majeſtatis ſigillo juſſimus communiri. Datum Nurnbergi feriâ ſextâ ante feſtum Pentecoſtes Anno Domini milleſimo trecenteſimo triceſimo tertio, Regni noſtri Anno decimo nono, Imperii verò ſexto.*

Anno 1342. Ludovicus Romanorum Imperator antedictus Udalrico Comiti Wirtenbergico tanquàm ſubſtituto ſuæ Majeſtatis Præfecto Monaſterium Denckendorffenſe vicariâ poteſtate Cæſareâ defendere præcipit ſequentis edicti vigore: Wür Ludwig von GOttes Gnaden Röm. Keyſer zu allen Zeiten Mehrer des Reichs/ entbieten Unſerem lieben Oheim und Land-Vogt Ulrichen Graffen zu Würtenberg Unſer Huld und alles Guts. Wür wollen und gebieten dir veſtiglich/ daß du dem Probſt Unſeren lieben Demütigen von Unſeren wegen ſchirmeſt/ uff Recht und biß in des Rechtens beholffen/ und an der Sach/ darzu er Recht hab/ wann er des bedurfft und geſtatte nicht/ daß er von jemand wegen an ſeinen Leuten/ noch Güteren wider Recht beſchwert werde. Geben zu München am Montag vor Johannis Baptiſtä in dem acht und zwainzigiſten Jahr Unſers Reichs/ und in dem fünfzehenden des Keyſerthumbs.

Anno

Anno 1346. Idem Ludovicus Imperator privilegium quoddam olim ab Henrico VII. Romanorum Rege Eccleſiæ Denckendorffenſi collatum reiterât, & novo proprio diplomate confirmat taliter exarato : *Ludovicus Dei gratiâ Romanorum Imperator ſemper Auguſtus Univerſis ſacri Imperii fidelibus gratiam ſuam cum notitiâ ſubſcriptorum &c. Deo Creatori placitum obſequium credimus exhibere, dùm juſtis religioſorum virorum votis annuimus ipſorum commodo & profectui intendimus, & iiſdem Imperatoriæ munificentiæ dexteram, tam in clargiendis, quàm confirmandis beneficiis liberaliter impertimur, ut divini cultûs exercitio intendant commodiùs. Sanè ex parte religioſorũ virorũ fratrũ Dominici Sepulchri in Denckendorff devotorum noſtrorum noſtro culmini humiliter extitit ſupplicatum, ut privilegium Henrici Romanorum Regis prædeceſſoris noſtri & gratias in eodem contentas confirmare & innovare de Imperatoriâ benevolentiâ dignaremur. Cujus quidem privilegii tenor per omnia ſequitur in hæc verba* : Henricus Dei gratiâ Romanorum Rex & ſemper Auguſtus Omnibus Regni noſtri fidelibus tam præſentibus quàm futuris notum eſſe volumus. Quia nos in Denckendorff &c. Datum Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo ducenteſimo viceſimo ſexto in Eſſlingen ſexto Calendas Octobris. *Attendentes igitur, quòd dicta ſupplicatio de diſcretæ tramite rationis procedit & quòd juſta exiſtit rationabilis & diſcreta. Attendentes etiam, quoniam locis aliorum Sanctorum ob honorem Domini noſtri Jeſu Chriſti favorem impendimus, quòd multò magis loca Sepulchri Dominici ſpecialiori proſequi favore debemus & uberiori gratiâ prævenire, prædictum privilegium, prout per prædeceſſorem noſtrum prædictum rationabiliter eſt conceſſum, & gratias in eodem contentas approbamus, roboramus, confirmamus, de novo concedimus & imperiali auctoritate præſentis ſcripti patrocinio innovamus, dantes dictis fratribus & eorum Domui in Denckendorff præſentes noſtræ Majeſtatis ſigillo munitas in teſtimonium ſuper eos. Datum Nürnbergi decimo ſexto die menſis Januarii Anno Domini milleſimo trecenteſimo, quadrageſimo ſexto, Regni noſtri Anno triceſimo ſecundo, Imperii verò decimo nono.*

Anno 1359. Carolus IV. Romanorum Imperator duo privilegia quondam ab Henrico VII. Rege Romanorum aliaſque immunitates eidem Monaſterio concedit & reſpectivè confirmat tali diplomate : *In Nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis feliciter Amen. Carolus IV. divinâ favente clementiâ Romanorum Imperator ſemper Auguſtus & Bohemiæ Rex ad perpetuam rei memoriam. Etſi Imperialis Majeſtatis circumſpecta benignitas univerſorum ſaluti de innatâ ſibi clementiâ dignatur intendere, ad illos tamen ſingulari quâdam gratiâ dirigitur, qui ſub honorandæ profeſſione virtutis poſtpoſitis mundi vanitatibus gratâ religione militant, & divinis inſiſtentes laudibus gratum reddunt obſequium altiſſimo Creatori ſpecialiter renovando & confirmando, quæ à ſuis prædeceſſoribus ritè juſteque collata videntur cum obſervandis gratiis & beneficiis non minùs quàm largiendis, Imperialis accreſcat laus & gloria dignitatis. Sanè propter Religioſorũ Fratrum Dominici Sepulchri in Denckendorff devotorum noſtrorum dilectorum Majeſtati noſtræ porrecta ſupplicatio continebat, quatenùs ipſis & Monaſterio ipſorum infra ſcripta Privilegia ſeu litteras, quæ & ad quas à recolendæ memoriæ Divo Henricò Imperatore Prædeceſſore noſtro obtinuiſſe noſcuntur, de ſpeciali gratiâ & auctoritate Imperiali approbare, ratificare, & confirmare gratioſiùs dignaremur, prout eaſdem aliàs auctoritate Regiâ Romanâ duximus confirmandâ, quarum Tenor ſequitur in hæc verba*: Henricus Dei gratiâ Romanorum Rex & ſemper Auguſtus omnibus Regni noſtri fidelibus. Datum Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo ducenteſimo viceſimo ſexto. In Eſſlingen ſexto Calendas Octobris. *Tenor verò ſecundæ litteræ talis eſt*, Henricus Dei gratiâ Romanorum Rex & ſemper Auguſtus univerſis Imperii fidelibus, quibus præſens littera fuerit oſtenſa gratiam ſuam & omne bonum. Ut ad noſtros &c. Datum apud Eſſelingen Anno Incarnationis Domini milleſimo ducenteſimo triceſimo primo nonis Februarii Indictione quartâ. *Nos igitur ad ſupradictorum Fratrum devotam ſupplicationis inſtantiam præſertim cum juſta petentibus non ſit denegandus aſſenſus, nec non ad laudem & honorem Dei Omnipotentis & Intemeratæ Virginis Mariæ Matris ipſius ſupradicta privilegia & litteras ſuas in omnibus ſuis tenoribus, ſententiis, punctis, & di-*

ctis de verbo ad verbum prout ſuperiùs ſcripta ſeu ſcriptæ ſunt, nec non univerſa & ſingula alia privilegia & litteras, gratias, libertates, jura, donationes & conceſſiones ſpecialiter & expreſsè, quòd omnia bona ſua in diſtrictu ſeu Marchiâ in Eſſlingen habent & poſſident locare & exponere, ac de eisdem pro ipſorum voluntatis beneplacito habere, diſponere, nec non ipſis uti valeant, prout eis meliùs videbitur expedire, ut in oppido Eſſlingen prædicto, nulla telonia, quæ vulgariter Marck-Zoll *nuncupantur, ſolvere teneantur. Item piſcinam in Eſſlingen, in fluvio vulgariter Necker nuncupato, etiam Eccleſias parochiales in Pergheim, & in Waltorff Conſtantienſis, ac in Walhein Spirenſis, nec non in Durukaim Auguſtenſis diœceſis ipſis & eorum Monaſterio incorporatas & ad ipſos pertinentes, cum omnibus earundem bonis, redditibus, decimis, cenſibus ac aliis pertinentiis univerſis, in quibuscunque etiam diſtrictibus ſive Marchiis ſitæ conſiſtant, prout omnia ſupradicta à Divis Imperatoribus ſive Regibus prædeceſſoribus noſtris & Imperio, ac aliàs juſtè & rationabiliter obtinuerunt hactenùs, & ſicut in eorundem quietâ & pacificâ poſſeſſione & obſervatione fore & ab antiquo fuiſſe noſcuntur, eisdem fratribus & eorum ſucceſſoribus in perpetuum animo deliberato de ſpeciali noſtrâ gratiâ nec non ex certâ noſtrâ ſcientiâ atque Imperialis noſtræ pietatis plenitudine, de novo concedimus, approbamus, ratificamus, & gratioſiùs confirmamus, ſalvis tamen noſtris & Imperii juribus ac quorumlibet aliorum. Nulli ergò omninò hominum liceat hanc noſtræ approbationis, ratificationis, innovationis & confirmationis gratiam infringere, ſeu ei quovis auſu temerario quolibet contraire. Sub pœnâ gravis Indignationis, nec non centum marcarum auri puri, quas ab eo, qui contravenire præſumpſerit, toties, quoties contrà factum fuerit, irremiſſibiliter exigi volumus, & earum medietatem Cameræ noſtræ imperialis, reſiduam verò partem dictorum fratrum injuriam paſſorum uſibus applicari.*

Signum Sereniſſimi Principis & Domini Domini Caroli Quarti Romanorũ Imperatoris Invictiſſimi & glorioſiſſimi Bohemiæ Regis. Teſtes hujus rei ſunt Venerabilis Arneſtus Pragenſis Archiepiſcopus: Joannes Olomucenſis, Joannes Luthormuslienſis Imperialis Aulæ Cancellarius, Theodericus Mindenſis & Maurus Corborienſis Epiſcopi illuſtres. Joannes Marchio Moravienſis, Rudolfus & Fridericus Auſtriæ, Styriæ & Carinthiæ, Wenceslaus Saxoniæ, Bolko Falkenbergenſis & Joannes Opiciæ Duces ſpectabiles, Fridericus Nürnbergenſis, Burcardus Imperialis Curiæ noſtræ Magiſter, Burglinus & Joannes Magdeburgenſes Burggravii, & Ulricus de Helfenſtein Comites Nobiles Fridericus Dux de Teck, Wilhelmus de Rechberg & Jodocus de Roſenberg, Andreas de Duba, Emicho de Haſenburg, Busko de Wilhartiz & alii quàmplures noſtri & Imperii ſacri fideles præſentium ſub Imperialis noſtræ Majeſtatis ſigillo teſtimonio litterarum. Datum Pragæ Anno Domini milleſimo trecenteſimo quinquageſimo nono, Indictione duodecimâ, tertio nonas menſis Maji, Regnorum Anno tertio decimo, Imperii verò quinto.

Anno 1361. Carolus Imperator antedictus Monaſterium Denckendorffenſe cum quéisvis appertinentibus domiciliis & Eccleſiis in ſpecialem Imperii protectionem recipit, illudque ſoli Romano Imperio, uti hactenùs ſemper & ab antiquo, ſic & de futuro ſubditum & appropiatum eſſe debere, atque in illud advocatiam aut quodvis aliud jus regimen prætendere aut uſurpare poſſe aut debere ſtatuit, ac diſtrictè præcipit tali edicto: Wür Carl von GOttes Gnaden Röm. Keyſer zu allen Zeiten Mehrer des Reichs und König zu Böheim ꝛc. ꝛc. bekennen und thun Kundt offentlich mit diſem Brieff allen denen/ die ihn ſehen oder hören leßen. Wann Wür von angeborner Güte geneigt ſeyn allen Unſeren und des Reichs getreuen Unterthanen Unſer Gnad mildiglich mitzutheilen/ doch meynen und wöllen Wür die gnediglichen bedencken/ die in geiſtlichen ordentlichen Leben dem Allmächtigen GOtt und gemeinem Guten täglich dienen. Diß haben Wür von Unſeren ſonderlichen Gnaden mit Keyſ. Macht und mit rechtem Wiſſen die Geiſtlichen und den Probſt den Convent und das Cloſter gemeiniglich zu Denckendorff Ordens des Heyl. Grabs zu Jeruſalem / den Prior und den Convent zu Speyr des Spitals zu Worms / das Haus zu Arch / und das Haus zu Seelanden / und das Haus zu Wimertingen / und die Kirchen zu Kircheim/ zu Güglingen und zu E. deſſelben Ordens/ die alle in die Probſtey zu Denckendorff gehören/ und auch von Alter gehört haben/ mit allen anderen ihren Kirchen / Leuten / Güteren / Nutzen und

Zuge-

Zugehörungen / wie man die mit ſonderli- chen Worten benennen mag / und wo auch die gelegen ſeint / GOtt zu Lob und Ehre und ſeinem Heyligen Grab / und daß ſie im friedlichen Leben GOtt deſto fleiſſi- ger dienen mögen / in Unſeren und des Reichs Schürm Verſprechungen genom- men und empfangen / nemmen und em- pfahen auch mit diſem Brieff/und wollen und erkennen auch / daß ſie fürbas ewigli- chen zu Uns und dem Heyl. Reich gehören ſollen und zu Niemands anders / wann Wür kündlich unterwiſen ſeyn / daß ſie von Alter zu dem Reich gehört haben / auch haben Wür denſelben Clöſteren / Spita- len / Häuſeren und Kirchen / alle die Recht/ Freyheit / Gnad / gut Gewonheit und Behaltnuſſe / die der egenannt Probſt / Convent und das Cloſter zu Denckendorff haben / und haben auch von Alter und dem Reich hergebracht und behalten haben/ von Unſeren beſonderen Gnaden und Keyſerl. Macht und mit rechtem Wiſſen geben und verliehen / geben und verleihen auch mit diſem Brieff. Darumb gebieten Wür auch allen Geiſtlichen und Weltlichen / Fürſten / Graffen / Freyen / Herren / Rit- tern / Knechten und allen anderen Unſeren und des Reichs Getreuen und Untertha- nen / daß ſie den egenannten Probſt / und das Cloſter zu Denckendorff / die egenannte Häuſer / Clöſter / Spitäler und Kirchen/ die in die Probſtey zu Denckendorff gehö- ren / alle ihre Leuth und ihr Recht / Frey- heit und Gnad / wider Unſer egenannte Gnaden nicht hinderen / beſchwehren oder überfahren ſollen / noch ſie keinerley Vog- tey / Rechtens oder Gewalts darüber unterwenden. Und wer darwider fre- ventlich thete / der ſoll in Unſer und des Reichs Ungnad und hundert Marck löti- ges Golds ſchwerlich gefallen ſeyn als offt das geſchicht / und die ſollen halb in Unſer und des Reichs Cammer / und das ander halb Theil den egenannten Probſt und Convent / und ihren Clöſteren / Spitalen und Kirchen ohne allen Abgang gefallen/ mit Urkund diß Brieffs verſigelt mit Un- ſer Keyſ. Majeſt. Inſigel. Geben zu Lauf- fen nach Chriſti Geburt dreyzehenhundert Jahr / darnach in dem ein und ſechszigi- ſten Jahr an dem Dienſtag vor St. Gallen- Tag. Unſer Reich in dem ſechszehenden und des Keyſerthums in dem ſiebenden Jahr.

Anno 1408. Rupertus Romano- rum Rex Monaſterium Denckendorf- fenſe tanquàm ſoli & uni tutelæ ac de- fenſioni Romani Imperii ſubditum ejus- dem loco & nomine illud ipſum defen- dere Primoribus civitatis Eſſlingenſis districtè præcipit vigore ſequentis edi- cti : Wür Ruprecht von GOttes Gna- den Röm. König zu allen Zeiten Mehrer des Reichs ꝛc. bekennen und thun Kunde und offenbar mit diſem Brieff allen denen/ die ihn ſehent / leſent / oder hören leſen. Wann Wür von angeborner Güte und Mildigkeit darzu geneigt ſeyn / daß Wür allen Unſeren und des Reichs Unterthanen und Getreuen Frieden und Gemach ſchaf- fen / jedoch ſeyn Wür geneigter das zu thun den Perſonen / die dem Allmächtigen GOtt Unſerem Schöpffer in geiſtlichen Leben Tag und Nacht dienen / und den für Uns bitten / ſeint darumb von fleiſſiger Bitte der Ehrſamen und lieben andächti- gen Johannes des Probſtens / Albrecht des Prioris und des Capituls gemeinlichen der Kirchen des Heyl. Grabs von Jeruſalem zu Denckendorff bey Eſſlingen in Coſtan- tzer Biſtumb gelegen / und auch von beſon- deren Vertrauen / das Wür zu Unſeren lieben Getreuen den Burgermeiſter / Rath und Burgeren Unſer und des Heyl. Reichs Stadt Eſſlingen haben / haben Wür die egenannten Probſt / Prior und Capitul/ alle ihre Nachkommen und daſſelbe Cloſter zu Denckendorff mit allen ſeinen Zugehö- rungen / als das ſonderlichen in Unſeren und des Reichs Schürm gehöret / von Un- ſeren und des Reichs wegen / den Burger- meiſteren und Rath Unſer und des Heyl. Reichs Stadt zu Eſſlingen empfohlen/ und empfehlen ihnen das auch in Krafft diß Brieffs / und Röm. Königl. Macht- Vollkommenheit für unrechtem Gewalt und Unrecht zu ſchützen und zu ſchürmen biß auf Unſer oder Unſerer Nachkommen an dem Reich Röm. Keyſer oder Königen Widerruffen / und gebieten darumb allen und jeglichen Fürſten / Geiſtlichen und Weltlichen / Graffen / Freyen / Herren/ Ritteren / Knechten / Gemeinſchafften der Städte / Märck und Dörffer / und allen Unſeren und des Reichs Unterthanen und Getreuen ernſtlichen und veſtiglichen / daß ſie die obgenannte von Eſſlingen an Beſchü- tzung und Beſchürmung des obgenannten Cloſters Denckendorff mit aller ſeiner Zu- gehörung und vorgeſchriebner Maß nicht hinderen noch irren in kein Weiß / ſondern ihnen darzu / als fern ſie das begehren / ge- treulich von Unſer und des Reichs wegen behülfflich ſeyn / als lieb ihnen ſey Unſer

und des Reichs ſchwere Ungnad zu vermeiden. Urkundt diß Brieffs verſigelt mit Unſerer Königl. Majeſt. anhangenden Inſigel. Geben zu Haydelberg nach Chriſti Geburt vierzehenhundert Jahr / und darnach in dem achten Jahr an dem nechſten Mitwoch nach St. Johannis Baptiſtä Tag/als er geborn ward/Unſers Reichs in dem achtzehenden Jahr.

Eodem Anno Rupertus Rex taxam mulctæ pecuniariæ hactenùs à ſubditis Monaſterii Denckendorffenſis ſolutæ ſeu ſolvi conſuetæ poſthâc ampliùs adaugeri concedit tenore ſequentium: Wür Ruprecht von GOttes Gnaden Römiſcher König zu allen Zeiten Mehrer des Reichs bekennen und thun Kundt offenbar mit diſem Brieff allen denen/die ihn ſehent oder hören leßen / wann Uns von wegen der Ehrſamen Unſer Lieben Andächtigen Johannes des Probſts/ Albrecht des Priors und des Capituls gemeinlichen des Cloſters des Heyligen Grabs von Jeruſalem zu Denckendorff bey Eßlingen in Coſtantzer Biſtumb gelegen/fürbracht iſt / wie bißher viel Unzucht / Muthwillen und Nachläſſigkeit unter den armen Leuten des Dorffs unter dem egenannten Cloſter zu Denckendorff gelegen / beſchehen von ſolchen Herkommen daſelbs nemblich daran/ verbricht ein arm Mann daſelbs einen Frevel an einem Feyrtag / ſo iſt derſelbe Frevel drey Pfundt Haller / verbricht er aber einen ſaumlichen Frevel an einem Wercktage / ſo iſt er nicht mehr dann vier Schilling Haller / davon die arme Leuth daſelbs deſto verlaſſner ſeyn an den Wercktagen / in den Weinhäuſern zu ſitzen / und damit ihr Arbeit zu verſaumen / und auch deſto minder achten zu frevlen / das ihnen alles zu verderblichen Schaden komme/ und hat Uns demütiglich gebetten / ihnen und ihren Gottshaus Denckendorff obgemeldt/ zu gönnen und zu erlauben / ſolchen Frevel an den Wercktagen zu vermehren/ auf daß die arme Leut daſelbs ſich deſto mehr vor Muthwillen und Unzüchten hüten / und auch deſto minder verderblich werden. Darumb ſo haben Wür angeſehen der obgenannten Probſts / Priors und Capitels zu Denckendorff redliche Bitt/und haben ihnen/ ihren Nachkommen und demſelben Cloſter gegonnet und erlaubet / gonnen und erlauben ihnen auch in Krafft diß Brieffs von Röm. Königl. Macht / daß ſie von einem jeglichen Frevel/der da beſchicht an den vier Tagen / und davon ſie pflegen zu nehmen drey Pfund Haller / der an dem Wercktag beſchicht halb als viel / das iſt mit Namen dreyſſig Schilling Haller nehmen und aufheben ſollen und mögen / und ſollen auch das thun / als dick ſolche Frevel verbrochen und verwürckt werden ohne Widerred und Widerſtand eines jeglichen ungefehrlich. Urkund diß beſigelt mit Unſer Königl. Majeſt. anhangendem Inſigel. Geben zu Heydelberg nach Chriſti Geburt vierzehenhundert Jahr / und darnach in dem achten Jahr an dem nechſten Mitwoch nach St. Johannis Baptiſtä als er geboren ward/ Unſers Reichs in dem achten Jahr.

Anno 1416. Sigismundus Romanorum Rex Monaſterium Denckendorffenſe cum omnibus pertinentiis ſuis, in ſpecialem Imperii tuitionem recipit, ac privilegia à patre ſuo Carolo IV. Romanorum Imperatore conceſſa juxtà confirmans totum Denckendorffium ad ſolum Romanum Imperium adſpectare debere diſtrictè præcipit ſequenti diplomate: Wür Sigmund von Gottes Gnaden Röm. König zu allen Zeiten Mehrer des Reichs / und zu Hungarn / Dalmatien / Croatien König ꝛc. bekennen und thun kund offenbar mit dieſem Brieff allen denen/die ihn ſehen oder hören leßen. Wiewohl Wür von angeborner Güte und Königl. Mildigkeit ſeyn / alle Unſere und des Reichs Unterthanen und Getreuen zu fürderen / iedoch ſo ſeyn Wür billicher embſig und willig deren Beſtens und Nutzens fürzuwenden / Fried und Gemach zu verſchaffen / durch die der Gottsdienſt ſtet und mit gantzer Innigkeit in geiſtlichen ordentlichen Leben durch gemeines Nutzes willen vollbracht würdet. Des haben Wür von ſonderlichen Gnaden und Königl. Macht und auff rechten Wiſſen die geiſtlichen Probſt / Convent und das Cloſter gemeinlich zu Denckendorff Ordens des Heyl. Grabs zu Jeruſalem / den Prior/ den Convent zu Speyr / das Spital zu Worms / das Haus zu Arch / und das Haus zu Seelanden / und das Haus zu Memertingen / und die Kirchen zu Kircheim zu Gültlingen / zu Ehr deſſelben Ordens/ die alle in die Probſtey zu Denckendorff Ordens des Heyl. Grabs zu Jeruſalem gehören / und auch von Alter gehört hant/mit allen anderen ihren Kirchen/ Gütern / Nutzungen und Zugehörungen / wie man die mit ſonderlichen Worten nennen mag / und wo auch die gelegen ſeint / GOtt

zu

zu Lob und Ehr/und ſeinem Heyl. Grabe/ und daß ſie im friedlichen Leben GOtt deſto baß und fleiſſiger dienen mögen / in Unſeren und des Reichs Schirm und Verſprechnus genommen und empfahen / nemmen und empfangen auch in Krafft diß Brieffs/ als auch der Allerdurchleuchtigſte Fürſt und Herr Herr Carl Röm. Keyſer Unſer lieber Herr und Vatter ſeeligen gethan / und mit ſolcher Gnad begnadet hat/ und wollen und bekennen auch / daß ſie fürbaß ewiglich zu Uns und dem Heyl. Röm. Reich gehören ſollen und niemand anders. Wann Wür auch klüglich unterwieſen ſeint/daß ſie von Alters zu dem Heyl. Reich gehört haben. Auch haben Wür den vorgenannten Clöſteren/ Spitalen und Kirchen alle die Recht / Freyheit / Gnad / gut Gewonheit / Brieff / Privilegien und Behaltnuſſen / die der egenannte Probſt/ Convent und das Cloſter zu Denckendorff haben / und auch von Alter von Unſeren Vorfahrern Uns und dem Heyl. Röm. Reich herbracht und behalten haben / von Unſeren beſonderen Gnaden / Königlichen Macht und rechten Wiſſen confirmiret/ beſtettiget / geben und verliehen / confirmiren / beſtettigen / geben und verleyhen ihnen die auch mit diſem Brieff/und gebieten darumb allen Fürſten / Geiſtlichen und Weltlichen / Graffen / Freyen / Herren / Städten / Ritteren / Knechten und ſonſt allen anderen Unſeren und des Röm. Reichs Unterthanen und Getrewen / daß ſie die egenannten Probſt und das Cloſter zu Denckendorff / die egenannten Häuſer / die in die Probſtey zu Denckendorff gehören / alle ihre Leuth und Güter / Recht/ Freyheiten und Gnaden / wider Unſer egenannte Gnad nicht hinderen/ beſchwehren noch überfahren ſollen/ noch ſich keinerley Vogtey / Rechts oder Gewalts darüber underwenden in kein Weiß. Wer aber freventlich dawider thete / der ſoll in Unſer und des Reichs Ungnad und Verlieſung hundert Marck lötiges Golds als offt das geſchach/ſchwärlich gefallen ſeyn/ und die ſollen halb in Unſer und des Heyl. Röm. Reichs Cammer/ und halb dem egenannten Probſt/Convent und ihren Clöſteren / Spitalen und Kirchen ohne alle Ablaſſung und Mindernus gefallen. Mit Urkund diß Brieffs verſigelt mit Unſer Königl. Majeſt. Inſigel. Geben zu Aach nach Chriſti Geburt vierzehenhundert Jahr / und darnach in dem ſechszehenden Jahr an St. Andreas-Tag des Heyl. Zwölffboten Unſer Reiche des Ungariſchen ꝛc. ꝛc. in dem dreyſſigſten und des Röm. in dem ſiebenden Jahr.

Anno 1424. Ludovici & Ulrici Comitum Wirtenbergenſium ſubſtituti in regimine politico Vicarius & Conſiliarii Monaſterium Denckendorffenſe in ſpecialem defenſionem & tutelam Wirtenbergenſem (ſalvis tamen ejusdem Monaſterii juribus ac privilegiis quibuscunque) recipiunt, quod ſic habetur: Wür die Nachgeſchribne Unſer gnedigen Herrſchafft zu Würtenberg Statthalter mit Namen Rudolph von Sultz / Hannß von Stadion / Ritter / und Hannß von Sachſenheim bekennen und thun kund offenbar mit diſem Brieff allen denen/ ſo ihn ſehen oder hörent leßen/ daß für Uns komen ſeyn die Ehrſame geiſtliche Herren Herren Johannes von Ringingen Probſt und mit ihm der Convent des Gottshaus zu Denckendorff Ordens des Heyl. Grabs von Coſtantzer Biſtumb/ und hand Uns fürgelegt und erzehlet groſſe Gebrechen / ſo ſie haben von Abgang und Zergengnus ihres Gottshaus und ihrer Gütter wegen / und des fürbas täglich beſorgen müſſen / damit auch zu beſorgen iſt/daß der Gottsdienſt darmit niedergelegt und nicht vollbracht möchte werden in ihrem Gottshaus / alsdann wohl möglich und göttlich were / damit auch die Seelen der Gutthäter beraubet werden möchten/ und hand Uns an ſtatt und im Nahmen der obgenannten Unſer gnedigen Herrſchafft angerufft und demütiglich gebetten/ ſie und ihres Gottshaus Leuth und Güter lauterlich umb Gottes willen in der obgenannten Unſer gnedigen Herrſchafft Schirm zu nehmen und zu empfahen / und daß ſie Gottsdienſte deſto bas vollbringen und bey ihres Gottshaus Güter füro bleiben mögen / als haben Wür angeſehen ihr demütig Gebet dem Allmächtigen GOtt zu Lob und Ehren/und haben den egenannten Probſt und Convent und ihr Nachkommen mit allen ihren Leuthen und Güteren in der obgenannten Unſerer gnedigen Herrſchafft Schürm und Gnad genommen und empfahen / nehmen und empfahen ſie auch wiſſentlich und in Krafft diß Brieffs in der obgenannten Unſerer gnedigen Herrſchafft Schürm und Gnad/ und ſollen und wöllen auch an ſtatt und im Namen derſelben Unſer gnedigen Herrſchafft / Sye und ihr Gottshaus / und ihr Leuth und Güter göttlichen handhaben/

ſchirmen

ſchirmen / und verſprechen gen allermenniglich als ander Gottshäuſer / ſo in Unſer gnedigen Herrſchafft Schirm ſeint / alles ohn alle Gefehrde / doch ſo ſollen ſie und ihr Nachkommen von der obgenannten Unſer gnedigen Herrſchafft wegen / mit allen ihren Leuthen und Güteren / ſo ſie ietzo hand oder füro überkommen möchten / bleiben bey allen ihren Freyheiten / Gnaden / Gewonheiten und Rechten / ſo ſie erworben und von Heyl. Stuhl zu Rom / von Röm. Keyſeren und Königen / und ihnen daran nicht gegriffen werden / wie ſie dann von Alters herkommen ſeint ohne alle Gefehrde / und von ſolches Schirms wegen ſie GOtt dem HErrn für die egenannte Unſere gnedige Herrſchafft allezeit bitten ſollen / ſonderen haben ſie in diſen Sachen uſſgeſetzt / zu thun denen von Eſſlingen wie ſich dann ihr Vorfahren ſeel. Gedächtnus gegen ihnen verſchrieben hand / und nach Innhalt derſelben Brieff / und der egenannte Probſt und Convent / und ihr Nachkommen ſollen auch obgenannten Unſer gnedigen Herrſchafft gehorſam zu thun und verbunden ſeyn gleicher Weiß als andere Gottshäuſer / ſo in ihren Schürm ſeint alles ohn alle Gefehrde. Deß zu wahren Urkundt haben Wür egenannte Statthalter Unſer ieglicher ſein eigne Inſigel offenlich gehenckt an diſen Brieff / der geben iſt am Zünß-Tag vor St. Matthäus des heyligen Zwölffboten und Evangeliſten Tag / nach Chriſti Geburt / als man zahlt vierzehenhundert zwaintzig und vier Jahr.

Eodem Anno Ven. Dominus Joannes Præpoſitus & Conventus Denckendorffenſis ſeſe Ludovicum & Ulricum Illuſtres Comites Wirtenbergenſes antedictos in futuros ſæpenominatæ Eccleſiæ ſuæ Tutores & advocatos (ſalvis tamen & reſervatis per omnia privilegiis propriis) aſſumpſiſſe profitentur & denuntiant tenore Reverſalium ſequentium: Wür Johannes von Renchingen Probſt und der Convent gemeinlich des Gottshaus zu Denckendorff Ordens des Heyl. Grabs von Jeruſalem in Coſtantzer Biſtumb bekennen offenbar mit diſem Brieff allen denen / die ihn ſehen oder hören leßen / daß Wür mit guter Vorbetrachtung überein kommen ſeyn von Gebrechen wegen Unſer und Unſers Gottshaus Abgang der Güter: darumb Wür Gottsdienſt deſto minder vollbringen mögen / und haben angeſehen / daß voran Gottsdienſt nicht niedergelegt und allzeit deſto bas in dem egenañten Unſerem Gottshaus vollbracht werde / betrachtet / wie Wür Uns und Unſer Gottshaus in einen friedlichen und hilfflichen Schürm bringen mögen / dardurch Wür und Unſer Gottshaus bey dem ihren und hilfflichen Schirm bleiben / und wann Wür nun wohl bekennen / daß Uns und Unſer Gottshaus alſo wohl ſchürmen kan oder mag / als die Hochgeborne Unſere gnedige Herren / Herr Ludwig und Herr Ulrich Gebrüder Graffen zu Würtenberg / ſo haben Wür für Uns / und Unſer Nachkommen frey und unbezwungenlich / an den Städten und Zeiten / da Wür es auch wohl thun möchten / den Edlen Wohlgebornen und die Strengen und Veſten Graffen Rudolffen von Sultz / Herren Hannßen von Stadion Ritter / und Hannßen von Sachſenheim Stadthalter Unſer vorgenannten gnedigen Herren von Würtenberg angeruffen / und ſie demütiglich gebetten / Uns und Unſer Gottshaus mit Unſeren Leuthen und Güteren luterlich umb Gottes willen in der egenannten Unſer gnedigen Herren ihr Erben und der Herrſchafft zu Würtenberg Schürm zu nemmen / und daß Wür deſto bas bey Unſeren Gottshaus und Güteren bleiben / und darmit Gottsdienſt deſto bas vollbringen mögen / doch alſo / daß Wür und Unſer egenannt Gottshaus / Leuth und Güter / ſo Wür ietzo haben oder hernach überkommen / gäntzlich bleiben bey ſolchen Freyheiten / Gewonheiten und Rechten / ſo Wür und Unſer egenannt Gottshaus haben von dem Heyl. Stuhl zu Rom und Röm. Keyſeren und Königen / und als Wür vor Alter Herkommen ſeyn / und auch ſeyn ſollen ohne Gefehrde / und alſo haben die vorgenannte Unſere Herren die Stadthalter Unſer demütig Bitt gnediglich angehöret / und Uns und Unſer Gottshaus mit allen ſeinen Leuthen und Güteren in der obgenannten Unſer gnedigen Herrſchafft zu Würtenberg Schürm genommen und empfangen / und ſollen und wollen Uns getreulich handhaben und verſprechen als andere Gottshäuſer / ſo in ihren Schirm ſeint / alles ohn alle Gefehrde. Darumben Wür und Unſer Nachkommen GOTT fleiſſiglich allzeit für die egenannte Unſere gnedige Herren und ihre Erben bitten / und ihnen als andere Gottshäuſer / die in ihren Schirm ſeint / thun und gehorſam ſeyn ſollen und wollen von ſolche Gnad und

Schirm

Schirm wegen / ſo uns offt und dick von der egenannten Unſeren gnedigen Herrſchafft beſchehen iſt / und noch künfftiglich beſchehen ſoll und mag / auch haben Wür hierinnen ausgenommen denen von Eßlingen zu geben / und zu thun / als ſich dann des Unſerer Vorfahren gegen ihnen / nach der Brieff Sag ihnen darüber gegeben verſchriben hand ungefehrlich / und des zu wahren Urkundt haben Wür der Probſt vorgenannt Unſer eigen Inſigel / und Wür der Convent des Priorats Inſigel offenlich gehenckt an diſen Brieff / und haben darzu gebetten den Ehrwürdigen geiſtlichen Herren Herren Heinrich von Hälfingen Abbte zu Bebenhaußen / daß er ſeinen Inſigel zu noch mehrer Gezeugnus / und Uns zu verbinden / zu bezeugen und zu überſagen aller vorgeſchribnen Sach auch offenlich gehenckt hat an diſen Brieff / das auch Wür Abbt Heinrich ietzt gemeldt alſo bekennen / doch Uns unſchädlich / geben am Zinß - Tag vor St. Matthäus des Heyl. Zwölff Boten und Evangeliſten Tag nach Chriſti Geburt / als man zahlt vierzehenhundert zweinzig und vier Jahr.

Anno 1442. Fridericus III. Romanorum Rex Monaſterium Denckendorffenſe cum reliquis Eccleſiis & ſubditis perſonis ſecularibus in ſpecialem Imperii defenſionem ſuſcipit, illudque ad ſolum Romanum Imperium deposthâc adſpectare debere ſtatuit, atque additâ ſimul confirmatione quorumvis privilegiorum & jurium antiquorum diſtrictè præcipit advocatiam aut quidquid aliud in Eccleſiam Denckendorffenſem à nemine prætendi poſſe vel debere, prout ampliùs explicat diploma Cæſareum ſpecialiter in id clementiſſimè datum & expeditum prout ſequitur: Wür Friderich von GOttes Gnaden Römiſcher Kayſer zu allen Zeiten Mehrer des Reichs / Hertzog zu Oeſterreich / zu Steyr / zu Carndten / und zu Crain / Graff zu Tyrol ꝛc. bekennen und thun kundt offenbar mit diſem Brieff allen denen / die ihn ſehent oder hörent leßen. Wiewohl Wür von angebohrner Güte und Königl. Mildigkeit geneigt ſein / allen Unſeren und des Reichs Unterthanen und Getrewen zu fürderen / jedoch / ſo ſeyn Wür billicher embſig und willig deren Beſtes und Nutzen fürzuwenden / Fried und Gemach zu ſchaffen / durch die Gottsdienſt ſtet und mit gantzer Innigkeit in geiſtlichen ordenlichen Leben durch gemeines Nutz willens vollbracht wirdet. Des haben Wür von ſonderlichen Gnaden und Königl. Macht und auch rechten Wiſſen die geiſtliche Probſt / Convent und das Cloſter gemeinlich zu Denckendorff Ordens des Heyl. Grabs zu Jeruſalem den Prior und Convent zu Speyr das Spital zu Wormbs / das Haus zu Aach / das Haus zu Seelanden / das Haus zu Wemertingen / und die Kirchen zu Giglingen und zu Ehr deſſelben Ordens / ſo alle in die Probſtey zu Denckendorff gehören / und auch vor Alter gehört haben / auch das Münſter Othilien-Berg genannt / der Herrſchafft Montfort in dem Hertzogthumb Gelderen gelegen / das ihnen dann verwilliget und vergönnet iſt zu erheben / zu bauen und zu einem Jungfrauen-Cloſter deſſelben ihres Ordens zu machen / auch zu reformiren und zu viſitiren / nach Innhalt geiſtlicher und weltlicher Brieffe / die ſie darumb haben / und die Capell zu St. Leonard zu Bullenberg gelegen in der Pfarr Gaſtdorff mit allen ihren anderen Kirchen / Güteren / Nutzungen und Zugehörungen / wie man ſie mit ſonderlichen Worten nennen mag / und wo die auch gelegen ſeyn / GOtt zu Lob und Ehr / und ſeinem heyligen Grab / und daß ſie im friedlichen Leben GOtt deſto bas und fleiſſiger dienen mögen / in Unſeren und des Reichs Schürm genommen und empfangen / nennen und empfahen auch in Krafft diß Brieffs / als auch daß Unſere Vorfahrer an dem Reich gethan / und ſie mit ſolchen Gnaden begnadet haben / und wöllen und erkennen auch / daß ſie fürbas ewiglich zu Uns und dem Heyl. Reich gehören ſollen / und niemand anders. Wann Wür auch unterwiſen ſeind / daß ſie von Alter zu dem Heyl. Reich gehört haben. Auch haben Wür den vorgenannten Clöſteren / Spital / Kirchen und Capellen alle die Recht / Freyheit / Gnad / Gut / Gewonheit / Privilegien und Behaltnuſſen / das die vorgenannte Probſt / Convent und das Cloſter zu Denckendorff haben / und auch von Alters von Unſeren Vorfahren Uns und dem Heyl. Reich herbracht und behalten haben / von Unſeren beſonderen Gnaden / Königl. Macht und rechten Wiſſen confirmirt / beſtättiget / gegeben und verliehen / confirmiren / beſtättigen / geben und verleyhen ihnen auch die mit diſem Brieff / und gebieten darumb allen und jeden Fürſten / Geiſtlichen und Weltlichen / Graffen / Freyen / Herren / Ritteren / Knechten / und ſonſt allen anderen Unſeren und des Heyl. Röm. Reichs Unterthanen und Getreuen / daß ſie die egenannte Probſt und das Cloſter zu Denckendorff die egenannten

Häuſer/Clöſter/Spital/Kirchen und Capellen/ die in die Probſtey zu Denckendorff gehören/ alle ihre Leuth und Güter/ Recht/ Freyheiten und Gnaden/ wider Unſer egenannte Gnad nicht hinderen/ beſchweren oder überfahren ſollen/ noch ſie keinerley Vogtey/ Rechtes oder Gewalts darüber überwenden in kein Weiß/ wer aber freventlich darwider thet/ der ſoll in Unſer und des Reichs Ungnad und Verlieſung hundert Marck lötiges Goldes/ als offt das geſchicht/ ſchwerlich gefallen ſeyn/ und die ſollen halb in Unſer und des Heyl. Röm. Reichs Camer und den egenannten Probſt/ Convent und ihren Clöſteren/ Spitäleren/ Kirchen und Capellen ohne alle Ablaſſung und Mindernus gefallen. Mit Urkund diß Brieffs verſigelt mit Unſer Königl. Mayeſt. Inſigel. Geben zu Aach nach Chriſti Geburt vierzehenhundert und darnach in dem zwey und vierzigiſten Jahr am Montag nach St. Ulrichs Tag/ Unſerer Reich im dritten Jahr.

Anno 1466. Succincta & ſimplex enarratio gravaminum æquè multorum ac diverſorum ab Udalrico Comite Wirtenbergico Canonicis Denckendordorffenſibus illatorum quaſi in formam Inſtrumenti publici redacta taliter ſuo loco habetur annotata: *Anno Domini milleſimo quadringenteſimo ſexageſimo ſexto Indictione decimâ quartâ Pontificatûs Sanctiſſimi in Chriſto Patris & Domini noſtri Domini Pauli divinâ providentiâ Papæ Secundi Anno ſecundo in Monaſterio S. Sepulchri in Denckendorff Conſtantienſis diœceſis, die verò decimâ menſis Junii, & in loco Capitulari Monaſterii ejusdem nos Bernardus de Buſtetten Præpoſitus eo tunc cum Confratribus Capitulum teneret, & de certis ac ſingulis aggravaminibus, damnis, debitis & periculis, nobis ac noſtro Monaſterio, à generoſo Domino & Comite Ulrich de Wirtenberg & ſuis venatoribus, canibus venaticis aliisque intolerabilibus damnis & gravaminibus per nos quotidiè habitis tantis & pagis, tractantibus non obſtantibus, quòd ad hujusmodi minimè eſſemus obligati, neque talia fieri debeant etiam attentis Juramentis per nos in noſtræ dignitatis ſuſceptione præſtitis & privilegiis noſtris ex eo ac aliis circumſtantiis conſideratis, pro tunc unà cum confratribus noſtris Capitulum repræſentantibus deliberavimus, quòd ab hujusmodi aggravaminibus & damnis illicitis vellemus eſſe abſoluti & ſupportati Juſtitiâ mediante in quantum deberemus &c.*

Item Anno, menſe Pontificatûs, quibus ſuprà, die verò Lunâ decimâ ſextâ, nos Bernardus Præpoſitus in civitate imperiali Eſſlingen & ibidem in domo noſtrâ, in majori Stubâ ejusdē domûs habuimus & tenuimus Capitulum unà cum fratribus noſtris, videlicet Mathiâ Fabri Priore, Petro Wolff, & Hello Sachs Cuſtode, Ludwico Schlais, Henrico Gizlmann, Martino Breudlin, Nicolao Vilderer, Caſpar Glaſer, Jacobo Woch, Joanne Buler ſacerdotibus omnibus Capitularibus & Capitulũ pro tunc repræſentantibus, concordavimus & concluſimus unanimiter & unusquisq; per ſe ſpontè ac voluntariè animo deliberato vocem ſuam dedit, quòd ab hujusmodi aggravaminibus prætactis ſupportari omnino eſſe vellemus atq; deberemus, conſideratis eorũ juramẽtis per ipſos & unũquẽq; præſtitis bona Monaſterii ac privilegia ejusdẽ defendendũ & conſervãdũ &c. &c.

Item quòd prædictã ligã & compromiſſionem obſervare vellemus atq; deberemus concordavimus & concluſimus deſuper fieri debere per Notariũ publicũ Inſtrumentũ ſeu Inſtrumenta, & per eundem ſubſcribi & ſignari etiam pro majori confirmatione ſigillo noſtro juratis roborari in fidem & teſtimonium hujus rei ſeu ligæ.

Item Anno Domini, quo ſuprà, menſis verò Junii die viceſimâ ſecundâ venerunt ipſi venatores Domini de Würtenberg & Cœnobiũ noſtrũ Denckendorff in canibus in numero copioſo eo tunc abſentibus & tunc noſtrâ ex ſubordinatione Prior & Procurator, videlicet Mathias Fabri & Petrus Wolff ipſis pro tunc expoſuerunt, quòd non haberent pro malo & recederent cum canibus, quia nos & totus Conventus eſſemus deſuper concordes & deliberati quòd non vellemus, nec poſſemus per ampliùs hujusmodi gravamina ſuſtinere, etiam in Dei nomine recederent ipſis minimè contentis, & injurioſis verbis pro tunc proferentibus & nomen Domini in vanum ad cauſam eorum ſuſcipientibus &c. &c.

Item ipſo die Petri & Pauli venerunt iterum Venatores ad Monaſterium noſtrum, & receperunt nobis armatâ manu quatuor equos, & deduxerunt ex Monaſterio in tali feſto, & Dominico die frivolè, & de illis equis habent adhuc unum contra Deum & juſtitiam nobis eo tunc & noſtris hominibus maximè minando velle nobis recipere omnia bona noſtra &c. &c.

Item die immediatè ſequenti feſtũ Petri & Pauli, & poſtquàm audivimus hujusmodi comminationes nobis factas, tunc nos in ſubſidium & defenſionem noſtri Monaſterii

Affixi-

affiximus arma Imperii, ſeu Romanorum Regis, ſub cujus tuitione ſumus, & immediatè ad hoc idem Regnum pertinemus, quia etiam Romanorum Regi ſubjecti, & idem advocatus eſt noſtri Monaſterii & nullus alius, quod probamus per litteras regiales & Vidimus prædicti Comitis &c. &c.

Item quod prædictus Dominus Comes in dietâ Studtgardiæ celebrata Anno quo ſuprà menſis Auguſti die primâ ſuper prætorio ibidem per ſuum cauſidicum videlicet dictum Wernher Luz, in præſentiâ Dominorum Religioſorum Abbatis in Hirſavv & Blaubeuren, & Prioris in Gutenſtein tanquàm compoſitorum, quod prædictus Dominus Comes nos promoviſſet ad hujusmodi Præpoſituram &c. &c.

Item quòd Dominus Comes incepiſſet unam reformationem per ipſos præſidentes, & hoc ob honorem Domini noſtri Jeſu Chriſti, & ob nullam aliam cauſam &c. &c.

Item quòd nos abnegaſſemus Dominum proprium & naturalem, quia Imperatorem invocaremus & teneremus pro Domino noſtro vero, & ipſum abnegaremus & arma aliena affixiſſemus &c. &c.

Item quòd nos eſſemus ſuus Conſiliarius juratus, & idem minùs licitum eſſet nobis contra eum quicquam facere & obtemperare, non attento, quòd majus juravimus Monaſterio noſtro &c. &c.

Item ulteriùs petiit idem cauſidicus nomine ſui Domini Comitis à Prælatis præſidentibus nos à dignitate hujusmodi amoveri, quia Dominus Comes nos nequaquàm vellet ſcire in Monaſterio, quod tamen minimè ei licuit, neque licet &c.

Item die, quo ſuprà & ſequenti die petiit à nobis ſibi dari duo millia florenorum Rhenenſium velut pro tunc etiam fuit dictum omni anno centum florenos & mille florenos accommodari, de quibus ipſe vellet dare cenſum, & debuiſſemus fidejuſſores nos, tunc vellet nos permittere in ſtatu noſtro, ſic autem tunc nequaquam vellet nos habere in Monaſterio ac eſſet Papa, quæ auctoritas tamen ſibi minimè licuit, neque licet etiam de facto, juſtitiâ ſemotâ nititur extorquere pecuniam à nobis &c.

Item transactis fortè octo diebus miſimus honeſtam legationem ad dominationem ſuam, videlicet Magiſtrum civium in Eſſlingen, Notarium & unum Scabinum ibidem ſibi exponendo juſtitiam noſtram ac noſtri Conventûs pro tunc ibidem exiſtentibus, quid ultimatè tamen vellemus dominationi ſuæ propinare & non plus in hunc finem, quòd manſiſſemus in pace cum eo, quod idem Dominus Comes omninò renuit facere, & eſſe minimè contentus in ſeptingentis florenis, & voluit mille ducento florenos à nobis, quos non poſſumus ſibi dare, neque volumus, quia ſibi nihil obligamur. Et pro tunc obtulimus nos ſibi parere juri coram Papâ, Generali noſtro, Domino Conſtantienſi aut Spirenſi, aut coram Imperatore, Palatino aut Marggraffio de Nider-Baden &c. &c.

Item de pòſt, dùm intelleximus, quòd non voluit nobiſcum concordare, tunc miſimus ſpecialem nuntium ad Generalem noſtrum & ad Curiam Romanam, animo invocandi ſuperiores noſtros, eosdem pro remedio juris implorando, & dùm nuntius noſter veniret Romam, fuerunt ibi Ambaſſiatores Domini de Wirtenberg cum pleno mandato animo prædictum nuntium noſtrum impugnando & contradicendo, prout fecerunt videlicet in Præſcripto Spirenſi.

Item, quòd ibidem obtinuimus Reſcriptum, & quòd unimus nos de Judice, hujus cauſæ videlicet, quod Dominus Ordinarius loci Epiſcopus Conſtantienſis audiret, & de mandato Sanctisſimi Domini noſtri Pauli Papæ Secundi juſtitiam nobis faceret, de quo habetur Bulla &c.

Item antequàm Reſcriptum Spirenſe abſolveretur per honorabilem virum Herindum de Lapide Bambergenſis Eccleſiæ Decanum ſufficiens cautio præſtita exiſtit, videlicet in quodam Inſtrumento deſuper confecto, & hoc factum eſt tanquàm per legitimum Procuratorem Domini Comitis, de cujus procurationis mandato pro tunc ſufficienter edocuit.

Item quod idem Dominus Decanus obligavit ſe & omnia bona ſua ſpiritualia & ſecularia, præſentia & futura in eventum, quòd Dominus ſuus hujusmodi cautionem non ſervaret nobis in expenſis, & intereſſe reficiendi, & ad Sancta Dei Evangelia tactis ſcripturis juravit & firmavit &c. &c.

Item illis omnibus ſicut præfertur peractis, nihilominùs præfatus Dominus Comes nos contra Deum & Juſtitiam ſpoliavit, & fratres noſtros juratos & profeſſos à juramento eorum recedere debere ſollicitavit in noſtrum ac noſtri Monaſterii maximum damnum & præjudicium, nec non animarum earundem damnationem & honorum privationem.

Item quòd variis & inordinatis tentationibus ſubditos noſtros nititur ſolli-

citare recedere à veritate, ſcriptis, verbis, minis &c. &c. Et hoc contra Deum & juſtitiam per hoc nobis maxima & intolerabilia damna inferre non formidat.

Item quòd Nuntiis noſtris minando eis velle eruere oculos, qui præſentent noſtris ſubditis juratis & profeſſis litteras & mandata legitima. Et hoc facit ex ſuâ temeritate & propriâ poteſtate.

Item, quòd non formidat idem Dominus Comes Monaſterium noſtrum ac bona ejusdem, in quo nullam jurisdictionem habet, invadere, ſpoliare ac infringere, & cum hominibus inhabilibus, laicis providere, & eleemoſynam Chriſti cum talibus interdictis inhoneſtis, perjuris ac canibus contra Deum & juſtitiam inutiliter conſumere, in ſuæ animæ læſionem & animarum fundatorum ac benefactorum & erectorum ſuorum conſolationum privationem. Et hoc facit in villis, cenſibus, decimis &c. &c.

Anno Domini milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo &c. venit Nobilis ac generoſus Comes Ulricus de Wirtenberg ad Monaſterium noſtrum Denckendorff Ordinis S. Sepulchri Domini cum poteſtate, & recepit poſſeſſionem, ac fecit ex eo ſpeluncam latronum, attento, quòd non eſt fundator, nec advocatus, nec defenſor, niſi in quantum obligatur ex mandato Eccleſiæ & Romanorum Imperii & nihilominùs eo tunc ſpoliavit nos. Item primò accepit nobis viginti plauſtra vini de medio civitatis Eſſlingen, plus vel minus fortè medio plauſtro. Item viginti quartalia de carnibus porcinis & decem octo porcos magnos ſuper Stygam &c. Item viginti ſex boves magnos, & ſedecim vaccas, & decem parvos boves. Item ducenta octoginta maltaria de puro tritico. Item ſexcenta maltaria de avenâ. Item iterum centum viginti maltaria de frumento & avenâ. Item in Grezingen centum quinquaginta maltaria de frumento & avenâ. Item in Kircheim unius Presbyteri dicti Bez ducenta maltaria de frumento & avenâ.

Item quod ſemper nobis promiſit omnia illa ablata reſtituere, quod huc usque minimè factum ſit & eſt. Tamen ſperamus nobis exſolvi debere.

Item cum hoc eo tunc tota villa noſtra combuſta fuit.

Item poſt Jacobi dùm lis fuit concordata, venit Dominus Comes ad Monaſterium noſtrum, & tunc iterum conſumpſerunt nobis ſexaginta maltaria de avenâ, quàm aliàs, quo conceſſit nobis Dominus Albertus miles. Item cum hoc ſemper Venatores cum canibus in numero copioſo.

Item de pòſt tranſactis fortè octo annis vel citrà creſcentibus iterùm diſcordiis cum Domino Palatino. Eo tunc acceperunt nobis ſui de Kircheim vaccas, & angariaverunt noſtros ſubditos ad dandum carnes eorum clientibus & militibus. Et iterùm iſti ſui de Nürtingen fecerunt nobis & noſtris ſubditis damna & opprobria.

Item tunc temporis affiximus arma Imperatoris, qui noſter defenſor exiſtit, tanquàm Domini noſtri naturalis, & proptereà oportebat nos fugere à Monaſterio etiam, & fecimus hoc pro defenſione Monaſterii.

Item de pòſt fuimus miſſi Nürnbergam in negotio Domini Comitis, & interim fuit ſeminata magna diſcordia inter fratres noſtros & nos, de quâ accepimus magnum damnum &c. Creditur hoc actum iterum ex ſuâ inſtigatione.

Item Anno quinquageſimo octavo &c. venit præfatus Dominus Comes cum quâdam Bullâ Pii Papæ Secundi unà cùm reformatoribus in eâdem contentis, & reformavit nos, & fecerunt unam bonam ordinationem nobis multùm beneplacentem.

Item eo tunc ſæpedictus Dominus Comes per præfatos Reformatores nobis promiſit, quòd per ampliùs omninò deberemus eſſe ſupportati ab omnibus gravaminibus illicitis.

Item pro tunc interfuerunt plures honeſti homines, videlicet Abbas Monaſterii Zvvifalten, & tres fratres, & Reformatores Officiales, de Conſtantia, Joannes Enzberger, Joannes Hochberg, Heinrich de Stauffen Protonotarius de Eſſlingen, & hoc in expenſis noſtris maximis, & Comes Fridericus de Helfenſtein, Comes Sigiſmundus de Hohenberg, Georgius Kant Advocatus de Studtgarten &c. Conſules &c. &c. Item quòd nos de illâ ſubordinatione fuimus benè contenti, quia ſperavimus Monaſterium noſtrum, dùm ſic eſſemus liberati ab aggravaminibus illis readificare, & conſtruere, quia per ipſum Dominum Udalricum fuit deſolatum.

Anno

Anno Domini milleſimo quadringenteſimo ſexageſimo quarto poſt reformationem venit Advocatus Domini Comitis dictus Luz ad Monaſterium noſtrum, & petiit à nobis, quòd deberemus fidejubere & fidejuſſores fieri Domini Comitis pro decem aut octo millia florenorum, quod renuimus facere, quia non audemus, de quo idem Dominus Comes malè fuit contentus, & præfatus advocatus dictus Luz pro tunc mentem Domini Comitis benè nobis expoſuit & dixit: ecce nunc veni pro fidejuſſione fiendâ, & renuiſtis, ſecundariò veniam, & dicam date nunc & hoc videbitis.

Item in die Corporis Chriſti oportuit nos ducere funes venaticos ad Blochingen &c. &c.

Item idem Comes intromittit ſe de advocatiâ noſtrâ Monaſterii minùs juſtè, quia non eſt advocatus, nec Fundator, nec defenſor, de quâ non obligamur ſibi dare quicquam.

Item vult etiam recipere den Frevel/ *quod priùs nunquàm auditum eſt.*

Item quòd nos habemus defectum in perſonis propter ſuam inordinatam aggravationem, quam nobis diu noctuque minùs juſtè impendit, & quod quamplures receſſerunt à nobis propterea. Item quòd oportuit nos ducere ligna ad caſtrum in Studtgartiâ, quod nunquàm auditum eſt.

Anno 1467. Nobilis vir Rupertus ab Erlickheim ex ſtirpe primorum fundatorum Denckendorffenſium progenitus, querelam in causâ turbationis & moleſtationis Denckendorffio multifariàm hactenùs illatæ, coram Udalrico ſæpedicto Comite Wirtenbergico ipſomet tot gravaminum authore primario ſimpliciter exponit & deponit ſub hujusmodi tenore: Dem Hochgebornen Herren Herren Ulrichen Graffen zu Würtenberg ꝛc. meinem gnedigen lieben Herren ꝛc. Hochgeborner gnediger lieber Herr ꝛc. Es haben meine Vor-Eltern von Erlickheim das Gottshaus Denckendorff geſtüfftet/ und das ihrige dem Allmächtigen GOtt zu Lob und Ehr darzu gegeben. Nun verſtehe ich/daß Ewer Gnaden oder die Ewer in Eueren Namen denſelben Gottshaus das ſeine an Früchten/ in vergangnen Zeiten abgenommen/darnach Probſt/ Prior und Convent uſſgetriben/ daſſelbe nach eweren Gefallen beſetzt/ und das übrige/ als des Gottshaus Güter auch genommen/das ja frembd zu hören iſt/ angeſehen/daß ihr nicht ihr Stüffter/ auch nit ihr Caſten-Vogt noch Schürmer geweſt/ noch ſeyn ſollen / und ob ihr auch meynte einer Päbſtlichen Büllen zu einer Reformation dienend/hierinn zu behelffen/verſtehe ich/daß Prior und Convent/die ihr ietzt mit Gewalt vertriben hat/ ſie williglich zu einer Reformation ergeben / und ihr oder ewere Jäger ihnen darüber ihre Pferd genommen/ deren eines vertruncken/ damit ſie ihres guten Willen mehr entgolten/ dann genoſſen haben/ als mich bedunckt. Und diß alles angeſehen/und beſonder/daß meine Vor-Eltern und ich des Gottshaus Stüffter ſeint/ ſo bitte Ich Ewer Gnaden ſolches Fürnemmen abzuſtellen/ und den vor da geweſten Probſt mit ſeinem Convent wider in das Gottshaus mit Widergeben des ihrigen kommen und fürter unbeſchwert zu laſſen. Vermeint ihr dann / daß ſie ſich anders/ dann ihnen wohl gebühre/gehalten haben/ daß Ewer Gnaden zu rechtfertigen gebühre/ ſo will ich ſie vermögen/ auch fürderlich rechtes zu ſeyn für Unſeren Heyl. Vatter den Pabſt / oder ſeiner Heyligkeit den Cardinal zu Augſpurg/ oder für Unſeren allergnedigſten Herren den Röm. Keyſer/oder für meinen gnedigen Herren dem Pfaltzgraffen/ oder vor meinen gnedigen Herren dem Biſchoff von Worms oder Speyr / oder meinen gnedigen Herren von Coſtantz/oder ſeiner Gnaden Official oder Vicarien / oder der Schul zu Heidelberg an der Ende einem/ welchem ihr wollet/ und Ewer Gnaden wollen ſich hierinn gnedig und gutwillig beweiſen/daß die Erbaren Probſt und Convent vor da geweſt/ der Billichkeit und mit Rechten/ und Recht bittes genieſſen/ befinden. Das will ich/wo ich kan/ williglich verdienen / dann wo das nit geſchach/ ſo bin ich als ein Stüffter ſchuldig meine Herren und Freund anzuruffen/gegen Ewer Gnaden mir dienlich zu ſeyn / zu meiner Gerechtigkeit/dardurch ich/wie auch der Probſt und Convent obgemelt mit Gewalt und unerlangt alles Rechtens/und über ſolch Recht bieten/ nicht verdrungen noch entwehrt werden / und bitte des ein gnedige Antwort. Geben uff Mitwock nach St. Franciſcen Tag Anno Dom. &c. &c. ſexageſimo ſeptimo.

Anno 1488. Fridericus Imperator memoratus ſuprà jurisdictionem forenſem in locis Monaſterio Denckendorffenſi ſubditis juxta praxim Præfecturæ Studtgardienſi ſolitam & uſitatam liberè depoſthâc exercendi Præpoſito Denckendorffenſi plenariam impertit facultatem tali diplomate conceſſam: Wür Friderich von GOttes Gnaden Röm. Keyſer zu allen Zeiten Mehrer des Reichs zu Hungarn/Dalmatien/Croatien König ꝛc. Hertzog zu Oeſterreich/ zu Steyr/zu Kärndten/und zu Crain/ Graff zu Tyrol ꝛc. bekennen offenlich mit diſem Brieff/ und thun kundt allermänniglich/daß Wür den Ehrſamen/Unſeren Lieben Andächtigen Peter den Probſt und Convent des Gottshaus zu Denckendorff des Heyligen Grabs Ordens von Jeruſalem in Coſtantzer Biſtumb gelegen/ diſe ſondere Gnad gethan/auch gegönnt und erlaubt haben/ thun/ göñen uñ erlauben ihnen auch von Röm. Königl. Macht wiſſentlich in Krafft diß Brieffs/ alſo daß ſye und ihr Nachkommen in ihren Dorff Denckendorff ꝛc. ſo ihnen und ihren Gottshaus zugehörig ſeyn ſoll/ all und iegliche Perſonen/ die in demſelben Dorff und ſelbigen Gerichts- Zwang und Zugehörung/Frevlung und Mißhandlung thun/ und ſolch ihr Mißhandlung einen zimlichen Frevel und Buß/ als in der Vogtey zu Stuttgardt und den Dörfferen daſelbſt umb gelegen Gewonheit und Herkoñen iſt/durch ihre Amptleuth/ ſo ſie darzu ordnen werden/ mit Recht oder in ander Weiß/ wie ſich das zu einer ieden Zeit gebüren/ auch die Notturfft erforderen/ und daſelbſt herumb gebraucht wird/ erforderen/ einnemmen und ſetzen ſollen und mögen von allermeñiglich unverhindert/ doch daß ſie damit niemand wider Recht oder unbillicher Weiß beſchweren/ ungefährlich; und gebieten darauff allen und ieglichen Unſeren und des Heyl. Reichs Fürſten/ Geiſtlichen und Weltlichen/ Prälaten/ Graffen/ Freyen/ Herren/ Ritteren/ Knechten/ Hauptleuthen/ Vitzdomben/ Vögten/ Pflegeren/ Verweſeren/ Amptleuthen/ Schultheiſſen/ Burgermeiſteren/ Richteren/ Räthen/ Burgeren und Gemeinden/ und ſonſt allen anderen Unſeren und des Reichs Underthanen und Getrewen/ in was Würden/ Stats oder Weſens die ſeynt/ ernſtlich mit diſem Brieff/ und wollen/ daß ſie den obgenannten Probſt und Convent zu Denckendorff an diſen Unſeren Keyſ. Gnaden/Gönnung und Erlaubung nicht hinderen noch irren/ ſondern ſie derſelben obberürter maſſen geruhiglich gebrauchen/ genieſſen/ und gäntzlich dabey bleiben laſſen/und dawider nicht thun/noch jemands zu thun geſtatten ſollen in kein Weiß/ als lieb einem jeglichen ſey Unſer und des Reichs ſchwere Ungnad/ und darzu ein Pön/nemblich zwaintzig Marck lötiges Golds/ Uns halb in Unſer und des Reichs Cammer/ und den anderen halben Theil denen obgenannten Probſt und Convent zu Denckendorff und ihren Nachkommen unabläßlich zu bezahlen verfallen ſeyn ſoll/mit Urkundt diß Brieffs beſigelt mit Unſeren Keyſ. anhangenden Inſigel. Geben zu Inſpruck am zweintzigiſten Tag des Monats Februarii/nach Chriſti Geburt vierzehenhundert und im acht und achtzigiſten/ Unſer Reiche des Römiſchen im acht und vierzigiſten/des Keyſerthumbs im ſechs und dreyſſigiſten/und des Hungariſchen im neun und zwaintzigiſten Jahr.

Anno 1521. Carolus V. Romanorum Imperator privilegium ab atavo ſuo Friderico itidem Imperatore religioſis Canonicis Eccleſiæ Denckendorffenſis & queisvis eorum appertinentibus aliis Eccleſiis ac domibus ubi ubi locorum exiſtentibus collatum reiterat, innovat & confirmat, unaque ſimul Denckendorffenſe Monaſterium in ſpecialem Romani Imperii defenſionem ac tutelâ recipit tali diplomate: Wür Carl der Fünffte von GOttes Gnaden erwöhlter Röm. Keyſer zu allen Zeiten Mehrer des Reichs ꝛc. König in Germanien/zu Caſtilien/zu Arragon/zu Legion/ beeder Sicilien/zu Jeruſalem/zu Hungarn/ zu Dalmatien/zu Croatien/zu Navarra/ zu Granaden/ zu Toledo/ zu Valentz/ zu Gallicien/ Majoricarum/ zu Hiſpalis/ zu Sardinien/ Cordubâ/ Corſicâ/ Murtiâ/ Giennis/ Algeron/ Algierin/ zu Gibraltaris/ und der Inſulen Canariâ/ auch der Inſlen Indiarum und Terræ Firmæ und des Meers Oceani ꝛc. ꝛc. Ertz-Hertzog zu Oeſterreich/ Hertzog zu Burgund/ zu Lotterick/ Braband/ zu Steyr/ zu Kärndten/ Crain/ Limpurg/ Lützenburg/ Gelderen/ Würtenberg/ Calabrien/ Graff zu Habſpurg/ Flanderen/ Tirol/ Görtz/ Biſcaja und Burgund/ Pfaltzgraff zu Hennegow/ zu Holland/ zu Seeland/ zu Pfürt/ Kyburg/ zu Namur/ zu Roſſilion/ und zu Zutphen/ Landgraff in Elſaß/ Marggraff zu Burgaw/ zu Oriſtani/ zu Gotziani/ und des Heyl. Reichs Fürſt zu Schwaben/

ben / zu Catalonia / Aſturia / Herr zu Frießland / auff der Windiſchen Marck/ zu Portenau/ zu Movia/ zu Salins/ zu Tripoli und zu Mechlen ꝛc. ꝛc. bekennen offentlich mit diſem Brieff / und thun kundt allermenniglich/ daß Uns die Ehrſame Geiſtliche / Unſere Liebe Andächtige Martinus Probſt / Convent und Cloſter gemeinlich zu Denckendorff/ Ordens des Heyl. Grabs zu Jeruſalem / einen Brieff von weyland dem Allerdurchleuchtigſten Keyſer Friderich dem Dritten / Unſeren lieben Herren und Ur-Anherren Löbl. Gedächtnus ausgangen / darinn ſein Mayeſtät ſie und andere Priorat / Convent / Clöſter / Spitäl/ Kirchen und Capellen deſſelben Ordens zu Speyr / des Spitals zu Worms / der Häuſer zu Aach/ zu Seelanden/ zu Wermetingen / und die Kirchen zu Kircheim / zu Güglingen ꝛc. in die obbeſtimpte Probſtey zu Denckendorff gehörig in ſeiner Kayſ. Mayeſt. und des Heyl. Reichs Schürm und Verſprechung genommen und empfangen / auch mit weiteren Gnaden und Freyheiten begabt und fürſehen hat / wie dann ſolches alles ſeiner Kayſ. Mayeſtät Brieff derhalben ausgangen ausweiſet/ und von Wort zu Wort alſo lautet : **Wür Friderich von GOttes Gnaden Röm. König zu allen Zeiten Mehrer des Reichs/ Hertzog zu Oeſterreich / zu Speyr / zu Karndten / und zu Crain/ Graff zu Tyrol ꝛc. bekennen und thun kundt offenbar mit diſem Brieff allen denen / die ihn ſehen oder hören leßen/ wiewohl Wür von angebohrner Güte ꝛc. ꝛc. Geben zu Aach nach Chriſti Geburt vierzehenhundert / und darnach in dem zwey und vierzigiſten Jahr.** Haben fürbracht und Uns darauff demütiglich angeruffen und gebetten/ daß Wür ſolch weiland Keyſer Friderichs Gnad- und Freyheit-Brieff zu verneuren/ zu confirmiren / und zu beſtätten / auch ſie und die obberürte Priorn / Convent / Clöſter / Spital/ Kirchen und Capellen deſſelben Ordens gleicher Weiß in Unſer und des Heyl. Reichs ſondere Gnad / Verſpruch / Schutz und Schürm auffzunemmen und zu empfahen gnediglich geruheten. Deß haben Wür angeſehen / ſolch ihr demütig zimlich Bete / auch den löblichen Gottsdienſt / ſo täglich mit Singen und Leſen in denſelben Clöſteren und Gottshäuſeren vollbracht werdet / und darumb GOtt zu Lob und Ehr ſeines Heyligen Grabs / und damit die obberürte Probſt/ Convent und Ordens-Leuth ſolchem Gottsdienſt gebürlicher auswarten mögen / mit wohlbedachten Muth / guten Rath und rechten Wiſſen ſolch obbeſtimpts Unſers Lieben Herren und Ur-Anherren Keyſer Friderichs Gnad- und Freyheits-Brieff / wie vorſtehet/ gegeben / erneurt / confirmirt und beſtattet / auch ſie und dieſelbe andere Priorat / Convent / Clöſter / Spitäl / Kirchen und Capellen in Unſer und des Heyligen Reichs ſondere Gnad / Verſpruch/ Schutz und Schürm auffgenommen und empfangen / erneuren / confirmiren und beſtätten ſolches alles / und nehmen ſie auch alſo auff in Unſer und des Reichs ſondere Gnad / Verſpruch / Schutz und Schürm von Röm. Keyſerlichen Macht wiſſentlich in Krafft diß Brieffs / und meynen / ſetzen und wollen / daß deſſelben weyland Keyſer Friderichs Gnad- und Freyheit-Brieff in allen und ieglichen ſeinen Puncten / Articklen und Begreiffungen kräfftig und mächtig ſeyn / und ſie und ihre Leuth dabey bleiben / auch ſich deſſelben und Unſer und des Heyl. Reichs Gnad / Verſpruch / Schutz und Schürm freuen/ gebrauchen und genieſſen / wie ander / ſo in Unſer und des Reichs ſonder Gnad / Verſpruch / Schutz und Schürm ſeyn / haben / gebrauchen und genieſſen von Recht und Gewonheit/ von allermenniglich unverhindert / doch daß ſie einen jeden umb ſein Spruch und Forderung / ſo er zu ihnen haben vermeint/ rechtes ſtatt thuen an dem Ende / da ſich das gebüret/ und menniglichen an ſeinen Rechten unſchädlich/ und gebieten darauff allen und jeden Chur-Fürſten / Fürſten / Geiſtlichen und Weltlichen / Prälaten / Graffen / Freyen / Herren / Ritteren / Knechten / Hauptleuthen/ Vitzdomben/ Vögten/ Pflegeren / Verweſeren / Amptleuthen / Schultheiſſen / Burgermeiſteren/ Richteren/ Räthen/ Burgeren/ Gemeinden / und ſonſt allen anderen Unſeren und des Heyl. Reichs Unterthanen / in was Würden / Stats oder Weſens die ſeyn / ernſtlich und veſtiglich mit diſem Brieff/ und wöllen/ daß ſie die obgenannten Probſt / Convent / Cloſter / Spital / Kirchen und Capellen darein gehörig und ihre Nachkommen bey des obgenannten weyland Unſers Lieben Herren und Ur-Anherren Keyſer Friederichs Gnaden- und Freyheits-Brieff/ und diſer Unſer Keyſ. Erneurung/ Confirmation, Beſtättung/ auch Unſer und des Heyl. Reichs ſonderer

Gnad

Gnad / Verſpruch / Schutz und Schirm gerulich bleiben / gebrauchen und genieſſen laſſen / und daran nit irren / hinderen noch beſchweren / noch des jemands anderen zu thun geſtatten in kein Weiß / als lieb einem jeden ſey / Unſere und des Reichs ſchwere Ungnad und die Pön in deſſelben Keyſer Friderichs Brieff begriffen / zu vermeiden / der ein jeder / ſo offt er freventlich hierwider thäte / halb in Unſer und des Reichs Cammer / und den anderen halben Theil dem vorgenannten Probſt / Convent und Cloſter zu Denckendorff und anderen ihren einverleibten Clöſteren / Gottshäuſeren und Kirchen deſſelben Ordens und ihren Nachkommen unabläßlich zu bezahlen verfallen ſeyn ſoll / mit Urkund diß Brieffs verſigelt mit Unſerem Keyſ. anhangenden Inſigel. Geben in Unſer und des Heyl. Reichs Stadt Worms am acht und zweinzigiſten Tag des Monats Martii nach Chriſti Geburt fünfzehenhundert und im ein und zweinzigiſten / Unſer Reich des Römiſchen im anderen / und der anderen aller im ſechſten Jahr.

Poſt annos idem Denckendorffenſe hoc Monaſterium ab Udalrico primo Lutherano Duce Wirtenbergico fuit omninò profanatum, finito autem bello Schmalcaldico rursùm religioſis Canonicis attributum & Præpoſitus illius Udalricus plenè reſtitutus, huicque ob provectam jam ætatem Coadjutor datus, & circa annum 1555. ſubſtitutus fuit Bartholomæus Kös, qui die 17. Aprilis Anno 1556. à Chriſtophoro Duce Wirtenbergico petiit, & obtinuit etiam, ut ductâ uxore nihilominùs ſuo Monaſterio præeſſet, ſicque Denckendorffium omninò fuit lutheranizatum; & quamvis Anno 1630. cum reliquis Wirtenbergiæ Cœnobiis & locis ſacris reſtitutum, pace tamen Weſtphalicâ pariter Catholicis ſubtractum ad profanos uſus ceſſit Principi terræ relictum.

DETTINGENSE

SEu *Tettingenſe* aliis dictum Canonicorum ſecularium Collegium in Dettingen, quod eſt oppidum diœceſis Conſtancienſis infra diſtrictum ruralis Capituli ſeu Decanatus Kircheimenſis ſub politi â jurisdictione Wirtenbergicâ ſuper ripam Luteræ fluminis ſituatum, idque vel breviter deſcriptum in Topographiâ Sueviæ Meriani ſeu Zeilleri fol. m. 110. Iſthic igitur loci vel olim ante tempora diſſipatæ religionis orthodoxæ Collegiatam quandam, uti vocamus, Eccleſiam ſteciſſe celebrem jam pridem tamen urgente hæreſi meriſſimè ſuppreſſam & fataliter extinctam probè deducimus ex ſæpe citato Annaliſtâ Cruſio, qui ſubinde in ſcriptis ſuis apertam mentionem facit Canonicorum Eccleſiæ Dettingenſis, & nominatim etiam part. 3. lib. 9. cap. 5. ubi ad annum 1495. disertè memorat *Eberlinū quendā id temporis adhuc in Dettingen fuiſſe Canonicum.*

❀DILLINGANUM.

ITidem Canonicorum ſecularium Collegium. Hoc Anno gratiæ 1491. in primariâ & parochiali ſuæ (quam Epiſcopatui Auguſtano ſeu ſucceſſoribus ſuis cum totâ appertinenti ditione cis & ultrà Danubium latiſſimè patente in liberam & perpetuam proprietatem legitimè poſſidendam largiſſimâ dotatione tradidit Hartmannus è Comite Dillingenſi & Kyburgenſi ſuæ ſtirpis ultimo Epiſcopus Auguſtanus ordine triceſimus octavus die quarto Julii in feſto S. Udalrici itidem talis Comitis ac Antiſtitis beatam immortalitatem ingreſſus anno ordinationis ſuæ 33. gratiæ verò 1286. Princeps optimus & clariſſimus pluribus aliis etiam fundationibus ad pias cauſas diverſimodè factis inclytus) civitatis Dillinganæ Eccleſiâ S. Petri intitulatâ novum inſtituit, & in eo ſub Præceptore (uti vocabant) proprio duodecim Canonicos collocavit Reverendiſſimus ac Illuſtriſſimus Dominus Dominus Fridericus è Comite Zollerenſi S. R. I. Princeps ac Summus Præſul Auguſtanus numero quinquageſimus tertius, qui officii ſui paſtoralis anno 19. Chriſti verò 1505. terreſtrem vitam ſimul & epiſcopalem dignitatem exutus Princeps mitis, eleemoſynarius & virtutibus omnibus ſacro antiſtite dignis abundanter ex-

ter exornatus fuiſſe maximoperè commendatur ab Abbate Stengelio in Comment. rerum Auguſtan. part. 2. cap. 61. ubi & res ab eo præclarè geſtas ampliùs enarrat. Noſtris temporibus Canonicorum numerus in Eccleſiâ iſtâ Dillinganâ priori ac primo numero ſuo duodenario manet aliquantò minoratus, & modò Præceptoris loco Decanum habet, item Parochum & Canonicos alios ſaltem quinque.

❀DILLINGANUM

VEnerabile ac Spectatiſſimum Societatis JESU cum celeberrimâ (quam adjunctam ſibi habet ædificiis omninò novis nuper Anno 1686. ſplendidiſſimè reparatam) Academiâ Dillingæ præclariſſimum: de quo utroque in Bibliothecâ Scriptorum ejuſdem Societatis noviſſimæ editionis Romanæ 1676. fol. 177. tale proſtat elogium: *Dillinganum Collegium in Provincia Germaniæ Superioris Danubio impoſitum, jam inde ab anno ſalutis 1558. poſtulatum ab inclytæ memoriæ Othone Truchſesſio S. R. E. Cardinali & Epiſcopo Auguſtano, ut adversùs erumpentes tunc indies hæreſes per Germaniam, haberet multos fidei Orthodoxæ propugnatores demùm miſſis Româ ſociis aliquot 1563. eſt inchoatum, & anno ſubſequenti ab eodem Cardinali abſolutum unà cum Academiâ recenter ibidem ab ipſo inſtitutâ ſolemni Cæremoniâ poſt Sacrorum ſolemnia Societati eſt traditum. Auctum poſteà firmatumque novis vectigalibus ab Henrico Epiſcopo pariter Auguſtano & S. R. I. Principe, ingentes toti Germaniæ utilitates peperit. Ex eo ſiquidem veluti ex Fidei propugnaculo bellum hæreſi indixerunt primò Petrus Caniſius, Hieronymus Torrenſis, mox Gregorius de Valentiâ & noſtrâ ætate Laurentius Forerus, aliique, qui doctiſſimis ſuis lucubrationibus in vulgus editis egregiè confutârunt. Certè Ferdinandus III. Imperator glor. mem. in ſuo diplomate, quo confirmavit hujus Academiæ Privilegia Anno 1641. non dubitavit exponendo uberes fructus ex eâ provenientes aſſerre, ipſam & viros præſtantisſimos in omni genere ſcientiarum erudiiſſe, & ſacra Cænobia hominibus religioſis ad primævum Inſtitutum formatis implevisſe, iisdemque Cænobiis Antiſtites, innumeris Eccleſiis Paſtores, Epiſcopatibus Pontifices, Reipublicæ & Curiæ Conſiliarios, Senatores, Magiſtratus, Imperio Romano Principes, quorum hodieque plures vivunt ſaluberrimâ inſtitutione formâſſe. Complectitur hodie hoc Collegium ſocios circiter 35. & in his Profeſſores Theologiæ, Juris Canonici cæterarumque facultatum 15. qui copioſam ad illud Juventutem confluentem pietate ac bonis artibus informant.* Hæc loc. cit. quibus ſuperaddere placet etiam Stengelium Abbatem de ortu & progreſſu ſæpedicti Collegii hujus Dillingani fuſiore Stylo recenſentem in ſuo Commentario rerum Auguſt. part. 2. cap. 66. num. 4. ſequentia: *Otho* (gente Suevus ex avitâ ſtirpe Truchſeſſiorum de Waldpurg S. R. E. Cardinalis Tit. S. Sabinæ & S. Mariæ trans Tyberim Epiſcopus Auguſtanus, Albanenſis & Præneſtinus Princeps integerrimus de Religione Catholicâ tùm Auguſtæ Vindelicorum, tùm in appertinenti diœceſi Auguſtanâ feliciſſimè ſervatâ, ſi quis alius imò ferè quaſi ſolus optimè promeritus, idem ætatis ſuæ Anno 58. Ordinationis 30. Chriſti verò 1573. Romæ die 2. Aprilis magnis imò maximis meritis onuſtus ad æternas ſedes beatas translatus, demùm Anno 1614. Dillingam revectus, ibidemque Anno 1646. in templo Societatis JESU honorificentiſſimè reconditus, & percelebri Cœnotaphio donatus) *Dillingæ duas ſynodos celebravit, nonam nimirùm Anno 1548. ac decimam Anno 1567. in feſto S. Viti ad reformationem Cleri, quæ tom. 4. Conciliorum teſte Genebrardo recenſentur. Ut autem Antiſtes noſter gregi ſuo, in quem luporum hæreticorum rabies circumquaque graſſabatur, vigilantisſimè aſſiſteret; contubernium juvenum, qui ad Ordinem Eccleſiaſticum aſpirarent, Dillingæ inſtituit, ne videlicet Juventus in illo ætatis lubrico, hiſce maximè temporibus, quibus hæreſis & vitia ſumptis longâ quâdam aſſuetudine incrementis invaluerant velut picis attactu inquinaretur. Sed priùs Catholicis Inſtitutis ritè imbuta non tantùm artes libero homine dignas, ſed fidem etiam & religionem orthodoxam perſanctè & fideliter edocta, & ipſa ætatem illam ſuâ ſponte infirmam maximeq; in vitia ceream ab omni pravarum opinionum contagio integram ſervaret, & corruptas temporum injuriâ priſcæ ſanctæque diſciplinæ fibras*

hiſcè doctrinarum præſidiis inſtructa in aliis evelleret; ſintque perpetuâ quâdam & nunquàm interruptâ ſerie in hiſce Reipublicæ Chriſtianæ Seminariis adoleſcentes, qui ubi de prætextâ ad virilem togam pervenerint, adversùs priorum dogmatum oppugnatores firmisſimis argumentis ex divinarum humanarumq; ſcientiarum Armamentario depromptis communiti Chriſtianæ doctrinæ veritatem tueantur, & quæ in tenerâ ætate ceu dociles Eccleſiæ filii didicerunt, ea in adultâ tanquàm fidi diſpenſatores in alios quoq; diffundere laborârent, & ſe pro Chriſti ovibus opponerent: iis ſalutis Anno 1549. M. Petrum Endovianum præfecit, atq; Doctores alios accerſivit, qui alumnos ſuos ad bonas artes & ſacrũ Theologiæ ſtudiũ informarent. Inter quos primus fuit Petrus de Soto familiæ Dominicanæ Sacerdos Hiſpanus vir ingenio & litteris clarus. Quia verò res illius Seminarii ſeu juvenum contubernii ſatis feliciter videbatur ſuccedere Suevorum nobilitas ſibi gratulata petiit ab Epiſcopo Cardinale, ut ſuos etiam liberos alumnis adjungeret, unà cum ipſis erudiendos ac bonis litteris imbuendos. Inde factum eſt, ut Cardinalis ad academiam ſub protectione & invocatione S. Hieronymi excitandam animũ adjiceret, quod à Summo Pont. Julio III. Carolo V. Imperatore & Ferdinando Rege nullo negotio obtinuit, atq; ſic circa annum 1554. die 21. Maji per Stephanum Monaſterii S. Crucis Donawerdæ Abbatem cum ſtatutorum ac privilegiorum Studii generalis publicatione Corneliũ Harlemium à Roſenthal ipſo SS. Trinitatis feſto ex Pontificia & Imperiali authoritate Rectorem Academicis honoribus ac litteris inſignivit. Domicilium & academiam recèns ædificatam inhabitârunt ſequentes: Petrus de Soto Dominicanus SS. Theologiæ Doctor, Martinus Marius Theologus Pariſienſis, Martinus Rithovius Lovanienſis, Guilielmus Damaſus Lindanus ex eâdem academiâ Matthæus Gallenus Weſtphalus. F. Bartholomæus Kleindienſt Dominicanus, omnes inſignes Theologi ac Profeſſores: Andreas Beſamerius Belga, & Chiliani Blanckenſteinius Magiſtri. Quia verò Petri Caniſii Societatis JESU Doctoris Eccleſiaſtæ tunc Auguſtani deſiderio ac miro amore teneretur Cardinalis: academiam hic à fundamentis excitatam & à Summo Pontifice, Imperatore ac Rege confirmatam, poſteà Anno 1563. ſuadente Petro de Soto S. Dominici familiâ (qui Carolo Auguſto à Confesſionibus erat) viro inſigniter docto Patribus Societatis Jeſu tanquàm illis temporibus ad munus juventutis erudiendæ, & ad bonos mores ſacrasq; litteras inſtituendæ ſingulariter à Deo deſtinatis per præfatum P. Caniſium totam conſignavit, novumq; pro Patribus Collegium à fundamentis excitavit, quod anno ſequenti decimo quinto Calendas Octobris præſentibus tribus Cœnobiarchis re divinâ ab initiatore Auguſtano ſolemniter peractâ (actis primùm gratiis Cornelio Harlemio, qui ad eum uſque diem Academiam ſummâ cum laude Rector adminiſtrârat) inauguratum fuit magno Cardinalis Othonis gaudio & applauſu; ubi Rectoratûs dignitas P. Caniſio ex voto Cardinalis obtigit, qui eandem de communi conſilio Henrico Dionyſio ejusdem Societatis ex ſorore nepoti contulit. Harlemius autem academiæ gubernator declaratus ac pronuntiatus fuit: ſicq; fundatoris titulo clarisſimum nomen auxit Otho, quod in omne ævum almæ Eccleſiæ Auguſtanæ nec non inclytæ Truchſesſiorum genti maximo omnium bono duraturum permanebit. Item infrà cap. 72. num. 28. de Dedicatione Eccleſiæ Dillinganæ Societatis Jeſu idem author ſic habet: *Anno 1617. Dominicâ die (quæ fuit 11. Junii) albeſcente, & verò jam ſerenum lætumq; irradiante Henricus Epiſcopus noſter (qui pro zelo, quo in Deum ferebatur, Templum academicũ Patrũ Societatis Dillingæ veteri eoq; anguſto fatiſcente novũ & auguſtũ molitus, quod hoc anno jam ad faſtigiũ eductũ erat) ad Benedictionem Baſilicæ cæremoniis more majorum impertiendam ſeſe comparavit. Initium expiationi datum eſt ſub horam quintam matutinam, aſſiſente illi Reverendisſimo Sebaſtiano Præſule Adramyteno, Illuſtrisſimi in Pontificalibus Vicario; præſentibus Joanne Chriſtophoro Epiſcopo Eiſtettenſi: Wolfgango Wilhelmo Comite Palatino Rheni Utriusq; Bavariæ Duce Neoburgico & Magdalenâ Bavariæ Ducisſâ conjuge; Carolo Marchione Burgoviæ & Sibyllâ Ducisſâ Juliacenſi conjuge: Georgio Epiſcopo Philadelphiæ Suffraganeo Eiſtettenſi. Abbates interfuêre: Joannes S. Udalrici Auguſtæ: Thomas Elchingenſis: Joannes Urſpergenſis: Michael Roggenburgenſis: Leonardus S. Crucis Werdeæ: Joachimus Rottenſis, Henricus Fultenbachenſis: Præpoſiti Jacobus Wettenhuſanus, Joannes S. Crucis Auguſtana, Simon Dieſſenſis; Præterea Illuſtrium & Generoſorum Comitũ, Baronum lectisſimaq; Satraparum ac Nobilium præſtantiumque Virorum corona, qui Dillingam adventûs ſui nomine illuſtriorem reddiderunt, & hoſpitio glorioſâ, aderant etiam cum numeroſo clientelarum & ſtipatorum ſatellitio*

varia-

variarum Eccleſiarum tùm cathedralium tum Collegiatarum Præſides, Urbium & Oppidorum circumſitorum Magiſtratus, ad eam celebritatem optimâ Reverendisſimi & Illuſtrisſimi Principis voluntate ſingillatim evocati. Magna item vis ſpectatorum partim ex advenis (quos ex iis quoque locis, in quibus aliena à vero doctrina de Religione traditur, novæ Baſilicæ fama conduxerat) partim è plebe urbicâ paganaque undatim velut ad rari exempli panegyrim adfluente. Cives intereà loci ad Urbis portas, in foro ad Collegium & Templum vicatim diſpoſiti in armis (quos inter machærophori complures) thorace ac galeâ tecti apparebant. Sed, ut ad Templum revertamur ritu faſtuque Catholico peractâ & foribus patefactis, Hymnus ſolemnis DD. Ambroſii & Auguſtini raro Symphoniacorum concentu, tibicinibus Principum per vices alternas omnia ſonitu complentibus cœptus eſt, mox Clerus, Plebes, omnis ætas, ſexus & ordo effuſi in templum, pars pietatis ergò, pars inſitâ videndi curâ, pars ornandæ pompæ ſtudio templi aream, ſacraria, Xyſtos inprimis locaque edita confertim adire, feſtaque lætitiâ cuncta complere. Intereà Illuſtrisſimus Antiſtes Conſecrator ſacram liturgiam pro felici ingreſſu progreſſuque ſolemniter ad primariam Templi aram decantavit. Reſponſabant Muſici chori cum inſigni vocum & inſtrumentorum artificio, eâ ſuavitate, ut promulſidem hîc quandam diceres cœleſtium gaudiorum, aureſque omnium magno i tam confectâ turbâ ſilentio, ad merum meridiem ſine faſtidio paſcerentur. Sub prandium & cœnam in Epiſcopali aulâ Princeps unà cum antiſtitibus Comitibus & nobili ſeptingentorum octoginta ſeptem Convivarum coronâ per continens triduum humaniter accubuerunt: equi ſeptingenti quinquaginta ſex paſti ſunt. Exinde ſub horam diei ſecundam ſtudioſa Juventus theatrali pompâ ex præclaro pegmate Virginem glorioſam & triumphantem partitim congruo iſti dedicationi argumento, in ſcenam non niſi feſtivo perſonarum apparatu cum ludicis attellanis & exordiis Principum ac Procerum honori publicaque gratulationi Muſicis Choros intercinentibus produxit, ac per triduum conſequens perpetuavit, in magnâ ſpectatorum populatim confluentium copiâ, quos cum area cæteroqui perampla non caperet, Collegii & Scholarum feneſtras tecta, podia occupârunt, diceres univerſi Orbis theatrum apparere. Synopſis Comœdiæ typo edita fuit & ſparſim in præſentes tributa.

❋DILLINGANUM

REl.igioſum ſacri Seraphici Ordinis S. Franciſci domicilium ibidem Dillingæ in honorem Thaumaturgi Patroni S. Antonii de Paduâ Confeſſoris recens apparatum: cujus auſpicatæ fundationis Authorem, tempus & ordinem fuſè deſcriptum ac Concioni in die hujuscemodi ſolemnitatis ab Admodùm R. P. Stephano Fiemmenſi Capucino pro tempore Venerabilis Conventûs Auguſtani Guardiano habitæ, ac typis Dillinganis editæ appoſitum habemus juxta ſequentium (emendatis tamen mendis quibusdam caſualiter illapſis) tenorem: Kurtz-beſchribner Innhalt/mit was für einer Solemnität und Kirchen-Gepräng der erſte Grund-Stein in künfftigem Kirchen- und Cloſter-Gebäu der PP. Capuciner zu Dillingen von dem Hochwürdigſt- Durchleuchtigſten Fürſten und Herren Herren Alexandro Sigismundo Biſchoffen zu Augſpurg/Pfaltzgraffen bey Rhein in Bayren/zu Gülch/Cleve und Bergen ꝛc. ꝛc. in hoher Præſenz der Durchleuchtigſten Fürſtin und Frauen Frauen Eliſabetha Amalia Magdalenâ, verwittibten Chur-Fürſtin zu Pfaltz/gebornen Landgräffin in Heſſen ꝛc. ꝛc. und in Beyſeyn viler anderer hohen Perſonen von geiſt- und weltlichen Stands und groſſer Volck-Menge ſeye gelegt worden den 16. April im Jahr Chriſti 1694. Demnach die Allerdurchleuchtigſt- und Großmächſte Regierende Königin in Hiſpanien Maria Anna/geborne Pfaltzgräffin bey Rhein ꝛc. und Dero Durchleuchtigſte Frau Frau Mutter Eliſabetha Amalia Magdalena aus lobwürdigſten Eyffer nach gröſſerer Ehr GOttes und der Seelen Heyl/Ihre hohe Interceſſional-Schreiben an den Hochwürdigſten und Durchleuchtigſten Fürſten und Herren Herren Sigismundum Alexandrum Biſchoffen zu Augſpurg ꝛc. ꝛc. abge-

abgeordnet / haben Ihro Hochfürſtl. Durchl. das Hochwürdige Thumb-Capitul darumb requirirt und befragt / welches nach reiffer Berathſchlagung verwilliget und für gut erkannt / daß dem Königl. und Churfürſtl. gnedigſten Verlangen gemäß ein Capuciner-Cloſter zu Dillingen/ als an einem hiezu bequemen und niemand anderen præjudicirlichen Orth zu gröſſerer Ehr GOttes möge erbaut werden/ haben nach verfloſſenen zwey Jahren mehrgedachte Hochfürſtliche Durchleucht proprio motu die gnedigſte Reſolution gefaſt / anietzo nur bloß den erſten Grund-Stein zu ſolch ſchon bewilligten Werck zu legen / das übrige noch völlige Gebäu aber auff beſſer genehmere Zeit zu verſchieben. Zu dem Ende ordenlich zu procediren nach Erforderung der Heyl. Canonen und den Päbſtlichen Satzungen fürnemblich Clementis VIII. Gregorii XV. und Urbani VIII. nachzukommen / haben Ihro Hochfürſtl. Durchleucht vier Wochen zuvor die vorhabende Stein-Legung allem zum Gottsdienſt verſambleten Volck publiciren und offentlich verkünden/ hernach damit keinem unwiſſentlich ſeyn möchte/ein Manifeſt- oder Verkündigungs-Brieff / durch einen geſchwornen geiſtlichen Notarium in Gegenwart zweyer Zeugen ad valvas Eccleſiæ anſchlagen laſſen.

Am Heyl. Oſter-Feſt iſt der zur erſten Stein-Legung verordnete Tag abermahls verkündet / und die Hochwürdige Lands-Decani mit ihren Pfarrherren und Geiſtlichen ſich bey diſem Actu einzufinden von Ihro Hochfürſtl. Durchleucht als Ordinario gnedigſt anbefohlen worden / und damit die demütige in den Orden gewöhnliche neue Form und Weiß zu bawen kömblich gehalten werden / haben die vier RR. PP. Fabricerii, als nemblich P. Nicolaus Mitterſill: Diffinitor: P. Ingenuinus Brix Guardianus, P. Jacobus Salisburgenſis Vicarius. P. Raphael Arnen, Concionator, denen beſtermaſſen auch an die Hand gegangen/und alle gute Anſtalt gemacht hat R. P. Columbanus Auguſtanus Concionator und des Orths Superior den Platz beſichtiget / das Modell aufgeſetzt / und das Orth/allda das Creutz auffgericht/und der erſte Stein gepflantzt ſolte werden/auffgezeichnet.

Am Dienſtag darauff ſeind Ihro Hochfürſtl. Durchleucht in Beglaitung der gantzen Hochfürſtl. Hoff-Statt mit Gutſchen und ſchönen koſtbar-gezierten Hand-Pferden der Durchleuchtigſten Chur-Fürſtin Eliſabeth Amaliæ Magdalenæ Dero Fraw Mutter entgegen gefahren mit Ihro Churfürſtl. Durchl. under Wegs das Mittagmahl genommen und ſelbige am Abend bey lautem Trompeten-Schall/ Löſung der Stücken und gantzer in Gewehr ſtehender Burgerſchafft nit nur prächtig/ wie der Hochheit einer Chur-Fürſtin geziemte / ſonderen auch mit einem gantz lobwürdigen und ſehr aufferbaulichen Exempel der Tugend und ſchuldigſt-kindlicher Reverenz / wie die Ehr einer ſolchen von der gantzen Chriſtlichen Welt hoch-meritirten Mutter erfordert/ in die Stadt und Fürſtl. Reſidentz beglaitet.

Mit gleichem Pomp der auffwartenden und im Gewehr ſtehenden Burgerſchafft / Löſung der Stucken/ und durch alle Gaſſen hell-lautender Trompeten iſt Donnerſtags am Abend der Durchleuchtigſte Fürſt Chriſt-Ritterliche Held und Herr Herr Marquard Ludwig von Baaden 2c. 2c. Keyſ. General-Leutenant am Rhein ſambt beyden Durchleuchtigſten Princeſſinen Ihro Hochfürſtl. Durchl. von Baaden Fraw Gemahlin und Fräule Baaß von Ihro Hochfürſtl. Durchl. eingeholet/und Fürſtlich (wie die hohe Meriten eines ſolchen Heldens und Beſchützers des Vatterlands wohl würdig waren) ſambt dero gantzen herrlichen Suite und Fürſtl. Hoff-Staab ſelben und folgenden Tag biß an Sambſtag/ da ſich Ihro Durchleucht wiederumb nach Güntzburg erhebt / nach Contento tractirt und bedient worden.

Eben an erſt-gemeldten Donnerſtag umb 3. Uhr nach der Veſper haben ſich die PP. Capucini in die Hochlöbl. Stadt-Pfarr- und Collegiat-Stüfft-Kirchen/und von dannen ſamt denen Hochwürdigen Herren Canonicis proceſſionaliter zu dem Platz hinaus

aus begeben / allwo der Hochwürdige Herr Decanus mit den gewöhnlichen Cæremonien (welche in dem Pontificali Romano vorgeſchriben werden) im Namen Ihro Hochfürſtl. Durchl. das Creutz ſolemniter auffgerichtet.

Am Freytag umb 9. Uhr iſt die Predig in Beyſeyn der Durchleuchtigſten Fürſten-Perſonen / Cleriſey und groſſer Menge Volck gehalten worden.

Gleich nach der Predig haben Ihr Hochwürden Herr Stadt-Pfarrer das Hoch-Ampt der Heyl. Meß de S. Antonio angefangen/ ſo mit der Hochfürſtl. Muſic / Trompeten und allerley Saiten-Spiel gehalten worden/ under welcher Ihro Hochfürſtliche Durchl. die Heyl. Meß geleſen.

Nach vollendtem Hoch-Ampt haben ſich Ihro Hochfürſtl. Durchl. in Pontificalibus angethan / und alsdann die Proceſſion bey ſchön heiterem Himmel und günſtigem Wetter (ungeacht der unſtete April vorhero alle Tag Regen/ Wind oder Froſt gegeben) von der Hochlöbl. Pfarr- und Collegiat-Kirchen ausgangen.

Die gröſſere Congregation de Annuntiatione der Herren Studioſorum und die kleinere de Immaculatâ Conceptione Beatæ Virginis giengen in ſchöner aufferbaulichen Ordnung vor/ alsdann die PP. Capucini mit dem Creutz an deſſen vier Ecken die Wappen deren/ ſo am meiſten hierzu Beförderung gethan / nemblich das Königl. Spaniſche / das Churfürſt. Pfaltziſche/ das Hochfürſtl. Biſchoffliche und eines Hochlöbl. Thumb-Capituls / in der Mitten aber die Bildnus des Heyl. Antonii von Padua gemahlt zu ſehen waren.

Hierauff folgte die Vil-Ehrwürdige Cleriſey bey nahend 60. geiſtliche Prieſter / theils in Pluvial, theils in weiſſen Chor-Röcken.

Zween PP. Capucini in Albis trugen den Stein/ welcher mit einer doppelten Cavität oder Höle ausgegraben war / in dem inneren allerley Heylthumb und Müntz / von Gold und Silber / in dem gröſſeren und äuſſeren Loch mit dem darauff eingeſtochenen Stamm-Titl eingelegt war.

Nechſt diſem tratte under einem Baldachin der Hochwürdigſt-Durchleuchtigſte Fürſt und Herr Herr ꝛc. ꝛc. als Biſchoff und ſelbſt Officians in Pontificalibus und in einem Biſchöfflich-gantz Majeſtättiſchen Auffzug auff dem Haupt ein zierliche von Gold dick-geſtückte Inful und ein ſilbernen Biſchoffs-Staab in der Hand tragend / welchen die zween Herren Hoff-Capellanen / als Herr Franciſcus Antonius Schmid ꝛc. und Herr Ignatius Flachl ꝛc. ꝛc. ſambt anderen Miniſtris in der Nähe / und von Fern die gantze Hochfürſtliche Hoff-Statt bedient und auffgewartet.

Gleich darauff Ihro Churfürſtl. Durchl. (weil ſie zu Fuß ſchwerlich vermöcht hätte ſo weit zu gehen) in einer Caroſſen ſambt Dero Hoch-Adelichen Hoff-Frauen-Zimmer in anderen Gutſchen nachgefolget.

Endlich beſchluß die gantze Proceſſion vil Volcks in einem langen Gefolg.

Es hätten Ihro Durchl. Marggraff Ludwig von Baaden mit Dero Fürſtl. Præſenz das Feſt Zweifels ohne auch helffen zieren / wann ſie nit mit Febril-Alteration ſelbiger Zeit ſich hätten incommodirt befunden.

Als man auff den Platz kommen/ ſeynd Ihro Hochfürſtl. Durchl. zum Altar / ſo daſelbſt vor dem Crucifix auffgericht war/ hinzu getretten/ alle bey ſolchem Act übliche und in den Röm. Pontifical vorgeſchribne Functionen mit einer dapfferen Majeſtättiſchen Behändigkeit verricht / den Stein geweyhet / und alsdann an das Orth / wo das Lager oder Beth für den Stein gemacht war / ſich begeben/ mit vorgehendem Gebett die Händ auff den Stein gelegt/ und ihne in das zubereite Bett ſincken laſſen/ welchen Ihro Hochfürſtl. Durchleucht mit Mertl und Maurzeug an allen vier Ecken ſelbſt zugemaurt / und mit einem hierzu eignen ſchön ausgearbeiteten Hammer / dreymahl als Præcipuus Fundator darauff geklopffet.

Nach verrichter Stein-Legung haben Ihro Hochfürſtl. Durchl. die Fundament / und die nur auff dem Waßen ausgezeichnete Grund-Maur zu weyhen angefangen / underdeſſen

hat der Hochwürdig- Hoch- und Wohlgeborne Herr Herr Chriſtophorus Otto Graff und Herr von und zu Schallenberg ꝛc. Ihro Hochfürſtl. Durchleucht Hoff- Præſident, Dom-Probſt zu Coſtantz ꝛc. ꝛc. die übrigen Cæremonien verrichtet.

Nach welcher Verrichtung haben ſich Ihro Hochfürſtl. Durchl. der Pontificalien entkleydet/und mit Dero Durchl. Fraw Mutter in Dero eignen Leib- Gutſchen ſitzend ſambt Dero Hochfürſtl. Hoff- Stadt von dannen nach Hoff abgefahren / die Proceſſion aber in voriger Ordnung in die Hochlöbliche Pfarr- und Collegiat- Kirchen/ daraus ſie gangen/wieder gekehrt.

Iſt alſo die gantze Solennität der erſten Stein-Legung zum Cloſter- und Kirchen- Bau der PP. Capuciner zu Dillingen gantz glücklich und allerſeits mit beſten Vergnügen der Fürſten-Perſonen und des Volcks zu gröſſerer Ehr Gottes/Mariä ſeiner Hochgebenedeyten Mutter / Franciſci Seraphici und Antonii von Padua Patroni Tutelaris vollendet worden. Et hæc de impoſitione lapidis fundamentalis pro novo RR. PP. Capucinorum Monaſterio Dillingano; cujus fabrica jam dùm hæc ſcribimus Anno ſupra milleſimum ſexcenteſimum nonageſimo quinto variis ac pluribus Benefactorum ſubſidiis & eleemoſynis tota quanta conſurgit in altum, ita ut qualiſcunque ædificii hujus brevi videre liceat optatiſſimum omnis conſummationis finem.

❀DILLINGANUM.

Fœmininum Ordinis S. Dominici contubernium Anno 1318. fundatorem habere meruit Fridericum Spet de Turnegg Epiſcopum Auguſtanum numero & ordine (juxta calculum Stengelii Abbatis in Comment. rerum Auguſt. part. 2. cap. 49.) quadrageſimum ſecundum, alias pluribus quoque piis hujuſcemodi fundationibus inclytum: qui poſtquàm ſummâ cum laude & utilitate annis ſupra viginti duobus munus paſtorale præclariſſimè geſſit,terris defecit in primariâ ſeu cathedrali Baſilicâ ſuâ Auguſtanâ reconditus Anno 1330. Henricus à Liechtenau in eâdem cathedrâ ſucceſſor & ſummus itidem Auguſtanus Præſul quinquageſimus quartus die 12. Aprilis ætatis Anno 77. regiminis ſui 12. Chriſti verò 1517. magnis pariter meritis onuſtus poſt fata ſua ſimiliter in memorato cathedrali templo repoſitus, dùm adhuc ad clavum ſedit, novum quoddam Parthenoni huic Dominicano templum adſtruxit S. Udalrico Epiſcopo Auguſtano ſacrum, ſed & religioſum contubernium iſtud omninò claudi voluit; ex quo tempore Venerabilis cœtus iſte nunquàm non peregregiè floret paſſim *Congregatio Minor* appellari ſolitus ad diſtinctionem ſcilicet alterius proximè ſubſequentis, qui numero inhabitantium frequentior & ſtructuris ſuis amplior exiſtit, communiter *Congregatio Major* inaudit.

❀DILLINGANUM.

Floret etiamnùm ibidem Dillingæ (ut diximus) aliud quoddam virginale ſodalitium de Ordine S. Franciſci ſtrictioris obſervantiæ honorabile membrum. Primus author & conditor iſtius Anno 1240. fuiſſe perhibetur ipſe fundi Dominus Hartmanni Epiſcopi Auguſtani genitor Hartmañus Comes Dillingenſis & Kyburgenſis; quod quidem regulare clauſtrum ſub Annum 1430. Vulcanus miſerabiliter abſumpſit, inde tamen poſt triſtem deſolationem annis 30. & ampliùs utcunque ſuſtentatam Annò 1464. è buſto ſuo reſuſcitari voluit, qui & novis dotationibus locum inſigniter adauxit novi fundatoris titulum ſtrenuè promeritus Reverendiſſimus ac Illuſtriſſimus Princeps ac Dominus Dominus Petrus Schaumburg S. R. E. Cardinalis & Epiſcopus Auguſtanus Anno Ordinationis ſuæ quadrageſimo quinto, gratiæ verò humanatæ 1469. die 12. Aprilis Dillingæ mortuus & in cathedrali templo Auguſtano honorificè

rificè tumulatus : cujus laus ſingularis imò magna nimis patet apud Stengelium Abbatem citatum part. 2. cap. 58.

DONAWERDANUM

MOnaſterium diœceſis Auguſtanæ Werdeæ Suevicæ ſeu Donawerdæ imperiali quondam oppido hoc tamen famoſâ illâ pace Weſtphalicâ Sereniſſimo Electori Bavariæ ſubdito temporibus noſtris inclytum , primùm cœpit Anno circiter 770. à nominatiſſimo illo ac piiſsimo Bojorum Principe ac Rege Thaſſilone pro ſacris Virginibus Ordinis S. Benedicti conditum, inde poſt exitiale damnum ac efferam nimis devaſtationem ab Hunnis illatam egregiè reſtauratum quaſi de novo fundatum eſt Anno 1050. teſte memorato Stengelio Abbate, qui in ſuâ Monaſteriologia Benedictinâ 1619. typis Auguſtanis in fol. excuſâ Parthenonum hunc Donawerdanum ſecundùm initia ſua taliter exhibet annotatum : S. CRUCIS *Monaſterium, quod eſt intra muros Imperialis oppidi Donawerdæ, id eſt Danubianæ peninſulæ (peninſulam enim Germani Werd vocant) præclarum ſanè : fundatum legitur initio pro dicatis Deo Virginibus à Manegoldo ſive Mangoldo Comite Kyburgenſi, Dillingenſi, Werdenſi, Witteslingenſi & Dominâ Tuttâ ejus conjuge circa annum 1030. in monte juxta arcem Mangolſtein. Templum verò ejuſdem merito honore dedicatum eſt à S. Leone IX. Pont. Max. tertio nonas Decembris Anno Chriſti 1050. cùm is à Moguntinâ Synodo Romam verſus rediret, iterque per Auguſtam Bavariamque haberet : Tum etiam Gunderada, dicti Manegoldi fundatoris filia, prima erecti Cœnobii Abbatiſſa, ab ipſo Leone IX. inſtituta & conſecrata eſt. Mandavit inſuper Leo, ut ſacroſanctæ Crucis portio, quam præfatus fundator, dùm nomine Imperatoris Conradi Salici legatione Conſtantinopoli fungeretur, ex Græciâ ſecum attulerat, & tanquam pretioſiſſimum theſaurum dicto Cœnobio contulerat, perpetim in Monaſterio Werdenſi maneat; dicto & lato in illos, qui quid contra tentaverint, anathemate; nec deſunt divinæ ſeveritatis & vindictæ exempla in eos, qui Crucem hanc furtivis manibus harpagare conati ſunt; ut annales Werdenſes memorant. Obiit præfatus fundator An. 1053. Auctum eſt idem Cœnobium ab aliis duobus Mangoldis ejuſdem ſtemmatis Comitibus, qui etiam advocati extiterunt, & in Capitulari ejuſdem Cœnobii domo honorificè ſub inſigni Mauſoleo ſepulti ſunt cum tali Epigraphe:*

Tres fundatores Mangoldi, Tutaq; ; flores
Cœleſtis prati, pauſant ſimul hic tumulati.

Bulla Leonis IX. Pont. Max. de advocatiâ Monaſterii S. Crucis in Werdeâ ſic habet : Leo Epiſcopus Servus Servorum Dei Gunderadæ dilectæ in Chriſto filiæ à nobis ordinatæ & conſecratæ noviter facto à Patre tuo Manegoldo S. Crucis Monaſterio, tibique ſucceſſuris perenniter Abbatiſsis perpetuam in Domino ſalutem. Sacræ devotionis labor quia ſemper divino favore juvatur , ſemper optato fine terminatur. Ideò filia, tui Patris ampla in Deum devotio laudabilem fructum produxit : cùm pro portione ſanctæ & vivificæ Crucis, in quâ Dominus noſter Jeſus Chriſtus ſalus noſtra pependit, decenter auro & gemmis ornata, tunc ab autocratore Conſtantinopoleos nomine Romano dono data, cum ad eum miſſus eſſet ab Imperatore Conrado, ut filiam ſuam nuptum traderet ejus filio : fundavit Eccleſiam in petrâ: quia non ædificavit ſuper arenam ; ut incumbentibus ventis, venientibus fluviis, deſcendentibus pluviis quod ædificaſſet, rueret; ſed firmiter fundatū perenniter permaneret. Ut verò votū ſuæ conſtructionis Deo ſolveret, ſecundùm illum, qui dixit : Vovete & reddite Domino Deo veſtro, omnes, qui in circuitu ejus affertis munera ; nos à Moguntinâ Synodo Romam versùs redeuntes ad ipſum Dei templum venire invitavit, quod à nobis tertio nonas Decembris merito honore dedicatum , ſic tandem juri S. R. E. & Beatiſsimo Petro Apoſtolo prompto donavit & obtulit animo, teque filiam ſuam, quam jam à Deo in monaſticâ converſatione & habitu ſacraverat, ejuſdem rogavit à nobis fieri Abbatiſſam loci. Id auſpice Deo fecimus, attendentes in te, quantum homini eſt poſſibile, timorem Dei, cordis compunctionem, mentis humilitatem ; morum gravitatem, in adoleſcentibus membris prætendentem jam ſenectutem : & conſtituen-

ſtituentes eundem locum eſſe in perpetuum ancillarum Dei Monaſterium; ubi tu de te & ſororibus tuis primas Deo primitias offeras religionis meritæ caſtitatis, omnisque bonitatis. Hoc tamen nomine noſtræ Apoſtolicæ ſedi pater tuus eandem fecit oblationem, ut dùm ipſe vivit, loci advocatiam habeat ſimiliter & poſt mortem ipſius, quem nunc habet, filius. Qui filius, ſi hæredem habuerit, ipſe quoque advocatus ſit. Si verò vel ipſi Manegoldo, vel ejus filiolo, nemo filius ſuperſtes extiterit, tunc liceat Abbatiſſæ ipſique Congregationi, advocatum ſibi ſecundùm Deum eligere, petendum tamen ab Apoſtolicâ ſede. Lex verò omnium advocatorum poſt Manegoldum talis erit: ut quisquis eorum dignè non adminiſtraverit, advocationis officium, liceat Abbatiſſæ ipſiq; Congregationi de eo apud Papam conqueri. Qui ſi vocatus ab eo fuerit, & Monaſterio ſatisfecerit, tunc liceat Abbatiſſæ ipſiq; Congregationi ex conſenſu Papæ talem ſibi advocatum eligere, qui ſecundùm Deum ſit. Poſt obitum verò tuum, de ipſâ Congregatione, quæ melior ſit, eligatur, ſi idonea inventa fuerit, eaque donum & conſecrationem Abbatiæ à Papâ recipiat: alioqui de aliâ Congregatione idonea eligatur à Papâ ſimiliter donanda & conſecranda. Decernimus prætereà, ut in altari majori, quod nos ipſi conſecravimus, nullus audeat Miſſam celebrare, niſi ſit Epiſcopus vel Abbas, tresq; ſacerdotes hebdomadarii ad hoc officium deputati, eorumq; ſucceſſores Epiſcopus quoq;, in cujus parochiâ locus eſt, nihil ſibi in eo vendicare audeat præter ordinationem facere Clericorum & Monialium; Si tamen gratis fuerit. Sin autem ordinationes expetent ab alio, quocunq; velint, Epiſcopo. Ut verò locus ipſe in quadrageſimali tempore ſolvat Papæ annuam penſionem, ſtatuit idem Manegoldus penſionem ipſam eſſe anabolagium, ideſt Fanonem cum auro, manipulum & cingulum. Nos verò quia locus ipſe conditus eſt propter eam, quæ ſuprà dicta eſt, ſanctæ & vivificæ Crucis portionem; eandem inibi ſemper manere volumus, cupimus & optamus, & à nemine auferri ſtatuentes Apoſtolicâ cenſurâ ſub divini judicii obteſtatione, ut nullus Imperator, nullus Rex, nullus Epiſcopus, nulla prætereà magna parvaq; perſona, eandem vivifici ligni portionem; ab ipſo Monaſterio audeat auferre quolibet modo, vel aliquid facere contra omnia, quæ ſuperiùs ſcripta ſunt; ſed nec etiam aliquid diminuere de bonis ejusdem Monaſterii, quæ modò habet, & usq; in æternum habebit, quolibet furto, quolibet raptu, quolibet alienationis modo. Id, qui præſumpſerit, donec dignè ſatisfecerit, anathema ſit. Qui verò pio intuitu cuſtos & obſervator hujus noſtri privilegii extiterit, à Domino Deo benedictionem conſequatur & æternæ vitæ particeps efficiatur. Datæ tertio nonas Decembris per manus Petri Diaconi Bibliothecarii & Cancellarii ſanctæ Apoſtolicæ Sedis. Anno Domini Leonis IX. Papæ primo, Indictione tertiâ.

Hoc Cœnobium poſteà in planitiem translatum eſt ad SS. Nicolaum & Vitum Anno 1068. conſenſu Alexandri II. & tandem tertiò eum in locum, in quo hodie viſitur: quando nimirùm in Monialium locum collapſâ diſciplinâ & Monaſticæ profeſſionis rigore laxato ſubſtituti ſunt Monachi, uti mox pluribus dicemus infrà.

✻DONAWERDANUM.

ANtiquato priori (cujus ædificia hodiedùm extant Donawerdæ conſpicua) clauſtro, ſimul & rejecto fragiliore ſexu, novum aliud (ſic urgente rerum ſtatu) Monaſterium ibidem loci fuit apparatum: eiq; ſacratior colonia virorum de eodem S. Benedicti Ordine quantocyùs immiſſa, eaq; ex Herciniano S. Blaſii Cœnobio deducta, quod factum eſt Anno Chriſti 1101. & latiùs patet ex Bullâ Innocentii II. ſpecialiter in id impertitâ, quæ ſic habet: *Innocentius Epiſcopus Servus Servorum Dei dilecto in Chriſto filio Dietrico Abbati Monaſterii S. Crucis de Werd ejusque ſucceſſoribus regulariter ſubſtituendis: Quemadmodùm ex geſtis prædeceſſoris noſtri ſanctæ memoriæ Leonis IX. Papæ didicimus, nobilis quondam vir Mangoldus de Werde, devotionis intuitu Monaſterium in caſtro ſuo conſtruxit, quod B. Petro Apoſtolorum Principi offerens fecit in honore Sanctæ & vivificæ Crucis per manus ejusdem Romani Pontificis conſecrari, ſanctimoniales fœminas ibidem Deo ſervituras*

turas inſtituit. Factum eſt autem, ut eodem Cœnobio per operam pravorum hominum diruto atq; devaſtato alter Manegoldus jam dicti nobilis viri filius ab Apoſtolicâ ſede obtinuit, ut ſibi licentia præberetur, idem Monaſterium ad alia loca transferre, ac per hoc juxta ipſum Caſtrum in planitie terræ fundavit Eccleſiam & ſanctimoniales ibi ad Dei ſervitium deputavit. Quibus utiq; tam religione quàm numero decreſcentibus, tertius Manegoldus prædeceſſorem noſtrum egregiæ recordationis Paſchalem Papam humiliter adiit, & ut amotis Sanctimonialibus, in eodem loco Monachi ponerentur, expetiit. Cujus petitioni Romanus Pontifex benignè conſenſit, & Gebhardo quondam Conſtantienſi Epiſcopo tunc Apoſtolicæ ſedis Legato per ſua ſcripta mandavit, ut videlicet de Cellâ S. Blaſii Monachi aſſumerentur, & in eodem Monaſterio ponerentur. Quod cùm præfatus Epiſcopus implevisſet, idem locus tam in temporalibus quàm in ſpiritualibus, Deo gratiæ ſint, plurimùm augmentatus eſt. Quod igitur dilecte fili Dietrice Abbas à nobis humiliter poſtulâſti, ut idem Cœnobium, cui auctore Deo præſides Apoſtoſtolicæ ſedis privilegio muniremus, nos, quorum præcipuè intereſt, loca, quæ ad jus S. R. Eccleſiæ pertinent, diligere ac fovere, interventu dilecti filii noſtri quarti Manegoldi illuſtris viri, tuis deſideriis benignitate debitâ duximus annuendum. Per præſentis itaq; Privilegii paginam Apoſtolicâ auctoritate ſtatuimus, ut idem Cœnobium ab ipſis fundatoribus B. Petro oblatum perpetuis temporibus ſub ſanctæ Romanæ Eccleſiæ tutelâ conſiſtat; & Ordo monaſticus, qui ſecundùm B. Benedicti regulam, per jam dictum prædeceſſorem noſtrum ibidem noſcitur inſtitutus, abſq; ſexûs varietate ſeu mutatione in eodem loco irrefragabiliter obſervetur. Prohibemus etiam, ut diœceſanus Epiſcopus in eodem loco nihil audeat ſibi vendicare exceptis conſecrationibus altarium vel Eccleſiarum, Ordinationibus monachorum ſeu etiam Clericorum, ſi tamen hæc ipſa vobis gratis, & ſine exactione vel pravitate exhibere voluerit, alioquin, quemcunq; malueritis Catholicum adeatis antiſtitem, ab eodem, quæ ad ſpiritualia pertinent ſuſcepturi. Sepulturam quoq; ipſius loci liberam fore decernimus, ut videlicet eorum, qui ſe illic ſepeliri deliberaverint, devotioni ac ſupremæ voluntati, niſi fortè excommunicati ſint, nullus obſiſtat, ſalvâ tamen Juſtitiâ matricis Eccleſiæ. Decernimus igitur, ut nulli omninò hominum liceat portionem ligni vivificæ Crucis, quæ in eodem loco repoſita eſſe creditur, pro cujus honore veſtrum Cœnobium factum eſt, exinde amovere, vel quidquam ex his, quæ jam dictus prædeceſſor noſter Leo nonus eidem firmavit Eccleſiæ, quævè in præſentiarum canonicè poſſidetis, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Imperatorum vel Principum, oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis præſtante Domino poteritis adipiſci, firma vobis in perpetuum & illibata ſerventur. Ad indicium autem, quòd Monaſterium veſtrum juris ſit B. Petri unum aureum ſingulis annis nobis noſtriſque ſucceſſoribus perſolvetis. Si quæ igitur in poſterum Eccleſiaſtica ſecularisvè perſona hanc noſtræ conſtitutionis paginam violaverit, aut ſciens contra eam venire tentaverit, ſecundò tertiovè commonita, ſi non reatum ſuum congruâ ſatisfactione correxerit, poteſtatis honoriſque ſui dignitate careat, reumque ſe divino judicio exiſtere de perpetratâ iniquitate cognoſcat, & à ſacratiſſimo Corpore & ſanguine Dei & Domini noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atq; in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat. Cunctis autem eidem loco ſua jura ſervantibus ſit pax Domini noſtri Jeſu Chriſti, quatenùs & hîc fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen. Amen. Ego Innocentius Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus. Ego Wilhelmus Praneſtinus Epiſcopus. Ego Gerhardus Presbyter Cardinalis tit. S. Crucis in Jeruſalem. Datæ Piſis per manum Aimerici S. R. E. Diaconi Cardinalis & Cancellarii decimo tertio Calendas Julii, Indictione decimâ tertiâ Incarnationis Dominicæ anno milleſimo centeſimo triceſimo ſexto Pontificatûs Domini Innocentii Papæ Secundi anno ſexto.

Multa alia privilegia tam per Bullas Pontificum, quàm per conſtitutiones Imperatorum Werdenſi Monaſterio conceſſa ſunt, quas hîc percenſere nil attinet. Iſtud non eſt omittendum, in hoc celebri Monaſterio aſſervari ac religioſè coli portionem ligni S. Crucis, quam Manegoldus fundator ex Græciâ ſecum tulerat, ut ſuprà etiam tetigimus, inquit Stengelius Abbas antecitatus.

Porrò in domo Capitulari Monaſterii hujus Donawerdani ſepulta requieſcit pientiſſima ac Illuſtriſſima Princeps Maria Brabantini Ducis filia, uxor Ludovici Ducis Bavariæ, ob ſceleſtam adulterii ſuſpicionem ab eodem marito ſuo decollari juſſa cum tali inſcriptione:

Anno Domini MCCLVI. decimâ quintâ Calend. Februarii in caſtro Werd obiit Domiina Maria Duciſſa Bavariæ filia Ducis de Brabant. Totam nefandæ cœdis hujus cataſtrophen planè miſerandam uberiùs explanatam videre licet in Bavariâ ſanctâ Matthæi Raderi lib. 2. fol. 295. & alios Scriptores ibidem ad marginem citatos.

❋ DONAWERDANUM

HAbent etiam modernis temporibus noſtris Equites Teutonici propriam quandam ac ſingularem intra muros Donawerdanos ſui Ordinis reſidentiam opimis juribus, cenſibus ac privilegiis inſtructam, eamque Balliviæ (uti vocant) Franconiæ & Archi-Commendatori illius in Ellingen commoranti ſubditam & appropriatam: quam proin, ut talem ſacris Collegiis Eccleſiaſticis infra limites ſæpedictæ diœceſis Auguſtanæ locatis nominatim etiam recens & Stengelius Abbas in Mantiſsâ cap. 6. fol. 16.

DONAWERDANUM.

DE Statu Reſidentiæ RR. PP. Societatis Jeſu quondam apud Donawerdanos inclytæ, modò tamen, & quidem à pluribus annis penitùs antiquatæ haud ita pridem brevem ac dilucidam accepimus relationem: *Anno 1609. cœpta eſt Reſidentia Donawerdana à duobus Societatis Patribus: quibus altero ſemeſtri frater unus coadjutor ad curandam rem domeſticam acceſsit introductis à Sereniſsimi Ducis Bavariæ DD. Commiſſariis à Cæſarea Majeſtate ſubdelegatis: qui ſancto zelo ſuo præclarè conatus omnes in animarum ſalute promovêre. Continuata deìn hac ſedes inter Apoſtolicos labores usq; ad annum 1627. qui omnibus memoratæ Societatis alumnis ultimus fuit. Primus erat Jacobus Leefelder Coadjutor phtyſi confectus. Hunc ſecuti ſunt Silveſter Reiſſ Coadjutor. P. Matthæus Ron loci Superior. P. Laurentius Braitfeld Dillingâ ſubmiſſus. P. Chriſtophorus Rhelinger Auguſtanus: qui omnes in obſequio peſte infectorum occubuêre. Tunc quando jam in tota civitate non ampliùs erat invenire civem hæreticum ſeu Lutheranum. Tribus poſterioribus in grati animi ſignum S. P. Q. Donawerdanum lapideum cum magno opere Epitaphium cum hâc Epigraphe poſuit:* Tres è Societate Jeſu hâc æde (*templum parochiale ſubintellige*) tumulati (*additis nominibus*) uno anno unoque menſe peſte cecidimus, dùm peſte proſtratos ereximus uno ulcere promeriti Deum, peſsimo Optimum, uno ulcere Cœlum mercati, minimo maximum. Hoc verò beatiores, quòd te ô Donawerda antè è Lutheri ganeis penitùs emerſiſſe vidimus. ô Urbs pulchrè mutata, quæ olim nos, ut tres furias ejeciſſes, jam nos ut tres Gratias amplecteris. Vale Deo dilecta & veræ fidei depoſitum auge & perfice. *Vacavit deinde hac ſedes ab Octobri menſe anni 1627. & glorioſâ mortuorum morte usque ad duodecimum diem Martii anni 1628. quo die ex Sereniſſimi Electoris Bavari voluntate Patres iterùm immigrârunt, ut priſtinis ſuæ Societatis officiis fungerentur. Continuata poſteà hac reſidentia fuit usque ad annum 1632. incluſivè: quo Donawerdâ à Sueco milite occupatâ haud dubiè hâc ſede exuti fuerunt illi, nullum enim ampliùs ab eo tempore invenitur veſtigium.*

❋ DONAWERDANUM

MOnaſterium RR. PP. Capucinorum S. Franciſci ſecundùm originem ſuam taliter alicubi legimus deſcriptum: *Donawerdæ Crux pro erigendo Monaſterio plantata & primarius lapis poſitus fuit die 18. Auguſti Anno 1630. à Reverendiſsimo ac Illuſtriſsimo Principe ac Domino Domino Henrico Epiſcopo Auguſtano, qui à civibus illius urbis paucis abhinc annis adhuc hæreticâ pravitate infectis, modò recèns majori ex parte converſis reverendiſsimè & devotiſsimè cum proceſsione receptus fuit præſentibus pluribus Illuſtribus perſonis, inprimis verò Reverendiſsimis ac Ampliſsimis DD. Abbatibus Caſarienſe, Donawerdano, Deckingenſe, & Thierhauptenſe. Conſecratio autem Eccleſiæ ob tumultus & furores bellicos dilata fuit usque ad diem 27. Julii anni 1642. ubi à Reverendiſsimo in Chriſto Patre ac Domino Sebaſtiano Epiſcopo Adramyteno Suffraganeo Auguſtano conſecrata fuit in honorem S. Joſephi Sponſi Beatæ Virginis Mariæ. Extructum eſt autem hoc Monaſterium (modo Patribus Provinciam Bavaricam incolentibus aggregatũ) ex piorũ eleemoſynis, potiſſimum*

mum verò ex legato Perilluſtris Domini Joannis Gualteri à Stingelheim, qui jam annos natus quadraginta ſex ſacram Seraphicam S. P. Franciſci Religionem ingreſſus, factus eſt Capucinus, & adhuc in Ordine laudabiliter ac pientiſſimè vixit annis 37. demùm in novo Donawerdano ſuo Monaſterio terris emortuus & ſepultus Anno 1667.

DORNSTETTENSE

HUjus nominis oppidum quoddam Hercinianum aliàs *Acanthopolis* nuncupatum, breviterque deſcriptum à Zeillero in Topographiâ Sueviæ fol. 61. ſituatur intra fines diœceſis Conſtantienſis, & eſt antiqua ſedes Decani, ruralis (uti vocant) Capituli Dornſtettenſis, hodie Horbenſis, habetque præter ſuam parochialem Eccleſiam jam dudùm lutheranizatam, duo etiam regularia clauſtra fœminina, quamvis itidem ex nunc Lutherana & ad profanos uſus abrepta: quorum unum album ſeu Dominicano Ordini fuiſſe ſubditum & appropriatum oſtendit Cruſius in Paralip. ad annales Sueviæ cap. 13. fol. 56.

DORNSTETTENSE

ALterum ſacrarum Virginum Incluſorium hoc tamen tertiæ Regulæ S. P. Franciſci conquadratum ibidem loci ſeu in Dornſtetten adhuc circa finem prioris ſeculi ſub regulari ordine ſuo conſtitiſſe ſalvum & integrum, quamvis inde cum antedicto Parthenone Dominicano pariter urgente hæreſi ſuppreſſum, & fataliter extinctum conſtat ex eodem Cruſio loco antè citato.

DOTTERENHUSANUM.

SIc ex proprio nomine ſuo dictum itidem Franciſcani Ordinis antedicti religioſum Incluſorium parthenium Conſtantienſis etiam diœceſis in diſtrictu ruralis Decanatûs Ebingenſis aliquandò conſpicuum, tùm verò quocumque demùm iniquiore fato ſecundùm priorem Seraphicam pietatem ſuam omninò necatum; cujus fundus & aliquales redditus utcunque ſervati durantes ſeculo noſtro decimo ſeptimo tranſierunt in rurale prædium ex nunc Collegio Rottenburgenſi (ad Nicrum) Societatis Jeſu proprium.

❋DÜNCKELSPULANUM

MOnaſterium Ordinis Fratrum B. Mariæ Virginis de Monte Carmelo Dünckelſpülæ imperiali oppido inferioris Sueviæ Franconibus propiùs adſito hodiedùm floret, etſi diutinâ temporum injuriâ per mille caſus & pericula ſuperioris ætatis arduè ſervatum: cujus ortus & fundatio quia noſcitur eſſe vetuſtiſſima & vel maximè, quia totum hoc Carmelitarum clauſtrum duobus abhinc ſeculis à ferali flammâ fuit abſumptum, primæ fundationis hiſtoria vix & ne vix quidem ampliùs inquiritur, imò ipſum hoc Cœnobium tempore prius fuit & antiquius memoratâ imperiali urbe Dünckelſpulanâ hiſtoricè deſcriptâ ſimul ac geographicè depictâ à Zeillero in Topographiâ Sueviæ fol. 57.

❋DÜNCKELSPULANUM

MOnaſterium, quod RR. PP. Capucini Dünckelſpulæ retinent, ædificari cœptum eſt Anno 1622. & ſacra Crux poſita eodem anno Calendis Maji. Fundus ad inſtantiam Auguſtiſſimi Imperatoris Ferdinandi II. à Magiſtratu ſeculari conceſſus, fabrica verò pleniſſimè fuit abſoluta perfectaque ſumptibus Nobiliſſimæ Dominæ Evæ Mariæ Fleiſchin à Lerchenfeld ex familiâ Rottingerorum progenitæ: quæ poſtmodùm ipſo conſecrationis die novi Templi Dünckelſpulani apud Moniales Salisburgenſes ſecularem ſtatum & habitum cum monaſtico formulæ Benedictinæ commutavit, & dùm ſat diu munere Ab-

batiſſæ fuit perfuncta, paucis aliquot ante mortem ſuam menſibus ſponte abdicata pientiſſimè in Domino requievit Anno 1641. die 26. Novembris. Templum unà cum altari majori in honorem S. P. Franciſci die 30. Junii Anno 1624. conſecravit loci Ordinarius Reverendiſſimus ac Illuſtriſſimus Princeps ac Dominus Dominus Henricus Epiſcopus Auguſtanus, altare minus verò in honorem Dei Genitricis ſemper Virginis Mariæ pariter dedicavit ejusdem Celſitudinis ſuæ Suffraganeus Reverendiſſimus Dominus Petrus Waal Epiſcopus Adramytenus. Ab hoc ergò tempore memorati Patres Seraphici Dünckelſpülam, utpotè de mixtis (uti vocantur) civitatibus unam id eſt mediâ ex parte Catholicam, ex alterâ verò meriſſimè Lutheranam immenſo zelo ſuo conſtantiſſimè fovent, ac tuentur, ſed & omni ſtudio jugiter invigilant, ne prior illa quicquàm deficiat, ſed indies nova incrementa capiens continuò revireſcat, altera verò decreſcat penitùs & evaneſcat.

DÜRNWANGENSE

Contubernium fœmininum diœceſis Conſtantienſis in diſtrictu ruralis Decanatûs Ebingenſis forenſi verò ditione Wirtenbergicâ quocunque demùm tempore & authore fundatum, jam pridem invidiâ hæreſum adeò defecit, ut ſceleſta tyrannis hæc loci Monialibus Tertiariis de Ordine S. Franciſci violenter abactis præter inane nomen & ſui memoriam non niſi amaro corde regerendam reliquerit planè nihil.

DUELLIUM

Celeberrimum olim & ſpectatisſimum Ordinis S. P. Benedicti Cœnobium eo ipſo loco, quo hodie munitisſimum & inexpugnabile eo ipſo nomine Hohendwiel caſtrum (hiſtoricè deſcriptum ſimul & geographicè depictum in Topographiæ Sueviæ Zeilleri fol. 155.) *Wirtenbergiæ Ducis ſpectatur ex caſtro & reſidentiâ veterum Guelphonum Alemanniæ Principum in Cœnobium converſum à Burcardo Alemanniæ Duce & Hedwige ejus conjuge, Rudolfi Burgundionum Regis ſub Conrado primo ac Henrico primo Imperatoribus. Ejus Cœnobii Abbas primus fuit Weliſridus ſive Walſridus ex familiâ Comitum de Nagolt & Calw miraculorum gloriâ illuſtrisſimus: cujus benedictione ad noſtram usque ætatem dolium quoddam ſuperfuit oleo indeficiente multis prodigioſè medicum & ſalutare.* Gab. Bucelinus in ſuâ German. ſacrâ part. 2. fol. 26. atque hujus Duellenſis Cœnobii diſertam mentionem facit etiam Felix Faber in Hiſtoriâ Suevorum lib. 1. cap. 11. fol. m. 93. ita ſcribens: *Caſtrum, quod jam in loco Monaſterii ſtat Hochwiel dictum, maximas moleſtias patitur à tonitruis, fulguribus & fulminibus, nec poteſt aliquis habitare in turri campanarum, quæ adhuc ibi ſtat cum parte ambitûs & dormitorii.*

Lit. E.

EBERSTEINENSE

Abbatiale Monaſterium Ordinis S. Benedicti diœceſis Argentoratenſis in Comitatu (qui hodie ditioni Marchio-Badenſi Principum Durlacenſium ſubditur) Eberſteinenſi antiquioribus ſæculis avitâ pietate Comitum Eberſteinenſium anno non notato largiſſimè conditum, idemque lapſu temporis teſte Trithemio in Chron. Hirſaug. tom. 1. fol. 354. ad annum 1417. ſtrenuè reformatum, ſub initium noſtri decurrentis ſeculi, dùm ſtemma Eberſteinenſium terris defecit, ac tota (quæ ſanè ditiſſima fuit) hæreditas ad manus Principum heterodoxorum uxorio nomine devenit, ſtatus quoque religioſus, continuò malè habere cœpit in Cœnobio hoc Eberſteinenſi quippè violenter extinctus, ſacris redditibus in uſus profanos depoſthâc ſacrilegè conſummendis penitùs abreptis.

EBINGENSE

Religioſum contubernium fœmininum tertiæ regulæ S. P. Franciſci in Ebingen oppido Wirtenbergico diœceſis Conſtantienſis ad Schmicham amnem hiſtoricè relato in Topographiâ Sueviæ Zeilleri fol. 62. ſuperiori durante ſeculo clariſſimum. Commendatur admodùm victus perſeverantiæ in devotisſimis clauſtri hujus Franciſcani Sanctimonialibus, etſi graviſſimè de regulari profeſſione ſacrilegè deſerendâ tentatis & vexatis palàm aliquandò generosè demonſtrata, qualiter dilucidè conſtat ex Documentis Monaſteriorum Wirtenberg. Virg. fol. 245. ut ſequitur: In diſem Monat (Julio) gehaltenem (Anno 1565.) Stuttgardiſchem Synodo iſt von dem Special Klag-weiß referirt und angebracht worden / daß die Cloſter-Frauen zu Ebingen / ſo der dritten Regul S. Franciſci zwar in die Predig / aber weder zum reformirten Nachtmahl gehen / noch auch ſonſten ſich an die Lehr des Prædicanten kehren wollen. So habe auch der Specialis, ſie die Cloſter-Frauen / auff Anhalten und Begehren des Ambtmanns daſelbſten zu gedachtem Nachtmahl und Annehmung der Augſpurgiſchen und ſeines Fürſten und Herren zu Trient übergebnen Confeſſion mit mehrerm ermahnet / darauff ſie nach gehabtem Bedacht durch ein Cloſter-Frau Leirin genannt / wider obgemeldte Confeſſion nicht wenig Argumenta, ſo nachlängs von dem Special beantwortet / aber damit nichts ausrichten mögen. Worauff der anweſenden Theologorum Schluß geſtanden / Sye köndten ihme nicht thun. Hr. Herzog Chriſtoph aber hat auff ſolche Relation dieſe Wort geſchriben: Jch will gern einiſt der Theologorum und Räthe Bedencken ſehen / was doch mit diſem halsſtarrigen Geſünd fürzunemmen ſeyn möchte. Ergò pientiſſimæ Veſtales iſtæ Franciſcanæ in religiosâ vocatione & profeſſione ſuâ nunquàm non illibatè tenendâ conſtantiſſimè perſeverantes ad unam omnes ſtabiles inventæ ſunt usque ad mortem, & exinde omnia (quotquot ſuperfuêre) clauſtri hujus Ebingenſis ædificia, ſigna quoque & indicia veſano hæreticorum furore corruerunt penitùs extincta, & ſacer locus undique profanatus ſecundùm priorem ſtatum ſuum omnimodè defecit cenſibus & redditibus illius ærario Ducis Wirtenbergenſis deposthâc illatis.

❋ EBNITENSE

Monaſterium in diſtrictu diœceſis Curienſis forenſi verò ſeu politicâ ditione Illuſtrisſimorum DD. Comitum Aniſiorum inter publicos & immediatos S. R. I. Status Provinciæ Suevicæ nominatiſſimorum de Ordine S. Pauli primi Eremitæ ſub regulâ S. P. Aurelii Auguſtini militante vel olim inclytum, noviſſimis autem temporibus noſtris unicè nobis notum ex Joan. Georgio Schlee ſuprà citato fol. 39. in hæc verba: Ennet dem Gebürg in der Graffſchafft drey Stund von Embs in einer Wilde ligt ein Dorff und Kirch / das Ebnit genannt / ſo vor Zeiten umb das Jahr 1351. ein Cloſter geweſt Auguſtiner Ordens und S. Pauli der Einſidel / darüber die Herren von Embs rechte Vögt geweſt / ſo hernach abkommen / und ein Lay-Prieſter allda / dahin iſt ein groſſe Wallfahrt Sommers-Zeit an S. Mariæ Magdalenæ Tag / an welchem Tag Kirchweyhung allda / und ein groſſe Menge Volcks von umbligenden Städten und Orten über das hohe Gebürg hinein kombt. Cæterùm inter Monaſteria ſuperiori ætate in partibus Sueviæ noſtræ ſacris Ordinibus ſuis quomodolibet tandem ſubtracta *Ebnitenſe* quoque domicilium iſtud ſuo loco legimus taliter annotatum: *Domus Beatæ Mariæ Magdalenæ, quam haud ità pridem Illuſtrisſimus Comes de Hohen-Embs meditabatur priſtinis inquilinis ſeu poſſeſſoribus poſtliminiò reſtituere.*

ECKENSE

SEu *Anguli Monaſterium* taliter nomine ſuo dictum Aſcetarum Ciſtercienſis Ordinis domicilium Imperiali Cœnobio Salemitano ſubditum & incorporatum: cujus originem refert Bruſchius de Monaſt. German. cent. 1. fol.m. 106. in deſcriptione ejusdem Salemitani Monaſterii, ubi ſic ait: *Sub ejus* (Eberhardi de Wolmantingen Abbatis Salemitani numero ſeptimi) *gubernatione Eremita quidam & Monachus Salemitanus Henricus Finck Anno Domini 1258. auxiliis Bertholdi Comitis in ſancto monte ſundum liberaliter conferentis aliud Monaſteriolum Ordinis Ciſtercienſis in honore S. Joannis Baptiſtæ & S. Catharinæ inſtituit in umbilico Montis Sanctorum ad angulum vulgò dictum, in quo ſemper unus Salemitanorum habitare adhuc hodie ſolet.* Non item temporibus noſtris, ſolo quodam vetuſtiore ſacello iſthîc loci reſiduo rei divinæ faciendæ antiquitùs uſitato.

❋EDELSTETTENSE

PErilluſtre Collegium Canoniſſarum ſecularium in Marchionatu Burgovienſi Imperiali Monaſterio Urſpergenſi Præmonſtratenſis Ordinis propiùs adſitum, idem temporibus noſtris non tam materiali ſtructurâ, quàm formali compage inhabitantium ſacrarum virtutum omninò firmiſſimum primitùs exortum eſt Anno 1126. quandò nimirùm Illuſtriſſima Domina Giſela Comitiſſa de Schwabeck & Balzhauſen (quæ avita ſtirps generoſiſſima adhuc aliis etiam fundationibus ad pias cauſas alibi locorum factis olim inclaruit) juvencula tenerrima ſtupendâ prorsùs corporis pulchritudine prædita germanum fratrem ſuum Wernherum memorati Cœnobii Urſpergenſis anno proximè procedente fundatis conditorem hâc in parte ſolerter imitari cupidiſſima, juxta tamen (hæreditate paternâ jam priùs fundationi Lavinganæ mox recenſendæ infrà liberaliter impenſâ) mediis in rem neceſſariis haud ſufficienter inſtructa ad ſacellum aliquod ac parthenium domicilium nobilibus puellis caducam mundi vanitatem exoſis oportunè ſtruendum, ab eodem germano ſuo Wernhero tantum ſpatii de proprio fundo concedendum inſtantiſſimè petiit, quantum unius diei decurſu aratro circumſcribere liceret; quare Giſela voti compos facta protinùs permodicum aratrum aliquod argenteum ſpecialiter in id adornatum è collo ſuſpenſum geſtans, & conceptos fines deſideranter obambulans eosdem palæ terræ infixis in circuitu denotavit; quod Comes Wernherus quamprimùm edoctus humaniſſimè connivendo petita quidem conceſſit, Giſelam tamen plùs ultrà progredi ſeverè vetuit. Iſthîc ergò loci, atque ipſo (cui hodie totum Edelſtettenſe clauſtrum manet inædificatum) in fundo de ſingulari Giſelæ providentiâ brevi ſtetit ſacellum SS. Joanni & Paulo Martyribus ſacrum, idem labentibus annis informalem & parochialem Eccleſiam latiùs patentem convenienter apparatum: cui quantocyùs adſtructæ fuerunt etiam ædes habitationi Giſelæ & conviventium puellarum ex induſtriâ paratæ: ubi illa cum ſuis duxit communem quidem & vitam vixit ſanctam ac Deo placentem, nullis tamen religioſi ſtatûs alicujus votis obnoxiam, ſed ab omni regulari profeſſione liberam: quamvis ipſa ſolemni caſtitatis voto (cunctis in officio ſuccedentibus hodiedùm uſitato) ſe ſe ſacrârit & innodârit, dùm in Abbatiſſam ordinata benedictionem epiſcopalem ſuſcepit, ſicque in finem usque ſuis mirificè præluxit. Atque hæc illa ipſa prima Edelſtettenſis Abbatiſſa, virago eſt, quæ Cruſio in annalibus part. 3. lib. 3. cap. 5. & Georgio Piſtorio Parocho & Decano Lauingano *Geislina* dicta ac primùm ad annum 1201. quamvis perperàm relata hodiedùm à civibus Lauinganis gratâ memoriâ colitur, teſte eodem Piſtorio in præfatione concionis alicujus Anno 1651. Magiſtratui Lauingano in ſtrenam oblatæ ac typis Dilinganis editæ præfixâ taliter ſcribente: Anno 1201. hat gelebt die ſchönſte Jungfrau Geißlina / welche zu Laugingen

gingen gewohnet und ein geborne Gräffin von Schwabeck und Balzhauſen geweſen. Diſe hat zu Laugingen das Brugghaus geſtifftet / und mit gewiſſen Einkommen zu Erhaltung der Bruggen auch Weeg und Steeg verſehen. Und iſt zu Laugingen allda bey den alten Leuten ein glaubwürdige Tradition und gemeine Auſſag / daß diſe wunderſchöne und noch mehr Tugendreiche Gräffliche Fräulein die Stadt Laugingen auff den Knyen umbgangen und gebettet. Diſe ligt in dem adelichen Stifft Edelſtetten begraben.

Porrò cuidam turri (vulgò Hoffthurn nuncupatæ) civitatis Lauinganæ appicta cernitur effigies hujus Giſelæ ſeu Geislinæ noſtræ cum tali inſcriptione ſpectanda

Geislinæ illuſtris meritis Reſpublica facta
Auctior: hoc fecit poſteritatis opus.

SYLLABUS
Abbatiſſarum Edelſtettenſium.

I. GIſela Comitiſſa de Schwabeck & Balzhauſen antedicta, eadem Edelſtettenſis fundatrix & rectrix in primam loci Abbatiſſam benedictione epiſcopali conſtituta & ordinata, de certo temporis & annorum regiminis numero nondùm per nos inquiſita demùm haud absque magno conviventium luctu parique deſiderio poſt ſe relicto, tumulo illata & in templo Edelſtettenſi condigno honore recondita: cujus à morte brevi domum dilapſam, dilapidatam ſubſtantiam & diſciplinam fuiſſe ſublatam ſcribit quidem cum ſequacibus Engelhardus Monaſterii Lanckenheimenſis in diœceſi Bambergenſi Ciſtercienſis Ordinis Abbas in vitâ (quæ tota ponitur in Bollandiano tomo menſis Maji ſeptimo, ejusdem menſis die 31. fol. 443. & ſeqq.) B. Mechtildis Edelſtettenſis mox nominandæ infrâ; cui tamen relationi tanquàm temerariæ nimis imò & falſiſſimæ mordicùs obſiſtunt & omnimodè contradicunt Edelſtettenſes domicellæ modernæ, conſtanter aſſerentes de damnatâ hujusmodi rerum immutatione vel olim in pejus factâ nec ex tabulis domeſticis, neque ex traditione à majoribus relictâ conſtare quicquam, ſed diſciplinam canonicam à Giſelâ fundatrice ſtabilitam, in hæc usque tempora nunquàm non etiam per arduos fortunæ ſiniſtræ caſus ſartam tectam fuiſſe ſervatam.

II. B. Mechtildis Comitiſſa ab Andechs Bavara poſt mortem Giſelæ è Dieſſenſi Superioris Bavariæ diœceſis item Auguſtanæ Monaſterio (quod Canoniſſarum Auguſtinianarum ſecùs verò Monialium Benedictinarum Inſtitutum tenuiſſe clariſſimè patet ex eodem Engelhardo & aliis ibidem citatis contra recentiores quosdam ſcriptores Monachos tam Mechtildem iſtam quàm geminum etiam Collegium Edelſtettenſe & Dieſſenſe Benedictino Ordini ſuo vendicare connitentes) poſtulata; quæ tamen omnimodè reluctans & oblatam dignitatem meriſſimè reſpuens, pontificiâ tandem authoritate fuit in id coacta, qualiter conſtat ex Bullâ Anaſtaſii Papæ IV. loc. cit. legendâ; qui ſummus Antiſtes, dum Anno 1153. Petri cathedram aſcendit, & unicum tantùm annum, menſes quatuor, & dies viginti tres tenuit, inde tempus habemus, quo Mechtildis Edelſtettenſe regimen ſuſcepit eadem ipſa demùm ante mortem ad Dieſſenſes ſuas reverſa, ubi ſpiritum Creatori ſuo reddidit pridie Calendas Junii Anno 1160. Sed nec eſt, quòd quidam inde ſibi fortè blandiantur, ſæpedictum Edelſtettenſe Collegium vel olim ſacræ regulæ Auguſtinianæ morem geſſiſſe, ſiquidem nec pontificia quædam Bulla Sixti IV. de dato 13. Cal. Novemb. Anno 1481. (in quâ Abbatiſſa & Conventus Edelſtettenſis vocantur Ordinis S. Auguſtini) loco antè citato pariter legenda quidquam probat, cùm luce meridianâ clariùs ſit, id temporis Edelſtettenſes Canoniſſas haud fuiſſe alias quàm ſeculares, ſeu quales hodiedùm ſunt, id eſt ab omni regulari profeſſione liberas & immunes, quæ quamvis in antiquis chartis nominentur Auguſtinianæ, ſanè non eſt, niſi (quod meliùs mox in ca-

in capite hiſtoriæ dicendum fuiſſet) quòd Giſela prima Edelſtettenſium Abbatiſſa cum ſuis in ſpecialem Patronum tutelarem delegerit ſibi S. P. Auguſtinum Epiſcopum & Eccleſiæ Doctorem, dehinc ab eo Canoniſſæ Auguſtinianæ aliquando vocari ſolitæ.

III. Agnes de Münſter: cujus ſtirps inclyta patriis ſcriptoribus probè cognita, jam pridem tamen in ſurculis ſuis poſterioribus fuit omninò ſucciſa.

IV. Itta de Vaymingen: de quâ nobili proſapiâ vel modicum aliquod extat fragmentum apud Lazium de migrat. gent. fol. 463.

V. Sophia Banwölfin: cujus acta & actitata in tabulis latent.

VI. Agnes Fuchshärtin de Reichenbach apud poſteros ſolo nomine ſuo clara.

VII. Margarita à Rodt cognomento Nachreisſin dicta: priusquàm Abbatiæ munus adminiſtrandum ſuſcepit, quocunque demùm morbo graviter admodùm periclitata, imò jam animam egiſſe & expirâſſe ab adſtantibus dijudicata: dùm pro animâ ipſius pia juſta fierent, ſe ſolâ ſibi reſtituta, derepentè è feretro (haud ſine maximo circumſtantium pavore ac ſtupore) prodiit, ac poſt annos cœteris præeſſe delecta, demùm terris vivere deſiit Anno 1352. de reliquo temporum & annorum numero regiminis adhuc incognita.

VIII. Guta de Gerenberg electa Anno 1352. plura communi bono gesſiſſe proficua in tabulis domeſticis ſpecialiter laudata.

IX. Margarita Swencriſtin proavis inter antiquos Suevos Nobiliſſimis edita, nempè Conradi Swencriſt & Catharinæ de Berg filia, tempore & anno non notato faſcibus donata.

X. Anna de Weiſſingen auctrix templi hodiedum apud Edelſtettenſes conſpicui: quod Præcurſori Domini S. Joanni Baptiſtæ nuncupatum ritu ſolemni conſecravit loci Ordinarius Reverendiſſimus ac Illuſtriſſimus S. R. I. Princeps ac Dominus Dominus Petrus de Schaumburg S. R. E. Cardinalis & Epiſcopus Auguſtanus reparationis annuæ feſtivitate usque hactenùs Dominicâ poſt feſtum S. Galli Abbatis proximâ, de more celebrari ſolitâ.

XI. Agnes de Rotenſtein electa An. 1471. decennio præſtitit ad plures tranſlata Anno 1481.

XII. Agnes de Schweningen electa Anno 1481. de tempore mortis ſuæ cunctis adhuc incognita.

XIII. Chriſtina de Trochtelfingen ob inſignem vitæ ſanctimoniam & regiminis peritiam præ omnibus una è Principali Collegio Buchaugienſi poſtulata in pace requievit Anno 1490.

XIV. Eliſabetha de Haymhofen (cujus proſapia genealogica inter Suevos olim præclarisſima recenſetur à Lazio de migrat. gent. fol. 483.) faſces indepta fuit Anno 1490. dimiſitque illos mortuis accenſa die 2. Maji Anno 1514. Laudatur admodùm fuiſſe fundatrix & inſtitutrix Confraternitatis SS. Trinitatis hodiedùm in Eccleſiâ Edelſtettenſi ſanè celeberrimæ, ad exteras etiam parochias & loca plurima ſaluberrimè dilatatæ.

XV. Beatrix de Waldkirch infauſtis illis & calamitoſis novarum hæreſum & bellorum temporibus mirâ diſcretione & gratisſimâ morum comitate ſubditos ſuos in officio continuit: omnes in ſuum amorem attraxit, avitam religionem ſacroſanctam habuit, & totis 28. annis ſuis mirificè præluxit mortalitatem exuta die 23. Junii Anno 1542.

XVI. Regina de Rorbach domo Bavara teſtimonio Bruſchii de Monaſt. German. cent. 1. fol. m. 45. inſignis heroina corporis & animæ dotibus præſtantisſima electa die 14. Junii Anno 1542. manſionum domeſticarum ædificatrix inclyta, obiit ſeptuagenaria quinto Idus Septembris Anno 1575.

XVII. Sibylla de Landenberg, familiæ (ut ait Gab. Bucelinus in Germaniâ Topo-Chrono-Stemmato-graphica part. 4. fol. 139. ubi etiam ſtemmatographicum fragmentum illius ponit) inter Helveticas equeſtres generis præſtantiâ & opum affluentiâ facilè primariæ, duorum etiam Conſtantienſium Epiſcoporum atque unius Lindavienſis Abbatiſſæ Principis aſſecutis dignitatibus honoratisſimæ electa Anno 1575. præfuit annis 33. menſibus 3. diebus 3. pluribus aggregata Calendas Januarii 1609.

XVIII. An-

XVIII. Anna de Werdenſtein ſtirpe Suevicâ inter nobiles Dynaſtas Algoios notiſſimâ, unius quoque Principis Abbatis Sangallenſis Hildebrandi ſeu Hildeboldi (cujus ſat magna laus eſt apud Bruſchium de Monaſt. Germ. in Catalogo) jam Anno 1318. ad id muneris pro meritis evecti gloriâ triumphante progenita concordibus ſuffragantium votis die 17. Januarii Anno 1609. præſidere delecta, demùm deſiit fatis urgentibus abſorpta die 28. Auguſti Anno 1629.

XIX. Margarita Anna unius ejusdemque cum præcedaneâ generis Werdenſteiniorum proles optima reſtauratrix templi laudatiſſima, toto multifariarum virtutum & inſignium meritorum cumulo poſt mortem laudata à Clariſſimo Viro Admodùm R. P. Henrico Henrich Societatis Jeſu Presbytero, ac pro tempore almæ Epiſcopalis Univerſitatis Dilinganæ Cancellario in concione funebri, quæ habetur typis edita. Præfuit univerſim ac profuit annis 52. tumulo illata die 30. Julii Anno 1681.

XX. Catharina Franciſca ex peravitâ Suevorum familiâ (quæ hodie inter Perilluſtres S. R. I. Barones inſignis adambulat) de Weſternach in omnibus & ſingulis (quotquot modò ſuper ſunt) agnatis ſuis ſecundùm innatam quaſi morum ſuavitatem dulciſſimam vultûs humanitatem in quosvis obvios jugiter abundè demonſtrari ſolitam gratiſſimam cunctis converſationem, uti nemini non admirandâ, ſic & ubique laudibus infinitis celebrandâ floruit in Abbatiali regimine poſt electionem ſuam die 18. Auguſti Anno 1681. canonicè factam annis decem & ultrà iter æternitatis ingreſſa Idibus Septembris An. 1691. Porrò reliqua, quæ cunctis ſuperioribus Abbatisſis emortuis longè glorioſiora præſtitit, ampliſſimum item totius Collegii ædificium immenſa quoque pietas & religionis zelus illius fideliſſimè deſcripta habentur in concione funebri in templo Edelſtettenſi declamatâ, ac pòſt etiam typis Dilinganis editâ à R. P. Caſparo Mændl Soc. Jeſu Presbytero.

XXI. Maria Carolina de Weſternach præcedaneæ ſuæ proximæ non ſolùm natalium ſplendore, ſed & virtutum ac gerendarum rerum peritiâ ſummâ maximâ rectè conſimillima electa die 27. Septembris ac mox à dulciſſimo germano fratre Reverendiſſimo ac Illuſtrisſimo Domino Domino Egolpho Euſtachio de Weſternach Epiſcopo Dioclenſi, Suffraganeo & Canonico Cathed. Auguſtano ritu ſolemni in Abbatiſſam ordinata: cujus ſub protectione totum Edelſtettenſe Collegium (in quo de præſenti Canoniſſas Capitulares agunt Venerabiles ac Perilluſtres Domicellæ Anna Barbara ab Halweil Senior: Maria Euſebia Hundpyſſin à Waltrambs: Maria Anna ab Heydenheim: Maria Franciſca Baroniſſa de Freyberg: Maria Anna Thereſia Franciſca Baroniſſa Egloffin: Maria Anna Franciſca de Bubenhofen: Maria Roſa Franciſca Eleonora à Leonardt) omnigenâ morum pietate nobilisſimè decoratum lucidisſimo præfulget exemplo, proin manet cuivis ſtatui meritisſimè ſuſpiciendum, omniq; cultu & amore religioſo dignisſimè proſequendum.

EGESHEIMENSE

CLauſtrum fœmininum tertiæ regulæ S. P. Franciſci in diœceſi Conſtantienſi & rurali Decanatu Ebingenſi authore nobis nondùm revelato ſuperioribus ſeculis apparatum; quod circa annum 1598. hæreſum invidiâ violenter extinctum adeò defecit; imò penitùs evanuit, ita ut de qualicunque ſtatu illius priori & antiquo haud ampliùs inquiri posſit ſolo & unico nomine domicilii hujus Franciſcani nobis relicto apud Cruſium in Paralip. ad annales Sueviæ cap. 13. fol. 56.

❋EHINGENSE

EHINGA oppidum tribus ſupra Ulmam milliaribus Danubio conterminum, idemque Sereniſſimis Principibus Auſtriæ ſubditum, jam à longis retrò temporibus in præſens usque habet proprium aliquod ſuæ S. Blaſii

Epiſcopi & Martyris parochiali Eccleſiæ (in Topographiâ Sueviæ apud Zeillerum fol. 64. ſignanter Ein Stüfft-Kirchen/ id eſt Collegiata nuncupatæ) junctum Clericorum ſeu Presbyterorum ſecularium Collegium: in quo noſtris etiamnùm temporibus præſidet Decanus ruralis, idem quoque præfatæ urbis ſeu Ehingenſis oppidi Parochus plures habens Beneficiatos ſibi ſubditos, atq; iſtos tum officio divino ſtatis horis ritè perſolvendo, tùm exercendæ curæ animarum unicè deputatos: qui quamvis ſinguli ſingulas (ut audio) proprias ædes inhabitent, nihilominùs tamen hujuscemodi Collegium etiamnùm; utcunque perdurat, & quivis de memoratis Clericis illis ex nutu & directione Decani ſui antedicti in negotio paſtorali præſtanda præſtat.

❀ EHINGENSE

INſigne prorsùs & admodùm ſpectabile Fratrum Minorum Ordinis S. Franciſci diſcalceatorum ſeu Reformatorum Provinciæ Tirolenſis Cœnobium ibidem Ehingæ primitùs exortum eſt An. 1638. quandò nimirùm loci Magiſtratus religioſiſſimis Terapeutis illis gratuitò conceſſit, ſed & omnimodè poſſidendum tradidit pulcherrimum illud Marianum (ponè quod novi poſſeſſores mox prætacto anno novum aliquod Monaſterium inædificare cœperunt) templum Ehingenſe à Comitibus de Berg jam olim magnis ſumptibus apparatum, ſanè temporibus noſtris celeberrimum ex miraculosâ (quam ſuper aurum & topazion ſibi chariorem habet) ſtatuâ quâdam Marianâ ſecundùm originem & continuam venerationem ejusdem laconicè deſcriptam à R. P. Guilielmo Gumpenberger Soc. Jeſu in Atlante Mariano Triad. 2. Imag. 333. fol. 440. prout ſequitur: *Anno 1454. ſub Friderico Secundo Imperatore hoc templum ſuum habuit principium, Deiparæque Virginis ſtatua eſt lapidea, ſeptem omninò pedes alta opere venuſto Jeſulumque brachio ſuſtinet. Fimbriam veſtis Peregrini ſolent tangere, & exire ſentiunt virtutem: quia credunt, etiam experiuntur, quæ morbos pellat & alia mala vel difficulter vel omninò non curabilia. Templum ſcriptis pictisque tabulis plenum eſt miracula narrantibus, quod autem ex omnibus primum fuerit, majorum incuria invidit poſteritati. Concurſus hodieque magnus, quem piè conſervant & augent RR. PP. Franciſcani. Videtur filius eandem gratiam veſtibus Matris ſuæ dediſſe, quam dedit ſuâ in illâ decantatisſimâ ſtatuâ Edeſſunâ: quam ob fluxum ſanguinis curatum poſuit pia matrona: cujus limbum, ubi creſcentes è terrâ herbæ attigère, vim accepère curandi morbos. Similem gratiam videtur accepiſſe hæc Maria veſtis lapidea.* Sic quidem ille loc. cit. cujus tamen deſcriptio hiſtorica circa annum fundationis memorati templi apertè videtur eſſe mendoſa; neque enim ſtemma antiquorum Comitum Bergenſium in annum usque 1454. duravit, jam pridem omninò ſuccisum, multò minùs Fridericus Secundus etiamnùm id ævi imperitavit duobus integris ſeculis, imò priùs mortalitatem ingreſſus: cujus in tempora (Comitibus Bergenſibus rectè contigua) ſi memorata fundatio Ehingenſis incidit, tunc ad decurrens ſeculum decimum tertium ipſa rectiùs deducenda erit. Cœterùm Fortunatus Hueber fol. 725. de eodem hoc Ehingenſi Monaſterio ſummatim ita ſcribit: Zu Ehingen im Schwabenland oberhalb Ulm iſt im Jahr 1638. den 25. Winter-Monat Unſer Lieben Frauen Gottshaus zu äuſſerſt an der Stadt dem Franciſcaner Orden der Tiroliſchen Provintz übergeben und eingeraumt worden / nachdem ſie ſchon 8. Jahr vorhero in der Stadt gewohnet/ und 3. Häuſer gleich an dem Marianiſchen Gottshaus haben an ſtatt eines Clöſterleins gebrauchet/ darzu die Ertz-Herzogin Claudia von Jnßbruck ſehr vil geholffen hat. Jm Jahr 1650. den 16. Maji unter dem Tiroler-Provincial Iſidorus Kern iſt der erſte Stein gelegt worden.

Ehin-

❀EHINGENSE

Eſt etiam in eodem oppido religioſum aliquod itidem Franciſcanum fœminini tamen ſexûs & tertiæ regulæ domicilium in loco vulgariter das Gloggenthal appellato conſpicuum; quod ipſum jam olim anno non notato nullâ prorsùs fundatione ſeu donatione cœptum ex meris ſolummodò puellarum aliquot civicarum caſtitatis ac religioſæ pietatis amore cœleſti ſponſo Chriſto Domino ſeſe ſuaque devoventium dotibus & portionibus hæreditariis magis & magis feliciter accreviſſe refert Zeillerus in Topographiâ Sueviæ fol. 64.

❀EHINGENSE

ALiud ejusdem nominis ejusdemque Conſtantienſis diœceſis oppidum itidem *Ehinga* dictum, hoc tamen in confiniis Wirtenbergiæ Nicro (qui Rotenburgum inter & Ehingam iſtud bina Auſtriacæ ditionis oppida dividit) flumini proximiùs adſitum inſignem habet Eccleſiam collegiatam S. Mauritio Thebeæ Legionis Duci ac Martyri ſimul ac S. Remigio Rhemenſi Epiſcopo dicatam: in quâ (præter loci Parochum & Concionatorem duos iſtos partialibus officiis unicè deputatos) hodiedùm inclyti reſident Præpoſitus & duodecim Canonici juribus ac redditibus (teſte Zeillero in Topographiâ Sueviæ fol. 163.) ſat pinguibus convenienter inſtructi. Primævam autem Ehingenſis hujus Eccleſiæ originem etſi ſimpliciter ſolùm exaratam hic damus, prout eam alicubi reperimus taliter annotatam: Wo dermahlen die Stüffts-Kirchen in Ehingen ſtehet / dahin hatte vorgehends Herr Graff Burkard von Hohenberg und Fraw Rugarda ein geborne Gräffin von Tübingen ſein Ehegemahl im Jahr Chriſti 1209. ein Capell erbauet zu ihrer Begräbnus in der Ehr S. Remigii, und ſolches zu Ehren diſes Heyligen ohne Zweifel darumben / weilen auch der Ehinger Mutter- und Pfarr-Kirch (nach dem Anno 1112. oder vilmehr 1012. beſchehenem Untergang der hierumb geſtandnē Stadt Lands-Cron) geweyhet ward in der Ehr diſes Heyligen Rhemenſiſchen Biſchoffs Remigii der Francken und Teutſchen Apoſtels. Und diſe der Ehinger Mutter- und Pfarr-Kirch / ſo annoch ſtehet auſſer der Stadt-Mauren / ward durch die Edle Ritter von Ehingen erbauet A. 1023. und 1024. Als aber umb das Jahr Chriſti 1320. ein groſſer Herr S. Mauritium im Walliſſer Land heimgeſucht / und vil Heyligthumbs von dar mit ſich gebracht / und wie er dieſelben auff zwey Camel-Thier geführt / durch das Dorff Ehingen an dem Necker ietzmahl gegen Rotenburg über / da ſeynd die unvernünfftige Thier ſtill geſtanden / ſo man auch keines wegs hat können fortbringen. Da das der Herr geſehen / hat er das Heyligthumb geſchenckt den Herren deſſelben Orths / nemblich den Graffen von Hohenberg / und ward damahls regierender Graff Rudolff der ältere von Hohenberg / ſein Gemahlin aber war Fraw Irmengard die Gräffin von Würtenberg / welche beyde dann auff ſolches empfahenes Heyligthumb die zuvor An. 1209. in Ehingen zu ihrer Begräbnus erbaute Capell mercklich erweitert und angefangen ein Stüfft anzuordnen für einen Probſt und eylff Chor-Herren zu gröſſerer Ehr GOttes / Unſer Lieben Frawen / der Heyligen Mauritii und Remigii &c. &c. quod ipſum (de memoratis reliquiis ſacris) refert etiam teſtis exceptione major Urbi & Orbi notiſſimus ille Luthero-Maſtix Joannes Eckius SS. Theologiæ Doctor Cathed. Eccleſ. Ayſtadianæ & Ratisbonenſis Canonicus Homil. tom. 3. hom. 2. de S. Mauritio fol. m. 196. ita ſcribens: *Quidam ex Optimatibus viſitavit aliquandò S. Mauritium in Sabaudiâ & plurimum reliquiarum ſecum ſumpſit; cùm veheret illas per pagum, qui dicitur Ehingen ad Neccarum è regione Rotenburgi ſteterunt jumenta, nec aliquo modo urgeri potuerunt, ut procederent. Videns hoc Dominus ille, reliquias donavit incolis ejus loci Comitibus ab Hohenberg, qui ibi extructo Collegio in memo-*

memoriam S. Mauritii & ſociorum ejus reliquias adhuc ſervant in hodiernum uſque diem &c. &c.

Cruſius in ſuis Annalibus Sueviæ quandoque de Collegiatâ hâc Ehingenſi Eccleſiâ mentionem faciens refert ſequentia part. 3. lib. 12. cap. 37. *Ehingæ Collegium eſt SS. Mauritii & Commilitonum Martyrum erectum (ut nobis humaniter Præpoſitus ejus loci Melchior Zangerus Anno 1590. indicavit) circa annum Domini 1320. à Generoſis Comitibus Hohenbergenſibus Rudolpho atque filiis ejus Alberto, Rudolfo & Hugone: annuaque ſuſtentatione Præpoſiti, duodecim Canonicorum & aliquot Vicariorum, nec non Concionatoris Parochique liberaliter dotatum. In medio autem Eccleſiæ Collegiatæ tria fundatorum monumenta conſpiciuntur: cum his in ſingulorum ſaxorum ambitu inciſis Epitaphiis:* Anno Domini M CCCLIX. ipſâ die Marci Evangeliſtæ obiit in Chriſto Pater ac Dominus Comes Albertus de Hohenberg Epiſcopus Friſingenſis.

Deinde ſub manibus alterius & primi fundatoris Rudolphi Senioris

Devotas mentes hæc hortor ſculpta tenentes
Ejus ut in precibus memores ſint Principis hujus.

In ambitu & ſub pedibus ac manibus uxoris tertii tumuli

Hic jacet ecce Roſa, quondam nimiùm ſpecioſa
Irmengart grata de Wirtenberg generata

In Chori ingreſſu loco alto tanquàm transverſo in ligno. Anno Domini M.CCC. XXXVI. tertio Idus Januarii obiit ſpectabilis Rudolphus Comes de Hohenberg Senior fundator primus hujus Collegiatæ Eccleſiæ.

Item lib. 4. cap. 11. copiam litterarum, quarum tenore fit copia conſtruendi Sacellum quoddam S. Jodoco Confeſſori ſacrum ſub hujusmodi tenore: Wür Graff Hugo von Hohenberg verjehen offenlich mit diſem Brieff / daß Wür mit Gunſt und mit Willen Unſers lieben Pfaffen Meiſter Bilgrins Probſt des Stüffts zu Ehingen bey dem Necker und der Chor-Herren gemeinglich deſſelbigen Stüffts gegünnet haben und günnen mit Urkund diß gegenwertigen Brieffs lauterlich durch GOttes / und durch Unſerer und Unſerer Vorfahrer Seelen Heils willen: dem beſcheidnen Mann Walther Wigelin von dem Weiler under Rotenburg / durch ſeine ernſtliche und göttliche Begierde: eine Capell auff Unſerem eigenen zu ſtüfften und zu machen / under Unſer Burg zu Rotenburg bey der Land-Straß in St. Joſt Ehre: alſo daß die vorgeſetzte Chor-Herren dieſelbe Capell beſingen und Meſſe da ſprechen ſollen / ob ſie wöllen / und welcher under ihnen Meſſe da ſinget oder ſprichet / der ſoll den halben Theil nemmen des Opffers / das zu der Meß uff den Altar geopffert wirdet / und das ander halb Theil gehört an den Bau derſelben Capelle. Wär aber / daß die vorgeſchribne Chor-Herren ſelber nit beſingen und mit Gottsdienſte uſſrichten wolten / ſo hat der vorgenannt Wigelin vollen Gewalt die Capellen zu beſorgen und zu beſetzen mit einem erbaren Prieſter ohne alle Irrung / ſo er beſte mag / und wie er mit dem überein kombt. Das iſt unſer Will / und zu einer ſteten Sicherheit der vorgeſchribnen Dinge / ſo geben Wür diſe Brieff verſigelt mit Unſerem eignen Inſigel. Wür Meiſter Bilgrinus Probſt des vorgenannten Stüffts und die Chor-Herren gemeinlich deſſelben Stüffts verjehen auch mit diſem Brieff / daß die vorgeſchribne Ding mit Unſerem Gunſt und Willen beſchehen ſeynd / und geben darumb zu einer Gezeugnus Unſer Inſigel auch an diſen Brieff / der zu Rotenburg geben iſt an dem nechſten Sambſtag nach St. Martins Tag in dem Jahr / da man zahlt von GOttes Geburt dreyzehenhundert Jahr / darnach in dem achtenden und dreyſſigiſten Jahr.

Hodie memoratum hoc S. Jodoci ſacellum ſæpedictæ Collegiatæ Eccleſiæ Ehingenſi pleno jure manet incorporatum, de quo ſequens extat Protocollum: Anno 1607. haben bey denen damahln anweſenden Ihro Ertzfürſtl. Durchleucht Maximiliani von Oeſterreich als regierenden Lands-Fürſten ꝛc. und Hochfürſtl. Gnaden Jacobi Biſchoffen zu Coſtantz als diß Orths Ordinarii verordneten Commiſſariis Probſt und Capitel zu Ehingen ſupplican-

plicando angelanget/ daß St. Joſten Gefäll à 70. in 80. Gulden ſich Jährlich belauffend ihrer reſpectivè armen Fabric möchten zugethan und unirt werden ꝛc. ꝛc. darauff gleich zu Eingang folgenden Jahrs mehr-beſagte Capellen mit allen denſelben Ein- und Zugehörungen der Stüffts-Kirchen in Ehingen gantz völlig authoritate ordinariâ übergeben und einverleibt worden / doch mit dem Beding / daß monatlich ein Heylige Meß bey St. Joſten für des Orths Gutthäter ſolle geleßen werden / alles laut darüber verfertigten Brieff de dato Coſtantz 4. Januarii An. 1608. und würdet beſtimbte Meß durch jenigen Stüffts-Herren gehalten / ſo das Dorff Weyler von Haus aus mit Predigen und Meß- leßen verſehet / die Seelſorg aber des Orths gehört dem Stüffts-Pfarr-Herren zu / maſſen ſelbiges Dorff mit allen Pfärrlichen Rechten der Mutter- oder Stüffts-Kirchen angehörig. Sonſten ſo werden neben denen Jährlich vil Heylige Meſſen alldorten geleßen von unterſchiedlichen Geiſtlichen / ſonderlich aber wann ein Contagion unter dem lieben Vich diſer Orthen graſſirt / wie dann diſe Capellen gleich bald nach ſeiner Erbauung zu einer berümbten Wallfahrt erwachſen wider allerhand Kranckheiten des Vichs und dahero auch ſelbiger Zeit mit mercklichen Einkommen bereichet worden.

Anno 1655. den 9. Tag Herbſt-Monat iſt diſe Capell von Ihro Hochwürden und Gnaden Herren Herren Georgio Sigiſmundo Müller Biſchoffen zu Heliopol und Weyh-Biſchoffen zu Coſtantz ſolemniter reconcilirt/und der Altar zu Ehren Unſer lieben Frauen S. Jodoci und S. Wendelini Confeſſorum von neuem geweyhet worden. Jährlich in der Creutz-Wochen gehen nit allein beede Städt Ehingen und Rotenburg proceſſionaliter dahin / ſonderen auch verſchidliche umbligende Dorffſchafften dergleichen Adacht verrichten / in diſer mehr beſagten St. Joſten Capellen / deren Adminiſtration dem Fabric Pfleger der Stüffts-Kirchē zu Ehingē verbleibet.

Item lib. 8. cap. 2. ſubdit idem Cruſius: Anniverſarium An. 1451. conſtituit (Rudolphus de Ehingen) in Collegiatâ Eccleſiâ Ehingæ Nicranæ, teſtante id ſcripto quodam Germanico: Ich Graff Heinrich Boſcher zu den Zeiten Caplan Unſer Lieben Frauen Capell und Pfründ auff der alten Stadt ꝛc. *Ad medendum ſcilicet animæ purgandæ patris ſui Burcardi Zopfii, fratris ſui Wolfii, matris ſuæ Luitgardæ, Kaiſinæ de Ilingen, ſuæ propriæ animæ & uxoris ſuæ Agnetis & generi ſui & filiæ Agnetis, Alberti Truchſeſſii de Bichſthuſen, Hugonis & Burkardi Ehingerorum fratrum: celebrandum proximâ feriâ tertiâ poſt S. Joannis aut octovo die pòſt: vigiliis, miſſificatione, cercorum accenſione, de ſuggeſtu prædicatione. Ni quotannis hæc ſacra fierent: mulctæ erat, cum certis decimis in Hoſpitale Rottenburgenſe pauperibus danda. Denuntiandus erat ille dies, quandocunque agendus eſſet domum Rudolphi. Si quis inde compareret: benè, ſin minùs: procedendum tamen erat. Confirmavit eas litteras Præpoſitus ejus Collegii*: quod unitam & incorporatam habet etiam alteram hanc memoratam Beatæ Virginis Capellam in vicino fundo Alten Stadt locatam, eamque ſecundùm ſtatum ſuum recens-antiquo-novum alicubi deſcriptam in hæc verba: Die Capellen Unſer Lieben Frauen zu Alten Stadt ein Viertl Stund auſſer Ehingen am Necker an einem zimlichen hohen Berg / der alte Stadt-Berg genannt / gelegen (wohin nit allein in der Creutz-Wochen / ſondern auch das Jahr hindurch von umbligenden Städten / Flecken und Dörfferen vil verſchidliche offenliche Proceſſiones angeſtellt werden) iſt S. Mauritii Collegiat Stüfft zu Ehingen von Alters her pleno jure incorporirt und gantz völlig zugethan. Deſſen Anfang oder Urſprung betreffend / obwohlen die erſte Stüfftung nit eigentlich bekannt / ſo hat man doch aus beſtändiger glaubwürdiger Tradition, daß ſolche durch die uhralte Edle Ritter von Ehingen beſchehen / von welchen die Stadt Ehingen ſelbſt den Namen empfangen / und ſie der Orthen nit allein Decimatores, ſondern noch über das anſehlich begütert geweſen / ja noch ferners durch verſchidliche Stüfftungen und pia legata ſich ſehr berühmbt gemacht haben.

An. 1404. am anderten Tag nach dem Feſt des Heyligen Joannis des

Tauffers iſt von Probſt und Capitul S. Mauritii zu Ehingen aus dem Opffer der mehrgedachten Unſer Lieben Frauen Capellen zu Alten Stadt eine beſondere Caploney dahin gewidmet worden / Krafft welcher neuer Stüfftung jeder Beneficiatus oder Capellan allda beſtändig wohnen / und täglich Meß halten ſolle/ darneben doch das Jus Patronatûs mehrermeldten Hochlöbl. Collegiat-Stüffts immerwährend verbleiben / wie auch der Capellan demſelben jederzeit ſchuldigen Gehorſam leiſten ſolle/alles laut mehreren Innhalt des Stüffts- und Confirmations-Brieffs bey Regierung Herren Marquards Biſchoffen zu Coſtantz von deſſen Vicario Generali ausgefertiget de dato Conſtantiæ decimo ſexto Calendas Octobris Anno 1404.

Anno 1458. hat Herr Johann Schuler / der Zeit Caplan zu Alten Stadt/ ſein ſo genannte eigenthumbliche viertheilige Wein Landgarb aus einem Morgen Reben in dem Liechtenberger oder der Metzgerholden gelegen /an die Caploney Pfleger allda verkaufft / und dabey an dem Kauff-Schilling 60. Gulden nachgeſehen/ daß hievon Jährlich nach St. Ulrichs-Tag zu ſein / wie auch ſeiner Vorderen und Nachkommen Seelen Hayl und Troſt ein gewöhnlicher Jahr-Tag mit einer Vigil und Seel-Meß nach löblichem Gebrauch gehalten / alles laut mehrer Innhalts in dem Ehingiſchen Necrologio oder Seelbuch ſexto nonas Julii.

Anno 1657. ſeynd die 3. Altär in der mehrbeſagten Unſer Lieben Frauen Capellen / ſo Zeit währenden Schwediſchen Kriegs freventlich violirt und die Sepulchra darbey zerbrochen worden / von Ihro Hochw. und Gnaden Herrn Weyh-Biſchoffen obgemeldt/widerumben mit gezimender Solennität reconcilirt und dabey ein alte Schrüfft gefunden worden diſes Innhalts : An. Domini MCCLXVIII. conſecratum eſt hoc altare à Venerabili Domino Alberto quondam Ratisbonenſis Eccleſiæ Epiſcopo in honore B. V. Mariæ & S. Nicolai in nomine Patris, & Filii & Spiritûs Sancti Amen. Continentur autem hîc reliquiæ de veſtimento Beatæ Virginis, S. Nicolai, & S. Joannis Baptiſtæ &c. &c.

Anno 1687. hat der Hochwürdige in GOtt Herr Johann Schön würdigſter Probſt S. Mauritii in Ehingen ein gar nutzliche und Gottſeelige Stüfftung angerichtet / Krafft welcher ein beſonderer neuer Beneficiatus wochentlich auff der Alten Stadt 4. Heylige Meſſen leßen / und für jede zur Præſenz 30. kr. empfangen ſolle/ welche Stüfftung bey höchſt-löblicher Regierung Ihro Hochfürſtl. Gnaden Franciſco Johann des Heyl. Röm. Reichs Fürſten und Biſchoffen zu Coſtantz authoritate ordinariâ confirmirt worden / laut darüber beſonderen ertheilten Confirmations-Brieff unterſchriben und ſigillirt von dem damahligen Vicario Generali Joſepho von Ach Hochwürden und Gnaden de dato Coſtantz den 1. Junii An. 1687.

Eodem anno den 3. Junii iſt erſt-hochermeldter Herr Probſt Johann Schön mit Tod abgangen / welcher ſein hinterlaſſne Baarſchafft an Geld 1175. Gulden zu Ehren des heyligen Joſephs Neu-Teſtamentiſchen Patriarchen zu Alten Stadt anzuwenden legirt und verordnet hat.

Anno 1688. menſe Majo iſt mit vorgehenden Conſens des Ordinarii die Kirchen mit einem neuen Chor biß in die 33. Schuch lang mercklich verlängert / wie nicht weniger die alte Kirchen-Maur umb 9. Schuch mehrers verhöhet und mit 10. neuen formlichen Fenſteren verſehen worden/ hat ein feine Orgel / 3. neue Altär/ und andere mehr Kirchen-Zierd/ ſo werden auch ſchon von An. 1661. Jährlich 6. Nachmittag-Predigen allda gehalten / als nemblich an den vier Opffer-Feſten / dann auch Mariä Geburt und St. Joſephs Tag zu geſchweigen/ die extraordinari Vormittag Predigen bey verſchidlichẽ Creutz-Gängen. Et ſic quidem de ſingulari ſtudio, zelo & induſtriâ moderni Collegiatæ Eccleſiæ Ehinganæ ad S. Mauritium Præpoſiti Reverendiſſimi Nobilis ac Clariſſimi Domini Joannis Evangeliſtæ Weittenauer Protonotarii Apoſtolici SS. Theologiæ Doctoris &c. cui mille votis fauſta omnia animitùs apprecamur.

Ehin-

EHINGENSE.

EST etiam ibidem loci, extra tamen oppidi mœnia conſtitutum venerabile quoddam tertiæ regulæ S. Franciſci contubernium fœmininum; idque præfatæ parochiali Eccleſiæ Mauritianæ proximum: de quo Cruſius part. 2. lib. 6. cap. 5. vel paucis ita ſcribit: *Anno 1023. fundari cœpit extra Ehingam* (*ut ex inſcriptione patet*) *trans Nicranam oppidi Rottenburgi partem, ſacellum, capella & vetus parochia dictum: cui adhæret* (poſteris primùm annis adſtructum) *Cœnobiolum Sanctimonialium* die Obere Clauß. *Huic præerat Anno 1577. Prioriſſa Eliſabetha Diſtlina nonagenaria fortaſſe, alacris & humaniſſima muliercula: ut tùm coràm ex ſermonibus ejus cognovimus.* Item infrà part. 3. lib. 12. cap. 57. *Ingreſſa fuerat hæc Cœnobiolum, cùm eſſet quindecim annorum puella, & in eo vixerat* (ſub annum gratiæ 1590.) *90. annos pro tunc ſoſpes adhuc & incolumis.*

EICHENBRUNNENSE

MOnaſterium Ordinis S. Benedicti in territorio Sereniſſimi Ducis Palatino-Neoburgici quondam inclytum; quod ipſum, cum totâ, cui ineſt, Provinciâ ſuperiori currente ſeculo cum aliis Eccleſiis & locis ſacris penitùs fuit exinanitum & antiquatum teſte Stengelio Abbate part. 2. cap. 67. num. 6. in hæc verba ſcribente: *Eichenbrunnenſe Monaſterium ejectis Monachis à Palatino occupatur templo combuſto & à fundamentis exciſo Anno 1546.* quamvis Bruſchius de Monaſt. German. cent. 1. fol. m. 46. apertè ſcribat loci Abbatem Ordine viceſimum primum Martinum Bucolinum Anno 1547. electum adhuc anno Jubilæo 1550. feliciter præſediſſe.

Noſtro decurrente ſeculo poſtquàm fundi Dominus Wolfgangus Wilhelmus Dux Neoburgicus Comes Palatinus Rheni Anno 1614. abjuratâ hæreſi ſanctioribus denuò caſtris fuit inſertus, nimirùm ad exemplum Majorum ſuorum factus Romano-Catholicus; Eichenbrunnenſes (quotquot pro tunc remanſerunt) fructus & redditus omnes & ſinguli cum toto ſubverſi prioris Monaſterii latifundio, de prævio conſenſu, ac ſumma, quorum intererat, authoritate Profeſſoribus Scholaſticis vicinæ Epiſcopalis Univerſitatis Dilinganæ in congruam magis ſuſtentationem fuerunt attributi. Cœterùm primam & antiquam Aſceterii hujus originem ſeu fundationem Bruſchius antecitatus taliter exhibet deſcriptam: *Eichenbrunn quaſi fons ad quercus ſitus dictum Cœnobium Benedictini Ordinis magnificum in Sueviâ extra muros Gundelſingenſis oppidi intra Danubium & Brentium amnes ſitum diœceſis Auguſtanæ fundatum & extructum eſt in honorem Sanctorum Dei Apoſtolorum Petri & Pauli à Gumberto Patre & Chunone filio, Dominis de Flachberg ſub Caliſto II. Pont. Max. à quo fundatio hæc confirmata eſt Anno Domini 1120. præſidente Godebaldo Abbate.* Et paulò pòſt: *Benefecerunt huic Cœnobio plurimùm, & habent in eo ſua reconditoria Nobiles viri dicti Fetzeri Ockenhuſenſes, præcipuè verò Guilielmus perpetui inter alia ignis fundator.*

❀ELCHINGENSE

IMperiale Monaſterium hodie floreniſſimum ELCHINGUM *olim* Aichlingum, *à vicino quercetu prædonum aliquando caſtrum, ſed nunc magnificum Ordinis D. Benedicti Cœnobium Auguſtanæ diœceſeos infra Ulmam Sueviæ Metropolim, ad ſiniſtram deſcendentis Danubii in ſublimi monte* (*ex quo omnis Ulma & multùm circumjacentia oppida videlicet Günzburgum, Leipheimium, Weiſſenhorna & alia videri poſſunt*) *amœniſſimo loco ſitum fundatum eſt Anno Domini 1128. à Conrado Duce Saxoniæ & ejus uxore Dominâ Luciâ Sueviæ Duciſsâ Imperatoris* Conra-

Conradi tertii ſorore. Cumque paucis annis poſt hanc primam fundationem miſero incendio viciſſim periiſſet, & penitùs collapſum eſſet Aychlingenſe iſtud Cœnobium, eâ verò ipsâ ætate Albertus quidam Sueviæ Regulus Comes de Ravenſtein & Irczenberg (cujus uxor Bertha Comitiſſa de Ravenſtein ſancta habetur, eò quòd nivales anſeres, ut vocant, ex totâ hâc provinciâ Danubianâ fugârit) in expeditione D. Bernardi monitis ſuſceptâ cum Conrado tertio Imperatore, & omnibus totius Imperii Principibus Hieroſolymam profectus, voviſſet ædificaturum ſeſe in honorem Dei Omnipotentis & Deiparæ Virginis gratitudinis ergò Monaſterium, ſi Dei bonitate & miſericordiâ ſalvus rediret in patriam. Factum eſt, ut cùm incolumis rediret, & videret incendio vaſtatum hoc novum Monaſterium, cœperit è veſtigio maximis ſumptibus idipſum reſtaurare, quod factum legitur Anno 1142. Hæc ſunt ejus loci primordia, hæc initia. Eſt medio itinere inter Aichlingenſe Cœnobium & Ulmenſem Urbem pagus Dalſingen, in quo nobiles ſunt thermæ, in quibus magna hominum è longinquis locis etiam adventantium multitudo ſingulis annis lavari ſolet. Per hunc pagum defluit in Danubium anonymus quidam rivulus, qui diœceſin Auguſtanam à Conſtantienſi dirimit &c. Ita Bruſchius de Monaſt. Germ. cent. 1. fol. m. 40. cui per nos accedat etiam Felix Faber, quem de ortu & progreſſu digniſſimi Cœnobii hujus Elchingenſis juvat audire in ſuâ Hiſtoriâ Suevorum lib. 2. cap. 7. fol. 263. & ſeqq. uberiùs ita diſſerentem: *Elchingen in lateribus aquilonis monte ſuſpenſum, Orientem & meridiem proſpiciens Ulmam in Occidente ut globum tranſpicit, & undique longè & latè, quæ procul ſunt, intuetur, olim quidem abominabile fanum, demùm terribile caſtrum, jam verò gratiâ Dei honorabile & amabile eſt Monaſterium, de quo ab exordio incipiendo ſex dicenda ſunt. Primò qualis ſit ejus naturalis ſitus? Secundò, quis olim in eo fuerit gentilis ritus? Tertiò, quantus ibi fuerit ſecularis abuſus? Quartò, per quos & quandò ibi ordinatus ſit divinus cultus? Quintò, quomodò tandem ibi defecerit religioſus ſtatus? Sextò, qualiter nunc vigeat inexhauſtæ Religionis Conventus? Primò videndo loci illius naturalem ſitum, oportet habere reſpectum ad nomen loci, quod in ſuâ interpretatione loci qualitatem demonſtrat; dicitur enim Elchingen vel Eichlingen, quæ nomina omnia reperiuntur, & ad idem tendunt, & meo videre ultimum Eichklingen fuit. Primum & ſecundum fuit Eichlingen, & primùm Elchingen corruptione & truncatione vulgi impoſitum, & eſt jam ultimo uſitatum. Nam Eichklingen vulgare Teutonicum eſt compoſitum ex duobus nominibus Eich & Klingen, diciturque quercuum nemus: quia quercus Eich: nemus Kling, unde ex certis conjecturis colligimus ante omnem hominum in loco habitationem ibi fuiſſe in monte illo & vallibus quercuum horribile nemus, & montem dictum Eichklingen. Secundum nomen ad idem ſervit, cui vulgus unam litteram detraxit, & dicitur Eichlingen, quaſi quercuum & ilicum locus. Tertium nomen, quod hodie habet junctum duobus præcedentibus, primam loci inhabitationem importat, & demùm vetuſtiſſimorum & primi temporis hominum in loco operationem demonſtrat.* Et paulò pòſt fol. 264. *Eſt ergò Eichlingen vel Elchingen nomen montis, qui mons eſt ſingularis undique vallibus circumdatus, nec patet cuiquàm tranſitus in ejus cacumen, niſi conſcenderit de aliquâ valle. Mediocris tamen eſt ejus altitudo non nimiâ celſitudine tædioſus, nec remiſſione nimiâ deſpectus, & quâmvis non ſit altiſſimus mole propriâ, eſt tamen excelſus valdè ſituatione regionis. Unde à quacunque plagâ venientes contra montem illum procul ejus cacumen vident cunctis illius regionis ſupereminere montibus. Totus mons iſte uliginoſus eſt & ſpongioſus, deſudantque ex eo undique aquæ, quas ab imo attrahit in ſupremum, & videtur imaginanti, quòd ex aquis conſurgat, radiceſque ſuas in ſubterraneis aquis fixus habeat, & tantæ molis gravitas aquis ſupernatet. Unde quia*

mons

mons humidus eſt, fœcundam habet glebam, præcipuè cùm ad hoc habeat ſolis & aliorum ſiderum valdè generoſum aſpectum, & nulli dubium, quin ante hominum in loco habitationem fuerit mons ille ingentibus ilicibus plenus, exſciſſis autem arboribus produxit humus diverſi generis medicinales herbas & aromaticas plantulas, nam hodie herbarii in lateribus montis illius quærunt radices virtuoſas & herbas odoriferas pro aquarum medicinalium diſtillatione & balneorum confectione, & unguentorum compoſitione. Item infrà fol. 265. *Secundò de gentili ritu in hoc loco olim celebrato videndum venit, de quo licet Veteres noſtri nobis nihil reliquerint, ſanè tamen opinari poſſumus, geſta in loco ex præfatâ loci & montis qualitate, & ex Veterum ad hujusmodi loca affectione, prout docemur carminibus Theologiæ Poëticæ.* Et fol. 267. *Tertio de abuſu ſeculari in loco illo videre reſtat. Quia enim idolorum cultura perennis eſſe non potuit, ſed per temporum decurſum deficiebat, inde accidit, ut in locis, ubi quondam Deorum templa ſtabant: ibi Tyranni caſtra, arces & fortalitia erigerent, ipſa dirutis templorum muris ſuperadificantes, ſicut accidit in monte Caſſino, ubi de vetuſtiſſimo Apollinis fano caſtrum factum fuit firmiſſimum, & poſteà S. Benedicti Cænobium, & in Legenda B. Dominici habetur, quòd Comes Montis fortis tradidit Beatiſſimo Patri noſtro Dominico in monte caſtrum Saunuel, in quo olim fanum Jovis fuerat & Eccleſia ipſi caſtri nomen Idoli retinuerat dicebaturq; Fanum Jovis etiam poſt Fratrum Prædicatorum inhabitationem, ſic & factum fuit in monte Elchingen. Dum enim Templum Jovis ibi defeciſſet, aut fortè à Chriſtianis primùm dirutum fuiſſet, Tyranni & domitores regionis omnem circùm circà regionem proſpectantem, quàm non tam pro ſui altitudine & fortitudine, quàm inhabitatorum inhumanitate & crudelitate nominabant turrim Babylonis, quia in modum ejusdem turris nubes ſuo culmine tangere videbatur, & nova ſtirps Nemrothica omnibus formidabilis in eâ reſuſcitata æſtimabatur. Hæc autem terribilis arx in eo montis ſtabat loco, ubi nunc torcular eſt & diverſorium Monaſterii, ſub quo tempore ſuo fœminæ linum parant, & currus ac carri & aratra locantur, nè à pluviâ lædantur. Juxta turrim autem per gyrum ædificaverunt cruenti illi & ſævi prædones habitacula cum mœnibus & propugnaculis in formidinem & terrorem totius regionis: nec alio vacabant, niſi quòd transeuntes ſurſùm in arcem ducti ſpoliatis & tortis vitam eis duro cruciatu extorquebant, & corpora occiſorum intra tyrannicam manſionem terræ viſceribus immergebant, unde uſque hodie in omni loco, ubi foſſum fuerit, reperiuntur humana oſſa, quæ ſunt haud dubiè reliquiæ aut hominum à latronibus occiſorum, aut ab idololatris in ſacrificiis Deorum immolatorum. Sed & ſolidiſſima & ingentia fundamenta reperiuntur in terræ profunditate & teſtudines muratæ & ſpecus ſubterraneæ olim habitacula gentilium aut latronum. Multo autem tempore ſtabat locus ille ſub hâc truculentâ conditione & oppido Ulmenſi multa intulit nocumenta, eratque ei in oculis ſpina, ad reprimendas autem inſolentias illorum latronum creditur ædificata fuiſſe arx Albegg & multa certamina hinc inde fuiſſe uſque ad tempora Conradi Imperatoris fratris Friderici primi, ſicut dicetur in ſequentibus. Parochia autem caſtri & arcis Elchingen erat Eccleſia S. Pancratii, quæ hodie Monaſterio annexa eſt, ad quam multus populus ſpectabat etiam de trans-Danubianis locis. Nam Leipheim oppidum ad illam parochiam pertinebat. Unde anno præterito Dominus (Epiſcopus) Auguſtenſis cum ſuis numerum parochialium Eccleſiarum ſuæ diœceſis ſcire cupiens inter alias reperit etiam Eccleſiam S. Pancratii, & nemo ſcivit quicquam de illâ Eccleſiâ ubi eſſet, vel quis ibi Plebanus eſſet, uſque ad ultimum compertum eſt, quòd eſſet Eccleſia parva in Elchingen, olim parochia, nunc autem Capella.*

Quartò videamus, qualiter locus ille Elchingen ad divinum cultum ſit deductus. Anno Domini M.CXXVIII. cum Henricus hujus nominis quintus Imperator objiſſet, convenerunt Principes Electores ad alterius Regis electionem. Et diviſi in partes, duos elegerunt Reges,

ſcilicet Lotharium Saxoniæ Ducem & Conradum de Stauffen Sueviæ Principem: erant autem ambo Duces ſibi affinitate juncti, quia Conradus frater Lotharii Sororem Conradi Ducis Suevorum coëlecti Dominam Luciam uxorem habuit, cui caſtrum Elchingen turris Babylonis, quod erat Ducum Sueviæ, pro ſorte ſuæ hæreditatis ceſſit. Cùm ergò ambo electi eſſent, nec tamen niſi unus regnare poſſet, non obſtante affinitate graves guerras ſimul habebant, & uterque populum Imperii attrahere ſatagebat plurimum turbantes patriam. Verumtamen Lotharius majorem adhærentiam habebat, utpotè cui Papa & Cardinales favebant & multos ſibi Italicos in auxilium miſerant, & Rex Hungariæ & Duces Saxoniæ, & Duces Bavariæ. Suevi autem ſuo adhærebant Conrado, & creſcebant mala inter partes, præcipuè tamen Suevos & Bavaros, qui ſe invicem in conterminiis lacerabant. Ex Ulmâ enim pars Conradi deprædationes in Bavaros faciebat, unde ad reprimendam Suevorum audaciam & tenendam Ulmam poſuit Lotharius præſidium militum in turrem Babylonis Elchingen, quæ ad Duces pertinebat Saxoniæ ratione Dominæ Luciæ ſororis Conradi electi ut dictum eſt. Ex arce ergò illâ Elchingenſi quotidiana fiebant latrocinia, & Suevi transeuntes captivabantur, ſursùm trahebantur, ſpoliabantur & occidebantur, humumque cadaveribus implebant, & vice versâ armati de Ulmâ in Saxones, Lombardos, Hungaros & Bavaros ſæviebant, & quoſdam valdè charos & pretioſos Lothario electo ſpoliatos, & in Ulmam ductos occiderunt. Quod Lotharius ægrè ferens collecto exercitu ingenti Ulmam aſcendit, eamque obſidione arctiſſimâ vallavit & cœpit, & occiſis habitatoribus civitatem ipſam funditùs deſtruxit, & ſpolia multa ex Ulmâ rapta in arcem Babylonis repoſuit. Quo facto Lotharius quia æſtimabat in deſtructione Ulmenſi cor Conradi confractum, cùm exercitu grandi versùs Romam benedicendus à Papâ intravit, ſed morte præventus in Veronâ obiit, cui per concordiam Principum Electorum electionem dictus Conradus Dux Sueviæ ſucceſſit & Ulmam deſolatam reædificari præcepit & ampliari. Saxones autem & Bavarici ac Italici in ſuâ manentes pertinaciâ Conrado rebellârunt ad Papæ juſſionem, cui electio diſplicuit, & fuit gravis concertatio inter partes, in quâ concertatione initium ſumpſit maledicta & peſtifera diviſio populi Chriſtiani in Gibellinos & Gwelfones, quæ uque hodie Italiam infectam tenet. Ædificabatur autem Ulma & erat Gibellina, hoc eſt de parte Papæ. Porrò Gibellini proficiebant in dies, & poſt multas ſtrages humiliati ſunt Gwelfini & Conradus obtinuit imperium, & reddita eſt terræ pax. Verùm multis ſuſpecta erat pax, & dolum in pace formidabant, interim quòd arx inimica Elchingen militiâ Saxonum eſſet munita. Quapropter Conradus Rex demandavit Conrado Duci Saxoniæ præſidium militum tollere de arce, & eam reddi & vendi Ducibus Sueviæ, & ſi nullum horum fieret, vi eam capere vellent & funditùs evertere. Veritus autem Dux Saxoniæ Regis Conradi potentiam cum uxore ſuâ Dominicâ Luciâ, de quâ arcem habuit, contulit de imperato facto. Et ecce Spiritus Domini inſtinctu deificum & ſalubre invenerunt remedium, ut arx illa nec Suevis, nec Saxonibus munitio ad patriæ & regionis turbationem eſſet, cui Conradus Rex etiam non poſſet contradicere. Unde de conſenſu Dominæ Luciæ & Ducum Sueviæ Anno Domini MCXLII. Conradus Dux Saxoniæ cum Dominâ Luciâ uxore ſuâ Duciſſâ Sueviæ, ſorore Conradi Regis & Friderici primi hujus nominis poſteà Imperatoris devotiſſimè arcem Elchingen cum omnibus attinentiis obtulerunt Deo & Beatæ Mariæ Virgini & SS. Apoſtolis Petro & Paulo, & D. Benedicto, & Præſuli Apoſtolicæ Sedis Lucio hujus nominis Papæ Secundo abdicantes omnia jura ſua in perpetuum, & hujus donationis ſeriem ſigillatim litteris ad Sanctiſſimi Domini Papæ pedes per ſolemnes nuntios projecerunt, qui oratione ornatâ factâ in Conſiſtorio Romæ coram Papâ & Cardinalibus de turre illâ diſſeruerunt per longum,

longum, quomodò ab antiquo fuerit refugium deſperatorum hominum & pacis turbatorum, & quòd eſt ſtante, ſub ſecularium poteſtate non poſſet dari regionis ſecuritas & pax, nec expediat tam egregium montem per arcis ſubverſionem ſine habitatione ſtare, & quomodò conſenſu Principum ideò oblatus ſit mons ille cum Turre Babylonis Deo & ſuo in terris Vicario Papæ, quatenùs terra illa mundanæ confuſionis ſemota & prædonibus ejectis titulum ſacræ religionis ibi erigat, & Monachos armatos diſciplinâ regulari in locum ponat, qui turbatam pacem in regione reforment, & cunctis in conſolationem ſpiritualem fiant, ut ubi abundavit delictum, ſuperabundet gratia, & unde mors oriebatur, inde vita reſurgeret. Hæc, ut Papa cum omnibus aſſidentibus audivit Teutonicorum Principum plurimùm admiratus devotionem, factum commendavit, dictumq; montem Elchingen cum turre Babylonis cum gratitudine & gaudio in ſuam & Eccleſiæ recepit ſortem, & ab omnium ſecularium poteſtate exemit, & de facto abſolvit, ſibi ſuiſque in ſede Petri ſucceſſoribus immediatè ſubjecit in nomine Patris & Filii & Spiritûs Sancti. Statim autem miſſo Legato in Alemanniam collegit probatos monachos, cum quibus in Elchingen veniens eis locum Apoſtolicâ authoritate deſignavit, ſectarique bona opera juxta D. Benedicti Inſtituta demandavit, præcipiens eâdem auctoritate, ut in ſignum immediatæ ſubjectionis Apoſtolicæ ſedi ſingulis annis perpetuis temporibus unum aureum duntaxat Romam in Cameram Papæ mitterent. Sed ut hujuſmodi facti perpetua maneret memoria fecit Papa confici plumbeam Bullam, in quâ dictam donationem ratificavit, & montem illum cum habitationibus & hominibus immediatè Sedi Apoſtolicæ ſubjecit, diſtrictiùs prohibuit, quo potuit, ne quis ampliùs ſe de hoc intromitteret loco. Si quis auſu temerario hoc attentaverit, & in poſterum gravare Monaſterium præſumpſerit, eidem imprecatur Papa æternam maledictionem & indignationem Dei & ejus Apoſtolorum Petri & Pauli, & vinculo anathematis duriùs, quò valet, perſtringit. Et quia Romanus Pontifex loco perſonaliter adeſſe non poteſt, ut ipſum à malis cuſtodiat hominibus, commendavit montem illum & Conventum Romani Imperii Imperatori præcipiens eidem tueri locum ab inſolentibus. Hanc tuitionem multo tempore Imperatores per ſe fecerant, nonnunquàm autem in eorum abſentiâ Comitibus propinquioribus commiſerunt, ut Dominis Illuſtribus Comitibus de Helfenſtein, qui tunc potentes in Sueviâ erant, qui loco Imperatoris tutabant hoc Monaſterium, nec regebant, nec Domini aut Procuratores aut Advocati Monaſterii erant, ſed tantùm ſubſtituti loci tutores: quæ tutatio etiam aliquando aliis quàm Dominis de Helffenſtein fuit commiſſa ab Imperatore. Sed quia Imperatores aliquandò tutores Dominis & Monachis minùs acceptos & inutiles ſubſtituerunt, privilegium impetraverunt ab Imperatore, ut Abbas cum ſuis ſibi placitos & utiles poſſent eligere tutores. Igitur Monachi in locum poſiti turrim Babylonis arcem prædonum, ſpeculam Tyrannorum, molem Diaboli funditùs eruerunt, & è regione ejus Eccleſiam cum altâ campanarum turri erexerunt, ut Chriſti fideles, qui priùs arcem inſignibus tyrannorum ornatam cum formidine ſolebant inſpicere, & clamores cuſtodum ac ſpeculatorum clangores cum terrore audire, jam viſâ turri cum ſigno Crucis lætificarentur & ſecuritatem acciperent, & ex ſonitu campanarum in locum ad divinas laudes aſcenderent. Annexuerunt autem Eccleſiæ grande Monaſterium multorum Servorum Dei habitaculum, ad quorum ſuſtentationem Principes & Nobiles etiam longè poſiti bona ſua contribuebant. Baccenis nam in ſilvâ, quam nos nigram ſilvam nominamus, villas, prædia & poſſeſſiones non paucas habebant in terminis Monaſterii S. Blaſii in eâdem ſilvâ ſituati, & Monaſterium idem plures habebat poſſeſſiones in terminis Elchingenſium. Quapropter Anno Domini 1160. convenerunt fundatores amborum Monaſteriorũ & Principes aliqui, & multi Nobiles Sueviæ in villâ Naw, & partiti ſunt villas, prædia & poſſeſſiones amborũ dictorum Monaſteriorũ, & ea, quæ ad S. Blaſium pertinebant, vicina Elchingenſibus, ipſis Elchingenſibus aſſignabant, & è contrà quæ Elchingenſibus propinqua S. Blaſio erant, ad S. Blaſium pertinere ordinabant, ne Patres amborum Conventuum cogerentur in remotiora loca ſollicitari & evagari. Hæc mutatio villarum & prædiorum facta eſt per manus advocatorum utriuſque Eccleſiæ Conradi Regis advocati Elchingenſis Cœnobii, nec non & æquivoci ejus Conradi Ducis Monaſterii S. Blaſii &c. Ex his colligere poſſumus, quòd tunc erant aurea tempora dùm Principes & Nobiles tantum pro religioſis ſolli-

ſollicitabantur, & bonis ſuis eos ditabant, ſed tanto fervore, quanto nunc infelicibus temporibus noſtris ad Monaſteriorum anhelant ſpoliationem, ſed & religioſi iisdem temporibus regularibus diſciplinis diligentisſimè intenti in ſe provocabant cæleſtium & mundanorum affectus, ex quibus conſequebantur ſpiritualium & temporalium augmentum.

Quintò videre reſtat de religionis miſerabili defectu in Elchingen. Nam ſucceſſu temporis cùm religio Divi Benedicti ubique penè deficeret, incepit & in Elchingen languere adeò graviter, ut Monaſterii ſtructuræ materiales minitarentur ruinam. Conventus etiam Fratrum in tantum dilapſus eſt defectum, ut non haberet tantum quòd poſſent ibi nutriri tot fratres, qui ſaltem horas Canonicas pſallerent, & deficiente vel moriente Abbate non erant Monachi, qui alium eligerent, & tandem ad hoc venit, ut non eſſet ibi niſi unus Monachus Abbas vel Abbatis loco cum ſervo ſeculari. Credo autem locum iſtum in tantum deveniſſe defectum Anno 1346. quando maxima peſtis totum occupavit mundum, in quâ non ſolùm Monaſteria evacuata fuerunt Monachis, ſed civitates & villæ grandes ſine habitationibus manſerunt, & in iſtâ peſte religio penè omnium ordinum in nihilum fuit redacta ſublatis ex hâc vitâ ſenibus. Eâdem etiam ferè tempeſtate fuit perſecutio Romanæ Eccleſiæ & omnium ei faventium excitata per Ludovicum Bavarum, in quâ plurima Monaſteria defecerunt.

Sextò & ultimò videre reſtat de Elchingen, quando & qualiter ibi refloruit Conventus, Religio & Obſervantia cum temporalium notabili augmento, & utilium perſonarum incremento, Anno enim Domini 1412. reſumere cœpit Ordo S. Benedicti cornua. Nam inſignis vir Dominus Ludovicus Berben ejuſdem Ordinis Monachus ad S. Juſtinam Paduæ incœpit Congregationem S. Juſtinæ, in quam multi convolârunt doctisſimi viri, qui pasſim Monaſteria dilapſa erigentes reformationem inducebant Ordinis. Multi autem Abbates timentes obſervantiam, per ſe vigilantiùs regere cœperunt, & collectis Monachis Abbates locis præfecerunt, quæ diu vacaverunt, & divina officia multis annis ſuſpenſa reſumpſerunt, non quidem propter devotionem, ſed ut haberent apparentem reformationis excuſationem. Et illo in tempore Elchingen in Conventum recrevit, Abbatem habuit, & officia divina perfecit, & in temporalibus revireſcere cœpit, ſine tamen cæremoniis Ordinis vivebant, nec obſervantiam fieri optabant usque ad tempora Domini Friderici Zwirna Abbatis, qui erat Abbas Anno 1450. Illius venerabilis viri cor Deus tetigit, & de reformatione cogitare & tractare cœpit, unde juvenes ad ſtudia miſit, & ad loca reformata direxit, ut mores addiſcerent religioſorum. Quibus revocatis adjutorio Reverendisſimi in Chriſto Domini Petri de Schaumburg Cardinalis & Epiſcopi Auguſtenſis & Domini Abbatis in Wiblingen Conventum reformavit. Sed quia ſenex erat, & Fratres & Conventum ſequi non poterat, reſignare officio cogitabat, quatenùs aliquis juvenis & laborioſus inſtitueretur, qui ſciret & poſſet Conventum regere, & quia ſine authoritate & licentiâ Domini Ordinarii Auguſtenſis reſignationem facere non poterat, deſcendit in Dilingen ad Dominum Cardinalem, & intentum ſuum eidem expoſuit. Noluit autem Dominus Cardinalis ut reſignaret, ſed ipſemet in Elchingen aſcendit & Conventum per ſe viſitavit ſingula perſcrutans. Viſitatione ergò acceptâ Abbatem exaudivit, qui officio liberè reſignans in manus Domini Cardinalis & Conventûs ceſſit dignitati. Depoſito igitur Abbate hortabatur Cardinalis Monachos, ut de alio ſibi providerent capite, de aliquo religioſo & bono viro, & tres juris vias eligendi Prælatum eis propoſuit, ut eligerent aut per communem inſpirationem, aut per compromisſionem, aut per ſcrutinium. Electa eſt ergò media via compromisſionis côncorditer ab omnibus & in tres perſonas totus compromiſit Conventus, ſcilicet in Dominum Petrum de Schaumburg Cardinalem, & Epiſcopum Auguſtenſem, & in Dominum Udalricum Hablützel Abbatem in Wiblingen, & in Dominum Leonardum Goſſel Vicarium Epiſcopi Auguſtenſis. Statuto ergò die celebratur ex more miſſa, omnibus de jure ſervandis ritè & ſolemniter ſervatis: proceſſerunt tres dicti ad electionem & concorditer elegerunt in Abbatem Elchingenſem Venerabilem virum Dominum Paulum Kaſt de Ulmâ de honeſtâ Kaſtenſium non infimâ Ulmenſium familiâ, de quâ etiam præcedens Abbas Dominus Fridericus fuerat, & quamvis dictus Dominus Paulus adhuc juvenis eſſet, utpotè qui noviter de Univerſitate Viennenſi aſcenderat & primitias celebraverat,

verat, tamen ſenile cor æſtimabatur gerere, & venerandam mentis canitiem habere, ideò multis ſenioribus ſe fuit prælectus Anno Domini 1461. die 10. Januarii menſis & usque hodie (videlicet 1489.) *viginti octo annis feliciter gubernat, quamdiu Deo placuerit, ſtatim enim, ut electus eſt, incepit non ſegniter agere, ſed toto niſu ad inſtaurationem Conventûs in perſonis religioſis, in ſtructuris & inſtructis, & in temporalibus bonis aſpirabat. Quantum autem Monaſterium Elchingen ſub hoc venerabili viro profecit, in religione, famâ, perſonis, divitiis, ſtructuris etſi ſileant ora, clamant opera, effectus demonſtrant, nec eſt apud me dubium, quin à primâ inſtitutione illius Monaſterii unquàm fuerit tam glorioſum tamque famoſum ſicut hodie, à fundamentis enim renovavit ſpectabilis vir ille ſtructuras Conventûs, quæ usque ad ſua tempora nimis arctæ & indiſpoſitæ erant, & tam magnifico præclaro opere perfecit, ut absque ſtupore videri non poſſet. Verumtamen multò plura & Conventui utiliora, quæ non oculis videntur, induſtriâ hujus viri conquiſita ſunt. Inſuper propter magnificentiam illius Prælati & lucidam Conventûs ſui famam ſanctiſſimus Pater Dominus Papa Sixtus hujus nominis quartus ſingularia quædam contulit privilegia & gratias ſpirituales. Et Sereniſſimus Imperator Fridericus eum Conventum de novo in ſuam (circa annum 1484.) recepit protectionem, & multas contulit grandes prærogativas imperialibus ſigillis perpetuatas. Ex hoc denique Conventu electi ſunt ævo noſtro ad loca alia inſignia Prælati & nonnulli Conventus reformati per Patres aſſumptos ex eo. Inter omnia autem præcipuè reddit Conventum illum famâ præclarum, ſicut & alios Ordinis illius Conventus, quòd hoſpitalitas ſedula omnibus exhibetur advenis & largiſſimæ eleemoſynæ pauperibus tribuuntur, & omnia præconia poſita ſuprà Ordinis S. Benedicti, in hoc, de quo loquimur, reperiuntur Conventu. Placuit autem mihi diffuſiùs loqui in hoc meo evagatorio de illo inſigni Conventu, quia ſingulare adjutorium habui ex eo de gratiâ præfati Patris, & Domini Abbatis pro exequendis peregrinationibus meis in terras transmarinas ad Dominicum Sepulchrum in Jeruſalem, & ad alia loca ſancta &c. &c.* Hactenùs Felix Faber loc. cit. poſt quem Carolus Stengelius Abbas in ſuâ Monaſteriologiâ Benedictinâ ita ſcribit: *Anno 1546. bello Germanico idem Cœnobium ab Hiſpanis occupatum & die S. Gallo ſacrâ ab Ulmenſibus incenſum ac univerſum penè deletum eſt cum templo ac omnibus ædificiis: in quâ calamitate jacturam fecit ducentorum millium aureorum & inſignis Bibliothecæ; nam & omnia templi ornamenta & monumenta perierunt, nihilque manſit integrum. Sed ſubjugatâ ab Imperatore Carolo V. Sueviâ cùm Monachi Cœnobium recepiſſent ab Abbatibus ſubſequentibus ſedulò inſtauratum, in eumque ſplendorem, quo adhuc nobiliter floret, perductum eſt.*

Georgius Fournier Soc. Jeſu in geographicâ ſuâ Orbis notitiâ part. 2. lib. 11. cap. 2. fol. m. 652. Abbatem Elchingenſem apertè quidem Imperii Principem dicit, qualis tamen is nondùm inaudit, ſed quamvis paulò minoratus, dignitate tamen ſuâ proximiùs accedens inter liberos ac immediatos Imperii Status Eccleſiaſticos in Circulo Suevico honoratus adambulat, ſicque modernus Reverendiſſimus ac Ampliſſimus Dominus Dominus Meinardus Abbas Elchingenſis S. R. J. Prælatus meritis & exemplo plurimùm inclareſcit: cujus glorioſo ſub regimine Venerabilis religioſorum aſcetarum Chorus Elchingenſis de præſenti virtute & doctrinâ plurimùm exornatus nobiliſſimè præſtat, ſed & quæ multis aliis inſignior emicat

ELCHINGENSE

Aliud uniformis Ordinis & regulæ, diſparis tamen ſexûs religioſum contubernium, quod antiquis temporibus priori illi memorato Elchingenſium aſcetarum Cœnobio ſtetiſſe conjunctum, quamvis poſt annos denuò remotum & omninò ſublatum liquet ex antè citato Felice Fabro lib. 2. cap. 7. fol. 73. in hæc verba: *Non ſolùm autem virorum Conventus in Elchingen erat, ſed devotiſſimæ Virgines in eum congregabantur locum, & ibi juxta Abbatis conſilium manſionem ad latus Fratrum Conventûs ædificabant, & Deo pariter ſerviebant in ſanctitate, devotione & caſtimoniâ viventes. Communiter enim*

ad Conventum virorum Ordinis S. Benedicti adjuncti erant Conventus mulierum ejuſdem Ordinis antiquitùs &c. &c.

❀ ELLERINIUM.

DOmicilium Sororum tertiæ regulæ S. Franciſci diœceſis Auguſtanæ propè Memmingam urbem imperialem in Algoviâ ſuperiori ſeculo conſtructum de ſingulari piaque liberalitate Reverendiſſimi Domini Leonardi Widenmann piæ memoriæ Prælati & Abbatis vicini Monaſterii Ottenburani teſtimonium perhibente Bruſchio de Monaſt. Germ. cent. 1. fol. m. 178. ſub his verbis: *Idem* (Abbas antedictus) *Moniales Inſtituti Franciſcani è Memmingiaco per eundem* (hæreticæ pravitatis) *furorem ejectas pio excepit hoſpitio, ædificans illis Cœnobiolum ſupra ſuum Monaſterium in Gunzianâ valle, & in ſiniſtrâ Guntzii fluvioli, quod Ellerinium à multitudine populi arboris appellavit.*

Anno 1537. ſub initium menſis Octobris religioſæ ſorores iſthuc immigrârunt annis 12. iſthic loci pacificè ſubſiſtentes, quouſque demùm Anno 1549. authoritate Reverendiſſimi ac Illuſtrisſimi Principis Othonis Truchſesſii Cardinalis & Epiſcopi Auguſtani priſtinæ manſioni ſuæ Memmingenſi fuerunt redditæ & in integrum reſtitutæ. Sed quod res eſt hodie fundus Ellerinius novo templo & ſacrâ quâdam (devotis fidelium peregrinationibus ac quotidianis penè miraculis coruſcâ) ſtatuâ Marianâ ſat inclytus ammodò in novum (ut audio) accreſcit Prioratum Monaſterium ex religioſâ coloniâ Ottenburanâ ſignanter inſtruendum.

❀ ELVACENSE

SEu *Collegiata Eccleſia Elwangenſis habet Præpoſitum S. R. J. Principem, Decanum, Cuſtodem & Canonicos Nobiles, duodecim Proviſores quatuor, Vicarios Chori octodecim. Levitas duos. Miniſtrum Altaris unum. Pœnitentiarium unum, Concionatorem unum.* Ita Stengelius Abbas in Mantiſsâ ad ſuum Comment. rerum Auguſtan. cap. 5. fol. 12.

Fuit autem Collegium iſtud Elvacenſe à primâ fundatione ſuâ Monaſterium religione Benedictinum; de cujus initio, progreſſu & fatali (ſecundùm ſtatum religioſum) interitu idem Stengelius part. 2. cap. 8. num. 2. ita ſcribit: *Anno 754. non ut Bruſchius habet 364. fundatum eſt magnificum Ordinis D. Benedicti Monaſterium Elephanciacum aliàs Elefancenſe, vel, ut hodie vocant Elwangenſe. Elwangæ autem nomen habere dicitur quaſi Elſang à capto ibi Tragelapho inuſitatâ quâdam ferâ alce. In cujus rei memoriam in ſacrâ Baſilicâ ſolemnibus feſtis Evangelia cani in pulpito jacentia pelle alcis hirſutâ tecto.*

Situm eſt ad Jagiſtam vel Jaxtum Franconiæ amnem in nemore & pago ſeu tractu Virgunenſi (in dem Vira-Grund) *in magno pineto* (Thannewald) Firen-Grund (*hodie* Feichten-Grund) *nominato, patente in longitudinem ſeptem milliaria* (*ab arce Baldernâ usque ad arcem Thannenbergam*) *in latitudinem verò à civitate Dinckelsbuhelâ usque ad Hoſtenſem ſilvam. Exciſione item arborum Coſmopolim eſſe ortam ſeu vicum traditur, qui multis annis poſt ſit muro circumdatus & oppidum factum. Fundatum eſt autem ab Epiſcopo quodam Lingonienſi* (*civitatis Gallicæ Langres*) *Heriolpho nomine, qui Pipino & Carolo Magno Franciæ Regibus chariſſimus fuit, ab eis pater ſalutari ſolitus. Accepit is privilegia poſteà & corpora SS. Martyrum Sulpitii & Serviliani à Papâ Adriano. Invenitur hujus Hariolphi fundatoris in Elwangenſi templo tale Epitaphium:*

Clauduntur tumulo hoc Hariolphi
  Antiſtitis oſſa
Hunc qui fundavit jure locum
  proprio.
Pluribus erexit felix feliciter annis
  Wicterpoque pius liquit honoris
  onus,
Sic poſtquàm templi ſtructuras iſtius
  almi
Atque ut cernendum ſtruxerat ad
  placitum.
Idibus Auguſti ſolutus ſomata plaſti
  Commendans Urano ſarxea ſicq;
  ſablo.

Porrò

Porrò idem Stengelius loc. cit. cap. 59. num. 11. de eodem Elvacenſi Monaſterio ſecundùm antiquam religioſam obſervantiam ſeu profeſſionem Monaſticam poſt aliquot ſecula penitùs immutato refert ſequentia : *Anno 1460. Monaſterium Elwangenſe per Epiſcopum & Cardinalem Petrum & Abbatem Joannem de Hirnheim ab Ordine S. Benedicti translatum eſt, & in Eccleſiam ſecularem Collegiatam Canonicorum converſum, ita tamen ut retrò ſummum altare aliud erigeretur in honore S. Benedicti, ubi perpetuis temporibus duraturis quotidiè Miſſa de eodem S. Benedicto legeretur ; quod & factum eſt, ab ipſo autem die translationis ab Ordine Sancti, qui in cryptâ ſub Choro jacent ſepulti; de quorum ſepulchris oleum effluxit tunc temporis emanare ceſſavit. Requieſcunt autem in Cœnobio Elwangenſi SS. Sulpitius & Servilianus Romani ſub Adriano paſſi ſponſæque eorum Euphroſyna & Theodora, Domitilla collectanea ſacræ Virgines & Martyres. Quartus & Quintus SS. M.M. ſub Trajano paſſi S. Bonifacius Martyr ſub Diocletiano Romæ paſſus: qui cum Aglae ſtupro & ebrietati ante converſionem inſervierat. Benignus ſub Aureliano paſſus: Tergemini Speuſippus, Eleuſippus & Meleuſippus, Leonilla illorum avia, Tumilla & Domitilla: Neon Martyr ſcriptor horum geſtorum & conſodalis eorum Turbon Sanctus Martyr.*

Joannes Trithemius primùm Spanheimenſis, poſtmodùm verò Herbipolenſis Monaſterii ad S. Jacobum Abbas, meriſſimus ſacri Benedictini Ordinis ſui Zelotes recenſitæ huic translationi ſæpedicti Elvacenſis Cœnobii à profeſſione monaſticâ ad ſtatum ſecularem factæ plurimùm condolens ac ingemiſcens in ſuo Hirſaugienſi Chronico part. 2. fol. m. 531. ad prætactum annum 1460. ita ſcribit : *Monaſterium in Elwangen Ordinis Divi Patris noſtri Benedicti Auguſtenſis diœceſis, in quo viri olim non ſolùm eruditione omnimodâ ſcripturarum, ſed etiam vitæ merito complures ſanctiſſimi claruerunt, perjurio, mendacio & Apoſtaſiâ perverſorum, impiorum, & Deum negantium Abbatis & Monachorum ab Ordine translatum eſt in Eccleſiam ſacerdotum (malè dicerem Canonicorum) ſecularium. Canonicus etenim regularis eſt, & qui regularis eſt, regulariter vivit, qui autem regulariter vivit, Ordinem ſuum rectè cuſtodit, & ab eo nullatenùs recedit. Sed iſti Monachi & Abbates Apoſtatantium ſocii Angelorum, quales fuerint, quàm temerarii, quàm iniqui, quàm perverſi & irregulares, non meo ſermone fuerit oſtendendum, cùm eorum ſit impio facto ſatis manifeſtum. Et quid tam impium, tam temerarium & ſceleratum, quàm votum Deo ſolemniter factum revocare ? & non modò verbis, verùm & factis, mente, corde & ore, totisque viribus & conatibus negare? Monaſticum Schema ſemel pro Deo voluntariè aſſumptum temerè objicere, Deo mentiri, dolum & fraudem committere? Monachis conſtructam manſionem nullâ Juſtitiæ causâ exiſtente in habitationem ſecularium transferre Clericorum? ſed ne repentè videam Concionator factus, neglectâ, quam cœpi, hiſtoriâ impetu Spiritûs cohibebo, videant iſti, quàm boni ſint Canonici, qui Monachi priùs fuerant mali, dùm ex Canonico malo per ſanctæ converſationis aſcenſum ſæpe factus ſit Monachus bonus & ſanctus, cùm à bono deſcendere non faciat, ſed malum.*

Cœterùm non tam antiquos Abbates quàm modernos etiam Præpoſitos Elvacenſes inter immediatos ſacri Rom. Imperii Principes Eccleſiaſticos nunquàm non fuiſſe, ſed & etiamnum claros eſſe ac honoratos apertè monſtrat nova quædam ejusdem Imperii Procerum noticia noviſſimè 1684. Tubingæ in 8. recuſa : cujus author lib. 3. cap. 19. fol. 327. ita teſtatur : *Eminuit* (Abbatia ſeu Præpoſitura Elvacenſis) *Principali dignitate nec non jure ſeſſionis & ſuffragii in comitiis, jam inde ab Henrici II. ætate, quod Anno 1641. in Conventu Ordinum Imperii Præpoſitus ſcripto publicè edito demonſtravit adversùs eos, qui de antiquitate hujus prærogativæ, ipſi controverſiam moverant.*

Noviſſimis temporibus noſtris haud ſine vulgari ſui nominis laude Principem ac Præpoſitum Elvacenſem egit Anno 1689. die 22. Auguſti poſtulatus Reverendiſſimus ac Sereniſſimus Princeps ac Dominus Dominus Ludovicus Antonius Philippi Wilhelmi Electoris Heidelbergenſis ac Ducis Palatino-Neoburgici filius generatione tertius, idem ſupremus Ordinis Teutonici Magiſter, Epiſcopus Wormatienſis &c. nuper præter ſpem communi omnium bonorum luctu ac immenſo ſui deſiderio toti Germaniæ noſtræ poſt ſe relicto ætatis Anno 34. Chriſti verò 1694. die 4. Maji

immi=

immaturo fato terris abreptus, cui in memoratis dignitatibus & officiis Eccleſiaſticis per omnia ſucceſsit omnigenus, ut ita dicam fraternæ virtutis æmulus Reverendisſimus itidem ac Serenisſimus S. R. J. Princeps & Epiſcopus Uratislavienſis Franciſcus Ludovicus Comes Palatinus Rheni, Bavariæ, Juliæ, Cliviæ & Montium Dux, Comes Veldentiæ &c. &c. Vivat! Floreat! Perennet!

❋ ELVACENSE

HAbent etiam RR. Patres Societatis Jeſu ſtabile quoddam apud oppidanos Elwangenſes domicilium ſeu religioſam (uti vocant) reſidentiam, quæ jam octogeſimo quinto ſeculi prioris anno Dilingâ per intervalla Elvacum fuit advocata, primo â Reverendisſimo ac Illuſtrisſimo Principe ſeu Præpoſito ac Domino Elvacenſi Wolffgango ab Hauſen (qui poſtmodùm Anno 1602. tiaram Ratisbonenſem accepit) ut ſcilicet adrepentem hæreſim arceret, abuſus certè in ſacro ac uſitato avitæ religionis exercitio periculoſos corrigeret, imò populum univerſum tùm craſsâ ſcientiæ ſalutaris ignorantiâ laborantem, tùm execrandâ morum corruptelâ quaſi ſilveſcentem ad meliora reduceret. Et ſanè expectationi huic paulò pòſt gratisſimus æſtatis fructus abundantisſimè reſpondit. Siquidem illicò ſublatus eſt abuſus omninò deterrimus, quo pueri puellæque adoleſcentes â Sacramento Confesſionis arcebantur, nec minùs ad ſacram ſynaxin ſumendam perperàm judicarentur ſeu haberentur incapaces. Sacrum & ſalutiferum extremæ unctionis Sacramentum, quod luridâ intermisſione propè erat abolitum, apud ægros ſeu moribundos fuit revocatum. Memorata pœnitentiæ ac ſacræ communionis Sacramenta, quæ hactenùs annua fuerant, fiebant menſtrua imò & octiduana facta ſunt, & ut paucis dicam, inducta apud pueros & quosvis ſequioris ætatis oppidanos Elvacenſes Chriſtiana dogmata penè neſcientes plena ſalutis animarum notitia, ſacrarum rerum æſtimatio & fervor, imò facies Chriſtiano-Catholica in omnes, adeò ut intra paucos annos Elvacum etſi duorum ſolùm ſupradictæ Societatis Patrum operâ longè ab illo priori mutatum, quale priùs fuerit, ipſum & oppidò miraretur, ſeu potiùs ſeriò deteſtaretur.

Duravit hæc misſio Dilingana ad annum usque 1611. cùm Reverendisſimus ac Illuſtrisſimus Princeps Joannes Chriſtophorus de Weſterſtetten electus Anno 1602. duos ex eâdem Societate Patres conſtanter in aulâ habere voluit ſibi commanentes, qui & ejus conſcientiam dirigerent, fractam propemodùm ſenectutem foverent ac promoverent, præcipuè verò nefariam maleficorum ſagarumque turbam vel ad ſaniora reducerent, vel ſaltem ad beatam mortem pro poſſe diſponerent, quæ omnia adeò ſucceſsêre, ut copioſa animarum meſſis domi forisque inſperata prorsùs ac ter miranda plurium ſagarum è diabolicâ colluvie converſio fuerit ſecuta.

Reſignante poſt hæc & ad Infulas Ayſtettenſes Anno 1612. abeunte altefato Joanne Chriſtophoro de Weſterſtetten cùm ſuccederet Jacobus Blarer â Wartenſee canonicâ electione promotus Wolfgangi ab Hauſen ſupradicti ex ſorore nepos *Princeps lectisſimus deque Eccleſiâ ſuâ meritisſimus* â Gab. Bucelino in German. ſac. part. 2. fol. 30. appellatus, Venerabilis antè memorata Societas, nova tùm zeli tùm laborum acceſſione fuit aucta. Siquidem piisſimo ejusdem ſtudio cœpit Elvaci celeberrima Divæ Virginis Monti-Venuſtanæ peregrinatio fuſiùs deſcripta à R. P. Guilielmo Gumpenberger in atlante Mariano Imag. 1152. fol. 2084. & ſeqq. ſub hujusmodi tenore: *Templum Deiparæ Lauretanæ, quod juxta Urbem Elvacenſem viſitatur, originem ſuam habet à duobus Societatis Jeſu ſacerdotibus. Habuit Reverendisſimus & Illuſtrisſimus Dominus Jacobus Sacri Romani Imperii Princeps & Præpoſitus Elvacenſis Confeſſarium è Societate Jeſu unà cum ſocio ſecum in aulâ pluribus annis Reverendum Patrem Thomam Anreiter & Reverendum Patrem Joannem Heſelin viros Mariano amore flagrantes, & mihi olim notos. His jam dudùm mens erat ædificandi alicubi ſacelli Lauretani. Piam cogitationem fortunavit Auguſtus menſis anni milleſimi ſexcenteſimi trigeſimi octavi, quo unà cum Secretario*

tario Principis ambulatione inſtitutâ devenere in montem venuſtum, quem ideò Majores hoc nomine indigitârunt, quòd tã ſuâ quàm proſpectûs amœnitate omnem reliquam viciniam ſuperat. Placuit locus, decretumque, ut poſterâ die menſis decimâ tertiâ è pinu crux fieret, inculta & ſine artificis manu. Ita poſtridiè in pinu foramine trajectus eſt incultus arboris ramus; infra foramen breve exciſum, quod impoſitum B. Virginis digitalem ſtatuam caperet, & ab injuriis cœli defenderet, adſcripto titulo Beatæ Virgini Lauretanæ. Locus inſuper exciſis vicinis arbuſculis impactis terræ, ita cinctus, ut vel modicè peritis latitudinem & longitudinem ædis Lauretanæ portenderet. Ita inter pia vota die illo diſceſſum eſt, eventum expectantibus, qui hac futuræ pietatis fundamenta jecerunt.

Quamprimùm fuêre, qui novum factum non tantùm mirarentur, ſed quia templi deſiderium ex circumjectis arbuſculis viderunt, etiam injectâ ad pedes ſacræ ſtatuæ pecuniâ probarent. Fecere huic febri laborantes vota & votis reſpondit optata ſanitas. Hinc fama accurſum auxit per hyemem, ut feſto S. Matthiæ anno ſequente integræ paganorum vicinorum ſupplicationes locum honorarent, non ſine muneribus eorum, qui ſe exauditos teſtabantur.

Inchoatam pietatem auxit Reverendiſſimus & Illuſtriſſimus Princeps donatione fundi & Patres ſtructo ex aſſeribus ſacello; quod vigeſimo primo Martii inchoatum, & tertio pòſt die abſolutum eſt in quo vigeſimo quinto ejusdem menſis primum Litaniæ Lauretanæ cantatæ: juvat enim ſcire magnarum rerum parva principia. Major ſolemnitas fuit, quando viveſimo ſexto Aprilis ejusdem anni milleſimi ſexcenteſimi trigeſimi non obtentâ à Reverendiſſimo & Illuſtriſſimo Principe Henrico Epiſcopo Auguſtano licentia primum ſacrum cantatum eſt in altari portatili.

Ex eo die miris modis auctus peregrinorum accurſus etiam Patres in Confeſſionali fatigare cœperunt, gaudentes de tam felici deſideriorum ſuorum progreſſu. Nam vigeſimo quarto Junii Feſto S. Joannis Baptiſtæ duraturæ fabrice primus lapis inter ſolemnes Conventus in fundamenta eſt abjectus inter pluvias; quas tamen memorando exemplo nemo è tanto populo vel impoſito capiti pileo vitavit. Non defuerunt, qui illo die acceptâ ſanitate publicam lætitiam auxêre. Et quia nunquam pecunia defuit, in octavum Septembris indicta eſt dedicatio ſolemnis jam finiti ſacelli Lauretani, quam Epiſcopus Adramytenus (Gaſpar Zeillerus SS. Theologiæ Doctor Collegiatæ Eccleſiæ ad S. Mauritium Auguſtæ Decanus) *tunc Vicarius* (& Suffraganeus) *Epiſcopatus Auguſtani, publicâ omnium lætitiâ ſolenniſſimè peregit.*

Ut poſitio primi lapidis diem habuit pluvium, ita diem Dedicationis ſereniſſimum nacta eſt; ſi nubem unicam & lucidam excipias, quæ dum ſacra peragerentur, ſacello umbram fecit, & cuivis materiam præbuit augurandi futuros Deiparæ favores, quos eodem die multi ſunt experti; auctâ poſteà pietate in magnificam formam, quæ hodie videtur, excrevit.

Miracula anno milleſimo ſexcenteſimo ſexageſimo ſecundo juſto examine approbata ſunt, & ex omnibus rariora ſexaginta quatuor impreſſa. Ex omnibus unum appono.

Miles vigiliâ S. Mathiæ de confeſſione faciendâ cogitationem ſuſcepit, quam integro biennio prætermiſit, quapropter templum ingreſſus parare ſe cœpit & peccatorum recordari. Optimum tamen propoſitum diſturbârunt militares nuptiæ poſt triduum futuræ, quæ ejus præſentiam exigebant. Fruſtrà eſt, inqvit, Confeſſio, qvam lætitia nuptialis tam propè ſequitur; una alteram deſtruit: aut enim ſerius Confeſſionis dolor gaudia nuptiarum impediet, aut hæc jam mente percepta illum. Itaq; templo egreſſus in meliora tempora Confeſſionem diſtulit; Ita nempè nunquàm non eſt, quod humanam mentem à bono arceat. Reverſus domum ſalvus & ſanus obdormivit, & in ſomno ſibi viſus eſt ab accedente Sacerdote S. Communionem ſuſcipere, ad qvam ſe genibus flexis, ut ſibi videbatur, qvàm pientiſſimè præparaverat. Inde evigilans tanto horrore correptus eſt, ut exanimis aliquamdiu jaceret, niſi quòd inconditis ronchis ſe vivum probaret. Toto etiam corpore intumuit beſtiæ ſimilior qvàm homini.

Intereà advocata uxor hæretica, viri malo indoluit, & voto ſe obſtrinxit credituram ſe cum Catholicis, ſi viro ſanitas rediret. Rediit ille quamprimùm ad mentem erepto tamen omni linguæ uſu prorsùs obmutuit: cùm ei Diva Elvacenſis jam miraculis clara in mentem venit itaq; triduò pòſt 7. Martii 1662. Elvaci in templo Lauretano ſe ſtitit peccata duorum annorum, ut multi ſolent, confeſſus & communione refectus eſt, hunc præter conſcientiam peregrinationis fructum reportans, quòd Mariæ nomen qvàm diſtinctisſimè pronuntiare poſſet. Factum ſatis Georgio, non tamen, Magdalenæ, quæ perfectam marito loquelam optabat, nec aliter ſe voti ream agnoſcebat. Et ſanè rediit pleno miraculo poſt paucos dies perfectisſimus linguæ uſus non ſucceſsivis lingvæ experimentis, ſed momento, & ut miraculum pluribus ad pietatem prodeſſet, eo tempore, quo ad campanæ pulſum in genua provolutus Virginem conſuetâ formâ ter ſalutavit; ut poſteri ſcirent ea præcipuè tempora, recipiendis miraculoſis gratiis oportuna, qvibus Virginem Angeli verbis ſalutamus recepto lingvæ uſu qvamprimùm cum uxore iterùm Elvacenſem ædem viſitavit, omnia præſentibus ritè edixit, & Magdalena uxor voti rea, ad fidem Catholicam totâ mente acceſſit, ibidem ritè factâ Confeſſione & Sacrâ Communione recepta.

Poſt hæc igitur ſeu à tempore fundationis memorati Sacelli Lauretani ſtatæ ibidem à Patribus Societatis devotiones per triduum Bachanaliorum, per Octavam SS. Corporis Chriſti inſtitui, ſacra qvotidiana celebrari, audiri confitentes & ſacrâ ſynaxi refici cœpére tantoq; indies augmento montis venuſtani peregrinatio promoveri, ut Elvacenſes incolæ & accolæ piè cum Beatisſimâ Virgine viderentur certare, utrùm nempè hæc ipſos miraculoſâ beneficentiâ, aut ipſi hanc accurſu & obſequiis ſuperarent, adeò nihil erat, qvod Clientes ad Majorem Lauretanæ ſuæ Matris cultum omitterent, & hæc ad eorum opem & ſolatium non præſtarent.

Inter ſingularia ejus beneficia Reverendisſimus ac Illuſtrisſimus Dominus Dominus Joannes Rudolphus à Rechberg Princeps ac præpoſitus Elvacenſis idem adminiſtrator Epiſcopatus Auguſtani authoritate Apoſtolicâ confirmatus vir in diebus ſuis ob innatam quaſi rerum gerendarum peritiam omni humanâ laude longè ſuperior optimè cenſuit, qvòd tandem ſuo ſub regimine ſæpè memorata ſocietas ſtabilem (quam ſub tribus hactenùs Præpoſitis obtinere haud poterat) reſidentiam in urbe fuerit conſecuta. Migratum ergò Anno 1658. ex arce in Urbem, apertæ ſcholæ in ſex claſſes diviſæ, erecta Virginis annuntiatæ Congregatio, promulgatæ pro animabus purgativis Indulgentiæ, inſtitutæ inſuper in pagos etiam remotiores Misſiones, continuatus in montem venuſtanum aſcenſus quotidianus verbo conſuetæ ſocietatis functiones tam in templis quà catechizando, prædicando, ſacramenta adminiſtrando, qvàm in domibus privatis, ægris, ac moribundis diu noctuq; conſtanter asſiſtendo cœptæ ſunt frequentari atq; hucuſq; magno cum totius patriæ hujus fructu continuatæ. Ut vero perpetuum zeli ſui monimentum ſocietas iſthic poneret Baſilicam illam ſanè magnificam, qvam Reverendisſimus ac Celſisſimus Princeps Joannes Chriſtophorus Adlmann ab Adlmansfelden Beatisſimæ Virgini Lauretanæ liberalisſimè ſuis ſumptibꝰ erigendâ ſtatuerat, arte ſuâ & operâ ad omnes ſanè architecturæ regulas elegantisſimè Anno 1683. erexit modo labore ſuo quotidiano potisſimùm excolit, ac in omnem latè viciniam reddit indies celebriorem &c.

ENDINGENSE.

MOnaſterium Ordinis Minorum S. Franciſci PP. Reformatorum diœceſis Conſtantienſis in Endingen (quod eſt oppidum ſilvæ Herciniæ ſeu potiùs Briſgoviæ Sereniſſimæ Domui Auſtriacæ ſubditum) usque modò contuendum: cujus ſarta tecta ſuperioribus annis quocunque demùm fato peſſimè habita omni conatu & ſedulitate de præ-

præſenti reſtaurant, & inſtaurant inquilini religioſi, paupertinæ œconomiæ ſuæ pro poſſe fovendæ ſolerter intenti.

ENGELBERGENSE

HUjus nominis aliquod virorum Monaſterium diœceſis Conſtantienſis in diſtrictu ruralis Capituli Schmidhaimenſis ſeu Waiblingenſis cuicunque demùm regulari Inſtituto ſubditum & appropriatum, quia jam pridem à Domino territoriali, putà Duce Wirtenbergico, profanatum & exciſum omninò defecit, amodò ſolum & inane nomen illius ſuperat inter abrogata Monaſteria Wirtenbergica ſuo loco cum reliquis annotatum, & vix ſui memoriam nobis reliquit, incaſsùm exquirendam.

ENGELTHALENSE

SEu *Vallis Angelorum* intitulatum Conſtantienſis itidem diœceſis, Decanatûs verò Horbenſis clauſtrum fœmininum ſeu *Congregatio ſororum* à Cruſio in Paralip. cap. 13. fol. 56. nuncupatum, pariter iniquitate temporum & calumniis hæreticorum jam pridem fuit exinanitum & totaliter abrogatum ſolâ tantùm nominis memoriâ poſteris relictâ.

❀ENGENSE

ENga Sueviæ ſuperioris oppidum (breviter deſcriptum à Zeillero in Topographiâ Sueviæ fol. 86.) in meditullio Hegoviæ clivo cuidam ſuperædificatum incumbens, antehac forenſe dominium agnovit Baronum an Comitum Hohenhewenſium: quibus fataliter extinctis Lupfenſium Comitum jurisdictionem ſuſpexit, atque iſtis pariter emortuis à Conrado Comite de Pappenheim unà adjuncto Landgraviatu Stüelingenſi violenter occupatum unicæ (quam Pappenheimius terreſtrem mortalitatem exutus omnium poſſesſionum ſuarum hæredem reliquerat) filiæ ad Comites Fürſtenbergios devolutum, eorundem modò dominatum agnoſcit. Sed quod res eſt, Engenſis urbecula Pappenheimios Lutheraniſmo fœdatos paſſa dominos multùm ſollicita, ne peſſimo Dominorum exemplo plures ex inquilinis forſan ab avitâ retraherentur religione Catholicâ, communi conſilio uniformiter ſtatuit pro novâ coloniâ ad ſe deducendâ perquàm humaniter invitare RR. PP. Capucinos: quorum præſentiâ ſimul ac religioſiſſimâ vigilantiâ metuendam hæreſin excluderet omnem. Pavebant Engenſes timore dubii ſuum Dominum utpotè meriſſimum acatholicum tam piæ intentioni pertinaciter utique reſtiturum. Sed ecce repererunt ipſum in hujusmodi vota vel maximè proclivem, ut is nempè præter ſpem omnem ſuâ ſponte tùm ligna, tùm honorariam ſubditorum operam fabricæ quovis modo facilitandæ lubens obtulerit. Major apud deputatos ſuperiores Provinciæ ſtatus (ob varias cauſas an difficultates præter ſpem emergentes) eminebat indulgendæ conceſſionis metus ſeu diffidentia: quam tamen Engenſes per procuratam Reverendiſſimi ac Illuſtriſſimi Principis ac Domini Domini Jacobi Conſtantienſis Epiſcopi &c. mediationem ſeu interceſſionem ſimul & irremiſſam inſtantiam juſtiſſimè complanârunt. Habitâ itaq; ratione gratioſæ recommendationis ab altefato Reverendiſſimo Domino Ordinario in caſtro Roſenegg de dato 7. Septembris An. 1616. per litteras intimatæ, nec minùs intenſi tùm Oppidanorum Engenſium, tùm etiam Nobilium Dynaſtarum vicinorum ſtudii, tandem An. 1618. Religioſi Patres oblatum ſibi locum multùm in Domino gaudentes acceperunt clivo proximo in fundum ac fabricam Monaſterii delecto parvulâ ſolùm valle unicâ ab Urbe interſecto: in quo Seraphicum domicilium ex ſumptibus potiſſimùm Perilluſtris ac Generoſi Domini Wernheri de Reiſchach Liberi Baronis de Hohenſtofflen & Homboll (quamvis etiam Equeſtris Nobilitas, ſed & ipſa Engenſis civitas multùm

Rr 2 contu-

contulerit) apparatum hodiedùm integerrimè conſiſtit. Structura quinque annorum impendium fuit. Dedicatio ſucceſſit An. 1623. die 20. Auguſti feliciter facta & conſummata miniſterio Suffraganei Conſtantienſis Reverendiſſimi Domini Antonii de Greith Epiſcopi Tyberiadis, & ad inſtantiam ipſiusmet Comitis Pappenheimii antedicti plurimùm honorata, gratioſâ præſentiâ Sereniſſimorum Principum Leopoldi Auſtriaci ac Wilhelmi Marchio-Badenſis, atque hujus filiorum: Illuſtriſſimi quoque Domini Joannis Comitis Hohenzollerenſis de Sigmaringen, tùm aliorum Magnatum Eccleſiaſticorum æquè ac ſecularium. Modò Cœnobium hoc incolunt memorati PP. Capucini tanquàm locum ad venationem animarum commodiſſimum; unde & ex hoc humili colle Engenſi ad præcelſum & immenſum illud deſiderium collium æternorum præter alios viros tùm doctrinâ tùm pietate præſtantes aſſumpti ſunt R. P. Marcellinus Cellenſis loci ſuperior, qui peſtiferis amoroſè ſuccurrendo ſibi mortem accivit, ſimulque Martyrii incruenti triumphum in cœlis adornavit die 10. Octobris Anno 1635. alter R. P. Richardus Conſtantienſis, qui Pragæ Bohemorum Metropoli mirâ quâdam viâ ad converſionem & religionem perductus rarâ benedictionum virtute famoſus & inclytus pluribus paſſim ubique proficuus vitam ſuam impendit charitati appeſtatorum prætacto Anno 1635. die 30. Octobris.

❁ ENGENSE

Viſitur ibidem loci & apprimè floret aliud quoddam venerabile Cœnobium, hoc tamen fœmininum S. Wolfgango Epiſcopo & Confeſſori dicatum, originem trahens ab anno gratiæ 1353. quo currente ſacrum contubernium iſtud auſpicatæ fuerunt Engenſes quatuor puellæ civicæ: quæ vanos & perverſos ſeculi mores terribiliter exoſæ, ſolo proin amore divino ſuccenſæ de propriis facultatibus ſuis in communi viventes brevi tempore tàm numero perſonarum ampliùs augmentatæ, quàm ſubſtantiâ rerum ac poſſeſſionum de ſpeciali Conſanguineorum aliorumque Benefactorum favore perquàm liberaliter adjutæ novum quoddam moliri cœperunt regulare clauſtrum: quod inde ſimul ingreſſæ habitum & Ordinem S. P. Dominici ſuſceperunt obſervandum. Ex certâ & continuâ Majorum traditione poſteris relictâ conſtat Illuſtriſſimum quendam (qui fuit Wolfgangus Comes à Neoburgo nominatus apud Wolf. Lazium de migrat. gent. lib. 8. fol. 414.) Hegovienſis Provinciæ Dynaſtam in regione longinquâ graviſſimè naufragio periclitantem S. Wolfgango Epiſcopo Ratisbonenſi ſupradicto, ſi ſalvus & incolumis eluctans ad proprios lares remearet, voviſſe, votique reum ſuis ſumptibus conſtrui feciſſe altare quoddam in novo Monialium iſtarum templo locandum: præter quod de præſenti perſtant ibi adhuc alia duo: quorum unum Chriſti Martyri S. Vito ſacrum, jam à longævo ducentorum propemodùm annorum decurſu aſſiduis miraculis coruſcum eminet: ex quo nimirùm Venerabilis quædam ac religioſa Domina loci Prioriſſa ſimulacrum dicti Martyris Viti memorato altari impoſitum publicam depoſthàc venerationem habere voluit: quæ priùs ipſamet ſuffragantibus ejusdem Divi meritis à phreneſi (quâ diu plurimùm afflictabatur) libera & immunis evaſit, & quod mireris, à tempore illo in præſens usque de partheniis domicellis Engenſibus nulla prorsùs hujuſcemodi morbo decubuit; imò quod ampliùs eſt, convenæ pariter & advenæ ex locis etiam remotiſſimis iſthuc delati poſt preces & vota Deo Opt. Max. & S. Wolfgango litata præſentiſſimum ejusdem mali ſeu phrenetici morbi remedium inveniunt: cujus gratiæ ac virtutis teſtimonio nobis ſunt exempla ſeu miracula tùm nova tùm antiqua numero quamplurima, quæ ſimul conſcribenda ingentem ſanè librum conficerent. Porrò altare templi tertium ſanctiſſimi Roſarii nuncupatum S. Roſæ Virginis de eodem Dominicano Ordine Sanctimonialis effigiem ſuſtinet, itidem quotidianis ferè beneficiis ac miraculis inclytum. Præ cunctis verò reliquis opem iſthic quærunt ac certam medelam inveniunt fœminæ difficili partu detentæ: quarum una, & quidem Engenſis oppidi

muni-

municeps & inquilina jam tertiò fœtum inanimatum enixa, haud ita pridem poſt votum S. Virgini Roſæ factum, ſub ipſis Sanctimonialium precibus ſpecialiter in id perſolutis & oblatis, noviſſimam prolem peperit ſoſpitem ac ſanam: quæ mox ſalutari regenerationis lavacro purgata ad baptiſmi gratiam feliciter pervenit, ac ſimul patrocinantis ejusdem Sanctæ Virginis nomen accepit.

An. 1640. ſæviente bello Suecico Parthenium hoc Engenſe Cœnobium occaſione hoſtilis expugnationis vicini caſtri *Hohenhenen* nuncupati fuit omninò miſerrimè devaſtatum: inde tamen pace publicâ Patriæ redditâ magnis impenſis ſedulò reſtitutum, ac hodie duodecim numero ſacræ honoratiſſimæ Veſtales locum inhabitant: omnes ſacri (ut diximus) Dominicani Ordinis alumnæ ſub curâ & ſpirituali jurisdictione Miniſtri Provincialis: cujus tamen vices aliquando ſupplet alius ejusdem Inſtituti Sacerdos, qui Rector & Confeſſarius eſt Parthenonis Dieſenhofenſis in Turgoviâ. Item Confeſſiones quotidianas domicellarum Engenſium communiter excipit, qui & cum ſuis in templo Dominicano Monialium iſtarum ſæpiſſimè Miſſam legit PP. Capucinorum ſupradictorum Quardianus Engenſis. Et quod ampliùs eſt, Horas canonicas in ſingulos dies juxta ritum Ordinis ſui ſæpenominatæ Partheniæ iſtæ ſimul ac Miſſam Conventualem quandoq; etiam cum cantu figurali devotiſſimè perſolvunt, nec non aliis clauſtralibus exercitiis utpotà lectioni, meditationi, & (præter opus manuale) precibus extraordinariis omni ſolertiâ conſtanter intendunt.

ENGENTHALENSE.

HUjus nominis Monaſterium aliquod de Ordine S. Pauli primi Eremitæ ante tempora ſubortæ devaſtationis hæreticæ ubiubi tandem locorum in Sueviâ noſtrâ ſeſe poſſediſſe palàm quidem profitentur, imò gloriantur etiam ejusdem Paulani Ordinis Terapeutæ: qui tamen iidem acerbè nimis dolent & lugentes admodùm conqueruntur, ſibi de ſuo hoc Engenthalenſi Monaſterio præter ſolum & inane vocabulum haud quidquàm ampliùs截 ſupereſſe requirẽdũ.

ENGSCHLATTENSE

INcluſorium (uti loquitur Cruſius Paralip. cap. 13. fol. 56.) album ſeu Ordinis S. Dominici ſexûs fœminini in diœceſi Conſtantienſi & rurali Decanatu ſimul ac forenſi quoque ditione Hangerlochenſi ætate ſuperiori conſpicuum, inde tamen quocunque demùm fato ſublatum; unde temporibus noſtris vix nomine ſuo ſuperat religioſum olim contubernium iſtud, & quidem apud ſolum & unicum Annaliſtam noſtrum citatum: qui tamen etiam ſuprà part. 3. lib. 5. cap. 8. ſingularem quoque fundi Engſchlattenſis (hodie Ducatui Wirtenbergico ſubditi) mentionem facit; ubi refert nobiles viros Burcardum, Wernherum & Berchtoldum germanos fratres Schenckios de Stauffenberg An. 1368. bona ſua in Engſchlatt vendidiſſe Walthero de Schaltsburg teſtibus Comite Zollerenſi Alberto juniore, & Alberto Walcho.

❀ ENNEDACHENSE.

Cœnobium Partheniarum de Ordine S. Dominici diœceſis Conſtantienſis in diſtrictu ruralis Capituli Mengenſis Danubio proximum, ipſique Mengenſi Principum Auſtriacorum oppido propiùs adſitum cum ſuo (quod ſibi proprium habet) templo S. Mariæ Magdalenæ dicatum. Eſt autem venerabile domicilium hoc ſecundùm omnem ſeu totam exiſtentiam ſuam opus antiquorum Comitum Monfortenſium de tempore & nomine primi fundatoris (chartioribus monimentis domeſticis bello Suecico nefariè ſurreptis & exinanitis) haud ampliùs inquirendum; inde tamen à piis fundatorum poſteris, & ſignanter à Wilhelmo, Rudolpho & Hugone Comitibus de Montfort & Rotenfels anno poſt milleſimum trecenteſimum triceſimo tertio iteratis vicibus authenticè confirmatum: demùm etiam temporibus noſtris An. 1675. ab Illuſtriſſ. ac Excellentiſſ. DD. Joanne ac Joanne Erneſto S. R. I. Comitibus de Montfort &

Kriechingen pleniſſimè confirmatum. Hodie ſub ſpirituali jurisdictione ſeu regulari viſitatione Celſiſſimi Principis Ordinarii vel maximè floret Enneadachium iſtud ſecundùm muros ſuos clauſtrales ab Anno 1686. omninò novum, alitque religioſas domicellas officio divino tùm nocturno tùm diurno ritè perſolvendo deputatas numero ſedecim.

ENTRINGENSE.

ENtringen pagus Wirtenbergicus proin omninò Lutheranus, infra limites tamen diœceſis Conſtantienſis & ruralis Capituli (quod hodie Rotenburgenſe dicitur) Tubingenſis ſituatus, adhuc ſuperiori durante ſeculo dùm religionem orthodoxam coluit, venerabile quoddam contubernium habuit: quod meris fratribus (uti vocantur) eremicolis conſtitit; ſicque ad exemplum multorum in ſuo ſtatu firmum ac ſtabile perduravit usq; ad generalem illam Monaſteriorum totius Ducatûs Wirtenbergici ſubverſionem & hoſtilem perſonarum Eccleſiaſticarum exterminationem An. 1535. ſacrilegè coactam. Canonici Regulares Auguſtiniani in vicino ſuo Wurmlingenſi Collegio itidem recenſendo infrà vetuſtum quendam aſſervârunt codicem m. s. in quo diſerta habetur mentio Eremitorii hujus Entringenſis ſub annum 1484. perinclyti: ſed & ſimplex ac ſincera quædam (penes nos aſſervata) deſcriptio Monaſteriorum Wirtenbergenſium inter clauſtra regularia & loca ſacra olim ante tēpora protuberantis Lutheraniſmi partibus illis violenter intruſi ſecundùm ritus ſuos integra & imperturbata nominatim recenſet etiam Eremitorium hoc Entringenſe tùm temporis à religioſis alumnis Ordinem & Inſtitutū S. Pauli primi Eremitæ profeſſis tentum & inhabitatum.

✠ERDLINGENSE.

DOmicilium equeſtris Ordinis Melitenſis ſeu S. Joannis Baptiſtæ comuniter Rider-Erdlingen appellari ſolitū propè Nördlingam urbem imperialem infra limites diœceſis Auguſtanæ nominatum apud Stengelium Abbatem in Mantiſsâ ad Commentar. rerum Auguſtan. cap. 6. fol. 16. Floret etiamnùm inſignis Commenda hæc Erdlingenſis, & dùm hæc ſcribimus An. 1695. honoratus eam incolit Perilluſt. ac Generoſos D. Otho Henricus Theodericus Baro de Pallanth &c. qui tamen (ut audio) in procinctu ſtat atq; abitum parat in Weſtphaliam ad aliam quandam dicti Ordinis ſui Melitenſis reſidentiam depoſthâc inhabitandam.

ERTINGENSE

COllegium Canonicorum ſecularium in communi viventium & ad normam Schönbuchiani illius ſtatu ſuo & conditione ſimillimi meriſſimè conquadratum in diœceſi Conſtantienſi & rurali Decanatu ſeu Capitulo Sulgovienſi ſuperioris ſeculi decurſu lucidiſſimum; inde tamen peſſimè labefactatum, imò & omninò ſublatum evanuit, ac præter inane nomen ſuum ad poſteros plura haud transmiſit.

ESSLINGENSE

ESslinga oppidum imperiale diœceſis Conſtantienſis in Ducatu Wirtenbergico fertiliſſimâ Bacchi coloniâ jam pridem omninò Lutheranum, idem latè deſcriptum à Zeillero in Topographiâ Sueviæ fol. 69. & Itinerario Germaniæ cap. 8. fol. m. 194. Cruſio in Paralip. ad Annales Sueviæ cap. 14. fol. 60. & aliis diverſa quondam diverſorum Religioſorum Ordinum utriusque ſexûs habuit Monaſteria: quorum potiſſimum fuiſſe perhibetur illud, quod Eccleſiæ parochiali propiùs adſitum ſacer Ordo Prædicatorum S. Dominici tenuit; de cujus clauſtri regularis initio & progreſſu idem Cruſius in Annalibus ſuis part. 3. lib. 1. cap. 3 ita ſcribit: *Ordo Prædicatorius primùm Anno 1221. Eſſlingæ nidificavit habitans 13. annos ante Mettingeram portam, ubi poſteà Bairentium torcular*

cular

cular ædificatum. Ad hoc Prædicatores Uracenſis Comes Berchtoldus Comitatu dimiſſo ſe poſteà contulit ut Converſus ibiq; obiit, & in illorum clauſtro ante aram S. Catharinæ humatus eſt. Et paulò pòſt cap. 9. *Eodem Anno* (1233.) *Rex Henricus & frater ejus Conradus Cœnobium Prædicatorum Eſſlingæ cœperunt ædificare.* Item lib. 3. cap. 8. *Rudolphus Rex Anno 1285. amplificavit Cœnobium Dominicanorum vel Prædicatorum Eſſlingæ, quà ſpectat ad Nicrum & parochialem Eccleſiam &c.* Specialem quoque mentionem aſceterii iſtius Dominicani apud Eſslingenſes quondam inclyti ſolers adducit Felix Faber in ſuâ Hiſtoriâ Suevorum lib. 1. cap. 14. fol. 147. de eodem hoc ſui Ordinis Monaſterio quamvis accidentaliter ſolùm ita ſcribens: *Poſt mortem Alberti Romanorum Regis electus fuit Aquisgrani Henricus hujus nominis ſeptimus Comes Luzelburgenſis Anno Domini 1308. & fuit à Clemente quinto coronatus in Imperatorem. Nam à tempore Friderici Secundi, qui mortuus fuit Anno 1250. usque ad hanc diem ſedes imperialis dignitatis vacaverat ſcilicet 62. annis. Fuit autem hic Henricus in militaribus artibus ſtrenuisſimus & conſiliis ac auxiliis Ducum Auſtriæ mira per Italiam gesſit, eamque de novo Imperio ſubegit. Deinde ad maritimas regiones proficiſci voluit, ſed dùm in quodam flumine refrigeraretur, invaſit eum peſtis, quâ & mortuus eſt. Subintrantes autem quidam peſtilentes homines divulgaverunt quendam religioſum fratrem Ordinis Prædicatorum, quòd ſub ſpecie panis Sacramentalis miniſtraſſet ei venenum, quia ante paucos dies in Conventu Prædicatorum communicaverat in die Beatæ Virginis, ſicut omnibus diebus feſtivis facere conſueverat. Ideò huic operi bono invidentes nefarii homines hoc mendacium ſuadente Diabolo excogitaverunt, occaſionem fortè auſpicantes ex morte Victoris Papæ hujus nominis tertii, qui occultè injecto ipſi veneno in calice dum celebraret, mortuus fuit. Ex hâc autem diffamia venerunt fratres Prædicatores in maximam tribulationem per totam Alemanniam, quia Imperator ille omnibus hominibus gratisſimus fuit, & tantam in eo confidentiam habebant, quòd nec ante nec poſt ipſum aliquis creditur mortuus fuiſſe, quem tanti cuncti plangerent, & ideò in fratrem ſuſpectum & in totum Ordinem omnes ſæviebant, quapropter frater ille ad filium & ad uxorem defuncti accesſit, & ad eos, qui ſemper ei usque ad mortem adſtiterunt, & ſigillata teſtimonia accepit ab eis & ab aliis Principibus, & Bullam à Papa ſuæ innocentiæ teſtimonium: de quibus litteræ & Bullæ patentes adhuc hodie habentur Eſſlingæ & Argentinæ ad Prædicatores &c. &c.* Hæc ille loc. cit. poſt quem noviſſimè quoq; Fridericus Steyl in ſuis Ephem. Dominicano-ſacris die 25. Januarii fol. 166. de eodem ſui Ordinis Eſſlingenſi Cœnobio Synonyma ferè ſcribit prout ſequitur: Im Jahr 1233. haben Unſere Patres zu Eſſlingen im Schwaben von Henrico dem Römiſchen König/ ſo ein Sohn Friderici des Keyſers geweſen / ein herrliches Cloſter bekommen / in welchem hernach zween Graffen von Urach den Orden angenommen. Der erſte iſt geweſen Berchtoldus ein Sohn Egonis Graffen von Urach / welcher ſeiner Graffſchafft einen Theyl ſeinem Stieff-Vatter Eberhardo, damahls Graffen zu Würtenberg/ übergeben / alle zeitliche Güter und Dignitäten großmütig verachtet / den Prediger-Orden in obbeſagtem Cloſter angenommen/ und aus lauter Demuth ein Layen-Bruder worden / deme ſein leiblicher Bruder Graff Cuno von Urach nachgefolget / ein Theyl ſeiner Güter dem Cloſter zu Eſſlingen vermacht / damit ſelbiges in beſſeren Form ſampt der Kirchen gebracht und gebaut möchte werden; haben alle beyde in groſſer Demuth als Layen-Brüder dem Allmächtigen GOtt gedient / und iſt der erſte gottſeelig im Herren entſchlaffen im Jahr 1240. und vor dem Altar S. Catharinæ begraben worden / wie dann auch neben ihme gelegt worden ſein Bruder Cuno, deren beyder Wappen in den Fenſteren des Chors Unſerer Kirchen zu ſehen geweſen / biß zu den Zeiten der Clöſter-Stürmerey/ als die wütende Ketzer der Lutheraner im vorigen Seculo ſelbiges Gottshaus zerſtört und eingenommen haben.

ESSLINGENSE

MOnaſterium Fratrum Ordinis B. Mariæ Virginis de Monte Carmelo ſub annum 1271. à Nobili viro N. Ungelter de Heuſtaig fundatum, jam à decurſu ſuperioris ſeculi cum aliis Eccleſiis regularibus olim Eſſlingæ conſpicuis fataliter manet extinctum, de quo proin haud ampliùs ſuperat quàm ſimplex quædam ſcriptura ſeu verſus an Rhythmi Latinitate plusquàm Barbaricâ meriſſimè confecti forte intra ſepta Cœnobii hujus Carmelitani cuicunque tandem tabulæ inſcripti, nunc autem apud ſolum & unicum Annaliſtam Cruſium legendi part. 3. lib. 2. cap. 22. ſub hujusmodi tenore:

Virgo Deifera Patrona Ordinis Beata
Sume labores paſſos ad laudem tui oblatos
Sub Divo Patre Joanne Carpentarii regente
Provinciam totam Alemanniæ Superiorem
Per me tantillum, mox ſi validius poſſem
Offerrem; utique in decus totius Carmeli
In ſpatio octo temporis annorum explevi
Quidquid ædificii Conventûs cernitur præſentis
Mercedem ſperans habituram cum beatis
Ab Ortu Chriſti mille dùm fluxerant anni
Atque quadringenti quinquaginta quoq; quini
In die Conradi cecidit voraginis igne
Heu Conventus ille mirâ cum velocitate
Res deflenda benè, ſed ope Virginis Mariæ
Jam reſarcitus, ut ſpectat populus cunctus
Cui grates debitas ſolvamus per ſecula cuncta.

ESSLINGENSE

S. AVGVSTINI intitulatum. Hoc inter ea, quæ ſacro Eremitarum Auguſtinianorum Ordini in Provinciâ (uti vocant) Rheno-Suevicâ vel olim fuerunt propria, nominatim recenſet Cornelius Lancilottus in vitâ ejusdem S. P. Auguſtini fol. 411. ac poſt ipſum etiam Nicolaus Cruſenius in ſuo Monaſtico Auguſtiniano citato ſuprà ad finem. Item Monaſterii hujus in ſuburbio (quod *Beutanum* vocant) Eſſlingenſi quondam celeberrimi primam originem ſeu fundationem haud edicit quidem Cruſius, qui tamen hoc ipſum clauſtrum habere hortum ampliſſimum, fuiſſeque longum admodùm, latum & firmiſſimum, eaque propter circa finem ſuperioris ſeculi (ab heterodoxis Urbis inquilinis) ſceleſtâ metamorphoſi in armamentarium Urbis converſum ſcribit in ſuis Paralip. cap. 14. fol. 61.

ESSLINGENSE

FUit etiam antehâc venerabile quoddam Fratrum Ordinis Minorum Conventualium Cœnobium Franciſcanum in ipſo civitatis Eſſlingenſis meditullio conſtitutum, idem exinde mutatæ ſeu profanatæ religionis tempore in Scholam Latino-Lutheranam converſum teſte Cruſio in Paralip. cap. 14. fol. 61. qui & priùs in ſuis annal. part. 3. lib. 1. cap. 13. initium illius refert ad annum 1237. idque conſtare ſcribit ex antiquo quodam codice m. s. hodiedùm Eſſlingæ ſervato ſub his verbis: *Anno Domini 1237. nos Fratres Minores intravimus civitatem Eſſlingenſem ad manendum.* Reſtat etiam Epitaphium quoddam in Franciſcano (uti Cruſius citatus loquitur lib. 7. cap. 9.) Choro Eſſlingæ legendum in hæc verba: *Anno Domini 1449. in die Sanctorum Martyrum Joannis & Pauli obiit Reverendus Pater F. Conradus Bremlin: qui fuit Miniſter hujus Provinciæ undecim annis: cujus anima requieſcat in pace.*

Et

Et aliud quoddam ab eodem Cruſio ſuprà lib. 3. cap. 1. relatum muro templi Franciſcani inſcriptum ac in peryſtilio Cœnobii hujus usque modò conſpicuum, & ſic habet: *Anno Domini 1275. ſecundo die menſis Martii obiit frater Henricus Palatinus & Comes Tubingenſis, cujus anima requieſcat in pace.*

Fortunatus Hueber Neo-Chroniſta Franciſcanus fol. 101. refert Decretum aliquod in provinciali Capitulo die feſto S. Matthæi Apoſtoli & Evangeliſtæ ſub annum 1365. Eſſlingæ habito formatum prout ſequitur: *Notum ſit univerſis fratribus partium Alemanniæ ſuperioris, quòd omnes Patres congregati in Capitulo Eſſlingenſi anno Domini 1365. in feſto S. Matthæi celebrato concorditer nec non affectanter promiſerunt & liberè fide datâ loco Juramenti ad manus Reverendi Patris Alberti pro tunc Miniſtri ad conſervandam pacem & unitatem Provinciæ ad bonam famam Patrum & aliorum fratrum bonorum efficaciter. Poſteà eidem R. P. Miniſtro & conſequenter ſibi invicem & cuilibet in ſingulari exiſtentiâ, conſilio, auxilio, favore, ex communibus expenſis contra omnes ſuperioribus rebelles, diſcolos, frivolos, protervos, contumaces & infamatores, bonam famam Fratrum occultè vel publicè denigrantes, & etiam contra ſchiſmata ac diviſiones in Provinciâ, quibuscunque inductionibus vel conſpirationibus facientes, ut quos Dei timor à prædictis malis non revocat, ſaltem illos valida repreſſio zelusque Juſtitiæ ac Patrum ſagacitas coërceat ab eisdem, ut intendant fratres hoc promiſſum in quolibet Capitulo innovare &c. &c.*

ESSLINGENSE

QUintum apud Eſſlingenſes virorum aſceterium locationem ſuam habuit imò & adhuc habet in antedicto ſuburbio *Breitanum* appellato. De religioſo Ordine antiquitùs iſthîc ſervato nondùm nobis conſtat, præterquàm quòd Cruſius in Paralip. cap. 14. fol. 61. ſcribat: *Monaſterium hoc aut ſacellum Eſſlingenſe incolere Monachum quendam, cui fatis defuncto mox ſubſtitui alium*; undè probè ſuſpicor Imperiale Monaſterium Cæſarienſe recenſitum ſuprà vel olim hùc loci ſubditum & incorporatum ſibi habuiſſe Prioratum aliquem, qui hodiedùm utcunque in duobus aſcetis Cæſarienſibus ſervatur Eſſlingæ continuò reſidentibus in curiâ quadam *Cæſarienſis* appellatâ eaque largiſſimis ac ampliſſimis vinearum poſſeſſionibus, aliisque diverſorum cenſuum ac redditu um annuorum ſolutionibus inſtructâ ſimul ac privilegio liberi exercitii orthodoxæ religionis in adjuncto ſacello cunctis iſtud frequentantibus liberrimè conceſſi.

ESSLINGENSE

FOemininum Ordinis Dominicani contubernium apud Eſſlingenſes in ſuburbio *Blaſianum* appellato de tempore & authore ſuo primario nondùm nobis revelatum, idem tamen antiquitùs proprio nomine ſuo *Syrnawer* Cloſter ab oppidanis vulgariter appellari ſolitum fuiſſe refert Cruſius in Paralip. cap. 14. fol. 64. qui & ibidem infrà cap. 23. fol. 95. hoc ipſum Parthenium *Sirmenow* vocat, & de eodem ſequentia addit: *Anno 1371. mentio fit Monaſterii Sirmenow* zu Eſſlingen gelegen / nec plura, præterquàm quòd idem author in annalibus ſuis part. 3. lib. 3. cap. 15. clauſtri hujus Dominicani mentionem injiciat occaſione quarundam Indulgentiarum religioſis domicellis in Jubilæo univerſali Anno 1300. conceſſarum, quas ibi nominatim apponit.

ESSLINGENSE

Alterum Eſſlingæ ſacrarum Virginum Monaſterium *S. Claræ* nuncupatur, olim ante tempora Lutheraniſmi à religioſis parthenìis ejuſdem S. Claræ Virginis Inſtitutum profeſſis inhabitatum, modò tamen ritibus alienis inquinatum: de quo Cruſius antè citatus in Paralip. cap. 14. fol. 60. vel pauca hæc ſolùm affert: *In ſuperiori ſuburbio* (*quod eſt* Ober-Eſſlingen/ *vicum Wirtenbergenſem verſùs*) *Cœnobium à S. Clarâ nomen habet: in quo conciones funebres* (Lutheranæ) *habentur: quoniam in adjuncto cœmiterio ſepeliuntur, qui ex hoc ſuburbio defuncti ſunt.*

❀ETTENHEIMENSE

Seù *Ethenen - Münſter* aliàs intitulatum: celebre RR. PP. Aſcetarum Benedictinorum in Alſatiâ Cœnobium, quod ſub annum Chriſti 779. fundavit Echo Comes ab Habſpurg, Argentinenſis ex Abbate Augiæ Divitis Epiſcopus, quod cùm ipſe, tùm Erneſtus Dux Alemanniæ magnificè ornârunt & ditaverunt, ab Ethone fundatore vulgò *Ethonis Cella* nuncupatum. Ita Bucelinus in German. ſac. part. 2. fol. 31. ubi tamen ex Zeillero in Topographiâ Sueviæ fol. 227. notandum idipſum. Ettenheimenſe hoc Cœnobium, & alterum quoddam parit nominis oppidum Ettenheim appellatum dicto clauſtro propiùs adſitum eſſe quidem diœceſis Argentoratenſis, fundum tamen & localem exiſtentiam ſuam neutiquàm habere in Alſatiâ, benè tamen in Sueviâ noſtrâ & quidem in Kinzianâ valle ad ſilvam Herciniam ſpectante, unde & idem Bucelinus in ſuâ Topographicâ Germaniæ notitiâ fol. 88. rectiùs ait: *Ettenheim* (eſt) *vallis Künzingenſis oppidum haud procul ab inſigni Benedictini Ordinis Cœnobio Ettenheim - Münſter* de quo poſteriore Bruſchius de Monaſt. Germ. cent. 1. fol. m. 36. ita ſcribit: *Cella Monachorum hodie Ethonis Monaſterium Benedictini Inſtituti vetuſtiſſimum Cœnobium ad nigram ſilvam prope Kenzhingum non procul à Rheno ſitum. Fundatum legitur annum Chriſti circiter 700. à Wiggero Monacho, facto poſteà Eccleſiæ Argentinenſis Epiſcopo, qui primum ei nomen indidit, ut Monachorum hoc eſt Solitariorum & EremitarumCella appellaretur. Cùm verò poſt aliquot annos collapſum eſſet, non ſplendidè fortasſis admodùm inchoatum Monaſteriolum: renovatum eſt Anno Domini 734. ab Ethone Comite Habſpurgico, qui & oppidum ipſum, quod ab eo adhuc Ettenheimium dicitur, conſtruere cœpit. Is ejusdem Cœnobii ſui primus Abbas fuiſſe legitur, qui inde ad Epiſcopatum Argentinenſem gubernandum evocatus laudabiliter ibi præfuit octo annis; obiit Anno 773. translatus tandem ad ſuum Monaſterium Anno Domini 780. quod hodie adhuc ab eo Ethonis Monaſterium dici ſolet, fuit is vir religioſus, humilis & pius, ſcribens ſe Ethonem peccatorem indignè vocatum ad Epiſcopatum Argentinenſem. Extat de eo & de hujus Cœnobii reſtauratione tale dyſtichon:*

> Anno ter deno ſeptingenteſimo quarto
> Antiſtes clauſtrum renovando condidit Etho.

Hæc Bruſchius loc. cit. qui & de Epiſc. German. cap. 5. de eâdem fundatione ſic infert: *Wiggerus* (Epiſcopus Argentoratenſis Ordine viceſimus primus) *præfuit poſt Uthonem. Obiit Anno 761. Conſtruxit Monaſterium ad Rhenum Monachorum Cella appellatum.* Et Paulò pòſt: *Otho* (itidem Argentinenſis Epiſcopus hic tamen viceſimus) *vel Ethò ab aliquibus appellatus: quem aliqui Habſpurgium Comitem fuiſſe, alii verò* (*qui magis veriſimilia ſcribunt*) *ex Ethiconis Alſatiæ Ducis genere natum aſſirmant. Is Monachus primùm legitur fuiſſe in Valle S. Gregorii, in quo, cùm religioſiſſimè viveret, deſignatus eſt etiam ejuſdem loci Abbas. Cumque & Abbatiæ laudabiliter jam annis aliquot præſu-*

præfuiſſet, miſſus eſt à S. Pirminio in Augiam Divitem Monaſterium recèns à ſe fundatum, ut illic Abbatis dignitati & officio præeſſet, cùm autem ſeptem annis ibi functus eſſet officio Abbatis ſummâ omnium laude vocatus eſt tandem Wandelfrido Epiſcopo mortuo ad Argentinenſis Epiſcopatûs gubernationem à Rege Galliarum Pipino, ubi octo annis benè & prudenter præfuit conſtruens ac renovans pulchréque & longè amplioribus ædificiis illuſtrans Monaſteriolum Cellæ Monachorum aliquo modo collapſum jam & vaſtatum, idque ex ſuo nomine Ettenheimmünſter quaſi Monaſterium vicinum patriæ Ethonis (erat enim ex vicino oppido Ettenheim natus) cognominavit. Obiit Anno Domini 773. ſepelitur in hoc ipſo Monaſterio ſuo à ſe renovato ac locupletato. Legitur fuiſſe Simoniacarum practicarum acerrimus vindex, quod ipſum atteſtatur etiam Jacobus Wimphelingus in ſuo Argentoratenſium Epiſcoporum Catalogo 1508. Argentinæ edito fol. 14. ita ſcribens: Heddo filius Comitis Habenſpurgii ædificavit oppidum Ettenheim, qui magni fuit meriti apud Deum & vivax. Prælatos & Canonicos Argentinenſes ob Simoniam, quam in conferendis præbendis exercebant, corripuit, ſed cùm ei non acquieſcerent, Romam pergens Carolo Magno labem hanc rebellium Canonicorum detexit. Carolus edicto (quod hodie inter Bullas & Inſtrumenta reliqua in archivis Eccleſiæ Argentinenſis repoſitum eſſe dicitur) præcepit, ne quiſquam de cætero per Simoniam in Eccleſiam illam recipiatur. Hic Heddo quondam Abbas Augiæ fuerat à Pirminio inſtitutus, poſteà à Carolo Rege in Epiſcopum Argentinenſem promotus eſt. Condidit tandem teſtamentum, in quo peccatorem ſe nominans conqueritur Monaſteriolum in nigrâ ſilvâ, ſeu malis, hercinio nemore Monachorum Cellam appellatum, & à ſuo anteceſſore Wicgerno de rebus Beatæ Virginis erectum: prædeceſſorum ſuorum negligentia deſolatum fuiſſe, illudque renovans conſentiente Pipino Rege Monachos illic ſub S. Benedicti Regulâ degentes congregavit: quorum primus Abbas Hildolfus ab eo conſtitutus eſt, aſſignatis in ſtipendium omnibus, quæ ab Erneſto Duce in diverſis Briſaugiæ & Mortenoviæ villis, prædiis & pagis conquiſierat. Oppida etiam quædam & villas, quæ ad Eccleſiam Argentinenſem, & ad ejus fiſcum attinebant, & prata, piſcinas, molendinas & piſcationes dimidias, & mancipia perpetua, curtemque unam in Urbe Argentinenſi, & horum cum baſilicis, hubis, caſis & decimationibus, & in Marſalla mediam patellam ſalis & cenſûs: cæteraque bona, quæ in Argoviâ Comitibus Habenſpurgiis tunc ſubjecta, poſſederat, largitus eſt, ac in ſtipendium, quod pro triginta Monachis ſufficere ſperabat, conceſſit, atque ob honorem D. N. Jeſu Chriſti ac ejus piiſſimæ genitricis & Omnium Sanctorum, quorum memoria quotidiè ibidem celebratur, pro mercedis æternæ vitæ augmento, vel pro pace totius Provinciæ dedit atque conſignavit, ut cœnobialem vitam agentes atque Regulæ S. Benedicti in omnibus obedientes pro ſalute & proſperitate Regum, nec non prò omni Chriſtianitatis ſtabilitate & religione ſemper eorum Oratio in conſpectu Dei non deſinat flagitare. Actum eſt hoc ſuum Inſtrumentum Argentinæ tertio Idus Martii anno undecimo, regnante Pipino, anno verò ab Incarnatione Domini ſeptingenteſimo ſeptuageſimo nono. Verùm magna horum munerum ab Heddone largitorum portio, interim ſive hominum ſive temporum vitio huic Cœnobio adempta eſt. Heddo etiam Cœnobitis Schwarzachenſibus indulſit, ut apud ipſos externi Epiſcopi munera quædam pontificalia poſſent exercere. Sedit annos octo, obiit anno Domini ſeptingenteſimo octogeſimo. Sepultus creditur in Ettenheim-Münſter, in abſidâ versùs ſiniſtram ſine Epitaphio. Sed in eodem latere feneſtra eſt, habens imaginem Heddonis Monaſterium B. Virgini manu offerentis, & in litteris plurimùm antiquis ſcriptum : Heddo Præſul Argentinenſis Eccleſiæ renovator hujus loci. Hæc ille loc. cit. Floret utcunque quidem Ettenheimenſe hoc Cœnobium, quamvis à Gallo milite jam à pluribus annis totamcircùmcircà regionem hoſtiliter infeſtante, oppidò laceſſitum.

✱ETTLINGENSE.

HUjus nominis oppidum vel breviter annotatũ à Zeillero in Topographiâ Sueviæ fol. 70. Sebaſtiano Münſtero, Abrahamo Saurio & aliis Sereniſſimo Principi Ludovico Wilhelmo Marchioni Badenſi moderno Germaniæ noſtræ Gedeoni ac Herculi fortiſſimo potentiſſimo &c. ſubditum, idem tamen ſuperioribus annis à Gallo milite crudeliter exuſtum, dum adhuc integrum conſtitit, religioſum aliquod Societatis Jeſu domicilium habuit; de quo mihi nuperrimè per proprias ſignificata fuerunt ſequentia : *Idem Marchio* (Wilhelmus Senior jam ſuprà in deſcriptione Collegii Badenſis laudatus) *fundator etiam fuit Collegii Ettlingani ſeu Domus tertiæ probationis: quam ex variis ædibus privatis in habitationem religioſis Societatis Jeſu alumnis, ſed anguſtam ſatis valdeque miſeram conſtrui fecit. Sanè ſi ullibi tùm certè iſthîc loci perquàm utilis fuit opera dictæ Societatis, quæ Lutheraniſmum, è vicino territorio Durlacenſi, dùm dormirent homines, ſenſim adductum penitùs eradicavit. Quotquot ferè erant Tertiani Parochos agere debebant in pagis circumcircà ſituatis, quia nimirùm hi rerum carentiâ & egeſtate preſſi propriis paſtoribus alendis erant impares. Jam totum Collegium hoc cinis eſt, & vix rudera ſuperſunt.*

EYTINGENSE.

REligioſum Contubernium diœceſis Conſtantienſis in rurali Decanatu Horbenſi Sororibus Tertiariis S. Franciſci aliquandò ſubditum, idque juſto unius horæ ſpatio Horbâ Auſtriacæ ditionis civitate in Comitatu Hohenbergenſi diſſitum longævâ temporum ac bellorum injuriâ totum omninò defecit, perpaucis (qui ſuperaverant) cenſibus ac redditibus illius parthenio paris Inſtituti domicilio Horbenſi itidem recenſendo infrà ſub annum 1642. in totum authenticè conſignatis & relictis.

Lit. F.

✱FAUCENSE.

SEu *Fieſſenſe* communiter appellatum *S. Magni totius latè patentis Auguſtanæ diœceſeos antiquiſſimum Monaſterium ſitum Abuſiaci in Alpium faucibus, quas Julias dictas volunt, vario eventu. Porrò Alpes Juliæ, à Julio nomen ſortitæ triplices ſunt. Una apud Taurinos: altera in Rhætiâ. Tertia apud Venetos. De Rhaticis nobis hîc ſermo; quæ à ſeptimo uſque ad Braulium montem latè patent, & in quibus fluvius Oenus oritur, extenduntur autem uſque ad fontem Lyſi fluminis, ubi olim juſſu & imperio S. Narciſſi Gerundenſis in Tarraconenſi Hiſpaniâ Epiſcopi & Vindelicorum Apoſtoli longè clariſſimi, miniſterio dæmonis draconem immani, vaſtaque magnitudine ac inuſitatâ corporis mole præditum, qui maximam circumquaque vaſtitatem faceret, utpotè quod aërem circumfuſum adeò venenaret, ut vel halitu ipſo peſtifero inſpiraret occiſum Eccleſiaſtica referunt monimenta. Inde autem à Julio Cæſare nomen inditum fama eſt, quòd idem ab unâ rupe ad alteram Lycum equo tranſilierit, vel thermis ibidem uſus fuerit, Julenbachenſibus poſt dictis. Extant adhuc eædem thermæ non procul ab oppido, & Monaſterii S. Magni ditionis ſunt; ſalubres admodùm, quòd varias corporum malè affectorum infirmitates tollant, nam peſtiferos humores exſiccant, nativum colorem reducunt, vireſq; debilitatas reſtaurant, utpotè quæ multùm ſalis, aluminis & gypſi nonnihil etiam ſulphuris & alabaſtri contineant. Fauces verò locum dictum volunt, quia Lycus fluvius ibidem intra dictas rupes, anguſto loco quaſi per fauces tranſeat. Fieſſen verò à pedibus humanis, quibus oppidi inſignia exornantur, quòd ibidem trium conterminarum regionum confinia ſint, Tirolis, Bojoariæ & Sueviæ.*

Porrò

Porrò Monaſterii hujus originem ita vetuſtis litterarum monimentis memoriæ proditam accepimus: B. Magnus antè etiam Magnoaldus dictus ex Hiberniâ oriundus Columbanum & Gallum perſpicuæ integritatis viros ejusdem inſulæ religioſos, partim prædicandi Verbi Dei, partim ſolitudinis habitandæ causâ peregrinantes, ſecutus, ita ambobus probatus eſt, ut tùm ſtudio ſapienter obediendi, tum pietate & ſanctitate vitæ ac miraculorum virtute, utriq; eorum admirationi eſſet. Qui cùm ad ſilvam Brigantinã veniſſent, eumq; locum incolentes, multos ad fidem convertiſſent, gravi gentilium invidiâ perurgente, Columbanus Italiam, Magnus verò & Gallus ad eam Eremi partem ſe contulerunt, quæ adjacet Arbonenſi territorio, inter fines lacûs Brigantini & Alpes Rhætiarum.

Viſione autem cœleſti admonitus Magnus peragratis pluribus regionibus ſparſaq; in iis Evangelicâ doctrinâ, ad Alpium Juliarum fauces contendit; quo in itinere cæcum illuminavit. Agrum autem Campidonenſem attingens, olim cœtu hominum frequentem, tùm verò incultum & deſertum, offendit vermium & ſerpentum colluvie ac dæmonum infeſtatione ita horridum, ut nec feræ venatoribus elapſæ, nec homines caſu eò delati tueri vitam poſſent à miſerabili interitu. Quin & ulteriùs progreſſus, in horribilem ſerpentem incidit, quem virtute Dei enecavit; moxq; omnium ſerpentum & vermium monſtra univerſa diſparuerunt, virtute ac potentiâ orationum Magni expulſa. Repurgato autem ita eo loco, & ad habitandum accommodato, magna vicinorum gentilium turba adChriſtum converſa eſt.

Veniens deinde ad locum Equi caput dictum, horridum & immanem draconem ſanctis reliquiis ſignoq; Crucis munitus, precibus extinxit. Demum ad fauces Alpium pertingens Monaſterium hoc, de quo nobis ſermo, extruxit, & Eccleſiam per S. Wicterpum Epiſcopum Auguſtanum in honore S. Dei Genitricis Mariæ & S. Floriani Martyris conſecrari fecit Anno, ut quidam notant, ſexcenteſimo viceſimo octavo, ut Bruſchius ſeptingeſimo decimo. Nos alibi viam mediam elegimus, & pluribus rationibus firmavimus, atq; annum circiter ſexteneſimum quadrageſimum ſextum ſtatuimus. Cùm verò fama virtutum ejus longè lateq; diffunderetur, factus eſt magnus concurſus populi ad eundem locum, quem & propter dignitatem tanti viri Cellam S. Magni indigitârunt, multis quoque prædiis ac poſſeſſionibus ditârunt. Quare B. Magnus turbas declinans ſeceſſum quæſivit, adque fauces ipſas digreſſus, dæmones inde expulit, & adjuvante Tozzone Presbytero, qui poſteà Epiſcopus Auguſtanus evaſit, exiguum ſanè Oratorium conſtruxit, à quo & S. Wicterpus Epiſcopus accerſitus, illud ſub honore ac titulo S. Salvatoris dedicavit. Bono quoq; virtutum odore B. viri delectatus, quosdam Religioſos Clericos in Dei ſervitio inſtruendos in diſciplinam ei tradidit. Qui divino amore ſuccenſi, per viginti quinque annorum curricula, quibus B. vir ſupervixit, ejus imperio audientes in Chriſti ſervitio die noctuq; perſiſtentes ad finem u q; perſeverârunt. Sanctus igitur Epiſcopus procuravit omnia neceſſaria ibidem degentibus, & profectus eſt ad aulam Regis Francorum, cui Alemannia etiam parebat, ubi à glorioſo Duce B. Pipino dicto de Laudis, patre SS. Gertrudis & Begghæ, Majore Domus ſeu Magiſtro Palatii Regni Francorum ſub Clothario ſecundo & Dagoberto Magno honorificè admodùm exceptus, eidem S. Magnum commendavit. Ille animo ad pietatem commotus, petitioni venerandi Epiſcopi annuit, atq; locum ipſum ſublimare & terrenis commodis providere atq; communire decrevit. Quapropter de vectigalibus vicinorum locorum, qui cenſus & vectigalia annuatim regiis ærariis inferre tenebantur, redditus annuos Beato viro in perpetuum addixit, & ne quis hanc donationem infringere ullo unquàm tempore attentaret, illam donationem in publica Inſtrumenta redigi, ſuoque ſigillo muniri curavit, quatenus deinceps in ſaltu illo B. Mariæ Virgini & S. Afræ ex regiâ donatione addicto Wicterpus Epiſcopus omnesq; ſucceſſores ejus ſine ullius contradictione ſupremam obtinerent auctoritatem. Quibus ex animi ſententiâ transactis, idem Epiſcopus & regiis auctus donis & ampliſſimis ſublimatus honoribus lætus ad propria regreditur, & B. Magno poteſtatem fecit regularem inſtituere vitam, ejusq; loci curam commendavit. Ab illo tempore locus ipſe à B. Magno fundatus atq; à Pontificibus Auguſtanis locupletatus ad hæc usq; tempora feliciter eſt propagatus. S. Magnus præterea à magnâ accolarum utilitate urſo monſtrante ferrifodinas adinvenit, ibiq; magnas virtutes operatus eſt, cæcis viſum, ſurdis auditum, claudis greſſum reddidit; truculentas quoque feras obedire ſibi fecit, aliaque

plura edidit miracula quibus magnam incolarum ejus multitudinem ad Chriſti fidem perduxit. Poſtquàm autem viginti quinq; annos in eodem Cœnobio vixerat, ætatis ſuæ anno ſeptuageſimo tertio viri Deo dilecti & ſanctitatis laude celeberrimi anima, corpore leniter ſoluta migravit octavo Idus Septembris in cœlum corpus eidem Monaſterio perpetuum relinquens ornamentum. Aſſervantur ibidem theſauri pretioſi inſtar & alia veneratione dignisſima S. Magni monimenta, inter quæ principatum quaſi obtinet Crux argentea, quæ non ita pridem alii pretioſæ hypothecæ deauratæ gemmis & chryſtallo exornatæ incluſa fuit. Continet eadem crucicula reliquias B. Genitricis Dei Mariæ, Ligni S. Crucis, SS. Martyrum Mauritii & Sociorum ejus, nec non BB. Confeſſorum Chriſti Columbani & Galli. Eandem collo dependentem in viâ geſtare, cùm verò orationi incumbere vellet, vel ex arbore, vel alicubi ſuſpendere, & corùm eâ ſe proſternere ſolebat. Adhuc ſalutaris ejus uſus ſæpe invenitur. Ubi enim tempore tonitrui aſportatur, aerem mitigat, aëreas poteſtates expellit, ſegetes à grandinibus præſervat: quin & Campana major hâc Cruce benedicta, magnam virtutem habet contra tempeſtates.

Religioſè itidem aſſervantur S. Magni Cuculla (quæ puerperio laborantibus impoſita, nonnunquàm à periculo & dolore easdem liberâſſe proditur) Stola & Manipulus. Calix inſuper, ex quo bibentes à variis morbis ſanantur; præſertim à febri & maleficiis complures liberatos litteris conſignatum habetur. Ad hæc impetiginem capitis, quæ ex diſcraſiâ provenit, & alias mentis pasſiones, dentium dolores intolerabiles, ſyncopen & alias infirmitates ſibi propuliſſe non pauci grati agnoverunt.

Prætereà Scipio ſive Baculus, quo ante S. Magnum uſi fuêre SS. Columbanus & Gallus, cujus virtutes admirandas, vere atq; æſtate præſertim fermè quotidiè experiuntur agricolæ. Quando enim vel in agris & hortis ſeu plantis, arboribus ſive herbis nocivi graſſantur vermes, aut cujuscunque tandem generis mures, erucæ, cyniphes ſeu qualiacunq; demùm animalcula, venenatæ beſtiolæ, aut inſecta, quæ lædunt aut arrodent radices ſegetum, inficiunt, devorantvè folia, flores aut fructus arborum, herbarum, cujuscunq; generis plantarum: quamprimum ſacer iſte baculus terræ, ubi peſtis illa graſſatur, infigitur, mox fugatur aut extinguitur. Eundem effectum habere ramos ſeu frondes arborum & fruticum, item terram, ſi baculo aut Cruce prædictis tangantur, ſignentur, & à fratre quodam ejusdem Monaſterii benedicantur, experientia penè quotidiana docet.

Hinc etiam apud longè disſitas & exteras nationes S. Magnus honore feſtoq; die ſolemniter colitur, interq; eos Divos, quos ob ſpeciales quasdam prærogativas Auxiliatores vocamus, præſentisſimus Patronus habetur.

Idem Cœnobium anno circiter ſeptingenteſimo octogeſimo octavo Boicis præſertim bellis miſerè vaſtatum, flammis abſumptum concrematumq; fuit: quod ſic disjectum Simpertus Auguſtanæ Eccleſiæ Pontifex Sanctisſimus, Caroli Magni auxilio fretus, reſtituit, ædificia inſtauravit, ac opibus auxit. Idem poſteà donis amplisſimis auxerunt & locupletârunt Leopoldus Marchio Auſtriæ, & Guelpho Dux Suevorum, quæ omnia paucis verſibus comprehendit Philomuſus Poëta Laureatus

Cœnobium Fieſſen, regali dote Pipinus
Fundavit, ſancti permotus Numine Magni,
Vaſtatum Cæſar reparavit Carolus, idem
Atq; Auguſtanâ Simpertus Præſul in Urbe,
Auſtriacæ poſthâc Leopoldus Marchio terræ
Guelpho Suevorum Dux ampliter augmentârunt.

Habuit hoc Cœnobium inſignes quosdam Abbates, in quibus cæteris ferè excelluerunt Conradus Abbas ſecundus, qui religionis & ſanctitatis laude plurimùm floruit, ita ut Beati prænomine etiam vocetur. Hildeboldus prætereà Abbas viceſimus tertius inſignis prorsùs fuit, & innumerabilia officia præſtitit Hartmanno Epiſcopo Auguſtano. Obiit Anno milleſimo ducenteſimo octogeſimo quarto.

Adhæc Joannes V. Abbas triceſimus nonus doctrinâ & religione valdè claruit, non admirandæ fuit abſtinentiæ, jejuniis, exercitiis ſpiritualibus, & vitæ contemplativæ totus deditus, ut interdum viſus fuerit in menſâ lectioni ita attentus, ut oblitus, ſit ferculorum, ac quaſi raptus in extaſin videretur. Interfuit Concilio

Concilio Baſileenſi, & propter doctrinam ac Zelum religionis inter cæteros noſtri Ordinis Abbates præſidentis officio functus eſt, multumq; laboravit pro reformatione Ordinis circa annum milleſimum quadringenteſimum quinquageſimum. Eidem in nullo diſſimilis fuit ſucceſſor ejus Joannes Höſſ, adhuc arte pinguendi & diſciplinis Mathematicis plurimùm claruit; & complura bona coëmit circa annum Chriſti milleſimum quadringenteſimum octogeſimum.

Hujus itidem ſucceſſor Benedictus Furtenbach doctrinâ & pietate erga B. Virginem inſignis Maximiliano primo apprimè charus extitit. Sub cujus regimine Monachi doctrinâ præſertim in Aſtronomia plurimùm claruerunt, è quibus P. Gallus Knöringer doctrinâ & pietate cæteris excelluiſſe proditur. Hæc Carolus Stengelius Abbas in ſuâ Monaſteriologiâ num. 3.

SYLLABUS

Abbatum Monaſterii ad S. Magnum in Füeſſen à primâ fundatione & origine, ſcilicet ab Anno 628. usque ad noviſſima hæc tempora noſtra & annum 1697. productus.

1. S. Magnus ſive etiam Magnoaldus ab aliis nuncupari ſolitus, idem aſſiduis miraculis clarus primus hujus loci Abbas ſanctiſſimè rexit Monaſterium ab Anno 628. usque 654. ſenectæ ætatis ſuæ anno 73. cœlis receptus.

2. B. Conradus vir religioſiſſimus in navi Eccleſiæ Füeſſenſis usque modò recondidus: cujus præclarum elogium apud Stengelium Abbatem in Comment. rerum Auguſtan. part. 2. cap. 5. num. 5. tale eſt: *Hiſcè dotationibus* (loquitur hîc author in præcedentibus de fundatione Monaſterii hujus per Pipinum Regem ad inſtantiam S. Wicterpi Epiſcopi Auguſtani factâ) *munitus S. Wicterpus Abbatem ibi præfecit Conradum, qui plures religioſos viros collegit, & ad nornam Benedictinam regularem vitam inſtituit, quæ in hodiernum usq; diem ibi viget & floret*, Et mox infrà num. 6. *S. Wicterpus quoq; Epiſcopus, quosdam religioſos Clericos eidem Abbati ad DEI ſervitium in diſciplinam, tùm inſtitutionis, tùm obſequii causâ tradidit, ut comparato ſibi pietatis & litterarum idoneo apparatu, deſpretâ mundi vanitate, perfectæ vitæ deſiderio incenſi, in ſacram Divi Benedicti familiam, quaſi in ſalutis portum ſeſe aggregarent, ubi ſeverè imperare corpori, habenas voluptatibus injicere, ſenſus omnes in arctum rationis gyrum cogere, nullius non ſanctitatis numeros obire poſſent, ii ergò divino amore incenſi per multa annorum curricula divinas laudes diu noctuq; perſolverunt. Ipſe verò Abbas Conradus à morte Beati nomen promeruit.*

3. Wolpoto.

4. Gotteboldus.

5. Ortholdus.

6. Bertholdus.

7. Wilhelmus; de quo & recenſitis ordine proximis prædeceſſoribus illius vetuſtus quidam codex m. ſ. hodie communiter *Legenda* nuncupatus ſuo loco ſic habet: *Statim à primævâ Inſtitutione ſacri Ordinis noſtri in monaſterio hoc ipſum hoc Monaſterium noſtrum venit ad augmentum rerum & perſonarum, ita quod in priſcis ſtatim primorum aliquot Abbatum temporibus viros ſeu Monachos, habuerit in arctiſſimâ vitæ regularis obſervantiâ optimè probatos & converſatos ultra humanam æſtimationem excedentes in contemplatione, extaſi, & cultus divini perfectione &c.*

8. Adalbertus; idem etiam ſimul Abbatem Nereſheinenſem, Petruſianum, Uttenburanum & Weingartenſem egiſſe ſuo loco notatus ac comprobatus.

9. Rupertus.

10. Bernoldus.

11. Gyntherus.

12. Leytolphus.

13. Geſilo.

14. Egino.

15. Henricus electus anno 1181. poſt transactos octodecim ſuſcepti regiminis annos ut verè demortuus cum reliquis necrologio domeſtico inſertus.

16. Gerungus electus An. 1199. conſummato Prælaturæ octennio mortali vitæ valedicens animam poſuit.

17. Conradus electus an. 1206. duodecennium in officio & dignitate abbatiali meritiſſimus exegit.

18. Theodo ſive Dietho aliis dictus jam anno 1216. ex Fueſſenſi aſceterio in abbatem Udalricanum Auguſtæ Vindelicorum poſtulatus inibi laudabiliter præfuiſſe ſimul ac plurimùm profuiſſe in annalibus domeſticis commendatur; idem pòſt etiam Abbas Fueſſenſis deſignatus, tandē in Domino requievit A. 1222.

19. Ruggerus electus anno 1222. paſtorale pedum octennio ſolers geſtavit.

20. Rudolphus nobilis de Thalheim electus An. 1234. religioſi paſtoris munus & onus annis 17. ſupportavit.

21. Albertus electus Anno 1251. quinquennio ſolùm honoratus præſedit ac mortis victima factus è vivis abſceſſit.

22. Hermannus electus anno 1256. ſeptennio cathedræ abbatiali imminuit.

23. Hildeboldus electus An. 1263. vir prorsùs inſignis in tabulis appellatus annis 20. præfuit, & innumera quaſi religioſa obſequia præſtitit loci Ordinario, qui id temporis fuit Hermannus Comes à Kyburg & Dillingen ſuæ ſtirpis ultimus Abbatis iſtius Hilteboldi ſemper amantiſſimus.

24. Conradus electus An. 1284. triennes ſolummodò Abbatiæ honores tulit.

25. Hermannus electus An. 1287. poſt annos 13. ſua convaſavit, ac vinculis carnis enodatus portas æternitatis adiit.

26. Hermannus electus anno jubilæo 1300. tredecim itidem annos abbatem egit.

27. Goſewinus electus Anno 1313. poſt novennium in abbatiali munere laudabiliter conſummatum terreſtrem mortalitatem exutus diſparuit.

28. Joannes electus Anno 1322. decennio regularis antiſtitis partes ſagaciter explevit.

29. Henricus electus Anno 1332. primùm Prior Udalricanus Auguſtæ, tùm etiam Abbas Viſimenſis deſignatus exacto Prælaturæ Fueſſenſis ſexennio in fata declinavit.

30. Udalricus electus anno 1339. ad annos octo protraxit regimen ſuum per omnia laudatum. Idem ipſe Joanni Moraviæ Marchioni id temporis viciniæ regioni Tirolenſi dominatus in paucis charus & acceptus Capellani ſimul & Conſiliarii titulo ab eâdem Serenitate ſua fuit decoratus.

31. Joannes ex Prænobili & antiquâ (quæ poſtmodùm Anno 1368. Waltherum quendam Eccleſiæ Auguſtanæ Epiſcopum dedit) familiâ de Hochſchliz editus ſub annum 1347. regimen capeſſiit, quod ipſum etiam annis 12. ritè tenuit.

32. Luitprandus electus An. 1359. annis duodecim Abbatem Fueſſenſen egit.

33. Fridericus electus An. 1371. fatis vigentibus deceſſit An. 1390.

34. Joannes Lauginger electus Anno 1390. à Bernardo Hertfelder Priore Udalricano Auguſtæ in Chronico fol. 176. hujusmodi elogio ad annum 1396. decoratus: *Cogitur* (Henricus Abbas ad S. Udalricum Auguſtæ) *abdicare Prælaturam, & habet ſucceſſorem Joannem Laugingerum ex Werdaâ Suevicâ oriundum Abbatem Monaſterii S. Magni in Faucibus, cui cum feliciter aliquamdiu præfuiſſet, idq́, penè collapſum egregiè reſtituiſſet, Auguſtam vocatur, & D. Udalrici Cœnobio præficitur, ubi non tam in monaſticâ diſciplinâ, quàm re domeſticâ ſuam probè monſtrat induſtriam*, demùm idem ipſe Joannes Abbas Anno 1403. die 21. Martii in feſto S. Benedicti Abbatis ad æthereas ſedes translatus.

35. Georgius Landauer electus Anno 1399. religioſæ Prælaturæ faſces decennio tenuit.

36. Urbanus nobilis de Rottenſtein primùm Abbas Weiſſenbrunnenſis tùm Anno 1426. Faucenſis, demùm etiam (poſt ſpontaneam reſignationem) Tirolenſis in Cœnobio montis B. Virginis, pro ſuo S. Magni Monaſterio Decimas quasdam ac perplura bona immobilia comparavit, atque univerſim rebus ſat benè præfuit, dehinc albo gratæ memoriæ calculo notatus.

37. Joannes Schmerlaib electus Anno 1425. quinquennio præſtitit.

38. Conradus ex ſpectabili familia Clamerorum progenitus Abbatiæ ſolium An. 1431. conſcendit, cui tamen biennio tantùm inſedit, & ad plures abiit An. 1433.

39. Joannes Fiſcher ex Immenſtadio Algoiæ oppido, hodie Illuſtriſſimæ familiæ S. R. J. Comitum de Kônigſeck ſubdito progenitus, unde & communiter *Algoius* cognominari ſolitus fuit, primùm monaſticen in Cœnobio S. Ægydii Norimbergæ profeſſus, poſteà ſummo arctioris diſciplinæ ſtudio ad S. Magnū Fueſſenſem digreſſus clauſtralem ſtabilitatem iſthic firmavit, ac demùm An. 1433. in Abbatem electus ſummoperè commendatur in actis fuiſſe vir admodùm doctus, ut & aſceta religioſiſſimus nunquam non mortificationi carnis, jejuniis & aliis exercitiis ſpiritualibus dediti ſſimus, quandoque ad menſam ſub ſacrâ lectione in extaſin raptus; claruit etiam in Concilio Baſileenſi præ cunctis aliis ſacræ familiæ Benedictinæ Abbatibus Zelo religionis & doctrinâ ſpectatiſſimus, unde & Præſes illorum conſtitutus pro reformatione me-

ne memorati Ordinis ſui ſtrenuè laboravit.

40. Joannes Höff claris natalibus ortus ex Priore Monaſterii S. Crucis in Werdæâ Suevicâ ſub annum 1458. in Abbatem Faucenſem poſtulatur œconomiæ tùm temporali tùm ſpirituali præclaram operam navavit, numerum domicellorum religioſorum hactenùs vix ſeptenarium ipſe undenum fieri fecit, atque ad annum usque 1479. provexit : cujus uberior laus ſuo loco ſic proſtat legenda: *Multa bona temporalia lacus & omnem ferè diſtrictum Rickholz Monaſterio coëmit* (Abbas iſte) *in reformatione, ætate, moribus ac vitâ maturus auſterusq. in abſtinentiâ ac abſtractâ reformatq. vitâ ſe ac monachos regens. Sed & ſcientiis ſufficiens, aſtronomiæ callens artem pictorisq. ſolerter exercens.*

41. Benedictus Furtenbach electus anno 1480. numerum religioſorum clauſtralium ad 16. provexit vir omninò magnanimus, in adverſis omninò patiens, perdoctus, impiger, pientiſſimus ac ſacræ contemplationi ſummæ deditus; ſingulari itidem devotione cultui Mariano nunquàm non addictiſſimus; fuit inſuper Auguſtiſſimo Principi Maximiliano I. Romanorum Imperatori in paucis chariſſimus, unde & Sacellani titulo & officio honoratus inclaruit; tandem verò graviſſimis multorum annorum miſeriis tantùm non ad internecionem usque laſſus & fatigatus ſponte pedum poſuit: cujus memoria apud Aſcetas Fueſſenſes usque modò in benedictione eſt, ut & eodem ipſo in legendâ jam ſuprà citatâ ſequentia ſimpliciter habentur annotata: *R. P. Joannes Höff ad profesſionem ſuſcepit ad Religionem Joannem Furtenbach filium civis cujusdam in oppido Füeſſen & fecit ei in profeſſione mutari nomen ac vocari Benedictus, dum erat 16. annorum; Hic circa ſuam perfectam ætatem perſecutiones ac tribulationes multas & magnas generosè ſuſtinens, conſolatione ac patientiâ plenus ſpe ad Deum erectâ plures conſummavit annos, quos dies niſi continuâſſet in lectione & meditatione, vitâ ſine dubio defunctus fuiſſet, ſed Deus fecit cum tentatione proventum.*

Poſt transactos paucos aliquot regiminis ipſius annos venit Sereniſſimus Princeps Maximilianus tunc temporis Dux Burgundionum filius Imperatoris Romani Friderici IV. Hoſpitabatur apud Abbatem poſt electionem ſui in Regem Romanorum, ſimiliter poſt adeptionem Imperialis Majeſtatis, & ſemel ultra quartam anni partem apud nos & Abbatem noſtrum moram traxit, quâ occaſione ex diverſis ſcientiis Conſiliariorum Majeſtatis ſuæ oppidò peritus evaſit, quidam enim in idiomate Hebraico, quidam in Græco, alii in Jure Civili, alii in Jure Canonico ſeu pontificio, alii in aliis fuerunt peritisſimi; horum autem omnium ſcientias moresq. acutisſimè ſcrutans ac tenaci ingenio percipiens in omni ſcibili valdè profecit; unde etiam plurimùm exceſſit qui ante eum fuerant. Benedictus Deus per omnia, qui dat ſapientiam poſtulantibus, & non improperat.

Conſiderandum etiam, quòd ſub Abbâte hoc Benedicto in hoc Monaſterio noſtro fuerunt viri valdè religioſi, zeloſi ac variis ſcientiis præclari. Item temporibus iſtis Monachi noſtri & ſeniores habuerunt ſua exercitia ſpiritualia, per omnes dies hebdomadæ: quorum aſſiduâ exercitatione evaſerunt ipſi tentamenta mundi, & acquiſierunt cum S. Magno ac reliquis Sanctis ſanctimoniam ac præmium vitæ æternæ ſciverunt iſti omnes cum junioribus ſuis in factis & moribus profectum exercitiorum, quæ reddunt animam felicem &c.

42. Joannes Baptiſta Benzinger electus An. 1524. duodecim annis in Abbatiali dignitate vitam protraxit.

43. Gregorius Gerhoch electus Anno 1537. infauſtum adeò regimen tenuit; quod vel maximè ſceleſtum illud & exitiale fœdus Schmalcaldicum peſſimè turbavit, tùm etiam bellum, uti vocatur, ruſticanum Monaſteriis adeò terrificum; quibus tamen miſeriis etſi multis ac magnis ipſe feliciter eluctatus poſt annos 18. in pace requievit currente anno Domini 1554.

44. Simpertus Lechler electus anno 1554. uno tantùm anno & menſibus ſex inter ſuos adambulavit officio Abbatis venerandus.

45. Georgius qui & Albertus alicubi nominatus ex Imperiali Monaſterio Uttenburano ſub annum 1556. ad vacantem ſedem Faucenſem attractus, illam ipſam ampliùs honoravit, dùm pro meritis mitram mitram præſularem & communem uſum pontificalium authoritate apoſtolicâ inter Fueſſenſes ipſe

ipſe primus omnium accepit; ac quadriennio ſolùm (inſperatâ morte citiùs præventus) ſuis jura dictavit.

46. Joannes Keſsler An. 1560. faſces adeptus ac canonicâ electione ad Abbatiale faldiſtorium dignò promotus annis ſex & menſibus quatuor inclaruit.

47. Hieronymus Alber Anno 1567. electus ad ſexennium ferè nec ultrà inter ſuos honoratus Abbatiæ munus geſſit, tùm terris demortuus ſarcinam carnis ſimul & clauſtrale regimen exuit.

48. Mathias N. ex Priore clauſtrali primùm adminiſtrator inſtitutus, tum etiam pleno Abbatis honore & poteſtate decoratus & inveſtitus An. 1579. ſeculo proximè ſequenti in fata declinavit An. 1604.

49. Henricus Anno 1604. canonicè ad clavum promotus ſeptennio præſtitit, ac inde ſuâ ſponte ceſſit vir cœteroquin tam in Hiſtoricis, quàm in Polemicis apprimè verſatus, atque ipſum talem verè fuiſſe, comprobant ipſius manuſcripta quamplurima ſanè lectu digniſſima hodiedùm pretioſè habita.

50. Martinus Stimpfle ex Priore Imperialis Monaſterii Elchingenſis poſt integrum vacantis Abbatiæ triennium Anno 1614. menſe Octobri tiarâ Abbatiali apud Fueſſenſes redimitus officio ſuo nobiliſſimè conſtitit, etſi continuis triſtium temporum ac bellorum injuriis miſerrimè laceſſitus, ſiquidem millenis hujuscemodi caſibus infauſtis magnanimiter ſufferendis, ipſe conſtantiſſimus juxta ſimul diſciplinæ regulari innocuè ſervandæ per omnia ſolers intendit molliciem victûs ac veſtitus nunquàm non terribiliter exoſus; in choro etiam quamvis jam ſenex diu nocturque etiam brumali tempore rigidiſſimo primus & noviſſimus ſuis ſeſe ſpectandum præbuit, quousque ætate ſenectâ prohibitus, & vel invitus à ſocietate pſallentium in unum abfuit, piæ tamen conſuetudini morem gerens quotidiè ad horarias preces matutinas cum reliquis de nocte ſurrexit, ac duas plerumque horas, imò & ampliùs, ſacræ Orationi ſedulus impendit. Reſtant ab ipſo M. SS. quamplurima tum ſacra, tùm profana religioſæ poſteritati vel maximè proficua, atque hæc inter aſcetica quædam juriſpublici facta, prout ſunt vita S. Magni primi Abbatis Fueſſenſis Anno 1665. typo Campidonenſi in 12. Germanicè vulgata &c.

51. Benedictus Agricola patriâ Füeſſenſis electus Anno 1661. claruit in diebus ſuis ſingulari pietate & laudatiſſimo œconomiæ ſtudio, tùm etiam religioſâ frugalitate victûs & amictûs pientiſſimo prædeceſſori ſuo peromnia ſimillimus; VirginemDeiparam unicè coluit, qui & ad ſacram ædem ipſius tùm Eremitanam apud Helvetios tùm Lauretanam in Piceno illam quotannis, hanc verò vel ſemel durante Abbatiæ ſuæ regimine devotâ ſuplicatione pedeſter inviſit; demùm viribus corporis & ætate feſſus ſpontaneâ Abbatiæ ceſſione requievit à laboribus ſuis paulò pôſt pientiſſimè mortuus & ſepultus die 26. Julii An. 1696.

52. Gerardus Oberleuttner ex Reichenhall Bavariæ Superioris oppido ad Sulam fluvium conſpicuo progenitus Anno 1696. optatis Capitularium ſuffragantium votis Abbatiæ vacantis ſolio ſuperimpoſitus hodie rebus feliciter præeſt ac prodeſt, & ut ſic in ævum conſtantiſſimè fiat ac perennet, ardentiſſimum omnium bonorum commune votum nobiſcum eſt.

FAUCENSE

FLoret etiamnùm in eodem epiſcopali oppido Faucenſi ſeu Fieſſenſi venerabile quodam Fratrum Minorum (qui communiter *Diſcalceati*, ſeu etiam *Reformati* nuncupanrur) Ordinis S. Franciſci Cœnobium: cui recèns condendo fundi Dominus Henricus à Knöringen S. R. J. Princeps & Epiſcopus Auguſtanus locum & aream competentem aſſignavit Anno 1629. die 15. Septembris, ex quo tempore novum hoc aſceterium cum ſuo (quod proprium ſibi conjunctum habet) templo præter omnem ſpem celeriùs erexit utpotè neceſſariis (uti vulgò vocant) materiis, putâ lignis, lapidibus &c. in citiorem

operis

operis conſummationem ultroneè quaſi ſeſe palàm offerentibus, quod utique non niſi de ſingulari Dei benedictione factum eſt, haud ſine manifeſto prodigio cunctis ſimul adſtantibus ac videntibus coram inſolitam rei novitatem oppidò mirantibus.

Anno 1632. militaris Suecorum exercitus præfatâ urbe Füeſſenſi jure belli potitus, confeſtim etiam religioſiſſimum iſtud Franciſcanum Cœnobium penitiſſimè ſpoliavit: cujus tamen, ſarta tecta templi & apertinentis clauſtri quomodolibet infringi neutiquàm infringi paſſus eſt ille, qui niſi ipſemet cuſtodierit civitatem, fruſtrà vigilat, qui cuſtodit eam Pſal. 126. ver. v. ſiquidem toto (quoad miles Suecicus Fieſſum & adjacens omne territorium potenter inſedit) tempore nulli ipſorum hoſtium penetralia memorati Franciſcani Cœnobii hujus de ſerâ nocte ſubire licuit; dum ſcilicet pro vivis abſentibus nunquàm non excubias egerunt vigiles mortui, ipſi ſcilicet pii Religioſorum manes è tumulis egreſſi: qui ſacrilegos inſidiatores & latrunculos nimio terrore perculſos abſterruerunt omnes, quippè terribiles nimis omnibus facti.

Supereſt etiamnum & religioſiſſimo cultui fidelium ampliùs adaugendo juſtiſſimè ſervatur ligneum quoddam ſaluciferæ Crucis Dominicæ ſimulachrum, quod ipſum cum ſacrâ Seraphicâ coloniâ ſuâ prætacto anno 1629. Fieſſàm ingreſſus, ac ſub hujusmodi vexillo depoſthac ſtrenuè pugnaturus manu propriâ ſuis prætulit primus loci Quardianus R. P. Henricus Sifridus, hoc inquam figuratum noſtræ ſalutis pretium quamvis durante bello Suecico haud ſine maxima numinis blaſphemiâ flammis igneis injectum fuerit, iſtud tamen omninò non tetigit ignis, neque contriſtavit, aut quicquam moleſtiæ intulit præter puſtulas aliquot in corpore Servatoris Crucifixi: quaſi in carne hominis ignibus aduſti recèns obortas, hodiedùm vix ſine devotis contuentium lachrymis adſpectandas.

Pace publicâ ſub annum 1648. Germaniæ noſtræ redditâ memoratum Franciſcanum hoc S. Stephani templum variis multorum annorum ſordibus hactenùs obfucatum, jamque rei divinæ quantocyùs in integrum reſtituendæ, non niſi plurimo labore ſolerter impendendo, repurgari viſum unicâ nocte ſe ſolo omni ex parte mundiſſimè fuit emundatum & albedine puriſſimâ ab inviſibili manu parietibus illius per totum ſuperinductâ novam omninò faciem induit; quod ipſum atteſtatur etiam Fortunatus Hueber fol. 709. recenſita hæc ſimpliciter itidem enumerans ſub hujusmodi tenore: Zu Fieſſen / in Algöw / hat der Augſpurgiſche Fürſt und Biſchoff Henricus von Knöringen / an dem eylfften Tag des Herbſt-Monats im Jahr 1629. denen Franciſcanern einen Sitz zum Cloſter-Bau ausgezeichnet / in der Ehr des Heil. Ertz-Martyrers Stephani, den Baw hat man vor dem Schwediſchen Einfall eylfertig fortgeſetzet / darzu GOtt ſein Hülff und Wohlgefallen erzeiget / da in Abgang der Steinen / von einem hohen Felſen die Bruſt ohne jemands Schaden herab gefallen / ſich zerbrocket / und in einen gelegenen Steinhauffen zuſammen geloffen / darvon die Kirchen und das Cloſter gar leichtlich ſeind erbauen worden. So lang der Cloſter-Bau gewähret / hat man des beſten Sands genug ohne Verhinderung aus den Lechflus abholen können. So hat auch der Bruder Maffæus von Coblentz / ſambt Mann / Roß und Wagen / die Gefahr der Zerquetſchung eines herabfallenden Felſens wunderlich geſtellet. Als man nach der Schwediſchen Verwüſtung wolte die von den Schweden abgeruſegte Kirch ausweiſſen / iſt ſelbige über Nacht ohne Maurer und Weißen wunderbarlich geſäubert / uñ in den alten Stand geſetzt worden. Item infrà fol. 809. Als die Schweden zu Fießen im Algow im Jahr 1632. eingebrochen / haben ſich in dem Franciſcaner-Cloſter zwey merckliche Ding begeben. Erſtlich ware das arme Franciſcaner-Cloſter biß auf einen Pfennig werth ausgeraubet / und hat ſich jederman mit der nothwendigen Flucht erhalten / kein eyſernen Nagel oder Band haben die Rauber an der Mauer ſtehen laſſen.

Bey

Bey der Nacht dörffte kein Menſch in das verlaſſne Franciſcaner = Cloſter gehen/ dann es kamen die abgeſtorbene Brüder / und jagten jederman heraus / dahero die Schweden ſagten. Man ſolte den Teuffels-Mönch in ihren Kappen nicht trauen. Fürs zweyte/haben die Schweden das jenige Crucifix / welches der P. Henricus Seyfrid in dem erſten Eintritt ſeinen Brüdern hat vorgetragen/ zwar ins Fewr geworffen/ ſelbiges aber iſt nicht verbronnen/ ſondern ſeint nur ſchwartze Blatteren/ als wie einem gebrennten Menſchen / aufgefahren.

FAUCENSE.

HOſpitium ſeu reſidentia Societatis JEſu authore altefato zeloſiſſimo Antiſtite Henrico Epiſcopo Auguſtano ſub initium hujus deſinentis ſeculi noſtri in oppido Fieſſenſi conſtituta duravit ad annum usque 1627. quandò nimirùm religioſiſſimi alumni ſedibus & ædibus ſuis iſthic loci ſponte relictis translati fuerunt ad imperialem urbem Kauffbeurenſem; de quo pluribus ſuo loco conſtabit infrà. Unde Stengelius Abbas in ſæpecitatâ (quam ad Commentarium ſuum rerum Auguſtanarum A. 1650. typis vulgavit) Mantiſsâ tunc temporis eandem Fieſſenſem Reſidentiam inquilinis religioſis omninò vacâſſe ſcribit cap. 6. fol. 16.

FAURNDOWENSE.

SEu in Faurndow (quod eſt pagus Wirtenbergicus diœceſis Conſtantienſis ruralis verò Decanatûs Göppingenſis nominatus apud Cruſium in Paralip. ad annales Sueviæ cap. 24. fol. 100.) Collegium Canonicorum ſecularium, in communi tamen ſub uno quondam Præpoſito viventium ſecundùm regulam ſeu inſtitutum ſuprà Lit. A. V. *Auracenſe* breviter per nos explicatum. Crediderim ego fundi Dominos antiquos nobiles de Zilnhart in Faurndow commoratos Canonici Collegii hujus jam pridem ab hæreticis extincti fuiſſe fundatores: quorum equeſtris familiæ inter Suevos vetuſtiſſimæ atque (uti loquitur Bucelinus part. 4. fol. 319.) nobiliſſimæ fragmentum ſtemmatographicum affert Bucelinus citatus: quod idem etiam facit Lazius de migrat. gent. lib. 7. fol. 743. ubi tamen iſtud perperàm inter Bavaros apponit.

FEUCHTWANGENSE.

SEu Collegium Canonicorum ſecularium in Feuchtwang, quod eſt oppidum in forenſi ditione Sereniſſimi Principis ſeu Marchionis Brandenburgico - Onolsbacenſis infra limites tamen diœceſis Auguſtanæ & in infimo Sueviæ tractu vulgò der Hanen-Kamm Franconibus contermino ſituatum, idem tamen jam dudùm (fortiter urgente Principe terræ) acatholicum & meriſſimè Lutheranizatum; de quo proin Feuchtwangenſi Collegio quicquàm hîc referre (obſiſtente hæreſi) non habemus, præter inane nomen illius ab Abbate Stengelio citati cap. 5. fol. 12. taliter annotatum: *Eccleſia Collegiata B. Mariæ Virginis in Feuchtwang oppido Marchionatûs Brandenburgici nunc Lutherana.*

✻ FREMERSPERGENSE.

MOnaſteriumFranciſcanumProvinciæ Argentinenſis, politicæ verò juriſdictionis Marchio - Badenſis inter mille millena pericula moderni diſturbii bellici vel ſecundùm muros ſuos clauſtrales ab infeſtatione & furore circumcurſitantium Gallorum usq; hactenùs ſervatum, utcunque ſaltem de præſenti

ſenti floret operâ Fortunati Hueber de primogenio ortu & progreſſu ſuo deſcriptum in Chronico Franciſcano fol. 483. prout ſequitur: Fremersberg zwiſchen Marggraff Baaden und Steinach / ware anfänglich von einem andächtigen Wald-Bruder bewohnet/ welcher zu Ehren der allerheiligſten Mutter GOttes / und der heiligſten Jungfrauen und Martyrin Urſula eine kleine Capellen ſamt einem Altar auf der Seiten des Bergs im Jahr 1411. aufgerichtet. Er ware keinem gewiſſen Ordens-Stand verpflichtet/ jedoch in einem ſo gottſeeligen Anſehen/ daß etliche fromme Männer in ſein Geſellſchafft ſich ergeben haben; dahero er mit Verwilligung ſeines Biſchoffs aus dem zuſammen getragnen Allmoſen der Chriſtglaubigen / ein gröſſere Clauſen zur Wohnung / und ein gröſſere Capellen zum Gebet hat aufgerichtet/ ums Jahr 1415. Uber ein Zeit ſtirbt dieſer Bruder Heinrich / der Herr Marggraff von Baaden Jacobus übergibt und ſchenckt die Clauſen dem P. Nicolaus Caroli, als damahligen Provincial-Vicarien über die ober-teutſche Obſervanten/ ums Jahr 1451. dieſer Marggraff Jacobus hat zwar die Obſervanten zu Pfortzheim eingeführt / weilen er aber im Jahr 1453. die Schuld der Natur bezahlt/ als hat er ſeinen Hochfürſtl. Nachkömmlingen die gnädigſte Lieb gegen dem Franciſcaner-Orden in ſeinem Teſtament anbefohlen; wie dann meiſtens durch deren Herren Marggrafen mildreicheſte Beyhülff ſelbiges Clöſterlein zu Fremersberg an den Gebäu zu ſeiner Vollkommenheit geſtiegen iſt.

Item infrà fol. 706. Zu Fremersberg haben die Franciſcaner umbs Jahr 1621. und 1633. ihr Clöſterlein müſſen ein Zeitlang von fern anſehen/ weilen die ſchwehre Kriegs-Zeiten und der Herr Marggraff Friederich von Durlach ſehr hitzig wider die Catholiſche verfahren ſeind. Dieſes Clöſterlein iſt dermahlen ſehr bawfällig/ und beruhet ein grundbawliche Erneurung. Sonſten aber würcken die Inwohner an der Seelen-Frucht viel lobwürdiges und gutes.

FRIBURGENSE.

MOnaſterium Canonicorum Regularium S. Auguſtini diœceſis Conſtantienſis Friburgi potiſſimo Briſgoviæ oppido ſumpſit initium An. 1300. authore nobili viro Ivone (aliis Joanne) Waldkirchio ſeu Amman de Waldkirch communiter appellato: qui ad Eccleſiam ſub titulo & invocatione omnium Sanctorum recèns à ſe conſtructam introduxit viros religioſos è Canoniâ Marbacenſi diœceſis Baſileenſis in ſuperiori Alſatiâ deſumptos Wernherum & Hieronymum: è quibus unum conſtituit in proprium loci Præpoſitum: cujus præceptis ac monitis morem gerens conſtructo quantocyùs Cœnobio idem Ivo Chriſtianæ militiæ tyrocinium ſubiens ſpreto mundano faſtu ſacrum canonicæ religionis habitum avidiſſimè ſuſcepit, ac reliquum vitæ ſub ſuavi jugo obedientiæ devotus in clauſtro tranſegit, tandem in Domino piiſſimè demortuus ad annum 1317. qualiter oſtendit Epitaphium illius, quod legitur apud Cruſium in annal. Sueviæ part. 3. lib. 4. cap. 4. & ſic habet: *Anno 1317. obiit Ivo dictus Amman de Waldkirch miles, hujus Collegii fundator & Converſus.*

Sed quod res eſt, hîc maximè notandum primitùs Terapeutas quosdam iſthic loci ſubſtitiſſe, eosque vulgò die Sack-Brüder nuncupari ſolitos in vetuſtis quibus litteris hodiedùm integerrimè ſervatis vocatos fuiſſe Fratres de Pœnitentiâ: quorum Inſtituto & communi vivendi modo aliquando etiam fœminas hinc inde in Sueviâ noſtrâ fuiſſe legaliter addictas oſtendit bonus Iſraelita ſine dolo Felix Faber Ord. Prædicatorum in ſuâ Hiſtoriâ Suevorum lib. 2. cap. 8. ubi ſic ait: *Multa Monaſteria ſunt incorporata Ordini Prædicatorum, quæ tamen longè ante S. Dominicum ſub regulâ S. Auguſtini vivebant, & ſorores de Pœnitentiâ dicebantur.*

Cœterùm nova Præpoſitura hæc Omnium Sanctorum intitulata, mox abinitio primæ fundationis ſuæ ob magnas diſcordias & funeſta bella inter

Illuſtriſſimos comites & oppidanos Friburgenſes agitata, graviter admodùm periclitari cœpit; unde ſpecialis cura illius de futuro habenda à loci ordinario demandata fuit Abbati Creuzlingenſi per proprias litteras An. 1312. datas ſub hujusmodi tenore: *Eberhardus Dei gratiâ Conſtantienſis Epiſcopus omnibus præſentes litteras inſpecturis Scriptorum notitiam cum plurimâ ſalute. Suadet æquitas, hortatur ratio, quatenùs permittitur ut ſolicitudine noſtri paſtoralis officii ad conſervandum & ſolidandum plantationes novellas ſub inſtitutione regularis diſciplinæ ordinatas, divinitus vel inſtaurandas ferventibus affectibus intendamus, cùm Eccleſiam pro religionis augmento ſumma ratio interpellat. Attendentes itaq; quòd Præpoſitura & Collegium Monaſterii omnium Sanctorum in Friburgo ſub Ordine Canonicorum Regularium degentium in loco, qui dicitur* der Sack-Brüder Haus *de conſenſu expreſſo & voluntate quondam Henrici Dei gratiâ prædeceſſoris noſtri initiata, plantata & dotata, his redditibus, quibus dos conſtitui poterat, prout dotantibus posſibilitas inſtigante divino ſpiritu aderat & competebat ſubſiſtere non posſit commodè per ſe propter tenuitatem reddituum & propter regularis diſciplinæ ac correctionis defectum ſine aliquo, qui unà cum Præpoſito dicti Monaſterii proteſtatem habeat tam in ſpiritualibus quàm temporalibus ſalubriter diſponendi. Ad petitionem igitur Præpoſiti & Fratrum loci prædicti defectum præhabitum claris oculis intuentibus, & in arcanis cordium ſuorum jugi meditatione reſolventibus, quòd ſine regimine præhabito idem locus non posſit ſubſiſtere, & in ſpiritualibus aut temporalibus recipere incrementum locum prædictum & Monaſterium ac perſonas ejusdem tam præſentes quàm futuras Abbati, qui nunc eſt, aut quicunq; pro tempore fuerit Monaſterii de Creuzlingen extra muros Conſtantiæ annectimus & applicamus de conſenſu expreſſo Capituli Eccleſiæ noſtræ Conſtantienſis, & in perpetuum unimus, pro nobis noſtrisq; ſucceſſoribus & Eccleſiæ Conſtantienſis, quo ad ea, quæ ſubſcripta ſunt, videlicet ut cedente vel decedente Præpoſito ipſius Monaſterii omnium Sanctorum, qui nunc eſt, vel quicunq; pro tempore fuerit Abbas dicti Monaſterii in Creuzlingen in eodem poteſtatem habeat plenam eidem Monaſterio ordinandi ſeu præficiendi aliquem de gremio ejusdem Monaſterii Omnium Sanctorum, ſi ibidem repertus fuerit idoneus, alioquin de gremio ſui Monaſterii de Creuzlingen vel aliunde aliquem idoneum, in Præpoſitum nobisq; aut ſucceſſoribus noſtris, ſi inventus fuerit idoneus ad ipſius regimen præpoſituræ munus accipiat confirmationis præſtiturus nobis noſtrisq; ſucceſſoribus juramentum prout in litterâ primâ inſtitutionis dictorum Præpoſiti & Collegii continetur. Item ſi Præpoſitus dicti Monaſterii Omnium Sanctorum in Friburgo, qui nunc eſt aut pro tempore fuerit aliquos de ſuis confratribus incorrigibiles aut inobedientes invenerit, & in negotiis aut tractatibus tùm in ſpiritualibus, aut in temporalibus aliquam dignam correctionem inciderit, quem per ſe & ſolus corrigere non poſſet, tunc ad requiſitionem dicti Præpoſiti Monaſterii Omnium Sanctorum dictus Dominus Abbas Monaſterii in Creuzlingen veniat itidem, & unà cum Præpoſito Monaſterii Omnium Sanctorum corrigenda corriget, emenda emendet, & reformanda reformet ſalubriter cum effectu. Item quòd ſapè dictus Præpoſitus & Collegium ſæpe memorati Monaſterii Omnium Sanctorum, qui nunc eſt, & qui pro tempore fuerit, non habeat poteſtatem aliquam vendendi vel alienandi quicquam de ſuo Monaſterio Omnium Sanctorum ſine dicti Domini Abbatis de Creuzlingen conſenſu adhibito expreſſo, & favore, & ex causâ rationabili interveniente. Et evidentiam præmiſſorum has litteras conſcribi fecimus, & ſigillorum noſtrorum noſtriq; Capituli Eccleſiæ Conſtantienſis præmisſis omnibus conſenſum noſtrum expreſſum & voluntarium impertimur appendentes in hujus facti evidentiam ſigillum noſtrum. Datum & actum &c.*

Anno 1370. Monaſterii hujus Friburgenſis fundatio, quia ſe ſolâ ſeu propriis viribus ampliùs ſubſiſtere haud potuit, Abbatiæ Hercinianæ vulgò *Cella S. Mariæ* nuncupatæ id temporis pariter agonizanti, fuit addita & incorporata; unde duobus Monaſteriis iſtis deinceps ſimul & ſemel præfuiſſe leguntur antiſtites ſacri numero & Ordine ſequentes.

Bertholdus Abbas Cellæ S. Mariæ idem Præpoſitus Friburgenſis.

Joan-

Joannes II. hujus nominis Abbas Cellæ S. Mariæ Anno 1390.

Joannes III. Anno 1418.

Rudolphus I. Anno 1431.

Petrus Anno 1438.

Antonius Anno 1442.

Rudolphus II. Anno 1451.

Joannes IV. Anno 1452.

Joannes V. præfuit usque ad annum 1472.

Erhardus Electus Anno 1474.

Lucas obiit Anno 1518.

Leonardus ultimus omnium titulo & nomine Abbatis Cellæ S. Mariæ uſus deceſſit mortuus An. 1537.

Matthæus Haberkalt religioſis Canonicis vel omninò nullis vel perpaucis ſolùm in Canoniâ iſtâ Friburgenſi reſiduis adminiſtrator illius conſtitutus rei curam geſſit usque ad annum 1537. quo currente diem ſuum obiit, nec unico quidem clauſtrali Canonico poſt ſe relicto.

Henricus à Jeſtetten J. V. D. Monachus Ordinis S. Benedicti & quondam Abbas Monaſterii Neoſtadienſis ad Mœnum, cùm (injuriâ temporum an deſidiâ hominum) res eò miſeriæ deveniſſet, ut Canonicis regularibus omnibus extinctis titulus & dignitas Prælaturæ quaſi jamjam ad alienos deveneric, adminiſtratoris officium An. 1546. in Commendam accepit & (exemplo planè cunctis admirando) Ordinem Canonicum ſat diu hactenùs exulantem poſtliminiò reduxit, quatuor ſcilicet Candidatis ad profeſſionem canonicam receptis: è quibus (ipſo Henrico ſpontè ſuâ ſeſe poſtmodùm abdicante) unus in dictâ adminiſtratione legitimè ſucceſſit, quique fuit proximè ſequens.

Michael Pentelin usque ad annum 1574. pro poſſe ſaltem rebus afflictis mederi totis viribus intentus.

Udalricus Stehlin Acronianus vir magni ingenii & raræ eloquentiæ poſt reſignationem ſuam An. 1609. ſpontaneè factam plenus dierum in Domino mortuus & ſepultus die 22. Decembris Anno 1611.

Jacobus Geiger Acronianus ex Langenargen oppido progenitus ex Imperiali Collegio ad Prælaturam Friburgenſem Omnium Sanctorum poſtulatur die 10. Novembris An. 1609. diſciplinam religioſam egregiè reſtituit novis conſtitutionibus in id datis, æs alienum omninò diluit, ac quæque plura alia laudatiſſimè perfecit, tandemq; ſenio debilitatus requievit, terreſtrem mortalitatem exutus ætatis ſuæ anno 65. die 6. Julii An. 1635.

Conradus Heuni ex Engen oppido Hegoviæ natus, urgente perſecutione Suecicâ in Auſtriam deportatus, ibidem exul defecit Anno 1647. deſolato prorsùs interim Monaſterio octo vel novem annis.

Chriſtophorus Angerer ex Stocken villâ Turgoviæ, Canonicus Creuzlingen, à tribus adhuc ſuperſtitibus Canonicis Capitularibus Omnium Sanctorum univocè poſtulatus, ſcientiâ, ſedulitate & induſtriâ rarâ præclarus cultum divinum, ut & reliquum Oeconomiæ ſtatum egregiè reſtituit, ſed & in dies magis & magis cuncta perficere ſagaciter intendit, quousque ad plures abiit ætatis ſuæ An. 56. Chriſti verò 1675. die 12. Octobris.

Georgius Comath natione Helvetus patriâ Raperswilanus triſtis admodùm & invitus aſpicere debuit omnimodam (ex quo Friburgum An. 1677. à Gallis fuit hoſtiliter occupatum) Monaſterii ſui demolitionem, ita ut non remaneret lapis ſuper lapidem, toto regulari clauſtro ſub novis munitionum aggeribus ſepulto. Deceſſit ætatis ſuæ An. 42. gratiæ 1682. die 24. Auguſti.

Adamus Schmid natus Briſacenſis, civis tamen Friburgenſis, vel invitus ad venerabilem Canoniam iſtam genuino Ordini ſuo ſervandam die 23. Novembris An. 1682. præficitur. Præſul quidem optimus, eò tamen miſerior, quòd nedùm locum, ubi denuò ſtabilem ſedem figere poſſit, certum habeat; fortè tamen jam haberet, ſi (ut altùm ipſe conqueritur) illi ſaltem, quorum æquè multùm intereſt ac ſuâs manum adjutricem porrigerent, ſicut alii ſibi ſimilibus in ſimili perturbato ſtatu conſtitutis promptiſſimè faciunt &c. Dii meliora ferant Reverendiſſimæ amplitudini ſuæ & opem, ut ad hocce Monaſterium ſuum quantocyùs reſtituendum ubi ubi tandem *miſericordiam conſequatur & gratiam inveniat in auxilio opportuno.* 4. Heb. 14.

❋FRIBURGENSE

RElgioſiſſimum ſacri Cartuſiani Ordinis domicilium apud Friburgenſes Mons S. Joannis Baptiſtæ communiter intitulatum pientiſſimis ejusdem Inſtituti Terapeutis hodiedùm omninò ſalvum & integrum primitùs exortum eſt Anno 1347. de ſinglari liberalitate ſpectabilis admodùm viri inter ſuos honoratiſſimi Joannis Sucalin aliàs Greſſet appellati officio Conſulis ſeu Civium (uti vocant) Magiſtri nummis opibusque mundanis oppidò ditati: qui pro talibus æternas divitias mercaturus ſacrâ quâdam prodigalitate in fundandâ riteque coordinandâ Cartuſiâ hâc Friburgenſi dilapidavit omnem ſubſtantiam ſuam, pro eâ cum fœnore in reſurrectione mortuorum recepturus (ſponſore Deo) vitam æternam.

❋FRIBURGENSE

EXordia Monaſterii (quod etiamnum apud Friburgenſes floret) Fratrum Prædicatorum Ordinis S. Dominici P. Fridericus Steil SS. Theologiæ Profeſſor & pro tempore Prior Herbipolenſis in ſuis Ephem. Dominicano-Sacris Anno 1691. Dilingæ in 4. editis part. 1. die 2. Februarii fol. 198. taliter exhibet annotata: Im Jahr 1236. ſeynd unſere Patres von den 24. Raths-Herren und der gantzen Burgerſchafft / mit Zuthun Herren Rudolphi, Statt-Pfarrers der Statt Freyburg / daſelbſt ein- und angenommen worden / wie folgende Schrifften weiſen: Univerſis præſentem paginam inſpecturis 24. Conſules & Civium Univerſitas in Friburg ſalutem in vero ſalutari: Univerſitati veſtræ præſentium inſinuatione ſignificamus, quod Fratres Ord. Præd. quos ſinguli & univerſi multâ in Domino amplectimur charitate, præſumentes firmiter eorum vitâ & prædicatione inſtrui, intra civitatem noſtram Friburg, unà cum plebe ipſius Civitatis vocavimus ad manendum. Quare, ut poſteri noſtri dictis Fratribus ampliorem affectum cum operis exhibitione demonſtrent, præſens ſcriptum ſigilli noſtri appenſione communimus. Anno Dom. 1236. menſe Decembri Dominica *Gaudete*.

Item: Rudolphus Plebanus de Friburg Univerſis præſentem paginam inſpecturis ſalutem æternam. Univerſitati veſtræ ſignificavimus, quod nos dilectos fratres noſtros Prædicatores infra Parochiam de Friburg admittimus ad manendum, ſalvo jure ejusdem Eccleſiæ, & ſalvis privilegiis & libertatibus Ordinis Fratrum eorundem, in cujus rei teſtimonium præſentem chartulam ſigillo noſtro roboramus. Dat. Anno Dom. 1236.

❋FRIBURGENSE

HAbent etiam RR. PP. Eremitæ Auguſtiniani proprium quendam Provinciæ ſuæ (uti vocant) Rheno-Suevicæ Conventum usque hactenùs Friburgi ſalvum & integrum, quamvis iſtum pariter de primâ ſeu genuinâ origine ſuâ nec difficulter quidem in diebus noſtris inquirendum. Duobus abhinc circiter ſeculis Monaſterium iſtud Auguſtinianum plurimùm illuſtravit, qui ſingulare decus & ornamentum illius tùm temporis extitit Tilmannus Limpruger ſive Tilemannus Limpiger de Moguntiâ SS. Theologiæ Doctor, virtutibus ſacris deditiſſimus, qui An. 1488. Prior Friburgenſis, tùm Anno. 1490. Præſes Capituli Provincialis, atque Anno 1491. ſupremus Miniſter provincialis evaſit, ac demùm pro meritis ampliùs honoratus, atque Anno 1493. Epiſcopus Hipponenſis ſimul ac Suffraganeus Baſileenſis authoritate Apoſtolicâ conſtitutus, talisque adhuc Anno 1500. in officio præclaras Reverendiſſimo ac Illuſtriſſimo Domino ſuo S. R. J. Principi & Epiſcopo Baſileenſi Caſparo de Rhein 63. Epiſcopo Baſileenſi ſedulus inſervivit, teſte Philippo Elſio in Encomiaſtico Auguſtiniano fol. 665.

FRI-

❀FRIBURGENSE.

ALiàs *Cella S. Mariæ* nuncupatum RR. PP. Ordinis S. Guilielmi Cœnobium de primo ſui exordio nondùm nobis revelatum intra muros Friburgenſes continuò duravit usque ad ſuprà memoratum annum 1677. quo currente miles Gallicus (ut audivimus) arcem & Urbem Friburgenſem callidâ proditione an expugnatione ſui juris fecit ; ex tunc enim religioſiſſimi aſcetæ iſti Guilielmitæ nunquàm non Sereniſſimæ Domui Auſtriacæ fideles & addictiſſimi, econtrà verò jugum Gallicum cane pejùs & angue terribiliter exoſi, priſtinâ manſione ſuâ de unanimi conſilio ſpontè derelictâ diſceſſerunt ad proprium fundum ſuum & vicinum pagum Oberriethenſem in territorio Auſtriaco ſituatum ; ubi novum (quod etiamnùm ſtabiliter inhabitant) excitârunt ſibi clauſtrale domicilium.

❀FRIBURGENSE

COœnobium RR.PP. Franciſcanorum : cujus inter ea, quæ de ſacro Seraphico Ordine Minorum antiquiora ſunt, expreſsè meminit Baſilea ſacra fol. 223. ubi ſic habet : *Per eadem tempora* (circa annum 1215.) *Seraphicum S. Franciſci Inſtitutum amplexi* (fuerunt) *& doctrinâ & auſteritate vitæ conſpicui. Patres ſedem Baſileæ fixerunt, & Ezelini cujusdam beneficentiâ, uti tradit Stumpfius, aſſignatus eis Pirſen locus ubi nobile templum aſſurgere fecit piorum liberalitas. Quod etiam à cathedralis Eccleſiæ Majeſtate haud procul recederet. Ipſum verò Monaſterium, ob ſuam, credo amplitudinem & incolarum numerum Cuſtodiæ (vulgò Quardiani) nomen accepit, in quo, qui præeſſet, etiam alias plures curæ ſuæ commiſſas domos adminiſtraret. Hujusmodi certè cuſtodias per orbem Chriſtianum jam recenſebat ætate ſuâ Bartholomæus de Piſis An. 1380. mille & quingentas. Provincia Germaniæ ſolum quinque numerabat Cuſtodias, Rhenanam, Argentoratenſem, Baſileenſem, Podamicam, Suevicam & Bavaricam. Baſileenſi ſuberant Monaſteria Thaunenſe, Friburgenſe in Brisgoviâ &c. &c.*

Fortunatus Hueber de Friburgenſi hoc (quod primùm RR. PP. Conventuales incoluerunt, inde verò ſtrictioris obſervantiæ alumni Provinciæ Argentinentis locum obtinuerunt temporibus noſtris Provinciæ Tirolenſi ſubditum) Monaſterio fol. 42. refert ſequentia: Freyburg in Breiſgow/zuvor Oeſterreichiſch/dermahlen aber zu der Cron Franckreich gehörig/und von ſeiner uhralten hohen Schul ſehr berühmbt/hat ſchon im Jahr 1226. eben da der heylige Seraphiſche Vatter Franciſcus ſeinen Geiſt in Geſtalt eines glantzenden Sterns nach den Him̃el geſchickt/den Franciſcaner-Orden angenom̃en/und für ſelbigen an S. Martins-Kirchen ein annemblichesund wohlſtändiges Cloſter gebaut / Pabſt Gregorius IX. welcher im Jahr 1227. zu Rom auff S. Petri Stuel geſetzt worden / hat zu Perus/im zweyten Jahr ſeines Pabſtumbs/durch ein Breve, ſo anfangt Cùm dilectiſſimi filii Fratres Minores &c. einem Biſchoff von Coſtantz anbefohlen / die Franciſcaner Kirchweyh zu Freyburg ungehindert zu beſchleinigen. Damit ſelbige denen feindſeeligen Laſter-Mäuleren entzogen/und nit mehr der Juden Synagog köndte Spott-weis benambſt werden.

Ein Graff von Freyburg und ein Edle Fraw Mechtildis Muchterin haben im Jahr 1242. denen Franciſcaneren/mit Erlaubnus des Biſchoffs Heinrichs von Coſtantz/S. Martins-Kirch und den Cloſter-Zirck erweitert. Was Innocentius IV. und andere hochgeiſtliche Vorſteher für Ablaß ertheilt denen Helfferen / wirdet in Vereinigung der lauffenden uhralten Jahr-Zeiten bekräfftiget. Conzaga meldet/es laſſe ſich nit leichtlich glauben/ was für vornehmer Helden Edle und Ritters-Leuth allda zu Freyburg den armen Franciſcaner-Orden wegen der Verheiſſung und Nachfolgung Chriſti haben eingetretten. Item Fol. 618. zu Freyburg in Breiſgow hat der erwöhlte Keyſer Maximilianus I. von dem Pabſt Leone X. ausgewürcket/daß die Conventualen aus ihrem Cloſter abgedanckt/die Obſervanten aber ſolten eingeführt werdẽ/die Ubergaab geſchahe im Jahr 1515. den 6. Auguſt-Monath von einem Herrn Benedictiner-Prälaten / von einem Herrn Probſten in Waldkirch / und noch von

einem Herrn Johann Wider / denen Herr Laurentius Campegii Biſchoff zu Felteren aus Päbſtlichen hohen Gewalt dieſe Commiſſion hat anbefohlen. Diſe Uberreichung aber ware ſehr hitzig durchgebracht / weilen die Conventualen mit allem Gewalt und Ernſt ihr Cloſter behaupten wolten. An ſtatt der Keyſ. Seiten ware gegenwärtig Herr Leo von Stauffen Statthalter zu Enſisheim ſambt dem gantzen Adel / die gantze Hohe Schul / Burgermeiſter und Rath / alle Zunfft-Maiſter und von der Burgerſchafft ein gewaffnete Macht. Von denen Obſervanten hat ſich aus Päbſtlichen Befelch eingeſtellt P. Caſpar Schazger Provincial in der Straſſburger Provinz, deme die vornehmſte Provintz-Vätter und etliche Quardianen ſeind beygeſtanden / als P. Bartholomæus Weyer Guardian zu Baſel. P. Joannes Macheiſen Guardian zu Nürnberg. P. Wendelinus von Luterburg Guardian zu Zaberen. P. Michael Frieß Quardian zu Ulm. P. Wernerus Zathmar Guardian zu Tübingen. So ſeind auch damahl von denen Obſervanten zu Freyburg in Breiſgow eingeſetzt worden / der erſte Quardian der vorgemelte P. Wernerus, der erſte Prediger P. Henricus Caſtner / der erſte Lector SS. Theologiæ P. Joannes Hafenbach ſambt zwaintzig anderen Ordens-Brüderen / welche die erſte Mühe / Kümmernus / Verfolgung und Härtigkeit haben bitterlich müſſen verkochen und ausſtehen; weilen die Conventualen länger als ein Jahr mit Klag-Schreiben / Schmach-Reden / Nachſtellungen / Gewalts-Anlegungen und Gerichts-Forderungen bey allen Höffen und Gerichten / bey Pabſt und Keyſer / bey hohen und nideren Stands-Perſonen / wider die Eintrettung deren Obſervanten zwar jämmerlich / aber vergebens / proteſtirt und ſich bemühet haben / ihr entlaſſnes Cloſter denen Obſervanten wiederumb abzutreiben. Fol. 639. zu Freyburg in Breiſgow iſt das Obſervanten-Cloſter von dem Jahr 1515. biß auffs Jahr 1580. bey der Straſſburger Provinz verblieben / alsdann iſt es der neu-auffgerichten Tiroler Provinz zugeeignet worden. Der geweſte Provincial P. Ruffinus Lackner / als ein wohlerfahrner Baumeiſter / hat im Jahr 1670. das Cloſter erneuet / und aus der alten baufälligen Welt in die ietzige Baw-Zierd erhebet / darzu ihme das Legat eines Freyburgiſchen Herrn Medici, ſo D. Joannes Henricus Roden geheiſſen / und zu Bozen den 22. April im Jahr Chriſti 1669. geſtorben / ergeblich geholffen hat.

❋ FRIBURGENSE

MOnaſterium RR. Patrum Ordinis Minorum S. Franciſci Capucinorũ. Huic adornando Friburgum deſtinandi petiti fuerunt memorati Patres, & à petentibus illis avidiſsimè ſuſcepti: qui tamen ipſi propter ſuam in Urbem receptionem quacunque demùm controverſiâ inter Primores tùm Magiſtratûs politici, tùm Univerſitatis ſeu Archiducalis Lycæi academici exortâ, taliter cauſati, denuò recedendi à loco deſumunt occaſionem, juxta tamen rite ſopitâ, ſi forent revocandi, reditum ſolicitantes. Toto quadriennio negotium iſtud ſiluit, ac dùm interim Rhenofelda quoque ſub annum 1595. Capucinos ſuſcepit, Friburgenſes ſaniora pariter cœperunt conſilia, ac tùm Urbis, tùm Univerſitatis antedictæ immenſo quaſi deſiderio memoratos Patres A. 1599. revocant; quocircà de prævio ſui Magiſtri Generalis conſenſu Friburgum remeant erecturi ibidem Monaſterium, pro quo quantocyùs apparando ſpontaneâ ac liberali dotatione fundum dedit prænobilis Dominus Matthæus Streit cum conthorali ſuâ Apolloniâ Hauſerin. Materialibus proin requiſitis ſeu in ædificationem neceſſariis omninò paratis R. P. Angelus Mediolanenſis ſub initium anni ſecularis 1600. fabricam auſpicatus eſt; poſteaquàm magnâ cum ſolemnitate primum poſuerat lapidem Suffraganeus Conſtantienſis Reverendiſſimus ac Perilluſtris Dominus Jacobus Mergelius Epiſcopus Sebaſtenus &c. Opus ſummâ celeritate promotum adeò feliciter increvit, ut eodem adhuc anno ſub exitum Septembris ſacro ejusdem Reverendiſſimi Antiſtitis miniſterio Eccleſia de more fuerit conſecrata in honorem Virginis Deiparæ ſine labe conceptæ.

Sede igitur Friburgi firmatâ religioſi Patres novæ hujus manſionis inquilini continuò ſtrenuam in vineâ Domini navârunt operam: quæſtum (præter lucrum animarum) planè quærentes nullum.

Singu-

ſingularem verò gratiam atque gloriam, ſed & eximium apud omnes favorem conciliabat ipſis virtus oppidò miranda ſimul ac rara vitæ ſanctimonia pientiſſimorum virorum iſtorum: quorum primus adſtruitur magnus ille Deiparæ cultor R. P. Andreas à Vigneano, quocum ſanctiſſima Virgo, quandoque viſibiliter & deambulare viſa fuit & dulciſſimè converſari.

Poſt annos, dùm præter immane bellum Suecicum peſtifera quoque lues in Friburgenſes admodùm deſæviit, dumque juſto unius anni curriculo Friburgum funera ſexies millena plùs minùs extulit, Capucini, qui civibus hactenùs pro ſuo poſſe conſtanter aderant præliantibus, ſuppetias etiam, in quantum valuerunt, promptiſſimè tulerunt cunctis abominando Epidimiæ morbo laborantibus. Inter omnes illos ſtupendo prorsùs religioſæ charitatis exemplo primus emicuit loci Quardianus R. P. Conſtantinus Schinenſis non tam ſanguine quàm virtute præclarus, qui & ipſe lethali hujuſcemodi lue fataliter intoxicatus in charitativis obſequiis multifariàm abundantiſſimè demonſtratis glorioſam mortem oppetiit: cujus innocuus ſanguis mox alios etiam fortiter animavit Elephantos; ſiquidem R. P. Eduardus aliique plures in ipſam morientium irruentes aciem eodem mortis genere perierunt, quo & ſibi coronam meritorum & toti ſacro Ordini ſuo gloriam compararunt immortalem.

Civitate Friburgenſi, tùm à Gallis diutiùs infeſſâ ſtupendum ſanè cunctis miraculum eſt, quòd cùm omnia Monaſteria ædificiaque alia quàmplura PP. Capucinis vicina funditùs everſa dirutaque fuerint, ſolum & unicum ipſorum domicilium tot inter bellicos inſultus divinâ ſub protectione ſalvum & indemne totum omninò manſerit, eò maximè, quòd haud pauci de primoribns militum hæreticorum in fatalem ruinam ferebantur cupidiſſimi. Neque caſus ſequens poſteris occultandus, contigit aliquandò duos ex religioſis Patribus præ foribus Urbis in duos incidere milites cataphractos, quorum unus hæreticus, alter verò Catholicus erat. Infremuit ille, & equo inſidens bombardâ mox in exploſionem aptatâ dæmon me rapiat, inquit, niſi binos Impoſtores iſtos neci dedero. Serio hunc alter dehortatur jocosè ſuperaddens: utique te dæmon priùs rapiet, antequàm tales occideris. Dictum, factum, nam eodem adhuc die glande plumbeâ trajectus inſanus calumniator iſte citiùs mortem invenit, quàm vitam perdidit. Tempore etiam quo miles Suecus Urbem inſedit, nonnulla referuntur accidiſſe notatu digniſſima, quæ inter & iſtud, quòd effe-ri quidam milites de copiis Vinmaro-Saxonicis præ reliquis audaciores, dùm de ſerâ nocte Cœnobium hoſtiliter diripere jamjam actualiter aggreſſi à fratre Simperto laico Venerabilis Conventûs Friburgenſis pro tempore janitore, fragore per excitatoriam (ut vocant) tabulam ſeu trabaculum mirabiliter deluſi fuerint, & nimio timore conſternati pleniſſimè rejecti.

Meſſem quoque ſpiritualem collegerunt PP. Capucini fertiliſſimam, dùm ſcilicet ex militibus hæreticis ante & poſt annum 1644. ad ovile Chriſti deduxerunt plùs minùs octuaginta, & quidem non gregarios aut obſcuri generis, ſed in officio præclaros. Scriba quidam plebejus Paſtoris heterodoxi munere defunctus ægerrimè tulit plures ſtudio & operâ dictorum Patrum abjuratâ hæreſi tranſire ad partes Catholicorum, & dehinc viris religioſis terribiliter maledixit. Factum ulciſcitur Deus; reus enim ac blaſphemus ille à malo dæmone è lecto in terram dejectus tantùm non omninò ab infernali ſpiritu fuit ſuffocatus, quouſque cum damno ſuo meliùs ſapere doctus humiliter veniam expetiit, ac protinùs fidem orthodoxam publicè profeſſus religioſo Capucinorum ſubſidio ſine morâ à malo hoſpite fuit feliciſſimè liberatus.

Cœterùm inter plures, qui Conventum Friburgenſem non tam virtute quàm prudentiâ ſuâ fecerunt commendatum, potiſſimùm illuſtres fuiſſe recenſentur in primis loci Quardianus jam antè laudatus admodùm R. P. Schinenſis, qui jam annos 35. natus Ordinem ingreſſus ob eximias, quibus ſummoperè refulſit, animi virtutes palàm editas ad religioſam profeſſionem deſideranter admiſſus Anno 1622. coràm edidit heroinam conſtantiam ſuam ſanè maximam; dùm nempè graviſſio vitæ diſcrimine hæreticos inter incurſo imperturbati

turbati ſeſe palàm oſtendit animi. Cognitis ejus virtutibus & meritis anno ſui in religionem ingreſsûs duodecimo Marte aquilonari in totam paſſim Brisgoviam, Alſatiam & Herciniam crudeliſſimo Guardianus conſtitutus eſt Friburgi, ubi omnibus verbo & exemplo ſtrenuè præluxit, ſuamque in ſervitio peſte laborantium vitam ſanctiſſimè finiit die 25. Octobris Anno 1633.

Alter, qui par meritis ex Conventu hoc Friburgenſi ad ſuperas manſiones tranſitum fecit, adſtruitur R. P. Bonagratia Habſenſis ex Alſatiâ progenitus, qui perſpicacis ingenii capacitate ſcientias omnes complexus pluribus annis SS. Theologiæ Lectorem ſeu Profeſſorem, dein usque ad finem vitæ ſuæ prudentiſſimum egit Provinciæ ſuæ Definitorem. Libros ſcripſit plures ac diverſos, quorum aliqui typis editi ad publicam prodierunt utilitatem; alii ſuis locis clarè ſervati intra muros clauſtrales deliteſcunt, cum communi tamen & authenticâ probatione laudati legantibus paſſim inſerviunt; nec minus ſtudium virtutibus quàm litteris ſacravit; hinc in omnibus perfectum religioſum exhibuit ſingulari erga Euchariſtiam devotione ſemper affectus, cùm Bonam gratiam illa denotet, ſed & alios eâdem devotione fortiter inflammavit. Hos ignes ſeu ſcientiæ ſeu devotionis hydropiſis extraxit, vel potiùs in æternam flammam transmutavit. Mortis diem æger præſcivit, & clarè prædixit decimâ tertiâ Maji Anno 1672.

Tertius adnumeratur R. P. Pelagius Stauffenſis de toto vitæ & virtutum decurſu glorioſè conſummato notiſſimus ſiquidem dùm ſuis convixit, virtutibus omnibus clarus emicuit, præcipuè tamen ſilentio, humilitate ſimul & paupertate maximoperè refulſit; quocircà clauſtralibus ſui Ordinis officiis, & ipſi demùm regendæ Provinciæ clavo convenienter admotus, omnes ſuſcepti numeris numetos plusquàm ſolerter adimplevit, quousque ad recipiendam meritorum coronam eum præter ſpem apoplexiâ maturavit die 28. Septembris Anno 1671.

Tandem Friburgo ſub annum 1677. in poteſtatem Gallorum (ut ſuprà dictum eſt) redacto brevi ſubſecuta eſt Templorum ac Monaſteriorum tam intra Urbem quàm extra illam penitiſſima demolitio; quapropter etiam iſtud RR. PP. domicilium rationi ſtatûs cedere debuit à fundamentis erutum. Patres intra Urbem in Domum Sapientiæ (Collegium academicum ſic appellant) recepti caſum & ruinam ſapienter æquè ac patienter tolerârunt. Nova Pax Neomagienſis Friburgum Gallis addixerat, hinc eorum cum conſenſu & aliquâ eleemoſynâ regio nomine collatâ locus intra Urbis mœnia pro fundando novo Monaſterio delectus, fabrica tempore autumnali cœpta & lapis fundamenti die 29. Octobris à Reverendiſſimo ac Ampliſſimo Domino N. ad S. Petrum Hercinianum Abbate magnâ cum ſolemnitate, nec minore confluentis populi devotione in terram demiſſus eſt Anno 1680. à quo tempore religioſum ædificium paulatim ad perfectionem ſuam excreſcit.

❋FRIBURGENSE

COllegium Societatis JESU usque modò Friburgi Brisgoviæ integerrimè ſervatum, auſpicatum (ut inde nuper accepimus) initium ſumpſit & habuit progreſſum prout ſequitur: *Anno 1628. Sereniſſimus Princeps Leopoldus hujus nominis quintus reſignatus Epiſcopus Argentoratenſis & Patavienſis ſupremus Ordinis Teutonici Magiſter Archidux Auſtriæ &c. &c. poſt mortem utriusque patrui ſui videlicet Maximiliani III. Archiducis &c. ſupremi itidem præfati Ordinis Magiſtri Calendis Novembris Anno 1620. terris defuncti, & alterius Caroli de Auſtria Marchionis Burgoviæ &c. die 30. Octobris Anno 1618. pariter fatis extincti, ſolus & unicus pleniſſimum omnium Provinciarum citerioris, ſeu anterioris, uti vocant, Auſtriæ dominium aſſecutus, feſto die S. Leopoldi natalique ſuo 15. Novembris cum germano fratre ſuo Reverendiſſimo ac Sereniſſimo itidem Principe Carolo Archiduce Auſtriæ Epiſcopo Uratislavienſi & Brixinenſi &c. &c. præſentibus & adſtantibus coràm Reverendiſſ. ac Illuſt. S. R. I. Principum Jacobi ex Liberis Baronibus Fuggeris de Kirchberg & Weiſſenhorn Epiſcopi Conſtan-*

Conſtantienſis &c. tanquàm Ordinarii & Gulielmi è Praenobili ſtirpe Rinckiorum à Baldenſtein Baſileenſis Epiſcopi tanquàm Univerſitatis Friburgenſis Cancellarii Legatis, aliiſque pluribus comprovincialibus primae Nobilitatis Dynaſtis in civitatem ſuam & Friburgenſem Academiam ſolemniter introduxit RR. Patres Societatis Jeſu: quibus etiam tam publicè docendi quàm caetera quoque Chriſtianae charitatis officia (more & Inſtituto ipſis conſueto) conſtanter obeundi plenariam commiſit facultatem. Sed & eadem ſua Serenitas voluit ac pro totâ authoritate ſuâ ſeverè conſtituit Scholaſticos tam Philoſophiae quàm Theologicae facultatis Profeſſores Jeſuitas nunquàm non gaudere ac ſecurè perfrui privilegiis ac juribus Academicis quibuſcunque, nullumque inter illos teneri debere diſcrimen juxta pacta conventa Societatem inter & Friburgenſem iſtam (quam olim Anno 1450. primus inſtituit ac fundavit Albertus ſextus Archidux Auſtriae idem veneno an apoplexiâ ſubitaneè necatus ac Viennae ad D. Stephanum ſepultus die 3. Decembris Anno 1463.) Academiam in litteris introductionis uberius contenta.

Taliter ergò memorati Patres Societatis iſthîc loci ſeu in praefatâ Univerſitate palàm & publicè docendi profitendique licentiam ac jus plenarium adepti uſitato more litteras omnes politiores & quidem Philoſophiae partes omnes, Theologiam verò Scholaſticam quàm moralem profiteri coeperunt & principium ſtudiis datum die 24. Novembris ejuſdem anni ſupra milleſimum ſexteneſimum viceſimi, ex quo tempore conſtanter docuerunt & etiamnùm (praeter humaniores litteras in Gymnaſio) docent modò tres Profeſſores ſaepedictae Societatis Theologiam, duo quidem ſpeculativam, tertius moralem, & tres Philoſophiam; habent actus publicos, conferunt gradus Magiſterii & Doctoratûs ut olim factum & conſtanter obſervatum.

Fundationem Collegii procuravit Sereniſſimus Archidux Leopoldus antedictus, eamque legitimè ſtabilivit Ferdinandus Secundus invictiſſimus Romanorum Imperator.

Templum Collegio proximum imò contiguum & annexum mirâ venuſtate recèns è fundamentis hactenùs apparatum publicae venerationi primitùs apertum fuit feſto Divae Virginis ab Angelo ſalutatae octavo Calendas Aprilis Anno 1689. olim tempore placito feſtivè dedicandum & epiſcopali inauguratione ſacrandum in honorem ejuſdem Beatiſſimae Virginis Genitricis Dei Mariae ſine labe conceptae.

❀FRIBURGENSE

DOmicilium Equitum Melitenſium, quod unum eſt inter religioſas domos (uti loquitur nominatiſſimus ſcriptor ille hiſtoriographus Jacobus Manlius in ſuo Chronico Conſtantienſi fol. m. 713.) Epiſcopatûs Conſtantienſis quae poſt haereticam defectionem Catholicae ſuperſunt relatum in haec verba: *Domus militaris Ordinis S. Joannis Baptiſtae in Friburgo Briſgoviae.* Et ſic quidem Manlius; verùm ex quo Ludovicus XIV. potentiſſimus Galliarum Rex caſtro & oppido Friburgenſi fuit potitus totum Neoburgum (ita ſeorſim cognominabatur ſuburbium illud Friburgenſe, in quo ſpectatiſſima dicti Ordinis Melitenſis reſidentiâ haec pereleganti ſtructura nitebat) fuit protinùs abrogatum & cum queiſvis aedificiis appertinentibus penitiſſimè ſolo coaequatum.

❀FRIBURGENSE

DOmicilium equeſtris Ordinis Teutonicorum ab eodem Manlio citato taliter annotatum: *Domus militaris Ordinis B. Mariae Virginis Teutonicorum.* Stetit quidem ampliſſimum hujuſcemodi aedificium uſque ad ſaepedictam hoſtilem Gallorum invaſionem celebre ſatis & inclytum, inde tamen cum aliis pariter annihilatum, ac ſaevitiâ militari pleniſſimè fuit contritum.

FRIBURGENSE

DOmicilium Ordinis S. Antonii & hoc quoque cum duobus prioribus vel breviſſimè in hæc verba recenſitum: *Domus S. Antonii Friburgi Brisgoviæ*; de quo tamen contubernio ſeu potiùs moderno ſtatu illius haud ita pridem Friburgo ad me perſcripta recepi ſequentia: *Quod attinet ad domum illam S. Antonio Ægyptio Eremitæ Abbati ſacram perſtat illa hodiedùm intra mœnia Friburgi propè RR. PP. Eremitas Auguſtinianos & Capucinos ſalva & incolumis, quam de præſenti utriusque ſexûs homines incolunt certâ Magiſtratui Urbis pecuniarum ſummâ exhiberi ſolitâ, vocanturque* Alumni S. Antonii *vulgò* S. Antonii Pfründtner.

FRIBURGENSE

FŒmininum ſacræ Dominicanæ familiæ Sodalitium *ad S. Agnetem* intitulatum; quod durante bello Suecico ſub annum 1634. muris ac ædificiis ſuis clauſtralibus omnimodè deſtitutum in meriſſima rudera ſubſidit, quousque in ſuburbio vulgò die Hacker-Vorſtadt appellato tùm ſumptibus Regiis, tùm emendicatis Monialium ſubſidiis haud ita pridem denuò reſtitutum de ſpeciali mandato Chriſtianisſimi Regis ſuſcipere debuit Parthenias paris Inſtituti domicellas, tùm in Adelhuſano recenſito ſuprà, tùm in alio proximè ſequenti S. Catharinæ Monaſterio priùs collocatus.

FRIBURGENSE

ALterum de eodem Prædicatorum Ordine domicilium S. Catharinæ Virgini & Martyri ſacrum cum antè nominato illo Adelhuſano propè muros urbis Friburgenſis in pago Wirin ſuam quoque ſituationem habuit, at modò ſub aggeribus Gallicis ex toto ſepultum manet & abſconditum.

FRIBURGENSE

TErtium ſæpedicti Dominicani Inſtituti clauſtrum hoc tamen Sororibus tertiæ, uti vocant, regulæ ſubditum & addictum etiamnùm perducat propè foſſam urbis conſpicuum, & hinc domicello locum inhabitantes communiter appellantur die Schweſteren auff dem Graben.

FRIBURGENSE.

ETiam ſacer Ordo Eremitico-Auguſtinianus jam dudùm apud oppidanos Friburgenſes ſuas (præter viros aſcetas religioſos antedictos) fœminini ſexûs collocâvit alumnas: quæ locum iſthîc inhabitant *ad ſilvam viridantem* communiter appellatum; ubi etiamnùm temporibus noſtris (qualiter paucis primùm abhinc menſibus inde fuit ad me perſcriptum) partheniæ ſorores iſtæ ſub ſtrictiori particularium conſtitutionum obſervantia ſat bono ac dilucido vivunt exemplo.

FRIBURGENSE

PRæter quatuor enŭmeratas clauſtrales ædes parthenias adhuc aliud quoddam ſæpedicta civitas Friburgenſis religioſisſimum habet contubernium fœmininum: quod incolunt ſacræ Veſtales, uti vocantur *Clariſſæ* ſeu Regulam & Inſtitutum S. Seraphicæ Virginis Claræ de more profitentes: atque iſtæ jam dudùm ante hoſtilem irruptionem Gallicam ſuburbio, uti vocabatur prædicatorio ſponte derelicto in Urbem commigrantes, novum inibi conſtruxerunt phrontiſterium, quod in præſens usque conſtanter inhabitant *ad Agnellum* nuncupari

cupari ſolitum, de cujus ortu & progreſſu Fortunatus Hueber ita ſcribit fol. 1067. Freyburg die Haupt-Stadt im Breiſgau hatte in der Vorſtadt gleich in der Herren Dominicaner Nachbarſchafft ein uhraltes Clariſſen-Cloſter/welches drey Ritter von Freyburg mit dem guldinen Fluß ſollen geſtifft / gebawt / und dem Carmeliter-Orden eingeraumbt worden. Et infrà fol. 1161. zu Freyburg in Breiſgow iſt vermutlich bald nach dem Jahr 1515. an welchem allda das Franciſcaner-Cloſter iſt reformirt worden/ auch deren Obſervanten Pottmäſſigkeit / von der Straſſburger Provintz das Clariſſen zugewachſen: dann weilen ihre vorige Seelſorger von dem Lutheriſchen Güfft in reiſſende Wölff verkehret / die unſchuldige keuſche Lämblein wolten zerſtreuen / und wol gar zu ungebührlichen Händen einführen / haben ſie ſich darob entſetzet/ und mit lebendigem Eyffer ihre Ordens-Gelübd in der Unſchuld zu behaupten im Jahr 1528. nach Tübingen auffs Provincial-Capitul denen Obſervanten Straſſburger Provinz geſchriben bittlich anhaltend/daß doch die verſamblete Patres ſich ihrer Seelen wollen erbarmen/von denen obſchwebendẽ Gefahren des Verderbens heraus reiſſen/und ſie unter ihre geiſtliche Pottmäſſigkeit auff- und annemmen / welches dann auch geſchehen/ und iſt alſo das Clariſſen-Cloſter zu Freyburg in Breiſgow umb ſelbige Zeit reformirt worden.

FRICKENHUSANUM

FRanciſcanum aliquod Fratrum Tertii Ordinis Monaſterium adhuc ſub annum circiter 1460. cum aliis pluribus religioſo ſtatu ſuo & profeſſione paribus in Provinciâ Suevicâ loco *Frickenhauſen* appellato floruiſſe vividum, manet quidem ex Fortunato Hueber in Chronico fol. 1337. nobis notum; cùm juxta tamen in partibus noſtris tria ſint omninò diverſa hujus nominis loca, nec ullum ipſorum temporibus noſtris tale quod ſervet Monaſterium, vel inviti prorsùs inde deducimus, hujuscemodi Frickenhuſanum Monaſterium quocunque demùm fato jam pridem fuiſſe ſublatum & antiquatum.

❀FRIDENWEILERENSE.

ABbatiale Cœnobium fœmininum diœceſis Argentoratenſis ſub ſacro Inſtituto Ciſtercienſium in nigrâ ſilvâ usq; modò florentiſſimum. Huic ſub annum 1123. initium dedit Venerabilis in Chriſto Pater ac Dominus Joannes ex comprovincialibus Baronibus à Cimberen nuncupatis ad S. Georgium Hercinianum Abbas qui vice quâdam è celeberrimo illo Acroniano (quò tractandorum negotiorum causâ paulò priùs abiit) Divitis Augiæ Monaſterio, Venerabili itidem ac Illuſtri Domino Ulrico nato Baroni de Lupfen & paucis aliquot religioſis domicellis cùm Augienſibus cùm Herciniano-Georgianis conſociatus jamjam domum reverſurus ex itinere ſuo fortè ad fundum Fridenweilerenſem delatus, at infauſto caſu per tribulos, dumeta & rupes acutas cum ſuo (cui inſidebat) equo præcipitatus ac quamvis in ima delapſus ope tamen divinâ ſalvus evaſit & incolumis, utpotè à Beatiſſimâ Virgine Mariâ & S. P. Benedicto (cujus utriusque patrocinium conſtantiſſimè multis lachrymis & precibus imploravit) miſericorditer adjutus. Poſt hæc ipſe Joannes Abbas ſibi redditus & exhilaratus ad Marianum (quod ponè inædificatum ſtetit) ſacellum quoddam devenit, quod ſubingreſſus atque ante aram icone ſanctiſſimæ Dei Genitricis inſignitam in genua provolutus, debitiſſimas Deo & ſanctis Patronis ſuis litavit gratias, ac votum vovit ſeſe nimirùm gratæ memoriæ ergò iſthîc loci parthenium aliquod conſtruere velle domicilium à ſacris Veſtalibus Benedictinis inhabitandum. Subinde religioſis commilitonibus (hactenùs amiſſum itineris ſocium anxiè quærentibus) antedictis ad idem ſacellum fortuitò delatis ipſe Venerabilis Pater cum Raphaele Archangelo Tob. 12. verſ. 7. opera Dei revelare & confiteri honorificum eſſe rectiſſimè ſentiens manifeſtavit eis veritatem, & non abſcondit ab ipſis occultum ſermonem fuſiùs enarrans, quæ de ſingulari

Numinis clementiâ & benignitate ſecum geſta erant in viâ ac dicto præcipiti caſu periculoſiſſimo. Cumque hæc audiſſent turbati ſunt omnes illi & trementes ceciderunt ſuper terram in faciem ſuam atque unâ voce benedixerunt eum, qui nunquàm derelinquit ſperantes in ſe.

Taliter ergò memoratus Dominus Joannes Abbas voti reus ad iſtud quantocyùs adimplendum prædicto Anno 1123. die 23. Novembris per concambium, ut vocant, ſeu ſolemnem agreſtium bonorum commutationem cum ſupradicto Abbate Augienſi legaliter initam & comprobatam ſui juris fecit integram in primis villam Fridenweilerenſem in vertice montis ſituatam cum contiguâ valle & toto latifundio circumcircà poſito, iſto tamen id temporis meriſſimè ſentibus & urticetis, imò & annoſis quercubus ac omnis generis arboribus repletam: ubi primùm tanquàm in loco ſatis uliginoſo priſca gentilitas fanum conſtituit Veſtæ ſacrum: quod tamen inde Chriſtiana pietas (doctrinâ Evangelicâ ſub annum circiter 642. partibus iſtis illatâ) denuò ſubvertit, lucum ſuccendit, & pro idolo ſeu nefario inanis Deo ſimulachro columnam ſtatuit: cui Iconem Marianam ſupradictam impoſuit, ſimulque ſacellum quoddam extemporaneum è ligno confectum adſtruxit; poſteris annis verò idem ſacellum ampliùs illuſtravit, qui tale novum ex lapidibus apparatum ſubſtituit, eique memoratam ſacram ſtatuam Marianam condigno honore devotus intulit fundi Dominus Joannes Senior Comes Fürſtenbergius poſtquàm drachmam perditam putà chariſſimum filium ſuum (quem ultra triduum multo labore & auxietate quæſitum nec tamen repertum, amiſſum credidit) unigenitum iſthic locorum lætus invenit & cum famulis filio conſociatis ſalvum recepit; dùm priùs puer cum venatoribus animi refocillandi gratiâ in ſilvas egreſſus inter venandum unam præ cœteris ſpectabiliorem inſectatus fuit feram, quæ fallaces calles callidè declinans celeriori fugâ ad antedictam columnam Marianam plusquàm velociter erupit atque illi pedibus anterioribus tenaciter inſiſtens refugium invenit & aſylum tutiſſimum inſectantibus interim cervam canibus & moloſſis nocere quicquam virtute divinâ prohibitis: venatoribus interim pueris ac (quotquot ſupervenerunt) famulis adſpectantibus rei novitate meritò perculſis, atque in genua provolutis, imò & in terram proſtratis; ubi tamen omnes illi paulò pòſt alacriores redditi ac ſpirituali gaudio maximoperè fuerunt repleti, toto triduo conſiſtentes Dei Deique Matris Virginis (hujus effigie antedictâ fulgentiſſimos radios ex oculis emittente) devotiſſimas laudes celebrârunt.

Iſthic igitur loci ſæpenominatus Ven. Dominus Joannes ad S. Georgium Abbas ſuum exorſus eſt Monialium Cœnobium ſub perpetuâ Viſitatore Georgiani Abbatis conſtituendum: eique in congruam inhabitantium partheniarum ſuſtentationem ſat multas adierit poſſeſſiones, cenſus ac redditus: in cujus fundationis partem veniſſe quoque perhibentur Nobiles Dynaſtæ de Ruggenbach, Hartegg & Freiſſingen: quorum tamen dotes quænàm in individuo ſeu quotâ fuerint omninò latet; prout etiàm haud conſtat Fürſtenbergios Comites ſeſe parthenio clauſtro huic aliquando exhibuiſſe munificos: quamvis Wolf. Lazius ſolos ipſos fuiſſe fundatores opinetur & ſcribat de migrat. gent. lib. 8. fol. 413.

Anno 1452. pridie Calendas Novembris in profeſto Omnium Sanctorum totum clauſtrale ædificium Fridenweilerenſe cum templo & reliquis manſionibus tùm ſacris tùm profanis appertinentibus caſuale incendium miſerrimè deperivit, voraque flamma pro tunc intactum reliquit nihil præter unicum antedictum Divæ Virginis ſacellum, in quo hodiedùm fatalis combuſtionis hujus manifeſta ſuperſunt indicia ad oſtium illius inferiùs ac ſuperius probè contuenda.

Anno 1482. Monaſterium Fridenweilerenſe ob hactenùs reædificatum priſtinoque honori reſtitutum emicuit; templum quoque illius conſecratione epiſcopali ſolemniter inauguratum fuit & Sanctiſſimæ Reginæ Cœlitum plenisſimè dicatum octavo Calendas Auguſti die feſto S. Jacob Apoſtoli.

An. 1409. Sabbato ſancto ante Dominicam Paſchæ die 30. Martii deteſtando livore cujuscunq; demùm inimici hominis extranei non item torpore cuſtodis domeſtici religioſum domiciliũ Fridenweile-

weilerenſe Vulcanus iteratò violenter aduſſit: cui tamen exitio pro tunc opportunè præreptum & integrè ſervatum fuit appertinens templum cum ſacello ſuo Mariano toties antè memorato.

An. 1561. deceſſit ultima Cœnobii hujus Monialis Benedictinæ profeſſionis Ven. Domina Margaritha officio Magiſtra ſeu Prioriſſa: cujus à morte fundi Dominus Henricus Comes Fürſtenbergius Fridenweilerenſi huic (aſceterio Georgiano ſupradicto jam pridem urgente hæreſi ſacrilegè deperdito) Cœnobio vel ſecundùm antiquas poſſeſſiones, jura & privilegia utrumque ſervando ſecularem quendam Clericum rei divinæ pro poſſe ſaltem proſequendæ tùm ſæcularem itidem miniſtrum de ſuis unum præfecit œconomiæ ſagaciter adminiſtrandæ; ſiquidem ſtatus Fridenweilerenſis (plerisque bonis iniquiſſimè dilapidatis) pesſimè habere cœpit totus & omnis; quem ſingulariter ſibi cordi habuit Venerabilis Dominus Joannes Abbas Monaſterii Tennenbachenſis de Ordine Ciſtercienſi, ad cujus inſtantiam fundi Dominus Henricus Comes Fürſtenbergius obtinuit religioſam coloniam ex vicinio Ciſtercienſis itidem inſtituti Monaſterio Liechtenthalenſi datam, quam ad clauſtrum Fridenweilerenſe deduxit, ac novellæ plantationi huic cum titulo & poteſtate abbatiſſæ præſidere fecit Ven. Dominā Luciam Pirin hactenùs Prioriſſam Liechtenthalensē: cui in ſuſcepto reformationis negotio in adjutorum datæ ſunt, quæ religioſum ei famulitium præſtiterunt Moniales aliæ Liechtenthalenſes octo, nempè Chorales ſex & Laicales duæ. Et hæc omnia felicisſimè facta & conſummata ſunt ſub annum Domini 1570.

A. 1571. Ven. Domina Lucia Abbatiſſa Liechtenthalenſis antedicta poſt modicū unius ſolùm anni clauſtrale regimen laudabiliter expletum jam ſenio gravida religioſos faſces ultrò dimiſit, & ad nativam religioſæ profesſionis ſuæ domum Liechtenthalenſem ſeſe recepit, ubi poſt annos ſex piè in Domino requievit: vices autem illius in adminiſtrando deinceps Fridenweilerenſis Abbatiæ munere die 14. Junii ejusdem anni ſuſcepit Ven. itidem Domina Othilia Riefflin pariter ex gremio Liechtenthalenſi data mira gubernandi peritiâ ſummoperè prædita. Atque hujus ſub regimine circa annum 1578. ſacer Ordo Benedictinus quoque jura ſua in ſæpedictum hoc Fridenweilerenſe Cœnobium plenisſimè demiſit, eaque omnia & ſingula religioſis alumnis Ciſtercienſibus tranſcripſit, publicis tabulis ad perpetuam rei memoriam conſcriptis die 4. Aprilis An. 1578.

Anno 1653. Venerabilis D. Maria Martha Stegerin Abbatiſſa Fridenweilerenſis numero quinta ſæpedictum Marianum ſacellum uno tantùm altari hactenùs inſtructum magis ampliari voluit & alia duo nova in illud reponi fecit: quocum primum S. Angelo Cuſtodi & SS. Mauritio & Achatio Martyribus, alterum verò S. Agatæ & Barbaræ Virginibus & Martyribus conſecrari voluit.

Anno 1678. cùm Bellona Gallica totam ferè Herciniam terrâ hoſtilis invaſionis formidine nimium quantùm obrueret, loci Abbatiſſa de Monaſterio ſuo innocuè ſervando perquàm ſollicita ſanctis tribus illis regibus Chriſti parvuli in cunis adoratoribus aliud quoddam peculiare vovit altare in antedicto ſacello conſtruendum; ſi tamen patrocinio ipſorum Fridenweilerenſe Parthenium à quâvis invaſione hoſtili ſervari detur liberum & innoxium: quæ pia vota Cœlum rata grataque habuit; ſiquidem Reverendiſſima Domina Antiſtita fervente nimiùm (in partibus vicinis) calamitoſo illo diſturbio Gallico de vernaculis ſuis unum ad confirmantia loca, ecquidnàm rerum agèretur, exploratum miſit: qui per viam ſuam abituriens ſpectatiſſimos duos obviàm habuit Heroes: à quibus quonàm tenderet, aut quid negotii haberet, humaniſſimè requiſitus, mandatum ſibi commiſſum fideliter explicuit, & mox ab illis domum remeare juſſus eſt ac proſpera quæque denuntiare, dùm nullum omninò ſubſit periculum regulari Clauſtro Fridenweilerenſi metuendum: quibus dictis uterque perſonatus ille miles ex oculis emiſſi ſpeculatoris ſervi continuò diſparuit; unde pientiſſima mater maximo cordis gaudio perfuſa & in lachrymas effuſa probè cognovit imò ſibi certò perſuaſit, binos illos nobiliſſimos Heroes haud fuiſſe alios, quàm cœleſtes genios domicilii Fridenweilerenſis tutelares

lares Patronos SS. Mauritium & Achatium Chriſti Martyres, quapropter ſic voti rea Cœlitibus illis novam aram ædificari voluit An. 1683. in ſæpiùs memorato ſacello, quod pro tunc tria alia habuit altaria, atque inter hæc unum S. Joſepho Deiparæ Virginis ſponſo : ſecundum Genitricis Filii Dei Matri S. Annæ, primarium verò ipſimet ſanctiſſimæ Cœlitum Reginæ manet dicatum. Plura miracula ſuffragante ipsâ Matre gratiæ & miſericordiæ usque hactenùs hic edita monſtrant anathemata multifaria hodiedùm in eodem ſacello contuenda. Floret proin amodò venerabile ac pereximium iſtud Fridenweilerenſe Monaſterium ſub laudatiſſimo regimine Reverendiſſimæ Dominæ Abbatiſſæ Annæ Urſulæ : cui ſubſunt ceu ſpirituales filiæ in Domino Deo dilectiſſimæ Venerabiles Domicellæ ſequentes : Anna Ludmilla Waiblin Prioriſſa : Joanna Götſchin : Maria Antonia Baumännin : Maria Martha Hallenbergerin Supprioriſſa : Anna Cæcilia Stetmairin : Anna Scholaſtica Voglerin : Maria Conſtantia Piſin : Maria Conſtantia Hugentlefferin : Maria Victoria Schleiningin : Maria Charitas Erhardin : Maria Amanda Gedeonin : Maria Clara Schepplerin : Maria Mechtildis Landherrin : Maria Agatha Zienäſtin : Maria Joſepha Zapflin : Maria Anna Planerin ſingulæ iſtæ Chorales ; Laicales verò aliæ ſeu ſorores Converſæ numero ſex , omnes amore ſponſi cœleſtis oblitæ populum ſuum & domum patris ſui, imò cunctas ſeculi vanitates ; dehinc pro meritis centuplum accepturæ & (ſponſore Verbo veritatis) vitam æternam poſſeſſuræ.

FULTENBACHENSE

ANtiquiſſimum Virorum Monaſterium de Ordine S. Benedicti diœceſis Auguſtanæ in Marchionatu Burgovienſi medio quaſi itinere, quò Auguſtâ Vindelicorum Dilingam urbem epiſcopalem itur, quaſi in ſilvâ locatum novis omninò muris & ſtructuris huis de præſenti bellè contuendum : de cujus initio & reſtauratione ſecundâ Stengelius Abbas part. 2. cap. 5. num. 7. ita ſcribit : *Circa annum 739. S. Wicterpus* (Epiſcopus Auguſtanus) *hortante S. Bonifacio, fundavit Monaſterium S. Michaelis in Fultenbach, in eo Anachoritas & vitam ſolitariam amantes in ſilvis circumcircà ſanctè licet degentes congregando atque ſingulari & monaſticæ diſciplinæ mancipando; quod tamen poſteà temporum injuriâ variâ perturbatum peſſum ivit, donec tandem circa annum 1130. è cineribus & ruderibus excitaretur, atque denuò à fundamentis novum inædificaretur.* Item infrà cap. 33. num. 18. *Olim circa annum 739. S. Wicterpus Auguſtanus Epiſcopus ad S. Bonifacii monitionem fundavit Monaſterium S. Michaelis in Fultenbach, ut Anachoretæ & vitam ſolitariam amantes in ſilvis circumcircà ſanctè habitantes, ibi ſe regulari & monaſticæ diſciplinæ manciparent ; quod poſteà temporum injuriâ variæ perturbatum, peſſum ivit, donec tandem reſuſcitatum fuerit circa annum Domini 1130. à Canonico quodam Auguſtano Gebeon nomine, qui* (dimiſsâ præbendâ ſuâ cathedrali ſtrictioris vitæ deſiderio habitum monaſticum aſſumens) *ibidem primus Abbas fuiſſe perhibetur ; de quo hi verſus :*

Cœnoblo prIMVs generosVs Gebeon Abbas
PræfVIt atqVe benè profVIt Iſte Pater.
Iſte Monaſterium hoc fundavit, rexit & auxit
Fundans ſtellatâ ſic ſibi in arce domum.

Prælati dicti Monaſterii ſunt Patres ſpirituales & reformatores S. Joannis Baptiſtæ Cænobii in ſilva (zum Cloſter Holtz) *conſtituti.* Hæc ille loc. cit.

Lit. G.

GABELSTEINENSE

SEu *Gabelſpergenſe* aliis dictum fœmininum diœceſis Herbipolenſis domicilium religioſum in viciniâ Halæ Sueviæ oppidi imperialis vel ante tempora Lutheraniſmi præclariſſimum, quamvis de formulâ profeſſionis ſeu religioſi ſtatûs

ſtatûs nondùm per nos inquiſitum. Reſtat ſacri parthenonis hujus memoria ſpecialis apud Cruſium, qui in fuſiſſimis ſuis Sueviæ annalibus part. 3. lib. 1. c. 13. ex Georgio Widenmanno refert Halæ Suevicæ in Jacobæo PP. Franciſcanorum Cœnobio ſervatum quondam fuiſſe librum cantionum ſeu vetuſtum aliquod (uti vocatur) antiphonarium à Sanctimoniali quâdam nobili ſtemmate prognatam in membranâ pulcherrimè conſcriptum, fuiſſeque illam ortam ex Gabelſtein arce, quæ prioribus ſeculis ad rivum Gabeli propè Meinfeldam ſita fuerit & Cœnobium quoddam virginale cum perpulchrâ ſatis Eccleſiâ in modum crucis ædificatâ hâc tamen haud ampliùs reſiduâ, ſed cum eodem hoc Gabelſteinenſi Monaſterio (uti probabilis conjectura nobis ſuggerit) jam pridem ab hæreticis torvo ſpiritu Lutherano veſanis funditùs excisâ & ſolo coæquatâ.

GAMUNDIANUM

GAmundia cum addito Suevorum vulgariter appellata urbs imperialis diœceſis Auguſtanæ in Ducatu Wirtenbergico temporibus noſtris omninò Catholica hiſtoricè deſcripta ſimul & geographicè depicta apud Zeillerum in Topographiâ Sueviæ fol. 77. ſpectatiſſimam & inſignem admodum habet Eccleſiam parochialem ſacræ ſaluriferæ Cruci Dominicæ ſimul & Deiparæ Virgini dicatam grandi mole & raro decore ſuo cunctis oppidò mirandam, utpotè magnis & immenſis quaſi veterum Ducum Sueviæ ſumptibus apparatam: quam antiquitus Collegiatam ſeu pluribus unius Præpoſiti & aliorum Canonicorum titulis ac præbendis inſtructam & ornatam claruiſſe probè conſtat tùm ex Zeillero antè citato, tùm etiam ex Cruſio part. 2. lib. 9. cap. 4. ubi is in primario Gamundiæ templo ſub annum 1368. ſepultum fuiſſe ſcribit Henricum à Schöneck Epiſcopum Auguſtanum numero & ordine (juxta calculum Stengelii Abbatis part. 2. c. 51. n. 1.) quadrageſimum: qui (ut ibidem dicitur) olim Canonicus & pòſt etiam Præpoſitus fuit Eccleſiæ hujus Gamundianæ: in quâ tamen Capitulum Canonicorum labentibus annis omninò defecit, & de illo haud ampliùs ſupereſt, niſi ventoſus titulus Præpoſiti ſoli & uni Parocho loci hodie conceſſus & uſitatus.

❀ GAMUNDIANUM

HAbet etiam Gamundia quoddam Fratrum Prædicatorum Ordinis S. Dominici venerabile Cœnobium S. Mariæ Magdalenæ dicatum, quod tribus abhinc retrò ſeculis &, quod ampliùs excurrit è venatoriâ quâdam prout appellabatur tabernâ, pio nobilis cujusdam maternæ devotariæ ſubſidio, in religioſum præfati Ordinis ſubſidium fuiſſe commutatum, genuinis (quotquot ſupererant) documentis literariis jam pridem iniquiſſimè ſubtractis teſtis eſt traditio conſtans & ſincera à majoribus in poſteros continuò derivata.

❀ GAMUNDIANUM

MOnaſterium ſacri Ordinis Eremitico-Auguſtiniani, quod hodie Gamundiæ in ipſa civitate floret, olim circa annum 1140. propriis ſumptibus (teſte Cruſio in annalibus part. 2. lib. 9. c. 4.) fundavit & congruis proventibus liberaliſſimè dotavit primus è Ducibus Sueviæ Romanorum Rex Conradus III. hujus nominis Anno 1138. Imperii faſces adeptus: qui dùm annis 14. communem & publicam rerum cauſam geſſit, demùm An. 1152. die 15. Februarii terris demortuus tumulum accepit in monaſterio Lorchenſi diœceſis Auguſtanæ in Wirtenbergiâ, itidem recenſendo infrà. Reſtat hodiedùm in Auguſtiniano Cœnobio hoc ſcriptura quædam ad oſtium chori talibus litteris exarata: *Fundatores noſtri Duces Sueviæ Imperatores & reges*: Item ad januam Refectorii *Conradus inclytus Sueviæ Dux Romanorum Rex ſemper Auguſtus Cœnobii hujus fundator Ordinis ſingularis Zelator Anno 1146.* Et adhuc alia ad introitum Chori conſpicua ſic ſonat: *Anno 1441. Sabbato ante Judica obiit*

obiit Reverendus in Chriſto Pater Petrus Ulmer Epiſcopus Tarraconenſis. Ejus hic ſepultus ſub arâ. Fuit is antehâc ſui Ordinis Miniſter Provincialis in Sueviâ, tùm Concionator aulicus Sereniſſimorum Ducum Bavariæ, ac tandem deſignatus etiam Suffraganeus Friſingenſis.

GAMUNDIANUM

ASceterium FF. Minorum Ordinis S. Franciſci, qui paſſim in Germaniâ noſtrâ *Conventuales* appellantur ibidem Gamundiæ usque modò præclarum ſuperſtite etiamnùm (uti facilis conjectura ſimul & traditio conſtans eſt) S. P. Franciſco de Aſſiſiis fundatorem habuit nobilem quendam Dynaſtam Waltherum â Rinderbach nominatum in annalibus Cruſianis part. 2. lib. 9. cap. 4. ubi caſtrum ſeu arx gentilitia ipſius *Rinderbach* dicta, quondam in confinio Gamundiæ conſpicua, modò vix recenſetur inter illa ſtatu ſeu conditione paria: quorum muris & ædificiis jam pridem in rudera collapſis ſola poſteris remanet memoria, & tellus quorumvis hominum habitatione vacua. Requieſcit in hoc Gamundiano Fratrum Minorum templo Urbi & orbi notiſſimus ille S. Seraphici Patris antedicti diſcipulus *B. F. David de Auguſtâ* nuncupatus, qualiter indicat proprium, quod inibi legendum patet eti ſimplex admodùm & rude ſolùm Epitaphium in hæc verba formatum: *Candide Lector hoc ſub lapide requieſcunt oſſicula Davidis fraterculis, qui à S. Franciſco huc miſſus ſeptem cum fratribus An. 1208.* ubi tamen juxta notandum, quòd annorum numerus ſive ſculptoris ſive exſcriptoris errore vitioſus evaſit, reponendus quippe ſive 1228. ſive 1238. ſive demùm quis alius ex poſterioribus. Synopſin vitæ ſanctioris ex variis ſcriptoribus congeſtum habemus apud R. P. Matthæum Raderum Soc. Jeſu in Bavariâ Sanctâ vol. 1. fol. 154. Fortunatus Hueber de Gamundiano hoc Monaſterio circa annum (ut ajunt) 1210. fundato vel breviſſimè ſolùm differens fol. 890. ita ſcribit: Gmünd oder Schwäbiſch Gmünd ein Reichs = Stadt in Schwaben/ nechſt an denen Würtenbergiſchen Gränßen / haltet in ſich ein altes Conventualen-Closter/ welches denen Obſervanten - Franciſcaneren niemal iſt zugethan geweſt.

Commendatur admodum à Cruſio part. 3. lib. 8. cap. 30. pervetuſta quædam nobilis familia Wolſiorum de Wolfsthal appellata titulo beneficentiæ in Monaſterium hoc Gamundiano-Franciſcanum multifariàm demonſtratæ ſatis inclyta eaque temporibus ſuis apud S. P. Q. Gamundianum celeberrima, de quâ loc. cit. ſimpliciter annotata habentur ſequentia: Wür Burgermeiſter und Rath des Heil. Reichs Statt Gmünd/ bekennen und thun kund menniglich mit dieſem offnen Brieffe / daß auf heut den Tag Datum deſſelben für uns und unſeren Rath erſchienen ſeind die frommen Veſten Otho von Rinderbach / unſer Mitburger Martin von Degenfeld/ auſſer unſer Statt auff ſeinem Schloß Ybach geſeſſen/ Ulrich Flod/ ein Einwohner bey uns: Sixt von Steinhauß/ auch unſer Mitburger/ und haben uns zu erkennen geben/ was ſie von wegen ihrer angebornen und geſipten Freundſchafft ꝛc. *Petierant hi nomine abſentium Wolſiorum, à quibus rogati fuerunt, teſtimonium de ſtatu ipſorum: qui fuerant Nicolaus & Balthaſar Wolfii fratres de Wolfsthal. Hæc enim familia olim contulerat dona quædam in Cœnobium Gamundianum &c. quia etiam in eâ civitate habitaverat: Nunc verò recentiores Wolfii, quoniam in locis inde remotioribus conſederant (Nicolaus Norimbergæ, Balthaſar verò Auguſtæ) ne genus ipſorum propter elongationem per matrimonia, in oblivonem veniret: teſtimonium petierant per ſupradictos propinquos ſuos à Gamundiano Magiſtratu:* Solches ihr Anbringen und Begehren Wür gütlich vernommen / und darauf den Quardian und ſeine Convent-Brüder S. Franciſci Ordens des Cloſters in unſer Statt gelegen/erkundiget ꝛc.

Cognovit Magiſtratus Wolſios de Wolfsthal non longè ab Urbe Gamundianâ habitâſſe: & ſupereſſe veſtigia arcis Wolfsthalæ, in quâ illi habitaverant; quæ ad Margaritam à Bartholomæo Wolſio hæreditate provenerint. Hujus nominis tres equites auratos vixiſſe: quorum duo & alii ejusdem ſtirpis cum ſuis honeſtis & nobilibus uxoribus in prænominato Monaſterio ſepulti ſint. Additis eorum nominibus, Inſignibus mortis temporibus hoc modo: Anno Domini tauſent zweyhundert und zehen Jahr auff St. Gilgen Tag ſtarb der Streng Veſt Herr Burchard Wolff von Tahl Ritter/ dem GOtt gnedig ſeyn woll. Item in des gedachten Cloſter Saalbuch und Regiſter alſo geſchriben: Anno Domini tauſent dreyhundert und im acht und achtzigiſten Jahr/ Sonntag nach S. Bartholmæi Tag/iſt Herr Johannes Wolff Ritter von der Stadt Weyl in dem Streit erſchlagen worden / und hat ſein Mutter Frau Agnes von Sternfels geheiſſen. So iſt des genannten Burckards Haußfrau Agnes von Urbach geborn geweſen / und des obgenannten Peter Wolfs Haußfrau Margret Beelerin von Hall geweſt. Reperiuntur in eodem Mortilogio oder Seel-Buch hæ quoque Wolfiorum uxores Frau Catharina von Rinderbach Heinrich Wolffs Hausfrau. Eitels Wolffs Haußfrau Anna von Eſſingen. Eberhard Wolffs Hausfrau Anna von Sternfels. Frau Anna von Canſtatt Heinrich Wolffs Haußfrau/und Frau Margreth von Bolſteten Bartholmes Wolffs Haußfrau. Wür befinden auch / daß die gedachte Wolffen ein ewige Meß auff Unſer Lieben Frauen Altar in ihr Cloſter und darzu ein ewige Spend/ nemblich mit drey Pfund und fünff Schilling Haller Unſer Statt Wehrung geſtüfftet haben/ armen Leuthen weiſſes Brot darumb zu kauffen / und umb Gottes Willen under ſie auszutheilen. Fatentur iidem Fratres Franciſcani, daß ſie eines jeden Jahrs auff den Heyligen Grünen Donnerſtag / etwann manchem ihrem Mittbruder in die Pfarr-Kirchen zu Unſer Lieben Frauen bey Uns ſenden / und da einem jedem Menſchen/der zu den Heyl. Sacrament gehet / erber Wein zu trincken geben. Es iſt ihnen auch von den Wolffen ein Eſſinger Aymer Weingült in ihr Cloſter zum Opffer-Wein geſtüfft worden / alſo daß ſie hinfürter keinen Opffer-Wein in die Statt ſchicken ſollen. Wür finden auch in Unſerem Spital ein Eſſlinger Aymer Wein-Gült / den die gedachte Wolfen darein geſtüfft haben: der eins jeden Jahrs under die arme Leuth in der Siechſtuben daſelbſt getheilt und gereicht ſoll werden. Hæc Cruſius loc. cit. ad annum 1486.

❀ GAMUNDIANUM

HAbent etiam iſthîc loci RR. PP. Capucini quoddam ſui Ordinis Monaſterium, hoc tamen alterius & quidem Bavaricæ confinantis Provinciæ Monaſteriis combinatum: de quo ſolùm pauca hæc fuerunt ad me perſcripta: *Gamundiæ Suevorum pro novo condendo Monaſterio Crux plantata, & primus lapis poſitus fuit à Reverendiſſimo ac Ampliſſimo Domino Caſpare Adramyteno Epiſcopo, Suffraganeo Auguſtano die 2. Junii Anno 1652. à quo dein etiam Eccleſia conſecrata fuit in honorem S. Udalrici Epiſcopi Auguſtani Confeſſoris die 29. Septembris Anno 1654. Extructum eſt autem hoc Monaſterium cum Eccleſiâ ex diverſis piorum eleemoſynis, præſertim ex Legato ſpectabilis & eximii Domini Schleichenant Vice-Præfecti apud Bavaros in Matikofen.*

❀ GAMUNDIANUM

FLoret ibidem, ſeu in ſæpedictâ imperiali civitate Gamundianâ fœmininum quoq; contubernium aliquod Franciſcanorum tertiæ regulæ S. Seraphici legiſlatoris Aſſiſiatis adæquatum; quod originem ſuam trahit ab Anno 1445. quandò nimirùm ſpectabilis matrona quædam Gamundiana Anna Hamerſtette-

ſtetterin ſuas (quas proprias & cum adjuncto horto ſatis amplas habuit) ædes priùs à quovis onere ſecularium exactionum & ſervitiorum omninò deobligatas ac liberas immunesque habuit, ultrò ceſſit, & depoſthàc in meriſſimam proprietatem perpetuis futuris temporibus poſſidendas tradidit quatuor fœminis viduis an cœlibatum amplexis conditione poſitâ, ut nempè devotariæ iſtæ pro poſſe conſtanter inſerviant, & tempore neceſſitatis lubenter impendant gratuita Chriſtianæ pietatis opera obviis quibusque cujusvis ſtatûs ſeu conditionis perſonis Gamundiæ in ipsâ civitate qualicunque fortè corporis infirmitate detentis.

Anno 1485. Venerabilis in Chriſto Pater Job. N. de Ordine Minorum S. Franciſci Fratrum Conventualium Provinciæ Suevicæ Cuſtos ac Conventûs Gamundiani pro tempore Quardianus à Magiſtratu ſeculari devotiſſimè requiſitus lubentiſſimè conceſſit, imò & firmiſſimè ſtatuit domicellas iſtas religioſum ſtatum depoſthàc tenere & obſervare, quapropter Franciſcanam coloniam è parthenone Villingenſi iſthuc deduci fecit, atque ſic ſimplex ſolùm hactenùs Beginarum domicilium iſtud in plenum & formatum clauſtrale cœnobium apparavit, ad quod novam etiam Capellam ſeu Oratorium ædificari voluit S. Ludovico (cujus feſtum quartodecimo Calendas Septembris in Martyrologio Romano recenſetur) Epiſcopo & Confeſſori de Ordine Minorum S. Franciſci ſacrum.

An. 1563. Canonicus quidam Backnangenſis Sanctimonialibus iſtis Gamundiano-Franciſcanis mille florenos in paratâ pecuniâ numeratos lubens obtulit pro qualicunque ſaltem retributione devoti ſervitii languentibus & ægrotis hactenùs amorosè præſtiti ac multifariàm exhibiti, quod ipſum religioſæ charitatis exemplum hodiedùm contueri ſeu potiùs admirari licet in pientisſimis domicellis iſtis, quæ, haud absque maximo totius Gamundianæ civitatis fructu aſſiduo infirmantium miniſterio in præſens usque manent deditisſimæ.

GEISLINGENSE

HUjus nominis oppidum diœceſis Conſtantienſis in Ulmenſi territorio nominatiſſimum fusè deſcriptum à Zeillero in Topographiâ Sueviæ fol. 75. & ſeq. jam pridem Lutheranizatum, dùm adhuc avitam Majorum religionem ſacroſanctam coluit, vel unum ſaltem (neque enim nobis de pluribus conſtat) religioſum domicilium habuit, & hoc quidem fœmininum tertiæ regulæ S. Franciſci conquadratum: cujus quidem primogenius nos latet ortus, non item fatalis interitus in ſæpe citatâ relatione hiſtoricâ de ortu & progreſſu hæreſum in Germaniâ ad annum 1531. nu. 24. fol. 121. vel breviſſimè taliter annotatus: *Otho Henricus* (Dux Neoburgicus Palatinus ac etiam pòſt Elector Heidelbergenſis id temporis adhuc Catholicus, idem tamen ipſe paulò pòſt heterodoxus & peſſimo plurium exemplo ſimiliter turpis Apoſtata factus) *bona Monaſterii* (Gundelfingenſis itidem recenſendi infrà à Monialibus Apoſtatricibus ſacrilegè deſerti) *ſibi uſurpare nolens cùm poſteà Senatus Ulmenſis tanquàm hæretici omnem cultum divinum evertiſſent & Clerum ejeciſſent, moniales in oppido Geislingen quoque effugaverunt: quas Otho Henricus Palatinus piè ſuſcepit, & in Monaſterio Gundelfingen collocavit, & eis omnia bona Monaſterii aſſignavit: Ulmenſes dederunt omnibus Monialibus inſimul pro illarum ſuſtentatione 2000. florenos, & unà vice tantùm & hanc pecuniam ad Gundelfingam detulêre, erant enim inter eas multæ nobiles perſonæ.*

✱GENGENBACHENSE.

IMperiale *Monaſterium S. Mariæ in Gengenbach ad ejusdem nominis rivulum, & ad amnem Kintzigum in Hercinia amœniſſimo loco ſitum, fundatum eſt à Ruthardo potenti Alſatiæ Duce & Comite Zäringenſi, atque ab ejusdem conjuge Dominâ Irmenswindâ,*

windâ, qui in hoc ipſo ſuo Cœnobio humati ſunt. Confirmatum eſt diplomate Caroli Magni, quod ſic habet: *In Nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis Carolus divinâ favente clementiâ Romanorum Imperator Auguſtus &c. &c. Dùm loca divino cultui attitulata conamur augere, imò augendo propoſſe & noſſe ſtudemus promovere, id ad temporalem vitæ noſtræ proſperitatem animæque noſtræ ſolamen non dubitamus eſſe maximè ſalutare. Notum igitur eſſe volumus Chriſti noſtrisque fidelibus tam futuris quàm præſentibus, qualiter reſpectu divinæ dilectionis animæque noſtræ ſolaminis, & interventu petitionis noſtri fidelis Luitwardi Archicancellarii & Vercellenſis Epiſcopi quoddam Cœnobium nomine Gengenbach in pago Mortenaugienſi juxta fluvium Kintzicha à quodam Ruthardo Duce bonæ memoriæ viro liberali manu & liberalibus inveſtituris conſtructum Deo & ejus Genitrici Mariæ attitulatum denuò iteratâ liberalitate donavimus, donando conceſſimus, concedendo noſtrâ imperiali authoritate confirmamus &c. &c.* Hæc apud Cruſium in Annalibus part. 1. lib. 11. cap. 4. ad annum Chriſti 740. quo primitùs Monaſterium hoc Gengenbachenſe fundatum eſt, idem Franciſco Jrenico in German. Exeges. lib. 11. fol. 393. ſuum inter excellentiora Germaniæ reputatum, quamvis hodie ſævitiâ Gallorum totâ circumcircà regione jure belli potitorum, miſerrimè devaſtatum. Item pientiſſimus Abbas Trithemius de primordiis & antiquo ſtatu Gengenbachii in ſuo Hirſaugienſi Chronico verba faciens tom. 1. fol. m. 276. ad annum 1085. ſequentia ſcriptitat: *Ad Monaſterium in Gengenbach Argentinenſis diœceſis, quod S. Pirminius Meldenſis Epiſcopus & B. Mauri Abbatis quondam Monachus, auditor atque diſcipulus fundavit temporibus Theoderici Regis Francorum, ſicut manifeſtè legimus in ejus latinè ſcriptâ, quam habemus, Marquardus Abbas cum duodecim Monachis ex Hirſaugiâ miſſus eſt à Gebhardo Venerabili Patre, qui S. Wilhelmo in Abbatiâ Hirſaugienſi ſucceſſit. Hic Reverendiſſimus Abbas Marquardus Cœnobium in Gengenbach ſibi traditum in utroque ſtatu reformari & temporalia ſapienter recuperavit amiſſa, & in brevi numerum valdè auxit Monachorum. Poſtquam & alius ad eundem locum miſſus eſt, cujus nomen non occurrit &c.*

Anno circiter 1358. ex eodem hoc Imperiali Monaſterio Gengenbachenſi ad epiſcopalem cathedram Brixinenſem in Tiroli rogatu Caroli Quarti Romanorum Imperatoris canonicè promotus fuit Lampertus id temporis Abbas, antè verò Monachus Newenweilerenſis in diœceſi itidem Argentoratenſi ejusdem Auguſtiſſimæ Majeſtatis ſuæ Conſiliarius intimus, idem poſtmodùm (Infulâ Brixinenſi ſponte dimiſsâ) ſub annum 1364. factus Epiſcopus Spirenſis; Anno verò 1372. ad cathedram Argentoratenſem promotus; demùm Anno 1374. ſummus Antiſtes Bambergenſis factus, atque ad ultimùm reſignato omni epiſcopali officio ac dignitate ad aſcetas ſuos Gengenbachenſes Anno 1398. reverſus ſibi ſoli depoſthâc privatus vixit, in eodem cœnobio tandem mortuus & honorificè ſepultus: cujus ſat magna laus eſt apud Hundium in Metropoli Salisburgenſi tom. 1. fol. 449. Bruſchium de Epiſc. Germaniæ cap. 5. 6. & 15. Chriſtophorum Lehmann in Chronico Spirenſi lib. 7. cap. 58. fol. 822. & ſeqq.

Porrò Henricus Pantaleon de viris illuſtribus Germaniæ inter clariora patriæ noſtræ ſidera ſuperiori currente ſeculo conſpicua tres etiam alios recenſet laudatiſſimos Monaſterii hujus Gengenbachenſis Abbates magnis meritis onuſtos, qui ſunt ſequentes: Primus autem fuiſſe perhibetur *Philippus* (inquit citatus author part. 3. fol. 59.) *qui ex nobili familiâ de Eſelſperg natus à teneris annis bonis litteris operam dedit, & in iis egregiè profecit. Is cùm adoleviſſet, celeberrimum Gengenbacenſe Monaſterium acceſſit, & ejus loci fratribus ſe conjunxit. Ibi cùm eruditione & prudentiâ reliquos ſuperaret, Anno 1507. ejus loci Abbas omnium votis electus eſt. Erat Philippus ob multas animi & corporis virtutes Maximiliano Cæſari gratiſſimus. Itaque bis ipſum in Monaſterio inviſit, & aliquamdiu ibi permanſit. Statuerat Philippus ex ſuo Monaſterio, aliorum quorundam exemplo invitatus, Canonicorum Collegium inſtituere, ideoque magnis ſumptibus ter Romanam Urbem acceſſit, atque Guilielmo Fürſtenbergio ejus Cœnobii advocato reſiſtente, id impetrare haud potuit. Nihilominùs tamen Philippus eum locum multis ædificiis exornavit, atque inprimis, ut litteris juventus operam daret, inſtituit.*

Cum hoc modò per viginti quatuor annos præfuiſſet: tandem ſenex die Joannis Baptiſtæ Anno ſalutis 1531. obiit, & in templo ſuo honorificè ſepultus fuit. Alter fuit *Fridericus* (inquit idem Pantaleon infrà fol. 263.) *ex nobili familiâ de Keppenbach in Briſgoviâ natus, qui Scholam Monaſterii per aliquot ſecula clauſam denuò aperuit & juventutem in bonis litteris educandam docto Præceptori commendavit. Cùm etiam anteceſſorum negligentiâ Monaſterii bona dilapidata eſſent, ipſe eadem ſuâ frugalitate reſtituit, & eum locum multis ædificiis illuſtravit. Hujus Abbatis tempore bellum Schmalcaldicum exortum: in quo ipſe à Fürſtenbergico Comite captus, atque mox ſuapte virtute liberatus fuit. Conſtruxit Fridericus duo memorabilia ſacella: unum S. Jacobi in Caſtelbergo, ubi antiquitùs Monialium Monaſterium ſitum fuit. Alterum verò in valle Ethnicorum S. Michaeli dicatum. Cùm per quindecim annos feliciter præfuiſſet Anno 1515. obiit, & in ejus Monaſterii templo honorificè ſepultus fuit.* Tertius emicuit *Giſbertus* (verba ejuſdem Authoris ſunt) *ex Metenſi ditione honeſtis parentibus natus. Hic cùm felici ingenio eſſet præditus, in oppido Mauri Monaſterii bonis litteris operam dedit, atque artium fundamenta egregiè jecit. Poſteà ſe Argentinam contulit, & ingenium omni genere diſciplinarum excoluit. Cùm hoc modo in litteris pergeret, atque hujus ſeculi vanitatem conſideraret Anno 1548. Mauri Monaſterium acceſſit, & ibidem Benedictinorum ordinem ſuſcepit. In eo loco cùm per aliquot annos modeſtè vixiſſet, & libris invigilaret, ab ejus loci Abbate Præpoſitus S. Quirini in finibus Lotharingicis eligitur. Intereà Abbas Altorſſenſis obiit, atque Giſbertus Anno 1554. præter expectationem ejus Monaſterii Abbas conſtitutus fuit. Cùm in eo per biennium vixiſſet, atque vicini Proceres (inter quos & ipſe erat) Offenburgi conveniſſent de novo Abbate Gengenbachenſi deliberaturi, Giſbertus omnium votis, cùm nihil tale cogitaret 46. Abbas electus eſt Anno 1556. licet hactenùs nulli extra nobilitatem prognati ad eam dignitatem pervenire potuiſſent, cùm Monaſterium illud Imperiale cenſeatur. Itaque Giſbertus ſuam functionem conſiderans, Monaſterium paſſim ſuis ædificiis ruinas minitans magnis ſumptibus reſtaurari, atque ut omnia paſſim rectè fierent, curavit. Ne etiam amœnum eum locum otioſis hominibus præparâſſet, diligenter juventutem ad bonas litteras perdiſcendas incitavit, atque ſuo exemplo libris inhærendum admonuit. Itaque Scholam publicam ad Monaſterium ædificavit, atque viros doctos liberalibus ſtipendiis ad ſe pellexit, id quod veteres Abbates in frequenti uſu habuêre. Inter eos exiſtit Cornelius Eſelberger homo eruditione & pietate inſignis, qui populum pro concionibus magno fervore inſtruit, atque ſuam doctrinam vitæ integritate omnibus probabilem reddit: unde etiam dùm carnis voluptates is ſpernit, corpora extenuato degit. Ipſe verò Giſbertus tot & tantis virtutibus eſt præditus, ut finitimi Abbates eum plurimùm diligant, atq; omnibus exteris prædicent. Humanitatem quidem ejus & ipſe in meâ peregrinatione 1565. expertus ſum, dùm Monaſterii antiqua monimenta benignè oſtendit, atque de rebus variis doctiſſimè contulit.*

S. GEORGII.

TAliter intitulatum vetuſtiſſimum Ordinis S. Benedicti diœceſis Conſtantienſis Abbatiale Cœnobium, olim in Herciniâ celeberrimum: de cujus origine Trithemius Abbas in ſuo Hirſaugienſi Chronico part. 1. fol. m. 265. proſtat in hæc verba legendus: *His etiam* (Anno 1085.) *temporibus vir quidam nobilis, dives & in Chriſtianâ religione multùm devotus nomine Hezilo conſulente & pro viribus adjuvante quodam Haſſone viro ſimiliter claro, & inſigni volens Dominum Jeſum bonorum ſuorum habere hæredem prædium ſuum quoddam in nigrâ ſilvâ Conſtantienſis diœceſis pro conſtruendo Monaſterio S. Abbati Wilhelmo contulit, & liberales impenſas pro conſummatione operis promiſit. Cujus votum & ſanctum deſiderium vir Dei lubenter ſuſcipiens locum perſonaliter acceſſit, formam & modum conſtruendi Monaſterii præſcripſit, ac de ſuis Monachis aliquos memoratis viris, qui videbantur idonei, in adjutores deputavit. Conſummato tandem Monaſterio & in honorem S. Georgii Martyris conſecrato fratres de ſuo Conventu Hirſaugienſi illò miſit: quibus Henricum Abbatem præfecit, ſed eum de ſuâ regulari obedientiâ mini-*

minimè abſolvit. Sic quidem ille, ſed quàm benè (ratione temporis) neſcio, ſiquidem oppidò contrariatur Gab. Bucelinus quoad hoc omninò diverſus, dùm ſcilicet primam Cœnobii hujus originem] duobus integris ſeculis & ampliùs anticipat, ac proin in ſuâ Germaniâ ſacrâ part. 2. fol. 38. ſic aſſeverat: *S. Georgii egregium Herciniæ Cœnobium fundari cœpit, ſi vetuſtiſſimo m. s. fides, Anno Chriſti 813. apud villam Nerhartes Kirchung ab Hezilone & Heſſone viris Illuſtribus in allodio illius, abſolutumque eſt ſub annum Chriſti 824. rudi primùm opere, donec paulatim in magnum ſplendorem excreſceret, viris deinceps ſanctiſſimis feliciſſimum, qui obſcuriſſimam naturâ Herciniam firmamenti inſtar illuſtrem reddiderunt, è quibus præ aliis S. Theogerus ibidem Abbas, Ven. Erbo S. Theogeri diſcipulus & S. Erminoldi in Abbatia Pruflingenſi ſucceſſor Wolwoldus Admontenſis: Godefridus Weingartenſis, inde poſtulati Antiſtites, ipſe etiam Heſſo fundator Monachatum egregiè exſplenduère. Cæterùm cujus familiæ fuerint primi ſeu ſecundarii fundatores etſi incompertum, certum tamen eſt, alterutros fuiſſe Barones de Tegernaw, quorum usque hodie Inſignia iis, quæ Cœnobium uſurpat, adjunguntur. Tranſlatum eſt alterâ ac tertiâ vice ad pagum Barn atque in Waldaw, donec hinc quoque graviter jactati aſcetæ ſecedere, & è ſolitudine in urbem ſe conferre cogerentur.* Et hæc citatus Bucelinus, cujus in rem præſentem opportunè nobis attrahenda videtur Conſtantia Benedictina m. s. tom. 2. part. 1. deſcriptis Georgiani hujus Cœnobii primordiis taliter adornata: *Anno Chriſtiano ſupra octingenteſimum viceſimo quarto referuntur initia ſua celebri illi Herciniæ Cœnobio Divi Georgii Martyris nomini dicato Hezelone auctore undecim ferè ante hunc annis, hoc verò præſenti Heſſone & Eduardo conditoribus. Originem ſcripto quodam perveteri Cruſius proponit mendosè admodùm quam ſe alicubi ex ingenio correxiſſe, cùm aliunde auxilio deſtitueretur, aſſirmat. Succenſui non parùm Cruſio ut nimiùm diligenti, qui veterum timeat ſimplicitate erubeſcere, attamen minimè indignum judicavi, quòd correctoris mage quàm ſcriptoris depravatione licet corruptum hîc ſubjicere:*

Deo Patri Ingenito, & Filio Unigenito, & Spiritui Sancto Paraclito.

Accepta ſit Domini Hezelonis devotio, quâ B. Georgium dilexit, dilectumque honorare diſpoſuit. Hunc igitur Martyrem à progenitoribus avis præ cæteris Sanctis ſingulariter adamatum ſingulariùs & impenſiùs in tantum recoluit, ut in villâ ſuâ nomine Walda ei Monaſteriolum fieri deſideraret: eò, quòd dilecti progenitores ſui, ibi ex majori parte terræ condendati fuiſſent, qui ibidem conſtruxerunt eidem Martyri Oratorium, ſatis aptè & benè, prout in villâ ſolet. Reliquis Sanctorum libris cæterisque utenſilibus ſimulque prædiis & familiâ ditatum. Ad hoc cùm toto mentis deſiderio anhelaret, adſtruit ſibi Heſſonem, hominem curialem, potentem, prædiis benè locupletem: cui par in animo inſederat cupido ſimul de allodio ſuo aliquid honoris Deo conferendi. Communicato ergò conſenſu expoſuerunt ſibi invicem diligentius ſaluberrima conſilia. Ille quidem, quid de villâ Walda cogitâſſet, iſte verò de bono, quod de hæreditate ſuâ conferre deſiderâſſet. Itaque Conventum eſt omninò inter ipſos concordique conſenſu & conſilio amborum comprobatum, ut in honore S. Georgii in Walda fieret Monaſterium, in quo ſecundùm Regulam S. Benedicti viveretur: quam nulli unquàm liceret aliquâ aliâ regulâ transmutare. Eandem autem villam, quia idem Hezelo uxori ſuæ Berthæ in dotem, ejusque proli in proprietatem jam dudùm allegaverat, & idcircò inde ſecundùm ſuam utilitatem agendi nondùm liberam poteſtatem habebat accepto cognatorum partimque amicorum ſuorum conſilio, placuit ei prædia fratris ſui Adalberti nuper defuncti (quæ ad ipſum hæreditario jure deſcenderant: de quibus quidvis conſtituendi vel agendi liberam poteſtatem ipſe ſolus habebat) quaſi in concambio pro Walda filio ſuo unico Hermanno (uxore ſuâ ſupradictâ Berthâ jam defunctâ) per manum fideſponſoris conſtituere, dictusque eſt dies & locus, quando hæc conſtitutio fieri deberet.

Anno igitur Incarnationis Dominicæ octingenteſimo decimo tertio, Indictione ſextâ, ſecundo nonas Januarii feriâ quartâ, Lunâ duodecimâ, apud villam nomine Nerharteskirchung tradidit ſupradictus Hezelo in fidem Comitis Manegoldi de Aleshauſen ſæpedictam Waldam cum omnibus appendiciis ſuis, cum obteſtationibus, ut Monaſterium, quod de eâ villâ fieri deberet, cum omnibus in eâdem ſibi juſtè pertinentibus, & legaliter collatis & deinceps quarum-

quarumcunq; perſonarum authenticâ traditione referendis B. Petro Apoſtolo ſub præſtatione alicujus censûs traderet: ut eò liberiùs & conſtantiùs ibi Domino ſerviretur: quo ſub Romanæ Eccleſiæ mundiburdio & tuitione in omni immunitate & libertate ita defenderetur, ut nulli Sacerdotum, Clericorum, Regum, Ducum, Comitum, Judicum ſeu quarumlibet magnarum aut parvarum perſonarum præſumeret ſibi in eodem Monaſterio aliquas proprietatis conditiones, non hæreditarii juris, non advocatiæ, non inveſtituræ, non cujuslibet poteſtatis, quæ libertati Monaſterii nocere poſſet, vendicare, nec ornamenta Eccleſiæ, ſive poſſesſiones, invadere, minuere, alienare. Eâdem die, eodemque loco prætitulatus vir, prædia, quæ in concambio conſtituit, filio tradidit in præſentiâ ſupradicti Comitis ſolenniter eum obteſtatus: ut ſi unquàm idem filius ſuus, aut aliquis poſt, jam dictam conſtitutionem temerariè infringere, aut aliquo modo disſipare præſumeret, eadem prædia omnia Romanæ Eccleſiæ omnimodis manciparet, ſubderet & ſubjugaret, ut eorundem ipſe, ejusque propinqui, exhæreditati in perpetuum forent. Hæc autem prædia ſunt Degernowa & Indedingen cum omnibus ſibi pertinentibus. Conſummatæ ergò hujusmodi conſtitutiones immunitatis & libertatis præfati Monaſterii; Heſſo, quem ſuprà diximus, eodem in loco, eâdem die proprietates ſuas hæreditarias ferè omnes, in manus & in fidem ſæpedicti Hezilonis contradidit, eâ conditione, ut eidem Monaſterio in omni ditione manciparentur.

Paria fieri de ſuo allodio vir quidam militaris Eduard nomine, ab Adelberto de Ocolneswanc poſtulavit: cujus fidei illud ibidem eodem die commendavit. Harum omnium conſtitutionum, pactionum ſive poſtulationum teſtes qui præſentes fuerint ſubſcripti ſunt Comes Mancgoldus de Aleshuſen: Eduart & filius ejus. Eberhardus & Henricus de S. Monte. Arnoldus de Binezwangen: Henricus & filius fratris ejus: Henricus de Hirzeſſungen: Manegoldus & Ludwicus frater ejus de Sigmaringen: Udalricus, Sigfridus, & filius fratris ejus Hermannus de Wilere: Rupertus & frater ejus Adelbertus de Ocolneswanc. Rudolphus de Walthuſen: Pilegrinus & frater ejus Udalricus: Landoldus & frater ejus Adelgetz de Huſenkirchen: Luipoldus de Bibra: Item Luipoldus de Meitinga. Henricus de Baltes: Beati Bertholdus de Bitteſchere, Adelbertus de Birchshart, Gerungus & Hiltbrand frater ejus de Grundelheim. Hiltpret de Rincksnenth. Lautold & Bertholdus de Richhuſen. Pilegrinus de Nuiwili: Burckart & Diechot de Dominorum Mundeshuſen: Hermann de Richenbach: Lampert de Nigrofluvio. Beramus de Siſſon. Fridericus de Helribach. Poſteà verò præſentibus ferè omnibus ſupra dictis teſtibus in Walda in Oratorio S. Georgii idem rogavit Dominus Hezelo Comitem Manegoldum, ut eidem Martyri eandem villam contraderet, quod ipſum pars fuit in priori Conventu factæ petitionis: illius videlicet, quâ id ipſe conſtituit, ut Monaſterium B. Petro Comes manciparet. Ibidem rogavit Heſſo Hezelonem & Eduardus Adelbertum, ut ſicut prius poſtulaverant, conſummarent. Item de reliquiis S. Georgii & aliis compluribus: quas uterque & Heſſo & Heſſelo conquiſierant; vel à parentibus ſuis conquiſitas habebant. Has ergò Deo & S. Georgio in perpetuam proprietatem dediderunt. Comes quidem Waldam cum omnibus appendiciis ſuis: uterque verò fideſponſor ſupradictus proprietates Heſſonis & Eduardi, in ſervitium Monachorum, qui futuri forent in Monaſterio ſuperiùs dicto adhuc conſtruendo. Quibus ita ritè peractis, itum eſt ad Reverendisſimum Abbatem Wilhelmum: quem Dominus Deus exemplum veræ religionis propoſuerat: operariumque ferventisſimum in vineam ſuam conduxerat: qui in hâc noſtrâ Ægypto alter profectò fuit Joſeph vel Moyſes. Hunc ergò multis & magnis precibus ambo ſæpedicti rogaverunt, poſtulaverunt, & exoraverunt: ut intromitteret ſe ad hoc Monaſterium condendum, conſtruendum, exordinandum. Cùm autem Waldam ipſe veniens locum viſeret: minusque aptum monaſticæ vitæ certius diſceret: aſſeruit alibi rem fieri debere. Et niſi id ipſi annuerent: non auſurum ſe ibidem intromittere. Dixerunt ipſi anteà rem ita diſpoſitam eſſe: quaſi quæ in Walda fieri deberet: nec ſe quid inde transmutare poſſe: niſi ipſe à Romanâ ſede licentiam adeptus foret. Quamobrem miſit ille Romam quendam monachum ſuum vocabulo Rodpertum, ad eum, qui tunc præſidebat Romanæ Eccleſiæ (erat Paſchalis I.) nactusque licentiam hujusmodi, ubicunque in rem foret mutationum: tranſtulit ſupraſcriptam Monaſterii diſpoſitionem cum ſupradictis reliquiis, in pagum nomine Bara, in Comitatu Aſcheim, in quendam monticulum

culum nigræ ſilvæ: qui locus propter ſitum terræ dici poteſt & eſt ipſe Vertex Alemanniæ. *Quod prædium ab Oriente communi proprietate Sanctæ Mariæ: ab Occidente verò fontibus Brichenæ, à meridie autem longi montis crepidine, ac à Septentrione usque ad ipſas proprietates Tranſilvanorum. Verùm quia hoc idem prædium in Heſſelonis proprietate fuit tantùm dimidium à quodam, cujus id proprium fuit nomine Waltario de Tenrigen permutavit Heſſo: dato pro eo, uno & dimidio bono & particula manſus in villa Phæren. Hoc idem dimidium poſteà in proprietatem dedit Deo & S. Georgio.*

Anno ergo Incarnationis Dominicæ 824. Indictione 2. decimo Calendas Maji venit Heſſo & Eduardus (jam pauperes Chriſti) cum aliquot fratribus in prædictum monticulum arborum denſitate conſitum & horrore ſilvatico ſqualidum, ubi nondum fuerat vel unum domicilium. Advenerunt quoque circiter quinquaginta quatuor Fratres miſſi à Domino Alberto: qui omnes deſtruxerunt arbores & diſſipaverunt & plantaverunt: factisque aliquot caſis, ubi interim repauſarent: ſtatim deinde ligneam condiderunt Capellam & clauſtrum qualecunque ei adjacens. Placuit eis tandem locum cognominare Cellam S. Georgii, eò quòd aliis Sanctis ibi ipſe præhaberetur. Quod ipſum quoque Dominus Abbas fieri juſſit. Ita Cruſius in ſuis Sueviæ Annalibus part. 2. lib. 2. cap. 2. Poſt quem ſæpè nominatus Bucelinus qualemcunque Cœnobii hujus Georgiani hiſtoriam ita concludit: *Multùm deîn* (poſt primam fundationem) *huic Monaſterio opibus & potentiâ nomen parvis initiis, curantibus ac promoventibus piis, nulli ferè Cœnobiorum ceſſurum, ſi impiæ hæreticorum manus illud haud invaſiſſent. Exules hodie* (poſt promulgatam pacem Cæſareo-Suecicam) *ſui monachi Villingæ agunt, vicino oppido & triſti in proximo obtutu. Cacum inſpiciunt hæreticum Abbatem uxorium rebus ſuis heu nimis quàm injuriè incubantem.* Sed quod res eſt, modernus Abbas Georgio-Villinganus poſt novum regulare clauſtrum hactenùs convenienter apparatum etiam præſtantiſſimum (ut audio) inædificari facit templum magnis ſumptibus excolendum, Divino cultui devotisſimè conſignandum.

❀ S. GEROLDI.

PRæpoſitura diœceſis Curienſis de Ordine S. Benedicti in extremis ſuperioris Sueviæ noſtræ finibus adſpectanda eaque Griſonibus contermina Monaſterio Einſidlenſi ſubdita & incorporata inter altisſima montium juga Comitatûs Blumeneccenſis Duringam & pagum Dominicum ex adverſo Rackachii ad omnem Lucium incolatū Illuſtriſſimi & Sanctisſimi Principis Geroldi Saxoniæ Ducis & duorum filiorum Einſidlenſium poſteà Monachorum primùm nobilitata, ipſiusque ſacro corpore usque hodie fortunata. Sic ferè Bucelinus in ſuâ Imperii Germanici Monaſteriologiâ parte alterâ fol. 186. poſt quem hic ſubjungere placet, quæ de eodem hoc antiquiſſimo S. Geroldi domicilio religioſo alibi legimus annotata ſub his verbis: *Quatuor circiter horæ Veldkirchio ſejungunt Præpoſituram S. Geroldi olim in Frieſen nuncupatam. S. Geroldus ex Ducibus Saxoniæ loci ſolitarius incola Monaſteriolo initium dedit, namque in venatione ab urſo ſibi familiari, cùm prementes canes inſectantes poſt ſe & ad cavam quercum S. Geroldi cellam traheret, proditus ab Ottone Comite de Jagberg ſub annum nongenteſimum amplo territorio donatus Monaſteriolum erexit; erectum unà cum omni territorio B. V. Mariæ Eremitanæ (ut vocant) in Helvetiis ſubjecit, hinc à Monachis illis ſub regimine vicarii Præpoſiti perpetim incolitur, & multùm quidem nunc ampliatur.* Quæ omnia hactenùs recenſita confirmat, qui eadem quoque fideliter enarrat Joannes Georgius Schlee in ſuâ ſuperioris Rhætiæ deſcriptione fol. 58. juxta ſequentium tenorem: Ob dem Schloß Blumen-Eck im Anfang des Gebürgs/ob dem Waſſer der Lautz auſſerhalb Valentſchinen / ligt das Cloſter St. Gerold von Alter her Frießen genannt/Benedictiner-Ordens/der Zeit ein Probſtey und dem Gottshaus Einſidlen zugehörig/allda St. Gerold/ſo ein Hertzog aus Sachſen geweſt / Einſidler-weiß gewohnet / daſelbſten auch mit 2. Söhnen raſtet / bey welchem vil Wunder-Zeichen beſchehen ſeind. Man ſchreibt/ daß / als ermeldter St. Gerold / nachdem Er das Fürſtenthumb

thumb/ ſein Gemahel und Kinder verlaſſen / gleich an dem Ort / da jetzt das Gottshaus ſtehet/ſein Einſidel-Leben in einer hohen Eych gehalten habe. Graff Otto uff Jagberg damahln wohnende umbs Jahr Chriſti 900. hatte an diſem Orth jagen laſſen / und als die Jäger und Hund einen Bären angetroffen / ſey ſolcher Bär St. Geroldẽ zugeeylt / und die Jäger und Hund hernach / welchen er empfangen / und von den Hunden erlöſt / alſo daß ſie ihne in derſelben holen Eych gefunden / und dem Graffen verkundſchafftet / welcher Graff alsbald ſampt ſeiner Gemahlin und 2. Söhnen ſich aufgemacht/und den heyligen Mann nach der Jäger Worten gefunden / fielen ſie vor ihme nieder und thäten ihme ein Stuck von ſelbem Thal ſambt dem Wald auch einem groſſen Stuck des Lands vergaben/ dardurch er das Clöſterlein anfienge zu bauen / und der Bär hienge ihme ſtets an / und ward ihme behülfflich mit Holtz/Stein und Waſſer zutragen. Und als er ſich des Tods nahe befand / nahm er ſeines Lands ein Schollen in ſein Taſchen/ fügt ſich zu dem Gottshaus Einſidlen/ und opffert ſelbigen auff den Altar / und damit ſein Clöſterlein ſamt aller Zugehörd demſelbigen Gottshaus / hat alſo diß Gottshaus ſein eygen Gericht / eygne Leuth / Fälle/ Gläß / Schuld / Frevel / Zünß / Zehenden / des Gottshaus Gericht genannt / die hohe und Fürſtliche Oberkeit aber bleibt der Herrſchafft/ welche Vögt und Schirm-Herren über das Gottshaus ſeind und ermeldte Vogten von dem Gottshaus Einſidlen zu Lehen tragen.

❋ GERSPACENSE.

GErſpachium oppidum eſt diœceſis Spirenſis in territorio Badenſi vel breviter deſcriptum à Zeillero in Topographiâ Sueviæ fol. 79. idque colitur & de præſenti inhabitatur à colonis ſeu ſubditis tùm Catholicis, tùm Lutheranis: quorum illis Sereniſſimus Badenſis, his verò Durlacenſis, uti vocatur, Marchio jura dictat. Atque in eodem hoc Gerſpacenſi oppido novum ſibi hoſpitium extemporaneum ſibi conſtituerunt RR. PP. Capucini nuper ab effero nimiùm Marte Gallico è ſuo Conventu Marchio-Badenſi violenter expulſi, miroſq; hactenùs fecerunt, prout etiamnùm iſthîc loci faciunt & afferunt fructus in vineâ Domini diverſos ac ſaluberrimos, ſiquidem à tempore, quo memorati Patres Gerſpachio immigrârunt, usque ad annum 1690. præter errabundos aliquot ad orthodoxam fidem ab hæreſi reductos, etiam in ſacro tribunali pœnitentes ſacramentaliter confeſſos abſolviſſe legimus univerſim undecim mille trecentos.

GIENGENSE

INcluſorium (uti hoc vocat Stengelius Abbas in Mantiſſâ ad Comment. rerum Auguſtan. cap. 6. fol. 15.) religioſum ſororum tertiæ regulæ S. Franciſci in Giengen imperiali oppido diœceſis Auguſtanæ infra limites Ducatûs Wirtenbergici fusè deſcripto in Topographiâ Sueviæ apud Zeillerum fol. 80. & ſeqq. quocunque demùm tempore & authore fundatum jam ſuperiori decurrente ſeculo triſti fato ſacrilegæ devaſtationis florere deſiit, ex quo nimirùm memorata civitas Giengenſis Lutheraniſmum noviter exortum amplexa ab avitâ Majorum religione totâ quantâ defecit.

GIENGENSE

FUit antehàc ibidem loci ſeu in eodem Giengenſi oppido parthenium quoque de Ordine Eremitarum S. Auguſtini clauſtrale quoddam domicilium; quamvis iſtud ſecundùm primam ac genuinam originem ſuam vix & ne vix quidem ampliùs inquirendum ; de quo proin ex antiquo quodam codice m. s. mihi nuper coràm in id exhibito, ſolummodò conſtat, quòd olim Ven. P. Caſpar Amonius Haſſelenſis SS. Theologiæ Doctor multarum linguarum

guarum præſertim Hebraicæ peritiâ celeberrimus Prior Lavinganus, idem etiam ſui Ordinis in Sueviâ poſtmodùm Generalis religioſis ſororibus in hoc Giengenſi clauſtro degentibus pro qualicunq; illius reparatione faciendâ ſtipem oſtiatim colligentibus proprias dedit, quas ex officio conſcribi fecit litteras ut vocant obedientiales ſimpliciter exaratas Anno 1501.

GLATTHEIMENSE

Plentiſſimum in rurali Decanatu Horbenſi ſeu Dornſtettenſi Conſtantienſis diœceſis Monaſteriolum tertiæ regulæ S. Franciſci ſororibus appropriatum; idem tamen vix ampliùs (quia jam pridem ab hæreticis pleniſſimè ſuffocatum) nomine ſuo nobis notum ex Documentis Wirtenbergicis Monaſt. Virg. fol. 139. ubi in causâ illius vel obiter annotata leguntur ſequentia: Es befindet ſich/daß diß (1554ſte) Jahr das Frauen: Cloſter Glattheim Franciſcaner: Ordens in Dornſtetter Ampt gelegen/ ſo circa annum 1449. geſtüfftet worden/ noch in ſeinem eſſe geweſen. Cruſius in Paralip. ad ſuos Annales Suevicos Anno 1596. typis Francofurdienſibus editos cap. 13. fol. 56. Glattheimium refert inter fœminina illa Wirtenbergiæ Monaſteria, quæ prætacto anno fuerunt adhuc ab hæreſi libera, & ſub priori ſtatu vitæ regularis ſalva & integra.

GNADENCELLENSE

ANtiquitùs etiam *Offenhauſen* nuncupatum Ordinis Dominicani inſigne prorsùs Cœnobium fœmininum diœceſis Conſtantienſis in Ducatu Wirtenbergiæ duobus à Tubingâ milliaribus diſtans, de quo Felix Faber FF. Prædicatorum Prior Ulmenſis apud Cruſium part. 3. lib. 2. cap. 8. citatus in ſuis m. ss. ponit ſequentia: *Nullus alius Monaſticus Ordo quàm Prædicatorum ſeu Dominicanorum tot Cœnobia Virginum ſibi habuit commiſſa. In iis autem Cœnobiis etiam illuſtres fœminæ non modò inferioris conditionis vivere voluerunt. Tale Gyneceium fuit in aſperis Sueviæ alpibus (cinctum muris, montibus, ſilvis, aquis) quoddam, quod dicebatur ad S. Mariam in Gratiæ Cellâ, ubi Virgines modeſtæ vivebant tanquàm captivæ in cuſtodiâ cum paupertate, humilitate & patientiâ.* Et paulò pòſt: *In Sueviæ medio regio quædam eſt in ditione Ducis Teccenſis & Wirtenbergenſis nomine alpes montoſa & aſpera: in quâ tamen multi ſunt pagi. Hoc autem Cœnobium in medio ejus eſt, ubi altisſima montium cacumina: unde longè patet proſpectus etiam ad Rhenum usque & trans Danubium ad montana usque nivoſa Italiam & Lotharingiam à Germaniâ ſeparantia. Ipſum autem Cœnobium in valle ſitum eſt altisſimo juxtà ab unâ parte monti nomen eſt Sternenberg: in cujus vertice fons ſalubris oritur: ex alto & obſcuro ſpecu, cujus fontis aqua defluens evaneſcit in clivo: ſed infrà in valle juxta Luteram rivum iterùm emergit duobus claris & bonis fontibus, qui & ipſi nomen à monte habent* Sternen-Brunnen *dicti. Bibitur inde absque noxâ imò & ſalubriter. Juxta fontem vetuſta arbor & ignorata ruſticis, qualis ſit, ſed & ſilveſtris tiliæ genus, quod vocatur* Stein-Linden. *Ad ſiniſtram montis alius mons eſt, quem Coppenberg vocant vel Hoppenbald, ſub quo rivus Lutera naſcitur in valle. In alterâ parte vallis ſupradictæ è regione Sterenbergi alius itidem mons eſt nomine Aichelberg (quercuum mons) vel Aichald. Montes hi ferè ſaxoſi ſunt cautibus aſperi. Ibi multi lapides reperiuntur: in quibus conchæ tanquàm Jacobitarum inveniuntur: forſitan ibi quondam ab exundatione maris relictæ. Docti ajunt ex impresſione ſtellarum: Inter montes multæ ſcaturigines limpidorum fontium: qui unum in locum confluentes lacum faciunt: ex quo ipſa Lutera à claritate aquæ nomen habens, quæ curvitatem collis ſequens ſe in Danubium immergit. Multos ſuppeditat bonos piſces, truttas: gobios, pſellas, mugiles. Habitaverunt hanc regionem initio cultores Dæmoniorum & magiæ ſervi: & quando Jupiter & Oſiris omnes obière terras, Dæ-*

mones etiam libentiùs edebant oracula in ſilvis, vallibus, locis obſcuris, montibus & quercetis quàm alibi. Itaque ibi fana fuerunt ædificata, ex quibus raptores poſteà fecerunt Caſtella. Inde prædando incurſiones in quosvis fecerunt: præſertim in montibus habitantes Centauri: Inter tales erat his in locis quidam inſignis nomine Hoppus omnibus moleſtus & inviſus: qui putabat, quoniam ipſe Luteræ originem teneret, omnia debere ad ſe usq; ad Danubium pertinere.

Tempore quoque Romanorum, qui his etiam locis potiti ſunt, Præfectus quidam ipſorum mirans loci hujus ab hominibus ſolitudinem, vicos ibi ædificari jusſit. Nemo volebat ad Luteræ fontes ædificare propter aſperitatem & fontem regionis. Ipſe verò immunitate promiſsâ ædificantibus effecit: ut multi ex locis exteris huc venirent, & caſas conſtruerent. Ex eâ re pago huic (quod quidem non ampliùs eſt) nomen fuit impoſitum Offenhauſen, id eſt adaperta domus: quia nemo, qui inhabitare locum vellet, excludebatur nec bonus nec malus, imo mali ibi prævalebant. Sequentibus temporibus Chriſtianâ religione hic quoque vicus eſt imbutus, & templum in honorem S. Pancratii Martyris extructum. Anno autem Domini 798. vivebat Carolus Magnus & Pontifex Leo III. quem indignisſimè tractabant Romani. Dicitur, ei oculos ab illis effoſſos fuiſſe, & linguam abſciſſam, ſed hæc ambo divinitùs reſtituta. Carolus ergò Romam profectus in nobilium audaciam & irreverentiam graviter animadvertit: Eorum alios aliò cum uxoribus & liberis ejecit: regionesque diverſas eis adminiſtrandas mandavit: nec unquàm eos Romam redire voluit. Ex ipſis igitur multi in Germaniam venerunt, & in valles Rhenanam, Hegoviam, Turgoviam, Argoviam, Sueviam pasſim, ut in Wirtenbergicum Tractum Teccenſem, Zollerenſem, Helffenſteinenſem: quibus locis nomina ſunt in domiciliis, quæ ædificârunt. Ex quibus & Comites in Hegoviâ Lupfenſes &c. &c. Tales omnes ex Urbe Româ in hæc loca veniſſe exiſtimantur. Poſteriori tempore cum Fridericus II. Imperio, Gregorius IX. verò Eccleſiæ præeſſent, Fridericus Pontifici inviſus, idque propter Apuliam & Siciliam in Sueviam reverſus eſt, aulamque habuit in altisſimo caſtello ſuo, quod ſupra Gœppingam eſt Stauffenſi. Allato autem nuntio amittendi in periculo Siciliam eſſe Auguſtus militiam imperitavit ſubjectis ſuis nobilibus & ignobilibus. Eam quidam Nobilium, quòd adversùs Eccleſiam eſſet, recuſârunt Comites videlicet Lupffenſes, Zollerenſes, Gundelfingenſes & Niffenſes. Cæſar ſe adverſari Eccleſiæ negans, ſed hoſti Pontifici vehementer eis iraſcens bello ipſos erat petiturus ut inobedientes: Ipſi ne quid præcipitanter fieret, deprecati ſunt ſubmittentes ſe ſententiæ, quæ in Comitiis Principum ferretur. Ea frequentibus ab Electoribus & Principibus habita ſunt Rotwilæ. Cumque transactio tentaretur inter Comites & Auguſtum: duritur hic repudiavit: ne arces quidem, vicos & pecunias ab illis accipere dignans, utpotè quæ anteà ſua & ſacri Romani Imperii eſſent. Poſſem, inquit, vos ut rebelles morte afficere, aut toto Romano Imperio ejicere, ſed non faciam: Puniam vos honeſto & utili modo. Conferte pecuniam & conſtruite Monaſterium ſeptuaginta duarum (ſicut ſcilicet Chriſto totidem numero diſcipuli fuêre) Virginum: easque bonis dotate ſufficientibus, ne paupertate coactæ exire cogantur. Licet autem vobis ædificare in aliquo veſtræ ditionis loco, ut Deus noſtri miſereatur, Mariaque Virgo precibus Virginum gratiam vobis impetret, ſiquid in Chriſtianitatem peccavimus. Quod poſtremum addidit: quia à communione Chriſtianorum erat: quâ ex re magnam capiebat moleſtiam. Paruerunt ipſi ac de loco ædificandi conſultârunt cum propinquis ſuis genere ac de ordine. Conſuluit eis quidam prudens vir nobilis Canonicus Spirenſis, ſicut Chriſtus deſtruxerit opera Diaboli: ita pagum Offenhuſam malorum hominum plenum converſione in Monaſterium eſſe deſtruendum: virginibusque regulam S. Auguſtini mandandam eſſe ac poſſe Ordini Prædicatorum incorporari. Placuit conſilium, ut quia vicus ille Lupfenſium eſſet Comitum, hi haberent nomen ac titulum fundatorum Cœnobii, ipſi verò conferrent ad id reliquos agros & prædia. Factum ſic, plùs tamen contulêre Lupfenſes. Perlata eſt res ad Cæſarem: placuit ei: jusſit pagum deſtrui, illosque homines disſipari,

ſipari, deſtrui etiam fanum illud S. Pancratii & Anaſtettam transferri. Templi autem in Monaſterio condendi Patronum eſſe debere non tantùm S. Pancratium, ſed Sanctam etiam Mariam. Hæc duo ille, qui Germanicè ſcripſit, gratulatur ei Cœnobio, quia ſcilicet Maria ſit Mater gratiæ, & Pancratius totus gratiæ dives. Re ita decretâ ac ſtatutâ conducti ſunt operi faciundo Operarii. Ibi verò duo Lupſenſes Bertholdus & Eberhardus ingentem portantes lapidem in fundamento poſuerunt: cui lapidi non parùm argenti & auri indiderunt: Eodem modo & cæteri generoſi Comites (Gundelfinges, Zollerenſes & Nyffenſes) ſuos lapides poſuêre. Ita initium ædificationis factum eſt, adveneruntque etiam aliquot Patres Ordinis Prædicatorum è civitate Conſtantiâ, Rotwilâ & Eſſlingâ ad benè conſulendum.

Cœptum eſt opus ſalutis Anno 1250. ad quod multi libenter conferebant pecuniam aut vecturas gratuitas ex oppidis & pagis, exceptis Offenhuſenſibus ruſticis: quoniam inaudierant opere hoc abſoluto vicum ſuum penitùs iri. Ideò vis eis adhibenda fuit. Unde iram quoque fundatorum aliorumque omnium contra ſe concitârunt.

Ædificatum eſt igitur templum S. Mariæ & huic adjunctus Parthenon virginale Cœnobium multis inſtructum cellulis in quibus cœleſtes Marianæ ancillæ habitaturæ eſſent, ut ſibi ſcilicet & aliis vivis & mortuis gratiam ſuis actionibus promererentur. Hinc tanta hominum erat alacritas promovendi hujus operis, hinc nomen etiam Monaſterio, ut nuncuparetur zu S. Maria zu Gnaden-Cell. Idcircò in veteri ſigillo hujus contubernii erat imago Divæ Virginis Mariæ cum infante Jeſu in brachio ſtantis ſub tabernaculo. Inſcriptio. Sigillum Conventûs S. Mariæ in Cellâ gratiæ Ordinis Prædicatorum. Privilegia Cœnobio Pontifex Alexander IV. in amplo diplomate dedit.

Surgente autem hoc ædificio pagus Offenhuſa decreſcebat, prudentioribus Ruſticorum ultrò diſcedentibus, cæteris vi abeundi à Proceribus impoſita. Pagus tunc vacuus factus exuſtus eſt: & ex areâ purgatâ pratum vel planities amœna facta reſpiciens Occidentem Gamadingam versùs.

Ita Cœnobium inter utrumque fanum S. Pancratii non fuit dejectum, eò quòd Eccleſia Monaſterii nondùm eſſet initiata. Poſtquàm verò conſecrata fuit, etiam bona illius templi huic Cœnobio conceſſa ſunt, & Parochia Aneſtettam, quæ anteà fuerat filia illius fani translata. Potuiſſet fanum deſtrui, non tamen eſt deſtructum, nec ejus cœmiterium intercedente rogatu quorundam, quorum propinqui aut majores ibi erant humati. Sed pœnituit poſteà Virgines hujus Indulgentiæ. Nam quia ſacellum hoc fuerat anteà parochia, homines eò in divinâ causâ ventitabant. Ita Monaſterium amiſit paulatim nomen ſuum Gratiacellæ, eique vulgò adhæſit nomen maledicti pagi Offenhuſæ, quod nomen periiſſet, ſi ſacellum fuiſſet deſtructum. Doluit id non parùm ſpiritualibus Chriſti ſponſis, nam etiam fornices nomen habent Offenhuſæ apertæ domûs. Potiùs appellatum eſſet Beſchloſſenhuſe/clauſa domus: aut ex nomine puri rivi in Cœnobio orientis Lauterhuſe limpida domus namque Offenhuſæ nomen contra ſigillum etiam Cœnobii & litteras fundationis erat: invaluit autem ſuccedentium negligentiâ Sanctimonialium: cùm primæ tamen nomen Cellæ gratiæ tutatæ fuiſſent. Iſtæ autem novum ſibi ſigillum fecerunt cum inſcriptione ſigillum Conventûs in Offenhauſen. At hoc in dedecus S. Virginis Mariæ vergebat: quòd in ſigillo argenteo cum imagine ejus etiam ementitum Offenhuſæ (non ampliùs ſtantis) nomen conjungebatur. Ideò fœminæ, ſi ſapuiſſent, prudentum conſilio & Cæſareo Notario ad emendationem tanti ſui erroris uſæ fuiſſent non permittentes, ut quiſquam nominaret Offenhuſam; Indè major auctoritas & felicitas (inquit Scriptor) Monaſterio conciliaretur.

Cæterùm perfectâ jam ædificatione Monaſterii venêre nobiles viri generoſi Comites & Barones aliique honeſti homines, ut filiæ ſuæ eò reciperentur. Nondum enim ullæ ibi fœminæ habitabant, ſed aliquot Prædicatores ædificationis gubernatores, qui annuerunt, ſi tempus capiendarum Virginum adveniſſet. Tunc quatuor illi, de quibus diximus, Comites Collegio de annuis proventibus & bonis ad alendum neceſſariis providerunt, ſicut Imperatori promiſerant, à Lupſenſibus præſertim dati ſunt agri, prata, ſilvæ, pagi, fertur, omnes hos vicos initio ad Gnadencellenſes pertinuiſſe Bernlochum, Mittelſtetten, Kleinenſtengam: Holzelſingam, Kolſtettam: Oneſtettam: Zizelhuſen, Eumadingam & Offenhuſam, ac majores decimas Menſingæ, item Præfecturam jus ſibi venandi & piſcandi. Hactenùs Cruſius loc. cit. qui & ampliùs part. 3. lib. 2. cap. 15. aſſerit

copias donativæ cujusdam in favorem Parthenonis hujus Gnadencellenſis à Comitibus de Lupffen collatæ ſub hujusmodi tenore: Wür Edlen Berchtold und Eberhard von Lupffen begehren allen Anseheren diß Brieffs Kundtſchafft undergeſchribner Articul mit den Heyl. ſollen wiſſen alle ietzt Gegenwärtige und Nachkommende / daß Wür dem Convent zu Offenhaußen geben und übergeben haben Unſere Güter oder Beſitzung in derſelben Stadt gelegen: zu dem Heyl der Seelen Unſer und Unſerer Eltern mit gantzer Gerechtigkeit zu beſitzen / und Wür bekennen / daß Wür nichts geben haben / noch geben wollen / noch auch geben mögen / es ſey dann / daß der egenannt Convent darein verwillige / und daß die ietztgemeldte Begabung feſt und beſtändig bleib / und in künfftiger Zeit nit Stüeff-Kinder überkommen / haben Wür zu Bewehrung und Veſtigung der obgeſchribnen Puncten diſen Zetl geben dem offtgenannten Convent mit Unſeren Inſigel bewahret. Geben bey Rotweyl Freytag nach der octav S. Jacobi Apoſtoli. Anno Dom. MCCLXXII. Römer Zinß-Zahl V.

Tunc Cœnobium augeri cæpit opibus & auctoritate: ac multæ in eo collocatæ ſunt nobiles & illuſtres fœminæ ſucceſſu temporum generoſæ Comites Lupfenſes quatuor: Gundelſingenſes octo: quædam Zollerenſes, Nyffenſes: Kirchbergenſes, Stöffelenſes Nobiles, Hochdorffenſes, Spethinæ, Liechtenſteinenſes Greiffelſteiniæ, Guiſecciæ: Emerkingenſes: Uracenſes duæ Stauffenbergenſes: Fürſtenbergenſes, Fridbergenſes & aliæ.

Porrò idem Cruſius de eodem Cœnobio iſto part. 3. lib. 9. cap. 9. refert ſequentia: *Anno 1499. & ſequenti biennio ſorores Gnadencellenſes templum ſuum omnibus lignis dejectis (ut & alia ædificia) magnis inſtaurârunt impenſis, lignis ex Hercyniâ ſilvâ Denzlingam usque ratibus per Nicrum devectis: de quibus tamen fluminis exundatio hoc anno multa abripuit, cætera ad longam collectionem diſperſit. Multùm profuit ad templi inſtaurationem (fabris lignariis mercedem de ſuo perſolvens) primarius Uraci vir Michael Schuzius Agnetis Sanctimonialis Pater. Annis ſequentibus duobus (cum uno inudatio Lutheræ implevisset aquis templum, altero verò fames incidiſſet) ædificatio cæterarum rerum impedita fuit, ſed tamen poſteà abſoluta. Etſi autem pauperes erant hæ Monachæ, tamen Jus Patronatûs habebant in tribus his Eccleſiis Aneſtettenſi, Horſtettenſi, Gumedingenſi, Gumedingam obtinuerunt, ut pluſculum commodi ſentirent precibus à miti Patrono Eccleſiarum Eberhardo Duce Wirtenbergenſi, & à Doctore Juris Joanne à SteinGumedingæ Rectore & Paſtore, nec non ab Hugone Laudenbergio Epiſcopo Conſtantienſi. Ideò debebant ſuaſu Felicis Fabri* (Ordinis Prædicatorum in Conventu Ulmenſi Prioris circa annum 1500. in officio inclyti ac nominati ſuprà) *idoneos Presbyteros præficere. Cùm autem Frater Felix legiſſet omnes litteras ejus Parthenonis, nec reperiſſet in illis conſecratum eſſe id templum, nec etiam characteres videret in muris: quos ſolet dedicans Epiſcopus chryſmate pingere: anxius fuit, an fuiſſet dedicatum, & ne ſacra, quæ in non dedicato fierent, pro nihilo eſſent, homineſque deciperentur. Sæpe enim non dedicatur templum, priusquàm omnia ejus neceſſaria & honoraria comparata ſint. Poſteà res nonnunquàm in oblivionem venit. Cogitabat fruſtrà non ita pridem reconciliatum eſſe templum à Suffraganeo Conſtantienſi Daniele, poſteà tamen ipſe & frater Joannes Hornwachs radentes tectorium templi repererunt ſigna dedicationis circulos flavos.*

Auch ſo behalte Jch vor mir und meinen Erben in Ewigkeit die Kaſten-Vogtey meines obgemelten Stüffts zu Grönenbach / damit die Chor-Herren und ſelbiges Geſtüfft / durch mich und meiner Erben / beſchützt / beſchürmet und gehandhabt werden / und der Gottsdienſt deſto ordentlicher ruhlich und fleiſſiger vollbracht werde / und daß ſye Uns alle Jahr ohne Unterlaß allweg zwiſchen St. Martins Tag und Weynachten ungefährlich zur Caſten-Vogtey geben und bezahlen ſollen 20. Malter Haabers / und ſo ſie Uns ſolche Vogtey gereicht und bezahlt haben / ſo ſollen Wür ſye weiter nit beſchwehren mit der Vogtey ungefährlich (Poſt hæc hujuſcemodi fundationis litteris inſerta legitur ſpecificatio omnium & ſingulorum cenſuum, redditruum ac bonorum temporalium novo Collegio Grönenbachenſi largiſſimè traditorum pluribus foliis comprehenſa) daß die obgemeldte Dechant und Chor-Herren von den vorbeſchribnen Gülten / Zünßen / und Renten mit einem erbaren Tiſch verſehen werden / und einen jeglichen / ſowol Dechanten als Chor-Herren auch Wein nach zimlicher Notturfft alle mal gegeben werden und zur Collation oder Schlaff-Trunck in allem für die Gemein zu jeglicher Zeit auch drey Memminger Maß gegeben werden. Sie ſollen auch von derſelben ihrer übrigen Gült alle Nacht ein Liecht in einer Ampel auf ihrem Schlaff-Haus brennen. Die mehrgenannte Dechant und Chor-Herren ſollen aus Jhnen zu ſolcher ihrer Renten / Zünß und Gülten ſolche einzunemmen und auszugeben einen erbaren Schaffner erwöhlen aus dem Capitul / der ihnen Jährlich / oder als offt das noth iſt / und an ihne begehret wird / umb ſolch Einnemmen und Ausgeben Rechnung thuen; und denſelben mögen ſye verkehren oder abſetzen / als offt und dick ihnen das gefällig iſt / wo das von mehrertheil der Jhren für billich erkennet werde. Es ſollen auch die offt-genannte Dechant und Capitul einem Meßner / ſo durch ſye auffgenommen wird / geben 10. Gulden Reiniſch zuſambt dem Sold das ihme ſonſten gegeben wird / und wie es ein Meßner bisher inngehabt hat. Der obgenannte Dechant und Capitul ſollen und mögen / als offt ſye noth geduncket / heyligen Pfleger annemmen und beſtellen / welche Jährlich einem Capitul von Einnemmen und Ausgeben ſollen Rechnung thun.

Jch will auch / daß ſolch mein Stüfft-Ordnung / Lehenſchafft und Caſten-Vogtey meine Erben und Nachkommen unverſetzt / und unverhindert behalten

ſollen / und das in kein Weeg ohn werden / wo ſich aber begab / daß mehr dann einer von meinen Erben oder Nachkommen darzu fähig wären / ſo mag doch ein Freund aus meiner Erbſchafft ſelbiges dem anderen verſetzen oder verkauffen / damit es bey meiner Erbſchafft bleibe. So Wür aber das weiter verkehren und in frembde Händ verwenden wolten / ſo ſoll ein Dechant und Capitul meines benannten Stüffts dieſelbe meine Erben und Nachkommen bitten / daß ſye das nit in frembde Händ ohnwerden und geben / wo dann dieſelbe meine Erben das nit thun wolten / und das ie aus der Erbſchafft verkauffen oder verſetzten / ſo ſoll und hat dann ein Dechant und Capitul Gewalt / ſich mit ſolchem meinem Stüfft und Caſten-Vogtey an einen Biſchoffen zu Augſpurg ergeben / und ſelbigen zum Caſten-Vogt erwöhlen ohne meiner Erben und Nachkommen und Männiglichs von unſertwegen Irrung und Hindernus / und derſelbe Biſchoff ſolle alsdann auff dem egenannten Stüfft und Lehenſchafft alle Gerechtigkeit und Caſten-Vogtey haben in aller der Maß / wie ich ſelbige mir / meinen Erben und Nachkommen vorbehalten habe.

Hierumb gnediger Herr / ſende ich Ewer Fürſtlichen Gnaden dieſe Stüfft-Brieff und Regiſter demütiglich bittend / Ewer Gnaden wollen ſolche Stüfftung mit ihren Articlen und Puncten wie obbegriffen / durch Eweren ordenlichen Gewalt beſtättigen und confirmiren / auch die obbeſchribne Pfarr-Kirchen zu Grönenbach zu einem Geſtüfft und Collegium verwandlen und machen / alle Gülten / Rent und Zinß / die an demſelben Stüfft ergeben ſeint / oder hernach daran ergeben werden zu Gebrauch und Erhaltung der obgemelten Chor-Herren verainen und in Ewigkeit zuaignen / wie dann das recht und gewöhnlich iſt / das begehren Wür umb Ewer Fürſtl. Gnaden mit allen Fleiß zu verdienen. Gegeben nach Chriſti Unſers Lieben Herren Geburt vierzehenhundert Jahr / und darnach in dem neun und ſibenzigiſten Jahr am Freytag vor St. Philippi und Jacobi der heyligen Zwölff Boten.

Exinde hic ad finem litterarum fundationis quamplura ſubduntur nomina diverſorum Nobilium & Equeſtrium Virorum ac Dominorum nomina ad perpetuam rei memoriam & ſæpedictæ fundationis confirmationem ſeu teſtimonium appoſita.

Poſt recenſitam hujusmodi fundationem undequaque completam Dominus Ludovicus fundator antedictus pariter è vivis abiit nullo prorſus hærede ſeu ſucceſſore poſt ſe relicto præter germanam ſororem, quæ Corona nomine ſuo dicta Illuſtri viro Hauptoni Mareſcallo de Pappenheim (cujus ſuccincta vitæ periodus deſcripta habetur in vetuſto Chronico Pappenheimenſi cap. 97. fol. 122.) *nupſit, eique dùm prolem unam maſculinam genuit, currente Anno 1419. diem ſuum obiit; & quia ſic in nobiliſſimâ Matronâ iſtâ Corona Rotenſtainenſis ſtirps tota quanta defecit, omnis poſſeſſio illius ad maritum Hauptonem Pappenheimium atque hujus familiam jure hæreditario pleniſſimè devenit.*

Anno 1436. Hauptoni Mareſcallo jam ſæpiùs memorato terreſtrem itidem mortalitatem exuto ſucceſſit unicus filius Alexander depoſthàc geminæ ditionis Rotenſtainenſis ac Grönenbachenſis hæres ac Dominus idem cum tempore quatuor poſt ſe relinquens filios nempè Caſparum Cathedralis Eccleſiæ Ayſtettenſis Canonicum, Wilhelmum, Wilibaldum & Alexandrum: qui quatuor germani fratres ob multas guerras & diſſenſiones in causâ banni ſeu jurisdictionis forenſis hinc inde multifariàm ſuſcitatas demùm An. 1493. pacis totam ditionem ſuam inter ſe partiti ſunt in quatuor partes videlicet unicuique fratri partem unam. Sed ecce dùm partitio hæc vix ita proceſſit, duo ex memoratis fratribus, & quidem natu majores anno proximè ſequenti 1494. præter ſpem vinculo mortis innodati duobus reliquis Wilibaldo & Alexandro portionem hæreditariam Augmentârunt; proin omne negotium iſtud in ſtatu quo perduravit usque ad annum 1550.

Anno 1558. Wolfgangus de Pappenheim avitam religionem Orthodoxam ad mortem usque conſtantiſſimè profeſſus diem ſuum obiit tribus filiis poſt ſe relictis: qui unà ſimul devotionis causâ in Palæſtinam Hieroſolymas proficiſci concluſerunt; at paulò poſt dùm primò Venetias pervenerunt mutatis conſiliis diſcordes facti

facti ſunt, & uno ſolùm ex illis in terram ſanctam profectò ibique locorum terris demortuo, duo reliqui Chriſtophorus & Philippus ad patrios lares remeârunt ad propria; priùs tamen ex itinere ſuo ad Helvetios delati, ibique veneno Calvinianæ hæreſis intoxicati nefariam peſtem hanc ditioni ſuæ tùm Grönenbachenſi tùm Rotenſteinenſi pertinaciter intulerunt; quæ res multas exinde ſacro Collegio Grönenbachenſi ſuſcitavit moleſtias, gravisſimas item lites & diſcordias nedùm hodie plenè ſopitas, de quibus fuſiſſimè tractant chartæ ſuo loco apud acta retentæ.

Anno 1695. Illuſtriſſimi ac Excellentisſimi Domini Domini S. R. I. Mareſcalli Comites de Pappenheim totam ditionem ſuam Rotenſtainenſem cum quœsvis annexis juribus ac pertinentiis 65000. florenis vendiderunt Ducali Monaſterio Campidonenſi perpetuo jure proprietatis posſidendum.

Anno 1695. Illuſtrisſimi itidem ac Excellentisſimi Domini Domini S. R. I. Comites Fuggeri (ad quos jam pluribus abhinc annis plenisſimum Grönenbacenſe territorium hæreditario jure pervenit) omnes & ſingulas poſſesſiones ſuas in Grönenbach eidem Ducali Monaſterio Campidonenſi 60000. florenis pariter vendiderunt; cujus tractatûs ſeu venditioni occaſione loci Ordinarius ſeu Sereniſſimus ac Reverendiſſimus Princeps ac Dominus Dominus Alexander Sigismundus S. R. I. Princeps & Epiſcopus Auguſtanus utriusque Bavariæ Dux, Comes Palatinus Rheni &c. &c. ſibi ſuisque (in Epiſcopatu Auguſtano) ſucceſſoribus glorioſè vendicavit Jus Patronatûs ſæpedictæ Eccleſiæ Grönenbachenſis, ex nunc ſolus & unicus legitimus advocatus illius nuncupandus; & ſic quidem ex mente & dictamine primi fundatoris: à quo (juxta tenorem fundationis jam ſuprà deprompum) diſertè ſtatutum & ordinatum fuit, caſu quo, poſt longas etiam ariſtas ditio Grönenbachenſis â legitimis primi fundatoris hæredibus ad alienos fortè deveniat, tunc ipſo facto venerabile Collegium Grönenbachenſe ad plenam & perfectam ſolius & unius Ordinarii pro tempore exiſtentis poſſeſſionem & poteſtatem tranſeat: cujus amodò vigilantiſſimâ curâ & principali induſtriâ quævis Jura tùm ſacra tùm profana Epiſcopatui Auguſtano ſalva ſunt & integra, ſed & omnimodè meliorata; priori nempè redditimum temporalium Adminiſtratore homine ſeculari protinùs antiquato, & in vices illius clementiſſimè ſubſtituto diſpenſatore quodam Clericali, qui eſt *fidelis ſervus & prudens.*

❀ GRUELENSE

CLauſtrale domicilium parthenium de ſacrâ familiâ D. Dominici diœceſis Conſtantienſis in diſtrictu ruralis Capituli ſeu Decanatûs Haigerlochenſis, forenſis verò territorii Hohenzollerenſis certæ cuidam fundationi haud innixum, ſed (anno non notato ſeculis abhinc plùs minùs duobus) â ruſticanis aliquot honeſtioris vitæ puellis ſectandæ pietati & integræ corporis caſtimoniæ arctiùs ſervandæ impensè dedìtis eaque propter in unum congreſſis, quarum virtuosa totius converſationis formula ac morum integritate cunctis ritè probatâ partheniæ domicellæ iſtæ â Parocho loci ſanctâ intentione delatæ fuerunt ad Patres Prædicatores Conſtantienſes, quorum ſolerti curâ & vigilantiâ viam mandatorum Dei ipſæ ampliùs edoctæ tandem etiam haud ſine maximâ animi lætitiâ perfuſæ parique ſpiritûs fervore ſuccenſæ ſervatis ritè ſervandis receptæ fuerunt ad Ordinem S. Dominici, quem hodiedùm religioſiſſimè tenent numero novem in Gruelenſi hoc ſodalitio combinatæ paſſim Sorores S. Clementis appellari ſolitæ ex titulo nimirùm tutelaris Patroni parochialis Eccleſiæ Gruelenſis, ad quam propiùs ipſæ commonentes quotidiè ſtatis horis inviſunt & ſolitum religioſarum precum impenſum exſolvunt de cœtero temporibus conſtitutis ad reddendam ritè actorum rationem à Superioribus Ordinis viſitari ſolitæ.

❋ GÜNZBURGENSE.

MOnaſterium de Ordine Minorum S. Franciſci RR. PP. Capucinorum diœceſis Auguſtanæ Günzburgi, quod eſt oppidum (ubi Günzius amnis Danubio influit) Marchionatûs Burgovienſis Sereniſſimæ familiæ Auſtriacæ ſubditum; idque reſidentiâ Principis terræ ſeu Marchionis Burgoviæ quà talis quandoque honeſtari ſolitum. Conſtruxit autem ac propriis ſumptibus ſacrum hoc ædificium Seraphicum omninò novum vix ante mortem ſuam abſolvit Sereniſſimus Princeps Carolus Archidux Auſtriæ Marchio Burgoviæ &c. poſtquàm rebus bellicis publico Chriſtianitatis bono contra Turcas glorioſè geſtis inclytus admodùm & emeritus dehinc etiam à Famiano Strada de Bello Belgico Dec. 2. lib. 9. fol. 310. & lib. 10. fol. 739. & ſeqq. atque ejus Continuatore Antonio Gallucio lib. 11. fol. 527. egregiè laudatus depoſthâc ſibi ſoli vivere ſtatuens circa annum 1610. Günzburgenſi huic reſidentiæ ſuæ immigravit: ac poſtmodùm die 30. Octobris Anno 1618. ibidem vitâ devixit in religioſo RR. PP. Capucinorum habitu ſepultus: cui poſt decennium appoſita quoque fuit relicta vidua illius Sibylla Duciſſa Cliviæ, Juliaci & Montium ultima familiæ ſuæ: cujus genealogicam ſeriem enucleatè ſpectandam exhibet Antonius Albicius in ſtemmat. Chriſtian. Principum fol. 40. Utriusque Epitaphium tabulæ æneæ litteris auratis inſcriptum & ad tumbam defunctorum templi muro infixum ſic habet: *Carolus Auſtriæ D. G. Marchio Sac. Rom. Imperii Burgoviæ Landgravius Nellenburgi, Comes Hohenbergæ, Dominus in Veldkirch, Breganz & Hoheneck, Archiducis Ferdinandi ex Philippinâ primâ ejus conjuge filius obiit Uberlingæ pridie Calendas Novembris Anno Dom. MDCXVIII. hoc ſub monumento jacet, Cujus anima Deo Vivat! Item. D. O. M. Sibylla Dei gratiâ Marchioniſſa Burgoviæ Landgravia Nellenburgi, Comitiſſa Hohenbergæ, nata Duciſſa Juliæ, Cliviæ Montium &c. Caroli Marchionis Burgoviæ conjux hîc ſepulta jacet, obiit Günzburgi anno Domini MDCXXVII, die 10. Decembris. Cujus anima Deo Vivat!*

❋ GÜNZBURGENSE.

FLoret inſigniter ibidem loci ſeu in præfato oppido Günzburgenſi venerabile quoque Parthenium Franciſcanum ſub viſitatione tamen Ordinarii iſtud conſtitutum: cui ſub annum 1433. initium fecerunt duæ civiæ puellæ Günzburgenſes Margarita Einbäderin & Anna Böckin nuncupatæ: quæ virginali pudori tutiùs ſervando de facultatibus ſuis quamvis ſolùm tenuioribus victum & amictum ſibimet largitæ in privatis ſolùm quibusdam (quas proprias tamen habuerunt) ædibus cœlibatum tenentes raro vitæ ſanctioris exemplo præluxerunt, ac proin in par pietatis ſtudium attraxerunt alias etiam puellas conditione pares, & quidem numero plures de locis etiam remotioribus advolantes. Secularis Magiſtratus novum hujusmodi contubernium in ſingularem tutelam & protectionem ſuam adoptavit: qui tamen ſpiritualem curam illius depoſthâc gerendam obtulit loci Ordinario Reverendiſſimo Principi ac Domino Domino Petro de Schaumburg S. R. E. Cardinali & Epiſcopo Auguſtano &c. à quo memoratæ domicellæ de meliori conſilio & ſanioribus rationibus adductæ rejectis veſtibus ſecularibus religioſum habitum cum pari vitæ ſtatu firmiſſimè tenendum aſſumpſerunt ſororibus tertiæ regulæ S. P. Franciſci conſuetum & uſitatum: qualem Anno 1487. dedit illis Provinciæ Miniſter Fratrum Minorum Provinciæ Argentinenſis Ven. in Chriſto Pater Joannes Gualfardus patrio ſui Ordinis Monaſterio pro tunc immoratus; ſub cujus & ſucceſſorum illius curâ vixerunt pientiſſimæ veſtales iſtæ usque ad annum 1629. quo demùm tempore Reverendiſſimum D. Ordinarium ut ſupremum ac immediatum Superiorem ſuum reſpicere juſſæ ſunt. Hodie, dùm hæc ſcribimus, totus Partheniarum (quæ à primo domicilii hujus exordio in præſens usque iſthîc loci ſacræ religioni nomen dederunt) numerus juſtiſſimè centenarium

rium adæquat; de quibus hactenùs dormierunt 70. earumque una, quæ faſces clauſtrales omnium prima tenuit, totis 75. annis laudatiſſimè præſedit Venerabilis Domina Eliſabetha Stegmannin. Quaſi præſentiſſimè ſemper adeſſe eique clementiſſimè videtur manus Domini Parthenoni huic Günzburgenſi nulli prorsùs fundationi pro congruâ inhabitantium ſuſtentatione inniſo, ſed ex meritiſſimis illarum dotibus usque modò frugaliter enutrito, unde & omne illius ædificium ex fundamentis novum jucundiſſimè perſtat grato ſatis aſpectu contuendum idque penitisſimè conjunctum templo Günzburgenſi ad Beat. Virginem intitulato.

GUNDELBACHENSE

TAliter ex nomine ſuo dictum cujuscunque demùm Ordinis mendicantium aliquod virorum Monaſterium exhibet quidem vetuſta quædam & ſimplex omnium Wirtenbergenſium Cœnobiorum nomenclatura in rem præſentem nobis communicata, quæ tamen, quia non niſi nuda ſolùm oſtendit illorum nomina, de Gundelbachenſi hoc aſceterio quidquam hîc referre vel inviti haud poſſumus aut ſcimus, quàm ſacrilegam illius deſolationem jam olim tum Gundelbachio, tum ſacris locis ſtatu ac conditione paribus in ſæpedictâ ampliſſimâ ditione Wirtenbergenſi (invidente hæreſi) violenter illatam.

GUNDELFINGENSE.

COmes quidam de Kalbâ nomine Adelbertus, qui vulgò dicebatur Azenbart conſentiente ac ſuffragium præſtante uxore ſuâ Wilicâ Ducis Polonorum filiâ circa hæc tempora (1085.) *Monaſterium Ordinis noſtri* (Regulæ Benedictinæ infra limites diœceſis Conſtantienſis) *conſtruxit in Gundelſingen, in quo Monachos poſuit: quibus Abbatem ſecundùm regulam ordinari fecit. Verùm poſt annos aliquot Monachi omnes de eodem Cœnobio ad Hirſaugiam translati ſunt, & in locum eorum Canonici* (ſeculares) *introducti.* Ita Trithemius in Chronico Hirſaugienſi part. 1. fol. m. 265. poſt cujus religioſisſimi Scriptoris tempora totum hoc Canonicorum Collegium ex cauſis nobis nondùm revelatis omninò defecit. Cœterùm aliqualem territorii Gundelfingenſis (cujus moderni poſſeſſores & antiquorum Comitum an Baronum de Gundelfingen hæreditarii ſucceſſores etiamnùm in Circulo Suevico inter publicos Status Imperiales adambulant) deſcriptionem vide ſi placet apud Zeillerum in Topographiâ Sueviæ fol. 86.

GUNDELFINGENSE

INcluſorium fœmininum Ordinis Eremico-Auguſtiniani, cujus nos quidem latet ortus, non item exitialis interitus: quem prodit Hiſtorica relatio de ortu & progreſſu Hæreſum in Germaniâ ad annum 1531. num. 31. ubi ſic legitur: *Moniales in oppido Gundelfingen Ordinis S. Auguſtini omnes unanimiter de Monaſterio exierunt & ſeculares effectæ ſunt matrimonia contrahentes: inter quas duæ ſeptuagenariæ extiterunt relinquentes Monaſterium & bona illius Principi civitatis* Othoni Henrico Duci Neoburgico, ac poſt etiam Electori Palatino Heidelbergenſi: qui quidem (ut jam ſuprà dictum eſt) id temporis germanus adhuc Eccleſiæ

Romanorum filius piâ miſericordiâ motus extorres parthenias Franciſcano-Geislingenſes memoratus ſuprà evacuato huic domicilio (in ſuo paris nominis oppido Gundelfingenſi ab antedicta ſuperioris Sueviæ Gundelfingenſi ditione longè diverſo) Gundelfingenſi diœceſis Auguſtanæ lubenter immigrare conceſſit, ſed & quævis bona à dictis apoſtatricibus derelicta, novis advenis iſtis Franciſcanis in totum uſurpanda ac perfruenda tradidit & aſſignavit; quousque tandem & ipſe fundi Dominus Otho Henricus Elector & Princeps antedictus Anno 1546. infelix apoſtata factus perſonas Eccleſiaſticas tam Clericos quàm Religioſos ad unum omnes etiam utriusque ſexûs aſcetas toto dominio ſuo violenter ejecit, quêisvis bonis, cenſibus & redditibus eorum ærario proprio nefariàm adjudicatis.

❀ GUNTERTHALENSE

Cœnobium nobilium fœminarum Ciſtercienſe Guntherina vallis amœniſſimâ in valle ſitum propè Friburgum Briſgoviæ ſub viſitatione Tennenbacenſium in Epiſcopatu Conſtantienſi. Cujus altare majus ad honorem glorioſæ Virginis Mariæ atriumq́; Cœmiterii Conſtantienſis Epiſcopus Conradus (hujus nominis ſecundus ordine verò quadrageſimus ſeptimus natus Comes Andecenſis Bojus Ordinationis ſuæ anno viceſimo quarto, gratiæ verò milleſimo ducenteſimo triceſimo quarto die 6. Septembris ad plures translatus) *conſecrans eum locum à jurisdictione matricis Eccleſiæ (Henrico Plebano Mershuſenſis Eccleſiæ ad quem locus attinebat præſente & conſentiente) penitùs eximendo Anno 1224. Benefactores hujus Parthenonis fuerunt illuſtres Comites de Friburg & nobiles viri à Keppenbach, itemq́; nobiles de Blumeneck, de Klingenberg, aliiq́; quorum ibi plurima & præclara ſunt Mauſolæa. Prima Abbatiſſa Adelheidis electa anno milleſimo ducenteſimo viceſimo quarto ampliùs quinquaginta quinque annos cum laude præfuit, ante cujus electionem domus hæc trecennium ſtetit. Obiit anno milleſimo ducenteſimo octogeſimo primo. Reſignaverat autem uno anno antè ſenio confecta ſepulta in Capitalari loco.* Ita Cruſius part. 3. lib. 1. cap. 5. qui & infrà lib. 8. cap. 16. de eodem Parthenone hoc Guntherthalenſi ita ſcribit: *In Briſgoviâ inundatio quædam aquarum ingens (quæ in die Mariæ Magdalenæ Anno 1480. ex terrâ peſtilentes erumpebant) ſuſtulit Friburgi pontes: Telonia, vicina plurima ædificia & multa molendina. Stagnabat aqua in toto Cœnobio Guntherinæ vallis (quod jam Anno 1224. ſteterat) hominibus umbilico tenùs in periſtilio, in templo. E cœmiterio ſaxa quoq́; ſepulchralia rapiebat. Aufugerunt moniales in vicinam collem, ubi in casâ ruſticâ DEUM & Sanctos precibus onerabant. Ceſſavit tandem malum. Nomina earum erant D. Verena Tegelina poſteriùs Abbatiſſa. D. Agnes de Guſslingen Prioriſſa poſteà anno 1487. Anna Tegelina, Verenæ ſoror. Agnes de Münchingen. Eliſa Mergernisſima de Wiler. Sophia de Keppenbach. Urſula de Bolſenheim. Mathildis de Falckenſtein. Suſanna de Bollenſtein. Margarita de Stouffen. Anna Köchlerin: Veronica & Agnes de Sumerovv ſorores: Agnes de Stoufenberg: Barbara de Eſchenbach: Veronica de Blumeneck: Veronica de Mulnheim procuratrix. Urſula de Elizingen. Eliſa de Nuvvenfels: Margarita Ruderina Margarita de Bolsvveiler. Anna de Neuneck. Amalia Tegelina: Laicæ ſorores vel Converſæ Magdalena Feſcherina: Gertrudis Leovvina: Urſula Lampertina &c. &c.* Perſtat hodie Prænobile Cœnobium iſtud ſecundùm ædificia ſua ſalvum & incolume, cujus moderna Reverendiſſima Domina Abbatiſſa cum Venerabili ſo-

li ſodalicio ſeu Parthenone ſuo religioſo publicæ ſecuritatis gratiâ, donec tandem fluctus bellici detumuerint, Friburgi ſubſiſtit, in patientiâ & ſilentio immenſis votis expectans pacem communem patriæ reddendam.

GUTTENCELLENSE

BONA CELLA *Germanicè* Gutten-Cell / *ſive, ut vetuſtis quibusdam ex diplomatibus collegi* DEI CELLA *Germanicè* Gottes-Cell: *monialium olim ducentarum, nunc duodecim ſaltem præclarum Cœnobium in Sueviâ non procul ab Ochſenhuſio, quatuor milliaribus ab Ulmâ Sueviæ metropoli, Ordinis Ciſtercienſis ſub curâ & viſitatione Abbatis Salemitani. Fundatum eſt in honorem SS. Coſmæ ac Damiani primùm à duabus Comitisſis à Schloſsberg, venerabilibus ac religioſis Dominabus: quorum nomina interciderunt fortàsſis in incendiis, ſicut etiam ipſe annus primæ fundationis. Donârunt verò & locupletârunt hoc Cœnobium poſteà nobilisſimi Comites arcis Aychaim ad Ileram amnem ſitæ: quorum utrimq; ſexûs nomina hîc ſubjungere, in perpetuam rei memoriam volui. Sunt autem Bertholdus Comes, qui obiit Anno 1330. & hujus filius Udalricus. Item Eberhardus Hugo, Guilelmus, Ruffus, Fridericus, Conradus. Ruffus ſecundus: Marquardus; Domina Kunegundis, Domina Jutta: Domina Adelheidis. Domina Bertha: Omnes Comites & Comitiſſæ de Aychaim in eodem Cœnobio ſepulti. Item D. Comitiſſa de Kirchberg nata de Aychaim, quæ obiit Anno Domini 1369. D. Anna de alto Rechberg Duciſſa Teccenſis & D. Bertha de Grisſingen magna Benefactrix Bonæ Cellæ, quæ obiit Anno 1444. Habent verò & alii nobiles plurimi ſua in eo Cœnobio ſepulchra, nobiles videlicet de Bauſtesten fundatores Heckenbenſes, Fridericus item à Schwendi, qui obiit A. 1375.* Hæc Bruſchius de Monaſteriis Germaniæ cent. 1. fol. m. 17. Floret inſigniter hodie ſub viſitatione Reverendiſſimi Domini Abbatis Salemitani Imperiale Parthenium iſtud contubernium Graden-Cellenſe religioſis alumnis tùm generis nobilitate, tùm admirando virtutum exemplo clariſſimis oppidò refertum, & ad nitidiſſimam morum nitelam ſolerter excultum.

GUTENSTEINENSE.

SEu *Boni Lapidis* taliter à Felice Fabro in Hiſtoria Suevorum lib. 2. cap. 5. fol. 262. nuncupatum, primum Benedictinæ familiæ ſodalitium diœceſis Conſtantienſis in diſtrictu ruralis Capituli & Comitatûs Auracenſis Monaſterio Zwifaltenſi pleniſſimè ſubditum & incorporatum: inde verò RR. PP. Cartuſianis traditum & aſſignatum: de cujus translatione ſeu potiùs religioſæ profeſſionis immutatione Bruſchius de Monaſt. German. cent. 1. fol. 184. ita ſcribit: *Cartuſia Boni Lapidis vulgò Gutenſtein ſupra Vrachium Ducatûs Wirtenbergenſis civitatem in amœnisſimo loco inſtar oppidi amplisſimè conſtructa, quæ antiquitus Præpoſitura Monaſterii Zwifaltenſis Monachis & Abbati eorum per vim à Wirtenbergenſibus Comitibus Ludovico & Udalrico ablata & extorta eſt Anno 1439. Illi enim religionis ſtudium prætendentes Cartuſiam ibi ſe inchoaturos affirmabant, quemadmodùm etiam faciebant, tantùm verò in hoc, ut in manus poſtea eorum locus ille citiùs & commodiùs pervenire poſſet. Monachi æquè conſentientes in iſtam rapinam conſentire tamen coacti ſunt, quia nec juſtitiâ nec ſano conſilio, ſed violentiâ res plerumq; gerebatur: conſenſerunt hac tamen ratione, ut ſi non fieret Cartuſia, & divinus cultus ibi non inſtitueretur, aut etiam futuris temporibus non ſervaretur, quo deberet ſtudio ſervari, tùm Præpoſituram eam vel Cartuſiam recidere debere cum omnibus ad eam pertinentibus juribus, bonis & poſſesſionibus ad Abbatem & Conventum Zwifaltenſem ſuper hâc ipſâ verò advocatiæ vendicatione magnum disſidium eſt ortum inter Sigismundum Auſtrium & Wirtenbergenſem: ita ut Fridericus Imperator nomine Sigismundi Ducis vexillum unà cum inhibitoribus litteris in Monaſterii templo erigi cura-*

curaret per virum quendam Nobilem: Eberhardus verò Comes Wirtenbergenſis collectâ ſubditorum ſuorum manu Monaſterium tumultuanter invaſit An. 1486. vexillumq́ à Cæſare ſuſpenſum & erectum dejecit, pro quo tamen contemptu ac temerario auſu numerare poſteà coactus fuit mulctam decem millium aureorum. Abbas ejus temporis Georgius Riedlingam aufugerat mirabiliter defenſus. Interim lite ſuper advocatia apud Othonem: Epiſcopum Conſtantienſem pendente & Imperator & Dux Sigismundus moriuntur. Res verò tandem per Maximilianum compoſita & transacta eſt, ita nimirùm, ut maneat Cœnobium ſub tuitione Auſtriacâ: Wirtenbergenſis caderet. Nihilominùs tamen poſteà Ulricus Dux aliquoties ſubſidia poſtulavit contra transactionem factam à Maximiliano. Monachi quietem amantes pacis ergò dederunt quatuor millia aureorum. Iterùm petenti data ſunt 2000. ab Abbate Georgio hâc conditione, ut aliquandò renumerarentur. Tertiò petenti 1500. aureos pecunia negata eſt Duci exiſtenti tùm in Comitiis Conſtantienſibus. Quartò ex Treviris iterùm petenti quatuor millia anno Domini 1512. rursùs denegatum eſt aurum ab Abbate Georgio ſic dicente poſtulanti aurum nuntio; vellem, inquit, Dominum & Ducem tuum, ita Oeconomiæ ſuæ præeſſe ut & nos præeſſe poſſemus. Hâc voce irritatus & concitatus Princeps naturâ iracundus paucis equis ex Treviris in Monaſterium venit, & Abbatem, qui nuper egreſſus erat balneis, nondùm indictum equo alligatum in altum Niſſenium (id arcis nomen eſt) abduxit, ibiq́ incarceravit: ubi bonus ſenex, qui jam per 40. annos Monaſterio utiliſſimè præfuerat, tamdiu eſt detentus, donec Epiſcopus Conſtantienſis & alii circumjacentis terræ reguli Morſenburgum in tolerabiliorem carcerem placitarent; ubi tantum eſt actum, ut Abbas Zwifaltum reſignaret, retentâ ſibi tamen in ſingulos annos ſexcentorum aureorum penſione, qui etiam paulò pòſt Monaſterio Divitis Augiæ ab Imperatoriâ Majeſtate præfectus eſt, cui Monaſterio cùm ſapienter præeſſet, egregiè id iterum inſtauravit. Sic ſemper contendendum fuit Abbatibus hujus cum Ducibus Wirtenbergenſibus: quibus miſerè oppreſſum & exhauſtum eſt Cœnobium Zwifaltenſe. Hæc Bruſchius loc. cit. Cruſius verò dùm circa annum 1590. Cœnobii hujus ſeu Cartuſiæ Gutenſteinenſis jam pro tempore religioſis habitatoribus omninò vacui miſerandum verè ſtatum abominandæ deſolationis aliquandò coràm fuit intuitus de eodem loco in Paralip. ad ſuos annales Sueviæ cap. 7. fol. 24. ita ſcribit: *Non longè ab eâdem arce* (Auracenſi) *diſtat vetus Monaſterium à bonitate proventuum Gutenſtein dictum. De quo ferè nihil ampliùs reſtat præter muros, cellas vinarias & partem templi, noſtris verò temporibus nec lapis ſuper lapidem manere conſpicitur.*

Lit. H.

❀HABSTALLENSE

VEnerabile Monaſterium ſacrarum Virginum Ordinis Prædicatorum S. Dominici Conſtantienſis diœceſis in diſtrictu ruralis Decanatûs Mengenſis, atque ipſi Mengenſi oppido ditionis Auſtriacæ loco propiùs adſitum, Pfullendorfio verò liberâ Imperii civitate juſto milliari ſejunctum Anno 1259. fundatorem habere meruit devotiſſimum illum glorioſè in gentibus nominatum Auguſtiſſimum Romanorum Imperatorem Rudolphum hujus nominis primum cognomento Habſpurgicum ſummè præcipuum Serenniſſimæ familiæ Auſtriacæ conditorem: qui paci publicæ Monialium iſthic ſtatuendarum conſtanter perfruendæ prudentiſſimè conſulens præter cenſus ac temporales redditus in congruam ſuſtentationem religioſis domicellis neceſſarios indulſit etiam illis jurisdictionem (uti vocant) baſſam per certa locorum ſpatia circumcircà legitimè tenendam & exercendam.

Eberhardus ex antiquiſſimâ illa Baronum Truchſeſſiorum (hodie Illuſtriſſimorum S. R. J. Comitum) Walpurgenſium ſtirpe progenitus Conſtantienſis Epiſcopus, hujus nominis ſecundus, ordine verò ſucceſſionis quadrageſimus

nonus

nonus Anno 1274. ordinationis 26. die 19. Februarii pientiſſimè in terris demortuus, dùm paſtorale munus laudatiſſimè geſſit, novum hunc Parthenonem Habſtallenſem nunquàm non ſingulariter ſibi cordi habuit; unde & illi tùm in temporalibus gratioſâ liberalitate rectisſimè providit, ac omnimodam illius curam geſſit; à quo tempore ſacer locus iſte manet usque modò jurisdictioni epiſcopali immediatè ſubditus, ac proin à ſolo Epiſcopo Conſtantienſi non item à Superioribus Ordinis Prædicatorum certis temporibus de more regulariter viſitari ſolitus. Advocatum verò ſeu protectorem forenſem Cœnobii hujus agit territorialis fundi Dominus; qui temporibus noſtris (poſt Comites Wirtenbergenſes jam dudùm emortuos) eſt Princeps Zolleranus Sigmaringenſis: cui propter laborem & ſumptus defenſionis quandoque faciendos præſtatur certa quædam frumenti quantitas ac ſumma pecuniæ quotannis ex conventione factâ legaliter ſolvenda.

Porrò Monaſterii hujus templum Cœlitum Reginæ Beatæ Virg. Mariæ dicatum & cum appertinenti jure Patronatûs religioſæ Monialium Congregationi proprium ſimul etiam parochiale eſt vel olim percelebre & ſatis inclytum: cujus præ cœteris apertisſimo nobis teſtimonio ſunt plura ſepulchreta precariò conceſſa, ac diverſa patriæ Nobilitatis Monumenta & Epitaphia iſthîc locorum coràm adſpectanda, ſed vel maximè Dominorum de Nellenburg, Magenbuch, Hundvbel, Laubenberg &c. &c.

Item regulare clauſtrum hoc antè annos fermè trecentos caſuali flammâ miſerrimè depaſtum & evacuatum, inde tamen ſedulò reſtitutum labentibus annis iterum variâ fortunâ jactatum, ſuperiore bello Suecico propemodùm ad incitas redactum, tantùm non omninò defecit, de largâ tamen Dei benedictione & induſtriâ miniſtrantium item œconomiâ ſolertique communi curâ peregregiè reſtauratum multimodis anguſtiarum fluctibus ac millenis miſeriis feliciter caput extulit, novamque formam ex toto feliciter induit cunctis aſpectu gratisſimam, qualiter apertè monſtrat Ectypon illius nuper Anno 1685. ære depictum, ad me quoque copialiter transmiſſum.

Sed quod res eſt, noſtris itidem temporibus longè ſplendidior emicat religioſisſimus partheniarum Habſtallenſium cœtus omnigenâ pietate & modeſtiâ refertisſimus idem ipſe antiquitùs, & quidem mox poſt primam fundationem per integrum trium ſeculorum decurſum coadunatus & meris juvenculis natalium ſplendore clarisſimis: quarum loco ac vice hodie magis amat admitti tales, quarum omnis gloria quaſi filiæ Regis ab intus, quæque ſpecioſæ formâ gratiæ ſpiritualis morum nitelâ fulgidæ nobiliter eniteſcunt, ſuntque hujus generis atque in domicilio hoc Mariano de præſenti commorantur uniformiter in Spiritu Sancto congregatæ numero vicenæ cum modernâ Magiſtrâ ſeu Prioriſsâ ſuâ Venerabili ac Religioſisſimâ Dominâ Maria Thereſiâ Riederin non tam loco quàm meritis ſuperior ac reliquis condignè prælata; illæ verò ſeu ſubditæ conſuetis Inſtituti ſui ac diſciplinæ regularis obſervantiis deditisſimæ, ſed vel maximè officii divini tam diurni quàm nocturni debitis horis ac temporibus ad majorem Dei Divumque honorem & gloriam devotisſimè perſolvendũ ſtudioſisſimæ; quod quandoque fit etiam cum muſicalibus Inſtrumentis ac dulciſonis concentibus pro ratione temporis ac feſtorum egregiè reſonantibus; unde plurimùm ſibi congratulantur quotquot ſpectatum & auditum admisſi Habſtallenſem Eccleſiam frequentant; cujus ammodò Parochum agit, qui & vices Confeſſarii Monialium ſubit rector in ſpiritualibus jam totis viginti annis & ampliùs, plùsquàm ſedulus in vineâ Domini operarius à toto Choro parthenio, ut & reliquo parochianorum ſubditorum ſecularium conſortio pretioſè habitus, quæſtor animarum zeloſisſimus, apud omnes in Domino dilectus & emeritus de ſpeciali facultate & licentiâ Ordinarii iſthuc deſtinatus Admodùm Reverendisſimus Religioſisſimus ac Clarisſimus Dominus Euſebius

ſebius Reuthmayr Can. Reg. Ord. S. Auguſtini Monaſterii Waldſeenſis Profeſſus, Achates nobis fidisſimus, colendisſimus ſummo Habſtallenſium decori, ornamento & commodo felicisſimè perennare ſuperſtes communibus omnium votis exoptatiſſimus.

HAIGERLOCHENSE

HUjus nominis oppidum ditionis olim quidem Hohenbergenſis nunc verò Hohenzollerenſis ſive Sigmaringenſis in vaſtisſimâ diœceſi Conſtantienſi Decanatu rurali præclarum antiquitùs habuit, quod & usque ad Patrum memoriam utcunque duravit Venerabile quiddam ſacræ familiæ Dominicanæ ſodalitum parthenium: quod tamen iniquitate temporum oppidò labefactatum tandem circa initium decurrentis ſeculi noſtri, de pleno, quorum intererat conſenſu omninò ſublatum merisſimè defecit, reſiduis (quotquot erant) paucis illius juribus ac redditibus ad alia præfati ſacri Ordinis loca ritè translatis.

HAILBRONNENSE

HAilbronna civitas imperialis diœceſis Herbipolenſis ad Nicrum ſeu Neccharum flumen fertilisſimâ Bacchi coloniâ non tam ſuperiore bello Suecico, quàm moderno Gallico famoſisſima, eaque in civibus ſuis jam dudùm merisſimè Lutherana, & à Zeillero in Topographiâ Sueviæ fol. 88. depicta ſimul & hiſtoricè deſcripta temporibus noſtris vel invita retinet ſpectatisſimum quoddam & amplisſimum equeſtris Ordinis Teutonici Beatæ Mariæ Virginis domicilium haud ſolùm juribus adeò pinguibus ac opimis liberaliter inſtructum, quàm pluribus etiam immunitatibus & privilegiis tùm ſacris tùm profanis egregiè nobilitatum; habet enim iſtud à quâvis forenſi jurisdictione S. P. Q. Hailbrunnenſis omninò liberum & exemptum amplisſimam ejusdem domicilii ſui aream & proprium aliquod templum Divæ Virgini Deiparæ dicatum: in quo (dùm nemini non liber ad illud patet aditus & publicum Catholicæ religionis exercitium convenis & advenis omnibus ſine prohibitione frequentare conceſſum) RR. PP. Carmelitani, quamvis perpauci ſolùm numero in privatis tantùm ædibus (clauſtrali habitatione & Monaſterio ſuo in durisſimâ illâ ſuperiorum temporum perſecutione Suecicâ plenisſimè diruto triſtè nimiùm carentes) iſthìc commorantes & alii ſacerdotes orthodoxi undeunde adventantes quotidiè ſacris miniſteriis intendunt. Cæterùm inſignis planè Hailbrunnenſis reſidentia hæc membrum eſt Balliviæ Franconicæ & hujus Archicommendæ Ellingenſi ſubdita proprio tamen Commendatore locum incolente continuò proviſa.

HAILBRUNNENSE

MOnaſterium Fratrum Ordinis B. Mariæ Virginis de Monte Carmelo talem (prout ſequitur ex Cruſio in Annal. Sueviæ part. 3. lib. 5. cap. 3.) ortum temporibus ſuis habuit & interitum. *Die feſto S. Marci* (25. Aprilis) *Anno 1442. magnus hominum concurſus factus eſt ad quoddam ligneum ſimulacrum S. Mariæ, quod in urticeo frutice proximè foſſam oppidi Hailbrunnenſis in viâ Weinſpergũ versùs in baſi ſtetit. Id namq; verba quædam cum prætereunte ruſticâ locutum fertur. Cæterùm de eleemoſynâ*

eò

eò collocatâ pulchrum & dives Carmelitarum Monaſterium ad honorem Dei & S. Mariæ conditum eſt. Eò populus paſchalibus præſertim feriis (Priore ejus Theologiæ Doctore Petro prædictas res typis evulgante) frequens veniebat. Finis non videbatur futurus niſi conjurati ruſtici, qui anno 1525. Weinſpergæ in Nobilitatem ſævierunt, Monaſterium hoc occupâſſent, diripuiſſent, dilacerâſſent, templum concluſiſſent &c. Sic ille loc. cit. de dictâ verò Statuâ Marianâ R. P. Guilielmus Gumpenberger in ſuo Atlante Mariano Triade 3. Imag. 743. fol. 793. ita ſcribit : *Nomen habet hæc Deiparæ Imago ab urticeto, quia juxta viam tranſeuntibus in ſolatium ita paulatim urticis tecta fuit, ut nemini ampliùs conſpicua honores acciperet. Fortè maritus quiſpiam Albertus cum uxore Kunegundâ cum à peregrinatione perſolutâ domum redirent, præteriit. Hæc illum adhortata eſt ad ſalutandum parùm Virginem vel unicâ ſalutatione angelicâ. Paruit maritus non inutilia ſuadenti, & viam ſuam proſecutus eſt, illa diutiùs hærens, quid inquit hæc veſpertina Imago (ita eas vocamus quæ Jeſum mortuum genibus ſuſtinent) tam pulchra tanquàm venuſta hìc latet inhonora? quantò meliùs ad oppidi mei Eiſingenſis parochiale templum deferrem, ubi in amoribus eſſet & honores acciperet? ſimul manum extendit ſtatuam liberatura clavis, quibus hærebat; cùm ecce loquentem audit ſtatuam, quæ deſine, inquit, & me meo loco relinque, hìc, non alibi, beneficia petentibus dabo. Mulier in terram concidit mortuæ ſimilior quàm vivæ; intereà maritus viam relegit & clamoribus mentem reddidit, ſive dormienti ſive deliquio laboranti. Illa verò verba Virginis recenſet, & rapiendæ ſtatuæ conſilium & miraculorum promiſſa. Maritus ſeverum uxori ſilentium imperat, & quod magis mirum ſervavit ſilentium uxor. Cæterùm feſto Paſchatis proximo mulier Confeſſarium Parochum poſt annuntiata peccata ſuper hoc ſilentio interrogat: qui eam ad peritiorem remiſit Ciſtercienſem Monaſterii* (hodie Lutherani in Tractu Franconiæ deſcripti apud Bruſchium de Monaſt. German. cent. 1. fol. m. 59.) *Heilbrunnenſis ictus fortè fabulâ quâpiam aut ſomnio, quæ poſt magna viſionum promiſſa deſiit in nihilum. Ivit itaque ad peritiorem, ad quem miſſa erat: is iterùm fœminam ſilere jubet: virgo, inquit, quia te loqui non juſſit, tace; ſi ipſa promiſit, faciet miracula vel te tacente. Fœmina primo miraculo junxit ſecundum & tacuit, gravius enim huic ſexui ſilentium eſt quàm imperium. Sed vocem à Virgine fuiſſe brevi probavit populi concurſus quotidianus cum muneribus è circumjacentibus pagis nemine authore ortus non ſine admiratione civium. Tum enim verò tertiùm tacere impium rata, omnibus, quæ ſibi contigerant liberrimè demanavit trium virorum teſtimonio tumida concurſum non parum auxit. Hæc Anno 1442. contigêre quod primum miraculum fuerit ignoro, hoc, quod apponam, inter prima fuit, & ſi modum reſpicis primum. Mulier è ſtagno campeſtri aquam bibit, & unà cum aqua ſemina ſanguiſugarum. Hinc dolores nullis clamoribus exprimendi nedùm ſopiendi. Et malum quatuor omninò annis duravit nemine uno è medicorum turbâ invento, qui malo pellendo remedium afferret egregio incertitudinis argumento, quando & ſomnium & ſomnii interpretatio divinatione indiget. Sed nec ipſa mulier ſciebat mali cauſam profluere ex illo incauto potu, ita mirum non eſt ab iis ignorari remedia, qui malorum cauſas ignorant, atque utinàm hæc omnia non frequentiùs in morbis animæ contingerent. Fœmina demum hic Deiparæ de Viticeto facto voto ſe commendavit, quo vix émiſſo, emiſit quoque per vomitum centum quinquaginta ſanguiſugas & robuſtisſimæ ſanitati reſtituta eſt. Porrò ipſo loco templum ædificatum eſt ita volentibus & aureâ manu jubentibus peregrinis, quin etiam Cœnobium adjectum eſt & RR. PP. Carmelitis datum, qui adventantium pietati facerent ſatis & Beat. Virginis cultum promoverent; qui tamen hujuſmodi Monaſterio ſeu clauſtrali habitatione ſuâ jam ſuperioribus annis bello Suecico ab oppi-*

danis heterodoxis funditùs everſâ modò vel triſtes & inviti carentes antiquum fundum quidem poſſident, at inanem ſolùm & omninò vacuum; quapropter privatas iſthîc ſolùm ædes incolunt, & vix pauci numero, prout opus fuerit in Mariano Templo Domûs Teutonico-Hailbrunnenſis antedictæ rem divinam faciunt.

HAILBRUNNENSE

FLoruit antehâc apud Oppidanos Hailbrunnenſes adhuc Catholicos eximium quoque Fratrum Minorum Ordinis S. Franciſci Cœnobium à RR. PP. Conventualibus tentum, pòſt verò ſtrictioris obſervantiæ Candidatis Argentoratenſis Provinciæ relictum: de quo Chronicon Ordinis apud Fortunatum Hueber fol. 54. ſic habet: Haylbronn ein Reichs-Stadt in Würtenberger Hertzogthumb gelegen am Necker-Fluß / Würtzburger Biſtumb hat im Jahr 1272. für den Franciſcaner Orden ein anſehentliches Cloſter erbaut / wie noch heut über das Garten-Portal austrucklich zu leſen iſt. Solte aber die der Kirch- und Cloſter-Weyh erſt im Jahr 1314. geſchehen ſeyn. Et infrà fol. 575. Zu Haylbronn iſt im Jahr 1544. der demütige Orden S. Franciſci der Lutheriſchen Unbarmhertzigkeit gewichen; welche ſchon etlich Jahr nacheinander gegen dem Catholiſchen Prieſterthumb gewütet hat. Ab hoc ergo tempore clauſtrale hoc ædificium Franciſcanum manet in Scholam Juventutis Lutheranæ mutatum, ut & templum appertinens ſoli & uni heterodoxæ religionis exercitio de præſenti deputatum.

❋HAILBRUNNENSE

PErſiſtit hodiedùm ac ibidem loci peregregiè floret à juriſdictione Ordinarii liberum & exemptum ac ſolius Miniſtri Provincialis de Ordine Minorum S. Franciſci Provinciæ Argentoratenſis regulari viſitationi ſubditum pientiſſimum quoddam ſororum Ordinis S. Claræ Monaſterium, de quo Fortunatus Hueber profert ſequentia: Fol. 1073. Umbs Jahr 1293. war nit weit von der Kayſ. Reichs-Stadt Hailbronn in einem Flecken Fleyn genannt zugehörig der Edlen Herrſchafft von Thalheimb / wohin ſie in bemeldtem Jahr denen geiſtlichen Schweſteren von S. Claræ Orden aus Verwilligung des Pabſts Cœleſtini V. zu Troſt ihrer Seelen ein wohleingerichtes Cloſter geſtifftet haben. Die erſte Haupt-Pflantzung der Geiſtlichen ware von Seflingen und Pfullingen hergezogen. Wegen Verwüſtung der Kriegs-Läuff haben ſie hernach ein Wohnung in einem Winckel in der Stadt Hailbronn erhalten / wo ſie endlich noch einmahl umbs Jahr Chriſti 1331. von der Thalheimiſchen Freundſchafft ſeind von ihrer kläglichen Armuth erhebt / und durch neue Stifftungen zu einen glückſeligen Stand geſchwungen worden.

Fol. 1116. Zu Haylbronn im Würtenberger-Land führten die alte Clariſſinen umbs Jahr 1465. einen ungeiſtlichen Wandel / dahero der Herr Friderich Pfaltzgraff am Rhein Burgermeiſter und Rath und geſambte Burgerſchafft der Stadt Heylbronn von dem Pabſt Paulus II. inſtendig begehrten / er wöll doch ein Mittel ſchaffen / daß die Clariſſerninen von der Conventualen Bottmeſſigkeit entzogen / und den Obſervanten zur Ordens-Zucht übergeben wurden. Der Pabſt hat denen zweyen Abbten von Maulbronn und Hirſchau die Commiſſion übergeben / und iſt das Cloſter zu Haylbronn von dem P. Joannes Linderer / damahl Provincial-Vicari denen Obſervanten

durch

durch Päbſtliche Authorität übernommen worden.

Fol. 1159. Zu Haylbronn haben die Clariſſerninen ein liebreiches Beyſpiel einer unüberwindlichen Tugend auffgerichtet: dann obſchon wegen Ubergwältigung des Lutherthumbs die Ordens-Leuth in dem Würtenberger-Land und in der anderen Pfaltz gäntzlich aus ihren Clöſteren verſtoſſen / oder ſelbſt nothzwinglich abgetretten ſeynd / haben doch die Clariſſerninen zu Haylbronn ihr Cloſter und geiſtliche Schiltwacht niemahl verlaſſen: wider den Romaniſch-Catholiſchen Glauben haben ſie niemahl etwas Böſes begangen oder geſtifftet / biß auff die euſſerſte Armuth hat man ſie gepreſſet / und dannoch haben ſie frölich fortgelebt. Weder Beicht-Vatter / noch Prediger / noch Capellan / noch Viſitator dörffte unter Leibs- und Lebens-Gefahr ſich ſehen laſſen. Dahero ſie etliche Jahr alles geiſtlichen Troſts beraubt geweſen ſeynd / und dannoch ſeind ſie von ihrem heyligen Vornemmen keinen Nagl brait gewichen / alſo zwar / daß vom Jahr 1540. kein Meldung mehr von ihnen in den Capital-Tafflen hat können eingeruckt werden.

Fol. 1187. Zu Haylbronn in dem Würtenberger-Land einer Reichs-Stadt hat es merckliche Ding zu bedencken wegen der Clariſſerninen / welche biß auff den Schwediſchen Einfall in Beſetzung ihres Cloſters ſich tauer- und tugendhafft erzeigt haben. Zu Anfang des 1632ſten Jahrs haben die Schweden die Stadt Haylbronn leichtlich eingenommen / und ſeind die Catholiſche ſehr betrangt worden. Betreffend die Clariſſerninen / haben ſie erſtlich müſſen ein ſchwere Brand-Steur zuſammen treiben. Zweytens hat der Schwediſche König die zwey Clöſter denen Carmeliter und Clariſſerninen / ſo baide auſſer der Stadt wohnen / ſambt allen Rechten und Zugehörungen Anno 1632. den 26. May von Memmingen aus der Stadt Haylbronn zu Belohnung der geleiſten Treue geſchenckt. Drittens haben die Herren von Haylbronn alſobald ohne eintzige Unterhandlung die Königl. Execution vorgenommen und denen Clariſſerninen unter ſchweren Antrohungen ausgebotten. Viertens haben ſie alle Zahl- und Rechnung-Bücher den Schweſteren mit Gewalt hinwegg genommen. Fünfftens haben die Soldaten all ihr rauhes und glattes Futter frey hinweck geführt / derentwegen aus Mangel des Futters alles Vieh hat müſſen ſchlechtlich verkaufft oder unnützlich geſchlachtet werden. Sechſtens / ſeind etliche aus ihren Hauß-Dieneren und Mägden mit gewaffneter Hand aus ihrem Cloſter gezogen / und in lang und ſchwere Gefängnus geworffen worden. Sibentens / ſeind etliche aus dem Magiſtrat in das Cloſter als Abgeordnete hinein gangen / und in einer ſtrengen Verhör ein jede Schweſter beſonders zu dem Abfall hinterliſtig angemuthet. Achtens / haben ſie den Beicht-Vatter P. Joannes Kern ſambt dem Prediger völlig von der Stadt und dem Cloſter abgeſchafft / daß alſo die Clariſſerninen lange Zeit ohne Prieſter in heldenmütiger Beſtendigkeit haben leben müſſen. Neuntens / iſt denen geiſtlichen Ordens-Schweſteren endlich der Abzug ernſtlich anbefolchen worden / ſie ſollen gleichwohl hingehen wo ſie wollen / entweders ſollen ſie bey ihren Bluts-Freunden Unterſchleyff ſuchen / oder ſie ſollen ſich in der Stadt in die Dienſt eindingen / oder ſie ſollen in dem Spital und Siechen-Haus von ihren Braiten leben. Zehentens / wurden ſie mit Schmach / Spott und Hohn erfüllet mit angeheffter ſcharpffer Betrohung / daß wofern ſie nit ſelbſten freywillig das Cloſter verlaſſen wurden / ſollen ſie entweders auff den Pranger geſtellt / oder mit Hunger darzu gezwungen werden. Eylfftens / haben ſie zweinzig Stadtſchneider-Meiſter beſtellt / welche für die geiſtliche Ordens-Schweſteren ſolten weltliche Kleyder machen / keine aber wolte ihr ein weltliches Kleid laſſen anmeſſen / dahero die zweinzig Schneider unverrichter Sachen wi-

derumb müſſen abziehen. Zwölfftens/haben die Luteriſche Prædicanten im Jahr 1633. den 24. Hornung in die Clariſſer-Kirchen angefangen ihre Predigen und Geſänger offenlich zu halten; denen auch die betrangte Ordens-Schweſteren mit Antrohung ſchwerer Straff alle Ordens- und Kirchen-Ubungen verbotten/ und ſie auffs möglichſt beredet worden von dem Romaniſchen Glaubens- und Ordens-Bekanntnus abzufallen. Vierzehentens/ ſeind im Jahr 1633. den 17. Herbſt-Monat/ da die Schweſteren früh in dem Chor ihr Brevier betteten/etliche Raths-Herren mit gewaffneter Hand eingefallen/ haben ſelbige mit Gewalt laſſen heraus ziehen/ auff beſtellte Wägen ſetzen/ und mit ſchimpfflicher Verhönung in ein ſchlechtes Burger-Haus hinein ſetzen/ in welchem ſie gleichwohl ſolten nach und nach verſchmacken und verlohren werden. In allen diſen ſchweren Zuſtänden haben ſich die Clariſſerninen zu Haylbronn löblich/ gottſeelig/ beſtändig/ Helden-mütig/ geiſtlich/ unveränderlich und Regel-eyfferig erzeiget. In dem Hauß haben ſie die ſtündliche Schimpff und Hohn ihren geiſtlichen Ubungen nachgeſetzt. Keine ſetzte ihren Fuß aus dem gemachten Beſchluß/ ob ihnen ſchon völlige Freyheit angeſagt worden. Das gröſte Layd ware/ daß ſie die Leich ihrer lieben Mit-Schweſter Margaretha Sparin/ die ſie nur allein biß zu der Hauß-Thür begleitet haben/ müſſen ſehen von einem Prædicanten Caplan darvon tragen und hören in dem Lutheriſchen Freythoff begraben. Ihr Abbtiſſin Anna Burchardin hat ſich in allen weißlich/ geiſtlich/ umbſichtiglich/ eyfferig und löblich gehalten. Dieſes iſt wohl bedencklich/ daß als die Keyſerliche im Jahr 1634. die Stadt belägerten/ mit Feur-Einwerffen ſehr beängſtigten/ auch ein Bomben der Clariſſern Haus ſehr einäſcherte/ eben die jenige Herren Commiſſarien bey geſchlagener Nacht umb zehen Uhr kommen/ die Schweſteren widerumb in ihr Cloſter geführt/ gleich wie ſelbige haben heraus genöthet. Alsdann hat denen Clariſſerninen erſt recht müſſen genug geſchehen in allen bedencklichen Urſachen/ wie ſie dann noch heut in zwainzig Perſonen ruhig Gotts-dienſtbar aufferbaulich in ihrem Cloſter mit vier Seelſorgeren zu Haylbronn zu wohnen fortfahren.

❀ HALENSE

HAla Sueviæ famoſa civitas imperialis (amplè ſatis deſcripta à Cruſio part. 2. lib. 7. cap. 5. Zeillero in Itinerario Germaniæ cap. 25. fol. m. 539. & Topographiâ Sueviæ fol. 90. Abrahamo Saur de Urb. fol. 557.) jam pridem hæreſi Lutheranâ nimiùm quantùm intoxicata, vel invita ſaltem retinet ſecundùm quævis jura ſua ſalvum adhuc & integrum illuſtre quoddam equeſtris Ordinis Melitenſis Collegium à citato Cruſio part. 3. lib. 1 cap. 5. deſcriptum prout ſequitur: *Joannitarum Collegium Halæ Sueviæ in ſuburbio trans amnem Cocham fundatum eſt Anno 1228. cum Xenodochio quodam pauperum & majori dotatum ex parte à Gyldenis Nobilibus de Gottvvolteshuſâ, qui parochiam S. Georgii Gottvvolteshuſanam cum omnibus decimis & commodis eò contulerunt: cùm anteà Parochia hæc Joannitica, ſeu villa, quæ hodie ſuburbium eſt, ſed olim villa Hallis vocabatur, ad Gottvvolteshuſam ceu filia pertineret. Idem Collegium à Comitibus etiam Cranteniis Dominis Lympurgenſibus, nec non Tureniis vel Turriis atque Sulmeiſteris, Nevvenſteiniis, Weileris, Boxbergiis & Klingenſaliis liberaliter dotatum eſt ob alendos ibi perpetuò tres Presbyteros Joannitas. Ex iis unus ad curationem Gottvvoltshuſanæ Eccleſiæ emitti ſolebat.* Item lib. 4. cap. 1. *Anno 1310. Halæ vivebat Otho Sulmeiſter de Ordine Joannitarum benè merens Miſſa diurna in fano S. Joannis honeſtâ ſepul-*

ſepultus. Et infrà cap. 15. *Anno 1346. magno deformata fuit incendio Hala Suevica, quo procul dubio multæ antiquitates interierunt. Tùm ibi vivebat Emerichus Sulmeiſter, qui Joannitarum Collegium quibusdam bonis Sulzenbachenſibus dotavit.*

HALENSE

MOnaſterium Fratrum Minorum Ordinis S. Franciſci Conventualibus, uti vocantur, Patribus addictum; quod ante tempore Lutheraniſmi claruit ſecundùm ortum & interitum ſuum taliter à Cruſio part. 3. lib. 1. cap. 13. habetur deſcriptum: *Anno 1327. Cœnobium S. Jacobi, quod eſt Halæ Suevicæ & Templariorum fuerat permiſſu Abbatis Chomburgenſis datum eſt Franciſcanis Monachis incolendum. Fuerat id olim conditum à Kochengauenſibus* (*aliàs Kochenthalenſibus & Weſtenſibus dictis*) *Comitibus & Ordinis Benedictini, ex cujus Monachis Monaſterium Chomburgenſe* (idem poſtmodùm Anno 1488. in Collegiatam ſecularem mutatum, de quo ſimiliter pluribus agit idem Cruſius part. 3. lib. 8. cap. 3.) *initio frequentatum fuit: poſtquàm id ex arce Chomcurgo à Rottenburgo-Tuberanis Comitibus extructum fuiſſet, à Rochenſibus autem Comitibus, qui jura quadam habuerunt Halæ per matrimonium venit Jacobaum* (RR. PP. Franciſcanorum) *Monaſterium cum cæteris Halæ juribus illorum ad Comites Rotenburgenſes in arce Chomburgicâ habitantes. Deinde ab his ad Cœnobium Chomburgenſe, ita ut Abbas Chomburgenſis ſe quoque Dominum Halæ ad S. Jacobum ſcripſerit. Sed ipſius conceſſu* (*ut dictum eſt*) *in poteſtatem Franciſcanorum venit. Hujus Guardianus & Conventus reſignârunt Anno 1524. in manûs Senatûs Halenſis, nimirùm novâ hæreſi Lutheranâ nimiùm quantùm ſæviente, & extremâ neceſſitate ſuadente potenter in id adacti.*

HALENSE

FUit etiam antiquitùs apud eosdem Halenſes fœmininum quoddam cujuscunque demùm religioſæ profeſſionis clauſtrale domicilium, idem tamen jam pridem ab hæreticis extinctum, de quo proîn ſolummodò conſtant ea, quæ profert idem Cruſius part. 3. lib. 6. cap. 2. in hæc verba: *Templum* (S. Catharinæ Virgini & Martyri dicatum) *trans Locham ante trecentos circiter annos à Comitibus Gerſenbachenſibus fundatum primò fuit Cœnobium Sanctimonialium. Deinde à parochiâ Kochenvveſtheim ut filia detractum parochialis factum eſt Eccleſia, cujus antiquitas aliquatenùs ex Epitaphio magnis Latinis caracteribus extra in angulo inciſis. Anno Domini milleſimo trecenteſimo octogeſimo octavo obiit Catharina de Gerſen Dominicâ Oculi. Et: Eodem anno feriâ tertiâ poſt Eliſabeth obiit compater ejus.*

HALENSE

ALiud ibidem loci hoc tamen extra muros civitatis Halenſis conſtitutum, ſororum pœnitentium ſeu Tertii Ordinis S. Franciſci virginale clauſtrum, itidem jam pridem lutheranizatum, in antiquam tamen religioſi ſtatûs memoriam ab incolis & accolis Halenſibus usque modò der Nonnen-

Hoff

Hoff vulgariter appellari ſolitum ; de quo toties citatus Cruſius ad annum 1070. part. 2. lib. 7. cap. 5. ita ſcribit: *Aucto jam nomine & commodis hujus Salinæ* (Halenſis) *plures eâ cauſâ nobiles homines permiſſu Kochengoiorum Comitum eò ſe contulerunt veluti ad metalli fodinam. Hi præter alias domos etiam lapideas turres inædificârunt : quæ nunc etiam Halæ ſunt. Hinc nuncupata fuit Hala civitas ſeptem pyrgorum ſeu burgorum vel Heptapyrgium. Horum præcipuè unum cum atrio propè S. Michaelis Eccleſiam ſitum Berlerhofa nominatur : in quo Burgo vel arce S. Birgitta Sueca Romam petens circa annum Chriſti 1363. divertiſſe perhibetur quæ Curia poſteà Beginarum vel converſarum ſororum habitaculum fuit Nonnenhoffæ vocabulo dicta eſt.*

HALMANSWERTHENSE

FRanciſcanum aliquod fratrum Tertii Ordinis Monaſterium adhuc ſub annum circiter 1460. cum aliis pluribus religioſo ſtatu ſuo & profeſſione paribus in Provinciâ Suevicâ loco Halmanswerth appellato floruiſſe vividum, manet quidem ex Fortunato Hueber in Chronico fol. 1337. apertè nobis notum, quod tamen ipſum dùm ætate noſtrâ jam à longis retrò temporibus manet abrogatum , vix & ne vix quidem ſecundùm antiquas conditiones & eſſentias ſuas reſtat inquirendum.

❀HASLACHENSE

MOnaſterium Ordinis Minorum S. Franciſci ſacræ Seraphicæ familiæ RR. PP. Capucinorum diœceſis Argentoratenſis , in valle , uti vocatur, Kinzinganâ conſpicuum , idemque ſecundùm ortum & progreſſum ſuum alicubi notatum prout ſequitur: Anno 1612. Illuſtrisſimus Dominus Dominus Chriſtophorus S. R. J. Comes de Fürſtenberg, Heligenberg & Werdenberg Landgravius in Baar, Dominus in Hauſen vallis Kinzinganæ in Liſnâ & Trackaw &c. &c. cùm tam ad ſuam quàm etiam ſubditorum ſuorum certiorem animæ ſalutem & conſolationem ſpiritualem firmiter omninò ſtatueret in proprio ſuo memoratæ vallis Kinzinganæ diſtrictu ſeu territorio Monaſterium ædificare , priusquàm operi manum admovit , celeriùs præter ſpem in fata declinavit tribus filiis poſt ſe relictis, iſtis tamen omnibus teneræ pubertatis annos nondùm egresſis : quorum unus , qui fuit Fridericus Rudolphus natu major , cùm jure hæreditario paternæ ditioni præeſſe ſeu legitimè dominari cœpiſſet , pari non minùs ac Illuſtrisſimus Dominus piæ memoriæ parens ipſius deſiderio ſuccenſus firmiſſimè ſecum ſtatuit, quantocyùs conceptam animo fabricam in opus deducere. Anno igitur 1630. dùm ſupremus Ordinis Capucinorum Miniſter Generalis Admodùm R. P. Joannes Maria à Noto Siculus Conſtantiam ad lacum Acronianum emigrat , ibique Capitulum provinciale convocat , inter alia quoque memorati Comitis Fürſtenbergenſis intentio ritè proponitur , eademque communi ſacri Senatûs conſulto laudatur ac unanimiter comprobatur , quocircà neceſſariis omnibus convenienter Ordinatis ſumptaque à RR. Patribus poſſeſſione Reverendisſimus ac Amplisſimus Dominus Jacobus Imperialis Monaſterii Gengenbacenſis Abbas authoritate Ordinariâ ſuffultus tertio Idus Novem-

Novembris prætacto anno in feſto S. Martini Epiſcopi & Confeſſoris Admodùm R. P. Provinciali Columbano Rottenburgenſi & aliis quaſi innumeris puomiſcui ſexûs & ætatis perſonis adſtantibus coràm, de more Crucem ſolemniter poſuit, ſacravitque, ut & primum (uti vocamus) lapidem: cui capſulam ſtanneam incluſit, & in hâc ipsâ ſcripturam repoſuit, quæ novæ fundationis hujus cauſam fideliter edicit. Sed quanta inter hæc Illuſtriſſimi Domini fundatoris fuerit in Capucinos propenſio, probè conjicitur, & inde ſatis patet: quòd ipſe ſolus & unicus ex propriis facultatibus Monaſterium hoc adornârit, ut & de queîsvis vitæ neceſſariis ei liberalisſimè providerit. Nova templi ac clauſtri hujus Haslachenſis ſtructura fuit quidem brevi ſuis numeris undequaque completa & abſoluta, hujus tamen feſtiva ſeu ſolemnis conſecratio tùm ob perſecutionem Suecicam, tùm ob Epiſcopi ſimul & Suffraganei abſentiam ad annos usque 30. differri debuit. Durante ſub id temporis quaſi continuâ hoſtium immanisſimorum ſævitiâ Religioſisſimi Patres ſuppreſſæ adinſtar Palmæ ſurrexêre fortiores; etenim ſuo vulgarem populum exemplo ad conſtantiam commonebant, patientiam, omneque pro viribus ſubſidium in quosvis obvios largisſimè conferebant, imò non tantùm in ſpiritualibus ſerviebant, ſed plurimos etiam tùm à famis, tùm ab hoſtis interitu pro poſſe miſericorditer eripiebant, quapropter infinita Dei bonitas talem (poſt Suecici militis irruptionem) vicinorum & accolarum etiam heterodoxorum cordibus impresſit affectionem, ut Capucinos longè majori quàm præcones ſuos Lutheranos proſequerentur honore, clauſtrum dehinc ipſorum ſalvum conſervarent & illæſum, ac pro gratiâ ducerent ſpeciali, quotquot cum religioſisſimis viris converſari poſſent, quare liberum religionis exercitium & uſum Patribus indulgebant, magno tùm ſui tùm populi ſolatio.

Fructus temporibus ſuis à ſæpememoratis aſcetis Capucinis productos delibari licet ex eo quòd Dynaſtiam â caſtro Geroldſeggenſi pari cognominatam ſic cognominatam, & tempore, quo Marchio Durlacenſis ei dominabatur uxorio (conthorali nimirùm illius de ſtirpe Comitum Geroldſeggenſium prole ultimâ) nomine potitus hæreſi Lutheranâ pesſimè depravatam, poſtquàm denuò ſub Catholicam ditionem rediit, indefeſſo ſtudio parique zelo ſuo totam reformârint, ita quidem, ut nec veſtigium ampliùs hæreſis in eâ repereris. Vallem inſuper (in quâ dicta zizania in tantum prævaluerunt, ut triticum ſeu hominem Catholicum in eâ vix cerneres) Oberbrechtenſem adeò repurgârint Patres Miſſionarii, ut hodie ſectariis æquiparentur numero cives & inquilini: ad quorum conſervationem, reliquorum etiam converſionem Operarii in vineâ Domini perquàm ſeduli vallem asſiduè frequentant, uti haud absque gravi labore, ita & non ſine grandi fructu plerumque reportari ſolito.

Anno 1655. die 26. Octobris Pientisſimus ac Illuſtrisſimus Dominus Fundator Datſchizii in Moraviâ viam univerſæ carnis ingreſſus in Domino requievit; cujus corpus ad novum hoc Haslachenſe Cœnobium inde revectum ſepulturam accepit ſub ſaxo marmoreo taliter inſcripto: *Deo Opt. Max. Friderico Rudolpho Comiti à Fürſtenberg Landgravio in Baar & Stüelingen Domino in Hohen-Henen & Hauſen vallis Kinzinganæ &c. Sacræ Cæſareæ Majeſtati à Conſilio Imperiali aulico & aulico bellico &c. qui cùm in mundi hujus theatro parem ſe magnis negotiis excelſo animo diu probâſſet, tandem in rerum humanarum transactione multum miſeriarum comperiſſet militiæ & aulæ emeritus, hanc cryptam ſibi & poſteris (nec enim ipſis meliora parantur) extrui mandavit. Tu Bone Lector benè & è morte vitam precare. Obiit Datſchizii in Moraviâ 26. Octobris Anno 1655. vixit annos 53. menſes 6. dies 3.*

Illuſtrisſima Domina vidua Magdalena Comitiſſa de Hanau itidem

Ccc ſingu-

ſingularis Benefactricis titulum promerita, poſt mortem mariti ſui pluribus donis gratuitò collatis, atque aliis operibus bonis multifariàm exhibitis Conventum hunc Haslachenſem ſibi devinxit.

Anno 1661. die 4. Septembris Dominicâ tertiâ poſt Pentecoſten advenit tandem tanto tempore per continuas bellorum injurias impedita tot votis optata, quot annis deſiderata Haslachenſis Eccleſiæ conſecratio ritu ſólemni facta & peracta miniſterio Reverendisſimi ac Perilluſtris Domini Gabrielis Epiſcopi Tripolitani Suffraganei Argentoratenſis, qui memorato die templum iſtud in honorem S. Chriſtophori Martyris, poſtridiè verò ſacellum ei conjunctum Beatisſimæ Virgini Lauretanæ ſacratum dicavit.

Anno 1662. die 26. Martii Dominicâ Paſſionis è Venerabili cœtu hoc Haslachenſi deceſſit loci Quardianus Admodùm R. P. Cœleſtinus è Cellâ Bernardi Concionator & Confeſſarius per omnia laudatisſimus, qui dùm ſacratiſſimam Dominicæ Paſſionis memoriam coram celeberrimo promiſcui ſexûs auditorio plusquàm ferventer è pulpito recitâſſet, mox à concione finitâ præ nimio zelo & compaſſionis æſtu apoplexiâ tactus cum Chriſto in Cruce paſſo protinùs vitâ mortali defecit, & ad cœleſtem patriam plenus meritis feliciſſimè conſcendit.

Anno 1670. Admodùm R. P. Simon Rottacenſis itidem Haslachenſis Quardianus molitorem quendam ex Oberwinden, qui diabolo ſub ſpecie mercatoris apparenti ſeſe totum mancipaverat, appropinquante jam ſceleratisſimi mancipatûs hujus termino, ſuppliciter à propinquis & familiaribus exoratus in Monaſterium ſuum recepit, & religioſæ cuidam (quam diabolus horrendè ſingulis noctibus ſupra eam perſtrepens intrare nunquàm auſus fuit) Cellæ incluſum, atque ad veram compunctionem omninò perductum à nefario ſervitio & metu totum feliciter exemit.

HAUSACHENSE

SEu *Husachenſe* terrigenis provincialibus appellatum Ordinis Minorum S. Franciſci RR. PP. Conventualium Monaſterium in valle, uti vocatur Kenzianâ, forenſi territorio Fürſtenbergenſi ſacrâ verò ditione ſeu diœceſi (eo ipſo in loco, ubi hæc ſecundùm terminos ſuos Eccleſiaſticos finitimè deſinens Epiſcopatum Argentinenſem attingit) Conſtantienſi, ante tempora hæreticorum novatorum percelebre ſatis & inclytum, quod tamen malignitas temporum adeò ſuppreſſit, ut, præter templum illius, vel iſtud ſaltem inter millena diſturbia ſervatum poſteris reliquerit omninò nihil.

❀HECHINGENSE

COllegium Clericorum ſecularium Conſtantienſis diœceſis in Hechingen oppido Antiquisſimis S. R. J. Comitibus Hohenzolleranis ſubdito, eoque in Topographiâ Sueviæ Martini Zeilleri fol. 92. liberaliſſimè deſcripto conſtitutum, & utcunque in hæc tempora ſervatum, talem (uti refert Cruſius part. 3. lib. 9. cap. 1.) habuit originem ſeu fundationem: *Anno 1488. die 9. Februarii obiit Jodocus Nicolaus Comes Zollerenſis. Ejus filii erant Fridericus Epiſcopus Auguſtanus & Eitelfrizius Comes Zollerenſis. Habuit in animo Collegium ſacrum erigere & dotare in fano Hechingæ Divæ Virginis ad honorem Dei & cœleſtis Reginæ Virginis Mariæ ac militiæ cœleſtis totius. Filii autem ejus modò dicti id Collegium erexerunt ac dotârunt, ut duodecim Presbyteri ibi ſuſtentaren-*

rarentur emptis decimis ex pago Biſingâ, Steinhofâ & Tanheimo. Contulit ad idem mille florenos Illuſtriſſima Domina Marchioniſſa Brandenburgica Magdalena Comitis Eitelfrizii uxor. Sed & alia multa donata eò ſunt ex variis locis. Viciſſim eſt ſacerdotibus injunctum Miſſas agere diebus Sabbatinis, ac poſt rem divinam ſepulchra familiæ Zollerenſis obire ad remedium animarum ejus. Duodecim autem illæ perſonæ ſunt hæ. Unus Decanus. Unus Parochus. Octo Capellani & duo Diaconi vel Adjutores. Primus ejus loci Decanus fuit M. Michael Zimmermannus Oſtdorffenſis. Parochus M. Joannes Vogelinus. M. Wilhelmus Baldecker Capellanus Altaris ad S. Lucium. Henricus Zimmermannus altaris undecim millium Virginum. Martinus Pflueger Roſenfeldenſis Capellanus S. Martini &c. &c.

❀ HECHINGENSE

FLoret etiamnùm ibidem loci unius tamen Sabbati itinere Hechingâ diſſitum idque Chriſti Confeſſori S. Lucio Britannorum Regi tertio nonas Decembris Sanctorum Faſtis adſcripto dicatum Venerabile quoddam Ordinis Minorum S. Franciſci ſtrictioris obſervantiæ, ſeu (uti vocant) Recollectorum aſceterium; quod duobus abhinc ſeculis à quocunque demùm fundi Domino Comite Zollerano primitùs fundatum & apparatum, inde tamen aliquandò neglectum (ſatagente plurimùm Sereniſſimo Principe Wilhelmo Duce Bavariæ qui religioſam coloniam ex Monacenſi ſuo RR. PP. Franciſcanorum Monaſterio dimiſſam novo huic Conventui Hechingenſi poſtliminiò quaſi reſtituto immigrare voluit) cum conthorali ſuâ Sibyllâ natâ Comitiſſâ de Cimbern in integrum reſtituit, eique novam dotem ampliùs ſuperaddidit Illuſtriſſimus vir Eutelius Fridericus Comes à Zollern Sigmaringen & Veringen. Dominus in Haigerloch & Wehrſtein S. R. J. Camerarius hæreditarius ac Sac. Cæſ. Majeſtatis Conſiliarius &c. &c. publicis litteris ad perpetuam rei memoriam confectis & expeditis de dato 20. Junii 1586.

Franciſcus Gonzaga ſacri Ordinis ſui Franciſcani Miniſter Generalis Venerabilem Conventum hunc Hechingenſem cum appertinenti S. Lucii Monaſterio religioſæ Provinciæ (quæ hactenùs usque cum Bavaricâ ſemper una ac eadem fuit) Argentinenſi ſubdidit & ſolemniter incorporavit, & ſic facta pariter etiam Provinciale Capitulum præfato Anno 1586. Monachii coactum omninò ratum gratumque habuit. Ab illo igitur tempore Operarii in vineâ Domini iſthîc locorum ſtabiliti ſaluti proximorum ſtrenuè fovendæ nunquàm non attentisſimi, maximoque zelo pervigiles intendunt, atque ad fideles Orthodoxos per totam circumcircà Regionem poſitos à lupis rapacibus putà confinantibus hæreticis Wirtenbergenſibus tutò ſervandos inceſſanter excurrunt.

Alter fundator ſeu primarius reſtitutor Eitelius Fridericus Comes Zolleranus ſupra dictus Anno 1605. die 16. Januarii terris defunctus in cryptâ Capellæ SS. Trinitatis intra Franciſcanum templum Hechingenſe precioſè ſatis apparatæ loculum ſibi delegit ad communem usque mortuorum anaſtaſin conſtanter inhabitandum, poſt quem etiam reliqui Hohenzolleranæ iſtius familiæ ſucceſſores proximi utriusque ſexûs agnati usque hactenùs pariter alteram fatalis requiei ſuæ manſionem ſibi delegerunt occupandam; quod ſi tamen unus aut alter ſubinde alibi locorum tumulum accipit, cor tamen exanime defuncti ad memoratam cryptam Hechingenſem deferri ſolitum, itidem ſtationem ſuam inibi cum aliis accipit ad exemplum nempè piisſimi fundatoris ſupradicti, cujus Epitaphium ex ære fuſili ſplendidè ſatis apparatum, & in eâdem ipsâ Capellâ glori-

glorioſè ſpectandum majuſculum aliquod cor humanum præſefert cum addito *Ubi Theſaurus meus, ibi & cor meum.*

Fortunatus Hueber ſuo Franciſcano Chronico Hechingenſe quoque Monaſterium iſtud inſeruit ſub his verbis: Zu Hechingen in Schwaben einer Sitz-Stadt/ deren Fürſten von Hohenzolleren faſt mitten in dem Hertzogthumb Würtenberg gelegen/ hat der ältiſte Fürſt ſehr getrachtet/ ſeine Catholiſche Unterthanen durch die Franciſcaner von der Reguläriſchen Obſervanz bey der Romaniſchen allein ſeeligmachenden Glaubens-Bekanntnus zu erhalten/ ſein vorgehabtes Clöſterlein aber iſt immerdar verhindert oder auffgeſchoben worden. Alsdann im Jahr 1585. hat der eyffrige Fürſt Eutelius Fridericus die Franciſcaner in der Kirchen bey St. Lucius Martyrer und König aus Engeland würcklich eingeführt/ auſſer der Stadt Hechingen bey dem Freithoff/ allwo auch endlich ein feines Cloſter gebauet/ und durch die Franciſcaner die Lands-Unterthanen biß auff heutigen Tag von dem herumb tieff eingewurtzten Lutherthumb ſeind erhalten worden. Sehr vil andere Seelen-Früchte werden allda von den Franciſcaneren/ forderiſt wegen der benachbarten Tübinger Hohen Schul/ ausgewürcket; welche dem Orden zu Ehr/ dem Cloſter zu Nutz/ und dem gemeinen Weſen zu höchſter Aufferbaulichkeit ausſchlagen. Item infrà Fol. 814. Zu Hechingen bey Hohenzolleren in dem Schwabenland hat es alſo GOTT geſchickt/ daß obſchon in dem Schwediſchen Krieg der Waffen Sitz allda ſich auffgehalten/ die benachbarte Clöſter und Gottshäuſer auffs euſſerſt ſein verhergt/ die Geiſtliche ſpöttlich verſchimpfft/ ins Elend getriben/ geſchlagen und eingekerkert worden/ jedoch die Franciſcaner aus ihrem Cloſter bey S. Lucius zimlich weit von der Stadt gelegen/ niemahl vertriben/ oder verjagt ſeind worden/ ſondern beſtändig in ihren Ordens-Ubungen verbliben/ und ob ſie ſchon die ſchwere Hungers-Zeiten und allgemeine Noth haben müſſen übertragen/ hat ſie doch der liebe Orth alſo erſchwungen/ daß dermahlen die Zahl über zweinzig erſteiget/ und allda der Secundarius Noviciatus beſtändig erhalten wirdet.

❀ HEDINGENSE

SEu *Heddingenſe* dictum Franciſcanum itidem Monaſterium Conſtantienſis quoque diœceſis Provinciæ quidem Bavaricæ combinatum, in noſtrâ tamen Sueviâ Comitatu Zollerano ad muros oppidi (quod ſui Principis reſidentiâ claret) Sigmaringenſis conſtitutum, & inhabitantium numero hodie frequentiſſimum, fuit antehâc Dominicanum fœminini ſexûs contubernium, inde tamen ad ſacrum Seraphicum Ordinem Minorum opportunè tranſlatum, de quo Fortunatus Hueber refert ſequenti fol. 701. Das Cloſter zu Hedingen im Schwabenland hat der lobreicheſte Fürſt Hans von Sigmaringen im Jahr 1624. den 14. Herbſt-Monat gleichfalls dem General Commiſſario und Cuſtodi S. Antonio von Galbiato übergeben/ und aus einem verlaſſnen Dominicaner Frauen-Cloſter der ſtrengeren Obſervanz der Bayriſchen Cuſtodiæ einverleibt. Et paulò pòſt 706. Zu Hedingen bey Sigmaringen an der Thonau iſt geſtanden ein altes Cloſter denen

denen Dominicanerinnen / welches endlich wegen viler erheblichen Urſachen entweders ausgeſtorben oder verlaſſen worden. Diſem verlaſſnen Orth hat der Fürſt Joannes Eutelius als Graff von Hohenzolleren Sigmaringen / Veringen / Haigerloch / Werſtein ꝛc. Reichs Erb-Cammerer und Kayſ. Rath / Obriſter Hoffmeiſter / Lands-Hoffmeiſter in Bayren dem P. Antonio von Galbiato in die reformirte Bayriſche Cuſtodia übergeben / und im Jahr 1624. den 24. Herbſt-Monath in Beyſeyn des Herren Cardinals von Hohenzolleren mit einer herrlichen Proceſſion, verrichten Gottsdienſt und Auffrichtung des heyligen Creutzes mit gewiſſen Bedingen übergeben. Sed dùm grata nobis hìc occurrit memoria Eminentiſſimi Principis Eutelii Friderici ex Comitibus Zolleranis S. R. E. Cardinalis Tituli S. Laurentii in Paniſpernâ S.R. J. Principis & Epiſcopi Osnabruggenſis Anno 1625. die 16. Octobris in propriâ cathedrali Eccleſiâ ante ſummam aram condigno honore tumulati placet hic (ad ſpecialem patriæ gentis honorem & immortalem ejusdem gloriam ad poſteros derivandam) commodè ſubdere Epitaphium illius ſuo loco poſitum, quod tale eſt:

Eitelio Friderico Zollerano

Comiti, Principi, Epiſcopo, Cardinali
Germaniæ oculo, ſed eheu! jam clauſo
Jam purpurato cineris jam nulli
Violentia Superûm, qui præpoperè tranſcripsêre Cœlo
quem grandiorem putavêre terris

Deſideratiſſimo Fratri

Joannes Princeps & Comes Zolleranus
Mæſtus poſuit & invitus, neque enim
Velle potuit eum tegi, quem ſpectari oportuiſſet
usq; & usq; & usq;
Conceſſit Osnabruggi ſede ſuâ pontificiâ
Anno Chriſti 1625. die 19. Septembris ætatis ſuæ 43.

HEIDELBERGENSE

Heidelberga Palatinatûs quidem, uti vocant, inferioris diœceſi Wormatienſi urbs maximè præcipua, quia & Sereniſſimi Principis ac Electoris ſui ſolio celeberrima eademque ipſa in diſtrictu Craichgoviæ (quæ citra omnem controverſiam Sueviæ noſtræ pars eſt cum limitibus & appertinentiis ſuis enucleatè ſatis deſcripta à Cruſio part. 3. lib. 9. Zeillero in Itinerario Germaniæ cap. 9. fol. 222. & aliis) ad Nicrum fluvium amœniſſimo tractu priusquàm (urgente Principe terræ) ab avitâ majorum religione defecit præter Monaſteria m‹…›x hic infrà recenſenda præclariſſimum etiam habuit aliquod Canonicorum ſecularium Collegium S. Spiritûs intitulatum: cujus author primarius & inſtitutor fuit, qui & in ſpectatiſſimo templo illius ſepulturam ſibi delegit Rupertus Dux Bavariæ Comes Palatinus Rheni & Elector Ruperto Palatino & Beatrice Siciliæ Regis filiâ progenitus ibidem reconditus ſub tali inſcriptione: *Rupertus Dux Bavariæ Comes Rheni Palatinus Romanorum Rex Juſtus, pacis & religionis amator, dignus Deo viſus, qui pro Juſtitiâ pateretur, hujus ſacræ ædis & Collegii Inſtitutor hìc cum clariſſimâ con-*

 juge

juge Eliſabethâ Norici Montis Burgraviâ quieſcit vitâ functus Anno MCCCCX. Calendas Junii XV. Reliquas vitæ laudes vide, ſi placet, apud Adlzreitterum in Annal. Bavariæ part. 2. per totum. Item apud Henricum Pantal. de viris Illuſt. German. part. 2. fol. 363. Atque hæc eadem Collegiata S. Spiritûs Eccleſia Heidelbergenſis olim nobiliter fuit inſtructa celeberrimâ illâ (cui Germania noſtra ſimilem unquàm videre aut habere haud meruit) Bibliothecâ, quæ ſubinde Anno 1623. poſt Heidelbergam à Cæſareanis ſub Duce Tillio fortiter expugnatam majore ex parte ſuâ Romam usque in Vaticanum delata, deſcripta habetur ab Antonio Poſſevino in apparatu ſacro part. 2. ad finem.

HEIDELBERGENSE.

MOnaſterium FF. Prædicatorum Ordinis S. Dominici fundatum Anno 1450. à Sereniſſimâ Principe ac Dominâ Dominâ Mechtilde Ludovici III. Electoris Palatini Ducis Bavariæ &c. Conjuge natâ Duciſsâ Sabaudiæ jam pridem defecit cum aliis locis ſacris urgente hæreſi ſubverſum, & ad uſus profanos abreptum: cujus ortum & interitum vel breviſſimè deſcribit ſummus præfati Ordinis ſui Encomiaſtes & Hiſtoricus Germanicus Fridericus Steil jam citatus ſuprà, die 14. Septembris fol. 429. ubi ſic ait: Anno 1450. iſt Unſers Ordens Cloſter in der Stadt Heydelberg von der Durchleuchtigen Frauen Mechtilde / Hertzogin aus Savoyen / Friderici I. des Siegreichen Chur-Fürſten und Pfaltzgraffen Mutter / geſtifftet und begabet worden / in welchem vil vornemme und hochgelehrte Männer gelebt / biß nach 100. Jahren Pfaltzgraff Friderich zur Zeit der graſſirenden Ketzerey ſelbiges dem Orden entzogen / und die Reunten theils dem neuen reichen Spital / theils der Hoff-Capellmeiſterey oder den Muſicanten zugeeignet.

HEIDELBERGENSE

MOnaſterium RR. PP. Eremitarum Ordinis S. Auguſtini quondam *ad Beat. Virginem in deſerto* nuncupatum. Hoc jam antè dùm Heidelberga in Urbem (magis ampliatam ſubintellige qualis ætate noſtrâ eſt ab Anno 1392. reſtaurata) excrevit, iſthîc loci ædificatum ſtetiſſe refert Abrahamus Saur de civit. fol. 838. Claruit in hoc Auguſtiniano Conventu Heidelbergenſi circa annum 1440. celebris admodùm & inter ſuos inclytus effulſit Henricus de Gouda ſive Gaudanus Batavus Theologus, qui temporibus ſuis Scholaſticâ diſciplinâ vix ſibi parem habuit, idem in Academiâ Heidelbergenſi communi omnium conſenſu palmam doctoralem ante alios juſtiſsimè promeritus vir integræ ac religioſæ vitæ ſcripſitque plura, quæ recenſet Philippus Elſius de ſui Ordinis Auguſtiniani viris illuſtribus fol. 272. item Poſſevinus part. 1. fol. 197. V. Henricus de

de Gauda. Alter ejusdem Conventûs nobile membrum fuit Auguſtinus Lupf natione Germanus SS. Theologiæ Doctor, qui circa annum 1521. (teſte eodem Elſio citato fol. 98.) toti Palatinatui inferiori plurimum profuit in Heidelbergenſi Univerſitate antedictâ Profeſſor emeritus & Verbi divini Præco egregius, quo vigilante & latrante fortiter ditiones illas qualisqualis nova hæreſis nunquàm invaſit.

HEIDELBERGENSE

MOnaſterium Ordinis Minorum S. Franciſci, de quo Fortunatus Hueber memoranda quædam prodit ſequentia Fol. 52. Zu Heydelberg am Necker einer Haupt-Stadt der unteren Pfaltz haben im Jahr 1248. (andere wollen auffs Jahr 1268. auszehlen) der edle und reiche Ritter Herbrandus von Neckeraw und ſein Gemahlin ein geborne Kybiſſin mit eignen freygebigen Koſten auſſer der Stadt am Necker-Fluß an der Straß gegen Speyr ein Steinwurff weit von dem Stadt-Thor das Franciſcaner Cloſter auffgerichtet. Item Fol. 92. Der auffgerichte Convent zu Haydelberg hat ſehr vil müſſen leyden wegen der ſchwebenden Kriegs-Feur / welche immerdar die regierende Pfaltzgraffen gegen einander angezündet / und weilen durch ſelbige auch das Franciſcaner-Cloſter auſſer der Stadt ſchon zweymahl eingeäſchert; alſo haben die geſambte und dem Orden ſehr wohl zugeneigte Burger zu Haydelberg umbs Jahr 1331. den Orden innerhalb ihrer Ringmaur hinein genommen / damit ſie etwann nit gar wegen im̃erwährenden Kriegs-Lärmen der Herren Pfaltzgraffen von der Stadt wurden hinweg getrungen. Darzu hat die Durchleuchtigſte Fürſtin und Frau Mechtildis von Naſſau / ein Mutter des Durchleuchtigſten Pfaltzgraffen des Heyl. Röm. Reichs Ertztruckſeſſen des älteren Ruprechts zum Cloſter-Grund einen Platz hergeſchenckt: Nachdem nun Pfaltzgraff Ruprecht Vogt-bar worden / und die Regierung angetretten / hat er gleich ſeiner Mutter Mechtildis heiliges Vorhaben werckſtellig gemacht / den erſten Stein gelegt / den Chor zur Kirchen auffgebauet / und ein kleines Haus zur Wohnung daran gehengt. So hat auch Pabſt Joannes XXII. dem Biſchoff von Chur diſes Geſchäfft anbefohlen / daß er die Religioſen S. Franciſci vom alten Platz auſſer der Stadt Haydelberg innerhalb der Ringmauren ins neue Gottshaus eingeführt / welches im Jahr 1331. den 11. Tag des Herbſt-Monats geſchehen: Nachdem aber diſer Hertzog Ruprecht das Cloſter gar eng zu ſeyn erachtet / hat er mit ſeiner Frau Gemahlin Frauen Eliſabeth von Naunck ꝛc. im Jahr 1375. gantz koſtbar und freygebig die Ring-Mauren / Creutz-Gäng / Schlaff-Haus und Werckſtätt auffgebauet. Fol. 231. Gleichwie die Regulariſche Obſervanz durch alle Catholiſche Länder und Königreich ſich hat mächtig ausgebreitet / alſo hat ſelbige auch im Teutſchland ſich gewaltig geſteiffet. Der Anfang aber hat zu Haydelberg auff folgende Begebenheit ſich eingerichtet. Im Jahr 1426. regierte zu Haydelberg der Chur-Fürſt und Pfaltzgraff Ludwig / ein Sohn des Pfaltzgraffens / und weyland Römiſchen Königs Ruprechts. Wegen ſeines anſehentlichen Barts / ware er der Bartete Pfaltzgraff von Haydelberg genambſet; eines ſo hohen Anſehens / daß er auff dem Concilio zu Coſtantz den Römiſchen König Sigismund in ſeiner Abweſenheit vertretten. Er hat zwey Gemahlin gehabt; die erſte ware Blancha ein Tochter des Königs Heinrich aus Engeland / aus welcher er einen Erbloſen Sohn und Printzen Ruprecht erzeuget / und noch vor ſeinem Tod hat ſterben ſehen. Als diſe Blancha im Jahr 1409. den 21. Mayen-Tag verſchiden / hat er ſich mit einer Saphoyſchen frommen und Gott-ergebnen Princeſſin

Mechtil-

Mechtildis ehlich vermählet / aus welcher er drey Söhn gezogen / nemblich Printz Ludwig / Printz Friderich und Printz Ruprecht: neben diſen auch etliche Princeſſinnen; aus denen zwey den Clariſſer-Orden in Saphojen eingetretten; eine / die Princeſſin Mechtildis / war erſtlich dem Würtenbergiſchen Graffen Ludwig verheyrathet; deme ſie geboren hat Eberhard den erſten Hertzogen in Würtenberg/und etliche Töchter / nach deſſen Tod iſt ſie mit dem Oeſterreichiſchen Ertz-Hertzog Albrecht/einem Bruder des Keyſer Friderichs III. ehlich verbunden worden/ hat aber bey diſem ihrem Gemahlen keinen Erben erworben. Nachdem Mechtildis die Gottſeelige Pfaltzgräffin zu Haydelberg ankommen/ und vermercket / daß die Conventualen in ihrem geiſtlichen Stand etwas hinderlichs lebten / hat ſie öffters an die Mündere Brüder de obſervantiâ, welche neulich auff dem Concilio zu Coſtantz der Conventualen Bottmeſſigkeit befreyet / die Länder von Franckreich/Turon und Burgund mit dem Leuthmährigen Geruch ihres ſtrengen / heiligen und rechtgeiſtlichen Lebens haben angefüllet / anmütig gedencket. Es geſchahe / daß als ſie einmahls nach der Mittag-Taffel mit ihrem Pfaltzgraffen in dem Saal ſpatzirete / und vom Fenſter hinab ſahe / wie daß die Conventualn in ihrem Cloſter-Garten mit Picken ſpielen / Steinwerffen / Dantz-Schulen und dergleichen eytlen Welt-Ubungen ihre Recreations-Zeit unnutzlich / ja freventlich verdumleten / die andächtig und geiſtlich-geſinnte Fürſten ein ſolches Mißfallen darob geſchöpfft habe / daß ſie ſich gleich mit hertzlichem Seufftzer zu ihrem Fürſten gewendet und wehemütig geſprochen: Eure Durchleuchtigkeit wöllen nur anſehen / wie diſe Brüder / welche der Welt gantz ſolten abgeſtorben und denen Göttlichen Ubungen ergeben ſeyn / ſich mit eytlen Welt-Spielen bemühen/ in die Schul zu führen. Alsdann ergriffe ſie behendiglich Gelegenheit ihre Obſervanten hervor zu ſtreichen. Wolte GOtt / ſagte ſie / es wohneten hie die Brüder aus Unſeren Landen / welche in Wahrheit recht geiſtliche Leuth ſeynd / denen die Vollkommenheit aus dem Angeſicht heraus ſchimmert. Sie redete von denen Obſervanten aus Ober-Burgund/ ſo mit Saphojen angrentzet / oder ja damahl ein Landſchafft geweſen iſt. Alsdann ſagte ſie ſeufftzend: Ach liebſter Pfaltzgraff/ſchicket doch umb Unſeren Beicht-Vatter und laſſet ihn aus Unſerem Vatterland hieher kommen. Die Pfaltzgräffin ware ein ſehr andächtige / bettende und tugendhaffte Fürſtin; wie nit weniger der Pfaltzgraff ſelbſten; dann ſie ſeind miteinander ordenlich umb Mitternacht auffgeſtanden / und haben die Metten aus dem Römiſchen Brevier miteinander gantz andächtiglich gebettet; Dahero hat derſelben ihr Bitt nit wohl können widerſprochen werden; alſo zwar / daß der Chur-Fürſt gleich ins Turoner-Land umb den begehrten Beicht-Vatter geſchickt / und mit ihme noch drey andere Obſervanten hat laſſen nach Heydelberg kommen / aus denen auch P. Joannes Caparia geweſen iſt. Als die vier Franciſcaner von der Obſervanz zu Heydelberg angelangt / hat der Pfaltzgraff den Provincial P. Jobſt laſſen für ſich kommen / andeutend/ ſeiner Frauen Gemahlin Begierd / daß ſie erſtlich verlange / man ſolle das Convent zu Heydelberg reformiren/und die Obſervanten von Turon einführen. Der P. Provincial gedenckte und erkennte wohl / daß der Obſervanten Leben denen Conventualen werde an Anſehen / Leinmuth und Gleichheit ſehr nachtheilig ſeyn/ ja es möchte das Cloſter zu Heydelberg ihme endlich gar aus der Bottmeſſigkeit ſich entziehen / dahero er dem Fürſten anerbotten / er wolle von ſeinem Cloſter von Ruffach ſolche eyffrige und ſtrenge Obſervanten herbey bringen / welche die frembde aus Turon und Burgund an Strenge des Lebens und Haltung der Regul wohl auch übertreffen dörfften. Den Vorſchlag hat ihme der Fürſt laſſen gefallen / und iſt auff ſein Verwilligung werckſtellig gemacht worden. Dann von dem P. Provincial

ſolche

ſolche Ordens-Brüder nach Heydelberg geſchickt worden / welche mit Eyffer zur heyligen Reglѕ-Haltung entzündet waren. Gleichwie aber ein Pflantzen / ſo offt umbgeſetzt wird / ſelten einwurtzet und grünt / alſo hat die Obſervanz zu Heydelberg am erſten nicht recht wurtzen noch grünen können. Wiewohl der P. Provincial ſeine Teutſche Regl-Geſinte immerdar von Orth zu Orth hat hinwegg / und bald wieder dahin verwechslet / dahero die Ausländiſche Obſervanten aus gutem Eyffer / weilen ſie nichts rechts beſtändiges haben können ausrichten / bald widerumb heimbgezogen / dann bald widerumb von der Chur-Fürſtin Mechtildis ſeind daher beruffen worden. Ware alſo kein recht beſtändiger Frucht auff ſolche Weiß unter denen Religioſen zu erwarten. Endlich iſt es ſo weit kommen / daß gleichwohl die 2. Franciſcaner-Clöſter zu Heydelberg und Ruffach für die Reguls-eyffrige Ordens-Brüder ſeind vermeint / und zu einem Veränderungs-Wechſel ſeind gegen einander geſetzt worden.

Fol. 235. Uber ein Zeit haben die Burgundiſche und Frantzöſiſche Obſervanten ſich zum hinwegg raiſen in ihr Provinz gerichtet: der P. Nicolaus Charoli nahme gleichfalls ſeinen Reys-Stecken und einen Geſellen begehrte von der frommen Pfaltzgräffin die gnädigſte Urlaub-Audienz. Die Fürſtin merckte / daß der P. Guardian wolte hinwegg raiſen / ſagte derowegen zu ihm: Mein liebſter Pater, ihr wiſſet / daß ich ewer geiſtliche Schweſter bin / wie könnt ihr doch das über ewer Hertz nemmen / daß ihr von mir hinweg raiſet / und mich mit meinem Fürſten allein ſitzen laſſet? als er mit geiſtlicher Demuth antwortete / er köndte in der Obſervanz nichts guts mehr ausrichten / weil der P. Provincial immerdar ſeine untergebne Brüder hin und her ſchicke / daß ſie alſo niemahlen einen beſtändigen Geiſt könnten behaupten: Sagte die Fürſtin ihme entgegen / er ſolle nur dableiben / ſie wolle auff alle Mitl und Weeg gedencken / daß gute geiſtliche und ihres Beruffs eyffrige Brüder in ihr Cloſter nach Heydelberg werden hergeſchickt / welche der P. Provincial nit mehr ſolte dörffen hin und her zerſtreuen und veränderen. Alsdañ kame die Fürſtin für ihren Herren Pfaltzgraffen / ihre milde Zäher vergieſſend und weinend / ſie beklagte ſich mitleydig / daß weilen die frembde und fromme Brüder immerdar verändert werden / die Obſervanz nit wachſen könnte / es wölle auch ihr lieber P. Guardian hinweg raiſen: Sie bittete flehentlich / der Pfaltzgraff wolle doch in die Turoniſche Provintz ſchicken / und ſo vil Obſervanten an der Zahl laſſen herkommen / als vonnöthen ſeyn wirdet / das Cloſter und den Gottsdienſt recht zu beſetzen / damit der P. Provincial nicht mehr Urſach und Fug habe / ſo vil immerwährende Veränderungen zu machen. Der Pfaltzgraff hörte ſie zwar gutwillig an / und ſprache endlich mit unwilligen Worten: Mein / wie möcht ihr Uns alſo unfreundlich beunruhigen / wiſſet ihr dann nit / daß wür ietzt mehr zu thun haben als mit diſen Leuthen hin und her lauffen / ſeind Uns ja die Böhmen in der Oberen Pfaltz an Wald eingebrochen / hauſen übel und verwüſten alles? und ligt Uns ietzt ob / wie Wür Kräfften und Soldaten auffbringen / diſem Einbruch zu widerſtehen? Ab diſer ſo harten Antwort / wurde die Pfaltzgräffin ſehr betrübt: weinete bitterlich / ſetzte ſich mit ihrem Frauen-Zimmer hinaus auff die Stiegen des Pallaſts / vergieſſend ſo vil hertzliche / milde und mitleidige Zäher / daß alle vorübergehende Hoff-Juncker / Soldaten und Bediente zu groſſem Mitleyden ſeind bewegt worden. Ja die Sach iſt ſo weit kommen / daß die mitleydige Pfaltzgräffin ihre zwey mitweinende Printzen an die Hand genommen / für den Pfaltzgraffen hinein getretten / noch einmahl für das Dableiben der Obſervanten flehentlich gebetten / und als ſie nichts köndte erbitten / ſagte ſie hertzhafft / wohlan / ſo ſey es dann / ich nemme von Euer Liebden ein freundliches und betrübtes Urlaub.

laub / wann die Patres von hier hinweck gehen / ſo gehe ich mit meinen Kinderen auch darvon. Das ware wohl ein zäherliches Hoff-Spiel. Die Fürſtin weinte bitterlich / die zwey Prinzen weinten mit ihrer hertzliebſten Frau Mutter. Die gegenwärtige Hoff-Juncker und Frauen-Zimmer weinten auch mit; Jedermann weinte; ſo gar der Pfaltzgraff wurde zum Weinen bewegt. Endlich durch ſo zäherreiches Bitten wurde der Pfaltzgraff vermöchtet / laſſte ein eignen reittenden Botten mit Brieffen nach der Turoniſchen Provintz abgehen / vermög deren ein Anzahl der geiſtlichen Ordens-Männer und Obſervanten ſolten nach Heydelberg geſchickt werden. So waren auch die Lebens-Mittel und alle Cloſterliche Nothwendigkeit für diſe Patres von Hoff aus dermaſſen ergeblich und ſorgfältig geleiſtet / daß der Conventualn Provincial nit mehr Urſach gefunden / die Brüder hin und her zu ſchicken / und der wahren Reguls-Haltung unter denen neuen Obſervanten ein Rigl vorzuſchieſſen. Auff ſolche Weiß hat P. Nicolaus Charoli zu Heydelberg das Feld erhalten / und ſeind die Obſervanten allda auff ein neues eingeführt und beſtättiget worden; welche dann auch alſo gottſeelig / tugendhafft / geiſtlich und aufferbaulich gelebt haben / daß ſie nit allein die Stadt Heidelberg / ſondern auch die herumbligende Länder mit dem Ruff ihrer Heyligkeit haben angefüllet. Mit ihrem geiſtlichen Gottsdienſtlichen ſtrengen Leben haben ſie auch die Gelehrtkeit vereiniget; und in dem Cloſter ein offenliche Schul auffgerichtet / in welcher die Wiſſenſchafften gelehret / und die Jugend zu aller hohen Weißheit unterwiſen worden / vil Edle / reiche und anſehentliche Jüngling haben die Welt beurlaubet / und den Franciſcaner-Orden bey denen Obſervanten eingetretten. Marggraff Carl von Baaden hat auff ſolches Exempel ſein Cloſter zu Pfortzheimb / und Herr Ludwig Graff von Würtenberg zu Tübingen auch reformirt. Die Frau Pfaltzgräffin Mechtildis ware alsdann ſehr im Geiſt begnüget / da ſie geſehen und erlebt / daß die Patres Obſervantes in ihrem Cloſter zu Heydelberg ſo löblich und heylich eingericht ſeynd. Der Edle Herr Hirſchberger von Emath bey Kemnath in der Oberen Pfaltz bekennte offt / daß / als er damahl in dem Heydelbergiſchen Hoff für einen Cammer-Herren gedienet / er aus der Frau Pfaltzgräffin Mechtildis gnädigſten Befelch vilmahl habe von der Fürſtlichen Taffel die Speiſen müſſen hinab ins Cloſter tragen / und denen Obſervanten auffſetzen: alſo lieb und werth waren dieſe Franciſcaner damahl von der andächtigen Frauen Pfaltzgräffin Mechtildis gehalten. Der Pfaltzgraff Ludwig iſt im Jahr 1437. den letzten Tag Herbſt-Monats in GOtt Chriſt-Catholiſch entſchlaffen / im folgenden Jahr aber den 14. Tag Monats May iſt ihme auch die gottſeelige Frau Mechtild mit ſchmertzhaffter Betraurung des blühenden Franciſcaner-Ordens in die unſterbliche Ewigkeit zu Heydelberg nachgefolget. Auff ſolche Weiß hat in der Straßburger Provintz die Reformation des Franciſcaner-Ordens durch die Obſervanten aus Franckreich zu Heydelberg einen glückſeeligen Anfang gewunnen ꝛc. ꝛc. Hactenùs ille de inſigni profectu & religioſo incremento Venerabilis Conventus ſeu Monaſterii Franciſcano-Heidelbergenſis, qui & infrà de nefario ejus-

ejusdem exitio ſubdit ſequentia: Heydelberg die Reſidenz-Stadt in der Unteren Pfaltz am Necker gelegen/ hat die Obſervanten umbs Jahr 1426. gantz freundlich eingeführt: aber im Jahr 1560. unter dem abgewichnen Chur-Fürſten Friderich II. gantz feindlich ausgejagt: weilen das angenommene Lutherthumb auff ſolche Weiß wider die Religioſen wütete.

Anno 1630. poſt Heidelbergam à Cæſareanis jam priùs expugnatam RR. PP. Obſervantes denuò remeârunt ad priſtinum ſui Ordinis domicilium quoúsque tandem ultimatè cedere debuêrunt vigore Tractatûs Weſtphalo-Monaſterienſis: de quo ſæpecitatus Fortunatus Hueber fol. 796. vel paucis ità ſcribit: Zu Heydelberg der Chur-Fürſtlichen Nider-Pfältziſchen Haupt-Stadt am Necker/ hat die Cöllniſche Provintz von Anfang ihrer neuen Einſetzung biß aufs Jahr 1648. da der Münſteriſche Friden beſchloſſen worden/ ſehr auferbaulich und fruchtlich ſich aufgehalten.

❋HEIDELBERGENSE

Miſſio Heidelbergenſis RR. PP. Societatis Jeſu ab anno circiter 1630. ſollicitè propagata, atque eadem quamvis aliquandò tùm atrocitate Bellonæ Suecicæ, tùm compoſitione pacis Weſtphalicæ turbata & interrupta noviſſimè tamen ab Anno 1685. felicisſimè fuit reſtituta, haud dubiè, quiete (quam proximè ſperamus) publicâ terris iſtis redditâ firmiſſimè ſtabilienda in ſalutem populorum, uti hactenùs magnam, ita & in futurum majorem, imò (faxit Cœlum) maximam & immenſam.

❋HEIDELBERGENSE

ANno 1630. poſt Fridericum Septem-Virum ac pſeudo-Regem Bohemiæ non ſolùm ditione Heidelbergenſi ſed & electorali dignitate ſuâ potenter exutum Heidelbergam inhabitare cœperunt etiam RR. PP. Capucini ſpecialiter iſthuc evocati à regimine Bavarico pro tunc ſui Principis Maximiliani I. Electoris nomine totum omninò Palatinatum inferiorem gubernante. Iſthîc igitur ſeu Heidelbergæ de prævio conſenſu Ordinarii reluctantibus adeò & oblatrantibus licet interim hæreticis mox pientisſimi Aſcetæ Capucini cœperunt Misſionem ſuam ſedulò firmare, divina peragere, Confesſiones excipere, ſacramenta adminiſtrare &c. & quidquid non tam ad Catholicos in avitâ religione tutò ſervandos confortandosque, quàm novatores ſectarios ab erroribus malignis ſaluberrimè revocandos prodeſſe potuit, omni ſtudio ac ferventiſſimo zelo ſagaciter adimplere. Et quamvis ſubindè aliæ Misſiones vicinæ in dicto Palatinatu hinc inde tùm temporis inſtitutæ ob inſequentes ferocisſimos belli Cæſareo-Suecici tumultus penitùs deſierint, Heidelbergenſes tamen Capucini etiam tot inter adverſa jugi protectione divinâ ſervati à prædicatione Verbi divini nec unquàm quidem deſtiterunt adeoque multas Deo lucrati ſunt animas religioſo hoſpitio ſuo Heidelbergenſi inter moleſtisſimas bellorum injurias & triſtes admodùm rerum viciſſitudines conſtanter immorati.

Anno 1649. Carolus Ludovicus Friderici ſupradicti filius nuper in politicâ Synodo Weſtphalo-Monaſterienſi in integrum reſtitutus Heidelbergam potenter ingreſſus RR. PP. Dominicanos & Jeſuitas quantocyùs urbe ſuâ exceſſe voluit, non item Capucinos; quos ampliùs utcunque toleravit, quousque maledica pſeudo-Paſtorum Calvinianorum turba malè ſibi de fide conſcia zeloſisſimos iſtos Curiones orthodoxos ulteriùs ſupportare noluit, ſed edicto memorati ſui Principis Electoris in id vulgato procul exceſſe coë-

git illachrymantibus interim Catholicis, contrà verò hæreticis oppidanis in riſum audacisſimè profuſis.

Anno 1685. Carolo Electore Palatino Caroli Ludovici antè nominati filio Palatinatûs inferioris Domino ſtirpis Acatholicæ ultimo improle defuncto, ſicque hujusmodi dignitate & tiarâ Electorali ad Sereniſſimum Principem Philippum Wilhelmum hæreditario jure translatâ ſæpememorati PP. Capucini denuò Heidelbergam fuerunt reducti, ſed & ſpatioſa ſatis area in opportunam novi Monaſterii conſtructionem ipſis attributa, lapisque fundamentalis in imâ repoſitus: quos tamen conatus omnes penitùs irritavit Mars Gallicus præter ſpem terris iſtis potenter illapſus: qui & ſeverè prohibuit ulteriores progreſſus vel olim pace deſideratâ inter litigantes compoſitâ (favente Cœlo) reaſſumendos.

Sed ecce, dùm hæc depropero, de eodem religioſo Capucinorum Heidelbergenſi domicilio præter ſpem ex Palatinatu inferiore in rem præſentem ad me transmiſſa recipio ſequentia: *Baccharaci pro PP. Capucinis erecta fuit reſidentia & ſacellum: ad quæ cùm confluerent permulti Catholici, imò etiam maxima hæreticorum turma, plures Apoſtatæ, ex crudeli ſolùm metu tales facti ad ſaniora redièrunt, Calviniſtæque permulti ſuam ſectam ejurârunt. At verò licet PP. Capucini Reſidentiam ſuam Heidelbergæ rursùm ſollicitarent, & Sereniſſimus Elector eandem lubens & clementiſſimè vellet concedere, factum eſt tamen, ut à pluribus, imò & primariis ex Aulâ disſuaderetur admisſio Capucinorum; imò fuerunt, qui conatu audaci non retardare tantùm ſed impedire voluerunt: hos tamen conatus (etſi cautè ſatis) perfregit & perrupit piisſimus Princeps Elector, & Anno 1686. die 27. Septembris captatâ occaſione religioſisſimè admodùm R. P. Marco de Aviano tunc advenienti ab Electorali Serenitate ſuâ terribiliter aſtimato gratiam conferendi, eadem ſua Serenitas donavit RR. PP. Capucinis Reſidentiam Heidelbergenſem, & quidem eandem domum & locum, ex quo ſuperioribus annis fuerunt ejecti: pro cujus conceſſæ habitationis emundatione & meliore Patrum accommodatione Sereniſſimus Elector ducentos asſignavit Imperiales, factumque eſt, ut ejecto (quem in dejectione Crucis olim Calviniſtæ reliquerant) trunco ibidem loci nova Crux ſtatueretur 35. pedibus altior circumfrementibus interim hæreticis inimicis Crucis Chriſti neutiquàm attentis oppidanis Heidelbergenſibus. Religioſâ domo probè conſtitutâ & accommodatâ Religioſi Patres cœpêre mox divina peragere, ſermones ad populum facere, confesſiones excipere &c. &c. cumque confluentem populi multitudinem capere non poſſet domus etſi ſatis ampliata, cœpta eſt ædificatio Monaſterii primumque lapidem maximâ cum ſolemnitate ipſemet poſuit Sereniſſimus Elector cum Sereniſſ. conjuge & filiis convolante in id & domorum quoque tecta conſcendente maximâ hominum multitudine ſpectatum admisſâ; & licet paulò poſt efferi milites Galli totum Palatinatum, atque ipſam etiam expugnârint devaſtarintque Heidelbergam, recuperatâ tamen Urbe tam feliciter ſuam proſecuti ſunt fabricam Capucini, ut intra paucos annos in formatum Conventum exurgeret & Guardianatum. At expugnatâ demùm Anno 1693. Heidelbergâ & incineratâ quamvis hoſtiles flammæ non aduſſerint ædes Capucinorum, ſed intactas reliquerint, hujuſcemodi tamen Vulcanum (quem adeò crudelem ſibi jam experti ſunt Conventus vicini) ignivomum anxiè formidat, ſedetque in cineribus Heidelbergæ, quaſi Rachel plorans filios ſuos nolens conſolari ſuper eis, quia non ſunt.*

HEIDENHEIMENSE.

Egregium omninò & magni nominis (utriusque ſexûs mox à primâ fundatione iſthîc collocati) Cœnobium vel ab ipſo quidem fundatore ſanctisſimo omni cultu dignisſimum, quod ſub annum Chriſti 750. S. Wunibaldus Abbas S. Richardi Anglorum Regis filius frater S. Wilibaldi primi Ayſtettenſis Epiſcopi & S. Walpurgis Virginis & Abbatiſſæ condidit, in eoque primùm ipſe Abbas præfuit

fuit multosque ſuarum virtutum æmulos poſt ſe reliquit. Ita Bucelinus in German. ſac. part. 2. fol. 43. poſt quem Bruſchius ſubinde de eodem hoc(quod tamen jampridem defecit urgente hæreſi ſubverſum & penitùs abrogatum) Cœnobio idipſum ſecundùm ſtatum inhabitantium aliquoties fuiſſe mutatum refert de Epiſc. German. cap. 10. de Epiſ. Eyſtettenſibus, & quidem in Gerocho Ayſtettenſi Epiſcopo poſt dictum S. Wilibaldum proximo ita ſcribens: *Ex Heidenheimenſi Cœnobio fecit Præpoſituram, cùm non admodùm honeſtè ibi viveretur.* Et infrà in Gebhardo viceſimo ſecundo Anno 1148. ſuæ ordinationis 14. terris defuncto: *Iſte ex Præpoſiturâ Heidenheimenſi iterùm Benedictinam Abbatiam fecit ejectis cum conſenſu Pont. Max. Eugenii III. ſacerdotibus, qui aliquandò ſub Præpoſito non admodùm religiosè ibi vixiſſent.* Item in Burcardo 23. *præfuit annis quatuor, ejecit Abbatem & Monachos Benedictinos ex Heidenheimenſi Monaſterio. Idcircò Romæ accuſatus ab Abbate, qui non iſtam ſolùm violentiam, ſed magis etiam inſignem ignominiam omnibus in Pontificis curiâ aliquâ authoritate præſtantibus revelabat ab Eugenio III. exauthoratus eſt Anno Dom. 1153.* Et in Conrado 24. *In Heidenheimenſe Cœnobium reduxit Abbatem & Monachos anteà ejectos: pulſis jam iterùm ſecularibus ſacerdotibus mirum in modum ibi triumphantibus.* Sed, utut ſit Heidenheimenſe (cui Monaſterium hoc ineſt) oppidum inter potiora Sueviæ noſtræ loca, & quidem in pago ſeu tractu vulgò der Hanen-Kam nuncupato conſpicua recenſeri monſtrat Cruſius in Paralip. cap. 1. fol. 3.

HEIDENHEIMENSE

ALiud quoddam paris quidem nominis, ſequioris tamen Ordinis & alterius diœceſis, nimirùm Auguſtanæ Cœnobium Franciſcanum, hoc tamen jam pridem Lutheranizatum, idem antiquitùs authore nondùm nobis revelato fundatum adhuc ſub initium ſuperioris ſeculi durante pontificatu Leonis X. à RR. PP. Conventualibus fuiſſe tentum & inhabitatum oſtendit Fortunatus Hueber in Chronico fol. 886. & 889. Eſt autem Heidenheim oppidum ad Brentium amnem pace Weſtphalicâ Ducatui Wirtenbergico ſub certis conditionibus additum & firmatum, ſed & geographicè deſcriptum in Topographiâ Sueviæ Zeilleri fol. 95.

HEIDENHEIMENSE

MOnaſterium ſeu Reſidentia ſolùm RR. PP. Capucinorum nominata apud Stengelium Abbatem in Mantiſſâ ad Commentarium rerum Auguſt. cap. 6. fol. 15. ibidem loci primùm cœpit circa annum 1636. quo nimirùm tempore Sereniſſimus Elector Bavariæ Maximilianus I. totâ ditione Heidenheimenſi potitus religioni Catholicæ pro poſſe promovendæ ſagaciter intendit, ac dehinc ſacrum Seraphicum aſceterium iſtud extare voluit, quod tamen poſt modicum 13. annorum intervallum denuò ſubvertit pax publica Cæſareo-Suecica, quæ ſub annum 1648. promulgata totum Heidenheimenſe territorium de novo Lutheranum fecit.

HEILIGENBERGENSE

TAliter appellatum inſigne quoddam caſtrum Conſtantienſis diœceſis imperiali Ciſtercienſium Monaſterio Salemitano vicinum Illuſtriſſimis verò Dominis Comitibus de Fürſtenberg cum toto latifundio pleniſſimè ſubditum,

ditum, idque ſecundùm originem ſuam hiſtoricè deſcriptum in Topographiâ Sueviæ apud Zeillerum fol. 97. antiquitùs domicilium quoddam ſeu reſidentiam habuit Equitum Teutonicè die Schwerdt-Brüder nuncupatorum: quorum Ordo militaris cum illo, qui communiter Teutonicus intitulatur, unus & idem in Pruſſiâ quondam celebris inclaruit, de cujus Inſtituto, progreſſu & vivendi modo pluribus agit Chriſtophorus Hartknock in novo ſuo Chronico Pruſſiæ An. 16.

HEILIGENBERGENSE

FUit iſthîc loci ſuperioribus ſeculis inclytum Franciſcanum etiam aliquod tertii Ordinis Monaſteriū, hoc tamen jam pridem quocunq; demùm fato penitùs abrogatum ſolâ nobis memoriâ illius relictâ apud Fortunatum Hueber fol. 1336. ubi ſic legitur: Lupach iſt ein Städtlein in Ober-Elſaß oder im Sundgaw gegen Schweitz und Burgund gelegen. Ein kleine Stund darvon war ein Gottshaus des Heyl. Martyrers Pantaleonis, in dem Baßler Biſtumb / und zwar die Pfarr-Kirchen des Dorffs Dürmenach/dem Edlen Herren von Flachsland zugehörig. Weilen aber diſe Pfarr-Kirchen ein halbe Stund von dem Dorff Dürmenach entlegen geweſen / haben die Pfarr-Kinder ſich mit ihrer Dorff-Capellen ſich begnüget / und die ohne das arme Pfarr-Kirchen unverehrt öd und wüſt gelaſſen. Dannenhero im Jahr 1459. die Herren von Flachsland und Dürmenach/ als Herr Werner Thumb-Dechant von Baſel / und Herr Hanns Bernard von Dürmenach die Pfarr-Kirchen zwar etwas erneurt / aber bey weitem nit haben in den alten Stand gebracht. Herr Hanns Bernard von Flachsland hat ſich ſehr eyfferig beworben / die Franciſcaner-Obſervanten von Baſel allda einzuführen/ diſe aber haben ſich nit laſſen bereden/ den Orth anzunemmen. Endlich hat er ſich auff die Brüder des dritten Ordens / von der Buß genannt / gewendet / welche damahl gleichſam ein gantze Provintz unter einem Provincial bewohnten / und zu Breyſach/ Heyligen Berg ꝛc. ꝛc. auch vilen anderen Orthen / ihren Ordens-Beruff fortſetzten.

❋HEITERSHEIMENSE

PRincipale ac ſummè præcipuum Melitenſis equeſtris Ordinis S. Joannis domicilium in Sueviâ noſtrâ, & quidem partibus Briſgoviæ ſpectatiſſimum, idem cum aliis ſtatu ac profeſſione paribus, quæ poſt defectionem hæreticorum (uti loquitur Jacobus Manlius in ſuo editionis Piſtorianæ Chronico Conſtantienſi fol. 713.) in Epiſcopatu Conſtantienſi ſuperſunt, ab eodem Hiſtoriographo loc. cit. taliter annotatum: *Domus S. Joannis Baptiſtæ in Heitersheim, qui Commendator eſt Princeps* (& Status) *Imperii* in Circulo ſuperiori Rheni inclytus.

Illuſtrârunt admodùm ſuperiori durante ſeculo militarem Ordinem ſuum Heitersheimenſis reſidentiæ hujus inquilini tres Heroes magnanimi & Magni (uti vocantur) Priores ejuſdem Ordinis in Germaniâ, videlicet Joannes Hatſteinius: Georgius Schilling de Canſtatt & Georgius ab Hochenheim: quorum omnium ſat magna laus eſt in Proſographiâ Heroum atque Illuſtrium virorum Germaniæ apud Henricum Pantaleonem parte tertiâ, & primi quidem ad annum 1531. fol. 165. prout ſequitur: *Joannes ex nobili familiâ Hatſteiniorum natus, atq; à parentibus omni genere virtutum educatus eſt*, *in*

quibus

quibus etiam adeò profecit, ut in præſtantisſimum patriæ civem evaſerit. Nam à pueris ſtatim religionis amorem imbibit, atque eam pro ſuâ virili contra impios Turcas & idololatras defendere ſtatuit. Itaque cùm aliquandiu Friderici & Maximiliani Cæſarum caſtra ſecutus eſſet, tandem Rhodiorum Equitum militarem Ordinem ſuſcepit, & pro Chriſtianorum fide arma induit. Erat ordo ille Hoſpitalariorum S. Joannis olim anno circiter 1100. à Gerardo Xenodochii Magiſtro Hieroſolymis inſtitutus paulò pòſt quàm Godofredus Rex eam urbem ex manibus Saracenorum liberarat, idque eo tempore, cùm & Ordines Templariorum & Teutonicorum ibidem inſtituti eſſent. Verùm Templariorum Ordo Anno 1312. ob ſcelera quædam extirpatus, & Teutonicorum tandem in Germaniam regreſſus, atque à Polonis contra irruentes Barbaros vocatus Pruſſiam ſibi armis vendicârunt. Verùm Joannitarum Ordo multorum Nobilium ex longinquis Chriſtianorum provinciis acceſſione plurimùm excrevit, atque poſt Saladini apud Hieroſolymam victoriam ſeſe Tyrum & Ptolemaidam recepit, easque urbes diu contra Saracenos fortiter defendit. Tandem verò cùm omnia Turcis in Syriâ cesſiſſent, ipſi nobilisſimam illam Inſulam maris Mediterranei Rhodum, Wilhelmo Villareto ſummo Magiſtro Anno 1308. vi occupârunt. Unde poſteà Equites Rhodii dici cœperunt. Hunc locum fortisſimus ille Ordo per annos 214. magnâ hoſtium admiratione retinuit & ſæpiùs ingentes Turcarum copias terrâ marique profligavit. Huic itaque Ordini ſeſe Joannes generoſo animo conjunxit, & aliquandiu in Rhodo inſulâ vixit. Itaque etiam ſupremus ejus Ordinis per Germaniam Magiſter creatus functionem ſuſcepit, atque Maximiliano & Carolo Cæſaribus gratisſimus & inſtar Principis habitus fuit, quantumvis ipſe cum anteceſſoribus aliquandiu hunc Principis titulum recuſârint. Accidit autem tùm Anno 1522. quòd Solymannus Turcarum Imperator eum locum omnibus regni ſui viribus terrâ & mari aggreſſus obſederit, & ſubjugârit. Cùm enim paucisſimi Rhodii milites per aliquot menſes totam illam belli molem ſuſtinuerint, tamen Chriſtianorum Principum ignaviâ factum, ut omnium auxilio deſtituti tandem deficientibus viribus Turcæ deditionem facere coacti ſint, idque ſatis honeſtis conditionibus, dùm vitâ & rebus ſuis ſalvis ad alia loca migrare ipſis conceſſum fuerit. Tum etiam Melitam Inſulam in mari Mediterraneo inter Numidiam & Siciliam ſitam Ordo ille inhabitandam ſuſcepit, & hactenùs per 45. annos animosè contra fatalem hoſtem defendit. Hiſce autem expeditionibus Joannes interfuit, & præclarum virtutis teſtimonium tulit. Pace verò comparatâ in Germaniam rediit, & ut omnia ritè in ejus Ordinis habitationibus peragerentur, providit. Arcem etiam Ducalem Heitersheim in Brisgaudiâ loco plano inter Baſileam & Friburgum ferè medio itinere ſitum reſtauravit & pulchris ædificiis adornavit. Cùm hoc modo ſuo exemplo alios ad virtutes excitaret, venerandâ canitie conſpicuus (Anno 1549. *) obiit, & Georgium Schilling in ſupremâ illâ dignitate ſucceſſorem habuit.* Secundi verò in eâdem magni Prioratûs honorificentiâ ſucceſſoris ordine proximi loc. ſuprà citato fol. 333. tale eſt encomium: *Georgius ex Nobili familiâ Schillingorum Canſtatti, in Ducatu Wirtenbergico natus, & in omni genere virtutum educatus eſt. Is cùm ab adoleſcentiâ armorum ſtudia diligeret, & Cæſaris caſtra ſequendo rei bellicæ magnum ſibi uſum comparâſſet, tandem pro Chriſtianorum religione arma induit & Rhodiorum Equitum militarem Ordinem ſuſcepit. Itaque eò tempore cùm Anno 1522. Inſula Rhodus à Turcis ſummis viri-*

viribus oppugnaretur, Georgius interfuit, & ſuæ virtutis magna documenta reliquit. Pari fortitudine quoque in Inſulâ Melitâ vixit, & potenti hoſti ſuâ prudentiâ plurima damna dedit. Id cùm Carolus Imperator intellexiſſet, eum in Tunetanâ expeditione majori parti copiarum præfecit & claſſem maritimam commendavit: ubi etiam Anno 1536. inſignem de Turcis & Numidis victoriam reportârunt. Poſteà quoque Anno 1541. ſub autumnum cum Imperatore Algieram claſſe profectus totius claſſis Dux conſtituitur. Ibi cùm hoſtium fines ingreſſi ad continentem veniſſent, atque horrenda & inaudita tempeſtas exorta fuiſſet, quâ claſſis concuteretur, prudentium virorum conſilio Imperator exercitum in Siciliam reduxit, & hujus Georgii virtutem omnibus commendavit. Hinc factum, ut Georgius poſt Joannem Hartſteinium vitâ functum Rhodiorum Equitum per Germaniam Magiſter conſtitutus ſit. Cùm autem Imperator Georgium diligeret ipſum & ſucceſſores Romani Imperii Principes conſtituit, atque regalia conceſſit, quæ per aliquot jam ſecula ab Anteceſſoribus neglecta erant. Idque potiſſimùm ideò, ut ille ſua jura per Germaniam conſervaret, & à nullo alio Principe aut Republicâ impediretur. Hoc modo Princeps Georgius in ſuâ arce Heitersheimenſi pulcherrimâ multis virtutibus ornatus habitavit, atque tandem ſenex anno ſalutis 1553. obiit. Item tertii inſignis Stratiotæ laus ibidem talis eſt: *Georgius apud Wirtenbergios ex nobili familiâ Hochenheimiorum (qui Bombaſti cognominantur) natus eſt Anno 1500. Is cùm à parentibus in omni genere virtutum & litterarum cum fratribus educatus eſſet, ad Maximiliani Cæſaris curiam pervenit, & inter cubiculi pueros receptus fuit, adoleſcens verò factus ſub Carolo Geldriæ Duce prima ſtipendia meruit; poſteà quoque Franciſco Galliarum Regi in bellis Italicis & Belgicis adſuit, & magnam rei bellicæ peritiam ſibi comparavit. Itaque in patriam reverſus cum Ruſticorum tumultus paſſim eſſet excitatus Anno 1525. Erneſtus Marchio Badenſis ei Hochburgenſem munitiſſimam arcem commendavit, atque ejus operâ & conſilio uſus, eas turbas ſine ſanguinis effuſione compeſcuit. Pace autem recuperatâ Georgius contra Chriſtiani nominis hoſtes arma induere ſtatuit, atque Rhodiorum Equitum Ordinem Viterbii ſuſcepit. Inde cum aliis in Melitam Inſulam profectus in eo loco aliquandiu habitavit, atque multa virtutis ſuæ documenta reliquit. Poſteà in Germaniam rediit, atque hujus Ordinis ædes Sulzii, Colmariæ, Deveshemii & Baſileæ adminiſtravit, quin etiam ſui Ordinis nomine in Hungariam militatum abiit, & turmæ Equitum præfectus fuit. Cùm itaque ipſe magnâ prudentiâ & rei militaris peritiâ longo uſu inſignis eſſet, à ſummo Ordinis Magiſtro Melitam revocatur, & in eâ Inſulâ Architectonicæ præficitur. Itaque cùm videret Barbaros potentem hoſtem Inſulæ portum facilè cum claſſe occupare poſſe ad ingreſſum ſtatim munitiſſimam illam arcem, quam S. Ermo vocant, à fundamentis excitavit, atque Anno 1550. primus ibi Præfectus exiſtens, cum multis propugnaculis & tormentis bellicis munivit, id quod poſteà ſæpiùs Ordini præſidium extitit. Ab eo tempore, quo Ordinem ſuſcepit, ſubinde partium Cæſarearum fuit. Inde Anno 1553. in Germaniam rediit, & commiſſarum ædium adminiſtrationem ſingulari dexteritate continuavit. Hinc factum, cùm Schillingus Princeps Rhodiorum ipſius avunculus apud Germanos Anno 1553. obiiſſet, ut Georgius illi omnium votis ſucceſſerit & Princeps declaratus ejus Ordinis gubernationem ſuſceperit. Tùm etiam in antiquâ Principum arce Brisgaudiæ habitavit, & quæ adhuc deerant pulchris ædificiis decoravit &c. &c.*

HEITERSHEINENSE

NOvo RR. PP. Capucinorum Monaſterio Neoburgenſi itidem recenſendo infrà ſub annum 1615. abſoluto ſupremus Melitenſis Ordinis per Germaniam Magiſter Reverendisſimus in Illuſtrisſimus Dominus Dominus Magnus ex avitâ Hundiorum ſtirpe progenitus gratisſimo inhabitantium aſcetarum colloquio quandoque dulcisſimè recreatus, ut viros tales ac tantos omnigenâ virtute præſtantes, & hinc tam charos deposthâc ſibi ſemper haberet præſentes, proprium etiam ſuâ ſponte in ſuo Heitersheinenſi oppido apparari fecit illis domicilium: quo tamen ab ipſis Capucinis humillimè recuſato brevi pòſt (pio dictorum Capuciuorum hortatu) loco immigrârunt unius ejusdemque S. P. Franciſci Aſſiſiatis nepotes, formulæ tamen ſeu Inſtituti paulò diverſi, nimirùm RR. PP. *Conventuales* communiter appellati fortè in vicem Monaſterii Neoburgenſis ſuperiori decurrente ſeculo ab iisdem ſpontè derelicti proin temporum injuriâ in acervum lapidum & rudera dilapſi, reſtaurati tamen denuò novâ videlicet manſione in eodem fundo legaliter ſubſtituta.

HELFFENSTEINENSE

ANtiquisſimos S. R. J. Comites Helffenſteinios (quorum ſpectatisſima paris nominis arx gentilitia oppido Geislingenſi in præcelſo monte propiùs adſita eaque jam anno 1396. S. P. Q. Ulmenſi divendita, poſtmodùm verò ſub annum 1552. omninò diruta & ſolo æquata: ſtirpsq; inclyta à morte Henrici junioris Comitis Helffenſteinii 1627. ante patrem Romæ demortui fataliter extincta penitisſimè defecit, eadem genealogicè deſcripta apud Lazium de migrat.gent. lib. 8. fol. 227. ſed elimatiùs & certiùs apud Gab. Bucelinum in genealogicâ Germaniæ notitiâ part. 2. part. 3.) in Sueviâ noſtrâ potentisſimos aliquando perchāram habuiſſe ſibi ſacram Seraphicam S. P. Franciſci familiam, ac proin illi in fundo ſuo Helffenſteinenſi proprium aliquod ſtruxiſſe domicilium in uſum Fratrum Tertiariorum vulgò de Pœnitentiâ nuncupatorum novimus ex Fortunato Hueber in Chronico Franciſcano fol. 1337. ubi legimus hujuſcemodi Helffenſteinenſe Cœnobium Anno 1460. conſtitiſſe ſalvum & integrum.

HELFFENSTEINENSE

ETiam fœmininum aliquod ejusdem profesſionis & Ordinis de pœnitentiâ in antedicto fundo Helffenſteinenſi ſuperiori ætate (haud dubiè piâ liberalitate loco dominantium fundatum) conſpicuum floruiſſe, patet ex eodem Hiſtoriographo Franciſcano loc. cit. fol. 1341. quod tamen virginale domicilium cum priori illo Fratrum Tertiariorum Monaſterio ſub annum circiter 1530. fuit omninò ſubverſum & exinanitum; dùm ſcilicet Magiſtratus Ulmenſis pro tunc meriſſimè Lutheranizatus quævis loca ſacra ac Monaſteria religioſis perſonis contumelioſè profligatis in uſum proprium ſui juris fecit.

HEMMENDORFFENSE

DOmicilium Equitum Teutonicorum diœceſis Conſtantienſis ruralis verò Capituli Tubingenſis ſeu Rottenburgenſis iſthîc locorum usque modò florentisſimum, parèrque ſummo dicti Ordinis Teutonici Magiſtro ac Principi Commendatori Mergentheimenſi in Franconiâ reſidenti ſecundùm

omnes appertinentias & poſſeſsiones admodùm uberes & præpingues meriſſimè ſubditum. Gabriel Bucelinus in ſuâ Germaniâ Topo- Chrono-Stemmatographicâ, in genealogiâ Illuſtriſſ. DD. Comitum Montfortenſium Udalricum de Montfort circa initium prioris ſeculi Commendatorem in Hemmendorff ſimul & Vayhingen egiſſe ſcribit part. 3.

HEPPACENSE

IMperiale Monaſterium parthenium ſacri Ordinis Ciſtercienſis diœceſis verò Conſtantienſis ſub viſitatione Salemitanâ in ſuperiori Sueviâ hodie florentiſſimum: de cujus antiquiore ſtatu vel maximè legendus Felix Faber in Hiſtoriâ Suevorum lib. 2. cap. 12. fol. 288. ubi ſic ſcribit: *Cùm inſigne Monaſterium Salem eſſet fundatum & in toto* (Ciſtercienſium) *Ordine illo nominatum, etiam Monaſteria illa valdè ditarentur & glorioſa eſſent nimis, Venerabilis Vir Stephanus Abbas Ciſtercienſis exceſſum temporalium abhorruit, & convocatis Abbatibus multis pericula in tantis divitiis eis expoſuit, & ſedens ac conferens cum eis chartam charitatis conſcripſit anno Domini 1107. quam auctoritate Apoſtolici Sigilli ſignavit. In quâ chartâ modus perfixus fuit. Ab illo ergò tempore rejecerunt ab Ordine furcas & pelliceas, flamina & caputia & feminalia, & pectima & coopertoria & ſtramenta lectorum & diverſa ciborum in Refectorio fercula & ſagimen, & omnia, quæ puritati regulæ adverſabantur, abdicaverunt etiam Eccleſias & altaria & oblationes, decimas & ſepulturas aliorum hominum, & furnos & molendina, & villas & ruſticos, quia nec in vitâ S. Benedicti nec in regulâ legebant eundem ſanctum hujuſmodi poſſediſſe, nec fœminas ſua Monaſteria intràſſe aut mortuas in Monaſterio ſepultas fuiſſe demptâ S. Scholaſticâ ſorore ſuâ. Hæc Sigebertus, & habentur in Spec. hiſtor. part. 2. lib. 27. cap. 5. Dùm ergò Ciſtercienſes ſub præfatâ viverent formâ tanta multitudo ſororum ad eum confluxit Ordinem, ut Monaſteria eos capere non poſſent. Sed & Virgines his exemplis motæ ſeculo renuntiantes turmatim ad Monaſteria Ciſtercienſium confugiebant ibiq; ante portas ſe proſternentes Ordini ſubeſſe petebant. Unde Abbates victi improbitate pulſantium loca eis aſſignaverunt in agris, ſilvis, montibus & vallibus. Eâ tempeſtate Abbas de Salem plura loca Virginibus aſſignavit, in quibus hodie Monaſteria egregia ſunt, quibus providere habet, inter quæ eſt Heppach Monaſterium, quod in illo fervore initium ſumpſit impenſis Virginum ædificatum cum adjutorio Abbatis de Salem, nec alios habuit fundatores licet nobiles de Freyberg ſibi titulum fundatorum uſurpent, pro eo, quòd ibi ſuas habeant ſepulturas & ſtatuta anniverſaria. Tandem autem tepeſcente fervore charitatis perdita fuit & abjecta charta charitatis & religio Ciſtercienſium remiſsionem paſſa in defectum lapſa fuit, ſicut & cæteræ religiones, & multis annis in diſſolutione Ordo ſanctus permanſit uſq; ad illa tempora, quibus religio S. Benedicti revireſcere cœpit, tunc & Ciſtercienſes erecti fuerunt. Porrò ævo noſtro erat Abbatiſſa in Heppach mulier utiq; bonarum memoriâ digna haud dubiè fœmina ſancta Eliſabetha Krelin, quæ compaſſa lapſui ſui Monaſterii intra ſe de reformatione cogitabat, & quia à ſuis Superioribus non magnum ad hoc adjutorium ſe habituram præſcivit, egit ut ſaltem, non præſtarent impedimentum. Virginum ergò pudicitiâ accenſam habens lampadem rem iſtam ingenioſè per ſe paulatim induxit tali induſtria. Æſtate florente juſſit ſervos ſuos jungi currum & tanquàm pro ſolatio evagatura & thermas aditura cum ſorore & famulâ egreſſa eſt Monaſterium, & ad longas partes curru evecta adiit Monaſterium ſui Ordinis fœminarum & virorum, intelligere cupiens, an ſui voti aliqui eſſent. Reperit autem quædam reformata Monaſteria, ad quæ intromiſſa, omnia, quæ diſciplinæ erant, notavit & conſcripſit, & dùm plura Monaſteria ſui & aliorum*

rum

rum Ordinum perluſtravit, plena ſpeciebus ad ſuum reverſa eſt Monaſterium tanquam in thermis longiùs morata & ſanata reveniſſet. Nihil autem aliud fecit, niſi quòd juvenculas & innocentes ſibi attraxit, easq́; crebriùs animavit, & ad fugam ſeculi induxit, & rotæ aditum interdixit, & ad aſpectum hominum nequaquàm ampliùs procedere permiſit, & puellulas, quas recepit, ad eandem obſervantiam induxit, denuntians amicis & parentibus earum, quod eas ampliùs non eſſent viſuri, antiquas autem ſorores non tetigit, ſed ſicut conſueverant facere permiſit, ſicq́; inter illas & iſtas medium provida Domina tenuit, ut cum pace & quiete ſtarent aliquibus annis, in quibus numerus juvenum crevit, & corda ſenum emollita ſunt, ut ſimul omnes in uno deſiderio integræ obſervantiæ & omnimodæ clauſuræ anhelarent. Quod perpendens venerabilis Domina oportuno die advocatis fabris, carpentariis, cenentariis & aliis artificibus clauſit omnes Monaſterii aperturas, oſtiola & feneſtras obſtruens per gyrum, ferreis laminis crates locutorii veſtiens & rotas maniens, portas fortisſimis ſeris ferreis ac repagulis obfirmavit & muros interioris Monaſterii adeò exaltavit, ut non viderim alicujus Monaſterii muros ita altos. Sed & curiam exteriorem ſæpe priùs circumdatam muro cinxit, ſicq́; ſe & ſuas in captivitatem divinam redegit. Hæc omnia egit illa prudens Domina ſine diſturbio, ſine tumultu, ſine advocatione reformatricum, quia ipſamet reformandæ erant ferventisſimæ reformatrices tam morum, quàm murorum, & factæ ſunt tam famatæ religionis, ut ſimilem non habeat Suevia. Convolaverunt autem ad eas multæ devotæ nobilium filiæ & civium de Ulmâ, Bibraco & aliis locis, factusq́; eſt honorabilis & famoſus Conventus. Obiit autem dicta Domina anno Domini milleſimo quadringenteſimo octogeſimo, me exiſtente in Dominico ſepulchro in Jeruſalem, cujus deceſſum dùm audiviſſem, non modicâ triſtitiâ & mœrore affectus fui, quia fuerat mihi in Domino familiarisſima, utpote ſpiritualis mater & in Chriſto filia, cujus meritis haud dubiè factum eſt, ut poſt eam electa ſit imitatrix vitæ & morum Domina Agnes Sufferin, mulier utiq́; religioſa & adeò ſimilis defunctæ, ut non facile ſit diſcernere inter præcedentem & ſubſequentem, ſicq́; Monaſterium hoc usq́; hodie Dei gratiâ proficit ſpiritualiter & temporaliter, & eſt commutatio bona facta ad priora tempora. Opinari enim ſanè poteſt, olim in illo loco fuiſſe ſacrum Orchaidum Nympharum Dearum montium, vel Dryadum, Nympharum ſilvarum Numinum quia locus altus & ſilvoſus ſive nemoroſus eſt, quem antiquorum inſania his Numinibus dedicatum nequaquàm dimiſit, ſuppoſito, quòd in regione illâ tunc fuerint incolæ homines. Et ſic hactenùs ille loc. cit. Bruſchius verò de Monaſt. German. cent. 1. fol. m. 67. nobilis parthenonis hujus Heppacenſis deſcriptionem affert ſequentem in causâ hiſtoricæ fundationis primæ connotatam: *Heckenbachium antiquitùs à loci ſentibus oppleti aſperitate hodie verò Heppachium paululùm abbreviatâ voce Ciſtercienſis ſive Bernardini Inſtituti monialium præclarum Cœnobium Conſtantienſis diœceſis ſub Salemitani Abbatis curâ ac viſitatione medio ferè itinere inter Ochſenhuſium Cœnobium & Biberacum civitatem imperialem ſitum: cœptum & inchoatum eſt annum Domini circiter milleſimum ducenteſimum triceſimum tertium ſub Romanæ Eccleſiæ Pont. Max. Gregorio nono Pontificatûs ejus anno octavo à piis ac religioſis duabus Beginis: quarum una ex nobili genere Regulorum de Roſenburg, altera ex Laudenburgenſi familiâ nata fuit. Ad has duas mox aliæ acceſſerunt etiam plurimæ, & inter eas quinque nobiles, quæ parentibus ſuis tam diu inſtiterunt, donec eos perſuaderent, ut domicilia ipſis conſtruerent. Inchoabatur verò Cœnobium aliquoties in pago Maſelheim, ſed ligna & ſaxa futuro ædificio præparata ſemper in eum locum mirabili quodam prodigio rediiſſe dicuntur, in quo nunc Monaſterium conſtructum viſitur. Templum S. Pancratio dicatum eſt, ejus primum lapidem poſuerunt ſupradictæ nobiles Virgines loci hujus totius inchoatrices. Privilegia dederunt Gregorius nonus Pont. Max. & Fridericus Imperator, fuitq́; Cœnobium tam opulentum, olim ex libera-*

litate undequaq. conferentium piorum, ut alerentur in eo centum & viginti Deo famulantes Virgines. Cùm autem Wilhelmo Imperatore rebus humanis exempto Interregnum eſſet & Imperium ſine gubernatore, æſtuaretq. civilibus bellis tota ferè Germania factum eſt, ut hoc etiam Monialium Cœnobium incendiis & rapinis devaſtaretur, & ad tantam redigeretur paupertatem, ut Virginibus omnibus domum eſſet ad parentes redeundum, quæ tamen poſt viginti annos pacato Imperii ſtatu iterum per Imperatorem Rudolphum Habſpurgicum ad priſtinum locum reverſæ collapſum Monaſterium auxiliis nobilium Regulorum à Bonſtetten, à Freyberg, Weiler & Ellerbach Dapiferorum item à Walpurg aliorumq. plurium (qui ſepulchra ſibi ac poſteritati ſuæ legebant in hoc templo) præclarè inſtauratum ac meliori forma (quàm priſtina fuerat) reſtitutum eſt &c. &c.

HERBRECHTINGENSE

Monaſterium in ditione (quæ hodie Ducatui Wirtenbergico ſubdita paret) Heidenheimenſi ad Brentium amnem infra limites diœceſis Auguſtanæ S. Dionyſio Areopagitæ Epiſcopo & Martyri dicatum antiquitùs inſtituit Fridericus Sueviæ Dux, idem poſteà primus hujus nominis Romanorum Imperator à ſpectatiſſimâ ſuâ ænei coloris barbâ Ahenobarbus ſeu Barbaroſſa communiter appellatus: qui octennio antè dùm imperiale ſolium aſcendit, nimirùm Anno 1144. in Herbrechtingenſi Eccleſiâ recèns à ſe conditâ primùm inſtituit Canonicos ſeculares: quos tamen denuò ſub annum 1171. indè proſcripſit & exeſſe voluit idem fundator Fridericus Clericis Auguſtinianis ex celeberrimo Monaſterio Hördenſi diœceſis Argentoratenſis in Palatinatu inferiori viciſſim introductis, prout latiùs conſtat ex genuinâ novæ fundationis hujus Bullâ, quæ ſic habet: *In nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis Fridericus divinâ favente clementiâ Romanorum Imperator Auguſtus &c. &c. Cùm apud fontem totius bonitatis nihil irremuneratum pertranſeat, acceptabile Deo credimus obſequium, ſi Eccleſiarum DEI collapſam religionem in meliorem ſtatum reformare & reſtaurare ſatagimus. Eapropter notum facimus univerſis Imperii noſtri fidelibus tam futuris quàm præſentibus, quod nos divinæ retributionis intuitu in loco Herbrechtingen propè fluvium Brence ſpiritualis vitæ reſtaurationem reparare cupientes ſeculares Clericos, qui Ordinem & cultum ſpeculativæ vitæ nimiùm exceſſerant, ſpontaneâ & voluntariâ eorum libertate & ſuffragante noſtro Conrado Auguſtenſe Epiſcopo cum Matricis Eccleſiæ Canonicis, Abbatibus quoq. & Præpoſitis cum univerſo Clero & Miniſterialibus religioſos & boni teſtimonii viros, Adelbertum ſcilicet Præpoſitum, & Comites ejus Clericos & fratres regulæ S. Auguſtini ex Venerabili Hördenſium Conventu canonicâ vocatione conſequenter aſſumpſimus; Eccleſiam quoq. vacantem & ab omni appetitionis impulſu abſolutam cum familiâ, decimis, dote, tributariis, quorum cenſus advocato pertinet pratis, paſcuis, cultis & incultis, & omnibus, quæ Clerici priùs inhabitantes poſſederant. Inſuper in ipſâ villâ Curiam noſtram, quam feudali jure ab Eccleſiâ Auguſtenſi tenuimus, cum hominibus & redditibus & utilitate omnium, quæ nobis liberè & abſolutè vacabant ex aſſenſu ipſius Epiſcopi & totius Cleri ac Miniſterialium poteſtati & ſuſtentationi Fratrum ibi DEO ſervientium perpetuo juri poſſidenda contulimus: feudum quoq. Theobaldi Guſſe, quod in eâdem villâ receperat, ab ipſo Theobaldo abſolventes & beneficium Ottonis de Hutvvin, videlicet juſſori in villâ, & agrum in latere cœmiterii & feudum quoddam Henrici de Stauffen, & prædium quod in villâ Degenhardus de Helenſtein pro remedio animæ fratris ſui Beringeri Eccleſiæ contradidit, & prædium Hermanni de Herbrechtingen pecuniâ noſtrâ*

noſtrâ comparatum & feudum Seifridi in Binſtein cum ipſo caſtro per pecuniam noſtram acquiſitum & prædium in Wincde, quod à fratribus de Keyſersheim pro ducentis & quinquaginta libris Auguſtenſium comparavimus, & per manum Advocati Comitis Theobaldi de Lechsgmund recepimus, prædictis fratribus & Eccleſiæ confirmavimus. Præterea ſi quod Beneficium ſive de hominibus, ſive de manſis pertinentibus Curiæ Herbrechtingen ipſi inbeneficiati nobis vel filio noſtro pro Deo vel pro pecuniâ reſignaverint, impoſterùm nihilominùs Eccleſiæ prædictæ poſſidendum addiximus. Cùm igitur Beneficium villæ Herbrechtingen ab Auguſtenſe Eccleſiâ noſtrum fuiſſe conſtiterit, quicunque filiorum vel hæredum noſtrorum Beneficium Auguſtenſis Eccleſiæ poſſederit, illi ſoli ſupra dictum feudum Herbrechtingen & inveſtituram Præpoſituræ deſtinabimus, Epiſcopus verò Conradus donum altaris & curam animarum, quæ tantùm ſui juris erant in eâdem Præpoſiturâ Præpoſito ejuſdem loci committens, nullam ſe in conſtitutione ejus poteſtatem habere cognoverit. Ipſi enim Fratres ſecundùm ſcita Canonum talem ſibi eligent Præpoſitum, quem Eccleſiæ ſuæ utilem eſſe cognoverint & neceſſarium. Si autem diſſenſio inter Fratres in electione emerſerit, filius noſter, vel quicunque hæredum noſtrorum Beneficium Auguſtenſis Eccleſiæ poſſederit, ſe mediatorem pacis & electionis ſolo divinæ miſerationis intuitu interponat, & cum ipſis fratribus electionem honeſtæ perſonæ rationabiliter promoveat. Ad hæc ſi quis ex Miniſterialibus noſtris, aut ex familiâ illò ſe conferre voluerit, aut ex prædiis vel aliis rebus ſuis quicquam obtulerit Eccleſiæ, ratum eſſe decernimus ſtatuentes & imperiali authoritate præcipientes, ne aliqua perſona parva vel magna, ſecularis vel Eccleſiaſtica, præſumat violare aut in irritum revocare hanc noſtræ inſtitutionis paginam, quam nos conſcribi & ſigilli noſtri impreſſione juſſimus communiri. Hujus rei teſtes ſunt Sigefridus Abbas de Ahuſen, Henricus Abbas de Loriche. Hactenus Abbas de Echenbrunn: Theodericus Abbas de Werde: Wortwinus Præpoſitus de Wettenhauſen: Gerungus Præpoſitus in Roggenburg. Grimo Præpoſitus de S. Cruce. Comes Otto de Kirchberg: Theobaldus Comes de Lechsgmund: Ludewicus Comes de Helfenſtein: Degenhardus de Helenſtein: Diemo & Godefridus frater ejus de Gundelſingen. Arnoldus de Biberbach: Anſelmus de Duringheim. Conradus Pincerna. Volcknandus de Stouffen. Diepoldus Guſſe & alii quàmplures.

Ego Henricus Imperialis Aulæ Cancellarius vice Chriſtiani Moguntini Archiepiſcopi & Archi-Cancellarii recognovi.

Signum Domini Friderici Romanorum Imperatoris Invictiſſimi.

Acta ſunt hæc Anno Dominicæ Incarnationis milleſimo centeſimo ſeptuageſimo primo Indictione quartâ regnante Domino Friderico Romanorum Imperatore glorioſo, Anno Regni ejus decimo nono Imperii verò decimo ſexto feliciter Amen. Datum apud Giengen Calendis Maji.

Anno 1226. Philippus Romanorum Rex recenſitam Patris ſui Friderici fundationem Herbrechtingenſem pleniſſimè confirmat, ac idem Monaſterium in ſpecialem ſuam & Imperii tutelam ſolemniter adoptat tali diplomate: *Philippus Dei gratiâ Romanorum Rex & ſemper Auguſtus notum facimus univerſis præſentem paginam inſpecturis, quòd nos advertentes, qualiter piæ memoriæ Pater noſter Fridericus inclytus Romanorum Imperator Auguſtus Eccleſiam in Herbrechtingen variis poſſeſſionum beneficiis pro ſalute animæ ſuæ dotavit, & eam ſpecialiter habens dilectam in viſceribus pietatis tempore ſuo fovere conſuevit, nos etiam tum ob ſalutem ipſius & memoriam, tùm etiam intuitu retributionis æternæ eandem Eccleſiam & promovere, & in poſſeſſionibus ſuis, quas jam habet & in futurum habitura eſt, defenſare volentes, univerſas poſſeſſiones ipſius tam in mancipiis, quàm in hominibus ſub ſpecialem protectionem noſtram recipientes ſtatuimus, ut nulli de infeudatis ſive miniſterialibus noſtris licitum ſit eidem Eccleſiæ injuriam aliquam ſeu gravamen inferre, vel aliquatenùs in rebus vel in perſonis offendere. Nos enim memoratam Eccleſiam cum omnibus pertinentiis ſuis tanquàm alias poſſeſſiones noſtras ſub noſtro patrocinio ſalvas conſiſtere jubentes inhibemus & regiâ auctoritate diſtrictè præcipimus, ut nulli unquàm hominum licitum ſit hanc noſtræ protectionis divalem paginam infringere, vel ei aliquo temeritatis auſu obviare, quod qui facere præſumpſerit, regiæ indignationis offen-*

offenſam ſe noverit incurſurum & condignâ pro temeritate ſua pœnam ſe ſciat reportaturum. Et ut evidentiùs univerſitati omnium liqueat, quem erga memoratam Eccleſiam geramus affectum, volumus & ſtatuimus, ut univerſi Officiati noſtri, qui illi loco fuerint vicini, indemnitatem ipſius Eccleſiæ procurent, & de omnibus, qui ipſam Eccleſiam gravare præſumpſerint, condignam ſatisfactionem exquirant, & ſi ſatisfacere noluerint, poteſtate regiâ ad ſatisfaciendum compellant, ne ſuper hac ad regiæ Majeſtatis aures querimonia deferatur. Datum apud Giengen tertio Idus Junii Indictione nonâ.

Anno 1284. Martinus Papa IV. Monaſterium Herbrechtingenſe ſub B. Petri & ſedis Apoſtolicæ protectionem ſuſcipit cum omnibus bonis ac poſſesſionibus appertinentibus ſanctè ſemper ſervandam & defenſandam, prout ampliùs conſtat ex Bullâ in id clementiſſimè datâ ſub hujusmodi tenore: *Martinus Epiſcopus Servus Servorum Dei dilectis filiis Præpoſito & Conventui Monaſterii in Herbrechtingen ad Romanam Eccleſiam nullo modo pertinentis per Præpoſitum ſoliti gubernari Ordinis S. Auguſtini Auguſtenſis diœceſis Salutem & Apoſtolicam Benedictionem &c. &c. Juſtis petentium deſideriis facilem decet nos præbere conſenſum, & vota, quæ à diſcretionis tramite non diſcordant effectu proſequenter complere. Eapropter dilecti in Domino filii veſtris poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu perſonas veſtras & locum in quo divino mancipati eſtis obſequio cum omnibus bonis, quæ in præſentiarum rationabiliter posſidetis, aut in futurum juſtis modis præſtante Domino poteritis adipiſci ſub B. Petri & noſtrâ protectione ſuſcipimus, ſpecialiter autem domos terras, vineas, poſſesſiones, ſilvas & alia bona veſtra, ſicut ea omnia juſtè & pacificè posſidetis, vobis & per vos Monaſterio veſtro auctoritate Apoſtolicâ confirmamus & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergò omninò hominum liceat hanc paginam noſtræ protectionis & confirmationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, Indignationem Omnipotentis Dei & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum apud Urbem Veterem Idibus Maji Pontificatûs noſtri anno quarto.*

Anno 1329. Fridericus Epiſcopus Auguſtanus de communi ac prævio cathedralis Capituli ſui conſenſu Præpoſito & Conventui Herbrechtingenſi donat, transfert & appropriat Jus Patronatûs parochialis Eccleſiæ in vicino oppido Stozingen perpetuis futuris temporibus ſecurè poſſidendum: prout ampliùs oſtendunt donativæ in rei confirmationem datæ & expeditæ ſub tali formulâ: *Fridericus Dei gratiâ Epiſcopus Auguſtanus univerſis præſentes litteras inſpecturis ſalutem & notitiam ſubſcriptorum. Officii noſtri paſtoralis debitum inter alia exigit & requirit, ut ea, quæ profectum & commodum Eccleſiaſticum, præcipuè autem ſacræ Religionis fomentum reſpiciunt, noſtræ promotionis & procurationis ſtudio recipiant incrementum. Cùm itaque religioſi viri Præpoſitus & Conventus Monaſterii in Herbrechtingen Nobis in Chriſto dilecti Jus Patronatûs Eccleſiæ parochialis in Stozingen, quod ſtrenuus vir Henricus de Stozingen Armiger, ſuique Progenitores à nobis & Eccleſiâ noſtrâ Auguſtenſi à multis retroactis temporibus tenuerunt & feudali titulo poſſederunt, cum univerſitate ſuâ ritè & rationabiliter comparandum duxerint & emendum, notum eſſe volumus univerſis præſentibus & futuris, quòd nos de honorabilium virorum Dominorum Craſſtonis Præpoſiti, Hermanni Decani totiusque Capituli Eccleſiæ noſtræ prædictæ voto unanimi pariter & aſſenſu jus proprietatis & dominii ejusdem Juris Patronatûs præfatis Præpoſito & Conventui donavimus & donamus, tradidimus & tradimus, ipſumque in eos & eorum Monaſterium prædictum juſtæ & perpetuæ donationis titulo tranſtulimus & transferimus per præſentes. In cujus noſtræ donationis & appropriationis teſtimonium ac evidentiam pleniorem præſentes ipſis dedimus ſigillis tam noſtro quàm Capituli noſtri prædicti fideliter roboratas. Actum & datum Auguſtæ anno Domini milleſimo trecenteſimo viceſimo nono, octavo Idus Maji.*

Anno 1343. Udalricus & alter Udalricus Comites Helfenſteinii publicum edunt teſtimonium, ſed & ſpontè renunciant cuivis juri ſuo in certa quædam bona nuper à nobili viro Joanne Eſel de Eſelſpurg Monaſterio Herbrechtingenſi divendita à ſe hactenus prætenſo & allegato, quod ſic

ſic habetur : Wür Ulrich und Ulrich Graffen zu Helffenſtein verjehen baide offenlich an diſem Brieff für Uns und alle Unſere Erben und alle Unſere Nachkommen / daß die Güter/die der geiſtliche ehrſame Mann Herr Ulrich Probſt zu Herbrechtingen und ſein Cloſter hand gekaufft von dem erbarn Mann Johannſen Eßel zu Eßelſpurg und ſeinen Erben die zu Herbrechtingen gelegen ſeint / und die an diſem Brieff geſchriben ſtand / das iſt Diepolds Tafferners Hoff / Conrad Gaſſers Hube Hannßen Steinheims Gütle/ Hannßen Taffernes Gütle / die alt Badſtuben der Weſterſtetterin Söld / des Kropffs Söld/ des Spüchelins Söld / Fuhrwegge Söld/ der alten Oſterhöltzin Söld / des Jüngeren Oſterholtzen Söld / des Sorgers Söld/ und des Jauggers Söld / die ſie alle hand gekaufft mit Unſerem Heiſen und guten Willen / und verſprechen Uns mit diſem Brieff / daß Wür an den vorgeſchribnen Güteren kein Vogtrecht haben / noch keiner Vogtey nimmermehr daran gejehen/ und ein Probſt von Herbrechtingen / und ſein Cloſter ſollen die vorgeſchribne Güter alle innhaben und nieſſen immer und ewiglich mit allen Rechten und Nutzen / als ſie der vorgenannt Eßel und ſeine Vorderen herbracht hand/ und geloben bey guten Trewen / ſie daran nimmermehr zu irren und getreulich darbey zu ſchirmen als Unſer eigentlich Gut/und daß diß alles von Uns/ allen Unſeren Erben und Nachkommen ſtet und gantz bleibe / geben Wür diſen Brieff verſigelt mit Unſeren Inſigelen/ die daran hangend / der geben iſt an den Sonntag zu Mitfaſten / da man zahlt von Gottes Geburt dreyzehenhundert Jahr / und darnach in dem drei und vierzigiſten Jahr.

Anno 1348. Carolus IV. Romanorum Imperator &c. Jus Patronatûs parochialis Eccleſiæ in imperiali oppido Giengen hactenùs Imperio appropriatum gratuitâ donatione transfert in Præpoſitum & Regulares Canonicos Herbrechtingenſes depoſthâc perpetuò poſſidendum vigore ſequentis Bullæ : *In Nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis Amen. Carolus Dei gratia Romanorum Rex ſemper Auguſtus & Bohemiæ Rex &c. Inter alia pietatis opera, quibus regalis dignitas uberiùs exornatur, liberalitas obtinet principatum. Illa præcipuè, quæ ad utilitatem & commodum locorum venerabilium exercetur. Nam ſi à terreno Principe particula parva datur intentu illius, qui affluenter tribuit univerſa, quod dat ad eum cum fœnore multo revertitur, maximè cùm per hoc pro terrenis æternâ commutatione providâ mercatur. Eapropter notum facimus univerſis ſacri Imperii fidelibus tam præſentibus quàm futuris, quòd nos ſollicitâ meditatione penſantes, qualiter Religioſi viri Præpoſitus & Conventus Monaſterii Herbrechtingen Auguſtenſis diœceſis Ordinis S. Auguſtini Canonicorum Regularium devoti noſtri dilecti Omnipotenti Deo jugiter famulando percelebrem vitam ipſorum, nec non honeſtæ religionis cultum, ac alia plurima virtutum merita, quibus clarere noſcuntur ſe Deo & hominibus gratos ac commendabiles multipliciter repræſentant, dignum noſtra decrevit Serenitas ut Monaſterium præfatum Præpoſitum quoque & Canonicos ibidem divinis obſequiis dedicatos, ſuis exigentibus meritis proſequamur, gratiis & favoribus opportunis. Circà Præpoſitum itaque Conventum & Canonicos & Monaſterium ſupradictum ex cauſis prædictis fragranti & ſincerâ devotione accenſi extremamque diem Judicii piis & bonis operibus ac eleemoſynis, quibus fit ablutio ſcelerum, & contra omnia hujus mundi pericula firmamentum prævenire ſummoperè cupientes. Et ut noſtræ ſinceritatis & ſpiritualis devotionis affectus, quem ad ſæpedictum Monaſterium, Conventum ſeu Canonicos ipſius, per operis evidentiam clariùs eluceſcat ſupradictis Præpoſito, Conventui ſeu Canonicis ac ipſi Monaſterio Herbrechtingen, pro noſtrorum Progenitorum animarum remedio noſtræque ſalutis incremento & gloriâ Jus Patronatûs parochialis Eccleſiæ in Giengen Auguſtenſis diœceſis ſupradictæ quod ad Romanum hactenùs pertinebat Imperium cum ſuis univerſis pertinentiis & annexis de plenitudine noſtræ Regiæ poteſtatis damus, concedimus, conferimus, & donamus ac pleno jure in perpetuum transferimus in eosdem, ut Præpoſitus & Canonici ſupradicti, qui nunc ſunt, aut pro tempore fuerint noſtris adjuti beneficiis habitâ ſuſtentatione uberiori Deo Cœli liberiùs valeant famulari. Volentes ac auctoritate præſentium decernentes, quòd Jus Patronatûs parochialis in Giengen præfatæ ad Præpoſitum, Conventum, Canonicos ac ipſum Monaſterium ſæpedictum cum ſuis annexis & pertinentiis univerſis perpetuis debeat in anteà temporibus pertinere. Noſtris ſucceſſoribus indicantes, eosdemque rogantes & deprecantes*

cantes attentè, quatenùs hujus noſtræ donationis gratiam Præpoſito Conventui Canonicis ac Monaſterio prædictis per nos factam non minuant, ſed augeant æternæ retributionis ac præmii ob reſpectum. Nulli ergò omnino hominum liceat hanc noſtræ donationis, conceſſionis, ac decreti paginam infringere, vel ei auſu temerario contraire. Alioquìn ſecùs facientes gravem Indignationem Regiæ Majeſtatis & pœnam quinquaginta marcharum puri auri, quarum medietatem fiſco noſtro regio, & reliquam Præpoſito, Conventui & Canonicis & Monaſterio ſæpedictis applicari volumus, ſe noverint irremiſſibiliter incurſuros. In quorum teſtimonium præſentes litteras ſcribi & ſigilli noſtræ Majeſtatis munimine juſſimus roborari. Datum in Geislingen nonis Februarii Anno Domini milleſimo trecenteſimo quadrageſimo octavo Indictione primâ Regnorum noſtrorum anno ſecundo.

Eodem anno Rudolphus Dux Saxoniæ S. R. Imperii Archimareſchallus præcedentem Caroli IV. donationem authenticè confirmat prout ſequitur: *Nos Rudolphus Dei gratiâ Dux Saxoniæ, Sacri Romani Imperii Mareſchallus, recognoſcimus publicè per præſentes, quòd Sereniſſimus Dominus noſter Dominus Carolus Romanorum Rex ſemper Auguſtus & Bohemiæ Rex divini Spiritûs flamine inflammatus, Jus Patronatûs Eccleſiæ in Giengen Auguſtenſis diœceſis donaverit & tradiderit Præpoſito & Conventui Monaſterii in Herbrechtingen Ordinis S. Auguſtini Canonicorum Regularium ejusdem Auguſtenſis diœceſis & in ipſum Monaſterium tranſtulerit pleno jure, prout in Inſtrumento ſuper eâdem donatione pleniùs continetur. Nos igitur, qui divinum cultum augeri ſemper totis noſtris viſceribus aſpiramus, eidem donationi, traditioni atque tranſlationi conſenſum noſtrum prout noſtrâ intereſt, adhibuimus & adhibemus tenore præſentium, voluntarium & expreſſum. In teſtimonium præmiſſorum ſigillum noſtrum præſentibus eſt appenſum. Datum Nürenberg Anno Domini milleſimo trecenteſimo quadrageſimo octavo feriâ ſecundâ poſt diem S. Valentini.*

Anno 1550. Carolus V. Romanorum Imperator &c. Jura ac privilegia tum à Friderico primo Barbaroſſa ejusque filio Philippo Romanorum Rege, tùm etiam ab aliis Magnatibus Herbrechtingenſi Monaſterio diverſimodè collata, authoritate Cæſareâ reiterat, renovat & confirmat tali diplomate: Wür Carl der Fünffte von GOttes Gnaden zu allen Zeiten Mehrer des Reichs/ König in Germanien / zu Caſtilien / Arragon/ Leon / beeder Sicilien / Hieruſalem / Hungarn / Dalmatien / Croatien / Navarra/ Granaden / Toledo / Valentz / Gallicien/ Majorica / Hiſpalis / Sardinien / Corduben / Corſica / Murcien / Giennis / Algarbien / Algezieren / Gibraltar / der Canariſchen und Indianiſchen Inſulen und der Terræ firmæ, des Oceaniſchen Meers ꝛc. ꝛc. Ertz-Hertzog zu Oeſterreich / Hertzog zu Burgund / zu Lotterick / zu Braband / zu Steyr / zu Carndten / zu Crain / zu Limpurg / zu Lutzenburg / zu Gelderen / zu Calabrien / zu Athen / zu Neopatrien / und Würtenberg ꝛc. Graff zu Habſpurg / zu Flanderen / zu Tirol / zu Görtz / Barcinon / zu Arthois / zu Burgund / Pfaltzgraff zu Henegaw / zu Holland / zu Seeland / zu Pfürdt / zu Kyburg / zu Namur / zu Roſſilion / zu Ceritania / und zu Zutphen / Landgraff in Elſaß / Marggraff zu Burgaw / zu Oriſtani / zu Goriani / und des heyl. Röm. Reichs Fürſt zu Schwaben / Catalonien Aſturien ꝛc. Herr in Frießland auff der Windiſchen Marck / zu Portenau / zu Biſcaia / zu Molin / zu Salin / zu Tripoli und Mechlen ꝛc. ꝛc. bekennen offenlich mit diſem Brieff / und thun kund allermenniglich / wiewohl Wür aus angeborner Güte und Keyſ. Mildigkeit allezeit geneigt ſeyn allen und ieden Unſeren und des Heyl. Reichs Unterthanen und Getreuen Nutzen und Frommen zu betrachten / iedoch ſeint Wür mehr willig den Perſonen / ſo der Welt Uppigkeit zuruck gelegt / und GOtt dem Allmächtigen in einem geiſtlichen lauteren Leben fleiſſiglich dienen / Unſer Gnad und Fürderung mitzutheilen / und ſie bey Fried / Ruhe und Gemach zu erhalten / damit ſie ihrem Ampt und Gottsdienſt deſto ſtattlicher auswarten mögen. Wann Uns nun der Ehrſame Unſer Lieber Andächtige Ruland Probſt des Gottshaus Herbrechtingen in glaubwürdigen Schein hat fürgebracht zween Brieff in Lateiniſcher Form / nemblich der ein von Keyſer Friderich dem erſten über ſeines Stüffts Fundation lautend / und der ander über ſein Stiffts Schutz und Schirm ſagend / von weyland König Philippßen beeden Unſeren Vorfahren am Reich löblicher Gedächtnus ausgangen / und von Wort zu Wort alſo lautend: *In Nomine Sanctæ & In-*

& Individuæ Trinitatis Fridericus divinâ favente clementiâ Romanorum Imperator Auguſtus &c. Cùm apud fontem totius bonitatis &c. acta ſunt hæc anno Dominicæ Incarnationis milleſimo centeſimo ſeptuageſimo primo, Indictione quartâ regnante Domino Friderico Romanorum Imperatore glorioſo, anno Regni ejus decimo nono, Imperii verò decimo ſexto feliciter Amen. Datum apud Giengen Calendis Maji. Item: *Philippus Romanorum Rex & ſemper Auguſtus &c. notum facimus Univerſis. Datum apud Giengen tertio Idus Junii Indictione octavâ.* Und Uns darauff demütiglich angeruffen und gebetten/ daß Wür ihme und ſeinem Convent und Gottshaus ſolche vorbeſtimpte auch alle und jede andere ihr uud ihres Gottshauß Brieff/ Gnaden/ Freyheiten/ Recht/ Gerechtigkeiten/ Privilegien und Handveſten/ die ihren Vorderen und ihnen von anderen Unſeren Vorfahrern Römiſchen Keyſeren und Königen auch anderen Fürſten/ Herren und Chriſtglaubigen mildiglich gegeben/ auch ihr alt löblich Herkommen und gut Gewonheit zu verneuren/ zu confirmiren und zu beſtätten gnediglich geruheten/ des haben Wür angeſehen ſolch ſein demütig zimliche Bitt/ auch den löblichen Gottsdienſt/ ſo in gemeltem Gottshauß zu Herbrechtingen täglich vollbracht werdet/ und darumb mit wohlbedachtem Muth/ gutem Rath und rechten Wiſſen den vorgenannten Ruelanden/ ſeinem Convent und Gottshaus Herbrechtingen die obberürete auch andere ihre Gnaden/ Freyheiten/ Recht und Gerechtigkeiten/ Privilegien und Handveſten/ die ihnen von weyland Unſeren Vorfahrern am Reich/ Römiſchen Keyſeren und Königen/ auch anderen Fürſten/ Herren und Chriſtglaubigen gegeben/ wie die von Wort zu Wort lauten und begriffen ſeint/ und ſie die herbracht haben/ und darzu ihr alt löblich Herkommen und gut Gewohnheit/ in allen ihren Worten/ Puncten/ Stucken/ Clauſulen/ Articlen/ Innhaltungen/ Meynungen und Begreiffungen gnediglich erneurt/ confirmiret/ beſtettet und beveſtiget/ verneuern/ confirmiren/ beſtetten und beveſtigen ihnen die alſo hiermit von Röm. Keyſ. Macht/ wiſſentlich in Krafft diß Brieffs/ und declariren/ ordnen/ ſetzen/ meynen und wöllen von ietzt berürter Unſer Keyſ. Macht das nun fürbas hin die obbeſchribne und andere ihre Brieff/ Gnaden/ Freyheiten/ Recht/ Gerechtigkeiten/ Privilegien/ Handveſten/ alt löblich Herkommen und gut Gewonheiten in allen und ieglichen ihren Worten/ Claußulen/ Innhaltungen/ Meinungen und Begreiffungen kräfftig und mächtig ſeyn/ ſtett und veſt bleiben/ und die gedachte Probſt und Convent zu Herbrechtingen und ihre Nachkommen/ Zugehörige und Verwandten ſich deren alles Innhalts zu gleicher Weiß als ob die alle von Wort zu Wort hierin begriffen und beſchriben wären/ freuen/ gebrauchen und genieſſen/ und darüber von jemands/ wer der oder die ſeyn/ wider die und ihre Fundation, Statuten/ Ordnungen/ Satzungen und Freyheiten nit beleſtiget/ noch beſchwert/ ſondern bey obgedachten ihrem und ihrs Gottshaus Fundationen/ Freyheiten/ Gnaden/ Ordnungen und Satzungen geruhiglich bleiben ſollen und mögen von allermenniglich ungehindert/ doch Uns und dem Heyl. Reich an Unſeren/ und ſonſt menniglichen an ſeinen Rechten und Gerechtigkeiten unvergriffen und unſchädlich/ und gebieteu darauff allen und ieglichen Chur-Fürſten/ Fürſten/ Geiſtlichen und Weltlichen/ Prälaten/ Graffen/ Freyen/ Herren/ Ritteren/ Knechten/ Hauptleuthen Land-Vögten/ Vitzdomben/ Vögten/ Pflegeren/ Verweſeren/ Amptleuthen/ Schultheißen/ Burgermeiſteren/ Richteren/ Räthen/ Burgeren/ Gemainden und ſonſt allen anderen Unſeren und des Reichs Unterthanen und Getrewen. In was Würden/ Stats oder Weſens die ſeyn ernſtlich und veſtiglich mit diſem Brieff/ und wöllen/ daß ſie die vorgemelte Probſt/ Convent und Gottshaus Herbrechtingen und ihre Nachkommen/ Zugehörige und Verwandten an dem vorgeſchribnen Brieff und Schirm/ auch anderen ihren Brieffen/ Gnaden/ Freyheitē/ Rechten/ Gerechtigkeiten/ Privilegien/ Handveſten/ alt löblich Herkomen und gute Gewonheiten/ und diſer Unſer Keyſ. Confirmation, Beſtettung/ Erklärung und Ordnung nicht hinderen noch irren/ auch über und wider ſolches alles nit anfechten/ beleſtigen noch beſchweren/ ſonder darbey von Unſer und des Reichs wegen getreulich handhaben/ ſchützen/ ſchürmen und geruhiglich bleiben laſſen/ und hierwider nicht thun noch jemands anderen zu thun geſtatten in kein Weiß noch Weeg/ als lieb einem ieden ſey Unſer und des Reichs ſchwere Ungnad und Straff und über die Pön obberürter Unſer Vorfahrer Keyſer Friderichs und Königs Philipßen Stüfftung und Schirm-Brieff/ und anderen ihren

 und

und des Gottshaus Freyheiten begriffen/ noch ein Gelt = Pön nemblich zweinzig Marck lötigs Golds zuvermeiden / die ein jeder / ſo offt er freventlich hiewider thäte/ Uns halb in Unſer und des Reichs Cammer und den anderen halben Theil gedachten Probſt und Convent und ihren Nachkommen und Gottshaus Herbrechtingen unablößlich zu bezahlen verfallen ſeyn ſoll/ mit Urkund diß Brieffs beſigelt mit Unſerem Keyſ. anhangenden Inſigel. Geben in Unſer und des Reichs Stadt Augſpurg am fünff und zwainzigiſten Tag des Monats Auguſti nach Chriſti Unſers Lieben Herren Geburt fünfzehenhundert und im fünfzigiſten Unſers Keyſerthumbs im dreyſſigſten und Unſer Reiche im fünff und dreyſſigiſten Jahr.

Porrò in ejusdem Cœnobii elegantiſſimo templo (inquit Bruſchius de Monaſt. Germ. cent. 1. fol. m. 2.) *S. Faronis Epiſcopi & Confeſſoris cujusdam, de quo tamen nihil aliud in litteras relatum invenio corpus humo mandatum quieſcere dicitur, quod à juvencis huc tractum & avectum ajunt ad fontem usque Cœnobii, qui adhuc hâc ætate S. Faronis puteus à Cœnobitis dici ſolet.* Carolus Stengelius Monaſterii Anhuſani Herbrechtingenſibus proximè vicini Abbas in ſuo Comment. rerum Auguſt. part. 2. cap. 35. refert, quòd lapis ſepulchralis S. Faronis antedicti adhuc quidem cœmiterii muro videatur incluſus, ſepulti verò corporis nullum ampliùs ſupereſſe veſtigium aut indicium omni illius memoriâ per hæreticos abolitâ. Verùm de S. Farone (qui fuit Epiſcopus Eccleſiæ Meldenſis in ejusdem nominis oppido ad Matronam fluvium haud procul Lutetiâ vulgò *Meaux* Suffraganeatûs quondam Metropolitanæ Senonenſis, nunc verò Archiepiſcopo Pariſino ſubditi) iſto, vide, ſi placet Baronium in notis ad Martyrologium Romanum die 28. Octobris.

Anno 1630. cùm Eccleſiæ & Monaſteria intra fines Imperii per totam Germaniam ſuperiori decurrente ſeculo Catholicis tumultuante hæreſi potenter erepta auctoritate Cæſareâ Ferdinandi II. veris & antiquis ipſorummet poſſeſſoribus denuò reſtituerentur, ad hoc Herbrechtingenſe Monaſterium menſe Septembri nova colonia ex Imperiali Collegio Wettenhuſano fuit deducta, cui in Præpoſitum datus eſt R. D. Philippus Faber Nobilis Rhætus Veldkirchienſis, quo, poſt modicum regiminis ſpatium ad viginti ſolùm menſes protractum variis erumpentis belli Suecici calamitatibus conſumpto, ac die 4. Maji Anno 1632. immaturâ morte præcepto demùm Anno 1635. poſt triennem Prælaturæ hujus Herbrechtingenſis vacantiam urgente commiſſione Cæſareâ die 7. Februarii novâ electione canonicè celebratâ Eccleſiæ huic ritè præfectus eſt prædeceſſoris ſui conterraneus itidem Nobilis Veldkirchienſis R. D. Franciſcus Pappus & is quoque ex memorato Collegio Wettenhuſano cum alterâ novâ coloniâ Wettenhuſanâ datus; idem authoritate Ordinariâ ſimul & Cæſareâ pariter confirmatus; qui poſtquàm annis 13. laudabiliſſimè præfuit, demùm Anno 1648. per pacta novæ pacis Weſtphalicæ cum ſuis loco cedere coactus ad priſtinum religioſæ profeſſionis ſuæ domicilium remeavit, ubi tandem ſenio confectus dormivit cum Patribus ſuis die 12. Auguſti Anno 1659. ibidem (ut & proximus prædeceſſor ipſius) tumulatus in ſacello Prælatorum Wettenhuſenſium.

HERCINIANUM

ITa nuncupare liceat vetuſtiſſimum quoddam (cujus proprium nominis etymon haud ampliùs ſuperat) contubernium fœmininum authore S. Theogero Abbate S. Georgii Herciniani laudato ſuprà pro Monialibus Ordinis S. Benedicti fortè ſub annum circiter 1086. inſtauratum, & ſecundùm originem ſuam à Trithemio Abbate in Chronico Hirſaugienſi deſcriptum part. 1. fol. 284. ut ſequitur: *Aliud S. Theogerus Cœnobium conſtruxit Monialium in latere montis, qui milliaribus fermè quinq; à Monaſterio S. Georgii diſtat, in quo centum circiter Sanctimoniales ſub regulâ S. P. N. Benedicti Domino famulantes congregavit. Quæ contemptu ſeculi fuêre ſublimes, juſtitiæ meritis glorioſæ in candore niveæ caſtitatis præclaræ, & in Dei amore venerabiles: horis Canonicis ad perſolvendum*

vendum divinæ laudis officium pariter in Eccleſiâ confluebant, & Dei operi nihil præponebant; nullam eſſe licebat in Monaſterio, quæ non de Pſalmis aut aliis ſcripturis aliquid quotidiè diceret. Inde omnes penè Latini ſermonis habebant notitiam, & quidquid legebant, intelligebant, quod non parùm ad internæ compunctionis gratiam videtur conducere. Diebus feſtis orationi vacabant omnes aut lectioni, nec quicquam operis perituri emolumenti tractare conſueverant. Unus omnium habitus, unus cibus & potus, unus juxta regulam vivendi modus victu & amictu exceptis nulli quicquam habere licuit, earum à viſis tanta ſeparatio fuit, ut Monaſterium, quæ ſemel fuiſſet ingreſſa, nullatenùs unquàm exiret: quibus Venerabilis Pater viros ſanctos & boni teſtimonii Magiſtros præpoſuit, de quorum maturitate & conſtantiâ ſecurus fuit. Ipſe namque ut ſollicitus Paſtor eas aliquoties in anno viſitare conſuevit, annuntians eis verbum ſanctæ prædicationis ſingularumque conſcientias ſollicitâ inquiſitione diſcutiens. In prænominato Cœnobio Monialis una fuit cum primis ad Ordinem à Sancto Patre Theogero ſuſcepta nomine Beatrix multis virtutibus clara: in cujus tranſitu voces cantantium auditæ ſunt Angelorum &c. Exhumata poſt ſeptennium adhuc integrum corpus ejus & ſine corruptione apparuit, odorem ſpargens ſupra modum humanæ conditionis vel conſuetudinis ſuaviſſimum.

HERCINIANUM

ALterum ejusdem ſexûs & Ordinis regulare clauſtrum eodem pariter S. Theogero ſatagente fundatum ſeu potiùs reſtauratum fuiſſe loc. cit. legitur in hæc verba: *Aliud Cœnobium erat Sanctimonialium in honore Divi Marci Evangeliſtæ ab anteà conſtructum, ſed inops, exiguum & imperfectum, quod S. Theogerus ita muris, ædificiis, & poſſeſſionibus ampliavit, ut brevi non minùs quàm centum ſimiliter in eo Sanctimoniales congregaverit fœminas Domino noſtro Jeſu Chriſto in verâ pietate mentis & corporis ſine intermiſſione jugiter famulantes nec ſolùm populares, ſed & Procerum utriusque ſexûs multis ſplendidis opibus pro Chriſti amore contemptis Theogeri ſe magiſterio humillimè ſubjecerunt plures nobilium è numero filios ei ſuos & filias in timore Domini tradidere nutriendos ad ſerviendam ſub regulâ S. P. Benedicti omni tempore Deo viventi in ſecula ſeculorum.*

HERMANSPERGENSE

PArthenium clauſtrum tertiæ Regulæ S. Franciſci diœceſis Conſtantienſis in diſtrictu ruralis Decanatûs Uberlingenſis & parochiâ Lippersreuttenſi duabus horis Pfullendorfio Liberâ Imperii Civitate diſſitum, idque de præſenti religiioſâ magis inhabitantium pietate ac virtutum ſplendore, quàm temporalium fructuum ubertate locupletatum originem ſuam trahit ab Anno 1401; dùm nempè devotariis quibusdam ſeu Beginis, uti vocabantur, mulierculis iſthîc loci priùs in unum commoratis utcunq; ceſſantibus ſubintrârunt ſorores Tertiariæ Franciſcanæ ſeu de Pœnitentiâ nuncupatæ. Novi clcuſtralis ædificii ſeſe fundatorem præbuit, qui & aliàs titulo Benefactoris inclytus refulſit ſtrenuus vir Egolfus de Braiten-Landenberg familiâ inter equeſtres Helveticas (uti loquitur Gabriel Bucelinus in Germaniâ ſtemmato-graphicâ part. 4. fol. 139. ubi quoddam etiam affert Stemmatographiæ iſtius fragmentum) generis præſtantiâ & opum affluentiâ facilè primariâ: idem cum uxore ſuâ Verenâ de Klingenberg (cujus generoſiſſimæ ſimul & antiquiſſimæ ſtirpis genealogica deductio itidem recenſetur loc. cit. fol. 131.) in Hohenwiel cognominatâ & Alberto filio reconditus in Choro templi Hermanſpergenſis: quod, quia permodicâ ſolùm ſtructurâ conſtat, duo tantùm altaria habet: quorum primarium Cœlitum Reginæ Beat. Virgini Mariæ, Sanctis item Sebaſtiano Martyri & Brigidæ Virgini dicatum, alterum verò S. Bartholomæo Apoſtolo conſecratum ſingulari quidem præbendâ unius Capellani fuit inſtructum: quæ tamen jam pridem ceſſavit; ex quo nimirùm Her-

manſpergenſis Eccleſia ſupradictæ Parochiæ Lippersreuttenſi fuit addita & incorporata: eadem quoque Domino fundi (qui eſt Commendator Meinaugienſis Ordinis Teutonici) pleno jure ſubdita & appropriata: de quâ proin Religioſæ domicellæ nihil habent, quàm quæ ſeorſim ſibi propria retinent paramenta, vaſa & alia cimelia ſacra in miniſterium cultûs divini neceſſaria: ſarta tecta verò templi curant & obſervant curatores proprii à memorato Commendatore ſpecialiter in id conſtituti, ſed vel maximè Præfectus Meinaugienſis Uberlingæ locatus. Domicellæ clauſtrales ſub regulari viſitatione Miniſtri Provincialis RR. PP. Conventualium Provinciæ Argentinenſis conſtitutæ horarias preces ſuas in dictâ Hermanſpergenſi Eccleſiâ quotidiè perſolvunt, & ſacroſancto Miſſæ ſacrificio commodiùs auſcultando proprium quendam (qui ſimul etiam quæſtorem animarum agit & Confeſſarium) è memoratis RR. PP. Conventualibus datum perpetim alunt: quæ cœterùm de textrinâ ſolùm & opere manuali ſactis virginibus conſono, pro victu & amictu quotidiano neceſſarium ſibi quæſtum faciunt.

HERMARINGENSE

Plentiſſimum olim cum ſuâ (quam propriam habuit muris clauſtralibus adjunctam) Eccleſiâ S. Jacobo Apoſtolo dicatum tertiæ Regulæ Franciſcanæ domicilium fœmininum in Hermaringen vico diœceſis Auguſtanæ forenſis tamen ditionis Wirtenbergicæ cum aliis quidem paris ſexûs & Ordinis Monaſteriis recenſitum à Stengelio Abbate in Mantiſſâ ad Commentarium Auguſt. cap. 6. fol. 15. de primâ tamen origine ſuâ nobis adhuc incognitum. Duravit autem iſtud non niſi ad annum usque 1535. quo tempore nova hæreſis Lutherana perſonas regulares & Eccleſiaſticas (ad nutum Principis terræ) omnes & ſingulas cane pejus & angue terribiliter exoſa toto Ducatu Wirtenbergico procul exceſſe voluit, ſed & in id religioſas quoque domicellas Hermaringenſes potenter adegit: quas ad unam omnes licet ſanctas & innocuas triſti exilio mulctavit.

HERRENBERGENSE

Collegium Canonicorum ſecularium cum propriâ Eccleſiâ ſuâ Divæ Virgini Deiparæ nuncupatum in famoſo paris nominis oppido à Palatinis Comitibus Tubingenſibus circa annum gratiæ 1382. (teſte Cruſio part. 3. lib. 5. cap. 14.) Comitibus Wirtenbergenſibus divendito, eoque reſidentiâ Decani ruralis Capituli Herrenbergenſis honorato, ſed & in Paralip. ejusdem Cruſii cap. 9. fol. 35. item in Topographiâ Sueviæ Martini Zeilleri fol. 94. hiſtoricè deſcripto percelebre quondam & ſatis inclytum, idem à Jacobo Manlio in Chronico Conſtant. Piſtorianæ editionis fol. 715. inter collegiatas Eccleſias ſeculares diœceſis Conſtant. expreſſè relatum; quod demùm ætate noſtrâ Anno 1648. vigore pacis Weſtphalicæ Domino fundi nempè Duci Wirtenbergico pleniſſimè fuit attributum, primaria verò origo Collegiatæ Eccleſiæ Herrenbergenſis iſtius vel breviter habetur deſcripta in Documentis redivivis Monaſt. Wirtenberg. in præfat. fol. 4. ſub his verbis Anno 1439. haben Herr Ludwig und Herr Ulrich Graffen zu Würtenberg ꝛc. ꝛc. verſchafft/ daß alle Beneficiati und Capplanen zu Herrenberg ihre Beneficia in manus Ordinarii reſignirt/ und daraus ein Collegiat-Kirch angerichtet worden.

Anno 1445. inter Canonicos Herrenbergenſes inclytus admodùm emicuit officio Præpoſitus Ven. Dominus Joannes Spenlinus SS. Theologiæ & Medicinæ Doctor: quem ſingulari avitæ religionis zelo potenter adductum ſeſe fortiter oppoſuiſſe refert Cruſius citatus lib. 7. cap. 7. Bullæ cuidam Pontificiæ à Nicolao Papa V. in favorem Comitum Wirtenbergicorũ, imò etiam totius provinciæ ſubditorum conceſſæ, quæ talis eſt: *Nicolaus Epiſcopus Servus*

Servus Servorum Dei ad perpetuam rei memoriam &c. Cœleſtis ſucceſſor clavigeri Romanus Pontifex, cui à Deo ligandi & ſolvendi collata eſt poteſtas, ſingulorum Chriſti fidelium commoditatibus & indemnitatibus quantum poteſt libenter conſulit: & legis rigorem Apoſtolicæ manſuetudinis remedio mitigat, prout juxta locorum, temporum, rerum & perſonarum qualitates in Domino conſpicit ſalubriter expedire. Sanè pro parte dilectorum filiorum nobilium virorum Comitum de Wirtenberg ac utriusq́ ſexûs liberorum & ſubditorum ſuorum nobis nuper exhibita petitio continebat: quod ipſi & eorum anteceſſores pro majori, ut creditur, parte, à tanto tempore, de cujus contrario memoria hominum non exiſtit, propter olei olivarum & piſcium carentiam vicinorum exemplo (qui hoc ut etiam creditur ex privilegio Sedis Apoſtolicæ habent) poſſunt in Quadrageſimalibus & aliis diebus jejunii lacticiniis veſci, & ea comedere conſueverunt: quod adhuc comedunt & veſcuntur. Cùm autem (ſicut eadem petitio continebat) Comites liberi & ſubditi hujusmodi de præmisſis conſcientiam ſibi faciant: niſi ſuper eis per Sedem Apoſtolicam licentia concedatur: pro parte eorundem nobis fuit humiliter ſupplicatum: ut ſuper his, eis oportunè providere de benignitate Apoſtolicâ dignaremur. Nos itaq́ hujusmodi ſupplicationibus inclinati, Comites, liberos & ſubditos prædictos, quoscunq́ præſentes, futuros ac eorum anteceſſores ab exceſſibus per eos occaſionem hujusmodi quomodolibet commiſſis, auctoritate Apoſtolicâ abſolvimus, & harum ſerie abſolutos reddimus, ipſisq́ ut carentia ſive penuriâ Olei & piſcium hujusmodi durantibus diebus lacticiniis veſci, & uti liberè ac licitè valeant: Conſtitutionibus & Ordinationibus cæterisq́ contrariis quibuscunq́ nequaquàm obſtantibus, eâdem authoritate concedimus per præſentes. Nulli ergò omninò hominum liceat hanc paginam noſtræ abſolutionis & conceſſionis infringere: vel ei auſu temerario contravenire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, Indignationem Omnipotentis Dei & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Romæ apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo, quadringenteſimo quadrageſimo octavo: quarto decimo Calendas Julii, Pontificatûs noſtri anno ſecundo.

Hanc Indulgentiam (ſubdit Cruſius loco ante cit.) *juſſu Illuſtrium Fratrum Ludovici & Ulrici Comitum Wirtenbergiæ & Montis Beligardi impetraverat à Papâ Joannes de Weſternach Præpoſitus & Anteceſſor Joannis Naucleri in Eccleſiâ Collegiatâ Studtgardianâ S. Crucis Conſtantienſis diœceſis. Illam verò ſcripto oppugnavit Joannes Spenlinus Medicinæ ac Theologiæ Doctor Præpoſitus Eccleſiæ S. Mariæ in oppido Herrenbergâ. Oſtendit enim Papam malè narratis eſſe circumventum.*

Primò namq́ non deeſſe nec fluvios nec lacus in territorio Wirtenbergico: ex quibus copia piſcium diebus jejuniorum haberi poſſit.

Secundò oleum etiam olivarum non deeſſe: quia quotannis ad Quadrageſimam adferatur. Reperiri in oppidis tùm Wirtenbergicis, tùm vicinis. Haberi etiam oleum, nucum, papaveris, lini, rapi ex fructibus arborum.

Tertiò Falſum eſſe, quòd generoſi ſibi Domini &c. à tempore, quod in memoriâ hominum non ſit, comederint tempore Quadrageſimæ lacticinia.

Ideò contraivit Bullæ Papali: nec Dei nec Apoſtolorum indignationis incurſionem curans: ac rejecit ex Regulâ Decretali tanquàm omni tempore tali: litteræ Papales non valent, quæ tacitâ veritate impetrantur. Addidit, non debet fieri diſpenſatio, niſi urgente magnâ neceſſitate. Item ſcandala ſunt vitanda. Provocavit ad Academias: Iratus tunc Papa, & diploma ſuum tuens: negotium Epiſcopo Spirenſi Reinhardo dedit: ut inquireret de rebus à Spenlino allatis. Fuerat hic Epiſcopus anno milleſimo quadringenteſimo trigeſimo nono electus: & in cœnobio Maulbrunnenſi conſecratus: atq́ Spiram introductus inſigni pompâ equeſtri, comitantibus Ludovico Palatino Electore, Othone Duce Bavariæ; Bernardo Marchione Badenſi, ac multis Comitibus, Baronibusq́, reſpondit autem de præſenti negotio Pontifici:

Primò Piſces eſſe magno pretio; ut vix à divitibus emi poſſint: & fluvios quosdam in æſtate exſicarpi.

Secundò Illa genera olei ad uſum luminarium confici, quia inſipida. Oleum Olivarum paucis hic eſſe notum.

Tertiò. Plerosq́ in Quadrageſimâ lacticiniis uſos eſſe à tempore, quod in memoriam hominum non incurrat.

Quartò. Nullum inde ſcandalum reperiri.

Captus eſt poſteà Splenlinus & Conſtantiam ductus, ubi niſi ſententiam ſuam revocâſſet, officio Præpoſituræ motus fuiſſet.

HERRENBERGENSE

ALiud ibidem loci ſeu Herrenbergæ contubernium, hoc tamen religioſum, & ſuo ſexu fœmininum formulâ verò profeſſionis (niſi fallor) Dominicanum: de fatali tantùm interitu ſuo nobis notum ex Documentis Monaſt. Wirtenberg. Virginum, ubi in cauſâ ſcelestæ mutationis ſeu perditionis de Parthenone hoc annotata habentur ſequentia fol. 249. Den 22. Junii (An. 1268) durch die Fürſtl. Würtenbergiſche Cantzley mit denen von Herrenberg Verordneten und Geſandten Jacob Kurern / und Hannßen Andler / auf jüngſt-übergebne Supplication der vier noch lebenden Cloſter-Frawen alldort folgender Geſtalt tractirt und gehandlet worden / nemlich ſo wöllen Ih. Fürſtl. Gn. ihnen von Herrenberg der Beginen Behauſung (dieſelbig zu einer Lateiniſchen Schul zurichten / und das jetzige Schulhaus / ſo hierzu unbequem und ungelegen) zu anderen des Spitals Nutzen zu verwenden / übergeben.

Es wöllen auch Ih. Fürſtl. Gnaden ihnen von Herrenberg der Beginen Aecker / derẽ auf vier Jauchart deßgleichen die Wieſen (doch ein völlig Maňsmad von ſolcher Wiß / da die nicht zum beſten oder ärgſten / und dann das Baumgärtlein / ſo viel deſſelben iſt vorbehalten und ausgedingt) einraumen / und dem Spital eigenthumblich zuſtellen. Alſo und dergeſtalt / daß ſie von Herrenberg obgedachte vier noch lebendige Beginen hinfüro ſamt oder ſonders die Täg ihres Lebens in ermeldtem ihrẽ Spital mit einem eignen Gemach / Eſſen / Trincken / kalt und warm / Pfleg und Wart / geſund und kranck nach erheiſchender Notturfft ohne Ihr. Fürſtl. Gnaden und dero Gnaden Waltung / Beſchwernus / Koſten und Schaden unterhalten und verſorgen / auch die Schulden / ſo ſie die Beginen noch zu thun / entrichten und bezahlen ſollen. Welches die obgedachte Geſandte hinderſich zu bringen / ihnen alſo zu verzeichnen gebetten.

Den 28. Junii haben ſich der obgedachten Handlung halb Burgermeiſter und Gericht zu Herrenberg höchlich beſchwert / daß ihnen nit alle Güter folgen ſollten.

Den 16. Julii iſt gedachter Stadt zur Antwort erfolgt / nachdem in währender Handlung eine aus den Cloſter-Frawen geſtorben / daß der Spital erleichtert / auch die andere Alters- und Leibs-Gelegenheit halb alſo beſchaffen / daß ſie vielleicht der / ſo den Weeg gemacht / bald möchten nachziehen.

Den 17. Julii iſt ſolche Handlung durch die Cantzley völlig beſchloſſen worden.

Den 19. Julii würdet im Namen Ih. Fürſtl. Gnaden / Vogt und Kelleren zu Herrenberg erſt anbefohlen / ſolchen Vergleich und Handlung den Cloſter-Frawen fürzuhalten und anzuzeigen / auch wofern (wie man ſich gäntzlich verſehe) ſie hiemit danckbarlich zu frieden / ſolches unverlängt ihr Fürſtl. Gnaden zu verſtändigen / und darneben daran ſeyn / daß ſie ſich aufs ehiſte in Spital begeben ꝛc. ꝛc.

Den 6. Auguſt berichten Valentin Moßer / Vogt zu Herrenberg / uñ Ludwig Reyſſer / Keller daſelbſten / wie daß ſie Anfangs allein die zwo Cloſter-Frawen angetroffen. Ihr Fürſtl. Gnaden obgeſagten Befelch vorgetragen / welche baide ſich nit gar unſchleiſſig erzeigt und finden laſſen / und ſonderlich nicht ſo hoch (wie jetzo) darauf gedrungen / daß man ſie in ihrer Behauſung wollte bleiben laſſen. Nachdem aber die dritte / ſo nicht aus dem Land / ſondern von Horb gebürtig / zu ihnen komẽn / haben ſie ſich ausdrücklich entſchloſſen / und erklärt / daß ſie aus ſolcher ihrer Behauſung nicht zu weichen gedencken / ſie werden dann darzu gezwungen / und im Fall ſie aber diß aus Zwang thun müſſten / ſo begehrẽ ſie doch für die Unterhaltung im Spital ein gebührlich Leib-Geding / welches ſie an anderen Orten / da es ihnen gefällig / verzehren mögen. Darne-

Darneben referiren obgemeldte Vogt und Keller/ ſie laſſen ſich auch hören: daß niemand gedencken ſolle/ daß ſie von ihrer bißher verharrten Religion weichen werden.

Den 14. Septembris iſt durch die Würtenbergiſche Theologos und Kirchen-Räth zuerwegen/ mandiert worden. Ob den Cloſter-Frawen zu Herrenberg mit guten Gewiſſen geſtattet werden möchte/ hinaus gen Oberdorff zu ziehen/ und ihr Leibgeding an Catholiſchen Orten zu verzehren? Worauff D. Brenz. D. Wilhelm. D. Oſiander. M. Caſpar. M. Matthæus Engl geſchloſſen/ wäre zwar gut/ daß man Mittl und Weeg finden möcht/ wie ſie zu gewinnen ꝛc. ꝛc. Dem aber ſey ihm wie ihm wöll/ ſey nit rathſam/ ſie hinaus in das Pabſtthum zu laſſen/ ſondern allda zu behalten/ und ihnen das Leibgeding in ihr Haus zu reichen/ doch ernſtliche Inſpection zu haben/ und zu beſtellen/ daß ſie von Mönchen und Pfaffen keinen Zugang haben/ auch Predig beſuchen ꝛc.

Den 15. Septembris iſt von Herrn Herzog Chriſtophen/ diß der Räth Gutachten/ wofern es je anderſt nit ſeyn wölle/ ratificirt/ und ſolches ins Werck zu richten/ Vogt/ Burgermeiſter und Gericht/ zu Herrenberg Befelch gegeben worden.

Fol. 270. Umb die Heilige Weyhenachzeit (Anno 1580.) ſeynd aus den drey Cloſter-Frauen oder Beginen zu Herrenberg/ die zwo mit Todt abgangen/ die dritte aber in das Spital genommen worden.

Anno 1581. den 24. Septembris/ berechten Herr Herzog Ludwigen/ Burgermeiſter und Gericht zu Herrenberg/ wie daß aus Ihr. Fürſtlichen Gnaden Approbation ſie im Namen des Spitals das Beginen-Haus allda einen Burger in der Statt um 295. Gulden/ das Kraut-Gärtlein dabey um 21. Gulden/ und das lehre Hofſtättlein um 20. Gulden zu kauffen geben/ benebens Ihr. Fürſtl. Gnaden bittende/ die wollen hierein gnädig conſentiren und bewilligen.

Den 10. October geben die Kirchen-Räth hierüber ihr Geduncken/ daß ſolches der Burgermeiſter ꝛc. ꝛc. Begehren nicht unbillich/ köndte alſo wohl zu bewilligen ſeyn. Darauff ſolche der Kirchen-Räth Meynung placidirt worden.

✽ HERRIEDENSE

SEu *Haſenriedenſe* priùs appellatum inſigne olim (ut inquit Gab. Bucelinus in Germ. ſacrâ part. 2. fol. 42.) Benedictini Ordinis Cœnobium à Jacobo Gretſero Societatis Jeſu Theologo de Divis Eyſtettenſibus fol. 369. taliter annotatum: *Trithemius lib. 3. de viris Illuſtribus Ordinis S. Benedicti c. 234.* (ſcribit) *Deocarus Monachus & Abbas Heidenheimenſis, in diœceſi Eyſtettenſi vir valdè venerabilis ſcientiâ ſcripturarum & religione monaſticæ converſationis inſignis multis effulſit virtutibus. Ejus feſtum ſeptimo Idus Junii agitur, ſacræ autem reliquiæ ejus Norimbergæ habentur.*

Ubi tamen corrigendus eſt Trithemius, nam Deocarus Germanis Gottlieb. *Græcis Theophilus, non fuit Abbas Heidenheimenſis, ſed Haſenrietanus, ſeu Herenriedenſis, initio enim Monaſterium erat, conditum à Carolo Magno, cujus primus Abbas Deocharus. Poſteà vertit in Canonicorum Collegium prout etiam hodie manet. Erat autem locus, ubi nunc Herrieda, vaſtus & deſertus, cùm à S. Deocaro incoli cœptus eſt; in cujus gratiam Carolus Magnus exiguam ædiculam Deiparæ Virgini conſecratam extruxit, quæ in magnâ religione & veneratione fuit uſq; ad avorum vel proavorum noſtrorum memoriam, non anno ſalutis 1490. in vigilia Sanctorum Apoſtolorum Petri & Pauli incendio periit cum potiore civitatis parte. Supradictæ ædiculæ (vel Oratorio vel Capellæ) adjecit poſteà Carolus Magnus inſigne Monaſterium Ordinis D. Benedicti, cujus primus Abbas S. Deocarus, ſed non diu poſt, nempe ſub Erchenbaldo Epiſcopo Eyſtettenſi Octavo Monachis ſubrogati ſunt Canonici. Nec oppidum Herrieden alicui alteri ſua incunabula debet, quàm Monaſterio S. Deocari, ejus enim occaſione (quod & alibi ſæpius factum novimus) varii ibidem domicilia fixerunt, & terram incultam ex*

colere

colere cœperunt tanto ſtudio & conatu ut vel invitam miteſcere cogerent. Quo anno Domini Deocarus res mortales reliquerit ad cœleſtem beatitudinem translatus, mihi non liquet. Certum eſt ſanctitatem ipſi poſt mortem variis miraculis à Deo declaratam & illuſtratam eſſe. Sic ille loc. cit. Bruſchius verò de Epiſc. German. cap. 10. in Erckenbaldo Epiſcopo antedicto Monaſterii hujus immutationem ſeu ab Ordine religioſo ad ſtatum ſecularem translationem refert ad tempora Arnulphi (qui circa annum 890. ſummam rerum dictaturam geſſit) Imperatoris ita ſcribens: *Conſecutus eſt* (idem Erchenbaldus) *ab Arnulpho Imperatore Haſenriedanum Rhiaſæ Cœnobium S. Benedicti ex quo Benedictinis Monachis nimis licentiosè viventibus ejectis fecit ſecularium Canonicorum Collegium, quod hodie mutata veteri appellatione non Haſenried à leporibus, ſed meliori omine Herrenried à Dominis ac religioſis eum locum tenentibus nominare ſolent. Et pertinet quidem Collegium hoc modo decem Canonicis* (quos inter unus Decani perfungitur officio & dignitate) *inſtructum ad Epiſcopatum Eyſtettenſem* in Norico, quia tamen Bruſchius citatus fundum illius (ut audivimus) in Rhiæsâ ſeu Rhiætiâ inferiore (quæ tota quanta telluris noſtræ Sueviæ pars eſt ultima ſeu inferior Franconibus contermina) conſtituit, idcircò reliquis etiam ſæpedictæ Sueviæ Collegiis ſacris iſtud annumerare non tam placet quàm omnino jure meritiſſimo decet.

HERRIEDENSE

FRanciſcanum aliquod Fratrum Tertii Ordinis contubernium adhuc ſub annum circiter 1460. cum aliis pluribus religioſo ſtatu ſuo & profeſſione paribus in Provinciâ Suevicâ floruiſſe vividum, certum quidem nobis ex Fortunato Hueber in Chronico fol. 1337. nobis manet ac notum; fundum tamen illius à priori Herriedenſi recenſito diœceſis Eyſtettenſis oppido planè diverſum ubiubi tandem locorum ſituatum vel inviti neſcimus, atque etiamnùm de eodem ſolerter inquirimus.

HIMMELREICH

QUaſi diceres *Regnum Cælorum*, at in terris ſolùm & temporaliter tantùm iſtud inhabitari conceſſum ſeu *Monaſterium* (diœceſis Conſtantienſis) *ſacrarum Deo Virginum* (Inſtituti ſecundùm regulares obſervantias ſuas ſpeciales haud ampliùs inquirendi) *in Wirtenbergiâ in Schonbuch* (ſilvâ) *ut appellant, cujus inquilinæ prioris ſeculi procellis merſæ & diſſipatæ ſunt.* Gabriel. Bucelinus in German. ſacrâ part. 2. fol. 45. nec plura.

HIRSAUGIENSE

ALiàs communiter *Hirſaugia* nuncupatum diœceſis Spirenſis prope Calbam oppidum in Ducatu Wirtenbergico, *Sanctiſſimum prorsùs & nunquàm ſine reverentiâ & grati ſignificatione animi nominandum* (Imperiale) *Cœnobium à quo nimirùm tanta Beneficia in Germaniam olim redundarint univerſam. Habuit tres diverſas fundationes, cùm aliquandiu prope interitum eſſet ab aliis & aliis reſtauratum. Prima fundatio facta eſt anno Chriſti 645. ab Heliſenâ viduâ de Kalvv ac Evvardo & Leupoldo Dominis oppidi Kalvvenſis. Secundâ ab Erlefredo Comite Calvvenſi ejusq. filio Notingo Vercellenſi Epiſcopo Anno Chriſti 830. evocato Abbate è Fuldâ cum 15. Monachis. Tertia ab Adelberto ejuſdem familiæ Comite poſt 63. annorum vocationem poſtulato ex Einſidlen Abbate Friderico, cui poſteà S. Wilhelmus præcipuus Hirſaugiæ reſtitutor in Abbatiâ ſucceſſit.* Hæc Gab. Bucelinus in German. Sac. part. 2. fol. 45. ubi etiam affert. catalogum Abbatum usque ad annum 1629. integerrimè productum, verùm ampliorem fortè digniſſimi aſceterii hujus originem, viros item tùm ſanctitate vitæ-

vitæ, tùm ſcientiarum laude præcipuos oppidò plures non ſolùm ad alia Monaſteria reformanda, ad epiſcopales itidem Germaniæ noſtræ cathedras hinc inde capeſſendas olim ex Hirſaugiâ datos & evocatos fuſiore calamo productos Lectorem nôſſe cupientem, nos hîc brevitati ſtudentes remittimus ad annales Cruſianos Sueviæ, tùm ad Documenta rediviva Monaſteriorum Wirtenbergiæ Anno 1636. typis Tubingenſibus edita, potiſſimùm autem ad ampliſſimum Chronicon *Hirſaugienſe* nuncupatum: quod integris duobus tomis ſuperiori durante ſeculo fideliſſimè concinnavit integer vitæ ſcelerisque purus Joannes Trithemius Abbas primùm Spanheimenſis, tùm Herbipolenſis ad S. Jacobum jam ſecundò juris publici factum, & quidem noviſſimè typis Sangallenſibus in folio recuſum Anno 1669. ſola proin hîc enarrare juvat potiora ſæpedicti Hirſaugienſis Monaſterii hujus monumenta litteraria, ſeu jura ac privilegia, quæ ſuo loco ſimpliciter annotata damus hîc fideliter excerpta juxta tenorem ſequentium.

Anno 1075. Henrici Quarti Romanorum Regis confirmatio paginæ teſtamentariæ libertatis Hirſaugiens factæ ab Adelberto Comite de Calb & ejusdem Comite taliter in ſcriptis habetur exarata: *In Nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis Henricus divinâ favente clementiâ Rex &c. &c. Omnium Sanctæ Dei Eccleſiæ fidelium præſentium ſcilicet & futurorum cognoſcat induſtria, quòd in Regno noſtro regulare quoddam Monaſterium ſitum eſt in Provinciâ ſcilicet quæ dicitur Teutonica in Epiſcopatu Nemetenſi, in pago Wiringowa dicto, in Comitatu Ingirisheim, in ſilvâ, quæ dicitur nigra, juxta fluvium, qui dicitur Nagoltha, quod Hirſaugia ſive S. Aurelii Cella nuncupatum eſt, ubi & idem Sanctus corpore quieſcit. Quod tempore Ludowici Pii Regis in honore S. Petri & S. Aurelii Epiſcopi conſtructum honorificè & Deo Dicatum eſt ab Erlafredo quodam nobili Senatore & religioſo, & à Nothingo filio ejus Reverendiſſimo Vercellenſi Epiſcopo aliisque parentibus Adalberti Comitis de Caſtello Chalawa, ſed deinceps à poſteris eorum diſſipatum eſt. Nunc autem Comes idem Adalbertus inſtinctu Dei tactus nec non conjugis ſuæ Wieldrudæ crebris precibus adhortatus Monaſterium ipſum jam reſtauravit, & quæ aliquamdiu inibi defecit, vitam monachicum reparavit, & prædia, quæ illuc antiquitùs à parentibus ſuis tradita ſunt, ſed partim jam à poſteris eorum invaſa, partim & à ſe ipſo quaſi jure hæreditario poſſeſſa ſunt, reddidit, & inſuper de propriis tot & tantas impenſas prædiorum illuc contradidit, quo ſervitium Dei nunc à quindecim fratribus ſub regulâ S. Benedicti inibi procurandis gratia Dei peragi & ſtabiliri poſſit conjuge ipſius prænominatâ filiis Brunone, Adelberto Godfrido & filiabus Votâ & Irmingardâ ſibi in hoc, ut in omnibus his inſtitutis omninò conſentaneis. Et in primis ipſum ſcilicet locum Hirſaugiam cum omnibus nunc in præſentiarum illuc collatis juſtitiis legitimis & pertinentiis prædiorum, mancipiorum, cenſorum, pecuniarum ſeu quarumcunque rerum ex toto ſuper altare Sancti Aurelii reddidit, delegavit & contradidit Domino Deo, Sanctæ Mariæ, Sancto Petro Apoſtolo, S. Aurelio Epiſcopo & S. Benedicto, in poteſtatem & proprietatem & prædicti Monaſterii Abbati nomine Wilhelmus, ejusque ſucceſſoribus in diſpoſitionem liberam Cellæque neceſſariam, fratribusque Deo ſub regula monaſticâ ibi ſerviturís ad utilitatem. Et ne unquàm à poſteris ſimiliter ut à parentibus ſuis Dei ſervitium deinceps illic deſtrui poſſit, prudenter prorsùs decrevit & conſtituit eandem Cellam cum omnibus ſuis pertinentiis nunc collatis & dehinc conferendis ab hâc die & deinceps omninò non ſubdi nec ſubeſſe jugo alicujus perſonæ terrenæ vel poteſtatis, niſi Abbatis ſolius dominationi, ordinationi & poteſtati, & ſic totiùs libertatis jure & privilegio eam adampliavit, & ob regni cæleſtis hæreditatem in Chriſto omnimodis ſtabiliter ſublimavit. Dehinc omni poteſtate, ſervitio, jure & proprietate prædicti Monaſterii ipſe cum conjuge & filiis & filiabus ſupradictis ſeſe feliciter omninò abdicavit, ſed hoc totum reverà felix negotiator prudenter effecit, primùm ob ſpem & præmium vitæ æternæ, ob remiſſionem omnium peccatorum, ob ſalutem corporum & ſempiternam requiem animarum, & ob quotidianam memoriam ſui ipſius conjugis ſuæ prænominatæ filiorum & filiarum ſuarum, nec non omnium paren-*

tum, poſtererum, conſanguineorum amicorumque ſuorum, & omnium ad curam ſuam pertinentium, ob memoriam quoque Regum, Epiſcoporum, Principumque omnium prædictæ Cellæ ſtatum & honorem diligentium & defendentium & omnium Chriſti fidelium, & quid prout poſſe ſuberit cuncti Chriſti pauperibus beneficium ſemper illic pateſiat receptaculum. Ad hæc etiam ut fratres Cœnobii ipſius nunc inibi congregati & adhuc in Chriſto congregandi tutiùs ac liberiùs Domino Deo in ſanctæ profesſionis ſecuritate ſervire posſint: hujusmodi eos libertatis munere donavit, ut quandocunque Patre ſuo ſpirituali orbati fuerint, ipſi habeant liberam poteſtatem ſecundùm regulam S. Benedicti inter ſe vel undecunque, ſi opus fuerit, Abbatem ſibi non ſolùm eligendi, ſed etiam cônſtituendi. Quem dùm regaliter fratres eligunt, dehinc ut ſolet, ad conſtituendum cum in Choro Monaſterii conveniant, & unà cum Clero, advocato, populoque Sanctuario præſentibus Decanus vel quicunque Prior ſit loci illius accipiat virgam regiminis de altari Sancti Aurelii, & absque omni prorsùs contradictione tradat in manum ipſius, quem tota fratrum Congregatio ſibi elegerat. Hic ſubinde canonicè Abbas ordinatus ſine alicujus perſonæ dominatione & impedimento ſuſceptum miniſterium pro poſſe & ſcire ſuum impleat, ſolique Deo ſecundùm Ordinem ſuum liber ſerviat, liberamque omninò rerum ſibi commiſſarum in Chriſto diſponendarum intus & foris poteſtatem habeat. Qui, ſi forte præter necesſitatem Monaſterii & communem fratrum utilitatem ſacrilegus, quod abſit licentiosè & ſeculariter abuti præſumpſerit inſtitutâ libertate, familiâ, bonis, rebuſvè ſanctuarii, & ob id fratrum præmonitiones contemnens, ad ſuam ſuorumvè privatam cupiditatem & libitum ea temerè disſipaverit, vel ſi beneficia quibuslibet perſonis niſi neceſſariis Monaſterii ipſius ſervitoribus præſtiterit, aut ſi Regibus, Epiſcopis, ſeu quibuscunque perſonis conſentaneus annuerit, ſi fortè libertatem Monaſterii pervertere, ſibique locum ſanctum ſubjicere attentaverit, ſive aliquod ſervitii ſtatutum inde ſibi fieri exegerit mox poſteri Comitis prædicti cum ſuffragio fratrum, advocati, Cleri totius familiæ & omnium bonorum ritè à fratribus hunc accuſatum juſtéque ab eis convictum dignitate ſuâ abjici perficiant, aliumque juxta prædictam libertatem & S. Benedicti regulam fratres ſibi eligant, & absque omni contradictione pro illo ſubſtituant. Concedit etiam Comes prædictus præſatæ Cellæ advocatum aliquem de poſteris ſuis fieri, ſi tamen loci ipſius Abbas cum conſilio fratrum talem inter eos invenerit, qui ſicut ipſe Comes nunc non pro terreno commodo, ſed pro æternâ mercede ſollicitus & ſtudioſius bona & conſtitutam Monaſterii libertatem & juſtitiam defendere voluerit. Sin autem aptum & utilem advocatum undecunque ſibi placuerit, eligat. Hic denique Abbate petente à Rege accipiat bannum legitimum, & ter in anno, ſi neceſſe fuerit, aut in ipſam Cellam, aut ubicunque vel quando Abbati placuerit, invitatus ab illo veniat, & ibi placitum juſtum pro cauſis & necesſitatibus Monaſterii ritè peragat, nullum autem aliud ſervitium jus ab beneficium ſibi pro hoc concedi recognoſcat, niſi tertium bannum & conſuetudinariam juſtitiam & legem, quam cæteri advocati in aliis liberis Monaſteriis habent ſuper fures, proterviam & cenſuales & cætera talia, & in illis trium placitorum diebus in unoquoque unum maltrum de frumento & unum Friskingum, & unum ſiclum de vino, & cætera ad hæc pertinentia. Præterea item conſtituit, quòd niſi Abbate volente & advocante bona & loca Monaſterii ſuis frequentiis temerarius & ſine causâ minimâ adeat vel attingat, nec præſumptuoſius in eis beneplacitum quodlibet pernoctandi licentiam habeat nec ſubadvocatum pro ſe faciat, nec omninò aliquam absque ratione calumniam, perſuaſionem aut injuriam Monaſterio, Abbati vel familiæ faciat. Si autem non ut advocatus, ſed potiùs calumniator & pervaſor Monaſterii fuerit, omninò poteſtatem habeat Abbas cum conſilio fratrum hunc reprobare, & alium ſibi utiliorem undecunq; eligere. Conſtituit etiam & hoc Comes

præfa-

præfatus, quod ipſius petitione firmiter ſtatuimus, quod ſi quiſpiam poſterorum ſuorum vel quarumcunque homo perſonarum unam vineam, unum manſum, unum molendinum, vel ſaltem unum mancipium, ſive tale aliquid à ſupradictâ Cellâ temerarius injuſtè abſtulerit, ut noſtri noſtrorumque ſucceſſorum regiâ poteſtate coactus tria auri talenta ad ærarium Regis perſolvat primitùs reddito Eccleſiæ quod invaſerat. Si verò quilibet illorum, quod abſit, curtim vel aliquam villam inde violenter abalienaverit, ſive manifeſtus invaſor bonorum ipſius Cellæ extiterit, vel ſi hoc teſtamentum traditionis & libertatis quocunque ingenio ſeu argumento legum ſecularium pervertere vel infringere attentaverit, centum auri libras ad regiam item perſolvat cameram, & reddat primitùs Eccleſiæ, & ſecundùm leges item componat, quod ablatum fuerat, & ſic intentio illius omninò irrita fiat. Miniſtris quoque & familiæ ſanctuariæ eandem concedit legem & ſervitutem, quam cæteræ in regno noſtro liberæ Abbatiæ habent, ut tanto fideliores Prælatis ſuis per omnia ſerviant. Super hæc omnia Comes ſæpedictus privilegium acquiſivit, & conſtituit, ut unus aureus quem Bizanthium dicimus ſingulis annis Romam ad altare S. Petri ab Abbate prædicti Monaſterii in paſcha perſolvatur, eo pacto, ut libertatis & traditionis iſtius ſtatuta tanto perennius inconvulſa ammodò permaneant, & ut prædictum Cœnobium ſub Romanæ Eccleſiæ mundiburdio & Majeſtate ſecurum ſemper ſtabiliatur. Si forte quiſpiam Regum vel poſterorum ejus ſeu quarumcunque rerum homo perſonarum, quod abſit, teſtamentum hoc ullo ingenio infirmare vel infringere præſumpſerit. Si autem id, quod abſit, à quolibet illorum, diabolo inſtigante, fiet, obſecrat Comes idem & teſtificatur. Apoſtolicum Pontificem per Chriſtum & per Sanctum Petrum Apoſtolum & Sanctum Aurelium Epiſcopum, & per omnes Sanctos Dei & per tremendi judicii diem, ut illum Dei & Sanctorum ejus contemptorem & teſtamentariæ hujus conſcriptionis deſtructorem, niſi reſipuerit, tradat omninò Sathanæ, & anathematizet eum ac profanet à conſortibus & filiis Eccleſiæ Sanctæ Dei & hæredibus vitæ æternæ, ut & auferat Deus memoriam ejus de terrâ viventium, & deleat nomen ejus de libro vitæ, ut & cum Dathan & Abiron, quos terra aperto ore deglutivit, & vivos infernus abſorbuit, perennem incurrat damnationem, & ut Herodis, Pilati & Judæ ſocius factus in æternum diſcrucietur, & cum Sodomitis & Gomoritis ignis & ſulphuris imbres hic experiatur, & Heliodori plagas & verbera hic perpetiatur, & Antiochi tormentis, vermibus ſcilicet ſcaturiens, & cum fœtore computreſcens miſerrimè conteratur, & niſi reſipiſcat Petrum regni Cœlorum archiclavigerum cum Sancto Aurelio & totâ cœleſti militiâ portæ paradiſi obſtitorem habeat in æternum. Prædia autem ſeu villæ ad prædictum Monaſterium antiquitùs pertinentia & ab eodem Comite nunc reddita hæc ſunt. In primis ipſe locus Hirſaugia cum tribus villulis Luzelnhart, Altpurn, Nagalthart. Huſtetum, Deggenbrunn, & quæ ſita ſunt ad Giliſtam ad Stamheim, cum villulis item tribus Sumenhart, Luzelenhart ad S. Candidum, ad Mettilingam, ad Mouchingam, ad Greginzam ad Marchilingam tres hobæ & Gumprechteswilare dimidium. Hæc autem Comes prædictus de ſuis ſuperaddidit prædictis Ottenbrunnam, & quæ poſſidebat ad Wile cum villulis binis. Greggenbach & Blanda, & ad Biberbach ad Botenanch, ad Tambach, ad Waleheim duas hobas & ſex jugera vinearia & Gumprechtes-Wilare dimidium & Eccleſiam ad Toſſingen & ad Malka. Hæc ſcilicet prædia cum mancipiis ad prædicta loca pertinentibus reddidit & contradidit ad prædictum Cœnobium cum Eccleſiis, fabricis, vinetis, agris, pratis, ſilvis, paſcuis, aquis, aquarumque decurſibus, piſcationibus, molendinis, exitibus & redditibus cultum & incultum cum marchis & terminis legitimis ſtatuta quoque & jura cenſoria cum omnigenâ integritate legitimorum ſuorum & utilitate, & ſervitiis, quæ ullo

modo inde provenire vel excogitari poterunt. Ut autem prædictæ traditionis & libertatis ſtatus & omnia prædicta ſtatuta eâ ratione, quâ Deo & ſanctu ejus deſtinata ſunt, ab hâc die omni ævo in Chriſto rata & inconvulſa permaneant, hanc chartam teſtamentariam prædicti Comitis rogatu conſcribi fecimus manuque propriâ corroborantes ſigilli noſtri impreſſione juſſimus inſigniri.

Signum Domini Henrici Quarti Regis Invictiſſimi.

Adelbero Cancellarius vice Sigefridi Archi-Cancellarii recognovi.

Data eſt VII. Idus Octobris Anno Dominicæ Incarnationis milleſimo ſeptuageſimo quinto Indictione decimâ quartâ. Anno autem Ordinat. Domini quarti Henrici Regis viceſimo primo, Regni verò decimo nono. Actum Wormaciæ in Dei nomine feliciter Amen. Traditio autem Comitis Adelberti facta eſt apud Hirſaugiam in ipſis foribus Eccleſiæ. Anno item Incarnationis Dominicæ milleſimo ſeptuageſimo quinto, Indictione decimâ tertiâ, feriâ ſecundâ, Lunâ triceſimâ, decimo octavo Calendas Octobris, ipsâ ſcilicet feſtivitate ſancti Aurelii his teſtibus cum omni populo aſtantibus & audientibus. Comes Luitoldus de Achalm. Domnus Adalbertus de Antringen. Domnus Liutfridus de Cresbach. Domnus Adalbertus de Buchslat. Domnus Eberhardus de Mezingam, Domnus Ezzo de Sulichen. Dominus Vodduſcalch de Chueningen, Buobo de Gruenbach. Rudolfus de Haldewanch. Eberhardus de Mulin. Diemo de Malbodesheim. Luitbrandus de Huſan. Ruodolfus de Pfullingen. Managolt de Jatichingen. Altrich de Jungingen. Arnoldus de Huſan. Adalgoz de Mindilowa.

Eodem anno Gregorius VII. Pont. Max confirmat reparationes & libertates Hirſaugienſi Monaſterio conceſſas, ac ſimul idem ipſum hoc Monaſterium in ſpecialem ſanctæ ſedis Apoſtolicæ tutelam & protectionem adoptat, prout ſequitur: *Gregorius Epiſcopus Servus Servorum Dei dilecto in Chriſto filio Wilhelmo Abbati Monaſterii S. Aurelii quod dicitur Hirſaugia in Epiſcopatu Spirenſi ſitum ejusque ſucceſſoribus in perpetuum. Cùm omnium Catholicæ Eccleſiæ filiorum ſaluti & ſecuritati ſancta ſedes Apoſtolica ex generali paſtoralis regiminis providentiâ conſulere & providere debeat, tùm verò alacriùs & impenſiùs piæ intentionis & religioſæ devotionis vota ſuſcipere ac ſalutifero effectui mancipare neceſſe eſt, ut gratanter bonorum ſtudiorum petitionibus occurrat, & quæ ad laudem & gloriam divini nominis ſunt inſtituta auctoritatis ſuæ ſoliditate firmiter tenenda ſtabiliat. Unde & nos dilecti filii noſtri Adelberti de Calwa laudabili deſiderio congaudentes precibus ejus ſanctæ Sedi Apoſtolicæ humiliter directis acquieſcere decrevimus, & religiosè poſtulata efficaciter conceſſimus. Qui æternæ retributionis amore ſuccenſus, in prædio ſuo, quod dicitur Hirſaugia, Monaſterium à progenitoribus antiquitùs conſtructum, nuper amiſſa reſtituens venuſtè reparavit, & in uſus fratrum Deo inibi ſervientium pluribus poſſeſſionibus & redditibus adjectis & contraditis largiùs ampliavit. Quam ſuæ liberalitatis inſtitutionem ne in poſterum ulla perverſorum hominum audacia imminuere aut violare præſumat Apoſtolicæ auctoritatis privilegio muniri & Sanctæ Romanæ Eccleſiæ tuitione roborari, data annuâ Bizanzii penſione poſtulavit, illud profectò conſiderans. Quod dùm à Sanctæ Matris Eccleſiæ fidelibus Beatis Apoſtolis Petro & Paulo honor & metus & obedientia exhibetur, quòd eorum decreto & nomine ſolidatum & roboratum fuerit, nullius everſoris deinceps illicitâ præſumptione quatiatur. Quamobrem idem præfatum Monaſterium cum omnibus ſibi hoc tempore juſtè pertinentibus & legaliter collatis & deinceps quarumcunque perſonarum autenticâ traditione conferendis ſub Sanctæ Apoſtolicæ ſedis tutelâ & protectione generaliter amplectimur, & ſub alis Beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli tibi fili Witt tuisque ſucceſſoribus elimata ac prohibita omnium infeſtantium inquietudine liberè & abſolu-*

abſolutè poſſidenda & regulariter atque utiliter ordinanda præſentis ſcripturæ teſtimonio confirmamus. Conſtitutionis quoque & immunitatis & libertatis modos, quos præfatus Comes illuſtris Adelbertus ſcripto ſuæ traditionis inſeruit & regio ſigillo imprimi curavit ad poſteritatis cautelam & arcendos infeſtantium impetus diligenter obſervandos ſtatuimus hos duntaxat, qui canonicis ſanctionibus non obſiſtunt, ut nec permiſſis quidlibet negligatur, nec de vetitis quidlibet irrogetur. Hæc igitur quæ hujus præcepti decretique noſtri pagina continet tam tibi, quàm cunctis, qui in eo, quo es ordine locoque ſucceſſerint, in perpetuum ſervanda decernimus. Si quis verò Regum, Sacerdotum, Clericorum, Judicum & ſecularium perſonarum hanc conſtitutionis noſtræ paginam agnoſcens contra eam venire attentaverit, poteſtatis honoriſque ſui careat dignitate, reumque ſe divino judicio de perpetratâ iniquitate cognoſcat, & niſi ea, quæ ab illo malè ablata ſunt, reſtituat vel dignâ pœnitentiâ illicitè acta defleverit à ſacratiſſimo Corpore & ſanguine Domini noſtri Redemptoris Jeſu Chriſti alienus fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat. Cunctis autem eidem loco juſta ſervantibus ſit Pax Domini noſtri Jeſu Chriſti, quatenùs & hîc fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen.

Anno 1095. Urbanus Papa II. privilegium exemptionis, libertatis ac religioſæ quietis Monaſterio Hirſaugienſi conceſſum ſimul ac præcedentia quoque duo Gregorii VII. & Henrici IV. diplomata confirmat ac reiterat vigore ſequentis Bullæ: *Urbanus Epiſcopus Servus Servorum Dei dilecto filio Gebeardo Monaſterii Hirſaugienſis Abbati ejusque ſucceſſoribus regulariter ſubſtituendis in perpetuum. Cùm univerſis ſanctæ Eccleſiæ filiis pro Apoſtolicæ ſedis auctoritate & benevolentiâ debitores exiſtamus, illis tamen locis atque perſonis quæ ſpecialiùs ac familiariùs Romanæ adhærent Eccleſiæ, quæque ampliori religionis gratiâ eminent, propenſioni nos convenit charitatis ſtudio imminere. Unde nos beatæ memoriæ prædeceſſoris noſtri Gregorii formam ſequentes eadem tibi tuisque legitimis ſucceſſoribus concedimus, quæ ipſe prædeceſſori tuo Guilielmo & eidem Monaſterio precibus Adalberti Comitis conceſſit & confirmavit. Qui æternæ retributionis amore ſuccenſus in prædio ſuo, quod dicitur Hirſaugia, Monaſterium à progenitoribus ſuis antiquitùs conſtructum nuper amiſſa reſtituens venuſtè reparavit, & in uſus fratrum inibi Deo ſervientium pluribus poſſeſſionibus & redditibus ampliavit. Quam ſuæ liberalitatis inſtitutionem ne in poſterum ulla perverſorum hominum audacia minuere aut violare præſumat, Apoſtolicæ auctoritatis privilegio muniri & Sanctæ Romanæ Eccleſiæ tuitione roborari poſtulavit. Quam ob rem præfatum Monaſterium ſub Apoſtolicæ ſedis tutelâ ac protectione ſpecialiter complectentes per præſentis privilegii paginam ſtatuimus, ut quæcunque hodie idem Cœnobium juſtè poſſidet, ſive in futurum conceſſione Pontificum, liberalitate Principum vel collatione fidelium juſtè atque canonicè poterit adipiſci firma tibi tuisque ſucceſſoribus & illibata permaneant, in quibus hæc nominatim deſignanda duximus: Cellula S. Gregorii (Georgii) quæ dicitur Richenbach, & S. Martini, quæ dicitur Viſchbachoa, & prædium, quod dicitur Chileſten, quod datum eſt pro Cella S. Petri, quæ dicitur Guilheim conſtituentes ne vel tu fili chariſſime Geboarde vel quilibet tuorum ſucceſſorum præfatas Cellulas deſtruere, vel ea, quæ illis jam conceſſa ſunt, ſeu conceduntur, temerè & violenter præſumatis imminuere. Præterea decernimus, ut nulli omninò hominum liceat idem Cœnobium temerè perturbare, vel ejus poſſeſſiones auferre, minuere vel temerariis vexationibus fatigare, ſed omnia integrè conſerventur, eorum pro quorum ſuſtentatione ac gubernatione conceſſa ſunt, uſibus omnimodis profutura. Conſtitutiones quoque & immunitatis & liberalitatis modos, quos præfatus illuſtris Comes Adelbertus ſcripto ſuæ traditionis inſeruit, & regio ſigillo imprimi curavit, ad poſteritatis cautelam & arcendos infeſtantium impe-*

impetus diligenter ſtatuimus, uti nec de permiſſis quicquam negligatur, nec de vetitis quidlibet præſumatur. Obeunte verò te nunc ejus loci Abbate vel tuorum quolibet ſucceſſorum, nullus ibi quâlibet ſubreptionis aſtutiâ vel violentiâ præponatur, niſi quem fratres communi conſenſu vel fratrum pars conſilii ſanioris ſecundùm Deum & B. Benedicti Regulam elegerint. Conſecrationes altarium ſive Baſilicarum, Ordinationes Clericorum, oleum ſanctum & cætera ad epiſcopale officium pertinentia ab Epiſcopo Spirenſi, in cujus eſtis diœceſi, accipietis, ſi tamen Catholicus fuerit, & communionem Apoſtolicæ Sedis habuerit, & ſi ea gratis & ſine pravitate impendere voluerit. Aliàs verò liceat vobis Catholicum, quem volueritis adire antiſtitem, & ab eo conſecrationum ſacramenta ſuſcipere, qui Apoſtolicâ fultus auctoritate, quæ poſtulantur, indulgeat. Advocatum prætereà ſive protectorem Goteſredum præfati Comitis Adelberti filium inſtituimus, ſi ejusmodi præſtantiæ fuerit aut Eccleſiæ & ſervis Dei honorem debitum exhibeat, & prædicti Monaſterii utilis & ſtudioſus deſenſor exiſtat. Sin autem in veſtrâ ſit poteſtate eligere Eccleſiæ veſtræ idoneum protectorem, qui ſine lucri ſecularis exactione, id divinæ ſervitutis obſequium ſtrenuè ac reverenter exhibeat. Vos igitur filii in Chriſto chariſſimi oportet regularis diſciplinæ inſtitutionibus ſollicitiùs inſudare, ut quantò eſtis à ſecularibus tumultibus liberi, tantò ſtudioſiùs placere Deo, totius mentis & animæ virtutibus anheletis præcipuè ſtudentes Romanæ Eccleſiæ decreta veneranda ſervare, cujus patrocinio ab omni jugo viventium eſtis annuente Domino præmuniti. Ad indicium autem perceptæ hujus à Romanâ Eccleſiâ libertatis per annos ſingulos Bizantium aureum Lateranenſi Palatio perſolvetis. Sanè ſi quis in craſtinum Archiepiſcopus, Epiſcopus, Imperator aut Rex, Princeps aut Dux, Comes aut vice-Comes, Judex aut perſona qualibet magna vel parva hujus noſtri privilegii paginam ſciens violaverit, aut contra eam venire tentaverit, & eorum, quæ conceſſa vel ſtatuta ſunt, quicquam irritum fecerit, ſecundò tertiovè commonitus, ſi non ſatisſactione congruâ emendaverit, æterno ſe innodatum anathemate & à corpore Chriſti & Eccleſiæ authoritate poteſtatis Apoſtolicæ ſegregatum cognoſcat. Conſervantibus autem hæc pax à Deo & miſericordia præſentibus & futuris ſeculis conſervetur. Amen. Amen. Amen. Datum Placentiæ per manum Joannis Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Diaconi Cardinalis octavo Idus Martii Indictione tertiâ anno Dominicæ Incarnationis milleſimò nonageſimo quinto Pontificatûs autem Domini Urbani Secundi Papæ ſeptimo.

Anno 1215. Fridericus II. Romanorum Imperator obſervanda quædam circa advocatiam Hirſaugienſis Monaſterii conſtituit, eamque ab Imperio nunquàm alienandam vel infeudandam decernit, quod ſic habetur: *Fridericus divinâ ſavente Clementiâ Romanorum Rex Secundus & ſemper Auguſtus, & Rex Siciliæ &c. &c. Cùm Eccleſiis Dei & quibuslibet locis religioſis jura ſua conſervamus illæſa & inviolata, pacem eis præparamus & quietem, pacis eis providemus. Cùm enim Eccleſiæ Dei quilibet quoque religioſi pacis gaudent beneficiis, & ab incurſu & ſtrepitu horum temporalium liberi ſunt & ſecuri Deo liberius holocauſta offerunt jugis orationis piæque devotionis Deum etiam attentiùs pro nobis & bono ſtatu Imperii interpellant. Credimus enim Orationibus quorumque religioſorum Deum magis quàm noſtris meritis commendari & ſtatum Imperii roborari in neceſſitate pacis tranquillitate. Hâc ſanè conſideratione ad notitiam omnium fidelium noſtrorum tam præſentis ætatis quàm futuræ, volumus pervenire, quod eſt quædam honeſtiſſima Eccleſia in diœceſi Spirenſi conſtituta videlicet Hirſaugia, quæ cùm multa haberet prædia in tam remotis partibus conſtituta, quòd advocatus ipſius*

ipſius Eccleſiæ Hirſaugienſis, qui teutonico idiomate Kaſten-Vogt *dicitur, illa prædia ab incurſu malorum hominum tueri non poſſet & defendere, ut teneretur Abbas & Monachi ipſius Monaſterii Hirſaugienſis communi conſenſu eadem prædia anteceſſorum noſtrorum Romanorum Imperatorum ſive Regum tuitioni commiſerunt & defenſioni, ut quicunque pro tempore Romanorum Rex eſſet vel Imperator, eorundem prædiorum eſſet Advocatus, & quod Imperator vel Rex, qui tunc eſſet, pro tempore illam advocatiam manu ſuâ nullo modo poſſet alienare, vel alicui eam concedere vel infeudare. Nomina autem prædiorum hæc ſunt: Esſingen, Rothe, Rotingen, Scerwilre, Wingarte & prædium quoddam in Heilebrunnen, quod inclytus Dux Welph ipſi Eccleſiæ Hirſaugienſi contulit. Nos autem utilitati præfatæ Hirſaugienſi conſulere volentes, & juxta diſcretionem noſtram providere, ne unquàm aliquid adverſitatis jam dictæ Eccleſiæ contingat, unde juſtam cauſam habeat conquerendi, & quod quies ejus aliquo modo posſit perturbari, jam dicta bona Hirſaugienſis Eccleſiæ in noſtrâ ſemper volumus eſſe protectione, & illam advocatiam ipſorum bonorum à manu noſtrâ nunquàm alienabimus, nec ipſam advocatiam alicui in feudum concedamus, & ſi jam fortè per circumventionem factum eſt, in irritum revocamus. Scire etiam univerſos volumus, quòd nos ad imitationem ipſorum Anteceſſorum noſtrorum & ſpecialiter F. avi noſtri & H. patris noſtri Romanorum Imperatorum Auguſtorum illam nobis reſervavimus libertatem, quod nos, ſi fortè illi, in quorum procuratione ex commisſione regiâ eadem jam eſt advocatia, bona Eccleſiæ disſipaverint, & ipſum Abbatem aut homines ſuos in prædictis bonis & eorum teninentis indebitè moleſtaverint, ipſam ab eis tollemus commisſionem & alicui de ſcultetis noſtris ad commodum præfatæ Eccleſiæ Hirſaugienſis committemus tenendam, aut alicui fidelium noſtrorum ad inſtantiam petitionum ipſius Abbatis Hirſaugienſis, quem noverimus ipſi Eccleſiæ expedire. Ut autem iſtud à nobis & ipſis noſtris ſucceſſoribus firmum obſervetur, hoc præſens publicum Inſtrumentum & authenticum conſcribi jusſimus & ſigillo noſtro communiri. Statuimus ergò & ſub pœnâ gratiæ noſtræ firmiter præcipimus, ut nemo ſit, qui contra hæc, quæ præſcripta ſunt, aliquo modo venire præſumat, quod qui facere præſumpſerit, iram & indignationem noſtram ſe ſciat graviter incurriſſe. Hujus rei teſtes ſunt Conradus Metenſis & Spirenſis Eccleſiæ Epiſcopus & Imperialis Aulæ Cancellarius. Henricus Argentinenſis Epiſcopus, Abbas de Selſa Policaſtrenſis Epiſcopus. Conradus Præpoſitus de Tauno. Comes Albertus de Eberſtein. Comes Sibertus de Werda & Henricus filius ejus. Comes Henricus de Saraponte. Comes Fridericus de Liningen. Eberhardus de Eberſtein. Merbotto de Malberg. Conradus de Horburg. Fridericus de Scobinburg. Rudolphus de Razinhuſen. Sefridus Marſchallus de Langenowia, & alii quàmplures. Acta ſunt hæc apud Hagenowiam anno Dominicæ Incarnationis milleſimo ducenteſimo decimo quinto, octavo Idus Julii, Indictione tertiâ.*

Anno 1468. Udalricus Comes Wirtenbergicus Venerabili Domino Bernardo Abbati & Conventui Hirſaugienſi vendit pagum Schafthauſen pleno jure proprietatis depoſthâc poſſidendum, prout ampliùs conſtat ex publicis litteris in id expeditis, quarum tenor talis eſt: Wür Ulrich Graff zu Würtenberg ꝛc. Bekennen und thun kund offenbar mit dieſem Brieff/ daß Wür mit wolbedachtem Sinn und Mute/ durch rathen Unſerer Räthe um beſſers unſers Nutzens willen/ eines rechten/ redlichen/ ſteten und ewigen Kauffs/ verkaufft und zu kauffen geben haben/ für Uns und Unſere Erben/ in Krafft diß Brieffs/ wie dann das in und uſſerhalb Rechten / allerbeſt Krafft und Macht hat / haben ſoll und mag den ehrwürdigen/ ehrſamen/ und andächtigen lieben beſonderen Herren Bernarden/ Abbte und dem Convent gemeinlich des Gottshaus Hirſchau / S. Benedicten = Ordens/ Speyrer Biſtumbs/ und allen ihren Nachkommen/ Unſer Dorff Schaffhauſſen / ob der Stadt Weil an der Wurm gelegen/ mit Leuten/ Güteren/ Zünßen/ Gülten und Fällen/ mit Häuſeren/ Scheuren/ Mühlen/ Aeckeren / Wieſen/ Waſſer/ Wun/ Waiden/ Waldgängen/ Holtz und Felde/ Höffen/ Huben/ mit Schäffereyen / und gemeinlich mit allen anderen Zu= und Eingehörungen / auch mit Gerichten/ Vogteyen/ Zwingen/ Bennen/ und mit aller und jeder Ehäfftin/ Gewonheiten/ Herrlichkeit und Gerechtigkeiten/ als und wie Wür daſſelb Dorff umb Dietherren von Gemmingen dem Aeltern erkaufft / und ſeither ingehabt und genoſſen haben/ innhalt deſſelben Kauff=Brieff/ den Wür dem benannten Abbt und Convent hiemit hinaus geben haben/ alles für ledig/ richtig/ und gantz unverkimbert frey/ eigen / darauff Wür auch die arme Leut daſſelbs zu Schaffhauſſen und uſſerhalb/ wo die geſeſſen ſeint / in und zu demſelben Dorff gehörig/ ihr Glübd und Ayd/ ſo ſie Uns gethan/ und verpflicht geweſen ſeint/ gantz erlaſſen/ und ledig gezehlt hand/ mit Empfehlnus dem obgenannten Abbte und Convent zu Hirſchau/ füro zu hulden/ globen und ſchwören/ ihnen treu/ hold/ gewertig zu ſeyn / als eigne Leut und Hinderſeſſen / ihrem rechten / natürlichen Leibs=Herren und Vogt=Herren pflichtig und ſchuldig zu thun ſein / und iſt dieſer Kauff geſchehen um tauſend Gulden Reiniſcher/ deren Uns der obgenannte Abbt von ſein und ſeines Convents wegen erbarlich bezahlt / und auch umb deſſelben Abbts und ſeines Convents Nutzungen und Gerechtigkeiten/ ſo ſie bißher uff der Mühlen zu Tuntzlingen/ genannt die Erms=Mulin an der Erms gelegen haben/ die haben nach Laut eines beſigleten Brieffs / Uns von ihnen deßhalben gegeben mit Mund und Handen/ und Uns und Unſer Erben daraus / und ſie und all ihr Nachkommen darein geſetzt/ wie dann das in Rechten/ und nach Gewonheit des Lands allerbeſt Krafft und Macht hat / haben ſoll und mag/ alſo daß derſelb Abbt/ Herr Bernard ſein Convent und all ihr Nachkommen/ das alles nun fürohin zu allen Zeiten/ und ewiglichen in ruhiger ſtiller Gewehr/ uffhaben/ inhaben/ nutzen/ nieſſen/ beſetzen und entſetzen/ ſonderlich / damit thun und laſſen ſollen und mögen nach ihrem Willen und Gefallen / als mit ihren eigentlichen inhabenden/ frey=eignen Gütern/ ohn Unſer und Unſer Erben/ gegen dem obgenannten Abbte und Convent/ und ihren Nachkommen/ aller und jeglicher Widerforderung/ Gewaltſam/ Anſprach und Recht/ ſo Wür und Unſer Erben zu und an das vorgenannt Dorff Schaffhaußen / mit Zünßen/ Leuten und Güteren/ mit allen Rechten / Herrlichkeiten / Gewonheiten/ und Zugehörungen/ als vorſtehet/ bißher gehabt haben/ oder hinfüro in künfftigen Zeiten darzu und daran immermehr überkommen und erlangen möchten / womit und ihnen/ welchen Weg das were/ gäntzlich/ lauterlich und erbarlich in Krafft diß Brieffs / und damit verbinden Wür obgenannter Verkauffer Uns und Unſer Erben / gegen den dick=genannten Abbt und Convent zu Hirſchau und ihren Nachkommen das genannt erkaufft Dorff Schaffhaußen/ mit Leuten/ Zünßen/ Güteren/ und mit allen Rechten / Herrlichkeiten/ Gewonheiten und Zugehörungen/ ſo dann hievor eigentlich beſchrieben ſeynd/ für frey/ eigen/ ledig/ und gantz unverkimbret/ wie obſtehet zu fertigen/ zu vertretten/

zu verſprechen/ richtig / frey und unanſprüchig zu machen / nach Stadt und Lands-Recht/ und nach den Rechten/ als dick ſie das nothdürfftig werden/ alſo daß ſie daran wohlhabende ſeyen/ alles in Unſerem eignen Koſten/ und ohn allen ihren Schaden/ keineswegs uſſgenommen. Wür ſollen und wollen auch ihnen zu ihren Handen geben und antworten alle Brieff/ Rodel und Regiſter / die Wür deßhalben haben / und ob Wür oder Unſer Erben über kurtz oder über lang / mehr Brieff/ Rodel oder Regiſter fünden / das obgenannt Dorff/ Leut oder Güter berührend/ ſollen Wür ihnen auch geben und antworten / und herauff ſo gereden und verſprechen Wür obgenannt Graff Ulrich zu Würtenberg / in rechter Warheit / für Uns und für all unſer Erben/ diſen Brieff/ und all obgeſchriebne Sachen/ wahr und ſtet zu halten/ nach des Brieffs Sag/ und darwider weder in Gericht / noch auſſerhalb Gerichts / noch ſonſt in kein ander Weiß nimmermehr zu finden / zu thun/ noch ſchaffen/ gethan werden in kein Weiß noch Form / alle Argliſt und Gefehrde hierinn gäntzlich zu vermeiden/ und des zu wahren Urkund haben Wür Unſer eigen Inſigel öffenlich thun hencken an dieſem Brieff / der geben iſt zu Stuttgart am Sambſtag nach S. Bartholomeus des Heiligen Zwölff Poten Tag nach Chriſti Geburt/ als man zahlt vierzehenhundert/ ſechzig und ein Tag.

An. 1484. Formula Abbati juramenti Hirſaugienſi noviter electo à proprii Monaſterii ſubditis id temporis uſurpari ſolita ſub hujusmodi tenore legitur fuiſſe conſcripta: Ihr werdet Euer Treu geben/ und einen Ayd zu GOtt und den Heiligen leiblich ſchwören/ dem Ehrwürdigen Geiſtlichen Herren N. Abbten zu Hirſchau/ meinen gnädigen Herrn/ deſſen Gnad gegenwertig iſt / für eueren natürlichen Herrn zu halten und zu haben/ ſeinen Gnaden und dem Gottshaus Hirſchau hold zu ſeyn/ Frommen zu ſchaffen/ und Schaden zu warnen/ und ſeiner Gnaden / item ſeiner Gnaden Anwalde und Amptleuthen gebotten und verbotten / gehorſam und gewertig zu ſeyn/ und alles das zu thun/ das fromme Unterthanen ihrem natürlichen Herren billich thun ſollen/ und Euer leibeigen Güter meinen gnedigen Herren und dem Gottshaus Hirſchau nit zu verpfänden/ ohne Wiſſen und guten Willen ſeiner Gnaden. Uff das iſt dieſer obgeſchriebne Ayd beſtattet mit dieſen nachgeſchriebnen Worten: Als ich nun Treu geben han/ und mir izo geleſen iſt / und darauff mit Worten beſcheiden bin/ das will ich wahr und ſtett halten / und dem nachkommen/ alles getreulichen und ohne Geverde/ alſo bitt ich GOtt mir zu helffen/ und alle GOttes Heyligen.

Anno 1486. Innocentius VIII. Pont. Max. Blaſio Abbati Hirſaugienſi & ſucceſſoribus ejus permittit altare portatile habere, ac cùm qualitas negotiorum ingruentium id exegerit, etiam antequàm illuceſcat dies, item in locis Eccleſiaſtico Interdicto ſubjectis, clauſis januis celebrare, quod ſic habetur: *Innocentius Epiſcopus Servus Servorum Dei dilecto filio Blaſio Abbati Monaſterii in Hirſau Ordinis S. Benedicti Spirenſis Diœceſis ſalutem & Apoſtolicam Benedictionem. Sinceræ devotionis affectum, quem ad nos & Romanam geris Eccleſiam non indignè meretur, ut petitionibus tuis, illis præſertim, quas ex devotionis fervore prodire conſpicimus, quantum cum Doo poſſumus favorabiliter annuamus. Hinc eſt, quòd nos tuis devotis ſupplicationibus inclinati ut liceat tibi & ſucceſſoribus tuis Monaſterii in Hirſau Ordinis S. Benedicti Spirenſis diœceſis Abbatibus pro tempore exiſtentibus habere altare portatile cum debitâ reverentiâ & honore, ſuper quo in locis ad hoc congruentibus & honeſtis etiam cum qualitas negotiorum pro tempore ingruentium id exegerit, antequàm illuceſcat dies circa tamen diurnam lucem, & ſi fortè te & ſucceſſores ipſos ad loca Eccleſiaſtico Interdicto Ordinaria auctoritate ſuppoſita contigerit declinare, in illis clauſis januis excommunicatis & interdictis excluſis non pulſatis campanis, ſubmiſſâ voce per vos vel alium ſacerdotem idoneum, ſecularem, aut cujusvis Ordinis regularem, miſſam & alia divina officia ſine juris alieni præjudicio, in tuâ & illorum familiarium veſtrorum domeſticorum præſentiâ celebrare, ſeu celebrari facere poſſitis. Ita quod id tibi aut eisdem ſucceſſoribus ſacerdotive taliter ante diem celebranti ad culpam nequeat imputari, ac dummodò tu aut aliquis ſucceſſorum vel familiarium prædictorum cauſam non dederitis Interdicto,*

nec id tibi vel illis ſpecialiter interdictis devotioni tuæ & ſucceſſoribus prædictis auctoritate Apoſtolicâ tenore præſentium de ſpeciali gratiâ indulgemus. Proviſo quod hujusmodi conceſſione celebrandi ante diem tu & ſucceſſores ipſi parcè utamini, quia cùm in altaris officio immoletur Dominus noſter Dei filius Jeſus Chriſtus, qui candor eſt lucis æternæ, congruit hoc non noctis tenebris fieri ſed in luce. Nulli ergò omninò hominum liceat hanc paginam noſtræ conceſſionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei ac Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Romæ apud S. Petrum anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quadringenteſimo octuageſimo ſexto, Nono Calendas Novembris, Pontificatus noſtri anno tertio.

An. 1487. Fridericus Rom. Imperator antedictus ab Abbate competente Hirſaugienſi tanquàm immediato proprio & exempto ſtatu Imperiali ducentos florenos pro quotâ in publicos ac neceſſarios ſumptus belli contra Uladislaum Hungariæ Regem ſuſcepti ſolvendos exquirit, prout ſequitur: Wür Friederich von GOttes Gnaden/ Röm. Kayſer zu allen Zeiten Mehrer des Reichs/ zu Hungarn/ Dalmatien/ Croatien ꝛc. König ꝛc. entbieten dem Ehrſamen/ Unſeren lieben Andächtigen N. Abbte des Gottshaus zu Hirſchau/ Unſere Gnad und alles Guts. Ehrſamer lieber Andächtiger dir iſt der mutwillig ungebührliche Krieg/ ſo der König in Ungarn wider viel Gutthaten ihm in manigfaltig Weiß durch Uns erzeigt/ und über ziemlich Recht/ Gebet/ wider ſein Pflicht gegen Uns gebrauchet/ und wie ſchwerlich er die Neuſtatt in Unſerem Land Oeſterreich gelegen/ ein Zeitlang her gearbeit hat/ unverborgen/ deßhalben nit noth thut/ dir das ferner zu entdecken/ ſolches und was dem Heil. Reich und teutſcher Nation an demſelben des Königs Krieg gelegen/ und worauff der geſetzt iſt/ Unſer und des H. Reichs Churfürſten/ Fürſten und Städte Pottſchafft/ ſo auf Unſer Erforderen in einer mercklichen Anzahl hie zu Nürnberg bey Uns geweſen ſeyn/ zu Hertzen genommen/ und ein ſtattlich Hülff aus dem Heiligen Reich zu ſchicken beſchloſſen und zugeſagt/ und dabey bedacht/ wie ſie die obgemeldte Neuſtatt / die derſelb König durch ſein Macht und ſtrenge Arbeit darzu gedrungen daß ſie ſich gegen ihm verwilliget haben/ ſonder Wür die in einer kurtzen Zeit mit erretten/ ſich alsdann in ſein Gewalt zu geben Uns abgedrungen werden ſollt/ zu was ſchwerem Schlag das dem Heiligen Reich und teutſcher Nation fallen wurd/ und deßhalben einen Anſchlag eines Gelds/ damit durch den hochgebohrnen Albrechten Hertzogen zu Sachſen/ Landgraffen in Thüringen/ und Marggraffen zu Meiſſen/ Unſer lieben Oheim und Fürſten/ als Unſeren und des Reichs geordneten und geſetzten Haubtmann Söldner eylend aufzunehmen/ und dieſelbe Stadt zu entſchütten/ und andere Notturfft des Kriegs damit auszurichten/ gemacht/ indem auf dich zweyhundert Gulden Reiniſch geſchlagen/ und ſolch Geld von dir und anderen einzunehmen/ und ferner dem obberührten Haubtmann zu Notturfft des Kriegs und keiner anderen Sach zu reichen/ den hochgebornen Friederichen Marggraffen zu Brandenburg ꝛc. Unſeren lieben Oheim und Fürſten befohlen iſt/ und nachdem ihm die Rettung derſelben Neuenſtadt befohlen iſt/ als du ſelbſt zu ermeſſen weiſt/ gantz kein Verzug erleiden mag. Gebieten Wür bey Privierung und Entſetzung aller deiner und deines Gottshaus Privilegien/ Freyheiten/ und was du von Uns und dem Heil. Reich haſt/ und darzu einer Pön/ nemlich hundert Marck lötiges Goldes/ Uns zu Unſer Kayſerlichen Cammer unableßlich zu bezahlen/ von Römiſcher Kayſerl. Macht ernſtlich/ und wöllen/ daß du ſolch Anzahl Gelds dem genannten Unſeren Oheim/ Marggraff Friedrichen/ oder wem er das an ſeiner Statt befiehlt/ auff Montag nach S. Laurentzen-Tag/ ſchiers künfftig hieher gen Nürnberg ſchickeſt/ und daſſelb dein Quittantz von ihme nehmeſt/ und damit nit verzieheſt/ noch auch niemand walgereſt/ damit Wür das Heil. Reich und teutſche Nation vor unwiederbringlichen Schaden/ ſo daraus entſtehen möcht/ verhütet/ und nicht geurſacht werdent / mit Hülff des Reichs wider dich als Zerrütteren ſolches löblichen Fürnehmens und ungehorſamen zu handlen. Das thun Wür Uns gentzlichen zu dir verlaſſen/ und thun daran Unſer ernſtliche Meynung und ſonder Gefallen zuſambt der Billichkeit mit Gnaden/ gegen dir und deinem Gottshaus zu erkennen. Geben zu Nürnberg am 16. Tag des Monats Julii/ nach Chriſti Geburt vierzehenhundert / und im ſieben und achtzigiſten Unſer Keyſerthumbs im ſechs und dreyſſigiſten Jahre.

Anno

Anno 1491. Innocentius VIII. Pont. Max. concedit Monaſterio Hirſaugienſi, ut in Parochiis illis, in quibus Decimæ communes ei ſunt conceſſæ, Novalium quoque Decimas percipere valeat, prout clariùs oſtendit & explicat ſequens Bulla: *Innocentius Epiſcopus Servus Servorum Dei Dilectis filiis Abbati & Conventui Monaſterii Sanctorum Petri & Pauli in Hirſau Ordinis S. Benedicti Spirenſis diœceſis Salutem & Apoſtolicam Benedictionem. Cùm à nobis petitur quod juſtum eſt & honeſtum tam vigor æquitatis quàm Ordo exigit rationis, ut id per ſollicitudinem officii noſtri ad debitum perducatur effectum. Eapropter dilecti in Domino filiis veſtris juſtis poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu præſentium vobis auctoritate concedimus, ut in Parochiis illis, in quibus veteres vobis decimæ ſunt conceſſæ, Novalium quoq; Decimas, de quibus aliquis hactenùs non percepit, pro eâ portione, pro quâ veteres vos contingunt, juxta declarationem à felicis recordationis Alexandro Papa IV. prædeceſſore noſtro ſuper hoc editam ſine juris præjudicio alieni percipere valeatis. Nulli ergò omninò hominum liceat hanc paginam noſtræ conceſſionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei ac Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Romæ apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quadringenteſimo nonageſimo primo ſextodecimo Calendas Martii Pontificatûs noſtri anno octavo.*

Anno 1495. Maximilianus I. Romanorum Rex Archidux Auſtriæ libertates, immunitates, gratias ac privilegia multifariam hactenùs à Regibus, & Imperatoribus, nec non aliis magnatibus quomodolibet indultas, denuò reiterat, innovat, ſtabilit & confirmat tenore ſequentis Bullæ: Wür Maximilian von GOttes Gnaden/ zu allen Zeiten Mehrer des Reichs/ zu Hungaren/ Dalmatien/ Croatien ꝛc. König/ Ertz-Herzog zu Oeſterreich/ Herzog zu Burgund/ zu Loterick/ und Braband/ zu Steyr/ zu Carndten/ zu Crain/ zu Limburg/ zu Lutzenburg/ und zu Gelderen/ Graff zu Flanderen/ zu Habſpurg/ zu Tyrol/ zu Pfürt/ zu Kyburg/ zu Artois/ und zu Burgund/ Valenß/ Graff zu Hennengow/ zu Holland/ zu Seeland/ zu Namur/ zu Zütphen/ Marggraff des Heil. Römiſchen Reichs/ und zu Burgau/ Landgraff in Elſaß/ Herr zu Frießland/ auf der Windiſchen Marck zu Portenau/ zu Salin und zu Mechlen ꝛc. Bekennen offenlich mit dieſem Brieff/ und thun kund allermenniglich. Wiewol Wür von Römiſcher Königlicher und angeborner Güte/ allen und jeden Unſeren und des Reichs Unterthanen und Getreuen Unſer Königliche Gnad mitzuthellen/ und zu beweiſen geneigt ſeyn/ jedoch werdet Unſer Königlich Gemüth mehr bewegt/ die Perſonen/ ſo der Welt Uppigkeit zuruck ſchlagen/ und GOTT dem Allmächtigen in einem geiſtlichen und lauteren Leben dienen/ bey Fried/ Ruh und Gemach zu behalten/ und ſie mit Unſern Königlichen Gnaden zu fürſehen. Wann Uns nun die Ehrſamen/ Unſer lieben andächtigen Abbt und Convent des Gottshaus zu Hirſchau/ Sanct. Benedicten Ordens Speyrer Biſtumbs demütiglich haben anruffen und bitten laſſen/ daß Wür ihnen all und jeglich ihr und des gemelten Gottshaus Gnad/ Freyheit/ Privilegien/ Handveſten/ Recht/ Gerechtigkeit/ alt Herkommen/ und gute Gewonheit/ die ihnen und demſelben Gottshaus/ von Unſeren Vorfahrern am Reich/ Römiſchen Kayſeren und Königen/ auch anderen Fürſten und Herren/ und ſonderlich von den Graffen zu Oetingen verliehen und gegeben wären/ und ſie bißher löblich gebraucht und herbracht hätten/ als Römiſcher König zu verneuren/ confirmiren/ und zu beſtetten/ gnädiglich geruheten/ des haben Wür angeſehen/ ſolch ihr demütig ziemlicher Bette/ auch dem löblichen Gottsdienſt/ ſo in dem genannten Gottshaus täglich/ und ohne Unterlaß vollbracht/ darunter für Unſer und Unſer Vorfahren Seelen-Seeligkeit gebetten wirdet/ und darumb mit wolbedachtem guten Rath und rechten Wiſſen/ den vorgemeldten Abbt/ Convent und Gottshaus zu Hirſchau/ all und jeglich ihr obberührte Gnaden/ Freyheit-Brieff/ Privilegien/ Handveſten/ Recht/ Gerechtigkeit/ alt Herkommen/ und gut Gewonheit/ die ſie von Uns/ Unſer Vorfahrern am Reich/ auch anderen Fürſten und Herren/ und ſonderlich von dem Graffen von Oetingen erworben und herbracht haben/ in allen und jeglichen ihren Worten/ Puncten/ Clauſulen/ Meynungen/ und Begreiffungen/ zu gleicher Weiß/ als ob die von Wort zu Wort hierinn begriffen wären/ als

Röm-

Röm. König verneurt/ confirmiret und beſtettet/ verneuren/ confirmiren und beſtetten die alſo von Röm. Königl. Macht/ Vollkommenheit/ wiſſentlich in Krafft diß Brieffs/ und meinen/ ſetzen und wöllen von derſelben Unſer Königlichen Macht/ Vollkommenheit/ daß die alle und jede beſonder kräfftig und mächtig ſeyn und bleiben/ und die vorgenannt Abbt/ Convent/ und ihre Nachkommen des Gottshaus zu Hirſchau/ ſich der an allen Enden/ nach ihren Nothdürfften/ Willen und Wolgefallen/ geruhiglich gebrauchen/ genieſſen ſollen und mögen von allermenniglich unverhindert/ und gebieten darauf allen und jeglichen Churfürſten/ Fürſten/ Geiſtlichen und Weltlichen/ Prälaten/ Graffen/ Freyen/ Herren/ Ritteren/ Knechten/ Hauptleuthen/ Land-Vögten/ Vitzdumben/ Vogten/ Pflegeren/ Verweſeren/ Schultheiſſen/ Burgermeiſteren/ Richteren/ Räthen und Gemeindten/ und ſonſt allen anderen/ Unſeren und des H. Reichs Unterthanen und Getreuen/ in was Würde/ Staats oder Weſens die ſeyn/ ernſtlich/ und wöllen/ daß ſie dieſelben/ Abbt/ Convent/ ihr Nachkommen und Gottshaus bey den obbeſtimmten ihren Gnaden/ Freyheiten/ Brieffen/ Privilegien/ Handveſten/ Rechten/ Gerechtigkeiten/ alten Herkommen/ guten Gewonheiten/ und dieſer Unſer Königl. Verneurung/ Confirmation und Beſtettung/ veſtiglich handhaben/ ſchutzen/ ſchirmen/ der geruhiglich gebrauchen/ genieſſen/ und gentzlich dabey bleiben laſſen/ und dawider nicht thun/ noch jemands zu thun geſtatten/ als lieb einem jeden ſey Unſer und des Reichs ſchwere Ungnad/ und darzu der Pönen/ in gemelten ihren Brieffen begriffen/ zu vermeiden. Mit Urkund diß Brieffs beſiegelt/ mit Unſeren Königl. anhangenden Inſigel. Geben in Unſer und des Heil. Reichs Stadt Worms am fünff und zwainzigiſten Tag des Monat Mertzen. Nach Chriſti Geburt vierzehenhundert/ und im fünff und neunzigiſten/ Unſer Reich des Römiſchen im zehenden/ und des Hungariſchen im ſechſten Jahre.

Eodem Anno jus aſyli Monaſterio Hirſaugienſi ab antiquo certis in locis uſurpari conceſſum, de novo ſtabilitum & à Maximiliano Romanorum Rege antedicto confirmatum habetur ſpeciali quodam diplomate in id clementiſſimè dato ſub hujusmodi tenore: Wür Maximilian von GOttes Gnaden/ Römiſcher König zu allen Zeiten Mehrer des Reichs zu Hungaren/ Dalmatien/ Croatien ꝛc. König/ Ertz-Herzog zu Oeſterreich/ Herzog zu Burgund/ zu Loterick/ zu Luzenburg/ und zu Gelderen/ Graff zu Flanderen/ zu Habſpurg/ zu Tyrol ꝛc. zu Pfürt/ zu Kyburg/ zu Artois/ und zu Burgund/ Valentz/ Graff zu Hennengow/ zu Hollard/ zu Seeland/ zu Namur/ zu Zütphen/ Marggraff des Heil. Römiſchen Reichs/ und zu Burgau/ Landgraff in Elſaß/ Herr zu Frießland/ auf der Windiſchen Marck zu Portenau/ zu Salin und zu Mechlen ꝛc. Bekennen offenlich mit dieſem Brieff/ und thun kund allermenniglich/ daß Uns die Erſame/ Unſere liebe Andächtigen/ Blaſius Abbt und der Convent des Gottshaus Hirſchau S. Benedicten Ordens/ Speyrer Biſtums haben fürbringen laſſen/ wie von Alter her auf der Straß von einem Cloſter in das ander/ über die Bruggen/ und in der Tafferen darzwiſchen gelegen/ ſo zu demſelben Gottshaus gehören/ Freyheit/ als in denſelben Cloſteren gehalten/ das aber in ihren Privilegien/ ſo ſie von Unſeren Vorforderen am Reich ꝛc. Römiſchen Keyſeren und Königen erworben/ und Wür confirmirt haben/ mit ſonderen Worten nicht begriffen ſeyn. Und Uns darauf demütiglich angeruffen und gebetten/ daß Wür ihnen/ ihre Nachkom̃en und Gottshaus ſolch Freyheit zu erneuren/ confirmiren/ und zu beſtetten/ gnediglich geruheten. Deß haben Wür angeſehen ihr demütig fleiſſig Bette/ auch den löblichen Gottsdienſt/ der Taglechs in gemeldtem Gottshaus vollbracht werdet/ deß Wür hoffen theilhafftig zu werden. Und darumb mit wolbedachtem Mut/ guten Rath und rechten Wiſſen/ denſelben Abbt/ Convent/ ihre Nachkommen und Gottshaus/ die obberührte Freyheit von einem Cloſter in das ander/ über die Brucken/ und in der Taffern darzwiſchen gelegen/ wie ſie die herbracht und gebraucht haben/ als Römiſcher König gnädiglich erneurt/ confirmirt und beſtett/ erneuren/ confirmiren und beſtetten ihnen die alſo von Röm. Königl. Macht wiſſentlich in Krafft diß Brieffs. Und meinen und wöllen/ daß ſie ſich der/ wie in den zweyen Klöſteren gehalten werdet/ nun hinfür geruhiglich gebrauchen/ genieſſen/ und gentzlich dabey bleiben ſollen/ und mögen von allermenniglich unverhindert/ doch Uns und dem Reich an Unſer Königl. Obrigkeit/ und ſonſt menniglich an ſeiner Gerechtigkeit unvergreifflich und unſchedlich/ und gebieten darauf allen und jeglichen Churfürſten/

ſten/ Fürſten/ Geiſtlichen und Weltlichen/ Prälaten/ Graffen/ Freyen/ Herren/ Rittern/ Knechten/ Hauptleuhten/ Landvögten/ Vitzdomben/ Vögten/ Pflegeren/ Verweſeren/ Schultheiſſen/ Burgermeiſteren/ Richteren/ Räthen/ Burgeren/ Gemeinden/ und ſonſt allen anderen Unſeren und des Heiligen Reichs Unterhanen und Getreuen/ in was Würden/ Staats oder Weſens die ſeyn/ ernſtlich/ und veſtiglich mit dieſen Brieff/ und wöllen/ daß ſie die vorgemeldten Abbt/ Convent/ und ihr Nachkommen/ des berührten Gottsdienſt/ an der obbeſtimpten Freyheit/ und dieſer Unſer Königlichen Confirmation und Beſtettung nit hinderen noch irren/ ſondern ſie der geruhiglich gebrauchen/ genieſſen/ und gäntzlich dabey bleiben laſſen/ uñ hiewider nicht thuen noch Jemands zu thun geſtatten in kein Weiß/ als lieb einem jeden ſeye Unſer und des Reichs ſchwere Ungnad/ und die Pöne in ihren Privilegien begriffen/ zu vermeiden/ das meinen Wür ernſtlichen. Mit Urkund diß Brieffs beſigelt/ mit Unſerem Königlichen anhangenden Inſigel. Geben in Unſer und des Heiligen Reichs Stadt Worms / am vierten Tag des Monats Junii/ nach Chriſti Geburt vierzehenhundert und im fünff und neunzigiſten Unſer Reich/ des Römiſchen im zehenden/ und des Hungariſchen im ſechſten Jahre.

Anno 1548. Monaſterio Hirſaugienſi juſſu Caroli V. potentiſſimi Romanorum Imperatoris demùm ad manus Catholicorum reſtituto regimen illius poſtliminiò ſuſcepit Venerabilis Dominus Joannes Abbas Ordine quadrageſimus tertius: cujus Epitaphium tale legitur apud Cruſium part. 3. lib. 2. cap. 2. *Anno 1556. obiit pius in Chriſto Pater Joannes Sculteti Abbas hujus Monaſterii natus de Bietigheim: qui regnavit triginta annis. Et ſub illo pictura hujus templi incepta & finita eſt. Tandem eſt mortuus & ſepultus hic in medio Eccleſiæ. Cujus anima requieſcat in ſanctâ pace Amen. Die 13. Decembris.*

An. 1556. Eligitur & canonicè conſtituitur Hirſaugienſis Abbas quadrageſimus Ven. Dominus Ludovicus jam dudùm anteà Prioris officio perfunctus, præfuit usque ad annum 1560. demùm in propriâ ſuâ Eccleſiâ reconditus ſub tali Epigraphe: *Reverendus hujus Monaſterii Abbas Dominus Ludovicus Velderer & Margareta Seckachin: in Chriſto moritur Anno 1560. die 18. Auguſti ætatis ſuæ Anno 84.*

Eodem An. 1560. Hirſaugienſi Monaſterio (religioſis inquilinis contumelioſè profligatis) in ludum litterarium converſo violentiâ Principis Chriſtophori Ducis Wirtenbergici intruditur primus Lutheranus pſeudo-Abbas idem ſimul in Scholæ Magiſtrum conſtitutus Henricus Weichersreutter jam priùs Abbati Ludovico (quamvis iſto vehementiſſimè reclamante) defuncto ſub annum 1558. in Coadjutorem datus: cujus tale eſt elogium apud Cruſium part. 3. lib. 12. cap. 6. *Anno 1560. in Hirſaugienſi Monaſterio Abbas quadrageſimus quintus fit Henricus Weigersreutterus (primus ibi Auguſtanæ Confeſſionis Abbas, uxorem habens natione Francus Schwabacenſis) menſe Auguſto. Vir pius erat & candidus: anteà Tubingenſis Eccleſiæ aliquandò Diaconus: deinde Calvæ Paſtor & Superintendens annis 9. cumq; Anno 1560. ab Illuſtriſſimo Duce Chriſtophoro in Monaſteria ſcholæ Evangelicæ inducerentur: Henricus hic primus ibi locatus eſt Pater ſeu Abbas: ſimul ipſe Eccleſiæ Calvenſi & ſcholæ monaſticæ præfuit. Doctor ante Abbatiam creatus Theologiæ à Tubingenſibus. Habuit quatuor filios & decem filias: annè hoc nobilius & Deo placentius eſt: quàm impurum agere cælibatum?* Ab illo igitur memorato anno 1560. vetuſtiſſimum hoc ſimul ac ſanctiſſimum Hirſaugiæ Monaſterium continuò manſit ritibus Lutheranis addictum usque ad annum 1630. quo demùm à Ferdinando II. cum aliis comprovincialibus Collegiis ſacris fuit recuperatum & Ordini ſuo monaſtico plenariè reſtitutum: idem tamen demùm An. 1648. pace Weſtphalicâ perditum, noſtris inſuper temporibus nuper à Gallo milite agrum Wirtenbergenſem terribiliter admodùm infeſtante totum undique flammis ſuccenſum & cum pulcherrimâ ſuâ (cui ſecundùm vaſtitatem dempto ſolo primario templo Ulmenſi tota Suevia noſtra parem non habuit) in meriſſimos cineres ſubſidit.

HIRSCHTHALENSE

Monaſterium fœmininũ Conſtantienſis diœceſis de Ordine S. Dominici caſtro & oppido Brigantino vicinum ſecundùm initia ſua vel paucis deſcri-

ſcriptum habetur à Bruſchio de Monaſt. German. cent. 1. fol. 4. ſub his verbis: *Supra Brigantum ad ipſum Brigantini nemoris initium ſita eſt Cervorum vallis Cœnobium Monialium Ordinis Divi Dominici ad aquas Brigantinas & Kendelbachium pagum. Id fundatum legitur S. Joanni Baptiſtæ ac laudabili S. Urſulæ Societati, & inchoatur in ipſo monte Cervorum Anno Dom. 1422. ab Hugone & Stephano Comitibus de Monteforti Dominis Bregantii & Pfannenbergii pro viginti tribus ſororculis Deo ibi ſervituris. Tactum eſt aliquoties fulmine ac funditùs deletum, cumq́; peregrinator quidam fatidicus reſpondiſſet Deo placere, ut ex monte in adjacentem vallem transferretur: annuit & conſenſit Sigismundus Auſtriæ Dux munificus ejusdem inſtaurator ac benefactor. Tranſlatum igitur eſt Anno 1264. & primus lapis inferioris Cœnobioli poſitus à Suffraganeo Conſtantienſi Domino Ulrico Comite de Monteforti & à Dominâ Barbarâ Comitiſsâ Anaſtanâ Jacobi Trappii Brigantini Præfecti conjuge &c.* Sic ille loc. cit. ſed fuſiorem parthenonis hujus Hirſchtalenſis deſcriptionem hîc ſubdere placet inde nuper ad me transmiſſam, quæ ſic habet: *Sub initium ſeculi decimi quinti videlicet Anno 1401. rarâ vitæ ſanctitate conſpicuus inclaruit Eremicola quidam frater Silvanus in antiquioribus chartis appellatus denſiſſimi nemoris ſupra Brigantium civitatem Acronianam id temporis Comitibus de Montfort ſubditam conſpicui ſolitarius inquilinus in ſummo vertice montis (uti vocabant) Hirſchbergenſis commoratus: qui piorum facultatibus miſericorditer adjutus extemporaneum quoddam ſtruxit ſacellum fundendis precibus privatis opportunum; quo facto plures vicini famâ ſanctitatis ceu odore bono laudabilis converſationis eremicolæ hujus quaſi violenter attracti, ſed vel maximè juvenculæ puellares quædam tùm Lindavienſes tùm Brigantinæ atque ex aliis confirmantibus cumulatæ, eæque ad ampliorem vitæ perfectionem fortiter anhelantes: quæ omnes vitam depoſthâc vivere à rumoribus ſeculi ſegregatam cupidiſſimæ ac proin Spiritûs Sancti flammâ ſuccenſæ ſæpius ad fratrem Silvanum antedictum inviſebant, & ab eo monita ſalutis humiliter expoſcebant: quibus ipſe ſuaſit in anteceſſum Spiritum probent, utrùm ex Deo ſit juxta conſolans, & in bono propoſito eas confortans, ſuam in id pariter condixit operam & preces inſtantiſſimas divino Numini litandas.*

Accidit inde, ut idem Silvanus in antedicto ſacello orationi & contemplationi deditus clariſſimè cerneret fulgidiſſimo quodam lumine deſuper immiſſo non ſolùm totum illuſtrari Oratorium, ſed omnem quoque circumcircà regionem latè patentem; quare talibus attonitus ille viſis ac rei novitate commotus foras egreſſus apertiſſimè contuitus eſt formoſiſſimum quendam raræ magnitudinis ſervum hinc inde per circuitum deambulare, eumque inter cornua ſua commodè geſtare ſplendidiſſimam Divæ Virginis Jeſulam ſuum unigenitum ulnis amoroſè complectentis imaginem: à qua fulgor ille adeò rutilans omnis proceſſit, atque ipſa Deipara fratri Silvano blandiente vultu & ſuaviſſimis nutibus annuere viſa ſubitò diſparuit. Poſthæc Eremita, ecquidnam viſio hæc portenderet ſuperis demiſſiſſimè ſupplex factus, feliciter exauditus eſt pro ſuâ reverentiâ, ſtatim de manè manifeſtè deprehendens in fundo illo circuitu cervi illius quaſi manifeſtè denotato truncos, arbores, dumeta & virgulta meriſſimè dejecta & eradicata; quo portento probè cognoſcere datum eſt, Monaſterium aliquod de ſingulari Dei Deiparæque voluntate iſthîc loci ſtruendum: quod brevi (ope puellarum ſupradictarum & aliorum fidelium maximè Illuſtriſſimorum DD. Comitum Montifortenſium) ſtetit ædificatum cum templo ſuo ſummæ Triadi Increatæ, ter almæ Matri Cœlitum Reginæ, Sanctis item Auguſtino Epiſcopo & Eccleſiæ Doctori, Dominico Confeſſori, Mariæ Magdalenæ & Urſulæ Virgini Matri dicatum, ſacellum verò minus Silvani Eremitæ in honorem S. Joannis Baptiſtæ conſecratum.

In hoc ergò montano ſeu Hirſchbergenſi clauſtro memoratæ juvenculæ devotariæ ſubſtiterunt religioſum Ordinem determinatè nullum profeſſæ, ſed ſcipſis tunicis ac ſcapularibus griſeis amictæ vitam vixerunt moribus incorruptam, cunctis gratam & probatam: quibus tamen excelſiorem viam demonſtrare ſatagens loci Ordinarius Conſtantienſis Epiſcopus hujus nominis tertius habitum & regulam ſororibus tertiariis S. Dominici conſuetam & uſitatam eas amplecti voluit, quocircà ſub annum 1422. quinto nonas Maji die feſtô Inventæ Cruci Dominicæ Sacro Venerabilis Pater N. Fratrum Prædicatorum Monaſterii Conſtantienſis pro tempore Prior de-

 votæ

votarias iſtas numero viginti tres ſacro amictu formulæ Dominicanæ antedictæ protinùs induit, eisque conſtitutiones uſitatas tradidit, atque in ſuperiorem ſeu religioſam Magiſtram ſtabilivit Eliſabetham Simlerin Pfullendorffenſem vi votorum ſuffragantium ad id muneris præordinatam. Poſt elapſum verò ſeptennium immediatè proximum ſupradictus loci Ordinarius hujuſcemodi ſorores tertiarias palliis ac peplis nigricatis veſtiri voluit, ac dimiſſo priori Inſtituto fieri fecit perfectas & abſolutas ſacræ Dominicanæ familiæ Moniales propriâ quâdam Bullâ deſuper expeditâ: ita tamen, ut perpetuis futuris temporibus Conſtantienſi Epiſcopo pro tempore exiſtenti debitam præſtare teneantur obedientiam: quas conceſsiones & gratias epiſcopales Apoſtolicâ authoritate confirmavit ac roboravit Martinus V. Pont. Maximus.

Porrò idem Otho Conſtantienſis antiſtes ſummoperè ſibi complacens in devotiſſimâ Monialium iſtarum converſatione copiam quoque fecit illis quemcunque voluerint aſſumendi Sacellanum aliquem ſive regularem ſive ſecularem, aliaque plura ſuperaddidit privilegia novo quodam diplomate deſuper expedito de dato Conſtantiæ tertio nonas Septembris Anno 1431. cui pariter acceſſit alia confirmatio Apoſtolica ab Eugenio Papa quarto in authenticâ formâ prioribus ſuperadditâ.

Anno 1462. ſæpenominatis Veſtalibus Dominicanis adhuc in ſupranominato monte cervino ſubſiſtentibus callidè deceptæ ſpectabile quoddam, neſcio cujus divitis Euclionis ſeu Uſurarii funus (quod dùm à bobus jugalibus trahitur, animalia derepentè ſubſiſtunt nullaque vi ulterius compelli poſſunt, amici verò & conſanguinei inſolito ſtupore ac metu perculſi ſandapilam reſerant, & loco cadaveris ſolum & unicum horribilem bufonem inſidere conſpiciunt; quare iniquâ miſeratione commoti tumbam denuò recludunt, & ad parcendum famæ demortui ſuo itinere ulteriùs pergentes nihilominus in loco ſacro recondunt) ad Eccleſiaſticam ſepulturam nullum planè dolum ſubeſſe ratæ bona fide recipiunt; quapropter inſequenti ſtatim nocte ſub ipſis matutinis precibus ſacræ ædes plusquàm horriſono ſtrepitu ac tonitruum fragore de cœlis tactæ cum toto regulari clauſtro in meriſſimos cineres abierunt: cui malo quantocyùs pro poſſe juvando, religioſæ fœminæ magno priſtinæ ſuæ manſionis deſiderio adhuc retentæ ſarta tecta quidem ſagaciter inſtaurant, at non niſi ſuper arenam ædificant & quaſi aerem verberant; ſiquidem templo tumultuariè reſtituto mox anno proximè ſequenti omino ſa fulgura & tonitrua ſacrilegi illius demortui tumulo ſepulturâ Chriſtianâ longè indigniſſimè jam ſecundò terribiliter illapſa iteratis vicibus circumcircà omnia ſubvertunt; quare religioſæ domicellæ tam infauſto caſu penitiſſimè conſternatæ dùm de damnatâ hujuſmodi ſtatione ſuâ omnimodè deſerendâ anxiè deliberant, quædam ex ipſis præſertim piiſſima ſoror Agnes de Mü legg nomine ſuo dicta, item ruricolæ quidam ſeculares quaſi cœleſti oraculo edocti cognoſcunt in novum novi ſtruendi clauſtri fundum à Deo fuiſſe prælectam vallem ad radices montis proximam, eamque recens proditam indicio alterius cujusdam prægrandis cervi à pluribus ſæpiuſculè hinc inde deambulare viſi in ipſâ areâ, cui hodiedum Hirſchtalenſis Parthenonis ſtructura materialis manet inædificata.

Anno 1464. decimo tertio Calendas Aprilis ſtudio & operâ Conſtantienſis roepiſcopi Reverendiſſimi Domini Domini Udalrici Comitis Montfortii ſuffragante quoque Illuſtriſſimâ Dominâ Barbarâ Comitiſſâ de Metſch nobiliſſimi viri Jacobi Trabs civitatis & caſtri Brigantini pro tempore Præfecti pientiſſimâ uxore in antedictâ valle loco regionariis vulgò Rendelbach *appellari ſolito lapis angularis in imâ repoſitus fuit, & initium clauſtrali ſtructuræ datum, eique (occaſione Cervi antedicti in memoratâ valle deambulare deprehenſi) nomen Cervinavallis inditum: cui novæ manſioni primitùs immigrârunt virgines religioſæ anno proximè ſeq. pridie Calendas Novembris, plenariâ hujuſcemodi factæ transmigrationis ſeu translationis licentiâ eâ ſolùm conditione ab Ordinario loci datâ, ut ad antiquum illud Eremitæ Silvani ſacellum in monte conſpicuum trinâ vice quotannis inviſant, cui conſtitutioni Moniales noſtræ Hirſchtalenſenſes hodiedùm ſedulâ devotione morem gerunt, dùm ſcilicet feriâ 6. poſt aſcenſionem Domini, item in Nativitate S. Joannis Baptiſtæ, atque etiam Dominicâ poſt Exaltationem S. Crucis proximâ proceſſionaliter eò pergunt, ibique rem divinam utputà Miſſam ſolemnem ac concionem ad populum pariter è tribus aliis parochiis loco vicinis pariter eò confluentem haberi conſtituunt.*

Anno

Anno 1466. quarto Calendas Septembris die feſtâ decollationi S. Joannis Baptiſtæ ſacrâ Suffraganeus Conſtantienſis ritu conſueto ſolemniter conſecravit novi templi Hirſchtalenſis Chorum & altare in eo poſitum: item ſacellum (vulgò Capitulum) cum altari ibidem: ubi temporibus noſtris jam à longævâ annorum ſerie magno honore & devotione colitur inſignis particula S. Petri Martyris Ordinis Fratrum Prædicatorum alumni contra malignas febres aſſiduo patrocinio ſuo potentiſſimi: cujus gratiæ certum ac fidele teſtimonium perhibent ipſæ loci Moniales religioſæ nunquàm non ab omni languore febrili usque hactenùs feliciſſimè præſervatæ. Item in eodem ſacello pari honore habetur etiam S. Urſula Virgo & Martyr fœminis in partu laborantibus clementiſſima.

Modò jam ab anno ſupra milleſimum quadringenteſimum ſexageſimo quinto ſæpedictæ Moniales Dominicanæ conſtanter incolunt Kendelbachium ſuum, ſeu Marianam Cervorum vallem: cui à tempore primæ fundationis non tam commiſſo clauſtralis ſuperioritatis officio, quàm eximio religioſæ converſationis exemplo laudatiſſimè hactenùs præfuerunt Venerabiles Dominæ Prioriſſæ ſequentes: 1. Eliſabeth Simlerin ex Pfullendorff imperiali oppido terris demortua Anno 1446. die 13. Octobris. 2. Eliſabeth Krünbechtin. 3. Eliſabeth Lebrinin mortalitatem exuta die 8. Junii Anno 1482.. 4. Catharina Voglin necrologio domeſtico inſcripta die 14. Junii Anno 1532. 5. Apollonia Biſchöffin pluribus aggregata 9. Aprilis 1569. 6. Catharina Schulmeiſterin cum cœteris immortalis reddita 20. Aprilis 1571. 7. Agnes Merchrin è vivis digreſſa 28. Januarii 1617. 8. Agatha Lœhrin tumulo illata 21. Julii 1621. 9. Catharina Gübrin mortuis accenſa 19. Octobris 1644. 10. Anna Neſerin vinculis carnis enodata 11. Octobris 1680. 11. Anna Antonia ex Prænobili ſtirpe Deuringiorum progenita: cujus immenſo zelo & induſtriâ ſacræ religionis fervor vel maximè circa impenſum officii divini tam diurni quàm nocturni, etiam de mediâ nocte ſecundùm ritus Eccleſiaſticos nunquàm non exactiſſimè perſolvendi apud venerabiles ac pientiſſimas domicellas iſtas Hirſchthalenſes talis ac tantus eſt, adeò ut in hâc parte Monaſteria alia huic Cervorum valli præferantur nulla imò nullum, paria verò cenſeantur ſolùm perpauca. Unde inhabitantes veſtales religioſæ ter à Domino benedictæ manent ſicut egentes quidem, multos autem locupletantes, tanquàm nihil habentes & omnia poſſidentes.

❀ HOCHALTINGENSE

ALiàs idiomate vernaculo Hochhaldingen appellari ſolitum clauſtrale ſodalitium fœmininum religioſis domicellis ſuis *Porta S. Mariæ* dictum. Eſt autem hoc tertiæ regulæ S. P. Franciſci diœceſis Auguſtanæ in inferiori parte Sueviæ ſeu Rhiæsâ territorio Illuſt. DD. Baronum de Welden eximium hodie Seraphicæ pietatis exemplum parochiali (quod ad divinum officium ſtatis horis ac temporibus juſtiſſimè perſolvendum Sanctimoniales iſtæ in loco tamen ſeparato perſonis ſecularibus inacceſſorio congregatæ, cœterà ſacellum aut Oratorium aliquod privatum non habentes frequentant) templo Hochaltingenſi B. Virgini in Cœlos aſſumptæ dedicato proximiùs additum. Anno circiter 1590. omninò novum iſtud de propriis facultatibus ſuis condidit pientiſſima ac Illuſtris Domina Barbara de Bernhauſen nata de Hürnheim Rudolphi de Bernhauſen Domini in Altnau apud Helvetios in Turgoviâ, vidua in operibus bonis teſtimonium habens: quæ præfato anno die 20. Octobris (ſatagente plurimùm R. P. Jacobo Wolf Ordinis Minorum S. Franciſci ſtrictioris obſervantiæ Provinciæ Argentinenſis Miniſtro Provinciali) primam ſacrarum Virginum coloniam adduci fecit ex religioſo (paris Ordinis & profeſsionis) parthenone Memmingenſi deſumptam. Fundationis numerus ab initio pro ſeptenis ſolùm convictricibus deſignatus, ultra duodenarium hactenùs excrevit, idemmet olim (faxit Cœlum) ampliùs adaugendus in

gentem magnam. Annotatio Fortunati Hueber de venerabili cœtu hoc Hochaltingenſi relationi huic noſtræ per omnia conformis fol. 1371. talis eſt: Zu Hochholdingen / zwey Stund von Nordlingen im Rhieß gelegen / und denen Freyherren von Welden zugehörig/hat im Jahr 1589. Fraw Barbara von Bernhauſen ein gebohrne von Hirnheim/an der Pfarr-Kirchen ein kleines Clöſterlein gebawet und geſtifftet / in welches Jacobus Wolff/ als der Straſſburger-Provinz Provincial, den dritten Orden S. Franciſci hat eingeſetzt / die erſten drey Schweſteren waren von Memmingen hergezogen / die Stifftung aber ware nur auff ſiben Ordens-Schweſteren angeſehen / welche damahl biß auff die zehende Zahl geſtigen iſt. Das Clöſterlein wird bey St. Maria Port benambſet.

❋ HOFENSE

M*Onaſterium Virginum olim Benedictinarum ad littus maris Potamici propè Buchornam oppidum ad honorem S. Pantaleonis conſtructum: & fundatum à Dominâ Berthâ Guelphonis quarti Noricorum potentisſimi Ducis Othonis Linzgoviæ & Buchhorni Principis ſorore ſub An. Chriſti 1090. quod poſteà An. Chriſti 1130. à Guelphone ſexto Monaſterio Weingartenſi ſubjectum & Beatæ memoriæ Chunoni de Toann Abbati traditum eſt, donec ſub annum 1420. pro Virginibus viri ſubſtituti & nobilis Præpoſitura Weingartenſibus plenè incorporata eſt.* Hæc Bucelinus in German. ſac. part. 2. fol. 4. Plura de eodem Monaſterio hoc aliàs *Cella Divi Pantaleonis* intitulato, vide, ſi placet, apud Bruſchium de Monaſt. German. ubi jam anno 950. fundatum & S. Conrado Conſtant. Epiſcopo in honorem SS. Trinitatis, ſanctæque Crucis ac Divæ Virginis Mariæ Sanctorumque Stephani & Pantaleonis dedicatum fuiſſe ſcribit cent. 1. fol. m. 160.

Anno 1130. Guelfo VI. (aliis VII.) Dux Bavariæ & Spoleti, Marchio Tuſciæ & Hetruriæ, Princeps Sardiniæ, Comes Altorffenſis & Ravenſpurgenſis (cujus ſynopſis vitæ ſupereſt apud Gab. Bucelinum in Hiſtoriâ Agilofingicâ fol. 402.) Henrici Magni & Judithæ Flandricæ filius, Henrici ſuperbi frater germanus, eximiâ generoſitate Princeps, ob religioſiſſimam pietatem à nonnullis Bonus & Pius; ob egregium robur magnanimus, & præclara facinora *Achilles Germanicus* cognominatus novâ, uti vocant, incorporatione membrum Imperialis Cœnobii Vinearum, Hofenſe Divi Pantaleonis cœnobium iſtud fieri voluit, ſanxitque tali diplomate: *Welpho Dei gratiâ Dux Noricorum &c. &c. Univerſis hujus ætatis & futuræ Salutem & omne bonum &c. &c. Audientiæ omnium veſtrum duximus ventilandum, quòd nos Monaſterii in Weingarten beneficia ex præclaris noſtrûm parentibus à primariâ fundatione collata cupientes accumulare, Cellam de Buchorn in honore S. Pantaleonis fabricatam cum Eccleſiâ S. Andreæ in noſtram jurisdictionem, à viro illuſtri Othone Comite ſancti loci cum omni patrimonio ſuo juſtè ac legaliter devolutam proviſioni vel regimini Chunonis Abbatis memorati Monaſterii ac omnibus ſuis ſucceſſoribus committimus & devotè ſubjicimus, quatenùs Sanctimonialibus Deo & Sanctis ſub profeſſione regulari illic famulantibus de Priore ad regendum ipſas & curam plebis habendam aptè provideant, ibidemque regularem vitæ diſciplinam procurent cuſtodire. Interdicentes, ne aliquis noſtrorum ſucceſſorum aut hæredum, ad quos juſtâ ſucceſſione devenerit advocatia Weingartenſis præſcriptæ Cellæ advocatiam præſumat alienare, aut ullo modò alicui infeudare. Quod ſi quis ex ipſis immemor, hujus Decreti hoc violaverit, vi careat, & nullius ſit firmitatis, ſed in civium ſicut in Eccleſiaſticâ ſimiliter protectione ſeculari fabricâ præſcripta noſtrorum recolendæ memoriæ progenitorum inſeparabilis adhærebit. Datæ & ordinatæ apud Altorff in Epiphaniâ anno Dominicæ Incarnationis milleſimo centeſimo treceſimo Regnante Lothario Imperatore. Adſliterunt huic commisſioni Henricus frater noſter, Rudolphus Bregantienſium Comes, Popo Comes de Kyburg, Marquardus Comes de Schwarzache & alii quamplurimi.*

HOLZEN-

❀HOLZENSE

SEu *Monaſterium S. Joannis Baptiſtæ in ſilvâ* nuncupari ſolitum, vulgò Cloſter-Holtz/ Nobile Parthenium Ordinis S. Benedicti diœceſis Auguſtanæ in amœniſſimo Lyci fluminis tractu haud procul ab arce Killenthal egregium antiquorum S.R.I. Mareſcallorum de Pappenheim, Dornſperg & Biberbach monimentum: de quo Stengelius Abbas in Comment. rerum Auguſtan. part. 2. cap. 37. ita diſſerit: *Anno 1152. Monaſterium S. Joannis Baptiſtæ* zum Holtz/ *initio* nova aqua *dictum, fundatur per Marquardum Mareſcallum de Dornſperg & Bibingen, ac filium ejus Othonem applicatis & donatis fundis ac prædiis, nec non lignetis ibidem exiſtentibus. Ex Chronico m. s. ejusdem Monaſterii hæc collecta ſunt: Marquardus Comes à Dornſperg primus Auctor Monaſterii* Holtz/ *pro viris & fœminis, primitùs dicti* Neu-Waſſer *Arnoldus ſeu Arnulphus ultimus filiorum, patris veſtigiis inſiſtens, ſacerdotalem dignitatem refugiens & ipſe Converſus effectus eſt. Gertrudis itidem filia Marquardi, ſoror Arnulphi, Virgines collegit. Eorum exemplo incitati multi Clerici & Presbyteri ſuavi Chriſti jugo ſe ſubdiderunt: quorum reformatores fuerunt Abbates Fultenbacenſes. Primus ſacerdotio initiatus fuit Sigefridus, poſtmodùm etiam Præpoſitus factus: itidem Bertholdus, qui pariter Præpoſitus evaſit; ſub cujus regimine etiam alius Waldricus extitit, & pariter ante altare S. Petri quieſcunt. In die S. Galli 1197. Waldricus Præpoſitus 1171. Sigefridus dictus de Stuelen 13. Aprilis, videtur diverſus à primo Præpoſito.*

Item antiqua quædam inſcriptio ab eodem Stengelio loc. cit. allata ſic habet: *Anno Domini 1164. ſub Epiſcopo Auguſtano Conrado Comite de Lyzelſtein, vir virtutibus plenus nomine Sigefridus Præpoſitus & fundator hujus inclyti Monaſterii* zum Holtz *in Presbyterum ordinatus eſt. Anno 1183. die 11. Aprilis diem obitûs ſui feliciter clauſit in ipsâ ſacrâ glorioſiſſimæ reſurrectionis vigiliâ, cujus animam in lucem ſempiternam collocare dignetur Deus.* Item alia inſcriptio: *An. 1153. poſt Chriſti Salvatoris noſtri ortum obiit Papa Eugenius III. qui huic Monaſteriolo privilegium confirmationis dedit. A Cæſare Friderico impetravit Sigefridus privilegium imperiale. Mortuo Sigefrido novus Præpoſitus eodem Anno 1183. Cal. Nov. impetrat ab Hardovico Epiſcopo & Lucio III. Pont. Max. Monaſterio S. Joannis Baptiſtæ nova privilegia, ſuſcipiens Monaſterium ſub protectione S. Petri. Obiit Marquardus die 4. Aprilis anno ut eſt conſentaneum 1165. In Necrologio Marquardus Converſus, qui S. Joanni tradidit totum iſtum fundum, & ſitum totum iſtum Eccleſiæ, totum quoque ſpatium ipſius curtulis. Poſt ceſſationem Præpoſitorum Abbates Fultenbacenſes hic ſpirituales Patres fuerunt*; ſiquidem à tempore primæ fundationis duplex clauſtrum regulare iſthic conſtitit, virorum unum, fœminarum alterum: potior tamen ſexus priùs defecit, quod factum eſt circa annum 1386. ille verò quamvis naturâ fragilis usque hactenùs conſtantiſſimè permanſit. Antiquos, qui gemino clauſtro huic præfuerunt Magiſtros & Magiſtras recenſet idem Stengelius in Mantiſsâ cap. 43. fol. 84. Durante ſeculo noſtro ſub annum 1617. nomen & omen Magiſtræ mutatum fuit in titulum & honorem Abbatiſſæ, qualis de præſenti conſpicitur ſui Ordinis ac phrontiſterii honori & dignitati peregregiè conſulens Reverendiſſima ac Illuſtriſſ. Domina Maria Hildegardis Catharina Baroniſſa ab Haslang, Cœnobii ſui (quod de præſenti totum ex fundamentis novum apparat, ſed & ſplendidiſſimum magnis ſumptibus inædificat) tùm in ſpiritualibus, tùm in temporalibus eximia reſtauratrix: cujus parthenius Chorus ſeu multa Nobilitas ſuave Chriſti jugum ac ſervitutem lætanter amplexa conſtans ex Venerabilibus ac Perilluſtribus religioſiſſimis commembris talis eſt: Maria Scholaſtica Truhmüllerin Baroniſſa de Prunn Prioriſſa: Maria Dorothea Philippa Bratiolina Supprioriſſa: Maria Juliana Lenzin: Maria Oportuna de Freiberg: Maria Joanna Lutgardis Baroniſſa de Penzenau: Maria Gertrudis Baroniſſa de Liechtenau: Maria Anna Mechtildis de Leubelfing: Maria Cæcilia Krauſin: Maria Thereſia Baroniſſa Adelmännin ab Adelmansfeld: Maria Barbara Abundantia Baroniſſa de Stain: Maria Conſtantia Baroniſſa ab Egloff: Maria Aurelia im

Hoff: Maria Anna Hildegardis Baroniſſa de Pallant: Maria Anna Benedicta de Renching: Maria Anna Antonia Baroniſſa de Santizell: Maria Anna Columba de Leubelfing: Maria Anna Erentrudis à Rehlingen: Maria Anna Franciſca Sturmin: Maria Anna Joſepha Baroniſſa de Bodmann: Maria Anna Scholaſtica Franziotin: Maria Anna Corona de Schlechten: Maria Anna Carolina Aurin Baroniſſa de Winckel: Maria Anna Cunegundis Kölhuerin de Waldeck: Maria Anna Victoria Franziotin; Item ſorores converſæ ſeu laicales duodecim; quarum omnium ſtupendum religionis zelum & virtutes multas ac varias meritò mirantur ac venerantur omnes.

❀ HORBENSE

HOrba urbs diœcéſis Conſtantienſis ad Nicrum fluvium ſilvæ Hercinianæ finitima eaque (ſecundùm genuinam originem ſuam deſcripta à Cruſio part. 2. lib. 9. cap. 16. item in Paralip. cap. 14. fol. 57. & Zeillero in Topographiâ Sueviæ fol. 98.) priſcis ſeculis ditioni Comitum Hohenbergenſium, hodie verò Auguſtiſſimæ Domûs Auſtriacæ ſubdita nobile quoddam habet Canonicorum ſecularium Collegium: quod ab antiquis Comitibus Hohenbergenſibus (teſte eodem Cruſio in Paralip. cap. 13. fol. 56.) anno non notato fundatum & cum propriâ ſuâ S. Crucis Eccleſiâ inter plura paris Inſtituti (de eâdem Conſtantienſi diœceſi) Collegia ſingulariter quoque habetur annotatum apud Jacobum Manlium in Chron. Conſtant. fol. m. 715.

❀ HORBENSE

FLoret ibidem loci, ſeu apud eosdem Horbenſes etiamnùm in quietâ poſſeſſione conſtitutum atque inquilinis oppidanis chariſſimũ venerabile quoddam aſceterium Franciſcanum RR. PP. Collectorum Provinciæ Tirolenſi combinatum & incorporatum; hoc tamen ſecundùm initia ſua nobis unicè notum ex Fortunato Hueber in Chronico Ordinis fol. 735. taliter de illo ſcribente: Zu Horb in dem Würtenberger-Land/ an dem Edlen Necker-Fluß gelegen/ haben die Franciſcaner von der Tyroler-Provintz im Jahr 1639. ſchon rechtmäſſige Verwilligung gehabt ein Cloſter zu bawen/ iſt aber ſelbige wegen deren wütenden Kriegs-Lermen verhindert worden an der Werckſtellung biß auffs Jahr 1650. an dem ſie den 3. May haben Poſſeſſion genommen/ und im Jahr 1655. angefangen den Cloſter-Bau zur Ehre Unſer Lieben Frawen unter dem Provincial Iſidorus Kern auffzurichten.

❀ HORBENSE

ALiud itidem Franciſcanum ibidem loci Cœnobium hoc tamen fœmininum & tertiæ regulæ conquadratum, vulgò *Congregatio media* nuncupari ſolitum, unum præ reliquis paris Inſtituti partheniis Incluſoriis origine & antiquitate ſuâ facilè præcipuum, utpote S. Seraphico Patri Franciſcano adhuc in carne mortali terris ſuperſtiti coætaneum: quod auſpicatæ fuerunt devotariæ quædam puellares juvenculæ lubrica mundi gaudia conſtanter averſantes, ſimulque Horbæ in unum commanentes, deque manuali ſolùm opere victum ſibi comparantes demùm antedictam ſororum Tertiariarum regulam ad partes Germaniæ noſtræ delatam deſideranter admodùm amplexæ. Derelictis prioribus (quas incoluerunt) ædibus multifariæ incommoditati obnoxiis, aliam ſibi comparârunt habitationem Horbenſi Collegiatæ Eccleſiæ propiùs adſitam, atque iſtam à R. P. Joanne Eſelaſt (qui natus Horbenſis ex paternâ hæreditate ſui juris illam fecit) Carmelitano Priore Rottenburgenſi legitimè coëmptam. Capitulum Canonicorum Horbenſium eandem aream largiùs ampliari conceſſit, alio nimirùm fundo quodam Sanctimonialibus iſtis, Anno 1549. diven-

divendito, cui poſtmodùm decurrente ſeculo noſtro videlicet Anno 1642. rursùm aliud novum accrevit ſpatium domunculæ cujusdam à ſeculari quodam Presbytero ipſis partheniis ſororibus divenditæ: pro quâ in omnimodam proprietatem ſibi concedendâ ac ſtatuendâ ſpontè ceſſerunt illæ Magiſtratui ſeculari totum latifundium alterius cujusdam Monaſterioli *Congregatio inferior* nuncupati, de quo mox infrâ, ſuperſunt etiamnùm vetuſtæ quædam (reliquis pluribus tùm iterato clauſtri incendio tùm diuturnitate temporum ac bellorum annihilatis) litteræ penès religioſas domicellas iſtas ſervatæ, quæ clarè ſatis docent Horbenſem parthenônem Franciſcanum jam ante quatuor ſecula apprimè floruiſſe cunctis honorabilem. Tenor illarum talis eſt: *In Nomine Domini Amen: Noverint univerſi præſentium inſpectores, quòd nos Henricus dictus in Curiâ civis in Horbe filius meus frater Bertholdus Canonicus in Madelberg & filia mea Adelheidis manſum unum ſitum in Volmaringen ſeptem maltra ſiliginis, duo maltra avenæ, centum ova & duas gallinas annuatim ſolventem Luitgardi Prioriſſæ & medio Conventui ſororum Pœnitentium S. Franciſci juxta Neccarum in Horbe liberè ſtatuimus poſſidendam, cùm idem Conventus filiam meam prædictam receperit propter Deum tali conditione adjecta, Ut ſi notabiliter exceſſerit, aut temerè à Conventu receſſerit, nec nobis nec quibuscunque hæredibus noſtris de manſu prædicto & ejus attinentiis repetito competat ullo modo. Acta ſunt hæc anno Domini milleſimo ducenteſimo nonageſimo tertio in Conventu prædicto, duodecimo Calendas Auguſti præſentibus & in teſtimonium evocatis fratre Bertholdo Guardiano Fratrum Minorum in Tubingen. Fratre Bertholdo de Boſetor Terminario ibidem. Domino Bertholdo Plebano in Horbe, Walthero Sculteto ibidem. Henrico dicto Wilke. Wernhero de Altheim & aliis fide dignis. In cujus rei teſtimonium præſentem paginam ſigillo civium in Horbe procuravimus roborari.*

Item Cruſius part. 3. lib. 4. cap. 6. fragmentum aliquod affert litterarum jam olim Anno 1325. à Monialibus loci hujus ſcriptarum, quæ ſic ſonant: Ich Schweſter Luggart die Welchin Priorin in der Samblung zu Horbe bey des Heyligen Creutz Kirchen / und Wür die Schweſteren allhie gemeinlich derſelben Samblung verjehen und kunden allen ꝛc. ꝛc. daß Wür ein Malter Roggen Gelts Jährlichen von Albrecht Wallpott ſeeligen in des Ernis Gut zu Ergazzingen ꝛc. ꝛc. daſſelbige Malter Gelts haben Wür recht und redlich Bruder Wernher dem Eni und ſeiner Tochter zu Kilberg zu kauffen geben. Actum proximâ feriâ vor St. Johannes Tag zu Sonnewend da man von GOttes Geburt zahlt MCCCXXV. Jahr.

Hoc ergò pientiſſimum Horbenſe clauſtrum peculiari quodam authore planè nullo fundatum, ſed ab ipſis (ut audivimus) partheniis alumnis inceptum, novos ac novos cum tempore fecit progreſſus, tùm amplis Benefactorum eleemoſynis & oblationibus, tùm largis ſororum dotibus nunquàm non fœliciter adjutū dehinc in præſens usq; inter proſpera & adverſa feliciſſimè ſervatum: cujus domicellæ (ſub regimine Magiſtræ ſeu Prioriſſæ) quotannis à religioſis Patribus Franciſcanis viſitari ſolitæ debitum horrariarum precum penſum in ſuo (quod privatum tantùm habent, altari tamen portatili inſtructum) Oratorio devotiſſimè perſolvunt, juxta tamen ad audiendum rem divinam quotidiè tùm vicinam Collegiatam S. Crucis antedictam, tùm quandoque RR.PP. Franciſcanorum etiam Eccleſiam accedunt.

HORBENSE

FUit ſuperioribus annis in ſæpedicto Horbenſium oppido adhuc aliud paris ſexûs & Inſtituti domicilium ad differentiam prioris Monaſterioli *Congregatio Inferior* nuncupatum, de tempore & authore primæ fundationis haud ampliùs inquirendum. Anno 1642. alterius Incluſorii hujus aream imò totum materiale ædificium ſeculari urbis Magiſtratui (ut jam antè dictum eſt) per cambium fuit relictum, proventus verò & reliqua quæcunque demùm pauca remanſerunt jura Sororibus antedictæ Congregationis mediæ alumnis ceſſerunt propria & attributa.

Hürlin-

❀HÜRLINGENSE

PArthenium domicilium Ordinis S. Dominici Tertiæ Regulæ in diœceſi Conſtancienſi & ejusdem rurali Decanatu Tubingenſi ſeu Rotenburgenſi conſtitutum primùm in pago Hürrlingen Perilluſt. DD. Baronibus ab Ow ſubdito prioribus ſeculis à quoquam tandem fundi Domino de unâ eademque Owenſium familiâ nato, tempore & anno nobis nondùm revelato conditũ, usque modò floret Eccleſiæ parochiali contiguum habens etiam privatum aliquod Oratorium. Cœterùm Venerabilis Domina Magiſtra ſeu Prioriſſa Hürlingenſis cum religioſiſſimo cœtu ſuo alterius cujusdam vicini (Dominicanæ quoque formulæ) Parthenonis Confeſſarium pro tempore exiſtentem, uti Patrem & Rectorem ſuum in ſpiritualibus condignè ſuſpicit, juxta tamen Ordinarium conſcientiarum arbitrum apud religioſas ſorores iſtas Hürlingenſes agit loci Parochus, qui de præſenti honoratus in officio digniſſimè ſubſiſtit admodùm Reverendus Clariſſimus ac Spectatiſſimus Dominus Joannes Abbt ſupradicti Decanatûs ſeu ruralis Capituli Rottenburgenſis Vice-Decanus, Dominus mihi colendiſſimus obſervandiſſimus.

HUSENSE

SEu Collegium Canonicorum ſecularium in Hauſen ſeu Huſen vico Wirtenbergico, diœceſis tamen Conſtancienſis, ruralis verò Decanatûs Herrenbergenſis in ſilvâ Schönbuchianâ jam pridem antiquatum, fuit matrix Collegiatæ itidem Herrenbergenſis Eccleſiæ recenſitæ ſuprà. Fundatores anno non notato fuerunt priſci Comites Palatini Tubingenſes: quorum monumenta quædam ſuperiori adhuc durante ſeculo in Choro Templi Huſenſis deprehenſa, ut & hîc per nos relata, vel breviter annotata leguntur apud Cruſium in Paralip. cap. 23. fol. 91.

Lit. I.

❀IMMENSTADIENSE.

ILluſtriſſimus Dominus, Dominus Hugo Comes à Königſegg & Rotenfels, uti authoritate, ita & ſincerâ ſemper affectione in RR. PP. Capucinos pro ſuâ ſubditorumque ſuorum conſolatione Immenſtadium (oppidum Algoviæ deſcriptum à Zeillero in Topographiâ Sueviæ fol. 98.) introducturus potiſſimorum Patrum Provinciæ in ſacris Comitiis Lucernæ apud Helvetios die 20. Aprilis 1646. congregatorum aſſenſum requiſivit ardentibus præ affectu litteris. Sacra Synodus Seraphica in Spiritu ſancto congregata deſiderio tali ac tanto cum tam magnâ (quâ Dominus Comes pollebat) authoritate conjuncto nihil denegandum rata locum per ſuos recepit ſuperioratu ſaltem, ſeu hoſpitio, ut vocant, inibi pro tunc conſtituto. Summus id temporis Ordinis Magiſter ſeu Generalis Plurimùm Reverendus P. Innocentius à Calatagynone in partes Sueviæ noſtræ digreſſus Provinciæ hujus Monaſteria viſitans probè cognito ſat intenſo loci frigore atque regionis aſperitate ſuos demùm Immenſtadio juſſit excedere; quo facto, non tam oppidanos, quàm ipſum etiam altefatum D. Comitem mœror invaſit ac prægrandis triſtitia, ſed longè magis tota ſolicitudo repetendi & recipiendi Patres. Repetitis igitur inſtantiis & fervidâ contentione ſupplex adeò loci cõmunitas religioſiſſimos Primores Badæ Helvetiorum de more Capitulum celebrantes ad reverſionem adegit Anno 1649. die 16. Aprilis deſiderantibus ſanè gratiſſimam & acceptiſſimam. Novus intereà Generalis Ordinis electus & à Superioribus Provinciæ ſuper hoc negotio convenienter informatus facilè licentiam dedit Immenſtadium remigrandi, prout etiam Patres remigraverunt ſub initium menſis Novembris anno Jubilæo 1650. Urgente

gente ipſo Illuſtriſſimo D. Comite Monaſterii fabrica ſub annum 1653. feliciter inchoata, fundus item (quem hactenùs variæ civium ædes & horti occupabant) partim ab ipſo D. Hugone legaliter coëmptus, partim ab aliis gratis attributus, materialia omnia à D. Comite liberaliſſimè ſuppeditata ab oppidanis & reliquis ſubditis promptè convecta ſunt, & totum opus feliciter abſolutum Anno 1655. duodecimo Calendas Novembris in feſto SS. Urſulæ & Sociarum VV. MM. Dominicâ viceſimâ poſt Pentecoſten à Celſiſſimo ac Reverendiſſimo Principe ac Domino Domino Franciſco Joanne Epiſcopo Conſtant. ſolemnem conſecrationem accepit. Expenſas in operis conſummationem utcunque factas ſecundùm potiorem partem ipſe Dominus Comes & prior conjux ejus Domina Carolina Ludovica nata Comitiſſa de Sulz Landgravia Kleggoviæ, reſiduum verò benefactores alii contulerunt. Atque ex hoc Immenſtadienſi Conventu RR. PP. Capucini quà concionando, quà confeſſiones excipiendo virtutes & pietatem Chriſtianam latè hactenùs propagaverunt. In novo templo in honorem S. Joſephi Sponſi Deiparæ Virginis dicato poſt fata ſua condigno honore repoſitus communem ac beatam corporum mortalium anaſtaſin præſtolatur primarius fundator ſæpememoratus Illuſtriſſimus ac Excellentiſſimus Dominus Dominus Hugo S. R. I. Comes à Königſegg &c. &c. cui lux æterna fulgeat.

✻INZKOFIENSE.

SEu *Inzkovenſe* dictum præclariſſimum in diebus noſtris Canoniſſarum Auguſtinianarum contubernium diœceſis Conſtantienſis in ſuperiori Sueviâ ac ditione Comitum ſeu Principum de Hohenzolleren Anno 1354. permodicum ſolummodò habuit ortum, dùm nempe duæ puellæ civicæ Mechtildis & Irmengardis ex honeſtâ Sonerorum familiâ in vicino oppido Sigmaringen virgineo pudori tutiùs ſervando ad reliquum vitæ inhabitandam ſibi delegerunt ædiculam quandam ab omni ſtrepitu forenſi longiùs quidem amotam, juxta tamen parvo cuidam (quòd tùm SS. Mauritio & ſociis Thebææ Legionis Martyribus ſacrum ſtetit in fundo, qui hodiedùm religioſiſſimum hoc clauſtrum ſuſtinet) ſacello vicinum. Firmatum ac conſtans dictarum puellarum ſanctæ intentionis propoſitum ratum gratumque habuit, atque idipſum realiter exequentibus adhuc excellentiorem viam demonſtravit ſpiritus ille, qui ubi vult ſpirat, dùm videlicet eaſdem geminas Chriſti ſponſas plenam & perfectam edocuit adornare clauſtralem certæ cujuſdam religioſæ profeſſionis congregationem: quam Deo auſpice feliciter inceptam intra ſequens quadriennium ad duodecim capita videre licuit adauctam, eamque notiſſimum illud tertiæ regulæ S. P. Franciſci Aſſiſiatis amplexam. Hanc ergò novellam plantationem de propriâ manſione opportunè conſtruendâ ſolicitam dextera Domini fortiter ampliùs adjuvit, quandò nimirùm tigna & laquearia in uſum novi ædificii coaptata, & in deſtinatam planitiem *Plauſelsner* nuncupatam directo obtutu è regione hodierni clauſtri de die comportata, cōtinuò nocte proximè ſubſequente in alium (ubi ſacra domus Inzkovienſis hodiedùm perſtat) locum miniſterio angelorum tranſlata ſunt; ſed & cuſtodes de nocte in oppido Sigmaringen antedicto plurimùm admirantes manifeſtè contuiti ſunt lumina ibidem loci deſuper immiſſa, eaque novo & inſolito rariſſimo ſplendore coruſcantia; quapropter rei novitate commotus Dominus fundi nobilis vir Eckardus de Reiſach Anno 1391. totius areæ circumjacentis veniam lubens fecit publicis litteris tam ſuo quàm ſuccedentium hæredum ac poſterorum nomine donationem iſtam comprobantibus, conditione tamen juxtà poſitâ, ut poſt mortem in novo Parthenonis hujus templo perpetuis futuris temporibus in ſalutem animæ ſuæ vel ſemel in anno pia juſta perſolvantur, quæ conditio hodiedùm fideliter adimpletur. Donationes ab Eckardo factas ſucceſſu temporis inſigniter augmentârunt poſteri ex eâdem nobilium Reuſachiorum familiâ deſcendentes; atque hos inter hâc in parte præcipuus admodùm nomina-

minatur Michael de Reuſach Canonicus Conſtancienſis ad S. Stephanum: qui in favorem germanæ ſororis ſuæ Veſtalis Inzovienſis toti religioſæ congregationi præ cæteris adeò munificum ſeſe probavit & exhibuit; unde memoria illius apud Venerabiles Dominas Canoniſſas loci hujus hodiedùm in benedictione eſt.

Taliter ergò devotæ Chriſti famulæ, partim donationibus exterorum, partim diverſis conſodalium ſuarum dotibus adjutæ præter clauſtralem habitationem novum etiam ac proprium ſibi conſtrui fecerunt templum Anno 1384. unà cum adjuncto cœmiterio in honorem SS. Trinitatis, Beatiſſimæ Virginis Mariæ & S. Joannis Baptiſtæ Præcurſoris Domini ritu ſolemni conſecratum; ipſæ quoque ſacræ Virgines paulò pòſt, nempè ſub annum 1304. ſanioribus conſiliis inductæ à Burkardo Epiſcopo Conſtancienſi authoritate ordinariâ diſpenſatæ fuerunt ad Ordinem Canonicum S. P. Aurelii Auguſtini: quem de futuro ſervandum ſuſceperunt eodem prætacto anno die 27. Octobris, prout pleniùs conſtat ex Bullâ epiſcopali ab eodem Burkardo in rei confirmationem datâ & expeditâ die 6. Octobris Anno 1394.

SYLLABUS

Reverendiſſimarum DD. Antiſtitarum Inzkofienſium Cann. Regg. Ordinis S. Auguſtini.

1. Anna Schmidin ex Mengen oppido ſuperioris Sueviæ progenita, titulo ac nomine Prioriſſæ præfuit annis circiter 25. communi famâ ſanctitatis inclyta. Commendatur admodùm in tabulis fuiſſe viſionibus cœleſtibus ſæpiſſimè donata, maximè verò Chriſti parvuli præſentia in ſacro Odæo dulciſſimè recreata. Ejus ſub regimine Otho hujus nominis tertius ex Comite Hohenbergenſi Epiſcopus Conſtancienſis Ordine ſexageſimus ſextus novum hunc Parthenonem infra limites parochiæ Laizenſis conſpicuum à juriſdictione Presbyteri ſeu Curati parochialis depoſthâc omninò liberum eſſe voluit & exemptum, ſed & proprium ſacerdotem rebus ſacris opportuniùs adminiſtrandis loco præſentem habere gratioſè conceſſit.

2. Anna N. in primam Præpoſitam canonicè promota vitam immaculatam in regimine clauſtrali piisſimè traduxit ad annos plùs minùs triginta.

3. Hilaria ex avitâ ſtirpe nobilium Bavarorum à Gumpenberg Anno 1450. vel proximè ſequenti præfecturæ clauſtrali dignanter admota poſt quinquennium ultrò reſignat.

4. Anna Jecklin religioſis conſodalibus ſuis quinquennio circiter charitate ſerviente feliciter fuit in Domino dominata.

5. Hilaria à Gumpenberg antedicta poſt priorem reſignationem ſuam iteratò præſidere vocata totis propemodùm viginti annis adhuc ampliùs regimen adminiſtravit.

6. Othilia Spenin exacto Præpoſituræ triennio lubens abdicata in domo Dei magis ſubeſſe voluit, quàm præeſſe aliis.

7. Urſula Dietrichen octennio circiter ſuperioritatis religioſos faſces tenuit.

8. Magdalena Weinſchenckin triennio laudabiliter ſatis anteſtitit.

9. Othilia Spenin ſecundâ jam vice ſedi vacanti impoſita 17. annis ulteriùs præſtitit.

10. Dorothea Freyin electa Anno 1522. pientiſſimum cœtum ſuum de ſpeciali Numinis providentiâ ſalvum ſervavit & immunem à calamitoſis temporum iſtorum ſpurcitiis utputà hæreſum monſtris, & efferis tumultuantium ruſticorum diſturbiis: quorum inſano furore in plerisque Germaniæ noſtræ provinciis integra ceciderunt Monaſteria atque ultimum exterminium paſſa.

11. Eliſabeth Mundpröttin ad decennium ferè poſt electionem ſuam vitam ſimul & regimen protraxit in Domino demortua Anno 1531. Ejus ſub regimine Inzkofienſis Canonia hæc quaſi lilium inter ſpinas nobiliter emicuit, ac ſuaviſſimo bonæ famæ odore apud notos & ignotos latiſſimè diffuſo mirificè fuit exaltata, pluribus nempè puellis etiam ſanguine clariſſimis ad eam tanquàm ad tutiſſimum ſalutis portum (graviſſimâ licet temporum injuriâ neutiquàm obſtante) confugientibus; unde pro tunc videre fuit Auguſtinianum Parthenonem iſtum non ſolùm numero multiplicatum, verùm etiam adeò meritis glorioſis exaltatum & lætificatum in Domino.

12. Su-

12. Suſanna Lengin Anno 1542. die 11. Junii pleno regimine donata quinquennem egit antiſticam.

13. Salome Wetterlin Anno 1547. die 27. Februarii reliquis præſidere promerita ſui regiminis octennium adimplevit.

14. Martha Weberin Anno 1555. die 18. Novembris electa totis tredecim annis Præpoſituræ munus & onus patienter admodùm ac honorificè pertulit.

15. Margaretha Knöſin ſuffragantibus Capitularium votis parthenium Rectoratum die 16. Novembris An. 1568. legaliter adepta, diſtinctis vicibus hoſpitio recepit Venerabiles in Chriſto Patres Petrum Caniſium & Paulum Hoffæum Soc. Jeſu Presbyteros toto urbe nominatiſſimos: quos Romam abeuntes & illinc redeuntes ex itinere ſuo ad Parthenonem iſtum Inzkofienſem divertere ac coràm inviſere voluit, qui talem nunquàm non ſibi ſingulariter cordi habuit Reverendiſſimus ac Illuſtriſſimus S. R. J. Princeps ac Dominus Dominus Otho Truchſeſſius de Walpurg S. R. E. Tituli S. Praxedis Cardinalis Epiſcopus Auguſtanus & Albanenſis &c. &c. unde religioſiſſimæ domicellæ iſtæ taliter gratioſè viſitatæ ac gratiſſimo piiſſimorum hoſpitum adventu mirificè in Domino recreatæ plurimùm profecerunt in viâ virtutis ſaluberrimis talium ac tantorum aſcetarum exhortationibus quà publicis quà privatis, ac piis eorundem alloquiis animæquiores redditæ propoſiti ſui firmiſſimè tenaces conſtantiſſimè perſtiterunt inſignibus interim gratiis ſpiritualibus ſeu Indulgentiis ſacris ad certas anni feſtivitates in propriâ Eccleſiâ lucrandis adjutæ: item ſpeciali privilegio pontificio quà facultas ipſis datur à Gregorio Papâ XIII. condignis ritibus adſervandi in Choro ſanctiſſimum epulum Euchariſticum contrariâ Concilii Tridentini conſtitutione, ſeu aliâ quacunque neutiquàm obſtante.

16. Emerentiana Stärckin ad religioſum rectoratum Anno 1584. die 20. Februarii vi ſuffragantium votorum evecta, quadriennio & amplius inclaruit.

17. Amalia ex illuſtriſſimâ proſapiâ Comitum de Hohenzolleren An. 1588. die 22. Maji cunctis reliquis præſidere conſtituta annos duodecim in regimine traduxit.

18. Cleopha Hochrathin An. ſeculari 1600. canonicè promota, expleto dictaturæ ſexennio terris vivere, ſuisque ulteriùs præeſſe deſiit, ex quo priùs ædificare cœpit novum pro ſacro Gyneceio domicilium: cujus tamen ultimatum conſummationis finem in annos fuiſſe dilatum, ſuo loco habetur annotatum.

19. Eleonora Englin ſuper gregem ſuum parthenium Argos vigilans conſtituta biennio ſolùm præſtitit & fatis urgentibus piè in Domino deceſſit.

20. Eliſabetha Spanholzin An. 1608. die 7. Septembris electa eademque ipſa præ cunctis aliis in regimine clauſtrali hactenùs præſidentibus ſola & unica Jubilæa fieri promerita, tandem verò viribus fracta oneri ſimul ac muneri ſuo ſuccubuit Anno 1658. Incidit pientiſſima hæc antiſtita in triſtia illa tempora, quibus Mars aquilonaris per totam ferè Germaniam noſtram ſeſe plus quam terribiliter effudit; quare venerabilis hæc Præpoſita metuendam hæreticæ perſecutionis rabiem declinans, totis 13. annis cum religioſis domicellis ſuis exulare coacta Conſtantiæ in ipsâ civitate Acronianâ delituit, ubi quamvis fortunis omnibus exuta, piorum tamen fautorum eleemoſynis, ſed vel maximè largiſſimis Reverendiſſimi ac ampliſſimi Domini Jacobi Abbatis Creuzlingenſis ſtipendiis conſtanter adjuta ſubſtitit, quousque pace publicâ patriæ redditâ remeavit ad propria: ubi novum religioſæ manſionis ædificium jam priùs (ut ſuprà dictum eſt) ſub initium decurrentis hujus ſeculi noſtri cœptum paucis annis finaliter abſolvit, ſed & omninò novam ſuperadſtruxit Eccleſiam: quam poſtmodùm unà cum altaribus illius ſolemniter conſecravit loci Ordinarius Celſisſimus ac Reverendisſimus S. R. J. Princeps ac Dominus Dominus Franciſcus Joannes Epiſcopus Conſtantienſis Dominicâ 17. poſt Pentecoſten, quæ fuit 20. Septembris An. 1661.

21. Maria Franciſca Raſslerin Anno 1658. die 28. Octobris vi votorum capitularium ſuper reliquas ad dictaturam exaltata honorabilis in officio claruit annis ſupra viginti duobus.

22. Eliſacetha Harderin electa die 27. Decembris Anno 1680. triennio Præ-

 poſitu-

poſituræ nondùm abſoluto ſopita in Domino requievit.

23. Maria Dorothea ex avita ſtirpe inclytorum Sueviæ Heroum ac Illuſt. Dominorum Baronum à Rode progenita, Celſiſſimi ac Reverendiſſimi S. R. J. Principis ac Domini Domini Marquardi Rudolphi Epiſcopi Conſtantienſis germana ſoror electa die 6. Auguſti Anno 1683. à quo tempore digniſſima rectrix iſta haud ſine magnâ ſui nominis gloriâ laudatiſſimè præſidet parthenoni ſuo Inzkofienſi: in quo ſecundùm ſacram regulam Auguſtinianam ad amuſſim exculto ad lucidiſſimum aliorum exemplum in arctiſſimâ clauſurâ & accuratiſſimâ diſciplinæ regularis obſervantiâ Deo perquàm ſtrenuè militare hodie videmus perſonas Prænobiles ac Perilluſtres, queîs omnibus una ac præcipua cura eſt de officio divino non tam diurno quàm nocturno juxta Ordinem Romanum exactiſſimè celebrando; unde diebus feſtis ac Dominicis Muſicam iſthîc loci audire licet ac hymnodiam verè ſuaviſſimam: ad quam attentis auribus delibandam fortiter allecti catervatim advolant præter vicinos Dynaſtas nobiles etiam populi de longè venientes. Sacer autem Chorus Venerabilium Dominarum Canoniſſarum Inzkofienſium de præſenti talis eſt: Maria Agnes Segdin Decaniſſa: Maria Magdalena Oderlin: Maria Barbara Dietrichin: Maria Joanna ab Hohenzolleren: Maria Anna Welſerin: Maria Jacoba Maucherin: Maria Helena Wegnerin: Maria Amalia Strahlerin: Maria Joſepha Erhardin: Maria Salome Catanin: Maria Charitas Langin: Maria Felicitas Schreſſerin: Maria Fides Langin: Maria Franciſca ab Hohenzolleren: Maria Perpetua Holzmayrin: Maria Catharina Freyin: Maria Veronica Schultheiſſin: Maria Auguſtina Morelin: Maria Thereſia Wagnerin: Maria Ignatia Stolzin: Maria Aloyſia de Freyberg: Maria Beatrix Schenckin à Stauffenberg: Maria Aurelia Morelin: Maria Regina Deliſin: Maria Carolina Sonnerin: Maria Antonia ab Ow: Maria Roſa Molitorin: Maria Xaveria Hilerin: Maria Bernarda Werzin: Maria Adelhaidis à Rode: omnes iſtæ Chorales, uti vocantur, ac Canoniſſæ Capitulares; tùm Converſæ ſeu Laicales ſorores novem verè beatæ omnes, quæ timent Dominum & ambulant in viis ejus.

❋ ISNENSE.

PErcelebre Monaſterium Ordinis S. Benedicti ad ejusdem nominis fluviolum apud Algovios intra muros Iſnæ imperialis oppidi in civibus & inquilinis ſuis hodie meriſſimè Lutherani infra limites diœceſis Conſtantienſis usque modò florentiſſimum; fundatum legitur in honorem SS. Jacobi Majoris Apoſtoli ac Georgii Martyris Anno Domini 1096. ſub Pontificatu Urbani Papæ II. regnante Henrico V. Primi conditores fuiſſe perhibentur Illuſtres Comites Oeringenſes Manegoldus Pater, Waltherus & Wolfradus filii; quorum vel breve quoddam fragnentum genealogicum affert Bruſchius de Monaſt. German. cent. 1. fol. m. 76. ad ſimul addit ſequentia; *Habitabant Comites iſti in Alpibus Sueviæ & ad Danubium ſupra Riedlingum: quibus ſine virili ſucceſſione ex hoc ſeculo ſublatis omnibus non ſolùm oppidum & Cœnobium iſtud Iſnenſe, ſed tota penè eorum quoq; ditio Dapiferos Scherenſes vel Waldburgenſes præpotentes Algoviæ Barones deſoluta eſt. Iſna tamen civitas Dapiferorum dominio excidit, & imperiale oppidum factum eſt ſub Joanne Dapifero poſt cæſum ab Helvetiis Othonem anno Domini 1386. Cauſam lege in Coſmographico opere Münſteri. Monaſterii advocatia ſalva manſit Dapiferis in hunc usq; diem. Confirmata eſt Oeringenſium Comitum fundatio à Pont. Max. Paſchali ſecundo Anno Domini 1106. Dedicata priùs Eccleſia in villâ Iſnâ ab Eberhardo Epiſcopo Conſtantienſi* (ante conſtructionem Monaſterii) *An. 1042. octavâ Calendarum Januarii ad inſtantiam & preces Wolfradi Comitis & Hiltrudis Uxoris ejus. Donârunt & auxerunt collationibus ſuis hoc Cœnobium Dominus Welſo Dux Altorffenſis, Henrici Ducis & Wulfhildis filius, qui cùm anno Chriſti 1192. ex mortalium hominum converſatione decederet, interiit unà cum ipſo tota ſtirps Welſonum.*

Frideri-

Fridericus Barbaroſſa Romanorum Imperator filius Friderici Suevorum Ducis ex Dominâ Judenthâ, quæ ſoror extitit ſupradicti Welfonis: is Fridericus laudatiſſimus Imperator dicitur fuiſſe plenus frater congregationis Iſnenſis: Rudolpus item Palatinus Tubingenſis & uxor ejus Domina Matildis Anno Domini 1187.

Primus apud Iſnenſes Abbas fuit S. Mangoldus electus Anno 1096. Qui cùm Monachos ſuos (ut inquit Gab. Bucelinus in ſuo Menologio Benedictino die 19. Februarii) in omni vitæ ſanctitate inſtrueret, & ſub regularis vitæ rigore coërceret, ab impio & ingrato quodam diſcipulo paternas monitiones aſpernante crudeliter occiſus illuſtrem Martyrii coronam promeruit Sanctorum Monachorum faſtis ſeu natalibus adſcriptus duodecimo Calendas Martii.

ISNENSE.

HAbuit antiquitùs idem aſcetarum Benedictinorum recenſitum Iſnenſe Cœnobium (more priſcis ſeculis uſitato) ponè conjunctum devotiſſimum aliquod fœminini quoque ſexûs Incluſorium; indè tamen vertentibus annis penitùs exinanitum: quod ipſum, dùm adhuc ſub eodem ordine monaſtico floruit, magnis vitæ ſanctioris meritis illuſtravit celebris admodùm loci quædam nobilis domicella ex nomine ſuo Adelhaidis dicta: cujus laudes uberius explanatas vide in noſtrâ Sueviâ Sanctâ part. 1.

ITTINGENSE.

SEu aliis *Yttingenſe* dictum religioſum ſuperiori ætate domicilium ſororum Ordinis S. Franciſci tertiam (uti vocant) regulam profitentium diœceſis Conſtantienſis in rurali Decanatu ſeu Capitulo Herrenbergenſi territorio Wirtenbergenſi jamdudùm in odium orthodoxæ religionis cum reliquis terræ hujus Collegiis ſacris & Monaſteriis adeò ſuppreſſum, ut vix conſtet de nomine illius, quod vel breviſſimè ſolùm unus commemorat Cruſius in Paralip. ad annales Sueviæ cap. 13. fol. 56.

Lit. K.

❀KAPFENBURGENSE.

TAliter ætate noſtrâ nuncupatum, prioribus verò ſeculis *Kappenburgenſe* dictum inſigne caſtrum, ſeu juxta morem, *Commenda* vocari ſolitum equeſtris Ordinis Teutonicorum B. Mariæ Virginis inſigne prorsùs domicilium in diſtrictu latiſſimæ diœceſis Auguſtanæ & confinio Comitatûs ſeu Principatûs Oettingenſis haud procul Nördlingâ civitate imperiali ſitu peramæno in præcelſo colle tranſeuntibus adſpectandum; idem ipſum juribus ac redditibus (atque hos inter toto etiam præclariſſimo oppido Lauchenſi ad radices montis Kapfenburgenſis propiùs adſito, eoque privilegiis Cæſareis variis ac pluribus nobilitato) adeò pinguibus liberaliſſimè dotatum, ſuoque memorato Ordini militari hodiedùm integerrimè ſervatum, & hinc à Nobili quodam Commembro illius usque hactenùs inhabitari ſolitum. Atque hujus Kapfenburgenſis reſidentiæ ſingularem etiam mentionem facit Cruſius in ſuis ſæpecitatis annalibus Sueviæ part. 3. lib. 7. cap. 8. de hujusmodi Commendâ Teutonicâ ſub annum 1471. ita ſcribens; *Abbas Nicolaus Lorchenſis quædam Hohenloenſia* (jura ac latifundia) *in tractu, qui Hertſeld appellatur, vendidit Domino Joanni de Finſterloe Commendatori Kappenburgi Teutonici Ordinis, Comite Ulrico* (Wirtenbergico) *evictionem, ſi opus eſſet, pollicito, & Auguſtano Epiſcopo* (Joanne Comite Werdenbergenſi) conſentiente.

❀ KAUFFBEURENSE.

KAuſtbura, Urbs imperialis in ſuperiori (quæ Almangovia & Algoia dicitur) parte Sueviæ Vindoni ſeu Vindæ (vulgò die Wertach) flumini propiùs adſita, cœpit ſub Lothario I. circa annum 842. à Nobilibus quibusdam de Curiâ ſeu vom Hoff nuncupatis: à quibus poſtmodùm (dùm ſcilicet unicus tantùm memoratæ ſurculus terris ſuperfuit, nempè Venerabilis ac Prænobilis Dominus Otto vom Hoff/ Cathedralis Eccleſiæ Auguſtanæ Canonicus, idem cum ſorore ſuâ Annâ rerum temporalium oppidò pertæſus) eadem ipſa ſub annum 890. propriis loci colonis & inquilinis 50000. florenis vendidata, ac ſic (prout ampliùs refert Cruſius mox adducendus infrà) ſui juris facta, ſed & inſuper à Conrado Romanorum Rege hujus nominis primo ſub annum circiter 915. diverſis gratiis, juribus ac privilegiis inſtructa & donata: taliter authoritate Cæſareâ Status imperialis evaſit; à quo tempore talis hodiedùm perſiſtit: quamvis jam ab Anno 1544. ab avitâ Majorum religione turpis apoſtatatrix eadẽ amplius hiſtoricè deſcripta à Zeillero in Topographiâ Sueviæ fol. 104. Hæc itaque Kauffburenſis Civitas Almangovica, & de mixtis (uti vocantur ratione Religionis bipartitæ Catholicæ ſcilicet ac Lutheranæ) una, quia jam ſuperiori decurrente ſeculo de perverſo Lutheri dogmate iniquisſimè ſuſcipiendo gravisſimè tentata & coanguſtata ſat magnam in civibus ſuis jacturam fuit perpeſſa, illis ipſis in avitâ fide & veritate Catholicâ firmisſimè ſtabiliendis imperante Ferdinando II. Cæſare Auguſto &c. RR. Patres Societatis Jeſu ſuſcepit: quibus etiam intra muros ſuos proprium quoddam domicilium ac templum jam antè Divæ Virgini Matri dicatum in plenam poſſeſſionem tradidit. Et quamvis Zeillerus loco antè citato ſcribat, memoratos PP. Jeſuitas antedicto templo ſuo per pacta pacis Weſtphalicæ denuò Civibus Lutheranis attributo deſtitutos A. 1654. rurſum loco cesſiſſe, ipſis tamen propria ſua (furentibus interim & vel iniquisſimè licet ferentibus oppidanis acatholicis) Reſidentia manet usque hodie firmiter ſtabilita; de cujus initio & progreſſu novisſimè talis ad me transmiſſa fuit deſcriptio. *Anno 1628. Reverendisſimus ac Illuſtrisſimus S.R.J. Princeps ac Dominus Henricus à Knöringen Epiſcopus Auguſtanus ex ſeptem non obſcuri nominis pagis duabusq; Romani Imperii civitatibus Alâ videlicet & Kauffbura Lutheranos lupos de ſuis ovilibus ejecit, in quibus locis facilè numerantur hominum millia quindecim. Legati Cæſareo-Bavarici & Epiſcopales-Auguſtani, ut primùm Kauffburam appulerunt, depulſis (quorum omninò tres erant) pſeudo-Præconibus publicum Lutheranæ ſuperſtitionis cultum abrogârunt omnem, ſenatum ex meris civibus orthodoxis conſtituerunt, rebus ac redditibus ſacris usq; hactenùs nefariàm occupatis cedere ceſſerunt loci ordinario ſeu Epiſcopo Auguſtano antedicto, qui dictam venerabilem Societatem in urbem iſthuc invexit Füeſſâ exeuntem oportunè tranſlatam.*

Item de ſecundâ ejuſdem introductione Kauffburam factâ ſuo loco connotata legimus ſequentia: *Anno 1649. cùm Cives Catholici religioſorum Patrum inſperatam (quæ per ſubdelegatos DD. Commiſſarios Wirtenbergenſes facta eſt) ejectionem graviter ferrent animorum & pecuniarum conjunctione factâ per integrum triennium egerunt Viennæ fortiter adeò ac felicisſimo ſucceſſu ut unum & alterum impetrârint mandatum Cæſareum à Ferdinando III. datum ac promulgatum pro reductione ſocietatis Jeſu quantocyùs facienda: quæ tamen dùm ab Acatholico Magiſtratu haud quidem fuit rejecta, benè tamen promulgata, adeoq; merisſimè infructuoſa Sereniſſima Princeps Maria Anna Maximiliani I. Electoris Bavariæ relicta vidua nata Archiduciſſa Auſtriæ ſubmiſit Commiſſarios duos, Illuſtrem ſcilicet ac Generoſum Dominum Ferdinandum de Puech in Walckerſaich & Thann Sereniſſimi Electoris Bavariæ Camerarium pedeſtris Legionis Chiliarcham & urbis Donavverdanæ pro tempore Præfectum &c. ac Nobilem & Magnificum Dominum Hieronymum Sterz J. V. Licentiatum Elect. Bavar. Reviſionarium (uti vocant) Conſiliarium, qui ſub annum 1652. die 16. Februarii in urbem hanc ſeu Kauffburam*

buram abſque omni tumultu facto Landſpergâ duos RR. PP. Benignum Kübler Concionatorem ac Guilielmum Morandum Procuratorem futurum poſtliminiò curru reduxerunt, atq; eosdem in antiquam priorem Reſidentiam ingenti Civium Catholicorum plauſu ac gratulatione reſtituerunt. Prima concio Dominicâ primâ quadrageſimæ die 18. Februarii habita eſt à dicto R. P. Benigno, cœpta quoq; alia Conſueta Societatis exercitia ſacra in templo parochiali indulto & authoritate Ordinariâ, ut etiam claves omnium ciſtarum ſacriſtæ ac etiam Tabernaculi Eucharıſtici memoratis Patribus fuerint traditæ. Cauſa fuit, quòd templum ſeu Sacellum antiquum Societatis clauſum detineretur usq; ad Commiſſionem vel Comitiorum tranſactionem. Redditus quoq; antiqui Prædicaturæ Honoldinæ & Sacelli Mariani ac S. Afræ &c. &c. qui in ſupradictâ primâ introductione ab altiſſimè facto Principe & Epiſcopo Auguſtano fuerunt viris religioſis aſſignati, per hujuſcemodi Commiſſionem nondùm erant reſtituti, ſed vixerè Patres tùm eleemoſynis Civium tùm Epiſcopatûs Auguſtani &c. &c.

❋KAUFFBEURENSE.

FLoret de præſenti ibidem loci, ſeu in ſupradictâ imperiali Civitate Kauffburanâ venerabile quoq; ſororum tertiæ regulæ S. P. Franciſci contubernium aliquod origine ſuâ vetuſtiſſimum: cujus nimirùm auctrix ſeu primaria fundatrix fuit Prænobilis Virgo Anna vom Hoff / jam ſuprà memorata: quæ lubens inſignem quandam (poſt reliqua bona titulo legalis venditionis ſponte derelicta) villam præ foribus oppidi Kauffburani ſituatam de bonis ſeu poſſeſſionibus ſuis hæreditariis ſingulariter ſervatam in regulare clauſtrum convertit hocce prodigio provocata. Tempore quodam divino ſpiritu ipſa ſolito fortiùs afflata è caſtello hodie die Buſtutin appellato, columbam eâ piâ intentione emiſiti, bi locorum conſtruere ſe velle Monaſterium aliquod, ubi ipſa primò pedem poſitura ſeſe demiſerit: quâ obſervatione diligenter adhibitâ & hujuſcemodi columbâ ad tectum memoratæ villæ pennis deportatâ nonnullisque aliis ſignis ac prodigiis ipſa ſæpedicta nobilis puella Anna quaſi cœlitùs edocta ipſiſſimo in loco ſub annum gratiæ 893. Monaſterii novi fabricam adorta multis nobilibus ac Illuſtribus puellis in id ſtudiosè collectis perſuaſisque ſub nullo licet certo quodam Ordine ſeu regula, ſed ſub directione tantùm Confeſſarii ac Patris ſui ſpiritualis diu noctuque vitam inculpatam tranſigens, ac in bonis operibus teſtimonium habens Partheniis illis ſociabus aſſumptis laudabiliter in Domino convixit, quousque meritis plena tandem placidiſſimè requievit ad terram viventium depoſthâc ſecurè poſſidendam deſuper evocata ex hoc mundo tranſivit ad Patrem.

Vertentibus annis quæcunque demùm devotariæ Virginalis clauſtri hujus inquilinæ (Monialibus libertinis ſeu domeſticis, uti vocantur, Beginis paſſim abrogatis, & ad certam aliquam religionem authoritate pontificiâ comprobatam ſolemniter profitendam abire coactis) tertium Ordinem Pœnitentium S. P. Franciſci mox ab inſtitutione ſuâ in partibus Germaniæ noſtræ ſummoperè florentem ſibi depoſthâc aſſumpſerunt obſervandum, quod priùs adhuc factum eſt, dùm ſcilicet anno 1325. die 20. Julii in feſto S. Margaritæ Virginis & Martyris tota cum eodem parthenio clauſtro civitas conflagravit; quæ poſtmodùm è buſto ſuo reſuſcitata fimbrias ſuas latiùs dilatavit, ac intra mœniæ ſua recepit non tantùm duo caſtella, ſed etiam Monaſterium hoc formâ & ſpatio multùm auguſtiore reſtauratum.

Anno 1470. Sorores iſtæ Tertiariæ (uti habet vetuſtum aliquod chartilacium m. ſ. usque modo ſervatum) Inſtituti Franciſcani priori clauſtro ſuo ruinas minitanti funditùs deſtructo novum aliud è fundamentis inſtaurare cœperunt juxta formam hodiedùm conſpicuam apparatum: cujus primum lapidem die 31. Martii in feſto S. Benedicti Abbatis nobilis vir Udalricus Schweinhart totis 31. annis fideliſſimus

ſimus religioſarum tutor ac Patronus Opt. Max. loci verò Parochus Reverendus ac Clarisſimus Dominus N. Rauer SS. Theologiæ Doctor die proximè ſequenti contiguæ capellæ ſolemniter poſuit. Atque hactenùs enarrata fuſiore ſtylo perſtringit etiam Cruſius, licet aliquandò ratione temporis omninò diverſus part. 3. lib. 4. cap. 6. ita ſcribens : *Kauffbeuræ Cœnobium Virgonum S. Claræ dicatum Anno 1325. die S. Margariæ deflagravit incendio in domo cujusdam piſtoris, cui nomen Hartnagel exorto. Conflagravit etiam ſimùl totum oppidum præter tantùm ſeptem domos: de cujus Cœnobii ortu & de civitate Kauffbeuræ hæc reperi in m. ſſ. quæ breviter exponam : Venerunt olim cum Franciæ Rege Romano Lothario è Gallis multi illuſtres viri in Germaniam. Inter quos quidam nomine Guido* vom Hoff / *Baro. Hic oppidum Kauffbeuren & totam circumcircà regionem emit, & primus oppido huic murum circumdedit ac vivendi leges præſcripſit. Condidit etiam, ubi nunc S. Blaſii templum eſt, arcem: quæ fuit deinde poſterorum ejus domicilium. Condidit & alia, ubi nunc patibulum eſt. Habebant ii Barones ea inſignia, quæ hodie ipſum oppidum. Tempore poſteà Ludovici Bavari tres familiæ illius fratres erant, & una earum ſoror virgo honeſtiſſima Anna, Eorum unus in ſervitiis Cæſaris obiit. Alter fuit Canonicus apud Auguſtanos : Tertius nomine Otho ex arce ſua noctu, ad civis cujusdam uxorem irrepens, à marito cum ipſâ occiſus eſt. Domina Anna & frater Canonicus Monaſteriolum S. Claræ conſtruxerunt, quod* den Mayꝛ Hoff/ *nuncupârunt. Ibi ipſa prima Monaſterii Magiſtra facta eſt. Vendiderunt autem ſua, quæ in oppidum habebant jura S. P. Q. Kauffburenſi quinquaginta millibus aureorum. Civitas jam ſui juris facta voluntariè ſe in libertatem Romani Imperii contulit. Cùm autem Cœnobium ita deflagrâſſet, ut dictum eſt, ſorores ad paupertatem redactæ tamen liberalitate piorum id anno 1471. inſtaurârunt ex lapide unà cum S. Franciſci ſacello. Poſuit primum lapidem in Vigiliâ S. Benedicti vir nobilis Ulricus Schvveicardus ſenior: qui tùm 32. annis fuerat Cœnobioli Præfectus. Alterum ſaxum ſacelli ſcilicet poſtridiè poſuit clarus vir Andreas Renerus Theologiæ Doctor & Eccleſiæ Kauffburenſis Parochus, præſente etiam oppidi Conſule Conrado Hegkiel. Magiſtra erat Anna Schleicherina. Oppidum etiam inſtauratum. Reformatum verò Cœnobium eſt Anno 1487. ſecundùm tertiam regulam S. Franciſci. Magiſtra ibi erat Anno 1542. & 1550. Regina Kirmlitrina Landſpergenſis.* Hæc ille loc. cit.

Anno 1511. Kauffburæ erat (inquit idem Cruſius part. 3. lib. 10. cap. 1.) *Cæſar Maximilianus, qui die 10. Maji horâ ſeptimâ antemeridianâ valetudinis causâ lavit in parthenone S. Claræ. Poſteà in Refectorium convocavit ſorores & ſalutavit clementisſimè, ac ſingulis, quoad viveret, dandos ei decrevit ex Oeniponto 25. aureos. Deinde Magiſtræ Annæ Linderinæ ſingulisq; Nonnis manu datâ ſe eis fore clementisſimum pollicitus eſt.*

Anno 1544. Magiſtratu ſeculari & plerisque civibus oppidi Kauffbeurenſis ad novam ſectam Lutheranam perfidè translatis & vicisſim Clericis ac Sacerdotibus Orthodoxis loco cedere coactis, proin ſolitis avitæ religionis exercitiis in totum eliminatis deteſtanda hujuscemodi perſecutio hæretica virtuoſam monialium iſtarum Conſtantiam reliquit igne clariorem, poſteris non tam imitandam quàm admirandam ; ſiquidem quatuor ex Primoribus Reipublicæ ad clauſtrales iſtas ſorores ablegati, graviter primùm objurgatis illis ſub gravisſimâ pœnâ penitùs interdixerunt ſolita Religionis & Ordinis exercitia, ſpecialiter autem Magiſtræ earum ſeriò demandarunt, nullam deinceps ex ſororibus à Concione Lutheranâ & placito ad ſeculum egreſſu prohibeat, matrimonio ab illis juxta libitum contrahendo neutiquàm obſiſtat, nullam ampliùs ad gremium recipiat &c. &c. quibus & aliis pluribus hujuscemodi minis & terriculamentis, etſi fortiter admodùm incusſis, nec parùm tamen attentis conſtantes omninò permanſerunt ſuâ opinione iniquum quid neutiquam perpeſſæ præter dolendam ac iniquisſimam ſacramentorum Eccleſiaſticorum ſubtractionem acerbâ mente tolerandam, firmiùs id etiam atteſtante Fortunato Hueber in

Chro-

Chronico Franciſcano fol. 1396. ſub his verbis: Zu Kauffbeuren hat im Jahr 1544. die gantze Burgerſchafft umbgeſattlet / und alles / was nur einen Catholiſchen Klang / Schein oder Nahmen führte / von der Stadt ausgebotten. Im folgenden Jahr 1545. iſt das unglückſeelige Wetter endlich auch wider die beſtändige Ordens-Schweſteren der dritten Regul S. Franciſci ausgebrochen: dann in dem Augſt-Monat vier Herren aus dem Stadt-Rath in das Cloſter abgeordnet ſeynd worden / welche denen Ordens-Schweſteren nit allein das Meß-Opffer und alle Catholiſche Ubungen abgeſagt / ſondern auch der Vorſteherin folgende Befelch geſetzt: Nemblich / ſolle ſie keine verhinderen aus ihrẽ Cloſter-Schweſteren / welche wöllen die Lutheriſche Predigen anhören / in die Welt kehren / oder den Eheſtand antretten: ſie ſolle keine Novitzen mehr in das Cloſter auffnemmen; ſie ſolle auch keinen Capellan noch Beicht-Vatter mehr einführen; weilen die vorige ſchon verjagt worden. Auff ſolche Weiß haben die unſchuldige Ordens-Schweſteren die äuſſerſte Noth an Seel und Leib gelitten / und wurden gewißlich endlich gar haben weichen müſſen / wann nit der Keyſer Carolus V. ſein Interim hätte entzwiſchen geworffen / durch welches gleichwohl noch vil Kirchen- und Ordens-Ständ in ihrer Wohnung und Ubungs-Freyheit ſeind erhalten worden.

Anno 1548. Eædem Sanctimoniales ſolemni illo decreto (uti vocabatur) Interemiſtico in totâ Germaniâ authoritate Cæſareâ promulgato denuò fuerunt in integrum reſtitutæ; à quo tempore ingenti ſui conſolatione & merito, nec non maximâ civium etiam heterodoxorum congratulatione & ædificatione, in præſens usque priſtinâ libertate concorditer in Domino gaudentes feliciter utuntur. Et quidem illhîc loci de præſenti ſorores octodecim numero honeſtè ſatis ex dotibus ac bonis ſuis hæreditariò potitis aluntur, manualibus exercitiis & laboribus religioſæ profeſſioni congruis poſt ſpiritualia ritè peracta indefeſſo ſtudio conſummandis ſolerter intentæ.

Inter ſepta Monaſterii ſui perpulchrum habent ſacellum à paucis annis ampliùs (ſecundùm ſpatia ſua) dilatatum & exornatum: cujus majori bono & ornamento eximius quidam (cujus neſcit ſiniſtra quid faciat dextera, & nomen ipſe ſuum potiùs conſcribi libro vitæ, quàm revelari vanæ hominum notitiæ deſiderat, ſed & mille votis peroptat) Benefactor de propriâ ſubſtantiâ ſuâ tantum ultroneè contulit, quantum congruæ ſuſtentationi ſacerdotis unius ex nunc in præfato loco quotidiè Miſſam celebrantis, ſufficit, atque hujus vices de præſenti ſuſtinet unus ex RR. PP. Societatis Jeſu duobus aliis paris Ordinis & profeſsionis Presbyteris cum uno Converſo ſeu (uti vocant) Coadjutore laico in ſupradictâ Kauffburenſi reſidentiâ ſuâ conſiſtentibus tertius ipſe in hunc finem ſuperadditus. Juxtà tamen eædem Sanctimoniales diebus Feſtis & Dominicis ad officium divinum & concionem Ordinariam pronis auribus auſcultandam parochialem (ubi privatum aliquod Oratorium & ſub ipſo propriam etiam ſepulturam habent) Urbis Eccleſiam ex more frequentant.

KAUFFINGENSE

MOnaſterium virorum ſacræ Regulæ Monaſtico-Benedictinæ diœceſis Spirenſis in Briſgoviâ quandoque ſatis inclytum, non item hodie, quia jam pridem (quamvis culpâ ſine ſuâ) pleniſſimè dirutum, & ſolo penitus æquatum; unde nuda ſolùm illius ſupereſt memoria in vetuſto quodam (uti vocant) Rotulo Benedictino apud Gab. Bucelinum in German. ſac. part. 2. fol. 50. citato, ſimpliciter annotata, Porrò Henricum IV. Romanorum Imperatorem idem hoc Kauffingenſe Cœnobium unà cum altero *Hornbacenſe* dicto, quacunque demùm authoritate, ſeu poteſtate Ruggero Spirenſium Epiſcopo ſucceſſionis ordine (juxta computum Bruſchii de Epiſc. German. cent. 1. cap. 6.) triceſimo tertio in congruam magis epiſcopalis menſæ ſuſtentationem tradidiſſe teſtis eſt idem Bruſchius loc. cit.

✻KINZINGENSE

Kinzingen oppidum Briſgoviæ nominatum apud Zeillerum in Topographiâ Sueviæ fol. 227. Franciſcanum aliquod diœceſis Argentoratenſis habet Monaſterium RR. PP. Recollectorum noſtris (dùm hæc ſcribimus) temporibus ægrè ſolùm ſuo Ordini ſervatum, utpotè continuis quaſi hoſtilibus Gallorum incurſionibus fatigatum & exhauſtum, de quo nobis ea ſolùm de præſenti conſtant, quæ tùm de moderno illius ſtatu, tùm de primævo ejuſdem exordio depromit Fortunatus Hueber fol. 740. ſub hujusmodi tenore: Zu Kinzingen in Breiſgow ſeind die Franciſcaner ſchon im Jahr 1639. den 23. Chriſt-Monath eingezogen / welche aber wegen der Kriegs-Verwüſtungen nit lang köndten bleiben/noch zu Emedingen ſich weiter haben ausecken können. Im Jahr 1647. ſeind ſie von dem Magiſtrat zuruck erſucht worden: im Jahr 1654. den 19. Heu-Monat hat der Tyroliſche P. Provincial Fridericus Gailer das Heylige Creutz geſtecket; im Jahr 1659. den 25. Maji hat der Herr Prälat von Ettenheimb den erſten Stein gelegt. Im Jahr 1660. hat die Fräulin Sybilla von Winckelhofen zum Cloſter-Bau ergebliche Mittel hergeſchoſſen. Im Jahr 1662. hat der Herr Weyh-Biſchoff von Straſſburg Gabriel Haug in Beyſeyn dreyer benachbarter Prälaten von Ettenheim/Schutteren/und Tennenbach das Cloſter geweyhet. Im Jahr 1676. den 3. Herbſt-Monath hat ſie der Frantzöſiſche Krieg widerumb ausgejagt. Inde tamen denuò redeuntes etiamnùm memorati Terapeutæ Franciſcani iſthìc loci ſubſiſtunt; quibus inter plurimas & continuas quaſi hoſtiles perſecutiones ac moleſtias invicto animo perferendas, quæſtus magnus eſt pietas cum ſufficientiâ & zelus animarum in fovendâ proximorum ſalute conſtantisſimè hactenùs demonſtratus.

KIRCHBACHENSE

Abbatiale quondam fœminini ſexûs Ciſtercienſis Ordinis Monaſterium diœceſis Spirenſis ad Muteram fluvium in Zabergoviâ prioribus ſeculis honoratum ſatis & inclytum; quod idem ipſum tamen vertentibus annis utcunque labefactatum iniquiore fato tantùm non omninò defecit; quapropter alii cuidam dicti Ordinis ſui contubernio Frauen-Zimmeren appellato itidem recenſendo infrà de meliori conſilio fuit additum, & (uti loquimur) incorporatum; quod tamen utcunque iſtud hodie Acatholicum ſoli Duci Wirtenbrrgico manet ſubditum Monialibus omninò nullis iſthìc ampliùs ad ſtatum religioſum admitti ſolitis. Supereſt eſt etiamnùm Cardinalitia quædam Bulla in causâ reformationis clauſtri hujus olim factæ legenda apud Cruſium part. 3. lib. 7. cap. 6. juxta ſequentem formulam: *Ludovicus miſeratione divinâ Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Presbyter Cardinalis Arelatenſis vulgariter nuncupatus à ſacroſanctâ generali Synodo Baſileenſi in Spiritu Sancto legitimè congregatâ univerſalem Eccleſiam repræſentante Legatus de Latere ad partes Germaniæ deſtinatus &c. &c. Dilectis nobis in Chriſto Abbati Monaſterii in Bebenhuſen ac Præpoſito Eccleſiæ S. Crucis in Studtgardiâ Conſtantienſis diœceſis Salutem in Domino ſempiternam &c. &c. Deſiderantes Eccleſiarum & Monaſteriorum omnium ſtatus in proſperitatem ſuccesſibus dirigi &c. &c. libenter promovemus. Sanè pro parte dilectarum nobis in Chriſto Abbatiſſæ & Conventûs Monaſterii in Kirchbach Ciſtercienſis Ordinis Spirenſis diœceſis nuper nobis exhibita petitio continebat, quòd pridem dilectus Nobis in Chriſto vir Ludevvicus Comes de Wirtenberg conſiderans præfatum Monaſterium ad tantam inopiam perveniſſe, quòd in eo perſonæ divinis obſequiis deputatæ convenienter ſuſtentari non valerent: propterea motus pietate, eis hæc & hæc donavit in rarum relevaminis auxilium. Mandamus ergò Vobis, ut nos certiùs de his rebus informetis &c.&c. Datum Francofurti Calendis Octobris anno milleſimo quadringenteſimo quadrageſimo ſexto.*

KIRCH-

❋KIRCHBERGENSE

SEu *Kilchbergenſe* dictum inſigne prorſùs ætate noſtrâ fœmininum de Ordine S. Dominici Monaſterium diœceſis Conſtantienſis in ditione ſeu Comitatu Hohenbergenſi Præcurſori Domini S. Joanni Baptiſtæ dicatum. Adornando huic ſub annum 1237. initium dederunt tergeminæ Matronæ Illuſtres videlicet Wiliburgis & Chunigunda germanæ ſorores, duæ iſtæ, ac tertia quædam Eliſabetha de Byrn itidem Comitiſſà & hæc quidem cum Werentrude filiâ ſuâ ſingulæ non tam morum integritate quàm ingenii felicitate præcipuæ, ſed & in antiquis (quæ ſuperſunt) monumentis domeſticis titulo ac præconio ſanctitatis ritè honoratæ & inclytæ. Trinæ proin devotariæ iſtæ repudiato ſeculi faſtu uni Deo Regi ſeculorum immortali depoſthâc totâ mente ſervire ſibique ſoli vivere cupidiſſimæ in propriam habitationem firmisſimè ſtabiliendam ſpontè delegerunt montem quendam denſis arboribus ac ſpinoſis urticetis horrendum 50. marcis argenti ſolidi à Burcardo Comite Hohenbergenſi in id legitimè coëmptum; atque in hujus ſublimi vertice vulgò der Wahn-Bühel appellato vel ſecundùm partem aliquam repurgato, dùm illæ primùm novæ ſtructuræ ſuæ lapidem in fundamenta jaciunt, eundem morte concubiâ ad humiliorem quendam (cui hodie Monaſterium inædificatum perſtat) collem propè vicinum miniſterio Angelorum opportunè repoſitum (etiamnùm in Templi Choro poſt aram principem contuentibus admirandum) anxiè deprehendunt, idque factum eſt per &c. Piis ædificantium operibus dextera Domini faciens virtutem hanc magnam ſingulariter benedixit; unde fœminæ iſtæ licet inopes multùm ac cœterà indigæ humanoque (prout videbatur) auxilio penitùs exutæ, modico tamen temporis ſpatio, ſed & pretio ferè nullo feliciter abſolutum videre meruerunt qualecunque ædificium ſuum; cui protinùs immigrârunt etiam aliæ diverſi ſtatûs ac conditionis puellæ plùs minùs triginta: quarum numero adeò præter ſpem citiùs multiplicato non tam videre quàm ſentire licuit multiplicatam gentem æquè ac magnificatam lætitiam inde ſubortam Deo & hominibus gratam & acceptabilem. Iſthîc ergò loci novæ cœleſtis Regis ſponſæ in Domino congregatæ in unum non tam corde quàm voce concordes devotiſſimè commanentes, & de certo quodam vivendi modo ſeu ſtatu providè ſuſcipiendo deliberantes aſſiduis precibus & jejuniis in vota vocârunt eum, qui ubi vult ſpirat ſpiritum conſolationis & gaudii; nec fruſtrà, ſiquidem brevi pòſt, videlicet

Anno 1241. B. Pat. Joannes cognomento Teutonicus de Wildeshauſen nuper ex Epiſcopo Bosnienſi in ſupremum Miniſtrum generalem totius Ordinis FF. Prædicatorum conſtitutus in locali viſitatione Monaſteriorum memorati ſui Ordinis in Germaniâ ex itinere ſuo ad novum hoc Kirchbergenſe contubernium fortuitò delatus, & cum ſociis benignè hoſpitio receptus, dùm pientisſimas domicellas iſtas pro religioſo S. Dominici habitu piè concedendo ſupplices ſibi habuit, laudabili ac pudicâ earum converſatione probè cognitâ perſuaſus, & rationabiliter inductus ad ſuum Ordinem omnes eas recepit, & pro ſummâ, quâ fungebatur authoritate conſueta Dominicani Inſtituti privilegia lubens illis indulſit.

Anno 1243. Venerabilis ac Illuſt. Domina Wiliburgis Hohenbergica antedicta in primam loci Prioriſſam noviſſimè conſtituta, cum itidem Venerab. ac Illuſt. Domina Mechtilde natâ Comitiſsâ de Zimberen ex primogeniis Candidatis Kirchbergenſibus unà pro ſolidâ novi Monaſterii confirmatione authoritate pontificiâ clementisſimè concedendâ Romam digreſſa, eam, ut petiit in plenisſimâ formâ lætabunda recepit cum privilegiis quibusdam partialibus à ſede Apoſtolicâ collatis ſimul & diverſis (hodiedùm in templo Kirchbergenſi honorificè ſervatis) Sanctorum reliquiis, præter quas eadem Domina Prioriſſa ex eâdem peregrinatione ſuâ multifaria quoque magni pretii retulit ornamenta Eccleſiaſtica à diverſis Italiæ Principibus gratuitò donata, atque hæc eadem usque ad Patrum memoriam ſedulò cuſtodita, tandem verò ſub annum 1637. à Sueco milite ſacrilegè ſubducta.

Anno 1263. in religioſiſſimo Parthenone hoc rarâ vitæ ſanctitate ſuis præluxit Venerabilis ac Prænobilis Domina Agnes de Wechingen, quæ Prioratûs officio dignisſimè perfuncta dilectas in Domino ſibi ſubditas ſorores ac filias religioſas octoginta numero, quandoque magnâ rerum penuriâ coanguſtatas ad aliquot dies perpaucis ſolùm (quæ ſuperaverant) modicæ quantitatis panibus in ſolo Deo confidens famelicas refecit menſæ regulari juxta morem accumbentes.

Anno 1564. Venerabilis Sanctimonialium Conventus Kirchbergenſis religioſas unius ejusdemque Inſtituti conſorores ſuas è Monaſterio Pforzheimenſi ſæviciâ hæreſum iniquisſimè profligatas benignisſimè hoſpitio recepit, ac continuò nullis non Chriſtianæ charitatis officiis ſtudioſiſſimè fovit liberaliterque habuit, usque dùm religioſiſſimæ hoſpitiſſæ iſtæ labentibus annis ad unam omnes in Domino demortuæ loculum acceperunt in ſepulchreto Kirchbergenſibus uſitato.

Poſt recenſita hæc referre quoque libet Cruſium de eodem Parthenone hoc Kirchbergenſi pluribus locis diſſerentem, & primò quidem part. 3. lib. 2. cap. 7. prout ſequitur: *Contractûs cujusdam approbatio: Univerſis præſentem Schedulam inſpecturis Hugo Comes Palatinus de Tubingen ſalutem & notitiam rei geſtæ. Notum facimus, quòd Hugo miles dictus de Jhelingen, de conſenſu noſtro, & omnium hæredum ſororum curtem ſuam in Argazingen cum omnibus appendiciis ſuis vendidit Priorisſæ & Conventui ſororum in Kilchberg pro 73. libris Tubingenſibus liberè & abſolutè. Actum anno Domini MCCL. præſentibus Ulrico Comite de Wirtenberg fratre noſtro Duce de Tecke: Craftone Plebano de Altheim. Wernbero milite Jhelingenſi. Marquardo fratre ſuo & aliis quàmpluribus. In cujus rei teſtimonium præſentem Schedulam ſigillo noſtro fecimus communiri.* Item lib. 3. cap. 1. *Omnibus præſentium inſpectoribus Hugo Dei gratiâ Comes Palatinus de Tubingen ſalutem cum notitiâ ſubſcriptorum: Tenore præſentis litteræ declaramus, quòd Conradus dictus Herter civis in Rotenburg & ſua medietatem decimarum ſuarum in villâ noſtrâ Ergecingen, quam à viris nobilibus Miniſterialibus noſtris dictis Muller de Jhelingen certo pretio ac legitimo emerant: ſacratis à Deo dilectis Priorisſæ ejusque ſororibus in Kilchperg pro perpetuâ ſui memoriâ tradiderunt liberè in perpetuum posſidendam. Et quòd ſupradictas Decimas memorati Nobiles de Jhelingen tenebant in feudo ab ingenuo Domino de Wolva. Idem Dominus de Wolvâ traditionem hujusmodi per ſuum conſenſum voluntariè confirmavit. Inſuper præfati Conradus & uxor ſua medietatem curtis ſuæ in villâ prætextatâ ſitæ (de quâ medietate ſupradicta Priorisſa ſuæque ſorores protinùs percipiebant quatuor maltrorum ſiliginis ad duorum maltrorum tritici redditus) modo ſimili prænominatis ſororibus dederunt pro animarum ſuarum remedio jugiter posſidenda. Teſtes horum ſunt. B. Scriba. Henricus & Sifridus Scribæ. B. de Argecingen. Albertus dictus Serrah. B. Richter. C. Boceli. W. de Alten civis in Horb, & alii quàm plures. Acta ſunt hæc anno Domini MCCLXXIIII.* Lib. 4. cap. 5. *Anno 1320. obiit Ulricus Bebenhuſanus Abbas patriâ Eslingenſis 8. Idus Februarii, cujus ſucceſſor Conradus & Conventus vendiderunt Priorisſæ & Conventui Kilchbergenſis Parthenonis Prædicatorii Ordinis in Engezingen cum curiâ* (einem Hoff) *redditum annuum* 6. Malter Rockens. 4. Malter Kerns (Herrenberger Maß) 20. Viertl Habers / 1. Viertl Erbſen / 1. Gans / 2. Herbſt-Hüner / 50. Ayr *pretio 54. cum dimidio librarum* guter Pfenning Haller Müntz. *Actum Anno 1320.* an Sanct Joannes-Tag des Tauffers. Eodem libro cap. 7. *Mentionem reperi Anno 1330. Sanctimonialium de Kirchbergâ ad quas annuatim 10. ſolidi Tubingenſes veniebant ex bonis quibusdam, quæ erant Ruti in poſſesſione trium fratrum Halkiorum: Joannis, Conradi & Hermanni, quæ bona hi fratri ſuo Walthero Monacho Alpirſpacenſi conceſſerunt. Hic autem propter ſuam & ſuorum animæ ſalutem tradidit Abbati Walthero & Conventui poſt obitum ſuum fruenda.* Eodem libro cap. 11. *Albertus Witt Ergazingenſis & filius ejus Albertus vendiderunt Kirchbergenſi Priorisſæ & Conventui curiam quandam cultam quotannis à Roggenwibelio cum omnibus pertinentiis* der Jährlichen Gülten 14. Malter Roggens (Horber Maß) 3. Malter Haaber / und 1. Schäffel Erbiſen / *CVIII. libris* guter und genemer Haller.

Teſtes

Teſtes Joannes Böcklin Vogt zu Horb. Bernardus Stacheler. *Matthæus* der Richter. *Marquardus* Böcklin *civis Horbenſis.*

❀ KIRCHEIMENSE

ANno Chriſti 1601. *S. Dominici Aſceterium* (diœceſis Auguſtanæ) *in oppido Kircheim* (Illuſtrisſimis ac Excellentisſimis DD. Fuggeris S. R. J. Comitibus ſubdito) *ad Mindulam* (amnem) *per Marcum Fuggerum ad latus Eccleſiæ parochialis propè magnificam arcem ibidem à fundamentis extruitur, atque dotatione competenti factâ pro duodecim Patribus fundatur incorporatâ eidem parochiâ. Id poſteà funeſto incendio derepentè in favillas redactum eſt die 20. Auguſti 1615. Sed anno ſalutis 1620. celebriùs à Joanne Marci filio exædificatur & hodiedùm floret.* Carolus Stengelius part. 2. cap. 72. num. 7.

❀ KIRCHEIMENSE

EGregium hodie Ciſtercienſis Ordinis Cœnobium fœmininum Auguſtanæ quoque diœceſis in ditione Comitum Oettingenſium fundatum (teſte eodem Stengelio Abbate in Mantiſsâ ad Comment. rerum Auguſt. cap. 6. fol. 14.) Anno 1270. piâ liberalitate & operâ illius, quem id nominat Lazius de migrat. gent. lib. 7. fol. 327. in genealogiâ Comitum de Hirſperg ad finem ita ſcribens; *Gebhardus quintus hocce nomine ſororem habuit Adelheidem Ludovico Oetingenſi Comiti nuptam. Is ex Sophia filiâ Ottonis Bavariæ Ducis Gebhardum ſextum progenuit. Idem Henrici Bavariæ Ducis Magiſter militiæ fuerat in bello contra Ottocarum Bohemum Auſtriæ Ducem pro Schardingâ civitate geſto anno ſalutis 1260. victorque Ottocarum caſtris exuit haud procul à Schardingâ. Hujus ſoror Adelheidis Comitiſſa ab Oetingen in Rhætiâ fundavit Kircheim Monaſterium.*

KIRCHEIMENSE

B*Benedictini primùm Ordinis in Wirtenbergiâ Cœnobium* (diœceſis Conſtantienſis) *à proximo oppidò* (latè deſcripto apud Cruſium in Paralip. ad Annales Sueviæ cap. 10. fol. 14. & cap. 24. fol. 92. ac Zeillerum in Topographiâ Sueviæ fol. 109.) *ſic cognominatum, fundatum ſub annum Chriſti circiter 990. in quo magna multitudo ſacrarum Deo Virginum multis ſeculis cœlo adolevit, donec cum annis diſciplina in meram libertatem declinaret. Poſteà anno Chriſti 1147. Epiſcopi juſſu an motu proprio Regulam S. Auguſtini complexæ ſunt, quæ tunc aderant Virgines, donec Anno Chriſti 1267. jubente Romano Pontifice Ordinem Prædicatorum profiterentur.* Ita Gab. Bucelinus in German. ſac. part. 2. fol. 50. & rectè quidem per omnia, præterquàm quòd antiquitùs regulam S. Benedicti tenuiſſe ſcribat puellas iſtas Kircheimenſes, quas tamen priusquàm memoratam S. Patris Auguſtini regulam ſuſceperunt obſervandam, absque ullâ certâ regulâ vixiſſe novimus ex Cruſio part. 3. lib. 1. cap. 11. de primordiis Parthenonis hujus Kircheimenſis fuſiùs differente, prout ſequitur; *Extirpato Idolorum cultu ibi* (Kircheimii videlicet & per totam circumcircà regionem) *Chriſtianiſmus introductus eſt. Sequentibus temporibus quando Comites vivebant locupletes ac celebres ab Elephante nomini ſortiti Helfenſteinenſes: hi inter duos amnes Luteram & Lindacham Eccleſiam ſtruxerunt in campo ſolitariam. Circùm autem eam ſucceſſu temporis factæ ſunt caſæ quædam, ex quibus coaluit vicus Kircheim appellatus, tanquàm Domini Domus. Ejus vici fuit hæc origo: Multæ Virgines extitêre pietatis amantes: permultis annis ante Prædicatorum Ordinem* (*circa annum 1214. à S. P. Dominico fundatum*) *quæ ſe conjunxerunt, ibique tuguria compoſuerunt: ut eò propiùs ab illâ Eccleſiâ abeſſent. Non habebant adhuc leges, ſecundùm quas viverent, ſeu regulam præſcriptam: ſed nihilominùs tamen ſanctam & ſeveram ducebant*

bant vitam. Quæ fortâſſe circa 986. jam annum ſalutis congregatio erat. Laudabantur mores puellarum in oculos hominum incurrentes grati. Quo factum eſt, ut cœtus earum paulò auctior factus ſit. Venit deinde poſt non parùm temporis famâ excitatus advectus vir quidam cæcus patriâ Auguſtanus nomine Chelidonius (qui & in hoc Cœnobio ſepultus eſt) homo dives, honeſtus Deo deditus. Hic pia cum puellis colloquia miſcere: & quia fidibus ſciebat cantiones ſacras eis pſallere: quas puellas cùm intelligeret religioſas quidem eſſe, ſed magnâ egeſtate premi, ipſe circùm Proceres Eccleſiaſticos & Politicos ſe vehendum curabat: fidelibus ſcitè canebat: Quibus cùm non improbari ſuam præſentiam & operam cognoſceret, auſus eſt etiam eis narrare de octoginta ſex pauperculis Chriſti ſponſis, quæ Kircheimii eſſent: vitamque parcè ac duriter tolerarent, proinde ad beneficentiam ſive eleemoſynam circa eas declarandam hortabatur. Contributum fuit non parùm pecuniæ. Quo ſubſidio & plurium identidem collatione, tandem domicilium commodùm & omninò Cœnobium (quod propè oppidum adhuc hodie conſpicitur) conſtructum eſt. Ita ibi à cœtu Virginum honeſtè & religioſè vivebatur idque in longum tempus conſtanter. Vigente autem temporibus Friderici Secundi Imperatoris Dominicano Ordine: Orabant illæ Conſtantienſem Epiſcopum: ut ipſarum rationem vivendi certâ regulâ comprehenderet, ſed ipſis, quamvis ſæpè oratus ſemper recuſavit. Miſſo igitur Prædicatore (religioſo quodam familiæ Dominicanæ Patre ſeu Presbytero ſubintellige) Confluentiam Rhemi, ubi Legatus Papæ erat: impetrârunt ab eo Regulam Ordinis Prædicatorum. Commendatæ deinceps huic Ordini fuerunt à Pontificibus Innocentio IV. Alexandro IV. Clemente IV. & donatæ multis privilegiis. Ita feliciter ſuccreverunt, & quidem ſub Dominis Teccenſibus. Albertus autem Teccenſis primus accepit dignitatem Ducis: vivens Anno 1175. ſub Friderico I. Imperatore Barbaroſſâ.

Gynecejo hoc ſpirituali conſtituto: ad eas accedebant multæ ex ſeculari Gynecejo Virgines: inter quas una inſignis nobilitate & divitiis Adelheidis. Huic ſe ſacro cœtui congreganti Teccenſis Dux Conradus liberè permiſit omnes eò inferri opes ſuas, libertate quoque donavit litteris & ſigillis firmatâ Cœnobium, ut hæreditates etiam capeſſere Virginibus liceret. Ædificabant ipſæ Dormitorium: ædificabant Refectorium: ædificabant Cellam vinariam: multa etiam Duce Conrado inædificante. Ubi etiam Principes ipſi habitationem habebant: ſed ita à Virginibus diſtinctam, ut eas nemo videret. Augeſcentem etiam vicum Kirchheimium oppidum fieri contigit, populusq; vineas ibi plantare cœpit. Actum eſt hoc quòd Dux Conradus libertate domicilium totum & aream, & quidquid horti erat ornavit Anno 1235. menſe Novembri. Ipſe quoque in templi Choro fœminarum humatus eſt. Inſecutis temporibus omnia privilegia Dux Ludovicus eis confirmavit. Idem fecit poſteà Anno 1359. litteris obſignatis Dux Fridericus Teccenſis die S. Mathiæ, qui uxorem habuit Annam Comitem Helfenſteiniam Anno 1372.

Porrò Parthenia Kircheimenſes primùm ſine omni regulâ vixiſſe monſtrat ampliùs idem Cruſius loc. cit. cap. 14. ubi ſic ait: *Extiterunt quidam Adverſarii Regularum Monaſticarum* (ut ſcribit Frater Felix Faber jam ſæpe hactenùs citatus Ordinis S. Dominici SS. Theologiæ Doctor, & in Conventu Ulmenſi Prior ſub annum 1500. in officio inclytus) *in quibuſdam Monaſteriis, qui nominabantur Fratri-Celli, Beghardi & Beginæ. Hi perſuadebant multis Cœnobiis, ut ſine regulâ viverent. Meliùs ſic Deo ſerviri poſſe per libertatem ſpiritus: ſed magnoperè hoc genus hominum oderant cæteri: quibus certæ diſciplinæ præſcriptio placebat. Proinde quibuſdam Epiſcopis videbantur demolienda talia Collegia: quibus illa licentia ſtudio eſſet: Tunc Conventus Sanctimonialium Kircheimenſis Cœnobii ſæpe per Legatos Regulam S. Auguſtini à Conſtantienſi Epiſcopo petebat, quo ſemper recuſante fœminæ impetrârunt eam à Legato Pontificio Cardinale aurei vexilli Petro: qui Conſtantienſi Præſuli præcepit Papali auctoritate: ut illis Auguſtinianam Regulam daret. Hanc igitur acceperunt Anno 1247. & poſteà Anno 1267. Bononiæ Ordini Prædicatorum incorporatæ fuêre.*

Reſtant

Reſtant apud eundem Cruſium loc. cit. cap. 15. plures antiqui verſus quidam an Rythmi quamvis pro peſſimo ævi ſui more ingratis admodùm Lectori barbariſmis conferti: qui tamen ipſi utpotè de primâ Kircheimii fundatione & origine conſcripti ſincero ſimplicis antiquitatis ſtudio ſervandi ſic ſonant:

Anno milleno bis centum quadrageno
Regnante Ludovico de Teck nuncupato
Cùm eſſet illuſtris: ſequens ſuos progenitores
Hoc ſignum virtutis reliquit: & ſua proles,
Nam hunc locum amœnum, quem hic Princeps ædificavit
Quemque honore plenum crebrò inhabitavit
Tandem ad Dei cultum geſtiens dedicare
Atque Chriſti vultum volens ſibi placare.
Sponſas ſuas inclytas hîc voluit morari,
Quæ laudes Deo debitas noſcerent modulari
Quos ſuis amantisſimis relictis præ cæteris elegit,
Deinde intravit fœmina, annotam largam dedit,
Ut ſub regulari vitâ Chriſto militaret,
Hanc eis regulam annus poſt ſeptimus tulit,
Et perſonarum curam annus duodecimus fundavit,
Has vectura ingens ad Superos vocat
Quas hîc in terreno paradiſo locat
Chriſte Sponſe Virginum has genitrici devotas
Semper conſerva vivas poſt hujus ſeculi annos
Poſt annos mille quadringentos ſeptua octo
Kalendas Julii, Maji die triceſimo primo
Ulricus Heros de Wirtenberg monte Peligardi
Et ſuus natus Eberhardus Comites generoſi
Denuò hunc conſtruunt locum, quia corruit ipſe
Non ſaxa componunt telluris ſed lapides vitæ
Reformant deformata: pro ſuâ patriaq; ſalute
Hæc ſunt Deo grata ſacrificia credas tutè,
Sponſas ergò Chriſti veneremur corde ſincero
Ut à morte Chriſti liberent & hoſte ſevero,
Templum nempe Dei eſt virgo pudica,
Quod qui fœdant rei Chriſto ſunt gens inimica.

Et hæc de primogenio Parthenonis hujus Kircheimenſis ortu ſufficiant, non item de triſti & amarâ ſuppreſſione illius fuſè deſcripta in Documentis redivivis Monaſterior. Wirtenberg. Virginum: ubi tale legitur initium illius fol. 211. Den 1. Decembris (Anno 1559.) ſeind Ober-Vogt zu Kirchen Hanns von Renchingen und Herr Reſch in dem Frauen-Cloſter allda morgens frühe ankommen / und nach übergebner Credenz-Schrifft Priorin und Convent noch an der Zahl 16. ihres Fürſten und Herren Meynung und Vorhaben der Reformation und Gethailten halben deren / ſo uff ihrer alten Meinung verharren wurden / was ſich auff der Kayſ. Mayeſt. Begehren Ihr Fürſtl. Gnaden entſchloſſen / nach lengs vorgehalten / und ſie die Cloſter-Frauen bereden wollen / daß Ihr Fürſt und Herr allein ihr zeitlich und ewig Wollfahrt ſuchte ꝛc. ꝛc. auch ſich derentwegen Ihr Fürſtl. Gnaden verſehen / ſie werden ſich willfährig / demütiglich und gehorſamlich erzeigē ꝛc. und nachdem die Abgeſandte begehrt / entweders von ihnen ins gemein oder von jeder inſonderheit dero Meinung und Antwort / damit ſie ſolche Ihrem Fürſten und Herren mögen berichten / zu vernemmen / haben ſie nach kurtzem Bedacht vermeldt / dergleichen wer jetzt offtermahlen mit ihnen gehandlet / dargegen hätten ſie Kayſ. Mandata und Freyheiten / welche ſie ihme / dem Geſandten / darreichten / mit Begehren / daß ſie dieſelbige verleſen wolten.

Und dieweil die Geſandte ſolche weder leſen noch annemmen wolten / haben die Cloſter-Frauen ſolche ſelbs zu leſen ſich erbotten: aber die Geſandten wolten

eben

eben ſo wenig ſolches geſchehen laſſen/ ſondern vermeinten/ ſie durch den Paſſauiſchen Vertrag/ Reichs-Abſchiede und dergleichen Oppoſitiones von diſer ihrer Meynung abwendig zu machen/ und benebens/ daß ſie ſich zu der neuen Würtenbergiſchen Reformation bequemen/ zu bereden: auch zu diſem Intent ihnen/ obwohlen etliche ſolches nit gern geſehen/ gedachte Reformation biß auff den Titul der Haußhaltung vorgeleſen/ und darauff von jeder inſonderheit in Abweſen der anderen ihr Antwort anhören wollen/ aber die Cloſter-Frauen haben ihnen ſolches rund abgeſchlagen/ mit ausdrucklichem Vermelden: Sie wären zuvor gewitziget/ wolten nit alſo privatim mehr zu ihnen kommen/ ſonderen ſey ihrer aller und jeder Meynung/ daß diſe Articul wider ihr Gewiſſen/ ſie ſeyen der alten Religion/ und/ als ſie wohl wüſten/ auff dem rechten Weeg/ darzu nunmehr alt/ könnten nichts neues lernen: wollen auch auff ihrer alten Religion bleiben/ und darüber erwarten/ was ihnen GOtt zuſende und ihnen zu leiden ſeyn werde/ mit Bitt/ man wolle ſie bey ihres Ordens Freyheiten und der alten Religion bleiben/ und den Kayſ. Mandaten beruhen laſſen/ und haben ſie ſich Ihro Fürſtl. Gnaden Verordnung gleichmäſſig gehalten/ ſo vil ſie vor GOtt vermeint verantwortlich zu ſeyn. Man hab jetzt offt diſer Geſtalten mit ihnen gehandlet/ aber wüſten auff fürgehaltenen Getheillte keine andere Antwort zu geben. Darauff ſie auch (wie die Würtenbergiſ. in ihrer Relation ſelbſt bekennen) über allerhand freundlich Ermahnen und perſuaſiones ohnerſchrocken/ und ohne einig Entſetzen/ ſamentlich und jede inſonderheit verharret/ als iſt demnach der Priorin und denen/ ſo Aembter getragen/ keine mit Zwang ihrer Ordens-Regul zu beſchweren/ und den Verordneten aufferlegt/ wie auch die Läger-Bücher und Brieff zu beſichtigen begehrt worden/ mit fernerem Hinzuthun/ Ihr gnädiger Fürſt und Herr hab in Erfahrung gebracht/ wie daß ſie etliche ihres Cloſters fürnembſte Brieff an frembde Orth verändert/ daraus dem Cloſter bald Nachtheil erfolgen möcht ꝛc. ꝛc. Welchem Ungrund die Cloſter-Frauen gut teutſch widerſprochen/ auch ihnen alle/ neben einem Pergamentenen Läger-Buch fürgelegt/ deren dieweil ein groſſe Anzahl/ und nemblich der Pergamentinen beſigleten Lateiniſch und Teutſche 488. haben die Würtenbergiſ. Abgeordnete ſolche zu regiſtriren unterlaſſen/ und auff vorhabende der Clöſter Erneuerung oder ihres Fürſten und Herren ferneren Befelch verſchoben/ nichts deſtoweniger ſo wohl die Brieff als Läger-Bücher in ein Truhen mit dreyen Schlöſſeren/ deren einer Schlüſſel der Priorin/ der ander dem Ober-Vogt/ und der dritt in die Viſitation übergeben worden/ verſperrt und verwahret.

Den 2. Decembris haben Hr. Herzog Chriſtoffe nechſtgemelt nach Kirchheim Abgeſandte ſchrifftlich referiret/ welcher maſſen ſie zwar dem Fürſtl. Befelch nachkommen/ und geſtriges Tags alldort mit den Cloſter-Frauen/ vermög ihrer Inſtruction, wegen Annemmung der Reformation, tractirt und gehandlet/ aber über alle Müh und Arbeit kein anderen Beſchaid von ihnen erhalten/ als daß die Articul der Reformation wider ihr Gewiſſen/ ſie wären der alten Religion, und/ als ſie wohl wüſten/ auff dem rechten Weeg/ darzu nunmehr alt/ köñten nichts mehr lernen. Wöllen auch auff ihrer alten Religion bleiben/ und darüber erwarten/ was ihnen GOtt zuſende/ und ihnen zu leiden wäre/ mit Bitt/ man wöll ſie bey ihres Ordens Freyheiten und den Kayſ. Mandaten bleiben laſſen ꝛc. ꝛc. und obwohlen ſie mit jeder inſonderheit/ in Abweſen der anderen/ (damit ſie etwan eine allein nach Geſtalt der Jugend und Perſonen vermahnen kondten) zu handlen begehrt/ ſey ihnen doch ſolches von den Cloſter-Frauen/ weilen ſie ſchon zuvor gewitziget/ gäntzlich abgeſchlagen worden/ auch alle unerſchrocken/ und ohne einig Entſetzen/ auff ihrer erſten Meynung verharret. So ſeyen auch die Brieff und Läger-Bücher in ein Truhen/ vermög der Inſtruction, eingeſchloſſen/ ſey doch in dem Cloſter kein Gewölb vorhanden. Werde auch die Verwahrung ſolcher Brieffen in die Läng nit verbleiben können/ dann nachdem ſie ſich

ihrer

ihrer Gefäll Einkommens und Güter halber etwann Spärr und Jrrungen zutrugen / welcher halben man uff den Läger⸗Bücheren uñ gemeldten Brieffen Bericht haben und geben müſſt/ möchte in Mangel deſſen/ daß man beſchwerlich über die Brieff kommen kundt / dem Cloſter bald etwas verſaumbt werden. Deßwegen auff Jhr Fürſtl. Gnaden gnädiges Verbeſſeren ihr unterthänig Bedencken / da Jhr Fürſtl. Gn. nit geſiñet/ den Cloſter⸗Frauen die Brieff allein unter ihren Händen zu laſſen (als ſie auch in Unterthänigkeit nit rathen) daß dieweil es im Cloſter kein Gewölb oder gute Verwahrung auch das Cloſter für ſich ſelbs auſſerhalb der Stadt und unbeſchloſſen ligt / auch mit oder ohne Gefahr bald Veränderung der Brieff geſchehen möcht/ daß ſolche in die Stadt in Jhr Fürſtl. Gnaden oder der Stadt Verwahrung gethan / dem Vogt und Cloſters⸗Verwalther die Schlüſſel geben würden / darmit man jederzeit zu der Noth zu den Brieffen kommen möcht.

Es haben auch bey diſem Cloſter die Frauen allein einen Bauers⸗Mañ zu einem Hoffmeiſter / der auff die Ehhalten und das Geſchäfft ſiehet / und wohin die Frauen ihne zu Einbringung der Zünß oder Schulden hinaus ſchicken/mit der Verzeichnus / ſo ſie es ihme jederzeit geben/ ſolches verricht/ alsdann alles zu der Frauen Handen werde gelüferet / und gar kein Rechnung oder ferner Verantwortung habe. Da dann Jhr Fürſtl. Gnaden gnädig geſinnet/ die Adminiſtration zu anderen und die Verwaltung und Verrichtung des Cloſters Einkommen und Gefäll einem Hoffmeiſter zu befehlen / würde an diſem Orth einen anderen verſtändigen Hoffmeiſter zu verordnen vonnöthen ſeyn.

Fol. 222. Anno 1563. den 19. Maji hat Hn. Herzog Chriſtoffen Urſula geborne Gräffin von Helffenſtein Priorin ſambt dem Convent zu Kircheim zu wiſſen gemacht / welcher Geſtalt/ nachdem Jhr Fürſtl. Gnaden/ ſo wohl ihnen als anderen Cloſter⸗Frauen aufferlegt / daß ſie entweders die neue Religion und Reformation annemmen/ oder aber ihr Gelegenheit anderſtwo ſuchen möchten/ und aber ihnen beſchwerlich fallen wöll / ihr alte Ordnung/ auch einige Kirchen⸗Gebräuch und Cæremonien / die von der Zeit der Stüfftung ihres Cloſters gebraucht/ und bey ſolchen ſie von Jugend aufferzogen und erwachſen / auch ſelbige noch der Zeit in ihrem Gewiſſen für unchriſtlich nit halten köndten / noch wiſſen hinzulegen und zu verlaſſen / hab Herr Wilhelm des Heyl. Röm. Reichs Erbtruchſeſſ Freyherr zu Walpurg ihr freundlicher lieber Vetter in ſeiner Graffſchafft Fridberg Gottshaus Sieſſen ihnen gnädigen Unterſchlaiff zu geben gantz vätterlich bewilliget und verſprochen ꝛc. ꝛc. Als gelange an Jhr Fürſtl. Gnaden ihr demütig Flehen und Bitten die geruhen all ihr eigenthumblich Zugehörungen ihnen nachfolgen zu laſſen ꝛc. ꝛc.

Ultimo Maji als in Namen Herrn Hertzog Chriſtoffen für etliche Räth ein Inſtruction verfaßt und mit Jhr Fürſtl. Gnaden ſelbſt eigner Hand unterzogen worden / deren gemäß ſie auff obgedachtes Schreiben nach Kircheim ſich verfügen und alldorten anfänglich ſich befleiſſen ſollen / die Cloſter⸗Frauen/ daß ſie zu der Reformation ſich bequemen / zu perſvadiren / und unter anderen ihnen auch anzuzeigen : Es wolten Jhr Fürſtl. Gnaden hiemit / wie allwegen / gegen GOtt und der Welt ſich entſchuldiget haben / daß ſie an ihrem ſolchen zeitlich und ewigen Verderben nicht Schuld trügen / ſonderen ihres theils mit allem möglichſtem Fleiß und Bemühung ſie hiervor gern verhüten und errettet haben ꝛc. ꝛc. Alsdann jede privatim und abſonderlich befragen/ob ihr ernſtlicher Will / Meynung und Fürſatz ſeye/ſich Jhrer Fürſtl. Gnaden Reformation zu widerſetzen und ehe allhin gen Sießen zu begeben ? und ſofern je ihr aller Meinung noch beſtändlich und verharrlich / ſoll ein Inquiſition angeſtellt werden / was jede unterſchiedlich und eigentlich in das Cloſter gebracht. Alldieweilen Jhr Fürſtl. Gnaden ihr der Cloſter⸗Frauen Begehr/die Nachfolgung ihres angehörigen Eigenthumbs und anderſt nicht als allein auff ihr jeder Zugehörnus / ſo ſie in das Cloſter gebracht/ verſtehen köndten. Daß ſie aber des Cloſters Gefäll und Einkommen dar⸗

Nnn unter

unter verſtehen wolten / ſollen die Abgeordnete ihnen ſolches ableinen und anzeigen / daß ſelbiges Cloſter Ihr Fürſtl. Gnaden und nicht ihnen zuſtändig / auch ſelbige ihnen in Krafft des Heyl. Reichs auffgericht- und publicirten Religion-Friden an ſie erfolgt gnädigſt Geſinnen beſchehe/doch wolten Ihr Fürſtl. Gnaden ihnen auch daſſelbig nit widerfahren laſſen / es wäre dann/daß ſie ſich erſtlich des Cloſters verzigen und begeben. Zum anderen bey Herrn Wilhelm Truchſeſſen ſo vil erlangten/daß gegen diſer Nachfolg des jenigen/ er ſie gäntzlichen in ſeinem Cloſter erhalten wölle / und drittens / daß ſie die Cloſter-Frauen alle und jede dem Cloſter zuſtändige Brieff und Läger-Bücher/und alles anders/nichts ausgenommen / bey ihrem guten Glauben von Handen und heraus geben.

Den 3. Junii darauff als Ihr Fürſtl. Gnaden Geſinnen/ ſie die Cloſter-Frauen vernommen haben/haben ſie nicht in dergleichen Verzig/er werde gleich formirt oder geſtellt wie er wöll/ nicht einwilligen / ſondern auch nicht davon reden hören wollen / mit austrucklichen Worten vermeldend: Sie wiſſen des Cloſters / ſo auff ſie und ihren Orden geſtifftet/ſich nit zu verzeyhen / wäre wider ihr Gewiſſen ꝛc. ꝛc.

Den 27. Novembris ſeynd abermahl von Hn. Hertzog Chriſtoffen etliche Räth obgedachter Urſach halber an die Cloſter-Frauen zu Kirchheim mit folgender Inſtruction abgefertiget worden. Erſtlich ſollen ſie die Abgeordnete die Cloſter-Frauen nochmahlen und zum Uberfluß erinneren / wie vätterlich und gut es Ihr Fürſtl. Gnaden mit ihnen meinten / ihrer Seelen Heyl und Wollfahrt gern befürderen und ſehen wolten / derwegen wo ſich ihrer eine ſeither necbſter mit ihnen gepflegter Handlung durch Gnad des Heyl. Geiſts dahin entſchloſſen ihren Irrthumb und GOtt dem Herren widerwärtig Cloſter-Leben zu verlaſſen/ und in ein anderen GOtt wohlgefälligen Stand und Weſen zu begeben / ſo gedachten Ihr Fürſtl. Gnaden ſich/ wie ſie ſich allweg erbotten und gnädig geneigt geweſen gegen denſelben mit Gnaden zu erzeigen/und ſie dermaſſen zu bedencken/ daß ſie zu frieden und danckbar ſeyn wurden/im Fall ſie aber (wie zu beſorgen) nochmahls verharren / daß Ihr Fürſtl. Gnaden ſie an diſem beharrlichen Vorhaben und Abzug (wie ſie dann ſolches vor diſer Zeit der Kayſ. Mayeſt. Unſerem allergnädigſten Herren unterthänigſt verwilliget/ſich auch gegen ihnen und anderen erklärt) länger nit verhinderen. Und dieweil ſeiner Fürſtl. Gnaden vilfältige/gnädige/vätterliche und wohlmeinende Erinnerungen und Ermahnungen nit helffen köndten / ſie ſich ihres Verderbens gegen GOtt und menniglich entſchuldiget haben wolten / darauff mit ihr jeder was ſie fordere anhören / und im fall ſie ein mehrers forderten/ endlich der Priorin Urſula gebornen Gräffin von Helffenſtein erſtlich ein Gulden viertzig fürzuſchlagen und anbieten / und da ſie damit nicht zu frieden und benügig ſeyn woll/ fünff und viertzig/oder auffs meiſt ſechtzig und der anderen jeder ein Gulden fünff und zweintzig/ dreyſſig/ fünff und dreyſſig zum höchſten viertzig ſambt ihr jeder Kleider / und was ſie ohngefehrlich bißhero in ihrer Cell als ihr Eygenthumb bey ſich gehabt/ bewilligen. Alſo Ihr Fürſtl. Gnaden ſolch Geld ihr jedes Jahrs/oder da ſie es begehren / zu den Fron-Faſten zertheilt von dem Cloſter reichen und verfolgen laſſen/Sie auch deſſen mit briefflichem Schein und Leibgedings-Verſchreibung verſicheren wolten / doch daß ſie dargegen/wie billich/gebürenden Verzig auffrichten/ auch alle des Cloſters Brieff und anders demſelben zugehörig/ treulich und allerdings bey ihrem guten Glauben heraus geben. Da ſie dann jeder Layen-Schweſter/deren noch zwo ſeyn ſollen / auch etwas zu reichen begehren würden/ ſollen offtgedachte Verordnete / wann derſelben jede hinein kommen/ Erfahrung haben / und da ſie erſt ſeither dem Interim von ihnen den Cloſter-Frauen eingenommen worden / ſie erinneren / weil ſie ohne Ihr Fürſtl. Gnaden als des Lands-Fürſten und Caſten-Vogts Vorwiſſen und

Bewil-

Bewilligung in das Cloſter kommen/ daß ſie ihnen nichtzig ſchuldig ꝛc. ꝛc. da ſie aber ferner anhielten / mogen ſie jeder ein Gulden zehen oder fünffzehen und nicht weiter Leib-Geding verſprechen. Wofern ſie nun des Leib-Gedings halb auf vorangeregte Maß mit ihnen verglichen/ ſie auch der Renuntiationen wegen und Verzug auff vorn beyligenden Conceps unter der Stadt-Kirchen Inſigel zu verfertigen und auffzurichten bewilligen/ ſollen ſie Geſandte von ihnen den Cloſter-Frauen zugehörige Leger-Bücher / Brieff / Rödel / Regiſter (wie dann ſolche hievor zuſam̃en verwahrt mit ungleichen Schlüſſlen / ſo der Ober-Vogt und ſie bey Handen) und anders/ſo deſſelben Einkommen / Gefäll / Recht und Gerechtſame belangt/ deßgleichen alles Silber-Geſchirr / Kleinodien/ oder dergleichen / ſo dem Cloſter und nicht ihrer jeder eigenthumblich zugehörig/herfür zu thun begehren/ und daſſelbig alles ordenlich inventiren und auffſchreiben/ folgends verpetſchiren / und in Verwahrung nemmen / und die Sachen dahin richten / damit auff ihren Abzug die Brieff ordenlich zu ihrer Fürſtl. Gnaden Cantzley gelifert werden mögen. Wo aber ihr eine oder mehr von Silber-Geſchürr/Kleinodien oder dergleichen etwas eigens hätte / und daß ihr ſolches von ihren Freunden oder ſonſt verehrt und geſchenckt / auch bey ſich in ihr Cell ſeither für das ihr verwahret und bey Handen behalten worden/ ſollen ſie ihnen daſſelbig nit verhalten/ ſonderen ſolches / inmaſſen oben in gemein auch gemeldt / doch von dem jenigen/ was dem Cloſter zuſtändig/gar nichts verfolgen laſſen / auch beſonder des Cloſter Sigill von ihnen den Cloſter-Frauen / weilen ſie deſſen nicht mehr bedürfftig / ihnen auch weiter nicht und zu diſem Cloſter gehörig iſt/ erforderen/und zu ihren Handen nemmen.

Und damit ſie in keinem Weeg an ihrem Abzug verhindert werden / mögen Ihro Fürſtl. Gnaden Verordnete / auffen Fall / ſie den Verzicht zu verfertigen annemmen / ſolches alſobald zu der Cantzley Verſtändigē/Gedencken Ihr Fürſtl. Gnaden ihnen der Leibs-Geding Verſicherung obbeſtimpter Form verfertigen und wieder zukommen laſſen. So auch offtgedachte Cloſter-Frauen über ſolches alles zu ihrem Abzug umb des Cloſters Mänen und Fuhren ihnen ſolche zu verlauben uñ damit biß in das Cloſter Sieſſen zu laſſen / bitten werden/ ſollen ſie ihnen daſſelbige ſampt der Wägen nothwendiger Zehrung nicht abſchlagen/ ſondern vergönnen. Was dann ſie die Verordnete alſo verrichten / ſollen ſie zu ihrer Heimbkunfft gebührende Relation thun.

Den 20. Decembris referirten Ihro Fürſtl. Gnaden die abgeordnete Räth/ was maſſen mehrgedachte Cloſter-Frauen zu Kircheim ſambt und ſonders einhellig ſich erklärt / daß ſie einmahl bedacht und endlich geſinnet/bey ihrer Religion und in ihrem Orden wie bißher zu verbleiben / ſie auch niemand davon dringen zu laſſen / und ſolte man nur deſſentwegen nichts gegen ihnen fürnemmen oder vergebliche Müh anwenden. Der Abfertigung halb haben ſie zwar anfänglich den zugemuthen ſchrifftlichen Verzücht ihres Cloſters durchaus verwaigert / aber doch letzlich umb etwas ſo weit ihr Meinung geändert / daß gleichwohl ihr jede allein für ſich ſelbſt des Gottshaus ſich begeben und verzeihen wölle.

Welchen Fürſchlag die Abgeſandten ihnen gefallen laſſen / und Ihr Fürſtl. Gnaden darein zu bewilligen diſer Urſach gerathen / weilen ihrem Gutachten nach dergleichen Abgötterey und Cloſter-Weſen bey und neben Ihr Fürſtl. Gnaden reformirten/ und wohlangerichten Kirchen zu gedulden ein Greuel vor GOtt/auch Ihr Fürſtl. Gnaden Unterthanen nicht ein geringe Aergernus / Nachtheil und Schaden ꝛc. ꝛc. und möchten Ihr Fürſtl. Gnaden nicht allein ihr der Nonnen zu Kircheim fürderlich abkom̃en ꝛc. ꝛc. ſonderen würden villeicht andere mehr alſo hinaus zu begehren Urſach nemmen / und Ihr Fürſtl. Gnaden alſo ſolches unnützes Geſchwürms nach und nach ledig werden ꝛc. Iſt auch hierauff für obgemeldte Cloſter-Frauen bey der Würtenbergiſ. Cantzley folgende Form des Verzügs auffgeſetzt worden:

worden : Jch N. von N. bekenn und thue kund menniglich und in Krafft diß Brieffs. Als verruckter Zeit Priorin und Convent des Cloſters Kircheim ſambtlich / und dann wohlgedachte Priorin von ihr und Unſer jeden wegen durch Mittel-Perſonen ſelbſt freyes ungezwungnes Fürnemmens/Willens und Gemüths den Durchleuchtigen Hochgebornen Fürſten und Herren Herren Chriſtoffen Hertzogen zu Würtenberg und zu Teck/Graffen zu Mömpelgard mein und des Cloſters Kircheim gnedigen Lands-Fürſten Schutz- und Schirm-Herren zu erkennen geben / wie daß Wür und Unſer jede Unſer beſſerer Gelegenheit nach/ vorhabens und bedacht wären / und auſſer bewanten Jhr Fürſtl. Gnaden Cloſter Kircheim in die Herrſchafft Fridberg unter dem Wohlgebornē Herren Wilhelm Truchſeſſen und deſſelbig angehörig Cloſter Sieſſen zu begeben / mit angehefften demütigen Bitten/Jhr Fürſtl. Gnaden wolten Uns gnediglich allhier zuziehen / Unſer Leben daſelbſten vollenden / zu verſchlieſſen und zu enden erlauben/ und Uns jeder an ſtatt habender Lifferung bey jetzigen Cloſter Kircheim mit gnädigſter Jährlicher Unterhaltung bedencken laſſen. Wie Wür auch über Jhr Fürſtl. Gnaden gantz gnädiges erinneren und anbieten/wa Wür Uns in Jhr Fürſtl. Gnaden Chriſtenliche Reformation zu begeben gedachten/daß Jhr Fürſtl. Gnaden Uns mit allen Gnaden zu bedencken geneigt / auff ſolchem / und daß Wür Uns des Cloſters Kircheim endlichen und allerdings zu verzeihen bedacht und entſchloſſen verharren / und aber Jhr Fürſtl. Gnaden auff berürtem Unſer ſelbſt eigen Anlangen und beharrlichem Vorhaben Uns gnediglich hinzuziehen/ deßgleichen und ungeacht / was Jhr Fürſtl. Gnaden in Krafft des Heyl. Reichs Abſchid und Religions-Fridens befügt ſeyn mögen / neben anderen auch mir Jährlich N. Gulden zu Leib-Geding Quatember-weiß zu reichen vermög und Jnnhalt der ſonderen hierüber mir zugeſtellten Leibgedings-Verſchreibung gnediglich verwilligen / daß ich demnach ſelbſt danckbarer Bewegnus/ mein und mein Mit-Convent-Schweſteren hieoben vermeldtes Anlangen und Suppliciren gemäß abermahlen/ wie Wür Uns auch deſſen Capitul- und Convents-weiß entſchloſſen haben/ſelbſt aigen freyen Willens ohne allen Zwang / Trang oder Hinterliſten mich des Cloſters Kircheim / auch was ich ſelbſt allein oder mit ihnen dem Convent daran zu ſprechen / zu forderen oder zu erlangen gehabt oder zu haben vermeint/ ſampt aller deſſen Ober-Herrlichkeit / Recht und Gerechtſame/ Zünß/Gülten / Güter Zu- und Eingehörden ligendes und fahrendes nichts ausgenommen / gäntzlich lediglich und allerdings verzigen und begeben haben / verzige und begebe mich deſſen auch für mich ſelbs/ und als ein zu den anderen gehörige Convent-Schweſter beſter Form Rechtens Geiſtlichen und Weltlichen jetzo und für allemahl/alſo und dergeſtalt/ daß ich nun hinfüro weder Convents noch eigner ſonderer Weiß kein Recht/ Gerechtſame / Forderung / Anſprach/ Zuſpruch / Zugang oder Regreſſ an- und in berüreten Cloſter Kircheim deſſelben Zu- und Eingehörden / wie das Namen haben möchte / nicht mehr ſuchen/ gebrauchen / gewinnen noch haben will / weder inn- noch auſſerhalb Rechtens in kein Weiß noch Weeg/ weder durch mich ſelbſt / noch jemand meinetwegen / ſondern gedencke für mich und menniglichen von meinetwegen obberüreten gnedigen Leib-Gedings gäntzlichen benügen zu laſſen und Content zu ſeyn. Derentwegen auch Jhr Fürſtl. Gnaden und Jhr Fürſtl. Gnaden Erben mit ſolchen Jhr Fürſtl. Gnaden zugehörigen Cloſter und deſſen Rechten / Herrlichkeiten/ Renten/ Zünßen/Güter und Einkommen nun hinfüro mein und menniglichs von meinetwegen unverhindert handlen/ ſchaffen / ſchalten / thun und laſſen ſollen und mögen als mit andern Jhr Fürſtl. Gnaden freyen eignen Haab und Gut. Dann Jhr Fürſtl. Gnaden mir oder jemanden in meinem Namen über das angeregte Leib-Geding in was Weiß es ſich immer fügte / weiters zu geben / zu geſtatten/ oder mitzutheilen nicht ſchuldig ſeyn / wie ich auch weder Jhr

Fürſtl.

Fürſtl. Gnaden/noch dero Erben und an das Cloſter Kircheim weiter nichts forderen noch begehren / ſondern diſe mein Abfertigung zu völligen Benügen ſtet / veſt und unverbrochenlich zu halten und bey menniglich meinethalb zu verſchaffen bey Hand gegebner Treu in Aydsſtatt zugeſagt / gelobt und verſprochen hab / globe / verſpreche und ſag ſolches zu hiemit diſer Schrifft dergeſtalt / wo ich ſchon einig und allein / oder ſambt und neben den anderen meinen Mit-Schweſteren einer / mehr / oder allen mit / vergeß gedachtes meines Glaubens / Zuſages und Verſprechens (davor mich GOtt doch gnedig behüten wölle) darwider zu handlen unterſtehen oder ichtzeit weiters haben / forderen und anlangen / auch deßhalb zu dem Cloſter oder deſſen Rechten / Zünßen / Gülten und Güteren weder Geiſt- noch Weltliche / und doch einigen Schein oder Behülff ſelbigen meines Vorhabens uſitzo von Ordens oder Unſers Cloſters / oder auch Unſer weiblichs Rechts künfftige Zeit erlangte Befreyungen fürwenden wolte oder ſolte / daß dannoch weder die Röm. Kayſ. noch Königl. Mayeſt. Unſer allergnedigſte Herren / noch auch einige Obrigkeit Geiſtliche oder Weltliche mich hierinn hören / noch auch mein Anlangen und Begehren ichtziges befehlen Proceſſ erkennen und ausgehen / und da ſchon daſſelb aus Unwiſſenheit auff mein Anlauffen beſchehe / Ihr Fürſtl. Gnaden oder dero Erben und Innhaber berürten Cloſters und deſſen Güteren / jedoch denſelben zu pariren oder zu gehorſamen / nicht ſchuldig noch verpflicht ſeyn / auch durch ſolches nicht-Pariren nichts verwürckt noch überfahren haben ſolle / dann ich mich / als obſtehet vernünfftiglich rechten Wiſſens und bedachtlichen freywillig / aller Rechten / Freyheiten / Privilegien / Inhalten / Schirm / Behelff und alles anders / ſo mir und meinem Convent zum Fürſtand hierinn immer dienlich ſeyn köndt / wie das Namen hat oder erdacht werden wolt / und jetzo auffgeſetzt iſt / oder noch auffgeſetzt und in gemein / oder ſonders erlangt / ausgehen und verordnet werden möchte von Concilien / Päbſten / Keyſeren / Königen / Fürſten und Herren / ſonderlich aber der Freyheiten / Rechten und Privilegien / ſo Unſeren Orden und Uns gegeben / eingetheilt werden / ſambt der gemeinen Verzeyhung ohne vorgehende Sonderung widerſprechenden auch der Exception Vervortheilung / Liſts / Hinterruggs / Zwang / Trangs und Betrohung umb meines ſelbs beſſeren Nutzen willen / Wür / Ich und ſie der Convent bedacht / und Uns fürgenommen / für mich und menniglich / frey / lediglich / mit höchſter Betheurung und Zuſagen an Aydsſtatt verzigen und begeben hab / thue auch ſolches in Krafft diß Brieffs. Des zu mehreren Urkund und Zeugnus hab ich mit Fleiß gebetten und erbetten die Edlen / Veſte / Fürſichtigen / Ehrſame und Weiſen Ober- und Unter-Vögt / auch Burgermeiſter und Gericht zu Kircheim / daß ſie gemeiner Stadt Inſigel daran gehenckt haben. Geben und beſchehen ꝛc. ꝛc.

Obwohlen aber nach abgeleßnen diſem ſcharpffen Verzüg diſer Cloſter-Frauen Difficultät fürnemblich in dem geſtanden / daß ſie ſich aller Kayſ. Königl. und Päbſtlichen Privilegien / nicht allein für ihre Perſonen / ſondern auch vor ihren Orden begeben und verzeyhen ſolten / und auch ſie deßwegen ſolches zu änderen begehrt / haben ſie ſich jedoch endlich eines anderen beſonnen / und reſolvirt in ihrem Cloſter zu verbleiben / es gehe ihnen wie GOtt wöll.

Poſt hæc quænam ſors (haud dubiè non niſi inimica) pientiſſimis domicellis iſtis Kircheimenſibus ampliùs obtigerit, ſeu qualisnàm demùm fatalis perſecutionis procella in profundum usque ipſas demerſerit, nùm ſcilicet in clauſtro ſuo vel usque ad mortem utcunque ſubſiſtere toleratæ, an verò ſolum vertere coactæ, ſeu quocunque demùm fuerint exportatæ vel invitos nos latet, usque ad tempus illud, quo *nihil* erit *opertum, quod non revelabitur, & occultum, quod non ſcietur* Matth. 10. verſ. 26.

❀ KISELEGGENSE

SIc ab eo, cui ineſt paris nominis oppido Kiſeleggenſi nuncupari ſolitum religioſarum Sororum, quæ tertiam, uti vocant, S. Franciſci regulam profitentur, Venerabile domicilium diœceſis Conſtantienſis regulari viſitationi Quardiani Lenzfridani ſubditum, ſub politico tamen dominio Illuſtriſſ. DD. S. R. J. Comitum Walpurgenſium in partibus Algoviæ præclarum: de quo haud ita pridem talem accepimus relationem: *De Monaſterii hujus origine vel fundatione certi quicquam haud invenitur, eò nimirùm, quia ſub annum 1548. ferali incendio tam totum murorum ædificium, quàm litteraria quoque documenta, ſed & quæque utenſilia illius Vulcano in prædam ceſſerunt. Ex conjecturis tamen potius, quàm authenticâ ſeu veridicâ traditione habetur, religioſum hoc domicilium jam multis annis ſtetiſſe ante introductionem regularis obſervantiæ ad Ordinem Minorum S. Franciſci intra Provinciam vulgò Argentinenſis dictam. Siquidem vetuſta quædam monumenta pauciora præ reliquis usque modò ſervata diſertè mentionem faciunt Venerabilis Matris ſeu Magiſtræ Eliſabethæ Straſſerin quæ Parthenoni, huic Kiſeleggenſi ritè præfuit temporibus illis: quibus nominatiſſima illa Thaumaturga Sueviæ Eliſabetha Reutenſis* (de quâ ſuo loco pluribus infrà) *terris adhuc ſupervixit, eidemque memoratæ Magiſtræ Kiſeleggenſi religioſâ familiaritate conjuncta fuit, Beata illa Reuthenſis Eliſabetha juxta Martyrologium Franciſcanum Anno 1420. die 7. Januarii terris demortua: quâ nùm citiùs aut ſeriùs deceſſerit, antedicta Mater Kiſeleggenſis incertum eſt, unde ſaltem eruitur (ut antè dictum eſt) ſacra parthenia Congregatio hæc initium ſumpſit antequàm ſtricta illa regularis (quæ primùm Anno 1426. cœpit) obſervantia Fratrum Minorum S. Franciſci in Provinciam Argentinenſem inducta fuit.* Atque hæc eadem recenſita fideliſſimè refert etiam Fortunatus Hueber in Chronico ſuo Franciſcano fol. 1329. & 1369.

KNIEBISENSE

SEu Kniebis vulgari nomine ſuo dictum jam pridem in tabernam publicam ſceleſta metamorphoſi commutatum Ordinis S. Benedicti domicilium hodie Duci Wirtenbergico ſubditum, idque ſecundùm ultimam defectionem ſuam ab Abbate Trithemio in Chron. Hirſaug. tom. 2. fol. 684. taliter annotatum: *Anno prænotato* (1513.) *tertiâ die menſis Aprilis, quæ fuit in octavâ Dominicæ Reſurrectionis Monaſterium Kniebis Conſtantienſis diœceſis Ordinis noſtri, quod Abbati & Monaſterio in Alpirſpach ſine medio dignoſcitur ſubjectum, & diſtat à Reichenbach Hirſaugienſium Prioratu duobus ferè milliaribus fortuito caſu incenſum, incineratum & combuſtum eſt cum Eccleſiâ & domibus cunctis præter unam domunculam ſolam, quæ ab incendio manſit illæſa, Calices tamen, libri, clinodia, privilegia, ornamenta Eccleſiaſtica, lectiſternia quoque, & major pars utenſilium domûs fratrum & familiæ induſtriâ ab incendio erepta ſunt. Hoc autem Cœnobiolum etiam priùs ante 60. annos ſimiliter fuit exuſtum.*

Supereſt nobis Confirmatio Jurium Prioratûs hujus Kniebis nuncupati ad præfatum Alpirſpacenſe Monaſterium pertinentis à Friderico Comite Fürſtenbergenſi facta & data ſub hujusmodi tenore: *Univerſis Chriſti fidelibus tam præſentibus quàm futuris præſentem paginam inſpecturis Fridericus Comes de Fürſtenberg notitiam eorum, quæ ſequuntur &c. Super geſtis hominum temporis volubilitas calumniam ſæpe induceret & eorum niſi mentis oblivio voce teſtium aut ſcripti memoriâ*

triâ tolleretur. Quapropter dignitatem talem ſeu libertatem, quam pater noſter Fridericus Comes de Fürſtenberg felicis recordationis contulit ſeu tradidit dilectis nobis in Chriſto viris religioſis commorantibus in Kniebuz in nigrâ ſilvâ, videlicet in areâ, ſuper quam domus ſita eſt, quam inhabitant prædicti fratres cum nemoribus, paſcuis atque piſcaturis, quæ jure feudali tenuit à diœceſano ſeu diœceſi Babenbergenſi, quæ etiam feuda reſignavit ad manus Berchtoldi Epiſcopi tunc temporis reſidentis ibidem, nihilominùs ſuis ſupplicationibus ac precibus obtinuit apud præfatum Epiſcopum, quòd & ipſe prædictam aream, nemus, paſcua, piſcaturas cum aliis attinentiis contulit ſuperadictis viris religioſis eorumque ſucceſſoribus, jure hæreditario ſub annuo cenſu, ita quòd jam dicti fratres ſingulis annis exſolvant, unam libram ceræ ad officium Theſaurarii, ſive qui præeſt Cameræ Monaſterii Babenbergenſis. Nos verò Fridericus Comes præfatus de Fürſtenberg innovamus omnem libertatem factam ſæpedictis fratribus in areâ in nemoribus, in paſcuis & piſcaturis ab Epiſcopo Babenbergenſi nec non Epiſcopo Conſtantienſi & à Patre noſtro purè & ſimpliciter propter Deum & ob reverentiam tùm glorioſæ Virginis Mariæ Patronæ Eccleſiæ in Kniebuz. Volumus etiam, ſi prædicti fratres aliquem defectum ſuſtinerent, vel ſuſtinere putarent, in Inſtrumentis ipſis deditis à diœceſanis præfatis, ſive à Patre noſtro recuperare quantum in nobis eſt, & recuperamus per præſentes, ut per hoc valeant à nobis ſuffragari atque tueri tam in Judicio Canonico, quàm civili perpetuo contra quamlibet perſonam ſecuriſſimâ libertate. Datum anno Domini MCCLXXXX. in Purificatione Beatæ Virginis Mariæ. In hujus facti evidentiam ſigillum noſtrum præſentibus eſt appenſum.

KÖNIGSBRUNNENSE

Quaſi diceres Regii fontis *elegans & præclarum Monaſterium Ordinis Divi Bernardi vel Ciſtercienſis diœceſis* (Auguſtanæ) *Conſtantienſis ſub Viſitatione Salemitanâ in Brentianâ valle propè Brentii amnis & Pfefferii inſignis rivi pulcherrimos ampliſſimosque fontes & in ipſo Pfefferii inſignis rivi cum Brentio amne coitu, duobus brevibus milliaribus ſupra Giengam imperiale oppidum, unâ verò ab Alâ imperiali civitatulâ, tribus à Nordlingiaco, totidemque à Suevorum Gamundiâ loco profectò peramæno & ſalubri, utquò breviter omnia dicam paradiſiaco ſituatum in ſpatioſâ eademque cultiſſimâ valle.* Ita Bruſchius de Monaſt. Germ. cent. 1. fol. m. 103. ubi & ampliùs ibidem ſubdit: *Id amœniſſimum Monaſterium fundatum eſt in honorem B. Mariæ Virginis & S. Bernardi Abbatis Anno Dom. 1302. ab Imperatore Romanorum Alberto Auſtrio Imperatoris Rudolphi Habſpurgii filio in Imperii gubernatione ſucceſſore, ejuſque laudatiſſimâ conthorali Dominâ Eliſabethâ Carinthiæ Duciſſâ* in fundo caſtri Herwartſtein: quod pro condendo novo præfati Ordinis Ciſtercienſis Monaſterio cum omnibus appertinentiis prætacto Anno 1302. eidem Alberto Romanorum Imperatori jure venditionis pleniſſimè tradidit Ulricus Comes Helfenſteinius cujus litteræ ad perpetuam rei memoriam datæ ſic ſonant: *Omnibus præſentes litteras inſpecturis Ulricus de Helfenſtein Comes ſubſcriptorum notitiam cum ſalute &c. &c. Ut contractus bonæ fidei conſenſu mutuo celebrati ſub ſtabilitate incommutabili perſeverent ſcripturarum indiciis debent memoriæ commendari. Noverint itaque Univerſi tam poſteri quàm præſentes, quòd Nos conſideratâ neceſſitate noſtrâ: cui propter diverſitatum onera, quibus in uſuris & obſtagiis obſidum damna gravia continuè accreſcunt, dignoſcimur involuti, Caſtrum noſtrum Hervvartſtein cum ſilvis, pratis, agris, paſcuis, aquis, vivariis, piſcariis & piſcationibus, molendinis, viis & inviis, bannis & jurisdictionibus & ſpecialiter cum villâ Springen, ac Jure Patronatûs Eccleſiæ ibidem ſitæ ipſi villæ annexo cum ſuis pertinētiis & juribus tam corporalibus quàm incorporalibus univerſis quocunq; nomine cenſeantur venditioni decrevimus exponendā. Et cùm inter alios ad emptionem eandem procedere volentes Sereniſſimus Dominus noſter Albertus Dei gratiâ Romanorum Rex ſemper Auguſtus volens ad emptionem omnium præmiſſorum procedere intuitu & contemplatione ſuæ perſonæ & non vice ſeu nomine Regni vel Imperii Romani & Caſtrum & bona prædicta perpetuo poſſet divino cultui liberiùs applicare nobis majus & utilius præmium obtuliſſe. Nos receptis ab eodem Sereniſſimo Domino noſtro Alberto Dei gratiâ Romanorum Rege prædicto mille*

quingen

quingentis marcis argenti puri & legalis ponderis Conſtantienſis, quas nos accepiſſe & in utilitatem noſtram evidenter videlicet in exonerationem debitorum noſtrorum prædictorum: quibus damna gravia in uſuris & obſtagiis ibidem accreverant, convertiſſe ſcriptis præſentibus recognoſcimus & confitemur. Caſtrum prædictum cum ſilvis, pratis, paſcuis, agris cultis & incultis, viis, inviis, nemoribus, aquis, aquarumvè decurſibus, vivariis, molendinis, bannis & jurisdictionibus cum omni jure inſtituendi & deſtituendi & ſpecialiter cum villis ſubſcriptis & bonis, videlicet villâ Springen cum Jure Patronatûs Eccleſiæ eidem villæ annexæ. Item cum villis ſeu oppidis Spickol, Wichartsberg, Vozenmansvveiler, Hermansvveiler, Biberſol, Zannenberg, Vozenlenberg cum omnibus juribus & pertinentiis earundem villarum acceſſibus & regreſſibus, viis & inviis, bannis & jurisdictionibus ipſorumque pertinentiis & juribus tam corporalibus quàm incorporalibus univerſis & quocunque nomine cenſeantur, nec non & advocatiam clauſtri in Steinheim cum omnibus bonis, poſſeſſionibus & juribus eidem pertinentibus, cum omni eo jure & conſuetudine: quibus bonæ memoriæ (Ulricus) Pater noſter usque ad obitum ſuum & nos huc usque Caſtrum & omnia ac ſingula ſupradicta habuimus & poſſedimus, Sereniſſimo Domino noſtro Alberto Dei gratiâ Romanorum Regi vendidimus, & ad mandatum ſuum in religioſos viros (Udalricum) Abbatem & Conventum Monaſterii de Salem Ordinis Ciſtercienſis Conſtantienſis diœceſis nomine Abbatis & Monachorum mittendorum ad prædictum locum pro fundandâ Abbatiâ ejusdem Ordinis tranſtulimus & transferimus per præſentes inducentes eos in corporalem poſſeſſionem ſingulorum & omnium præmiſſorum ſub his conditionibus pacto & formâ in Caſtrum & bona ſupradicta cum ipſorum pertinentiis memoratis applicentur, perpetuo divino cultui, & ut fundetur in eisdem Monaſterium ſæpedicti Ordinis Ciſtercienſis, & dos eidem conſtituatur cum omnibus bonis & poſſeſſionibus memoratis. Reſervavimus tamen nobis & noſtris ſucceſſoribus vel hæredibus quibuscunq; nullum jus venandi aut feras quomodolibet capiendi: ſeu jus quodcunque aliud corporale vel incorporale in toto vel in parte competere poteſt aut debet quomodolibet aut quovis caſu. Inſuper dedimus & damus prædictis Abbati & Conventui plenam & liberam facultatem bona, quæ à nobis tenent in feudum pertinentia caſtro & bonis ſupradictis emendi liberè & quocunque titulo donationis vel alio licito potuerint & maluerint liberè conquirendi, nobis noſtrisvè hæredibus aut ſucceſſoribus nullatenùs requiſitis. Ita quòd eisdem feudis conquiſitis aut conquirendis proprietas aut dominium directum ac utile eorundem ipſo facto tranſeat in eosdem eo jure eaque libertate, quibus Caſtrum & bona ſupradicta tranſtulimus pro nobis inſuper noſtrisque hæredibus quibuscunque prædictis Abbati & Conventui damus poteſtatem & liberam facultatem emendi, titulovè donationis ſeu alio quocunque licito poſſeſſiones in locis foreſti, in quibus jus venandi aut feras capiendi nobis dignoſcitur pertinere usque ad ſummam quingentarum marcarum argenti puri & legalis ponderis ſupradicti. Renuntiamus inſuper pro nobis noſtrisque hæredibus & ſucceſſoribus quibuscunque omni juri, quod nobis aut ipſis poſſet competere in feris, quæ caſu quocunque ſe immiſerint aquis aut vivariis ſupradictis per nos venditis ut eſt præmiſſum, & ibidem fuerint captivatæ.

Denique cùm præmiſſa omnia & ſingula jure proprietario ſeu proprio titulo venditionis tranſtulerimus de mandato præfati Domini noſtri Regis in ſæpedictos Abbatem & Conventum cum juribus, libertatibus, & ſub formâ pacto & modo præhabitis & præmiſſis obligamus nos noſtrosque ſucceſſores & hæredes quicunque pro tempore his in ſcriptis per ſtipulationem ſolemnem dictis Abbati & Conventui ad plenam Warandiam & ad omne periculum evictionis in quocunque Judicio Eccleſiaſtico vel ſeculari ſubeundum, juſtitiâ mediante quoad omnia & ſingula prædicta. Et in evidentiam eorundem ipſorum perpetuam & inviolabilem firmitatem præſens Inſtrumentum ſigilli noſtri robore communimus. Datum & Actum anno Domini milleſimo trecenteſimo ſecundo, tertio Calendas Auguſti.

rioris (uti vocant) Auſtriæ Provinciâ numero octavum: cujus ortus & felix admodùm progreſſus talis eſt: Oppidani Lauffenburgenſes nunquam non optimæ indolis homines & ad omne bonum paſſim proclives jam diu ante funeſta decurrentis ammodò ſeculi noſtri bella Sueco-Germanica Sereniſſimo ſuo fundi Domino ſeu Principi Leopoldo Archiduci Auſtriæ &c. non tàm humillimè quàm inſtantiſſimè ſupplicârunt pro licentiâ novos aſcetas Capucinos recipiendi gratioſè concedendâ. Pace proin publicâ per pacta transactionis Weſtphalo - Monaſterienſis terris redditâ præſidentibus in provinciali Capitulo ſub annum 1649. die 6. Aprilis Badæ Helvetiorum coacto Patribus intentum ſuum iterum iterumque ſuppliciter inſinuant, proque religioſo hoſpitio Lauffenburgi ſuſcipiendo devotiſſimè rogant & obſecrant, at præter ſpem non auditi pro ſuâ reverentiâ brevi pòſt ad Capitulum generale ſub annum 1650. Romæ habitum ardentiſſimè perſcribunt; ubi pleniſſimè data fuit copia pro adſtruendo Conventu hoc Lauffenburgenſi, ſed & pro altero quoque Waldshutano. Oblatis itaq; pro fabricâ requiſitis ſeu neceſſariis omnibus, iidem oppidani ſummis ardentiſſimisque precibus inſtant, quantocyùs memorati Patres velint poſſeſſionem recipere, ne ſi ſecùs, inquilinis Waldshutanis (qui & ipſi realem loci ſtabilitatem apud ſe ſumendam indies & horas fortiter urgebant) Zelo viderentur inferiores; atque hos inter unus præ omnibus immenſo quaſi inceſſanter æſtuabat deſiderio ſummus religioſorum virorum fautor pro tempore Primas urbis & officio Conſul Thomas Stocker ex nomine ſuo dictus. Crebriori proin inſtantiæ Patres religioſi vel pro poſſe ſatisfacturi juxta Decretum nupero Capitulo firmatum intrârunt Lauffenburgum ſub initium Novembris eo ipſo die, quo Gallicum præſidium reliquerat urbem. Inſtitêre denuò cives pro fabricâ quantocyùs inchoandâ, quæ tamen ob moleſtias aliquas præter ſpem noviter emerſas, & certas cauſas conſiderantibus obvias denuò fuit prorogata, ſeu potiùs retardata, usque ad omnimodam qualiscunque litis ſeu hujuscemodi controverſiæ compoſitionem poſt modicum temporis intervallum feliciſſimè ſecutam. Sed, quod res eſt, de loco hoc ſingulariter advertendum, eum jamdudùm à Supremo Numine pro Capucinis fuiſſe delectum. Siquidem ſuperioribus annis in ipſâ (ubi nunc altare majus perſtat) areâ fulgidiſſima lux adinſtar lampadis ardentis plurimùm illucere, ſuosq; radios circumquaque diffundere conſpicua manifeſtè quaſi denotavit Sanctisſimum altaris Sacramentum inibi ſuo tempore fore reponendum. Templum Conventusque ſtructurâ finaliter abſolutâ Monaſterii limites muro clauduntur, ſumptus omnes S. P. Q. Lauffenburgenſis ex communi ærario ſuo lubens affudit, unde meritò reſpublica hæc titulo fundationis inclyta ſcutum ſeu Inſignia ſua ſuſpendit in novo templo hoc Lauffenburgenſi, quod An. 1660. die 4. Aprilis Dominicâ in Albis in honorem Præcurſoris Domini S. Joannis Baptiſtæ de ſpeciali mandato Ordinarii ritu ſolemni conſecravit Reverendiſſimus ac Perilluſtris Dominus Thomas Henrici Epiſcopus Chryſopolitanus Suffraganeus Baſileenſis. Ex quo tempore religioſi Patres tantum laboris ſpiritualis iſthic loci conſtanter impenderunt, atque eximiæ civium munificentiæ ritè reſponderunt; nec enim Lauffenburgenſium orthodoxorum ſolùm, ſed adjacentium etiam hæreticorum ſaluti maximoperè profuerunt, dùm hactenùs de anno in annum triginta plùs minùs Acatholicos ad avitam Majorum fidem reduxerunt.

LAUFFENSE.

Hujus nominis oppidum *Lauffenſe* dictum diœceſis quidem Herbipolenſis, forenſi tamen ſeu politicâ jurisdictione heterodoxo Duci Wirtenbergico ſubditum ad fluenta Nicri conſpicuum idemque breviter deſcriptum à Zeillero in Topographiâ Sueviæ fol. 114. religioſum aliquod Monaſterium antiquitùs habuit, cujus expreſſam mentionem facit, & tam tempus primæ

fundationis quàm authorem illius fideliter edicit Bruſchius de Epiſc. Germ. tom. 1. cap. 9. in Henrico Comite Rottenburgenſi ad Tubarum 19. Epiſc. Herbipolenſi ita ſcribens: *Conſtruxit* (idem Henricui) *unà cum Imperatore S. Henrico ſecundo ex caſtro Lauffenſi ad Necharum Cœnobium, quod S. Henricus pago Kircheim & aliis prædiis adjacentibus liberaliſſimè donavit ac dotavit anno Incarnationis Dominicæ 1003.* quod ipſum tamen Monaſterium ſecundùm eſſentiam Ordinis & ſexûs ſui poſteris annis aliqualiter immutatum refert Buccelinus in ſuâ Germaniâ ſacrâ part. 2. fol. 53. ſub his verbis: *Lauffen Benedictini Ordinis Cœnobium usq. tertiò deinceps mutatum, fundatum primitùs ab Henrico Comite de Rottenburg Epiſcopo Herbipolenſi ſub annum Chriſti 998. poſteà virginibus Ordinis Prædicatorum conceſſum, demùm diſſociato ſacro virorum ac virginum Adelbergenſi cœtu conſentiente Romano Pontifice & Generali Ordinis PP. Prædicatorum Præmonſtratenſium factum eſt Anno 1466.* juxta Cruſium verò (ut jam ſuprà dictum eſt) 1476. Iſthîc ergò loci ſacer virginum Chorus ſub ſuo (quem nunquàm non integerrimè tenuit & ſacroſanctum ſemper habuit) Præmonſtratenſium Ordine feliciſſimè continuò ſtetit, quousque ſuperiori decurrente ſeculo vel invitus admodùm & contriſtatus inde plurimùm legitimæ poſſeſſionis ſuæ jacturam fecit, prout ſimpliciter annotatum habetur in Document. redivivis Monaſt. Wirtenb. Virg. fol. 87. in hæc verba: Als Anno 1536. nach Herren Herzog Ulrichs von Würtenberg Wiederankunfft die Cloſter-Frauen zu Lauffen / Præmonſtratenſer-Ordens / Würtzburger Biſtumbs / bey Ih. Fürſtl. Gnaden um den Schirm angehalten/ iſt ſelbigen/ wie der Vogt von Lauffen bericht / an ſtatt des Schutz all ihr Vermögen inventirt/ auch die Regiſter-Läger-und Rechen-Bücher entzogen worden. Sie aber hat man zu der Luteriſchen Predig zwingen / und ihre Diener mit der Erbhuldigung und neuen Pflicht beladen wollen / es ſeynd aber die Cloſter-Frauen aus der Predig geloſſen ꝛc.

❋ LAUINGANUM.

Lauinga (urbs Danubiana diœceſis Auguſtanæ ſub dominio Sereniſſimi Principis ſeu Ducis Palatino-Neoburgici fulgidiſſimi & inæſtimabilis illius Suevorum imò etiam omnium Germanorum Phœbi B. Alberti cognomento magni ex alumno Prædicatorii Ordinis Epiſcopi Ratisbonenſis &c. cunis & natalibus inclyta eaque pluribus titulis laudata apud Cruſium part. 3. lib. 3. cap. 5. & in Paralip. c. 17. fol. 77.) habet Monaſterium ſacri Ordinis Eremitarum Auguſtinianorum fundatum anno circiter 1302. areis nempè quibusdam ac domibus pro tunc à Principe terræ (uti creditur) legaliter in id coëmptis. Fuit autem clauſtrale hoc aſceterium prioribus ſeculis numero inhabitantium omninò frequentisſimum; unde & religioſis ſacri Ordinis ſui comitiis, ſeu (uti vocant) Capitulis tam generalibus quàm provincialibus quandoque Lauingæ habitis notiſſimum. Et nominatim quidem *Anno 1403. Comitia generalia* (ut inquit Philippus Elſius in ſuo Encomiaſtico Auguſtiniano 1654. in fol. Bruxellis edito pag. 22.) *habita ſunt in civitate Laugenſi in Sueviâ, & ad illa undequaq. totius Ordinis Patres inſigniores convolarunt. His abſolutis & Patribus ad propria redeuntibus, plures in Galeazii milites inciderunt, crudeliterq. perempti ſunt, tùm in religionis odium, tùm ut de ſummo Pontifice vindictam ſumerent, qui Florentinorum cauſam contra Galeazium promoverat. Alii etiam à Wenceslai Romanorum Regis militibus, non ſe ut Regem habentis, ſimili ferè odio ardentibus de Germaniâ & Italiâ oppreſſi interiêre.* Atque in hoc Capitulo Lauingano in Generalem Ordinis (uti loc. cit. habetur) die 3. Junii prætacto anno communibus Capitularium vocibus electus fuit Nicolaus Sarracenus de Caſſiâ jam antè Viſitatoris ac Provincialis munere ſtrenuè perfunctus, idem poſtmodùm

Anno

An. 1412. die 20. Julii à Joanne XXIII. Epiſcopus Maceratenſis & Reccaratenſis creatus, temporibus ſuis in Concilio Conſtantienſi clariſſimus, tandem doctrinâ & pietate celebris ad Superos translatus Anno 1559. Cœterum de eodem Cœnobio hoc Lauingano alicubi ſimpliciter annotata viſuntur ſequentia: *Ab Anno 1416. Monaſterium habuit Procuratores ſeculares. An. 1488. Ven. P. Gaſpar Ammonius SS. Theologiæ Doctor erigit fraternitatem textorum. Eodem regente Priore Agnes Gretterin inquilina de Lauingen fundavit Miſſam quotidianam perpetuam 400. florenis.* Reſtat etiam præclariſſimi viri hujus ſingulare encomium apud eundem Elſium citatum fol. 229. in hæc verba: *Gaſpar Ammonius SS. Theologiæ Doctor natione* (Belga) *Haſſelenſis Anno 1488. erat Prior in Lauingen, poſteà Provincialis Provinciæ Sueviæ multarum linguarum præſertim peritiâ linguæ Hebraicæ celeberrimus, quo etiam in Germaniâ complures, qui ab eodem de lingua famam acceperunt, uti ſunt præceptore. Singulis libris* (ut ait Poſſevinus in apparatu ſacro tom. 1. fol. 618. ubi & opuſcula per ipſum Ammonium ſcripta recenſet) *ſua capita cum argumentis proponuntur. Sed cùm eſſent excuſa, & in manus hæreticorum incidiſſent, videndum eſt, nùm eos labe aliquâ, ut ſolent, aſperſerint.* Item *An. 1540. die 22. Maji* (totâ urbe Lauinganâ jam priùs ad exemplum ſui Principis Palatino-Neoburgici novum dogma Lutheri avidiſſimè complexâ) *Monaſterium Senatui tradiderunt P. Georgius Fronmüller & Nicolaus Rons, ac Simon Froner Conventuales, eâ conditione, ut ad dies vitæ ab eo alerentur, haud dubiè iidem tres* (uti probè conjicere licet) illi, qui poſtmodùm à Novatoribus Lutheranis peſſimè habiti in apertiſſimum avitæ religionis odium contumelioſè ſuffocati fuerunt, oſſeis videlicet eorundem cadaveribus adhuc religioſum habitum indutis ætate noſtrâ poſt coactam Monaſterii reſtitutionem in latrinâ repertis. Sereniſſimus Princeps Wolfgangus Wilhelmus Comes Palatinus Rheni Dux Neoburgicus abjuratâ hæreſi Lutheranâ ad unum ovile Romano-Catholicum An. 1614. receptus, genuinos & antiquos loci poſſeſſores religioſos Anno 1616. Lauingam denuò repetere conceſſit: quibus & primariam urbis Eccleſiam S. Martini parochialem id temporis adhuc Lutheranam, depoſthâc inhabitandam tradidit, Monaſterii verò hujus templum usque eo ſemper clauſum in aſſuetum orthodoxæ religionis exercitium oppidanis indulſit; quod ipſum tamen Anno 1619. pariter alumnis Auguſtinianis denuò ceſſit, & ſic in quietâ Monaſterii ſui poſſesſione Venerabilis cœtus religiorum virorum permanſit usque ad annum 1632. quo Mars aquilonaris denuò profligavit Cœnobitas omnes, donec tandem pace publicâ ac univerſali Germaniæ noſtræ redditâ poſt ſuſtentatum multorum annorum exilium nova immiſſio feliciter ſecuta, eaque pleniſſimo jure (pro qualiscunque ſaltem temporis ſtatu) facta fuit ipſis Calendis Februarii Anno 1656. ac mox commune Ordinis ærarium de Provinciâ Suevicâ in omnimodam hujus Cœnobii ſui reſtaurationem mille ducentos florenos attulit, ex quo tempore in præſens usque ſacer locus iſte (in quo nunc ſtudium Theologicum apprimè floret) nova ſemper (favente Cœlo) incrementa capeſſit.

❀ LAUINGANUM.

FLoret peregregiè ibidem loci ſeu Lauingæ quoddam etiam devotiſſimum ſacri Ciſtercienſis Ordinis domicilium fœmininum S. Agneti Virgini & Martyri ſacrum. Huic adornando felix & auſpicatum ſatis dederunt initium devotariæ quædam ſeu civicæ puellæ Lauinganæ, quæ vaniſſimum ſeculi faſtum & rumores cane pejus & angue terribiliter exoſæ, ſed & ingenti virginalis pudoris innoxiè ſemper ſervandi amore meriſſimè ſuccenſæ circa annum 1270. primùm privatas ſolùm ædes quasdam in campeſtri colle Lauinganis vicino communiter *Weyhenau* nuncupato poſitas ſibi delegerunt inhabitandas, iſtas tamen jam pridem perditas, & jam â longis retrò temporibus in ſuis ruderibus omnimodè ſepultas.

An. 1275. pientiſſimæ Veſtales iſtæ Chriſtianæ primùm intra muros Lauinganos receptæ ibidem ab omni tamen religioſi ſtatûs onere ſeu regulari profeſſione manſerunt immunes & omninò liberæ usque ad annum 1456. quo currente demùm arctisſimum formulæ Ciſtercienſis Inſtitutum aſſumpſerunt depoſthâc obſervandum, ad quem etiam ordinem indè legaliter tenendum Anno 1459. menſe Septembri per litteras quidem receptæ, primùm tamen Anno 1487. ſecundùm leges ac conſuetudines regulares ſervatis ſervandis plenariè fuerunt reformatæ clauſtri ſimul Prioriſsâ quâdam pro tunc in religioſam loci antiſtitam conſtituta: quæ fuit Venerabilis Domina Agnes Steydin Ulmenſis Patritia è Parthenone Kircheimenſi data; quæ quamvis ſeptem ſolummodò religioſis domicellis iſthîc ab initio præfuit, inde tamen numerum earum labentibus annis ad triginta plùs minùs ipſa deduxit verè Materfamiliàs prudentisſima vigilantisſima tandem haud ſine maximo complorantium gemitu ac ejulatu tumulo repoſita An. 1515, die 15. Martii.

Poſt annum 1530. civibus Lauinganis pasſim ad novam hæreſin Lutheranam protervè dilapſis, religioſæ Cœnobii hujus inquilinæ partim minis, partim blanditiis, de ſtatu & ordine ſuo ſacrilegè deſerendo gravisſimè fuerunt tentatæ; quia tamen in ſtrenuâ Inſtituti ſui regulari obſervantiâ nunquàm non ſtabiles inventæ à Magiſtratu ſeculari, domi ſuæ fuerunt arctisſimè recluſæ, & omne ſacrum orthodoxæ, religionis exercitium ipſis penitùs interdictum, quousque Anno 1546. authoritate Cæſareâ Caroli V. potentisſimi Romanorum Imperatoris præfatâ urbe Lauinganâ recèns pro tunc armis potiti Sanctimoniales iſtæ denuò fuerunt in integrum reſtitutæ; quæ tamen religioſa malacia haud duravit niſi ad annum usque 1552. quo currente nova iterùm hæreticæ perſecutionis procella præter ſpem fuit oborta: quâ plurimùm invaleſcente religioſæ domicellæ ad unam omnes de clauſtro ſuo ſecedere violenter adactæ, privatas ſolùm ædes quasdam intra muros urbis Lauinganæ inhabitârunt ære proprio in id coemptas; Contrà verò parthenium ipſarum domicilium omninò mutatum fuit in pſeudo-academiam Lutheranam, jam dudùm tamen currente ſeculo noſtro in totum annihilatam & extinctam, de cujus inſtitutione primâ, ſi placet, videri poteſt Cruſius in Paralip. ad annales Sueviæ cap. 17. fol. 77.

Anno 1562. feriâ quartâ Paſchæ religioſæ (quotquot ſuppares manſerunt) fœminæ pretioſis quæcunque habuerunt mobilibus ac utenſilibus ſuis clandeſtinè corraſis atque aliò cautè translatis demùm ipſæ quoque Magiſtratu ſeculari penitùs inſcio ſpontè tamen ſuâ clam aufugerunt ad partes ſuperioris Sueviæ noſtræ ſimul in unum digreſſæ; ubi ad alium quendam ſui Ordinis Parthenonem fuerunt receptæ *Neidingen* appellatam, in quo labentibus annis defecerunt omnes inibi tandem in Domino religioſisſimè mortuæ & ſepultæ.

Anno 1645. Lauinganum hoc Cœnobium, ſatagente plurimùm Reverendisſimo ac Amplisſimo Domino Abbate Salemitano fuit reſtitutum, & appertinentes fructus illius usque hactenùs à ſeculari Magiſtratu in profanos uſus abſumpti Monialibus demùm noviter introductis in plenam poſſesſionem & adminiſtrationem relicti & conſignati; pòſt etiam religioſa loci Magiſtra titulo Abbatiſſæ nobilitata: cujus ſub vigilantisſimâ curâ Parthenon iſte Lauinganus hodie mirificè ſplendeſcit cœterùm ſpirituali juriſdictioni ſeu regulari viſitationi Abbatis Cæſarienſis ſubditus.

LAURINGENSE

MOnaſterium virorum Ordinis Eremitico-Auguſtiniani hæreſum invidiâ jam pridem fataliter attritum & omninò ſuffocatum, antehâc dùm floruit ad littora Danubii in fundo Sueviæ ditione tamen Palatino-Neoburgicâ locationem ſuam habuit; de quo religioſo clauſtro potentiâ & iniquitate Domini territorialis ſuperiori durante ſeculo fortis admodùm ac ſcelerati haud ampliùs ſupereſt, præter inane ſolummodò nomen illius poſteris relictū apud Cornelium Lancillottum in Catalogo Monaſteriorum præfati Ordinis in vitâ

vitâ S. P. Auguſtini per ipſum deſcriptâ ſub finem appoſito fol. 411. ubi ipſe *Lauringenſe* hoc Cœnobium inter ea, quæ de Provinciâ Sueviæ ſunt, recenſet ordine viceſimpm ſeptimum.

❋LENZFRIDANUM.

MOnaſterium Franciſcanum RR. PP. Recollectorum Argentoratenſi Provinciæ ſubditum & incorporatum; de cujus ortu & progreſſu loci Quardianus, qui nuperrimè fuit admodùm R. P. Ezechias Scheck SS. Theologiæ Lector emeritus, idem modò Eccleſiæ Patavienſis in Norico Concionator Ordinarius ſpecialiter in id requiſitus reſcripſit ad me ferè ſequentia: Lenzfrida in præcipuâ & ſuperiori (quæ communiter *Algovia* nuncupatur) parte Sueviæ haud procul Campidonâ imperiali civitate Lutheranâ ſimul & nominatiſſimo illo paris nominis Monaſterio Benedictino diſſitum trans Ileram fluvium Orientem versùs duo diverſa nempè maſculinum hoc & alterum Lenzfridanum fœmininum cum duobus caſtellis & aliis ſex habitaculis complectitur aſceteria politicæ ſeu forenſi jurisdictioni Abbatis Campidonenſis, ſpirituali verò dominio Epiſcopi Auguſtani ſubdita, & in amplo ſatis ac peramœno colle latiſſimè conſpicua; quò Fratres Minores S. Franciſci de Obſervantiâ piâ ac præpotenti perſuaſione ſuâ primùm adduxit Clariſſimus vir R. D. Leonardus (aliis Joannes) Mercklin SS. Theologiæ Doctor & pro tempore parochialis Eccleſiæ ad S. Magnum Campidonæ Curatus & Paſtor primarius: dùm ſcilicet is familiaribus ac conſanguineis ſuis ad menſam juxtà conſidentibus eximiam RR. PP. Franciſcanorum (in aliis terris à ſe viſorum) ſanctitatem, morum integritatem, vitæ auſteritatem &c. tanto zelo & efficaciâ depromens oretenùs extolleret, ut agrum Campidonenſem, reali eorum præſentiâ & incolatu longè fortunatiorem fore palàm aſſerere haud vereretur; quâ relatione convivæ amici magno fervore ac deſiderio ſuccenſi religioſos Fratres, adeò laudatos videndi coràm, mox unum de concivibus ſuis ſpectabilem ſcilicet virum Henricum Conrader aliàs Koch dictum, intenſiſſimè rogârunt, quatenùs is per filium ſuum Joannem Conrader SS. Theologiæ Baccalaureum formatum pro tunc in almâ Electorali Univerſitate Heidelbergenſi ſubſiſtentem ex Conventu illo quantocyùs adduci faciat hujuſcemodi Terapeutas ſeu Franciſcanos antedictos; quare dictus Joannes paternæ petitioni ſeu ſuggeſtioni morem gerens, qui nos de talibus An. 1458. ſub finem menſis Novembris Campidonam ſecum adduxit religioſos: quos Barbara Thomanin honeſta Matrona velut Angelus Dei deſuper immiſſos flexis genibus (benedictione ſacerdotali juxtim humillimè petitâ ſimul & feliciter impetratâ) avidiſſimè ſuſcepit, gratiſſimumque eorum adventum magno Spiritûs gaudio denuntiavit uni de familiaribus convivis antè memoratis, qui fuit Venerabilis Dominus Udalricus Rûſt ſeu Schneck aliis appellatus Eccleſiæ ad S. Stephanum extra muros Campidonenſes ad Leproſarium Sacellanus.

Inter hæc præfatus D. Leonardus Parœcus in communi causâ civitatis Campidonenſis in terras alienas ad aulam Cæſaream profecturus ſuam uni ex religioſis Fratribus, & quidem P. Martino Wella ad interim demandavit cathedram de more curandam: in quâ vir Dei religioſâ morum comitate, ſuavitate, maturitate, ac immenſo quaſi animarum zelo paſſim demonſtrato præſtantiſſimus Verbum Dei tantâ protulit energiâ, ſed & conſolatorio totius civitatis fructu (intereà quoque pari ſpiritûs fervore cœteris itidem Fratribus per totam viciniam in vineâ Domini ſtrenuè laborantibus) ultra Feſta Natalitia prætacti anni prædicavit, ut uno omnium Campidonenſium oppidanorum conſenſu in congruam habitationem opportunè ſtruendam offerretur eis Capella quædam *S. Urſulæ* intitulata in ſalticeto ſuper rivum Ilaræ propè civitatem vulgò in dem Ried conſtituta.

Redux ab Imperatore D. Leonardus optimâ famâ & multùm ædificatoriâ Fratrum converſatione magnaq; populi in eos affectione latè perceptâ quocunq; demùm ſpiritu ductus, ſeu potiùs ſeductus, & à priori illo longè in alium virum mutatus ex Patrono & promotore primario perſecutor maximus conceptũ antehâc amorem, in odium, laudes in convitia & improperia, recommendationes convertit in vituperia, tam impudenter & efficaciter, ut majorem S. P. Q.

Campidonenſis partem cum toto Ducali Monaſterio Benedictino in perverſam ſuam traxerit opinionem, ingentem in Fratres excitârit perſecutionem ac totâ illâ (quam priùs incolatu Franciſcanorum omnimodè felicitandam aſſeruit) terrâ velut indignos quaſi ſceleratos & execrandos contumelioſè proſcripſerit, à quâ etiam malitioſâ ſententiâ & publicâ virorum religioſorum perſecutione haud deſtitit, quouſq; cataclyſmus ripam Ilaræ cum toto domûs parochialis latifundio in totum peſſundaret, & os maligni perſecutoris undis ſubmerſi terribiliter nimis obſtrueret, ſive (ut alia habet relatio m. s.) ad oram prætacti fluminis ipſe fortè deambulans infortuito caſu in aquam prolapſus infelicem animam ageret; quo ſupplicii genere divina Nemeſis è veſtigio quaſi ſubſecuta variis quoq; plagis & miſerandâ prorsùs vitæ periodo plures itidem alios perdidit enarratæ perſecutionis complices, Fratribus interim innocentiâ ſuâ tutis nihil intermittentibus, quæ quovis modo conducere poſſent ad certam fidelium ſalutem omnimodè juvandam & turbatas adverſariorū mentes ſuaviter placandas.

Inter hæc exiit edictum à Gerwico Principe & Abbate ſimul & ſeculari Magiſtratu Campidonenſi, quo ſub interminatione pœnarum incolis, accolis & ruricolis omnibus & ſingulis ſeriò prohibebatur, nec latum unguem quidem aut quicquam de poſſeſſionibus ſuis Fratribus concederent in aream novi ædificii trahendum: quo ſeveriore edicto conterriti fideles, qui vel numero pauci remanſerunt Fratrum fautores omninò triſtes vel inviti depoſthâc abſtinuerunt tùm ipſorum colloquio quamvis aliàs gratiſſimo, tum publico cum illis congreſſu. Quare Nobilis quidam Dynaſta Nicolaus de Grieſingen ſpeciali ſemper amore religioſos aſcetas proſecutus in proprio fundo propè caſtellum ſuum Fiſthin appellatum, atq; iſtud non niſi modico unius horæ ſpatio Campidonâ disſitum, novas ædes pro illis moliri cœpit, inde tamen à potentiori putà Abbate Campidonenſi ſeverè prohibitus magnâ ſatis triſtitiâ vel invitus affecit Fratres jam omni conceptæ habitationis ſpe deſtitutos, & hinc jamjam abitum paraturos: cui tamē malo maturè præpediendo Provinciæ Vicarium R. P. Joannem de Lare magnis precibus exorârunt Fratrum fautores reſidui: quorum petitioni aſſenſu ſuo & poteſtate lubenter ipſe annuit, dummodò copiam facerent & procurare velint locum pro religioſâ manſione comodum ſacro Ordini tradendum & incorporandum. Quare de meliori conſilio duo ex Fratribus Martinus Wela jam nominatus ſuprà, & alter Joannes Fenis Romam digreſſi, ibiq; ſecundùm petita ſua in hujuſcemodi cauſâ à ſede Apoſtolicâ clementiſſimi auditi & exauditi denuò in patriam reduces attulerunt ſupplicem libellum nomine & loco ſæpedictorum fautorum Sanctiſſimo Domino Pio Papæ II. corâm exhibitum non ſolùm ritè laudatū ac comprobatum, ſed Commisſionem inſuper Apoſtolicam Ordinario loci videlicet Reverendisſimo ac Illuſtrisſimo Domino Petro S. R. E. Tituli S. Vitalis Cardinali & Epiſcopo Auguſtano directam: cui præclarisſimo Antiſtiti ſumus Pontifex per ſingularem quandā Bullam ſeu litteras manu propriâ confectas authoritate Apoſtolicâ pleniſſimam comiſit negotii inquiſitionem, quin & perſcriptâ vicisſim cognitaq; rerum veritate novā aliam Bullam tranſmiſit authoritate pontificiâ pariter firmatam & licentiam ædificandi pro Fratribus Monaſterium ſignanter in eâ contentam & expreſſam: quâ feliciter obtentâ Henricus Belzinger Patritius Ulmenſis id temporis municeps Campidonenſis clàm quidem, optimâ tamen fide, ſat magnam pecuniæ ſumam pro ſuſceptâ novi ædificii ſtructurâ finaliter abſolvendâ Sacellano jam ſuprà laudato D. Udalrico Schneck conſignavit: qui proin nobili Domicello Joanni de Grieſingen Fratrū Minorum fautoris eximii itidem jam ſuprà cum laude memorati cognato, in Schlanders reſidenti Campidonæ (quò fortè devenit, occaſione anniverſarii cujusdam pro eodem cognato ſuo haud ita pridem terris defuncto celebrandi) ſæpedicti Prænobilis Domini Nicolai piam de propriâ quâdam habitatione Fratribus conſtruendi intentionem ſed nondùm adimpletam tantâ propoſuit efficaciâ, ut ab eodem Joanne illicò plenisſimam reciperet ac impetraret facultatem emendi nomine ipſius fundum quendam ad voluntatem defuncti cognati realiter exequendam & conficiendi de factâ emptione litteras proprio ſigneto illius confirmandas. Acceptis itaque centum libris Halenſibus de peculio Henrici Belzinger antedicti ſæpe memoratus D. Udalricus Sacellanus emit ædes cum fundo & prædio in Lenzfrid à Joanne Vott colono, qui

qui mox die ſequenti receptis (ad evitandum pœnas in hujusmodi venditores ſtatutas) pecuniis clàm excesſit, erupit, evaſit.

Anno 1461. die feſto Principum Apoſtolorum Petri & Pauli idem Sacellanus domum cum pertinentiis ſuo nomine emptitiè comparatam, & claves in manus præſentium Fratrum P. Martini Wella cœterorumque Præſidis & Provinciæ Diffinitoris P. Joannis Fenis & P. Stephani Lubniz modo & conditionibus ſtatui ac regulæ locum ritè congruentibus in perpetuam habitationem reſignavit; jusſit inſuper materialia pro ædificio juxta caſtellum Fiſthin inchoato, à ſuo piæ memoriæ Domino cognato comparata ac comportata quantocyùs Lenzfridam transferri profutura Fratribus ad neceſſarium novæ ſtructuræ ſubſidium, ſeu potiùs initium, quod ſtatim ipſi cum D. Sacellano reaſſumpſerunt abſolvendum perficiendumque propriis manibus fodiendo fundamentum, muris cingendo fundum, & ſubinde à tribus vel quatuor perſonis adjuti modico temporis ſpatio religioſam manſionem cum quatuor cellis & humili Oratorio feliciter erexerunt, furentibus interim & pro toto poſſe ſuo fortiter obſiſtentibus adverſariis opus inceptum verbis atrocibus & comminationibus plurimis impedire molientibus; quorum tamen nullus (de ſingulari Dei diſpoſitione) violentiam inferre fuit auſus, & juxtìm una contradicentium adverſariorum pars alteri actualem negotii retardationem competere ſtultè contendit, quapropter ſtructura hæc longiori ſolùm morâ creſcebat.

Anno 1462. die feſto S. Laurentii Martyris Vicarius Provincialis Obſervantium R. P. Joannes Schiber cum quibusdam Ordinis ſui Patribus dignitate primis ac præcipuis Lenzfridam venit, locum & patrocinium, quò Fratribus in caſu necesſitatis confugere liceret coràm viſurus; qui mox perceptâ tùm Abbatis Principis, tùm civitatis Campidonenſis magnâ nimiùm in Fratres averſione, ſed & patrocinio ab utrisque abſolutè denegato nec non vehementiſſimo diceſſûs deſiderio Fratrum ſufficienter intellecto, cum iisdem hactenùs in loco laborantibus ad abitum ſeſe totum diſpoſuit, & juxta conſilium Evangelicum Sanctiq; Patris Franciſci teſtamentum excuſſo pedum pulvere terris iſtis exivit ad faciendam alibi pœnitentiam cum benedictione Dei. Quidam Fratrum fautores cùm ad triſte hoc & inopinatum ſpectaculum fortuitò convenirent, & multis cum lachrymis R. P. Provincialem pro paucis ſaltem aliqnot Fratribus loco relinquendis intenſiſſimè rogarent, fruſtrà jamjam abeuntes cum fletu & lachrymis comitati ſunt illos ad ædes & ſacellum usque D. Udalrici jam ſæpe hactenùs memorati, ubi ultimum Vale mutuò dicentibus idem D. Sacellanus cœteris triſtior relictis Fratribus ſacellum ſuum intravit, & ad altare B. Virginis humillimè proſtratus eidem tanquàm matri miſericordiæ cum maximo fletu & oratione ferventiſſimâ recommendavit totum negotium homines inter jam actum; quas preces piisſima Mater gratiarum irritas eſſe neutiquàm paſſa velociter exaudivit; nam Fratres intrando ſacellum benedictionem à ſanctis loci Patronis petituri, cùm D. Udalricum non ſolùm cum lachrymis orantem viderent, ſed ſupplicationes quoque pro concedendâ Fratrum quorundam remanſione magno ejulatu repetentem audirent, piâ commiſeratione commoti novo ibidem conſilio ſalubriter inito concluſerunt vel duos ſaltem ex Fratribus nempè Stephanum Lebniz & Joannem Fenis officio ſacerdotes in ſolatium petentis relinquere, qui vel ad Feſtum S. Michaelis Archangeli remaneant commune negotium (ſi neceſſarium interim patrocinium juxta conſtitutiones Ordinis obtinuerint) proſecuturi. Ad hæc D. Sacellanus ingenti gaudio perfuſus ſummas Deo Deiparæque Virgini Mariæ, tùm etiam Vicario Provinciæ grates egit ſummas, quoad potuit maximas, & cum cœteris ſtipatus amicis relictos duos Fratres Lenzfridam reduxit Patribus reliquis cum valedictione per viam ſuam abeuntibus. Poſt hæc D. Udalricus absque inutili morâ cum memoratis duobus fratribus Reverendiſſimum ac Illuſtriſſimum Dominum Ordinarium Petrum Cardinalem & Epiſcopum Auguſtanum adiit, Bullam Papalem Pii II. cum authentico fundi legitimè coëmpti teſtimonio coràm exhibuit, eique genuflexus potens illius pro Fratribus patrocinium implorarit. Optimus Princeps jam aliàs ſacro Seraphico Ordini addictiſſimus præhabito

habito cum ſuis in id conſilio clementer annuit pro ſe ac cunctis in epiſcopali munere ſucceſſoribus ſuis communem (quâ quævis alia diverſorum Ordinum Monaſteria gaudent & loca ſacra) tutelam ac defenſionem religioſis Fratribus deposthâc lubenter adminiſtrandam gratioſè promiſit litteris publicis deſuper confectis ac ſigillatis tam à memorato Domino Ordinario ſuſcipiente, quàm à Domino Udalrico locum in patrocinium illi tradente.

Idem quoque benigniſſimus Princeps Superioribus Franciſcani Ordinis & Provinciæ Argentoratenſis ſcripſit locum in Lenzfrid juxta tenorem Bullæ Apoſtolicæ recipiant, ædificium inceptum abſolvant, & ſecundùm regularem Ordinis ſui conditionem inhabitent, ſed & ampliùs pro ſtabiliendâ totius negotii quantocyùs realiter exequendi firmitate ac certitudine Fratribus in adjutorium aſſignavit ſpectatiſſimos viros RR. DD. Joannem Küphlin SS. Theologiæ Licentiatum in Neſſelwang: Joannem Locher ad S. Stephanum in Rettenberg, Joannem Herzer in Thal Curatos & Parochos: item ſæpè laudatum D. Udalricum Sacellanum; quo facto Vicarius Provinciæ plures Fratres Lenzfridam miſit: qui continuò conſueta exercitia ſua religioſa tam in Choro, quàm extrà videlicet in cathedrâ & ad aram fervido zelo convenienter inchoârunt, adverſariis haud ulteriùs ſiniſtri quicquàm tentantibus, ſed nec audentibus.

Anno 1463. die 12. Maji R. D. Udalricus Gach SS. Theologiæ Doctor, ruralis Capituli Campidonenſis pro tempore Decanus & Rector parochialis in Wertach, authoritate & poteſtate ordinariâ ſuffultus aſſiſtentibus ſibi Parochis antedictis in ſpectatiſſimâ tum Nobilium tum plebejorum convenarum & advenarum coronâ ad ſtabilem inchoati ædificii habitationem fundum ac angularem lapidem illius juxta conſuetas Eccleſiæ ſolemnitates benedixit, & ad locum deſtinatum cum proceſſione & cæremoniis debitis repoſuit, portantibus ſub eâ ipſum fundamentalem lapidem D. Joanne Zaph Parocho in Sundhofen, Strenuisque viris ac DD. Wilhelmo de Freyberg, Georgio de Werdenſtein & Jodoco Schwigger de montibus.

Anno 1466. die 4. Decembris de ſpeciali mandato altefati Reverendiſſimi ac Illuſtriſſimi DD. Ordinarii Reverendiſſimus D. Jodocus Epiſcopus Adramytenus Suffraganeus Auguſtanus novam Eccleſiam Lenzfridanam cum quatuor altaribus & cœmiterio ritu ſolemni conſecravit: quo eodem anno ipſum etiam Monaſterium inter Conventus formatos repoſitum (Capitulo Provinciali uno interim in eo ſub annum 1493. habito) eximiè floruit usque ad annum 1548. Præcipuus Patronus tutelaris Eccleſiæ ac Monaſterii S. Bernardinus Senenſis colitur, Principalis verò fundator D. Henricus Belzinger & actor principalis D. Udalricus Schneck Sacellanus ſæpè nominatus ac laudatus ſuprà qui idem ipſe hodiedùm in terris ampliùs laudatur, & in cœlo prœmiatur.

Eadem hæc hactenùs recenſita ſuccinctè refert etiam Fortunatus Hueber fol. 487. ſequentium tenore: Lenzfrid im Algew bey der Stadt Kempten hat jederzeit feindſeelige Widerwärtigkeiten ausgeſtanden. Im Jahr 1458. hat Herr Doctor Hanns Mercklin Pfarrherr bey St. Magnus zu Kempten die Obſervanten mit freundlicher Lieb und Wohlgewogenheit nach Kempten gebracht: die Frau Barbara Thomanin hat ſelbige dergeſtalten ehrenbietig gehalten/ daß ſie auch vor den erſten fünf geſandten Brüderen knyend den heyligen prieſterlichen Seegen begehrt/ſelbige knyend gegrüſt/und in die Herberg aufgenommen hat. P. Martinus Wella ware der erſt Prediger zu Kempten/ welcher mit Wort und Wandel die vornembſte Inwohner der Stadt zu deren Obſervanten Liebe gezogen hat/ forderiſt den Herrn Ulrich Schneck/einen Prieſter/ den Herren Nicolaus von Greiſingen/Herrn Heinrich Belzinger von Ulm rc. So hat auch der gantze Rath denen Franciſcaneren das Gottshaus S. Urſulæ zu bewohnen rechtlich übergeben/mit ſicherer Zuſetzung eines vorhabenden Cloſterbaus auſſerhalb der Stadt-Maur im Ried genannt. Diſe gar zu groſſe Naigung der Stadt gegen den Obſervanten wolte endlich der Herr Doctor Joannes Mercklin nit mehr gedulden; dahero

hero er angefangen die unſchuldige Religioſen mit ſchilehenden Augen anzuſehen/ und ſie ſo lang von ihrem Cloſter-Bau zu verhinderen/ biß ihn die Gottliche Heimbſuchung unverſehens in einem Bach erſäuffet hat. So hat auch der Herr Gerwig/ gefürſteter Abbt zu Kempten / die arme Franciſcaner auf alle mögliche Weiß von ihrem vorhabenden Cloſter-Bau verhindert/ ſo gar auch/ daß als Herr Nicolaus Grießinger bey ſeinem Schloß zu Fiſchingen für die Franciſcaner ein Wohnung gebaut/ der Herr Abbt ihme das gantze Gut abgekaufft / und alſobalden die arme Religioſen vertrieben. Endlich hat Herr Heinrich Belzinger von Ulm einen Grund und Boden eingehandlet/ welchen er denen Franciſcanern gar künſtlich zugeſpielet. Sie ſeynd aber auf ein neues auch von ſelbigem Ort vertrieben worden; biß endlich P. Martinus Wella mit einem Geſellen zu dem Römiſchen Hoff geeylet/ alle trübſeelige Verfolgung flehentlich entdecket/ und bey dem Papſt Pius II. ein hauptſächliche Bullen ausgewürcket / welcher ſich niemand mehr widerſetzen dörffte. Iſt alſo im Jahr 1464. an Sanct Pancratii Tag der erſte Stein gelegt/ und im Jahr 1466. an Sanct Barbarä-Tag die neugebaute Kirch ſambt dem Freythoff auffs feyrlichſt geweyhet worden. Die Wohnungen der Brüder/ und das gantze Cloſter / ſeynd nach und nach von deren Chriſtglaubigen Freygebigkeit in ſeine Vollkommenheit geſetzt worden.

Anno 1520. Oppidanis Campidonenſibus novam hæreſin Lutheranam paſſim ambientibus contra nefarios falſi dogmatis hujus Sectarios fortiſſimum athletam egit R.P. Joannes Winzler ob avitam religionem conſtantiſſimè defenſam Norimbergâ nuper exulare coactus, qui & ipſe poſtmodùm Anno 1523. Lenzfridæ Quardianus ſimul & Eccleſiaſtes ex officio conſtitutus pſeudo-præconibus tùm Campidonenſibus, tùm Memingenſibus quà concionando, quà ſcribendo & diſputando , quaſi murum fortiſſimum ſeſe ſemper oppoſuit, nihilque non egit ad Catholicos in antiquâ fidei conſtantiâ confortandos conſolandoſque, hæreticos verò confutandos, etſi multoties manifeſtè de vitâ periclitatus, donec tandem Anno 1525. tumultuosâ nimiùm aggreſtium accolarum rebellione in partibus Sueviæ paſſim prævalente tertiùm exulare cogeretur : quo tempore omnibus penè religioſis totius patriæ noſtræ effero nimis & inſano rebellium ruſticorum furori cedere coactis, Monaſteriiſque ac bonis Eccleſiaſticis paſſim ſacrilegè direptis, Lenzfridæ quoque Domicelli religioſi graviſſimis minis conterriti indies quidem parem exitum miſerandum timebant , virtute tamen divinâ & cuſtodiâ angelicâ clementiſſimè ſervati, vel pro tunc mali nihil omninò paſſi clauſtralem manſionem ſuam ſtabiliter incoluerunt usque ad annum 1548. quo decurrente neceſſitate plusquàm extremâ terribiliter adacti reliquerunt locum ſuum; quem tamen ex religiosâ charitate inhabitandum conceſſerunt Sanctimonialibus ſuis Campidonenſibus itidem (furente hæreſi) profligatis, ac iſthìc ſubinde commoratis usque ad annum 1649; quo demùm antiquis poſſeſſoribus ſuis maſculinis locus ceſſit, ut mox de altero Conventu Lenzfridano dicetur infrà.

Anno 1649. poſt integrum unius ſeculi decurſum vaſtiſſima ſacri Seraphici Ordinis Provincia Argentoratenſis dicta Monaſterium ſuum Lenzfridanum denuò repetiit: in quo eodem loco mox ſpecialis quidam Superior ſub nomine Præſidis, deinde verò cum titulo & poteſtate Quardiani fuit inſtitutus, ac ipſe Conventus juxta laudabilem primæ conſtructionis antiquitatem in integrum reſtitutus; à quo tempore numerus Fratrum infra duodenarium nunquàm fuit, qui religiosâ converſatione ſuâ, tùm indefeſſis continuò laboribus tantam ædificationem cum exoptato animarum fructu populi circumquaque diffuſi præſtiterunt, ut cum hujus affectu & devotione indies creſcente, liberalitas quoque creſcerent in Fratres & eleemoſynæ; de quibus olim viginti , hodie verò (tempore quamvis omninò difficili & caro valdè) Fratres plùs minùs triginta ſtatui ſuo conformiter honeſteque ſatis aluntur & conſervantur , divinâ ſcilicet providentiâ Operariis in vineâ Domini ſtrenuè labo-

borantibus victalitium in neceſſariam corporis mercedem providè multiplicante ac ampliante. Unus Fratrum in Templo Monaſterii diebus Dominicis & feſtis ad populum concionem habet, & in caſu neceſſitatis reſiduis (quotquot ſuperſunt) Campidonenſis Eccleſiæ ad S. Magnum modò Lutheranæ rurì extra civitatem degentibus parochianis ſacramenta confert, aliaque munia parochialia promptiſſimè ſubit ; unus Reverendiſſimo ac Celſiſſimo Abbati Campidonenſi & religioſis ſubditis illius à Confeſſionibus in ipſo Ducali S. Hildegardis Monaſterio continuò moratur ; duo officio Lectores ſeu Profeſſores junioribus diſcipulis ſuis Philoſophiam tradunt, alius denique Confeſſarium vicinarum ſororum agit, cœteris per totum anni decurſum vicinos tùm Conſtantienſis, tùm Auguſtanæ (cujus utriusque termini limitanei Campidonenſem agrum & Lenzfridanum attingunt) diœceſis Curiones & Parochos in curâ paſtorali ſtrenuè foventibus, & mirâ promptitudine nunquàm non fideliter aſſiſtentibus, ut ſic meritò grati ubique compareant & vivant Fortunatus Hueber de factâ Monaſterii hujus recuperatione fol. 737. comparet ita legendus : Zu Lenzfrid in dem Algow habē die Franciſcaner von der Straſſburger Provintz im Jahr 1649. ihr ſchon bey 100. Jahren her verlaſſenes Cloſter widerumb erhollet auff folgende Weiß : Der Biſchoff von Augſpurg und Abbt von Kempten/ beede Reichs-Fürſten / führten einen heyligen Streit / der Biſchoff wolte für ſeine Catholiſche einen Pfarrer haben ; der Abbt wolte ſein Recht nit vergeben / die Catholiſchen aber hattens von dem Jahr 1619. biß auffs Jahr 1642. Weilen aber itzt der Herr Abbt nit allein wolte die Cloſter-Frawen hinweck ſchieben / ſondern auch deroſelben Cloſter / welches vorhero denen Franciſcaneren zugehörte / an ſich ziehen : alſo hat ſich die Straßburger Provintz ſeines Rechts bedient / und weilen der Orden S. Franciſci iederzeit beſtändig und ohne Unterbruch allda gewohnet/ alſo hat er ſein zugehöriges Neſt widerumb eingenom̃en im Jahr 1643. Die Ordens-Schweſteren aber ſeint im Jahr 1649. in ihr neugebautes Cloſter ausgezogen ; alſo zwar/daß im Jahr 1647. ſchon widerumb ein Quardian geſeſſen iſt.

❀LENZFRIDANUM

ALterum priori paris nominis aſceterio maſculino ſituatione ſuâ propiùs adjunctum ſacrarum Virginum ſub tertiâ S. P. Franciſci regulâ Deo militantium religioſisſimum planè temporibus noſtris contubernium originem ſuam trahit ab Anno 1460 ; quandò nimirùm in ipsâ urbe Campidonenſi Agnes Weiſachen virgo Deo devota collectis aliis ſex paris pietatis & ætatis puellis ad poſſibile ſibi gratum obſequium ſuperis præſtandum glorisâ famâ ac optimo virtutum odore Fratrum Minorum Campidonam advolantium fortiter attracta ſuas (quas Ilaræ fluvio & parochiali Eccleſiæ S. Magni ad mœnia civitatis proprias habuit) ædes in religioſum Conventum obtulit, & cum dictis ſociabus ſuis S. Franciſci habitum ac Inſtitutum tertiæ regulæ deſiderantèr aſſumpſit ; quo facto Devotariæ iſtæ brevi temporis ſpatio ſecundùm numerum ſuum ampliùs multiplicatæ ob plures (quibus ſcatebat locus) incommoditates, transferendi aliò perquàm cupidæ, poſt integros primùm quindecim annos continuis licet precibus inſtantes hâc in parte fuerunt exauditæ pro ſuâ reverentiâ, at non niſi cum moleſto ſatis & gravisſimo ſubjectionis onere conditionatè ſimul appoſito , quarè memoratâ priori domo ſua centum florenis divenditâ ſub annum 1501. in feſto S. Georgii Martyris,quatuor in ſimul planas intra urbis mœnia cnm hortis appertinétibus emerunt areas quinquentis quinquaginta libris Hallenſibus comparatas, easque portæ (uti vocant) Neoſtadienſi vicinas, è quibus condigno pretio in parata pecuniâ refuſo pro ſe redemerunt etiam (ægerrimè licet ferentibus oppidanis Campidonenſibus) cenſus quosdam annuos ex fundo illarum hactenùs Ducali Monaſterio S. Hildegardis debitos ac de more ſolutos.

Anno

Anno 1502. Neotenicæ ſanctimoniales iſtæ ſub directione Confeſſarii ſui R. P. Henrici Gebhard Lenzfridæ Guardiani & religioſo regimine Magiſtræ, ſeu (uti vocant) Matris ſuæ Ven. Dominæ Margaritæ Geſslerin novum ſibi Campidonæ conſtruere cœperunt Monaſterium S. Annæ Deiparæ Virginis genitrici dedicandum: cui poſtmodùm Anno 1508. à Nobilibus DD. Goſſenbrot & Antonio Welſer Auguſtanis feliciter adjutæ ſuperaddiderunt etiam Capellam aliquam omninò ſpecioſam, in quâ poſtmodùm (Parocho loci cum oppidanis admodùm reluctantibus) Prænobilis ac Strenuus Dominus Joannes à Pienzenau in Kemnath cum conthorali ſuâ Urſulâ de Kappenſtein propriis ſumptibus inſtituit ſeu fundavit Beneficium aliquod Capellaniæ; cujus Beneficiatus ſeu Capellanus ſingulis ſeptimanis teneatur celebrare quinq; ſacra ad intentionem earundem Sanctimonialium convenienter applicanda. Sed hîc notandum, religioſas domicellas iſtas ante ſuſceptam memorati ædificii inchoationem à Magiſtratu Campidonenſi neceſſitatas fuiſſe & coactas ad ineundum & conſtanter de poſtero ſervandum certas aliquas (quibus Anno 1526. iteratò ſubſcribere debuerunt) conditiones ſatis graves & moleſtas nimiùm; quarum prima quotannis duobus Parthenonis ſui Præfectis in id ex officio conſtituendis plenam Oeconomiæ ſeu domeſticationis ſuæ rationem reddant & fideliter exponant. Secunda nullam prorsùs ſine prævio Magiſtratus forenſis aſſenſu puellam ad gremium ſuum intromittant ſeu ſuſcipiant. Tertia textorias machinas tres ſolùm pro quæſtu in victum quotidianum faciendo, nec plures unquàm habeant. Quarta vaccas in alimentum domûs & oeconomiæ plures non alant, & cum reliquis ad ſolita paſcua dimittant. Quinta Steuram pro ſolo & unico Monaſteriolo ſuo cenſum de 700. libris Hallenſis, item pro tutelâ ſeu defenſione communiter adminiſtrandâ unum aureum in ſingulos annos fideliter ac irremiſibiliter Magiſtratui ſeculari perſolvant. Sexta de bonis immobilibus politicæ jurisdictioni ſubjectis ſibi quovis modo nec quicquam arrogent, item hujusmodi bona jure hæreditario acquiſita per Curatores ſuos juſto pretio aliis divendenda liberè dimittant. Septima, onera publica oppidanis incolis communia pariter ſine contradictione præſtent & exſolvant. Octava Conciones diebus Feſtis & Dominicis non in Oratorio ſuo privato, ſed in parochiali Eccleſiâ ad S. Magnum audiant, item ſingulis quatuor feſtis principalioribus per annum oblationes ſuas cum aliis parochianis ſimpliciter ad aram deferant.

Anno 1537. Senatus Campidonenſis qui (jam priùs Anno 1520. totâ ferè civitate novum dogma Lutheranum amplexâ) dùm cives aliquot ob ſolam avitam religionem conſtantiſſimè ſervatam bonis ſuis cedere & exulare coëgit, hæreticam rabiem in pauperculas etiam & innocentes ſorores iſtas Tertiarias crudeliter cœpit effundere, dùm nempè die 8. Junii ſub meridiem illas ex improviſo terribiliter obrutas adigere voluit ad exercitium Catholicum plenariè depoſthâc intermittendum, item religioſas veſtes omninò dimittendum, & præconem Lutheranum (concionatore Catholico jam priùs à ſectariis contumelioſè profligato) tùm publicè, tùm privatim audiendum, ad quæ terriculamenta formidabiliter incuſſa pientiſſimæ Parthenìæ ſorores iſtæ neutiquàm fractæ, & licet ſubinde ad commune prætorium ſingillatim ad quæſtionem vocatæ, ac tùm blanditiis, ſpecialiter verò matrimoniis ſat opulentis in ſpeciem fraudulenter oblatis, tum graviſſimis minis de deſerendâ religione ſuâ iteratis vicibus ſollicitatæ, ſtabiles tamen ſemper in vocatione ſuâ permanſerunt & in bono opere efficaces. Quare graviſſimis & continuis oppidanorum apoſtatarum calumniis ampliùs afflictæ & tantùm non penitùs attritæ civitate & cœnobio ſuo annis 37. conſtanter hactenùs inhabitato liberè derelicto triſtes emigrârunt, & Reverendiſſimo Abbati Principi Campidonenſi Wolfgango de Grünenſtein ſupplices factæ moxque gratioſè ab eo ſuſceptæ, de ſpeciali illius permiſſu pauperculum ſibi conſtruxerunt domicilium in Hirſchdorff, pòſt verò ſeceſſerunt ad arcem Schwabenſperg, itidem in Abbatiali ditione Campidonenſi ſituatam & non

niſi unius horæ ſpatio à ſæpedictâ urbe diſſitam: quibus exulibus in utroque loco quamvis verè pauperem & inſontem vitam ducentibus, nedùm tamen impius Magiſtratus ſecularis ſolo religionis odio pepercit, ſed eas queisvis bonis in civitate relictis fraudulenter exuit, ac Monaſterium cum ſacello ſupradicto hortisque contiguis appertinentibus juſto 4000. floren. pretio taxatum, quadringentis ſolùm florenis Reipublicæ Campidonenſi divendere coëgit, omni appellationis viâ de repetendis illis arctiſſimè præcluſâ.

Anno 1548. Fratribus ſupradictis ad deſerendam ſtationem Lenzfridanam vel maximè neceſſitatis Superiores Ordinis & Provinciæ Argentoratenſis uſum & inhabitationem illius liberè conceſſerunt ſororibus iſtis: quæ realem etiam poſſeſſionem illius per longas belli, peſtis & famis viciſſitudines integro ſeculo in religiosâ quiete continuò tenuerunt, innocentiſſimam interim vitam haud absque magnâ vicinorum etiam heterodoxorum ædificatione & ſolatio conſtantiſſimè tranſigentes; ſucceſſu tamen temporis de laboribus manuum ſuarum & dotibus tyronum ſupervenientium ampliùs ditatæ de ſingulari Dei gratia adeò in temporalibus benedicebantur, ut numero illarũ ſuccesſivis vicibus magis & magis augmentato, honeſta ſuſtentatio nunquàm illis deeſſet, atque inſuper Sacerdoti cuidam in proprium Confeſſarium & Sacellanum aſſumpto, novas ei de prævio Principis Abbatis ſæpedicti conſenſu conſtruerent ædes præ foribus Monaſterii in fundo Eccleſiaſticæ ditionis Campidonenſis propriis ſumptibus apparatas.

Porrò ad inſtantiam altefati Principis Abbatis Campidonenſis religioſi Superiores Fratrum Minorum conceſſerunt memoratum Capellanum in Eccleſiâ ſororum derelictis ovibus ſeu ruricolis parochianis ad Campidonenſem S. Magni Eccleſiam jure parochiali ſpectantibus, iisque cis Ileram ſine paſtore reſidentibus munera parochialia (de præviâ Domini territorialis licentiâ) conferre; quod ita factum eſt ab Anno 1619. usque 1642; unde tanto temporis tractu contigit, ut Sanctimonialibus aliò translatis præfatam Capellani domum Abbas Campidonenſis parochialem, & ſimul etiam loci Ordinarius Monaſterii Eccleſiam itidem parochialem diceret, ſed & talem uterque authoritate ſuâ conſtitueret.

Anno 1643. Sacer Seraphicus Ordo Minorum ſeu ſæpedicta appertinens illius Argentinenſis Provincia, ne priſtino in Lenzfridanum Monaſterium jure ſuo penitùs deſtitueretur, à Reverendiſſimo Principe ac Domino Domino Romano Giel à Gielſperg totum illud repetiit, eoque faciliùs obtinuit, quò Princeps zeloſior majorem petentium fructum ſpiritualem tam in ſe, quàm ſubditos ſuos per religioſos fratres quærere dignoſceretur, quare ſupremus dictæ Argentinenſis Provinciæ Miniſter Admodùm R. P. Joannes Meyr pro repetendâ hujus Cœnobii ſui poſſeſſione ſub annum 1643. die 12. Julii duos Patres Lenzfridam emiſit; ſororibusque demandavit aliam ſibi ædificare domum, pro quâ feliciter inchoandâ poſt multas ac varias difficultates ritè ſopitas primùm Anno 1647. plena tandem ſupplicantibus emanavit licentia à Reverendiſſimo Principe Romano Abbate antedicto conceſſa in ſpecialem gratiam & ad inſtantiam R. P. Georgii Tritſch pro tempore Præſidis & Confeſſarii Sororum: qui haud ita pridem ſolâ ſuâ induſtriâ & vigilantiâ tres innoxiè ſervavit pagos Buechenberg Martescell & Waltrahofen appellatos: quos igne ſuccendi & in totum peſſumdari voluit diſtricteque præcepit quamvis religione Catholicus copiarum Suecicarum etiamnùm Campidonam inſidentium Colonellus & Urbis Commendator in vindictam ſat magnæ ſtragis nuper die 12. Decembris Anno 1646. ſuis illatæ à Cæſarianis (quibus tum ultrò ſeſe in commilitiones adjunxerunt Ducalis Monaſterii S. Hildegardis plures Subditi) ſub Caſparo Schock Colonello glorioſiſſimo, ſtrenuiſſimo &c.

Anno 1647. æſtuante licet adhuc bello Suecico Sorores Tertiariæ de conſenſu gratioſè conceſſo fortè revocando plus-

plusquàm ſolicitæ ad ſtuporem adſpectantium (adnitente potiſſimùm R.P. Præſide Lenzfridano Confeſſario ipſarum, nec non Magiſtrâ Ven. Dominâ Catharinâ Herzen) ſuſcepto operi velociùs maturando primum lapidem poſuerunt novi clauſtralis ædificii ; cujus inde perfectum conſummationis finem citius præter ſpem omnium videre meruerunt Anno 1649. die 12. Decembris, quo illuceſcente in Domino gaudentes (relicto priori Fratrum Cœnobio) immigrârunt novo huic domicilio ſuo maximas inter anguſtias & labores ineffabiles abſoluto.

Anno 1648. eædem ſorores prædicto clauſtro ſuo novum etiam ſub patrocinio S. Annæ Matris genitricis Dei Mariæ (hujusmodi titulo ex priori illo Campidonenſi Monaſterio pientiſſimè deſumpto) adſtrui fecerunt Oratorium : in quo ſolitas preces & alia religioſa exercitia quotidiana hodiedùm peragunt. Ut autem commodiùs ſacris Miſſæ ſacrificiis ac concionibus &c. intereſſe, atque Eccleſiaſtica (à religioſo Sacerdote à Superioribus Provinciæ ſpecialiter in id ordinato) confeſſiones ſuas deponere & ſacram ſynaxin recipere valeant, de paterno eorundem Superiorum conſenſu, in ultimiori parte Templi Lenzfridani Fratrum Minorum ſibi quoque Chorum apparârunt tranſitu ex lignis comparato tectoque ad libitum è Monaſteriolo ſuo conſcendendum : ubi etiam organum quoddam ex eleemoſynis comparatum habent, ac proin diebus feſtis ſolemnioribus (in ſublevamen Fratrum plerumque pro tunc abſentium utpotè conſueto vicinorum Parochorum ſubſidio impigrè deſervientium) Miſſam & Veſperas muſicaliter decantant haud ſine maximâ populi concurrentis lætitiâ, nec minori convenarum Nobilium æquè ac plebejorum admiratione parique ſuimet commodo, cùm ex titulo iſto à parochianis uti remiſſionem 1600. florenorum illis debitorum acceperunt, ita & à Principe Abbate Campidonenſi quævis onera ex bonis ſuis immobilibus aliàs de jure ac conſuetudine præſtanda in tantum redemerunt, ut modò taliter deobligatæ abſolutè liberæ vivant ab omni exactione. Sorores hodie numero viginti de receptis dotibus ſuis & textrinâ honeſtam ſuſtentationem nactæ ſub regimine & regulari viſitatione Superiorum ex Fratribus Minoribus Provinciæ Argentinenſis non tam cum ingenti Spiritûs conſolatione, quàm omnium vicinorum etiam Lutheranorum ædificatione, tùm utriusque Principis Epiſcopi Auguſtani ſcilicet & Abbatis Campidonenſis pleniſſimâ ſatisfactione degentes.

LEOBERGENSE

MOnaſterium Ordinis Minorum S. Franciſci Provinciæ Argentoratenſis in Leonberg oppido (apud Zeillerum in Topographiâ Sueviæ fol. 116. vel breviter annotato) diœceſis Spirenſis, Ducatûs verò Wirtenbergenſis jampridem ab hæreticis everſum & hinc vix nomine ſuo notum ex Documentis Monaſt. Wirtenberg. Virginum fol. 101. ubi legitur, Abbatiſſam & reliquas Sanctimoniales Ordinis S. Claræ è ſuo Pfullingenſi Cœnobio ſub annum 1540. contumelioſè dejectas ad Leobergenſe hoc (viris religioſis jam antè pariter in odium fidei Romanæ loco cedere coactis) aſceterium fuiſſe translatas, atque iſthîc pane tribulationis vix ægrè ſuſtentatas locum incoluiſſe usque ad annum 1551. de quo pluribus ſermo redibit infra *V. Pfullingenſe.* Fortunatus Hueber de eodem Cœnobio hæc refert : Zu Leonsberg haben die Franciſcaner von der Obſervanz drey Wohnungen gehabt. Erſtlich im Wald zu Malmſtein / nit weit von dem Dorff Gerling : wo itzt noch etliche Claußner und Wald-Brüder ſich auffhalten. Alsdann zweytens hat Herr Eberhard Graff von Würtenberg mit dem Zunamen Barbatus, oder der Langbartige benambſet / im Jahr 1459. von dem Pabſt Pius II. Erlaubnus ausgewürcket / zu Beißheim im Thal / unterhalb Leonsberg / bey St. Moritzen-Capell/für die Obſervanten ein kleines

armes Clöſterlein auffzubawen / in welchem ſie wohl ſchlechtlich ein kleine Zeitlang ſich beholffen / biß ſie im Jahr 1467. von dem hochgemeldten Graffen Eberhard an dem 21. Tag Chriſt-Monats ſeind von Beißheim in den Flecken Leons-Berg eingeführt worden / in einer frölichen aufferbawlichen und herrlichen Proceſſion; welche der Herr Weyh-Biſchoff von Speyer mit ſeiner Gegenwart gezieret hat.

❋LEUTKIRCHIENSE.

Leutkirchium oppidum Imperiale diœceſis Conſtantienſis in ſuperiori (quæ communiter *Algovia* nuncupatur) Sueviâ geographicè ſimul ac hiſtoricè depictum ac deſcriptum à Zeilero antè citato fol. 117. & ſeq. de Civitatibus, uti vocantur mixtis, una eſt, in quâ ſalvum & integrum adhuc ætate noſtrâ præſtat venerabile quoddam ſodalitium fœmininum religioſæ curæ ac viſitationi Quardiani Lenzfridani ſubditum, idque à ſororibus Tertiariis S. P. Franciſci tentum & inhabitatum: de cujus initio, progreſſu & ſtatu moderno fidus achates loco vicinus in id à me devotiſſimè requiſitus haud ita pridem in ſcriptis communicavit ſequentia: *Quod concernit Monaſterium Leutkirchenſe notatum invenio ab immemorabili tempore fuiſſe in civitate illâ Leutkirchenſi piam quandam Beginarum congregationem in ædibus quibusdam Eccleſiæ parochiali propiùs adſitis & ad muros Urbis conſpicuis Inſtituto Ordinis Eremitarum S. Auguſtini conquadratum, primùm ſeu à ſui initio ſub regimine & directione Ordinarii conſtitutum, inde verò ſub laudatiſſimâ adminiſtratione Venerabilis Dominæ Adelheidis Prioriſſæ ſtrictioris vitæ deſiderio flagrantiſſimæ ad inſtantiam Epiſcopi diœceſani ſacro Ordini Eremitico-Auguſtiniano fuit incorporatum & (qualiter oſtendit authenticum usque modò ſecuriſſimè ſervatum) domicellæ pro tunc immoratæ regulam & conſtitutiones præfati Ordinis emiſerunt in manus R. P. Wilhelmi N. Miniſtri Provincialis officio pro tempore perfuncti. Vertentibus annis hujuſcemodi Sanctimonialibus ſæviſſimâ Epidimiæ lue per totum agrum Leutkirchenſem horribiliter graſſante ad unam omnibus miſerrimè ſublatis Patres Ordinis de Conventu Memmingenſi ſupellectilem omnem, & quaque alia utenſilia à ſororibus emortuis remanentia ſui juris fecerunt, vacuâ habitationis domo Magiſtratui ſeculari in totum relictâ. Poſt hæc pluribus annis interim elapſis S. P. Q. Leutkirchenſis ab aulâ Cæſareâ (quacunque demùm ex causâ) vix impunè abire permiſſi graviſſimeque de forenſibus juribus ac privilegiis ſuis periclitati, à ſimplici & devoto, qui fortuitò Leutkirchium tranſivit, vel inviti didicerunt, derelictum illud Monialium clauſtrum omni modo quantocyùs priori ſtatui ſuo reſtitui faciunt, ſi tamen jacula praviſa etſi minùs ferientia penitùs evitare cupiant; quare de pravio conſenſu Ordinarii in id intenſiſſimè rogati continuò ſorores quædam tertii Ordinis S. Franciſci ex Parthenone Memmingenſi Leutkirchium accitæ religioſum Inſtitutum ſuum totâ devotione & alacritate propagârunt depoſthàc arctiſſimè ſervatum & obſervatum ſub Venerabili Magiſtrâ Anna Laydlin miræ ſimplicitatis ac pietatis fœminâ. Documenta, quæ ſuperſunt, clauſtralia, tempus, quo hæc contigêre, necquicquàm explicant, conjecturæ tamen aliquot probabiles annum 1470. nobis in id dictitant, ſiquidem haud credimus alumnas Memmingenſes citiùs adeò fuiſſe potentes, ut aliò ſorores ſubſidiarias emittere potuerint ac miniſtrare, cùm & ipſæ formatum Monaſterium id temporis nondùm habuerint.*

LEWEN-

❋LEWENTHALENSE

MOnialium Ordinis D. Dominici (diœceſis Conſtantienſis) *inſigne Monaſterium, ad Aychium fluviolum, qui non procul inde in lacum Acronianum exonerat, ſitum: antiquitus* Cœli gaudium *vulgari ditione* Himelwun, *hodie verò* Lewenthal, *fortè à fundatorum inſigni, quod habet Leones ſex & virginem ſine manu, aut potiùs à charitate quàm Leonibus Liebenthal dictum: Id ex arce Illuſtrium Regulorum de Ravenſpurg Ayſtegen dicta, in Monaſterium converſum eſt, ſed quo tempore, id ignoratur: donatum verò legitur, & poſt primam ejus incinerationem quaſi ſecundariò fundatum anno Domini 1250. à Joanne equite aurato de Ravenſpurgo & ejus conjuge Dominâ Tutâ de Angelburg, prima ejus loci Prioriſſa illic humata: cujus maritus Dominus Joannes Monaſtices etiam ſtudioſus Conſtantiæ Prædicatorum Monaſterium à ſe fundatum ingreſſus, illic reliquum vitæ cucullatus exegit, ubi & mortuus & ſepultus eſt. Donatum legitur hoc Cœnobium ab illuſtribus etiam Baronibus de Bigenburg Henrico patre Aulæ Regalis Camerario & filio Friderico: à Friderico item de Bongaron Barone ſtrenuo ac opulento milite, ejusque uxore Dominâ Adelheide: à Diethone item de Ravenſpurg fideli Regni miniſteriali ejusque filio Henrico, Friderico & Joanne Baronibus. Hunc Diethonem eum eſſe credo, cui Fridericus Barbaroſſa primam conjugem ſuam Adelheydin Marchioniſſam Vohenburgenſem (à quâ Imperator propter ſanguinis propinquitatem ſegregatus legitur per Epiſcopum quendam Conſtantienſem) tradidiſſe ſcribitur. Habuit verò & alios benefactores hoc Cœnobium, qui cum prænominatis ibi ſepulchra & reconditoria ſua habent, Comites videlicet de Habſpurg ante ſummam aram humatos. Barones de Maſtertzhoven, Equites auratos de Monte Equites auratos de Raderach: inprimis verò & præcipuos Comites de Monte forti, quorum Regale eſt Mauſolæum ibi in Laicorum Eccleſiâ cum tali inſcriptione: Anno Domini 1305. obiit Comes Hugo de Tetnang & uxor ſua Mathildis Comitiſſa. Legitur bis eſſe combuſtum funditùs ſemper in feſto S. Euphemiæ: ſemel à fulmine incenſum & poſteà iterùm à duabus Monialibus invitis hoc loco habitantibus.* Bruſchius de Monaſteriis German. cent. 1. fol. m. 161.

LIECHTENSTERNENSE

SEu *Stella Lucida* nuncupatum *celebre* (inquit Bucelinus in German. ſac. part. 2. fol. 54.) *Virginum in Ducatu Wirtenbergenſi Cœnobium ſub regulâ Divi Benedicti & Conſtitutionibus Ciſtercienſium fundatum ſub annum Chriſti 1242. à Lutgarde & Burghinde Pincernis de Limpurg confirmatumque ab Alexandro Pont. Max. & Hermanno Herbipolenſi Epiſcopo, in cujus diœceſi conſtructum fuerat, Benefactores præcipuos habuit Barones de Weinſperg Camerarii S. R. I. hæreditarii.* Ita quidem ille prolixior verò religioſiſſimi Parthenonis hujus prima fundatio, quantumvis antiquo ſolùm ritu ſimpliciſſimè deſcripta refertur in Documentis Monaſt. Wirtenb. Virginum fol. 423. annotata juxta tenorem ſequentium:

In dem Biſtumb von Würtzburg iſt ein Burg gelegen / heißt Weinſperg / als den Leuthen in dem Land fern und nahe wohlbekandt. Die Herrſchafft von derſelben Burg war an Ehren / an Gut / an Gewalt mächtig und löblich von natürlicher Art / ſie waren erbar und mild / weiß und gottsförchtig / als noch heut an denen / die noch leben / ſcheinbar iſt; da nun von GOttes Gewalt die Herren von der vorgenannten Herrſchafft Weinſperg alle todt waren / da bliebe ihr eine Wittib da / der hieß der Ratt Herr Engelhard von Weinſperg / die Frau hieß Lurck / und war geborn von Limpurg / derſelben Frauen ſandte der Heilige Geiſt in ihr Hertz / GOtt zu Lob und zu Ehren / und ſeiner lieben Mutter Mariä / und auch ihres Herrns / und ihr ſelbs Seel / und aller ihrer Nachkonnnen

zu

zu Heyl und zu Selden/ an Leib und an Seel/ daß ſie in dem Willen veſt war/ da ſandte ſie nach ihrer Schweſter der Abbtißin von Himmelthal dem Cloſter Grauen Ordens / die war ein Frau / weiſſen Raths und Heiligen Lebens / und ein Spiegel geiſtlicher Tugend / und ward mit ihr zu Rath/ daß ſie von den Leuthen in die Einöde des Walds das Cloſter wollte legen/ durch das / daß ſie in dem Cloſter unbekümmert und unbekannt weltlicher Uppigkeit / lauterlich und gäntzlich all ihr Sinn und Hertz möchte wenden an das oberſt Gut ihren Gemahl JEſum Chriſtum und Herren mit weißer und geiſtlicher Leuth Rath in den dicken Wald ein Stadt / die hieß Tiffinges = Thal/ dieſelb Stadt war zum Theil ihrer Kinder eigen / der ander Theil war eines freyen Herren von Hohenrieth / der war ihrer Kinder Vetter / der gab durch ihr Bett/ und auch durch ſeiner Seelen Heyl ſein Theil auch frey und eigentlich an daſſelb Cloſter / darnach gewan ſie des Biſchoffs von Würtzburg Urlaub und Gunſt/ das Cloſter zu machen. Und da von Chriſti Geburt waren tauſend / zweyhundert/ vierzig und zwey Jahr / da kam die vorgenannt Abbtißin Burckſindis von Himmelthal ſelb dreyzehent mit Frauen uß demſelbeu Cloſter uff die Hoffſtatt zu Tuffinges = Thal und erwart da von ihrer Schweſter der Frauen von Weinſperg ſchön und reichlich empfangen / und ward das Cloſter da genannt der liechte Stern/ dieſelbe Frauen von Hiñelthal waren in dem ſtarcken Wald in einem Krancken = Haus / da gab ihnen die vorgenannt Frau von Weinſperg / von GOttes Gebot die Fahrt / die niemand gewenden möcht / und ſatzt an ihr neues Stifft ihr Gewand/ und ihr Kleinodien / da nahmen ſie wol hundert Pferdt mit / und ſatzt ihnen auch allen ihren Hausrath / Rinder/ Ferre/ Schaaf/ Bett/ klein und groß/ das ſie ſonderlich angehört/ darüber ſpricht Schweſter Hilteburg von Weinſperg / ſie ſetz dreyhundert Pfund/ da man alle Jahr Nutz von ſollt nehmen / der würdet ein Theil geben / als die dunckt; da hetten ſie geren ihr Bettgret gehabt zu ihrem neuen Stifft / da war demnach weder Altar noch Kirchhoff geweyhet/ da ſchwuren ihr von ihr Bett wegen ihr Ritter / und ihr älter Sohn/ die erſt Weyh / die da wird zu demſelben Cloſter / daß ſie ſie dann wollten usgraben und beſtatten zu ihren neuen Stifft den Liechten Stern/ das ward aber nicht gehalten / wann die Frauen könten / noch möchten / noch dörfften nach ihr nit ſprechen / als ſie billich ſolten gehalten haben. Darnach gab ſie auch ihres jüngſten Sohns Hausfrau / des alten Graffen von Lewenſtein/ Gottfrieds Tochter/ Frau Mechtild / ein geiſtliche Frau / nach ihres Manns Tod / in dem Cloſter zu Gnadenthal / und ihr Schweſter Frau Kunigund / die Abbtißin zu dem liechten Stern / und beſtatten die zu ihrer ſeeligen Mutter Stifft den liechten Stern/ da gab der Herr Herr Engelhard von Weinſperg/ der Frauen Seeligen Sohn/ der Stiffterin einen Zehenden / darzu zu Begkningen / der iſt wohl zweyhundert Pfund werth/ damit ſoll man denen Frauen ihr Pfründ beſſeren an den Wein/ und ſoll auch ſeines Bruders Jahrzeit damit begehen / und der Herrſchafft von Weinſperg/ nach Gewonheit des Ordens/ ewiglich gedencken / darnach ward Uns von derſelben Herrſchafft von Weinſperg/ zweinzig und hundert Pfund / darvon ſoll man den Frauen drey Fuder Weins geben in der Faſten ihnen ewiglich in demſelben Cloſter.

Anno 1243. Hermannus ex Barone à Lodenburg Miſio Herbipolenſis Epiſcopus, Ordine quadrageſimus fundationem Monaſterii hujus confirmat, atque illud in ſuam aſſumens diœceſin titulo Præclaræ Stellæ depoſthâc nominandum honorat tali diplomate : *Hermannus miſeratione divinâ Herbipolenſis Epiſcopus univerſis Chriſti fidelibus in perpetuum &c. &c. Cùm ex officii noſtri debito plantare religionem & plantatam fovere teneamur , id tunc potiſſimùm exequimur , ſi Monaſteria noſtræ diœceſis dilatare , erigere & conſtruere laboramus. Accedentes igitur ad noſtram præſentiam religio-*

religioſæ fœminæ Moniales Ordinis Ciſtercienſis emiſſæ à Cœnobio Valle Cœli Moguntinæ diœceſis propter augmentationem perſonarum Ordinis ſui, à nobis humiliter poſtulârunt, quatenùs divinæ remunerationis intuitu eas dignaremur intra corpus noſtræ diœceſis recipere & locare. Nos verò conſiderantes, quòd piæ mentis amplectenda eſt devotio, & ſacris ſemper ſtudiis adjuvanda ipſarum precibus inclinati ex conſilio Prælatorum noſtrorum & aliorum diſcretorum virorum eas recipimus. Statuentes, ut nulli Epiſcoporum præterquàm nobis & noſtris ſucceſſoribus Epiſcopis Herbipolenſibus obedientiam aliquam faciant vel obſervent. Et quòd nullus alter Epiſcopus præterquàm nos & noſtri ſucceſſores in fundo ejuſdem loci tàm in ſpiritualibus quàm in temporalibus ſibi aliquod jus vendicet vel adſcribat. Aſſignamus igitur eisdem Monialibus locum Typhingeſtal, cui nomen Præclaræ Stellæ duximus adaptandum, & quem amabilem ſilvis, aquis & paſcuis ipſis invenimus ex voluntate & conniventiâ Plebani de Sulzbach in cujus Parochiæ terminis idem locus dignoſcitur eſſe ſitus, ut ibidem Domino feliciter famulentur. Volentes & enim, ut idem ſub ſpeciali noſtrâ & ſucceſſorum noſtrorum protectione conſiſtat. Interdicimus Univerſis ſub pœnâ Excommunicationis & mortis æternæ, ne quis eundem locum in juribus noſtris & in poſſeſſionibus ſuis habitis vel habendis temerè audeat moleſtare. Quod ſi fecerit, niſi pœnitens ſatisfaciat condignè, extremæ ſubjaceat ultioni. Omnibus autem eidem loco benefacientibus ſit pax in præſenti & in futuro gloria ſempiterna. Actum Würzburg anno gratiæ milleſimo ducenteſimo quadrageſimo tertio menſe Auguſt. Pontificatûs noſtri anno decimo octavo.

Anno 1254. Alexander Papa quartus antedictam fundationem Liechtenſternenſem authoritate ſedis Apoſtolicæ de novo confirmat, ac ſimul etiam privilegia à prædeceſſoribus ſuis Romanis Pontificibus collata denuò reiterat & innovat, multaſque alias Monaſterio huic confert immunitates vigore ſequentis Bullæ: *Alexander Epiſcopus Servus Servorum Dei dilectis in Chriſto filiabus Abbatiſſæ Monaſterii Claræ Stellæ ejuſque ſororibus tam præſentibus quàm futuris regularem vitam profeſſis in perpetuam memoriam &c. Religioſam vitam eligentibus Apoſtolicum convenit adeſſe præſidium, ne fortè cujuslibet temeritatis incurſus, aut eas à propoſito revocet, aut robur, quod abſit, ſacræ religionis enervet. Ea propter dilectæ in Chriſto filiæ veſtris juſtis poſtulationibus clementer annuimus, & Monaſterium Sanctæ Dei Genitricis & Virginis Mariæ de Clarâ Stellâ Herbipolenſis diœceſis, in quo divino mancipatæ eſtis obſequio, ſub Beati Petri & noſtrâ protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti privilegio communimus. Inprimis ſiquidem ſtatuentes, ut Ordo Monaſticus, qui ſecundùm Deum & Beati Benedicti regulam atque inſtitutionem Ciſtercienſium Fratrum à vobis poſt Concilium generale ſuſceptum, in eodem loco inſtitutus eſſe dignoſcitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter obſervetur. Præterea quaſcunque poſſeſſiones quæcunque bona idem Monaſterium in præſentiarum juſtè & canonicè poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis præſtante Domino poterit adipiſci, firma vobis, & eis, quæ vobis ſucceſſerint, & illibata permaneant, in quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis: inprimis locum ipſum, in quo præfatum Monaſterium ſitum eſt cum omnibus pertinentiis ſuis, decimas, domos, terras, vineas, poſſeſſiones, prata & paſcua, quæ habetis in villâ, quæ vulgariter dicitur Luſtenow annuum redditum duodecim librarum, & dimidiæ denariorum Hallenſium, quem habetis in villâ, quæ dicitur Stemach redditum duarum librarum & dimidiæ ejuſdem monetæ, quem habetis in villâ, quæ dicitur Vogelſperg, medietatem unius molendini, quod vocatur Buechenowe ſiti in aquâ, quæ Cobann appellatur, cum omnibus, quæ ad medietatem ejuſdem molendini pertinere noſcuntur. Medietatem unius molendini ſiti in villâ, quæ dicitur Morsbach. Redditum triginta ſolidorum denariorum Hallenſium, terras, vineas, & poſſeſſiones, quas habetis in villâ, quæ dicitur Morsbach. Annuum redditum decem librarum denariorum Hallenſium, & ſilvam veſtram unam, quam habetis in villâ, quæ Hertingeshofen communiter appellatur. Curiam, quam habetis in villâ, quæ dicitur Wilersbach cum omnibus pertinentiis ſuis. Curias, quas habetis in villis Lohernbite, Wiſevenhoven, Lutenbach vulgariter appellatis. Manſum unum, quem habetis in villâ, quæ dicitur Suabach cum omnibus pertinentiis ſuis. Domos, terras, & poſſeſſiones, quas habetis*

in villâ, quæ Amelhartewiler vulgariter nuncupatur. Manſos quatuor, quos habetis in villâ, quæ Heſenriet vulgariter nuncupatur cum omnibus pertinentiis eorundem. Jus, quod habetis in aquâ fontis, exiſtentis in villâ, quæ Halle vocatur. Domos, terras, vineas, prata & poſſeſsiones, quæ habetis in villâ Aſſeltrach vulgariter nuncupatâ. Vineas, quas habetis in villâ, quæ Lucehoven vulgariter appellatur. Vineas & torcularia, quæ Erlebach vulgariter nuncupatur. Domos, terras, vineas, prata & poſſeſsiones, quæ habetis in villâ Lavenſtein vulgariter nuncupatâ. Annuum redditum quatuor librarum denariorum Hallenſium, quem habetis in villâ, quæ nominatur Spelach, vineas, quas habetis in villâ, quæ dicitur Wiler. Tertiam partem decimarum, quam habetis Hurwile communiter appellatam cum terris, pratis, vineis, nemoribus, uſuagiis & paſcuis in buſco & in plano, in aquis & molendinis, in viis, & ſemitis, & omnibus aliis libertatibus & immunitatibus ſuis. Sanè Novalium veſtrorum, quæ propriis ſumptibus colitis, de quibus aliquis hactenùs non percepit, ſive de hortis, virgultis & piſcationibus veſtris, ſeu de veſtrorum animalium nutrimentis, nullus à vobis decimas exigere vel extorquere præſumat. Liceat quoque vobis perſonas liberas & abſolutas è ſeculo fugientes ad converſionem recipere, & eas absque contradictione aliquâ retinere. Prohibemus inſuper, ut nulli ſororum veſtrarum poſt factam in Monaſterio veſtro profeſsionem fas ſit ſine Abbatiſſæ ſuæ licentiâ de eodem loco diſcedere, diſcedentem verò absque communi litterarum veſtrarum cautione nullus audeat retinere. Illud diſtrictiùs inhibentes, ne terras, ſeu quodlibet Beneficium Monaſterio veſtro collatum liceat alicui perſonaliter dari, ſive alio modo alienari absq; conſenſu totius Capituli vel majoris aut ſanioris partis ipſius. Si quæ verò donationes aut alienationes aliter, quàm dictum eſt, factæ fuerint, eas irritas eſſe cenſemus. Inſuper authoritate Apoſtolicâ inhibemus, ne ullus Epiſcopus vel qualibet alia perſona, ad ſynodos vel Conventus forenſes vos ire vel judicio ſeculari de veſtrâ propriâ ſubſtantia vel poſſeſsionibus veſtris ſubjacere compellat, nec ad domos veſtras causâ Ordines celebrandi, cauſas tractandi, vel aliquos Conventus publicos convocandi venire præſumat, nec regularem Abbatiſſæ veſtræ electionem impediat, aut de inſtituendâ vel removendâ eâ, quæ pro tempore fuerit, contra ſtatuta Ciſtercienſis Ordinis ſe aliquatenùs intromittat. Pro conſecrationibus verò altarium vel Eccleſiarum, ſive pro oleo ſancto, vel quolibet Eccleſiaſtico Sacramento nullus à vobis ſub obtentu conſuetudinis, vel alio modo quicquam audeat extorquere. Sed hæc omnia gratis vobis Epiſcopus diœceſanus impendat, alioquin liceat vobis quemcunque malueritis Catholicum adire antiſtitem, gratiam & communionem ſedis Apoſtolicæ habentem, qui noſtrâ fultus authoritate vobis, quod poſtulatur, impendat. Quod, ſi ſedes diœceſani Epiſcopi fortè vacaverit interim omnia Eccleſiaſtica Sacramenta à vicinis Epiſcopis liberè & ſine contradictione poſſitis accipere. Sic tamen, ut ex hoc proprio Epiſcopo nullum præjudicium generetur. Quia verò interdùm proprii Epiſcopi copiam non habetis, ſi quem Epiſcopum Romanæ ſedis, ut diximus, gratiam & communionem habentem, & de quo plenam notitiam habeatis, per vos tranſire contigerit, ab eo benedictionem Monialium vaſorum & veſtium ac conſecrationes altarium auctoritate Apoſtolicæ ſedis recipere valeatis. Porrò ſi Epiſcopi vel alii Eccleſiarum rectores in Monaſterium veſtrum vel perſonas inibi conſtitutas ſuſpenſionis, Excommunicationis, vel Interdicti ſententias promulgaverint, ſeu etiam in mercenarios veſtros, pro eo, quòd decimas, ſicut dictum eſt, non perſolvitis ſive aliquâ occaſione eorum, quæ ab Apoſtolicâ benignitate vobis indulta ſunt. Seu Benefactores veſtros pro eo, quòd aliqua vobis Beneficia vel obſequia ex charitate præſtiterint, vel ad laborandum adjuverint, in illis diebus, in quibus vos laboratis & alii feriantur, eandem ſententiam protulerint ipſam tanquàm contra ſedis Apoſtolicæ Indulta prolatam decernimus irritandam. Nec litteræ illæ firmitatem habeant, quas tacito nomine Ciſtercienſis Ordinis & contra Indulta Apoſtolicorum Privilegiorum conſtiterit impetrari. Præterea cum commune Interdictum terræ fuerit, liceat vobis nihilominùs in veſtro Monaſterio excluſis excommunicatis & interdictis divina officia celebrare. Paci quoque & tranquillitati veſtræ paternâ impoſterùm ſolicitudine providere volentes authoritate Apoſtolicâ prohibemus, ut infra clauſuras locorum ſeu grangiarum veſtrarum nullus rapinam ſeu furtum facere,

cere,

cere, ignem apponere, ſanguinem fundere, hominem temerè capere vel interficere, ſeu violentiam audeat exercere. Prætereà omnes libertates & immunitates à Prædeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus Ordini veſtro conceſſas, nec non libertates & exemptiones ſecularium exactionum à Regibus & Principibus, vel aliis fidelibus rationabiliter vobis indultas auctoritate Apoſtolicâ confirmamus & præſentis ſcripti privilegio communimus. Decernimus ergò, ut nulli omninò hominum liceat præfatum Monaſterium temerè perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, ſeu quibuslibet vexationibus fatigare. Sed omnia integrè conſerventur earum, pro quarum gubernatione & ſuſtentatione conceſſa ſunt uſibus omnimodis profutura, ſalvâ ſedis Apoſtolicæ auctoritate in prædictis decimis moderatione Concilii generalis. Si qua igitur in futurum. Eccleſiaſtica ſecularisvè perſona hanc noſtræ conſtitutionis paginam violaverit, aut ſciens contra eam temerè venire tentaverit, ſecundò tertiovè commonita, niſi reatum ſuum congruâ ſatisfactione correxerit, poteſtatis honoriſque ſui careat dignitate, reamque ſe divino judicio exiſtere de perpetratâ iniquitate cognoſcat, & à ſacratiſſimo Corpore ac Sanguine Dei & Domini Redemptoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ſubjaceat ultioni. Cunctis autem eidem loco ſua jura ſervantibus ſit pax Domini noſtri Jeſu Chriſti, quatenùs & hîc fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen. Alexander Papa quartus.

Anno 1274. Rudolphus I. Romanorum Rex Bona quædam ſacro Romano Imperio hactenùs feudalia, eaque nuper ex donatione Nobilium Satraparum de Limpurg Monaſterio Liechtenſternenſi tradita & aſſignata depoſthâc omninò libera, ipſiſque loci Sanctimonialibus propria ſemper manere debere ſtatuit, & authoritate regiâ proclamari facit tali diplomate: *Rudolphus Dei gratiâ Romanorum Rex ſemper Auguſtus &c. Attendit noſtra Serenitas, quod impenſa clauſtris & clauſtralibus perſonis beneficentiæ gratia apud Salvatorem omnium proſperitatem impetrat & ſalutem; impenſa namque beneficia religioſis perſonis & locis Deo dicatis iram placant altiſſimi & reconciliationis gratiam obtinent apud Deum. Quapropter ad univerſorum notitiam cupimus pervenire, quòd nos Deo devotis devotarum Sanctimonialium Monaſterii de Clarâ Stellâ Ordinis Ciſtercienſis precibus annuentes, bona, quæ dilectus noſter Waltherus, Pincerna de Limpurg, à nobis & Imperio feudo tenuit & præfato Monaſterio pro remedio animæ ſuæ contulit, ipſi Monaſterio concedimus proprietatis titulo poſſidenda factâ Nobis & Imperio per dictum Waltherum de bonis æquivalentibus villâ videlicet dictâ Meinhart nobis reſignatâ plenariâ recompenſâ. In cujus rei teſtimonium præſens ſcriptum noſtræ Majeſtatis ſigillo munitum prædicto Monaſterio duximus concedendum: Datum Oppenheimb, quinto Calendas Septembris, Indictione ſecundâ, anno Domini milleſimo trecenteſimo ſeptuageſimo quarto, Regni verò noſtri anno primo.*

Anno 1308. Albertus I. Rudolphi antedicti filius itidem Romanorũ Rex, Dux Auſtriæ &c. bona quædam â Conrado de Weinſperg & progenitoribus ejus Monaſterio Liechtenſternenſi piæ collationis titulo collata hæc tamen ipſa præfatæ Regiæ Majeſtati ſuæ & Imperio jure feudali (ut antè dictum eſt) hactenùs obſtricta, loci Sanctimonialibus depoſthâc in omnimodam proprietatem poſſidenda concedit tenore ſequentium: *Albertus Dei gratiâ Romanorum Rex ſemper Auguſtus &c. Attendit noſtra Serenitas, quod impenſa beneficia religioſis perſonis & locis Deo dicatis iram placant altiſſimi & reconciliationis gratiam obtinent apud Deum: Quapropter ad univerſorum notitiam cupimus pervenire, quod nos devotis devotarum in Chriſto Sanctimonialium de Clarâ Stellâ Ordinis Ciſtercienſis precibus annuentes, Bona, quæ dilectus fidelis noſter Conradus de Weinſperg & progenitores ſui à nobis & Imperio in feudo tenuerunt, & præfato Monaſterio obtulerunt, ipſi Monaſterio concedimus proprietatis titulo poſſidenda, factâ Nobis & Imperio per Dominum Conradum de bonis aliis recompenſatione. In cujus rei teſtimonium præſens ſcriptum noſtræ Majeſtatis ſigillo munitum prædicto Monaſterio duximus concedendum. Datum in Schaffhuſen pridie Calendas Aprilis, Indictione ſeptimâ, anno Domini milleſimo trecenteſimo octavo, Regni verò noſtri anno decimo.*

An. 1311. Conradus de Weinſperg Senior homines proprios, item quævis jura ac bona ſua cum pertinentiis in vil-

in villâ Dindebach & confiniis ejus Monaſterio Liechtenſteinenſi pleniſſimo omnigenæ proprietatis titulo tradit poſſidenda ſequentibus litteris : Jch Conrad von Weinſperg der Elter verjehe offenlich/und thue kund allen denen / die diſen Brieff ſehen oder hören leſen / daß Jch mit guten Willen und Gunſt aller meiner Erben lauterlich durch GOTT und Unſer Seele / und auch durch aller Unſer Vorderen Seelen willen han geben eigentlich und freylich/ und mit allen Rechten den ehrſamen geiſtlichen Frawen der Samblung dem Convent und dem Cloſter zu Liechtenſtein Grauen Ordens/ das in Würtzburger Biſtumb gelegen iſt / alle Unſere Leuth/ und all Unſer Gut / und all Unſer Recht/ und all Unſer Weingelt / und alles Unſer Pfenning-Gelt beſucht und unbeſucht / die Wür haben oder hätten in dem Weiler zu Dendenbach und in derſelben Marck/ es ſey an Holtz oder Feld / an Aecker oder an Weingarten / oder an Wieſen / oder an Wald / wie ſie gelegen ſeint / oder wie ſie geheiſſen ſeint. Alſo daß ſie und alle ihre Nachkommen in demſelben Cloſter / dieſelben Leuth/ Gut und Recht / und auch das Weingelt und das Pfenning-Gelt ſollen haben und nieſſen frey und eigentlich mit allem Recht und mit allem Nutzen als andere ihre freye Güter / und mit allen dem Recht/als Wür ſie herbracht haben / und als Wür bißher ſie gehabt haben / und zu einer mehrer Sicherheit darüber / ſo verzeih ich mich eigentlich und han mich freylich verzigen an diſem Brieff für mich und für mein Erben aller der Eigenſchafft und aller der Recht/ die Jch hätt oder meine Erben möchten haben an denſelben Leuthen/ Güteren und Rechten / und an demſelben Weingelt / und an demſelben Pfenning-Gelt / alſo daß weder Jch/ noch mein Erben oder Unſer Nachkommen kein Recht/ noch Anſprach daran noch darzu haben ſollen. Wür ſollen ſie fürbas nimmermehr weder irren und ſchädigen/noch laſſen Schaden thun von unſertwegen. Wür ſollen ſie ohn alle Gefehrd darauff getreulich ſchirmen ohn all ihren Schaden/ und daß ihnen das alles ſtet bleib und unzerbrochen/ ſo gib Jch Jhnen und dem Cloſter diſen Brieff verſigelt mit meinem Jnſigel/ das daran hanget / der Brieff ward geben / da man zahlt von GOttes Geburt dreyzehenhundert Jahr / und in dem eylfften Jahr an der Mitwoch vor Sanct Walpurgen Tag.

Anno 1312. Joannes Engelhard de Weinſperg recenſitam anteà fundationem ſeu dotationem tam ſuo quàm ſucceſſorum ſuorum loco ac nomine denuò reiterat ac comprobat ; item cuivis prætenſioni in præfata bona quomodolibet habendæ ſponte renuntiat,uti clariùs oſtendunt litteræ reverſales ab ipſo in perpetuam rei confirmationem datæ ſub hujusmodi tenore : Jch Engelhard von Weinſperg vergich offenlich und bekenne mit diſem Brieff / und thue kund allen denen / die ihn anſehen oder hören leſen / daß Jch mit wohlbedachtem Muth und mit guten Rath des Edlen Herren meines lieben guten Freund Marggraffen Friderichs von Baaden han lauterlich durch GOtt und durch meiner Vorderen Seel willen / und durch meiner Seele willen darzu geben redlich und recht meinen guten Willen und Gunſt / daß mein genamt Herr Conrad von Weinſperg hat geben eigentlich freylich und ewiglich den ehrſamen geiſtlichen Frawen der Samblung dem Convent und Cloſter zu dem Liechtenſtein Grauen Ordens / das in Würtzburger Biſtumb gelegen iſt / all Unſer Leuthe und Unſer Gut und Recht/ und alles Unſer Weingelt/ und alles Unſer Pfenning-Gelt beſucht und unbeſucht/ die Wür hätten in den Weyler zu Dendenbach und in derſelben Marck/ es ſeye an Holtz oder an Wald/ oder es ſeye an Acker oder an Weingarten oder an Wieſen / oder an Waid/ wo ſie gelegen ſeint / als daß ſie und ihr Nachkommen in demſelben Cloſter dieſelbe Leuth/ Gut und Recht / und darzu das Weingelt und das Pfenning-Gelt ſollen freylich haben / nieſſen und beſitzen mit allen Rechten/ eigentlich und ewiglich als ander ihr frey eigen Gut ohn alle Jrrung mit allen dem Gelt/und mit allen dem Nutzen/als Wür ſie herbracht haben/ und darüber einer mehrer Sicherheit/ ſo han Jch vorgenannt Engelhard von Weinſperg freylich und eigentlich uffgeben / und darzu mit diſem Brieff / ſo gib ich uff redlich und lediglich als es Krafft und Macht haben ſoll / den vorgeſchribnen geiſtlichen Frawen der Samblung dem Convent und dem Cloſter gemeinglich zu den Liechtenſtern alle die Eigenſchafft/und alle die Recht/die ich hätt oder mag haben an denſelben Leuthen/ Güteren und Rechten/ und an dem Umbgelt und Pfenning-Gelt/ und darzu mich verzigen / und verzeihe mich auch an diſen Brieff redlich und mit allen Rechten aller

Anſprach

Anſprach und Recht/ die Ich oder meine Nachkommen möchten haben oder fürbaß möchten gewinnen an denſelben Leuthen/ Güteren und Rechten/ oder an demſelben Weingelt oder Pfenning-Gelt/ alſo daß weder Ich noch kein mein Nachkommen fürbas nit mehr kein Anſprach darnach haben ſolten an keiner ſtatt noch ſollen keiner Schlacht daran haben und ſollen nit mehr daran zu ſchaffen haben/ und darzu ſo ſoll weder Ich noch kein mein Nachkommen denſelben Frawen/ oder an dem Cloſter an derſelben Leuthen und Güter und an dem Gelt/und an dem Nutzen/die von denſelben Güteren gefallen kein Irrung/ noch keinen Schaden/ noch kein Layd thun noch laſſen/ umb von Unſeren wegen/ und darzu ſoll Ich und meine Nachkommen ſie darauff getreulich ſchirmen ohn alle Gefehrde. Und alle diſe vorgeſchriben Ding han ich gelobt/ und geloben ſie an diſem Brieff ſach und ſtet zu halten ungefehrlich mit guten Trewen uff meinen Eyd/ und han meinen lieben Freund den vorgemeldten Friderich von Baaden gebetten/ daß er der Ding gezeugen iſt/ und iſt auch darzu durch ſeiner Seele willen derſelben Frawen und des Cloſters gnediger Schirmer mit mir worden/ und darüber ſo hat er durch meine Bitt ſein eigen Inſigel geleitet an diſen Brieff und meinem Inſigel zu einem wahren und ſteten Urkund aller vorgeſchribnen Ding. Und Wür Friderich Marggraff von Baaden der vorgemeldte bekennen Uns an diſem Brieff und verjehen aller vorgeſchribenen Dinge/ daß Wür der Gezeugen ſeyn/ und daß der vorgenannt Engelhard von Weinſperg mit vorbedachtem Muth alſo gethan hat/ und daß ſie mit Unſerem Rath und guten Willen geſchehen ſeint aller Dinge als vorgeſchriben ſtat/ und darüber zu Urkund ſo haben Wür Unſer Inſigel geleit an diſen Brieffe zu dem vorgemeldten Engelhards von Weinſperg Inſigel die baide daran hangen an diſem Brieff/ ſo geben/ do man zahlt von GOttes Geburt dreyzehenhundert Jahr/ und darnach in dem zwölfften Jahr an St. Gallen Tag.

Anno 1331. Engelhardus & alter Engelhardus junior ac Conradus de Weinſperg germani fratres unanimiter cedunt ac renuntiant cuivis prætenſioni ac juri in ſupradicta bona præfato Monaſterio Liechtenſternenſi à genitore ipſorum ad pias cauſas tradita, quod ſic habetur: Wür Engelhard und Engelhard/ Conrad Gebrüder von Weinſperg bekenne offenlich an diſem Brieff/ und thun kund allen denen/ die ihne ſehen/ leſen oder hören leſen. Wann der Edel Unſer lieber Vatter ſeelig Herr Conrad von Weinſperg den Erbaren und geiſtlichen Frawen der Abbtiſſin und den Convent gemeinglich der Frawen des Cloſters zu den Liechtenſtern gabe/ und geben hat recht und redlich freylich und eigentlich luterlich durch GOtt und durch Haile ſeiner Seele und ſeiner Vorderen das Weyler Dindebach genannt/ Leuth und Gut/ beſucht und unbeſucht/ und mit allen Nutzen und Rechten/die darzu gehören/und als er es innen hätt und genoſſen/ und fürbas inngehabt ſolte haben und genieſſen/ als die Brieff auch ſagen und beweiſen die darüber von dem vorgenannten Unſeren Vatter ſeeligen den egenannten Frawen und dem Cloſter gegeben ſeint/ und die Wür auch geſehen und gehört haben leſen/ alſo verzeihen Wür Uns an diſem Brieffe/ und haben Uns verzihen recht und redlich und lauterlich aller der Recht und Anſprach/ die Wür oder Unſer Erben an den vorgenannten Weiler/ Leuthen/ Güteren oder Rechten nimmermehr gehaben möchten oder ſolten/ und dann Wür noch Unſer Erben die vorgenannten Frawen und das Cloſter an den egenannten Weiler Dindebach noch an keinen anderen ihren Güteren/Leuthen oder Rechten nimmermehr irren noch hinderen ſollen noch laſſen/ irren noch ſchädigen/ wie Wür gewaltig möchten ſeyn ohn alle Gefehrde. Wür geloben ſie auch zu ſchirmen an dem vorgenannten Weyler und an allen ihren Güteren/ wo Wür mögen ungefehrlich getreulich als Unſer eigen Gut/ und daß diß wahr und ſtet bleibe/ ſo geben Wür den vorgenannten Frawen und dem Cloſter zu dem Liechtenſtern diſen Brieff beſigelt mit Unſerem eignen Inſigel und mit Unſers Freunds Engelhards von Ebersberg Inſigel/ daß er durch Unſer Bitt zu einer Gezeugnus der vorgeſchribenẽ Ding zu Unſerem Inſigel an diſen Brieff gehencket hat. Der ward geben da man zahlt von GOttes Geburt dreyzehenhundert Jahr/und darnach dreyſſig Jahr an der Mittwoch vor St. Michaels Tag.

Anno 1525. Ruſticis paſſim per univerſamSueviam contra legitimam Superiorum ſuorum (tùm Eccleſiaſticorum, tùm ſecularium Principum, Comitum, Baronum, Nobilium Dynaſtarum &c. &c.) poteſtatem cœdibus, rapinis, ferro flammaque diriſſimè graſ-

ſatis & debacchatis, tota inſuper Monaſteria ſacrilegâ direptione, ſpoliatione, imò & incineratione multifariàm aggreſſis, immaniſſimam hujuſcemodi cladem venerabile quoque Parthenium hoc Liechtenſternenſe ſuſtinuit: quod vel paucis edicit Cruſius part. 3. lib. 10. cap. 14. ita ſcribens: *Peracto illo egregio* homicidii multorum Nobilium Dominorum ac Sacerdotum Weinſpergæ notâ propè Hailbronnam Urbeculâ) *facinore Weinſpergenſi: Ruſticanus globus mox Cœnobium Liechtenſternum occupat: cujus Moniales Hailbrunnam perſugerant. Illud prædando (tumultuantes Agricolæ) perſultant, helluantur, dolia pertundunt (qui ipſorum mos ubique erat) vinum in terram derivant: fornaces per feneſtras ejiciunt, januas, feneſtrasque confringunt &c.&c.*

Nunc nos alteram aggredimur enarrare turbationem Monaſterii hujus ſuo loco in documentis Monaſt. Wirtenberg. Virginum fol. 101. recenſitam, prout ſequitur: Anno 1538. Sonntag nach St. Gallen-Tag ſchreibt an Herrn Hertzog Ulrichen Barbara von Liebenſtein Abbtiſſin zu Liechtenſtern wegen ihrer Unterthanen angemaßter Beſteurung mit folgenden Worten: Es zeigen mir an meines Gotts-haus arme Unterthanen zu Waldbach Eyßeſſen und Dindelbach / wie von Ewer Fürſtl. Gnaden Amptleuthen zu Weinſperg ſie zu hefftiger Schatzung und Anlag werden angehalten/ ſo bißher nicht im Brauch / und Anfangs von der Churfürſtl. Pfaltz / daß ſie her an diß Gottshaus erwachſen/ auch von Ewer Fürſtl. Gnaden Vertrage geweſt ſeyn / ſonderen allein in Kriegs-Läuffen mit einem Reißwagen / und ſo der Herrſchafft Würtenberg hohes angelegen mit zimlicher Steur gewertig und zu Hülff komen ſeyen ꝛc. ꝛc. Et infra fol. 104. noch ſelbiges (1547ſte) Jahr iſt für die Cloſter-Frawen zu Liechtenſtern ein Würtenbergiſche Reformation auffgericht und beſchriben worden / welche faſt mit derjenigen / ſo hievor des Innocentii Quarti Pont. Max. Cloſter-Ordnung entgegen geſetzt/ übereinſtimet/ darinnen die Conditores ſolcher Liechtenſterniſchen Reformation Hn. Hertzog Ulrichen zu Würtenberg einen rechten Erb-Schirm-Herren und Caſten-Vogt des Cloſters Liechtenſtern nennē/ auch daſelbs und in allen Fleckē Ihr Fürſtl. Gnaden alle hohe Obrigkeit das Gelait und Wildbann neben anderen Jurisdiction und Gerechtigkeiten ohne allen Grund und Warheit / ja auch wider ihr eigen Scientiam und Conſcientiam zuſchreiben dörffen/ auch im Namen und an ſtatt des Hn. Hertzogen ſich unterfangen in geiſtlichen Ordens-Sachen zu diſponiren und ordnen nach ihren Gefallen und Belieben. Und 1. zwar ordiniren ſie/ daß die Cloſter-Frauen zu den Gelübden ſingen / leſen / Mettin gehen / faſten und allen anderen nicht mehr verbunden ſeyn ſollen/ ſondern in allweg zu ieder Perſon freyen Willen und Gefallen ſtehen / das heylig pur lauter Evangelium und Gottes Wort/ auch den Eheſtand nach Ihr Fürſtl. Gnaden Ordnung anzunemen / auch ſonſt in allen Sachen der neu-ausgangen Würtenbergiſ. Kirchen-Ordnung gemäß und gleichförmig ſich halten. 2. ſollen fürohin weder Mönch noch ander dem Pabſtumb und derſelbigen Religion Anhängige in das Cloſter eingelaſſen / ſonder ein Prædicant dahin verordnet. 3. Auch Niemand anders als denen / ſo dem Wort Gottes nicht zuwider/ zu den Cloſter-Frauen der Zugang geſtattet. 4. Kein Perſon mehr zu Lehr noch anderen ohne des Fürſten Wiſſen und Willen zu den Cloſter-Frawen angenommen/ und wo das hievor beſchehen/ ſollen ſie alsbald abgeſchafft und heimb geſchafft werden. 5. Wann der Cloſter-Frauen eine oder mehr zu ihrer Freundſchafft begehrt zu raiſen / ſolle ſolches mit Vorwiſſen des Schaffners erlaubt ſeyn. 6. Wird befohlen / die Päbſtliche Ordens-Kleyder in der gemeinen Chriſten Kleidung zu veränderen. 7. Werden noch andere neue Statuta für die Krancken / dero Siechenmeiſteren / für den Doctor / Apothecker und Bettgewandt ꝛc. aufgeſetzt. Gleichfalls wie es mit den Baaden / Waſchen / in der Kuchen / mit Speiſen und Koſten/ und ſonſten mit dem Wein und Keller/ mit dem Brod und mit der Porten / mit Ehehalten und Taglöhneren fürohin ſoll gehal-

ten

ten werden/ angeſtellt. 8. Iſt Ulrich Rentz / als Kellerer zu Weinſperg/ zu der Cloſter-Frawen Superattendenten verordnet worden. Welcher mit ſeinem Von- und Zureiten in vierzehen Tagen oder drey Wochen / einmahl bey den Cloſter-Frawen und Haußhaltungẽ ſein fleiſſig Superattendenz haben / ob diſer Ordnung gemäß gelebt und gehauſt werde / und was Nachtheils/und dero zuwider befunden / daſſelbig mit beſtem Fleiß abſchaffen und kein Nachtheil hierinn verhalten noch verſchweigen ſoll. 9. Wird dem Pfleger und Schaffner oder Verwalter ſein Verrichtung vorgeſchriben. Jedoch in allen diſen Puncten Ihr Fürſtl. Gnaden vorbehalten berürete Ordnung jederzeit zu änderen / minderen oder mehren ꝛc. ꝛc. welches damit es mehr Krafft oder doch Schein bekomme / haben ſich unterſchriben Margaretha Rothäfftin Priorin / Barbara Veſingerin / Helena Greckin/Catharina von Ernberg/Anna Spöttin / Anna Beerin / Anna Benlerin / Eliſabetha Stümpartin. Item fol. 1. Anno 1549. den 13. Februarii befindt ſich / daß ein Würtenbergiſ. Rath gehalten mit denjenigen Cloſter-Frawen/ ſo umb die Reſtitution und völlige Adminiſtration, wie ſie hievor gehabt / entweders ſchon allbereit ſuppliciret / als geſchehen von der Priorin und Convent-Frawen zu Kirchein / Reuten und Liechtenſtern/ oder aber noch anſuchen werden zu begegnen. Und iſt für rathſamb befunden worden / daß man aller Frawen-Clöſter Gerechtigkeit aus den Brieffen und Urbar Bücheren zueinander ziehe / auch denſelben gemäß mit jedem Gottshaus nach Geſtalt der Sachen tractire und handle. Insgemein aber ihren Begehren der Reſtitution und völligen Adminiſtration anderſt nit Statt und Platz gebe / ſie verwilligen dann in die von ihnen den Würtenbergiſ. Räthen aufgeſetzte Articul. Primò, daß ſie den regierenden Fürſten für ihren rechten Schutz- und Schirm-Herren / Patronen und Caſten-Vogt erkennen / haben und halten / auch das mit Brieff und Sigel bekennen und beſtettigen wöllen. Secundò, daß ohne Vorwiſſen/Willen und Gefallen des Lands-Fürſten kein Abbtißin oder Priorin erwehlet. Und tertiò kein Junge auffgenommen werde. Quartò, was Jährlich über ihr Unterhaltung und ordenliche Ausgaben bevor ſeyn wurde / in Ihr Fürſtl. Gnaden Rent-Cammer kom̃en. Welcher Articul folgendes (vielleicht/weil er zu laut geweſt) alſo moderirt und verblümbt worden / daß das erübrigte Gelt auff vier oder fünff Jahr gefolgt werde / oder aber in einer verſperrten Truhen/darzu die Obrigkeit den einen/und der Hoffmeiſter den anderen Schlüſſel haben ſoll / zu einem Vorrath biß auff weitere billich und gebürende (id eſt Würtenbergiſ.) Handlung alſo ligen bleibe. Quintò, Ihr Unterthanen in des Lands-Fürſten Pflicht und Huldigung ſeyen. Deßgleichen alle Jurisdiction, Buſſen und Frevel ihme zuſtehen. Und weilen diſer Articul ſo Teutſch / daß ihne auch die Bauren verſtehen möchten/ hat man ihne dergeſtalt limitirt / daß wofern er je nicht vollkommen / doch auff ein Anzahl Jahr oder damahl regierendes Hn. Hertzog Ulrichs Lebenlang erhalten werde. Sextò, ſollen Abbtißin / Priorin und Convent aller ihrer Vorderung wegen biß anher von Würtenberg gewaltthätiger Weiß abgenommner Abnutzung/deßgleichen auch der ligend und fahrenden Güter halber/ ſo bißher verkaufft oder anderwerts verändert worden / ſich verzeihen/und darauff verſchreiben. Septimò, allen austrettenen Nonnen ihr begehrtes Leibgeding abfolgen laſſen. Octavò, den Azt / Hundlegin und dergleichen Beſchwernuſſen laiſten. Nonò, alle Ordens-Perſonen und Beichtvätter abſchaffen. Decimò, nach Ihr Fürſtl. Gnaden Gefallen einen Hoffmeiſter / Schaffner oder Pfleger annemmen. Undecimò, daß diſe Articul von der Abbtißin oder Priorin unterſchriben werden. Ob ſie aber das Unterſchreiben waigeren/ und nit thun wolten / daß ſie dann mündliche Promiſſion thun ; wo aber auch nit/ ſoll dannoch von den Geſandten ſolcher Abſchied geſtellt und bey Handen behalten werden. Worauff diß der Räthe Beſchluß : Wann nun ſolche Articul all oder zum Theil erhalten werden

werden möchten/ wäre der Rath Bedenckens/ der Sachen ein guter Anfang gemacht / alſo daß mit der Zeit ein beſſers erfolgen möcht. Wo aber nicht / muß man thun wie man mag/ und nicht wie man gern wolt/ biß ein gelegnere Zeit kommen wirdet 2c. 2c.

✠LIECHTENTHALENSE.

SEu *Lucidæ Vallis* inticulatum ſacrarum Virginum Ordinis Ciſtercienſis & diœceſis Argentoratenſis Monaſterium Urbi ſeu oppido Marchio-Badenſi proximum, hodie ſub præpotenti dominio & graviſſimo Gallorum jugo vel ſecundùm muros ſuos clauſtrales integrè ſervatum utcunque perdurat Reverendisſimâ Dominâ loci Abbatiſsâ continuò præſente cum paucis aliquot Monialibus, reliquis pluribus hinc inde diſperſis. Initium & fundatio Venerabilis Parthenonis hujus debetur antiquis terræ Principibus ſeu Marchionibus Badenſibus, è quorum ſtirpe quamplures in templo Liechtenthalenſi fuiſſe ſepultos oſtendit Lazius de migrat. gent. lib. 8. fol. 405. Item Gabriel Bucelinus de eodem Venerabili Parthenone in ſuâ Germaniâ ſacrâ parte alterâ fol. 211. ſic habet: *Lichtalenſe idem quod Lichtentalenſe celebre omninò Virginum Deo ſacrarum Cœnobium in Marchionatu Badenſi: cujus primam Abbatiſſam egit Agnes Hermanni Senioris filia, ſoror Junioris Badenſium Marchionum, ac deinceps plures ejusdem familiæ, & magno numero Illuſtrisſimorum Principum, Illuſtrium Comitum, aliorumque Procerum Germanorum filiæ Numini illic famulas devovêre, quod usque hodie celebre eſt Monaſterium ab eximiâ religione.*

Nomina & cognomina Abbatiſſarum in Lucidâ Valle vulgò Liechtenthal.

1. *Trudinta poſtulata à Monaſterio Waldenſi 1247.*
2. *Mechtildis à Liebenſtein.*
3. *Adelheidis à Griecheim.*
4. *Mechtildis à Liebenſtein.*
5. *Mezà à Liechtenberg.*
6. *Adelheidis Marchioniſſa Badenſis.*
7. *Cunigunda Comitiſſa Zollerana.*
8. *Eliſabeth à Liechtenberg.*
9. *Agnes à Liechtenberg.*
10. *Adelheidis Comitiſſa à Beuchlingen.*
11. *Agnes Marchioniſſa Badenſis.*
12. *Adelheidis Comitiſſa à Tübingen.*
13. *Adelheidis Comitiſſa à Tübingen.*
14. *Wildegardis à Finſtingen.*
15. *Joanna Comitiſſa de Leiningen.*
16. *Adelheidis à Liechtenberg.*
17. *Adelheidis Comitiſſa ab Helffenſtein.*
18. *Eliſabetha Weſthin.*
19. *Anna Stranlerin.*
20. *Margaretha Marchioniſſa Badenſis.*
21. *Maria Marchioniſſa Badenſis.*
22. *Roſula Rödererin.*
23. *Anna à Mörſperg.*
24. *Barbara Vehuſin.*
25. *Margaretha Stuzerin.*
26. *Margaretha Göllin.*
27. *Roſina Herzogin.*
28. *Eva Roſina Springauffin hodierna (1655.) Abbatiſſa.*

Hoc in Monaſterio aliquandiu fuerat ſepultura Marchionum Badenſium aliquorum, & Moniales piè credunt, ſe quandoties unus vel una Marchionum è vitâ decedat, audire aliquid quaſi domus caderet, & ſupra ſepulchrum Fundatricis quaſi ſtellam videre, mirum hoc Cœnobium amplum & magnum per omnes hos belli (Suecici) *motus, etiam dùm Lutherani Marchiam poſſiderent, floruiſſe, neque milites intrâſſe, neque ullum ſcandalum à tempore ædificationis unquàm auditum, ſepultura nunc translata eſt in Collegiatam Badenſem.* Hæc Bucelinus loc. cit.

✠LIEZHEIMENSE

MOnaſterium Benedictinum diœceſis Auguſtanæ in territorio Sereniſſimi Ducis Palatino-Neoburgici conſtitutum: cujus fundum & antiquitatem cum aliis locis juxtà confirmantibus taliter annotatum exhibet Cruſius part. 1. lib. 11. cap. 4. *Liezheim erat Legionis tertiæ ſtatio quinta. Nomen eſt à Legione Italicâ vel Italicianâ quaſi Litalicianæ I. M. quoniam in effoſſo latere coctili repertum fuit L. Italicianæ I. M. Solebant enim Legionarii milites ſuæ Legionis titulum lateribus inſcribere, deinde in terram defodere, ut in rerum huma-*

narum

narum ſtationum inſtabilitate, aliqua tamen memoria ſuarum ſtationum permaneret: eoque diuturnior, quò minùs fictilia conſumi ſolent. Primus ſacri Parthenii hujus fundator, vel (ut refert Bruſchius de Monaſt. German. cent. 1. fol. 94.) circa annum 1110. vel (uti ſcribit Lazius de migrat. gent. lib. 8. fol. 424.) A. 1151. Adalbertus Comes Dilingenſis ab eodem Lazio loc. cit. in genealogiâ Comitum Dilingenſium taliter appoſitus: *Adalbertus Comes Dilingenſis frater Manegoldi tertii, filius Hugobaldi tertii fundator Cœnobii Liezheimenſis propè Hochſtadium Danubii circa annum Domini 1151. &c.* ad quem annum Stengelius Abbas in Comment. rerum Auguſt. part. 2. cap. 37. num. 8. eandem Liezheimii fundationem memorati Comitis Alberti uxori tribuens ſic ait: *Circa iſta tempora Gutta de Werdenberg Adelberti Comitis de Dilingen conjunx nobile Monaſterium in Liezheim fundavit, cui Mechtildem Comitiſſam de Andechs Abbatiſſam præfecit.* Poſt annos circiter quadringentos religioſæ domicellæ ſæviente hæreſi Lutheranâ contumelioſè profligatæ hæreditatem Domini ſeu nativam poſſeſſionem ſuam triſti nimiùm & amaro corde vel invitæ reliquerunt alienis, quousque tandem noſtro decurrente ſeculo religioſus ſtatus iſthic loci poſtliminiò reſtitutus nova incrementa ſumpſit, quando nimirùm ſacer fundus Liezheimenſis Auguſtano S. Udalrici Monaſterio plenariè ſubditus fuit & incorporatus poſthabito ſexu fœmineo maſculinos tantùm ex nunc admittens alumnos non item velatos monachos tales illos iſthic in Liezheim ad nutū Abbatis ſui & certā rerū exigentium de more convenienter inſtituendos, dimittendos &c. &c.

LIMPURGENSE

Benedictini Ordinis celeberrimum famâ & ſanctitate Cœnobium in diœceſi Spirenſi à Conrado ejus nominis ſecundo Imperatore magnificè fundatum & locupletatum anno Chriſti 1031. converſum ex arce nobiliſſimâ in domum Dei & nobili monachorum coloniâ inſtructum. E ſideribus loci illius præ aliis emicuit Beatæ memoriæ Abbas Rupertus vir ſanctiſſimus & eruditiſſimus, nec non divinis revelationibus illuminatiſſimus, cujus extant magni ingenii inſignia monumenta. Hæc Bucelinus in Germania ſacrâ part. 2. fol. 54. Et hîc maximè notandū, quòd aſceterium hoc monaſticū locationē ſuam antiquitùs habuit in Ducatu (qui hodie Wirtenbergico conjunctus & unitus eſt) Teccenſi propè oppidum Weilheimenſe deſcriptū in Topographiâ Sueviæ Zeilleri fol. 214. & de ipſo temporibus noſtris haud ſuperat niſi fundus ſeu mons ille quondā caſtro ſeu reſidentiâ Dominorū Limpurgenſiū inclytus hodie vulgariter ab accolis Mons S. Michaelis appellari ſolitus. Sed plura de præclariſſimo Limpurgenſi Cœnobio hoc juvat audire Trithemium Abbatem in Chronico Hirſaugienſi tom. 1. ad annum 1033. fol. m. 170. ſcribentem, prout ſequitur: *Anno Domini prænotato (1033.) Julii menſis die 12. Conradus Imperator manè horâ quartâ primum lapidem in monte Lympurg pro Monaſterio noſtri Ordinis conſtruendo poſuit: quod per ſe inchoans per filium in duodecim annis feliciter perfecit. Conſtruxit autem inſignem valdè Eccleſiam, quam in honorem S. Dei Genitricis Mariæ, ac vivificæ Crucis voluit conſecrari. Locus hujus Monaſterii Limpurgenſis anteà fuit caſtrum, quod ipſe Conradus jure hæreditario poſſidebat, tribus à Wormatiâ & totidem à Spirâ diſtans milliaribus. Cujus Eccleſia magna fuit atque pulcherrima, pedes in longitudine excedens quinquaginta & ducentos, in latitudine verò centum quadraginta. In quâ fuerunt altaria viginti: & reverâ non memini me noſtri Ordinis Eccleſiam vidiſſe majorem ac pulchriorem. Columnis ex ſolo lapide ab introitu uſq; ad Chorum viginti magnis fuit ſubnixa: quarum unaquæq; in longitudine pedes habebat viginti, & in circumferentiâ latitudinis cubitos geometrales binos fermè continebat. Erectæ ſtabant ſuper baſes magnas & quadratas capitella ſimilis formæ & magnitudinis habentes, ſuper quibus muri ab utraq; parte in modum ſemicirculi uſq; ad tectum extendebantur. Conſummato tandem Monaſterio cum Eccleſiâ & cunctis manſionibus ad habitandum neceſſariis, Monachis & Abbate ſub regulâ S. Benedicti Deo militantibus traditur: & multis prædiis, redditibus ac proventibus tam à Conrado Imperatore, quàm ab Henrico tertio ejus filio pro dote ſublimatur.*

Stetit hoc inſigne Cœnobium abhinc annis 470. & multi ſanctiſſimi viri per ſucceſſum temporis in eo claruerunt. Tandem evolutis annorum circulis, quos diximus, noſtris prô dolor! diebus, anno videlicet Dominicæ Nativitatis 1504. bello Imperii contra Philippum Bavariæ Ducem Rhenique Palatinum Comitem ac Principem Electorem nimis crudeliter ſæviente, datam ſibi occaſionem gaudentes æmuli Monachorum

Chriſtianæ religionis deſertores inimici Dei, quidam latrunculi ſervitores conductitii Comitis Emichonis ex Leiningen de Duroburgio caſtello vicinio cum furore & impetu exeuntes triceſimâ die menſis Auguſti Monaſterium cum Eccleſiâ & univerſis ædificiis igne ſuppoſito incenderunt, ac funditùs deſtruxerunt.

Item infrà tom. 2. fol. 623. *Eodem anno* (1503.) *Philippus Comes Palatinus in Monaſterium Limpurgenſe noſtri Ordinis Spirenſis diœceſis præſidium quadringentorum virorum locavit contra Emichonem Comitem de Leiningen, qui dudùm, ut ſuprà dictum eſt, Landgravio confœderatus adversùs Principem animos geſſit hoſtiles. Erat nihilominùs inter Macarium dicti Cœnobii Abbatem & memoratum Comitem vaſallum ejus juratum graviſſima quædam diſſenſio pro quibusdam in Dureckheim juriſdictionibus, & aliis in nemoribus & aquarum Decurſibus bonis temporalibus, quæ cauſam præſtitiſſe videbantur, ut præſidio Monaſterium contra inſolentiam hoſtis muniretur, quanquàm id nec poſtulante nec volente factum ſit Abbate, qui tunc apud Spiram febribus graviter æſtuabat infirmus, in Cœnobii exiſtente Conventu cum Priore non ſine inopiâ victualium, quia carnibus non veſcebantur. Vigeſimo tertio die menſis Julii præſidium intravit Monaſterium, & manſit in eo diebus 39. non ſine gravi læſione & jacturâ utriusq; ſtatûs monaſtici. Intereà præcipiente Macario Abbate, libri, calices, ornamenta Eccleſiæ, privilegia & Clenodia Monaſterii ſucceſſivè ad Spiram ſunt deportata. Remanſerunt autem plura domûs utenſilia, lectiſternia, vaſa coquinæ, tabulæ ſive imagines in Eccleſiâ & alia ſine certo numero Monachorum inſtrumenta, quæ cùm F. Gerhardus Baldevvini de Oedmersheim tunc loci Prior (qui nunc mecum eſt apud S. Jacobum propè Herbipolim) in Spiram transferre diſponeret, Fridericus de Spanheim præſidii Capitaneus reſtitit, aſſerens non expedire hanc Monaſterii tranſlationem, proptereà quòd Ruſticis in vicino manentibus cunctis timiditatem ſimul & fugam incuteret. Ceſſit neceſſitate Prior imperanti & contra voluntatem in Monaſterio dimiſit omnia & amiſit. Vigeſimo nono die nono die menſis Auguſti decollatione S. Joannis Baptiſtæ ſolemni, Fratres divinum ex more celebrârunt officium, & in medio tumultu armorum, quantum licuit, ſuum canonem Prioris directione cuſtodierunt. Erat enim Gerhardus regularis diſciplinæ ſtudioſus amator, qui à teneris unguiculis in Cœnobio Lacenſi optimè inſtitutus, Abbate Macario poſtulante, Simone quoque de Petrâ in Lacu Paſtore conſentiente, ac me ut viſitatore utriusque loci procurante, de memorato Cœnobio ante quinquennium translatus in Limpurg, ibique ſecundùm Ordinis noſtri conſuetudinem ſub obedientiâ ſtabilitus & Prior conſtitutus, quantum in ipſo fuit, regularis diſciplinæ obſervantiam in ſe & in Fratribus integerrimè cuſtodivit.*

Intereà verò, quòd præſidium Comitis Palatini Limpurgenſi manebat in Monaſterio, incolæ villæ Dureckheim viri omnes ad vicinum caſtellum Comitis Emichonis de Leiningen Duroburgum nomine non minùs hoſtium metu, quàm arcis ipſius defenſandæ gratiâ declinârunt. Hi autem, qui erant in monte Limpurg nomine Comitis Palatini, ne tempus in otio viderentur conſumere, ſæpiùs excurſione factâ hoſtium pecora, & quidquid invenire poterant, rapientes abduxerunt, in Dureckheim oppido maximè rapinas exercentes, ſicque ut ferunt, incendendi Monaſterii cauſam, quemadmodùm accuſantur ab æmulis, non minimam dicuntur præſtitiſſe.

Vigeſimo nono die Auguſti circa horam undecimam in nocte Fridericus de Harmsheim Capitaneus Palatini juſſu ipſius Principis amovit de Monaſterio Limpurgenſi præſidium ſuum, & in alia loca, ut ſibi mandatum fuerat, traduxit. Latuit omnes fratres præter Cellerarium Palatinenſium de monte receſſus, attamen eos, qui erant in Duroburgo, latere non potuit, qui ſuos exploratores ubiq; in nemore & itineribus acutiſſimè habebant diſpoſitos. Poſt receſſũ præſidii ſuſcitavit Oeconomus Priorem & fratres, dixitq; omnes à loco diſceſſiſſe cuſtodes & ſicut audivit, aliud metuendũ eis fore prædixit.

His Prior & Fratres recognitis & multis aliis comminationibus hoſtium in proximo commanentium territi, unanimi votatione ſtatuerunt loco fore cedendum, animas cupientes ſuas à periculo ſalvare potiùs quàm perire. Convenientes igitur in Chorum nocte mediâ omnes Matutinale juxta morem perſolverunt officium, deinde unusquisque prout potuit, arreptâ ſarcinulâ ſuâ flexisque in gradibus Presbyterii genibus orationem itinerantium, ut regula jubet Sanctiſſimi P. N. Benedicti, cum timore dixerunt, valedicentesque non ſine lachrymis templo circa tertiam poſt mediam noctis horam Monaſterio exierunt, & conjunctim ad Spiram, ubi tunc, ſicut diximus, Abbas jacebat infirmus, profecti ſunt. Erant autem numero Monachi & Converſi ſedecim, qui non ex levitate reliquêre Monaſterium, ſed hoſtium metu, quorum furor juramento, ut ferunt, ſe conſtrinxerant, Monaſterium cum habitatoribus, ſi qui reperirentur, incenſurum, quod facti crudelitas etiam oſtendit.

Igitur penultimâ die menſis Auguſti poſt receſſum Palatini præſidium & Monachorum de Cœnobio diſceſſum, ſicut diximus, ad Spiram exeuntes manè de Duroburgo Comitis de Leiningen ſupradicto Caſtello, quod eſt in proximo Stratiotæ ſimul & ruſticani Durckheimenſes nonnulli Monaſterium Limpurg armati & pleni furore intrârunt, rapientes & deportantes omnia, quæ invenerunt cum bonâ morâ, nullo penitùs reſiſtente. Enimverò ſicut diximus, multa remanſerant in loco, quæ præ temporis Anguſtiâ Fratres non poterant Spirã deferre, præſertim contra prohibitionem eorum, qui Monaſterium occupârunt. Vini enim plauſtra inve-

invenerunt quinque aut ſex. Frumenta quoque nonnulla, Calicem unum, ornamenta Eccleſiæ, libros nonnullos in Bibliothecâ dimiſſos, lectiſternia & utenſilia domûs, coquinæ ſimul & cellerariæ plura, quæ omnia rapuerunt.

Anno igitur Dominicæ Nativitatis prænotato die menſis Auguſti penultimâ filii Belial & iniquitatis Miniſtri ex Duroburgo turmatim procedentes Limpurg Monaſterium hominibus vacuum intraverunt, ſpoliaverunt, incenderunt & domicilia Monachorum cuncta unà cum Eccleſiâ pulcherrimâ & ampliſſimâ cremantes igne in cinerem redegerunt. Fuit autem Eccleſia valdè inſignis à Conrado Imperatore quondam ſecundo circa annum Dominicæ Nativitatis triceſimum ſuprà milleſimum conſtructa & in honorem viviſicæ Crucis Domini noſtri Jeſu Chriſti, ejusque caſtiſſimæ Genitricis ſemper intactæ Virginis Mariæ memoriam conſecrata, & pro ſuſtentatione Monachorum ſub normâ divini P. N. Benedicti Deo ſervientium copiosè dotata, multisque decorata privilegiis & ornata libertatibus.

Erat ſanè templum Dei pretioſum, quo majus in Ordine noſtro vidi nullum. Cujus latera duo intrinſecùs intra Eccleſiæ corpus & abſides viginti erant ſubnixa columnis ex ſolido lapide præciſis; quarum unaquæque habebat in altitudine pedes 20. in circumferentiâ verò ſpiſſitudinis pedes ferè 12. ſtabantque ſingulæ ſuper baſes ſingulas artificioſâ pulchritudine formatas: habentes in ſummitate ſingula capitella non parvæ nec ſeparatæ magnitudinis, ſuper quibus arcuati parietes in altum ſuſtentabantur. Longitudo hujus Eccleſiæ pedes continebat 350. Latitudo verò 140. Capellæ fuerunt in eâ quatuor: altaria viginti: turres habebat in fine versùs Orientem tres, in quibus campanæ ſex numero pendebant: quarum duæ majores non parvæ fuerunt æſtimationis & pretii. In Eccleſia quoque ſtabant imagines Sanctorum ex ligno ſculptæ in altaribus & tabulæ depictæ plures atque pulcherrimæ, & alia non pauca in Dei miniſterium non deputata, quæ omnia per incendiarios illos, aut depoſita ſunt, aut in cinerem redacta, campanæ omnes incendii magnitudine perierunt. Columnæ quoque ruptæ ſunt, nihil integrum, nihil non deſtructum in toto Cœnobio remanſit. Fugientibus de Monaſterio cunctis, ſenex quidam grandævus nomine Joannes artificio ſcriniator præbendatus amore Dei impotens fugere, in loco ſolus remanſit. Is cùm diaboli miniſtros ex Duroburgo cerneret advenire, in Eccleſiam declinavit: quâ per illos incenſa, & ipſe flammâ conſumptus eſt.

Per 12. dies & noctes continuè duravit incendium miniſtris impietatis quotidiè ſine alicujus hominis prohibitione & metu de Duroburgo excurrentibus, & ne quid remaneret integrum in Eccleſiâ & Monaſterio toto, ignem renovantibus. Tam vehemens incendium extitit, quòd non tantùm omnia ſtructurarum ligna conſumpſit, ſed etiam muros, lapides & ſolidiſſimas columnas pro majori parte deſtruxit. Major etiam turris Eccleſiæ ardoris vehementiâ in terram corruit. Denique priusquàm incenderetur Eccleſia, ſatellites diaboli omnia perfregerunt altaria ſigillis manu ſacrilegâ nuptis, & Diverum reliquias quò voluerunt, deportârunt. Quod utrum pro honore & reverentiâ Sanctorum fecerint, aut ſicut raptorum conſuetudo eſt, pecuniam ſe reperturos ſperaverint, nobis manet incertum. Duæ fuerunt abſides ab utraque parte ſeu latere Chori; quibus in modum Crucis more veterum, conſtabat Eccleſia, in quarum ſiniſtrâ fuit ſepultura loci Abbatum, in dexterâ verò Comitum de Leiningen, quorum cadavera ſub elevatis à terrâ lapidibus pauſabant, concavatis intereà atque muratis. Neſcio, quæ moverit ſacrilegos cauſa, quia hæc ipſa mortuorum ſepulchra temerantes aperuerunt, & inter alia corpus Emichonis Comitis, qui pater fuit hujus Emichonis, integrum extraxerunt, quod filius poſteà translatum ad Dureckheim in Eccleſiâ parochiali fecit tumulari. Sacramentum Dominici corporis imminente jam Eccleſiæ incendio Paulus Paſtor in Dureckheim non ultimus in Concilio malignantium ſuam deportaverat ad Eccleſiam. Satis hinc conſtat manifeſtè, quòd operarii iniquitatis Eccleſiam animo deliberato unà cum Monaſterio ſtatuerant concremare, quippe qui priusquàm ignem ſupponerent, Sacramentum deportari fecerunt, altaria violârunt, Sanctorum reliquias pollutis manibus extraxerunt, ſepulchra Comitum aperuerunt, cadavera ejecerunt, res ſacras cum tabulis & ornamentis deportârunt, ignemque in multis locis Eccleſiæ ſuppoſuerunt. Hic finis & conſummatio tam inſignis Monaſterii, quod à primâ ſui fundatione ſteterat annis quadringentis ſexaginta quatuor, & nunc

 hodie

hodie jacet incenſum, deſtructum & penitùs deſolatum annum ferè in decimum, necdum reſtitui cœptum. Quando, quo tempore, quo medio, quibus impenſis, & per quos homines reſtitui debeat, aut poſſit, ſoli Deo eſt cognitum, qui ſolus omnia novit & poteſt. Enimverò quantùm ego intelligere poſſum, qui Monaſterium, cùm ſtaret, optimè novi, ſi adeſſent florenorum ſexaginta millia, non ſufficerent, ut reſtaurari poſſet in eam conditionem, in quâ viguit, priusquàm ab impiis hominibus incenderetur.

Item infrà fol. 628. *In eodem Conventu* (Anno 1505. Coloniæ Agrippinæ ad Rhenum habito) *Principum Macarius Abbas exuſti Monaſterii Limpurgenſis coram Maximiliano Rege querelam detulit contra Emichonem Comitem de Leiningen, accuſans eum & proclamans, ut auctorem incendii ſimul & ſpoliatorem memorati Cœnobii ſui. Verùm Rex aliis negotiis Regni plurimùm occupatus Jacobo Archiepiſcopo Moguntino cauſam per litteras commiſit abſenti: inter alia præcipiens, ut poſt cauſæ cognitionem tentaret inter partes pro concordiâ, quod ſi eas concordare non poſſet, negotium cum actis remitteret.*

Aſſumpſit commiſſionem Pontifex, & partibus citatis ad inquiſitionem proceſſit. Accuſabat Comitem Abbas ſuper incendio Monaſterii reum. Negabat Comes ſuâ voluntate aut ſcientiâ eſſe commiſſum, dicens, ſe illo tempore apud Greiffenberg caſtellum laboràſſe febribus, & procul à Limpurg fuiſſe abſentem. Abbas verò pollicebatur ſe probaturum, quòd miniſtri & famuli Comitis de Caſtello ejus Duroburgo turmatim exierint, Monaſteriũ intraverint, ſpoliaverint, incenderint, caſtello prædam intulerint, atque per dies 12. quotidiè ad montem redierint, & quod non ardebat, iterùm bonâ cum deliberatione igne ſuppoſito concremaverint. Reſpondit Comes, quòd nihil eorum, quæ Abbas dixerat, factum ſit de ſuo vel ſcitu vel conſenſu, ſed ſi noverit incendiarios Monaſterii ſui, conveniat illos, & jure ad reſtitutionem compellat, quanquam & illos excuſare nitebatur dicens, quòd ſpeluncam incenderint latronum, & non Monaſterium, utpotè in quo Palatinenſes adverſarii & rebelles totius Regni manſionem habuerint, de quâ rapinas & incendia pauperum in circuitu fecerint, mulieres & virgines introduxerint, vim eis contra omnem honeſtatem Chriſtianam intulerint, aliaque plura commiſerint mala, quæ fieri non ſoleant ex Cœnobiis Monachorum, ſed ex caſtellis & ſpeluncis latronum. Non dubium ſe fore dicebat, ſi Monaſterium reperiſſent, ut Monaſterium honoràſſent, & nec ſpoliàſſent illud, nec incendiſſent. Duravit inter Abbatem & Comitem iſta coram Archiepiſcopo contentio per triennium, quouſque tandem morte ſublato Abbate Macario Wernerus in Abbatiâ ſucceſſit, qui cùm ſit homo quietis amator & pacis, actionem cauſæ intermiſit usque in præſentem diem. Macarius autem poſt incenſum Monaſterium cupiens locum habere, in quo manere poſſet cum Fratribus ſuis, Eccleſiam parochialem in oppido Wachenheim à Præpoſito & Conventu Luterenſibus obtinuit, apud quem Cœnobium ædificare novum de conſenſu Palatini Comitis animo cogitavit. Manſit ergò cum quatuor Monachis apud eandem Eccleſiam in domo presbyteri, cæteris ad diverſa loca hinc inde tranſpoſitis: ubi & hodie manet Abbas Wernerus cum paucis, qui Monaſterium non ibi, ſed in priori loco reſtaurare proponit.

Item infrà fol. 648. *Anno prænotato* (1509.) *decimâ ſextâ die menſis Novembris obiit Spiræ Macarius Weis de Buchſeck Abbas exuſti Monaſterii Limpurgenſis Ordinis noſtri, cujus corpus ad Wachenheim relatum in Choro parochialis Eccleſiæ, quam ſibi pro conſtruendo Monaſterio, ut ſuprà diximus, comparaverat, eſt ſepultum. Erat ſanè vir ingenio mitis, humilis & manſuetus, vitæ morumque integritate venerabilis, & ſingulari obſervantiâ monaſticæ converſationis devotus. Cui patria fuit Wederavia, locus verò nativus caſtellum, quod vocatur Jaurbach. Annorum duodecim puer Monaſterio Limpurgenſi traditur, juventutis moribus converſatur. Verùm poſteà cùm ad obſervantiam Bursfeldianæ Congregationis idem reformaretur Cœnobium cunctis Monachis inde recedentibus, ipſe cum Anſelmo Ulner ex Diepurg Priore ſolus voluntariè remanſit, & collum obſervantiæ ſubmiſit.* Hæc ille loc. cit.

❈LINDAVIENSE

LINDAVIUM libera Urbs Imperii (fusè deſcripta à Martino Cruſio in Paralip. ad Annales Sueviæ cap. 20. fol. 85. Sebaſtiano Münſtero in Coſmographiâ lib. 5. cap. 208. fol. m. 941. Martino Zeillero in Itinerario Germaniæ cap. 25. fol. 543. & in Topographiâ Sueviæ fol. 120. Abrahamo Saurio de Urbibus fol. 61.) intra limites diœceſis Conſtantienſis à tempore, quo proximè elapſo ſeculo in avitâ religione turbari cœpit, novas opiniones ſecuta in eundem ſecum caſum & iniquiorem fortunam impulit etiam quæ ibi erant religioſa domicilia mox recenſenda infrà. Meliore ſorte & conſtantiâ magnis laudibus digniſſima veteres ritus & ſinceram religionem contra vim atque inſidias retinuit Nobiliſſimus Parthenon ad Divæ Virginis. Habet is Abbatiſſam ſacris & conſuetis Eccleſiæ ritibus initiari ſolitam, quæ inter liberos ac immediatos Imperii Status & Eccleſiaſticos Circuli Suevici Principes ſuffragium habet. Sola ipſa ſtabilitatis voto tenetur, reliquæ Virgines: quas antiquæ nobilitatis probatæque prærogativo titulo commendatas (nec enim aliis aditus patet) ſibi ſubditas habet, cùm libuerit, inde recedere poſſunt, & ad digna ſuo gradu connubia tranſire: aut etiam ſi res ita poſcere videretur, ad ſuos dimitti. Interim rei divinæ ac Pſalmodiæ quotidianam dant operam, & ad omnem honeſtatem, ſuoque reſpondentes ſexui artes ac œconomicam ſolertiam educantur. Etſi antiquiſſimus hic Parthenon eſt jam inde à noni ſeculi exordio in eâ Acronii lacûs inſulâ ſedem nactus, non tamen hodiernis ſemper Inſtitutis vixit. Divi Benedicti primùm legibus monaſticis inibi Nobiles Domicellæ vivebant, & inde ab anno Dei hominis octingenteſimo decimo, cui vetuſtiorum monumentorum teſtimonio ſua debent exordia usque ad ætatem Alexandri Papæ quarti, qui ab anno 1254. usque ad 1261. Pontificatum geſſit, hæc ſanctiſſimi illius monaſtici Legiſlatoris Inſtituta inibi viguere, ut docet diploma, quod à memorato hoc Pontifice Romano Virgines noſtræ Lindavienſes acceperunt. Sub hoc tamen tempus aliis ritibus vivere cœptum eſt: cùm Urbanus IV. qui Alexandro demortuo proximus ſucceſſit, tanquàm veras ac proprias S. P. Auguſtini Epiſcopi & Eccleſiæ Doctoris alumnas, & in ejus diſciplinam transgreſſas alio in diplomate alloquatur. Quibus cauſis: quavè occaſione vivendi ratio ſit immutata temporis & variorum eventuum injuriâ in oblivionem tranſiit, ſolùm, quid actum ſit, res loquitur.

Cœterùm fundatorem Parthenon hic antiquiſſimus agnoſcit Adelbertum Sacri Palatii ſub Ludovico Pio Comitem; quem Annales memorant imperante etiamnùm Carolo Magno, Acronio in lacu periculosâ tempeſtate jactatum, vocatâ in opem Sanctiſſimâ Dei Matre incolumem in ejus Inſulæ littus ejecturum eſſe; ædificatâ mox, deſerto tùm incultoque in loco, Deiparæ Eccleſiâ & ſacro aſceterio idoneis proventibus annuis ſtabilito. Crebra quæ eo in loco prodigioſiſſima Dei Mater in devotos ſibi Clientes contulit beneficia, non modò aliundè adventantium magna exciverunt agmina, ſed eò impulerunt, ut ſtabiles ſibi eâ in Inſulâ ad arcendam etiam hoſtium & prædonum vim perquàm opportuna, ſedes deligerunt; ſic ut paulatim Urbs illa ſurgeret, quam hodie ædibus ſatis frequentem, opere ac ſitu firmam commerciis perquàm commodam, uni (in temporalibus) ſubjectam Cæſari, ut initio dictum eſt, ſuſpicimus. Cùm autem aliis hæc Urbs ſacris utatur & novantium addicta ſtudiis nihil habeat ſacri cum Româ commercii, cùm inſuper commoda & emolumenta Urbis non eadem ſint quæ Parthenonis, nec hujus eadem, quæ Urbis, pronum eſt conjicere, non poſſe non in tantâ viciniâ & eorundem intra mœnium velut uterum, litis identidem aliquid & jurgiorum inter eos exiſtere. Et verò eò ventum eſt, ut dùm juribus ſuis tuendis hi & illi ſtrenuè excubant, ipſâ adverſantium contentione exacuente ſolertiam, Urbs Parthenonis hos, quos diximus, natales, & ipſum adeò Ludovici Pii, quo is potiſſimùm tot inter caſus & jacturas ſuperſtite, nititur, Diploma, ut peſſimâ fide confictum, editis etiam libris explode et,

ſeque Parthenone antiquiorem demonſtrare conaretur. Non defuit ſuæ cauſæ Parthenon, ſed cùm aliàs aliis lucubrationibus, cùm pauculis abhinc annis editâ Juſta Defenſione Jus ſuum & maximè diploma vetuſtiſſimum, ac Natalium præ Urbe antiquitatem aſſerere ſtuduit. Agitur nunc cauſa partis utriusque coram Auguſtiſſimo Imperatore & Senatoribus Imperii aulicis, expectaturque ſententia, quâ tandem his illisve imponatur, in re jam inde à ſeculi hujus delabentis anno tertio ſupra quadrageſimum controverſiâ & magnis ſtudiis agitatâ, ſilentium. Quia tamen ab editâ *Juſtâ defenſione* Urbs non unum prælum in ſui viciſſim defenſionem aut veriùs novam vim animavit; hîc abs re non videtur paucula viciſſim pro Parthenone dicere, ne adverſarii ante victoriam triumphent.

Et in primis quidem, neſcio quis Urbis Advocatus, dùm, quæ vocat Urbis contra Parthenonem Gravamina explicat, & multis exaggerat, Juſtam etiam Defenſionem illam non ſemel vellicat & nuncupatoriam maximè Epiſtolam, ut invidioſam admodùm, traducit. Sed in hâc quid tandem ſentire ſe quæritur Reverendiſſima Princeps, quod re ipsâ non ſentiat? an fas non eſt calamitatum ab eâ remedia petere, à quâ ſperari illa poſſint, maximè dùm non ſua unius, ſed ejus Cœtûs res agitur, quem curæ ſuæ commiſſam habet? Equidem non Urbis excidium, non Urbanorum perniciem totus nobiliſſimus Parthenon, ſed omnium ac ſingulorum ſalutem, & æternam quidem, tam ardenter quàm ſincerè optat quam illi haud paulò certiùs conſequerentur, ſi quibus tam multis retrò annis uſi ſunt, ut ipſe eas advocatus appellat, *novas leges* execrati redirent ad Principem, quam deſeruerunt, unâque tollerent maximam diſcordiarum cauſam, quas alias ex aliis naſci inter tam diverſa pro Religione, & cujusque partis commodis ſtudia, neceſſe eſt. Enim verò quidquid demùm excuſet, aut neget, qui illum Gravaminum faſciculum collegit, aut comentus eſt, moleſtias æquè ac injurias haud ſanè leves & totus Parthenon & Princeps maximè Abbatiſſa patitur. Obſtupuit Germania, cùm non ita pridem audiit, ipſam quâ S. R. Imperii Princeps vehebatur rhedam Lindavienſi in ponte à milite tantùm non gregario, juſſu, ut ajebat, Magiſtratûs ſui urbici curioſè non magis quàm irreverenter & inverecundè excuſſam. Hæc qui in Principis perſonam audent, ii ſcilicet reverentiùs ac modeſtius res ejusdem & ſubditos habebunt. Abſterrebit nimirùm illos Principis, quam jactitant, & miris modis extollunt potentia ac vires. Si hæc Sinarum Imperatori nova ſcriberentur, fidem fortaſſis invenirent. At qui urbem unquàm, qui Parthenonis ædes viderunt, riſum tenere non poſſunt: cùm in illâ conſpexerint Senatum, Advocatos complures, civium numerum haud contemnendum, præſidium militare, armamentarium, & quæ alia ad vim ſeu arcendam, ſeu inferendam idonea ſunt, abundè inſtructa ac prompta: in hoc verò præter Principem & pauculas Virgines, Servorum ancillarumque, ſi omnes in cenſum veniant, vix eum numerum, qui utriusque manûs digitis reſpondeat. Sed ante portas Hannibal eſt, vicini præpotentes, inde Brigantini, totius Domûs Auſtriacæ opibus ſuffulti; Sueviæ Provincialis Præfectura, Comes Montfortius. Hi ſcilicet ad nutum parati ſtant advolaturi, ubi primùm injuriæ aliquid amicæ Principi illatum fuerit. Tacebo vix unquàm alieni mali tam acerbum ſenſum eſſe, quàm eſt proprii; illud quis neſcit Auſtriacam clementiam ad vim ſemper tardam eſſe, & magnam illam machinam non cujuslibet arbitrio circumagi? Recurrendum eſt ad eos, qui rebus præſunt, & quorum ſine authoritate nihil ritè geritur. Hi cùm longiùs abſint, an intereà Urbs otioſa conatus Parthenonis contrariis ſtudiis non ſufflaminabit? an, ſi virium ſatis ipſa non haberet, ab Urbibus amicis, & idem in religione ſentientibus, à potentiſſimis Imperii Principibus & Electoribus ſubſidiarias copias non poſtulabit? Satis urbs ipſa meminerit, quid non multis abhinc menſibus Ratisbonam, quid ad Principum, quos dixi, Curias ſcripſerit. Non de armis loquor, ad quæ tam facilè non venitur, ſed de Patrocinio: quod quidem Parthenon ab Auguſtiſſimâ Domo ſibi non defuiſſe gratus agnoſcit: Novit tamen pluris ſemper æſtimari domeſticas opes & ad nutum paratas, etſi minores ſint, quàm magnas quidem ſed alieno ſemper ab arbitrio & favore pendentes;

dentes: cum his enim prius accipi clades poteſt, quàm vel nuntius ad opem & ſubſidia poſcenda dimitti.

Núm illud ferri non poteſt, quod Errores appellentur, quæ circa Religionem diverſa à nobis Lindavienſes ſentiunt? ſed profectò ſi nos veram tenemus ſemitam, vos erratis. Nec enim aliis aliisque cœlum viis peti poteſt, ſiquidem de fidei viâ ſermo ſit, quæ tam eſt una, quàm falli Deus non poteſt nec fallere. Cùm ergo nos non falli certi ſimus, non minùs certi eſſe poſſumus eos falli & errare, qui alia à nobis in graviſſimis de fide & Deo quæſtionibus ſentiunt. Et verò abſolvere vos ab errore non poſſumus, quin nobiſcum veſtrosmet tot præcedentium ſeculorum majores & progenitores damnemus; quod exiſtimo minùs vobis gratum debere accidere, quàm ſi vos deceptos profiteamur. Deceptos inquam: quia nihil ambigimus, quin aliqui innocenter errent. Eorum tamen longè graviſſimum eſt crimen, è qui alios vel ſcientes in errorem impellunt, vel ſponte cœci ducunt, etſi neſciant, quò ducant, cùm ſcire vel maximè deberent. Hinc mirum etiam videri poterit nemini, ſi homo Theologus ſectam appellet quemcunque Cœtum Romana Vaticani Oracula penſi non habentem. Si enim Cœtus noſter toto latè orbe diffuſus atque adeo Catholicus, rectè Credentium Cœtus eſt, ut profectò eſt; quicunque alius errantium & humana commenta ſectantium Cœtus, atque adeò, ſecta eſt. Hoc enim & non aliud, eâ nomenclaturâ intelligimus. Sicubi fortè per civiles leges eâ voce, uti conceſſum non eſt, ſciat Urbs, his legibus non teneri, qui non ideò ſcribunt, ut humanis in Tribunalibus pro ſuis certent juribus, ſed qui pro veritate ſic pugnant, ut errores ſuos alii dedoceantur; quos cum ſalutis ſuæ jacturâ, non deſerent, niſi qui eos, ut tales apertâ fronte agnoverint. Etſi iis, quæ ſic ſcripta ſunt, in rem ſuam, deinde etiam illi uti poſſent, quibuſcum aliæ vobis de Juribus ac bonis caducis controverſiæ intercedunt.

Hæc diſpar eſt ratio alterius Nomenclationis, quâ Sacrilegus dictus eſt auſus ille, quo Lutherus delecto Cœnobio rupit nexus ac vincula, quibus Deo devinctus erat. Nos, qui hæc vincula ſacroſancta agnoſcimus ac veneramur, non poſſumus non ſacrilegum cenſere ac pronuntiare auſum, quo iſta perſtringuntur. An fortè crimen eſt, Perfidiam dicere facinus, quo fides homini legitimè obſtricta violatur? Jam hoc auſu animatos inductosque complures, dicata & religiosè oblata viris fœminisque Deo ſacris alendis, abſtuliſſe bona & profanos in uſus convertiſſe, negare qui velit, oculos toti Europæ eruat, neceſſe eſt. Si cœtera abeſſent omnia loquantur, qui aliquandò legerunt vulgata typis toties à nobis hactenùs adducta Documenta rediviva Monaſteriorum in Ducatu Wirtenbergiæ, & eum, qui olim erat, cum præſenti rerum ſtatu conferant. An negare illi poterunt plurimum bonorum rediturum ad homines Deo ſacros, ſi Caroli Magni, ſi Ludovici Pii ſoli & ſummo jure ubique his in terris imperitarent? profectò ferre illi non poſſunt, à ſe tam liberaliter donata tam non in fines à ſe intentos expendi. Jam dixi autem, culpam hanc Principum fortaſſis non eſſe; at eorum certum eſt, qui ut Principes hæc facerent, pravâ ſuâ doctrinâ effecêre.

Illud porrò quàm hoſpitem in priorum temporum hiſtoriis ac monumentis Advocatum hunc demonſtrat, quòd eandem eligendorum Imperatorum rationem ſeculo nono obſervatam ſupponat, quæ hodie tenetur? Itanè tunc Electores? itane tunc nihil ad Imperatoriam dignitatem titulos ac coronam Romani Pontificis aſſenſus? Scribat iſta Juris utriusque penitus? quid ergò ad rem clamores illi, & totius Imperii adversùs Juſtæ defenſionis authorem irritatio? Auguſtiſſimus noſter Leopoldus tam in priorum ſeculorum hiſtoriâ puer non eſt, ut quidquam præjudicii ex iis metuat, quæ Carolinorum ævo ſunt geſta: nec tam alieno ille à ſede Apoſtolicâ animo eſt, ut vel invitâ ipsâ ad Imperii clavum ſedere cupiat. Parcat ergò exclamationibus advocatus, aut ſi clamare valetudini ſuæ conducere exiſtimat, clamet ſanè; ſed clamet ô malignitatem, ô inſcitiam erubeſcendam! quâ traducere auſus ſum aſſertionem tam non dubio olim jure, & veterum monumentis nixam!

Quod autem dictum eſt Lindavienſes in Litaneoticis ſuis precibus Imperatoris ac Auſtriacæ ſuæ Domûs non meminiſſe, quàm purgatur ridiculè? an

non

non de illis Litaniis Defenſionis Author loquitur, quibus Sanctorum Cœlitum opem conceptis verbis & expresſis eorum nominibus Catholici imploramus? Horum quid apud vos, quibus Servorum apud Summum Dominum implorare patrocinium ac ſuffragia deteſtabilis Idololatria eſt? tam omninò ſapienter, quàm ſapienter ego crimen læſæ Majeſtatis appellarem, ſi Lindavienſem Magiſtratum pro conculcando ſibi alicujus ex Imperatoriæ aulæ Miniſtris favore laborare cernerem.

Dolet tamen præ cœteris Advocato, quòd non ſemper ea agitata Lindavii Conſilia dicantur, quæ ex publico Imperii & Domûs Auſtriacæ bono fuerint: vult ea non ita generatim indicari ad invidiam & odium conflandum, ſed vel omitti, vel cum adjunctis perſonarum, loci, temporis commemorari. Sed cui bono iſta? Non eſt animus iſtorum vos nunc reos agere, & ad noxam ſupplicio commerito vindicandam officium, quod ajunt, Judicis implorare. Illud crediderim Authorem Defenſionis innuere, quod neminem latet, qui proximè elapſi ſeculi vel aliud agendo Annales inſpexit. Vidit illa ætas Lindavienſes cum pauculis aliis Urbibus peculiarem, & ab Auguſtanâ diverſam, quam ajebant Confeſſionem Cæſari & Imperii Comitiis offerre, an hoc è bono publico? an è bono Domûs Auguſtiſſimæ? an non omnis in religionis dogmatibus diſſenſio eodem in Imperio pernitioſa? an non Monarchæ omnes quoad poſſunt, id ſolerter agunt, ut idem de Religione, qui ipſis parent, ſentiant univerſi?

Deinde an nunquàm is, vel in Sleidano, vel in aliis ejus temporis & domeſticis quidem ſcriptoribus legit ſupplices Carolo V. fortiſſimo Imperatori factos Lindavienſes? quid deprecati ſunt? an fidem, an obſequia Cæſari ejusque Auguſtiſſimæ Domui præſtita? non arbitror: alia ergò conſilia, geſta alia, à victore & irato Cæſare vindicanda, niſi erratorum veniam demiſsè petere Urbs occupâſſet, felicior tamen futuras ſi eodem illam ſupplicio affici contigiſſet, quo Conſtantiam Cæſar mulctavit, ad Veræ Eccleſiæ gremium & ſalutis ſemitam ſalutari pœnâ reductam. Et hæc quidem publicis conſignata tabulis ſatis oſtendunt, nihil finxiſſe Defenſionis authorem, nec illi vitio verti debere, ſi, dùm de rebus antiquiſſimis agitur, etiam eá innuit, quæ non ſunt recentiſſima. Si tamen recentiora ipſe vellet, conſulere poſſet, quæ hoc demùm ſeculo deliberata & perpetrata, ſuis in Chronicis domeſticis, Fidei ſuæ annotârunt; & ſatis diſcet, nihil temerè à Defenſionis authore eſſe indicatum. Nec tamen vel in his vel aliis quibuscunque ſeu typo excuſis, ſeu manu tantùm ſcriptis Commentariis inveniet quidquam tale unquam à Nobilisſimo & integerrimæ in Cæſarem & Imperium fidei Parthenone eſſe cogitatum aut ſuſceptum.

Unde etiam tam multorum antecedentium Cæſarum & Auguſtiſſimi noſtri Leopoldi hodie feliciſſimè imperantis authoritate confirmata illius jura ſunt, & antiquiſſimis illis tabulis robur additum. Nec ſatis eſt dicere: vim confirmationi nullam ineſſe; cùm, quæ primò conceſſa ſunt diplomata nulla eſſe convincantur, diſertè etiam à Cæſare cautum, ne quid vel ſuis vel alienis Juribus ejusmodi Diploma à ſe probatum afferat. Pridem enim dictum eſt: nolle utique Cæſarem controverſiæ inter Parthenonem ac urbem conſcium, actum tantùm & nihil agere, ſed aliquid re ipſa Juris ſtabilire ac ratum habere, etſi nihil aliis derogare pactis velit, quæ poſtmodùm inita, quibusque partium conſenſu complura ſunt immutata. Qualis quidem, in re noſtrâ haud pauca ſe offerunt: cùm utique Parthenon non conetur in eum, qui ſeculo nono fuit, ſtatum omnia revocare: ad quod ſine libertatis reipublicæ jacturâ & prærogativi illius Juris, quo Cæſarum beneficentiâ potiri arbitramur fieri nullâ ratione poſſe. Etſi non id his verbis ſpecto, nihil eorum deinceps mutandum, quæ neſcio quibus artibus magno Parthenonis malo extorta ſunt. Prorsùs autem ferenda non eſt illa advocati præfidentia, quâ ſine tabulis, ſine teſtibus, ſine ullo antiquitatis monumento, contra omnium Scriptorum & hiſtoricorum fidem, inani nominis etymo & fabulantis Bruſchii commento nixus contendit, urbem Parthenone antiquiorem ſuos hunc intra muros admiſiſſe, cùm Barbarorum excurſionibus expoſita jam eſſent ſita ad lacûs oram Oppida ac Monaſteria. Atq;

hæc

hæc tam ſine rubore, tam ſine fronte narrantur, ut rerum minùs periti perſuadere ſibi poſſent veritates Evangelii effatis certitudine pares enarrari, cùm tamen non niſi inania Conringii Bruſchium Poetam ſecuti commenta in medium afferantur. Annon dùm ipſo in limine tam incerta, imò tam apertè falſa pro veris admirabili confidentiâ afferuntur, argumento id minimè vano eſſe poteſt, cœtera quoque, quæ conſequuntur, majori fide non eſſe enarrata? Cur autem apertè falſa eſſe dicerem, id inde eſt, quia teſtimonio Hepidauni antiquiſſimi ſcriptoris & fidei minimè ambiguæ, tam luculenter probatur, Cœnobium jam diu ante finem ſeculi noni ſitum fuiſſe in Inſulâ Lindaugiâ, ut Menſtruarum illi Diſſertationum ſeu Collationum authores, etſi cœteroquin Juſtæ Defenſioni parùm æqui, hoc ipſum tamen negare non ſuſtineant, Menſe Decembri 1693. fol. 992. Hæc autem cùm ita ſint, expectamus nos ab Urbe, ut paris antiquitatis & fidei teſtem nobis adducat, qui ſine ambagibus aſſerat, Lindavium civitatem, jam tùm ſeculo nono in Inſulâ fuiſſe. Quod quàmdiu non poſſunt, tam diu certi ſint, nec Conringii nec Bruſchii conjecturas quidquam apud prudentiores fidei promerituras. Et quia ipſi, quos dicebam, Menſtruarum Collationum Authores affirmant, non eſſe vero ſimile eâ ætate & iis ſeculi moribus ac conſuetudine ullum Cœnobium ſine Principum authenticis tabulis vel per paucula luſtra ſtare conſuêſſe, ambigendum jam non videtur, Lindavienſis quoque Cœnobii exordia mox Cæſarum authoritate ac beneficentiâ fuiſſe ſuffulta, quod quia ſine Diplomate non fiebat, habemus jam alicujus Diplomatis Natales; non autem alterius; quia nullius alterius extat memoria, hujus ergò, de quo Parthenoni cum Urbe lis eſt ac controverſia, atque hoc nos tam diu aſſeremus, donec aliquid in medium tot Urbis Patroni afferant, quod cum iſtis ſtare non poſſit, quodque Urbem jam tùm in Inſulâ, & ſui quidem Juris fuiſſe convincat.

Hinc percuperemus Jacobum Wilhelmum Imhoffium, virum, ut in cœteris apparet, ſolertem, amantem veritatis, & à partium ſtudio alienum, in ſuâ S. Rom. Germanici Imperii Procerum notitiâ, dùm de Collegio Virginum ſcribebat, non ſolùm præ manibus habuiſſe Conringii cenſuram, ſed Juſtam etiam Cœnobii & Diplomatis vetuſtiſſimi Defenſionem. Sic enim non dubitamus, quin Sententiam, quæ à Senatu Imperiali Aulico expectatur, non fuiſſet occupaturus, quæ pars, Parthenon an Urbs ſolidioribus antiquitatis prærogativam adſtruat argumentis, atque adeò, an hæc illum intra ſinum ſuum admiſerit, an verò ille alios aliosque paulatim in Inſulam immigrare paſſus ſit, dùm, quæ hodie eſt, Urbs exiſteret? id quod Eruditiſſimus Papebrochius ad S. Wiboradæ vitam tam ſine ullis ambagibus affirmat: nec aliud fortaſſis ſcripſiſſet Imhoffius, niſi nimio in Conringium ſtudio fuiſſet abreptus. Quanquam huic facilè ignoſcimus rem non ſatis, ut apparet, edocto: at Lindavienſem advocatum lectâ juſtâ defenſione, tantâ uti in ſcribendo confidentiâ, neſcio, an non ſit hominis, nihil non auſuri & ſcripturi quamlibet à veritate alienum, dummodò Urbis cauſam promovere poſſe videatur.

Ne autem is porrò ignorare poſſit, quâ demùm ætate S. R. J. Electores, quos adversùs Defenſionis Authorem concitare tam imperitè, quàm audacter laborat, ſoli in Imperatoribus eligendis ſuffragii Jus obtinuerint, juvat hic adſcribere verba laudati paulò antè Papebrochii, quæ in conatu Chronico-hiſtorico ad Catal. Pontific. habet in Gregorio V. n. 5. fine ad annum 999. Septem Electorum notitia prima invenitur apud Albertum Stadenſem ad annum MCCXL. Et poſt paucula. Manet autem quòd Innocentius III. & Clemens V. docuerunt, ipſique Electores Nicolao III. ſcribentes Anno MCCLXXIX. agnoverunt, ſcilicet quòd jus eligendi Imperatorem à ſede Apoſtolicâ emanârit, quatenùs illa, uſu potiùs quàm conſtitutione aliquâ, ſe obligavit ad eum coronandum Imperatorem, qui fuerit ritè electus Germaniæ Rex, per quam Coronationem, primum inter Principes

Xxx Chriſtia-

Chriſtianos locum teneat, atque Eccleſiæ Defenſor ex officio ſit & agnoſcatur. An iſta non ſufficiant ad adſtruendum illud *Fortasſis*, quod Defenſionis cap. 8. n. 2. poſitum eſt, ubi de Romani Pontificis aſſenſu ad Imperatoriam dignitatem agitur, & ad os vociferanti advocato obſtruendum, ne illum Auguſtiſſimus Imperator, ne Sereniſſimi Electores, ne cuncti Imperii cives audiant, aut, ſi audiunt, non poſſint non ejus imperitiſſimæ audaciæ indignari? atque hæc contra præfidentem illum *Gravaminum* conſarcinatorem.

Sed, quid ad eos, vel eum, qui in indicatis jam Menſtruis Collationibus 1693. menſibus Majo & Junio tam multas paginas Diplomatis & Defenſionis examini impenderunt? Neſcio equidem, an ſatis è re & dignitate ſit reſpondere illis, qui neque idiomate, quo ſcripta eſt Defenſio, & ipſa etiam Conringii Cenſura, id examen aggreſſi ſint, nec nomen vel ſuum, vel Typographi vel Urbis, in quâ excuſus liber, profiteri, nec aliorum Cenſuræ, ut pridem libri frons indicat, eum ſubjicere vel auſi ſint, vel dignati. Hâc enim ratione, inter nos quidem Catholicos, libellis famoſis accenſeri deberet, qui quales ſint, ipſâ lucis fugâ, dùm lucem quærunt, ſatis produnt; nec operæ pretium videtur, cum his Andabatarum ritu digladiari, maximè cum non aliâ magis ratione â ſcribendo ejusmodi tenebriones deſiſtant, quàm ſi videant, ſe facendo eſſe nelectos. Magis intereſt Parthenonis, quid Vienna decernat, quàm quid neſcio quæ Saxoniæ Scola muſſitet aut ogganniat. Non parùm tamen debemus illi calamo, quòd, ut ſuprà innuebam, palàm profiteatur, Cœnobium ſeculo nono jam fuiſſe in Inſulâ, quod de Urbe affirmare non præſumpſit. Enimverò hoc antiquitatis prærogativum Jus multa poſt ſe trahit, quæ Conringius benè providit, eâque de cauſa tam operosè orbi illud vindicare conatus eſt. Ut tamen paucula tangam, quæ ad illud Auguſtanæ Confeſſionis aſſeclis pretioſum, ut audio, Authorem pertinent, obſecro inprimis, rerum noſtrarum parùm ſanè peritũ videri, cùm pag. 813. aut ipſe ſcripſerit, aut ab alio aſſertum diſſimulârit, Sanctam Matrem Tereſiam in Cœlitum numerum relatam eſſe à Gregorio XI. qui trecentis ante illam annis fato functus eſt; eandemque ab Innocentio XI. Cœlo iterùm exturbatam, dum famoſum illum Molinos turbulentum Quietiſtarum authorem damnavit, perinde ac ſi ſanctiſſima illa Mater infamem Novatorum Quietis orationem ſectata ſit hoc ipſo, quòd altiſſimæ Contemplationis munere prædita fuerit. An Innocentius ſanctiſſimæ memoriæ Pontifex erroris damnavit, qui vel de ſublimi illo orandi genere ſcripſerunt, vel illud à Deo acceperunt? quis noſtrûm hæc non videat magis an doleat? Saperent profectò rectiùs homunciones iſti, ſi de rebus, quas non intelligunt, ſilere mallent, quàm garrire, & diſcere priùs quàm docere.

Deinde, quàm legenti manifeſtum eſt, authorem hunc nullam idoneam afferre ſolutionem eorum, quæ generatim pro Diplomatis veritate aſſerendâ allata ſunt? an dixit tandem Defenſionis author, illud confictum non eſſe, quod, quandò confictum ſit, oſtendi non poſſit? an verò & aſſeruit & probavit, nec ante Henricum Conſtantienſem, nec ſub illud tempus, nec poſteà confingi potuiſſe, atque adeò, quod nullo tempore fieri potuit, factum omninò non eſſe? ad hoc poſterius reſponſum expectatur: prius illud non aſſertum eſt: ſatis enim conſtat, multa contigiſſe, quæ quo maximè tempore contigerint incertum eſt. At certè aliquo tempore debent potuiſſe contingere: ne aliquid ſit, & tamen nunquàm ſit. Sæpiùs etiam author hic objicit Defenſioni, quòd Lindavienſi Abbatiſſæ Principis titulos pro ſeculo nono aut decimo vindicare laboret. Sed afferat locum, ubi id dicatur. An eſſe inter membra Imperii eſt hoc ipſo Principem eſſe? quid hâc ratione fiet tot Urbibus Imperii, quid tot Prælatis, tot Abbatiſſis, tot Comitibus? Potuit ergò pridem eſſe membrum, pridem Status Imperii, quæ Princeps non erat, nec audiebat: etſi hîc ego definire non velim, quâ tandem ætate major hæc dignatio

Parthenonis Abbatiſſæ obvenerit: ſatis eſt pro priſcis illis ſeculis id nunquàm eſſe aſſertum.

Aſſertum tamen eſt, Diploma jam à multis ſeculis oſtentari cœptum, ut inde à ſeculo tertio decimo apertiſſimum eſt ex litteris Henrici Epiſcopi. Huic autem cùm neque tunc, neque unquàm aliàs ad annum usque ſeculi noſtri tertium ſupra quadrageſimum Urbs ſe oppoſuerit, aut ejus legitimos Natales impugnârit, profectò quæ vi illius obveniunt, & aliis contractibus elisa non ſunt, Jura tot ſeculorum decurſu præſcripta ſunt, niſi fides probetur mala eorum, qui Diploma hoc oſtentârunt: quam quidem ſperamus nunquàm ab urbe, ſicque nec tam diuturnæ præſcriptionis vim ac Jus enervandum. Nihil igitur ad rem alia faciunt, quæ iſtum Præſcriptionis titulum non extinguunt. Multoque minùs ullius ſunt roboris, quæ dicuntur, ut oſtendatur, aliquandò rectè de Religione ſentientibus credita, falſa eſſe poſſe. Itáne falſa quæ aliquandò credita? Mendax ergò Deus, quia nihil creditur, quod ille non dixit. Si autem dixit, quod non eſt, cùm falli non poſſit omniſcius, mentitus ſanè eſt: quòd quàm absque blaſphemiâ non dicitur, tam non absque blaſphemiâ aſſeritur, credi aliquandò potuiſſe, quod verum non ſit. Firmior eſt hic modus, quàm ut illum Philologi iſti ſolvant: quos cùm video manibus palpare, quid prima Saxoniæ Chriſti Eccleſia de Flammis purgantibus ſenſerit, vehementer obſtupeſco, quòd malint, Majores illos ſuos, quibus primùm Chriſtus illuxit, per tot ſecula errâſſe fateri, quàm ſe perp[illegible]àm à Luthero edoctos inde à priore ſeculo exiſtimare. O quàm verum eſt, ſi unquàm errare poteſt Eccleſia, incerta ſemper eſſe omnia; atque adeò nullam fidem; & ſi nulla fides: nullum Deum: & ſic Dignitates illas ac axiomata adverſantium rectà ducere in Atheiſmum! quæ autem ô Deus via, quæ tale ducit ad præcipitium!

Poteritné dein riſum quisquam tenere, dum legit Univerſitatem Conſtantienſem majori à fide laudari, quàm laudari mereatur Defenſionis ſcriptor? non diſſimilari ab illâ voces nonnullas ſupernè in Diplomate adſcriptas; ab hoc mentionem ejus rei nullam fieri? Nam vel intellexit Author Defenſionis, quod Univerſitas teſtata eſt vel non? hoc quidem poſterius dicere, eſt illum magis utique rudem fingere, quàm qui ſcribere librum illum potuerit. Si autem intellexit, & tamen ſciens volens (quis enim hominem coëgiſſe fingi poteſt?) teſtimonium hoc libro inſeruit, profectò non minor ejus quàm Univerſitatis fides ac ſinceritas cenſeri poteſt, cùm adeò nullo negotio libro ſuo non inſerere tam ſibi non faventem ſyngrapham potuiſſet. Non vult diſſimulare veritatem, qui ſponte ipſe ſuâ teſtes adducit, qui eam diſertis verbis affirment. Hoc enim perinde utique, imò plus eſt, quàm ſi ipſe affirmâſſet.

Cœterùm non uno loco, dùm priorum maximè ſeculorum teſtimonio & diuturnæ poſſeſſionis titulo inter vera Diplomata locum vindicare Lindavienſi Defenſor ſtudet, Joannæ Papiſſæ fabulam menſtruarum Collationum Author objicit; aitque iisdem argumentis locum huic monſtro inter veros Pontifices vindicari poſſe. Gratulor inprimis mihi non minùs, quàm ipſi Menſtruarum Collationum authori præcipuo, quòd cùm ſanioribus paucis è ſuorum & Symmyſtarum numero, figmentum illud vaniſſimum, eo loco habere videatur, quo meretur. Rectè autem hoc Papebrochius ſæpiùs laudatus ad Benedictum III. qui ſedem Pontificiam ab anno 855. usq; ad 858. tenuit, monſtrum appellat, quod impudens fabricavit ſcurrilitas; effrenis mentiendi adornavit libido, ſuſcepit ignorantia, pervicacia defendit contra evictiones innumeras, & luce meridianâ clariores.

Miror tamen vehementer deſiderare illum, ut oſtendatur, quid diſſimile fabula illa controverſo Diplomati habeat? cùm tamen ipſi cogitanti plurima in mentem venire debuerint, ut qui non ignorârit, quid contra monſtrum illud non dicam noſtri Scriptores Leo Allatius, Labbſus, Hazardus,

Alexander Natalis, ipſe, quem nominavi Papebrochius & plurimi alii, ſed etiam, quid alienus à nobis David Blondellus attulerint. Legerit in his tùm alia, tùm illud inprimis nec ſemper inde à ſeculo nono, nec ab omnibus, quorum intererat, nec à peritioribus creditum aut aſſertum illud commentum, ſed aliquot pòſt ſeculis, neſcio in cujus cerebro natum, iis, quas antè Papebrochius recenſuit, obſtetricibus in lucem editum & educatum eſſe. Hæc omnia in Diploma Parthenonis non cadunt, quod tot ſeculorum decurſu ſemper ab omnibus & peritiſſimis quibusque pro vero habitam fuiſſe oſtenditur. Sicut tamen hoc maximè argumento fabulæ illius falſitas demonſtratur, quòd nullus uſpiam ullo tempore locus, in ſerie Pontificum monſtro illi inveniri posſit; ita rectè Diploma controverſum non eſſe confictum probatur, quia nec ante Henricum Conſtantienſem, nec illo vivente, nec demortuo, à quoquam confingi potuit.

Illud prætereà non ſemel monet hic author, ut tandem veritati apertè demonſtrandæ Lindavienſe Diploma Campidunenſi & Divitis Augiæ Diplomatis, quæ ſub ipſum illud tempus data aſſeruntur, comparetur; ut appareat, an eadem vel omnia vel pleraque in illo, quæ in aliis duobus ſigna ac notæ deprehendantur. Intelligo autem hoc monitore non fuiſſe opus. Nam & in Augiam Minorem ſeu Divitem ivit ipſe Defenſionis Author, nec tamen optatum Diploma invenit, vel amiſſum, vel eò translatum, unde non facilè haberi posſit. Campiduni verò, cùm, quo loco res eſſet, exploraretur, non jam Diploma authenticum, ſed ejus Ecgraphum vetuſto libro inſertum inventum eſt, in quo alia quoque, tùm aliorum Imperatorum, tum gemina Ludovici Pii reperta: quorum exempla Notarii publici fide cum antiquâ illâ ſcripturâ collata penes Defenſionis authorem ſunt. Sed quàm illa, nec è peritis, nec ſatis accuratis amanuenſibus reſcripta ſint, illud præter cœtera argumentum eſt, quòd pro Hirminmare, ut legit cum Mabilione Defenſionis author vel Hirminmaro, ut Lipſienſes legendum contendunt, Hirminhardus in gemino Diplomate ſcriptum ſit, cùm tertium Bartholomæus Notarius cognoverit & ſubſcripſerit.

Tandem & illud in Collationum Authore obſervo, quòd hoc ipſo, quod toties à Diplomatis fabricatore peccatum eſſe & ipſe contendat, parùm credibile prudentibus reddat, quemquam cùm fallere vellet, tam nullâ diligentiâ uſum, ne fefelliſſe etiam à parùm doctis deprehenderetur. Qui vafri ſunt, ſemel fortasſis iterumvè ubi minimè patent, hallucinabatur. Ubique impingere nimis ſimplicium eſt: hi autem quàm tegere fraudes, & cavere neſciunt, tam ad illas admittendas proni non ſunt. Sed hæc modò ſufficiant ad demonſtrandum, quanti fieri Lipſienſium illorum diligentia in examinando Diplomate debeat. Si res poſtulare, & id Senatus Imperii Aulicus deſiderare videbitur, non deerit ſuæ, & Parthenonis Illuſtriſſimi cauſæ Defenſor, etſi nequaquam ut Lipſienſes ſibi perſuadent, otioſus in clauſtro deliteſceret, cùm Defenſionem meditatus eſt, ſed illi in publicâ luce muneri fuerit adhibitus, quod totum hominem poſtulat. Interim ſibi ille gratulatur, vel Lipſienſium illorum teſtimonio plurima in Conringii Cenſurâ, aliâ Cenſurâ meruiſſe caſtigari, nec tantâ vel diligentiâ vel fide virum illum, propè adoratæ inter ſuos authoritatis, uſum, ut non plurimùm eidem apud æquos rerum æſtimatores exiſtimationis decedere debeat. Equidem ex longo illo erratorum

Conrin-

Conringii Elencho, quem Defenſor texuit, vixerit aliquod, quod certè excuſari mereatur.

Ad extremum nec illud omittendum, quâ tandem ratione Parthenoni huic unita ac conjuncta fuerit Præpoſitura, quam vocabant, inde ab anno 1486. ab Innocentio VIII. erecta, primo ejus dignationis titulum à Sede Apoſtolicâ obtinente Melchiore Truchſeſſio, cùm anteà Præbendarius Major diceretur, alio Minore adjuncto. Eundem ſubinde gradum ac dignationem aſſecutus eſt Otho Truchſeſſius ingens illud Eccleſiæ Catholicæ in Germaniâ columē, Auguſtanis dein Infulis & Cardinalitiâ purpurâ pro meritis ornatus. Cùm tamen & illa, quæ dixi, alia Lindavienſium aſceteria Sanctorum Petri & Jacobi Sacella in Novatorum manus veniſſent, illique ipſi S. Stephani Eccleſiam parochialem Parthenoni à Bonifacio IX. ſub annum ſalutis 1397. unitam ſibi permutatione quâdam Juris Patronatus & Advocatiæ in Algoia factâ vindicâſſent, Religionis Catholicæ decus penes unam B. Virginis Eccleſiam & Illuſtriſſimum Parthenonem remanſit; cui etiam Gregorius XIII. anno 1584. dictam anteà Præpoſituram iis legibus conjunxit, ut Præpoſituræ Vicarius à Parthenone diligeretur confirmandus ab Ordinario, Abbatiſſæ tamen arbitrio amovendus & pro gradu ſuo ab eâdem alendus. Hæc dicti Pontificis authoritate conſtituta per annos jam ampliùs centum conſtanter ſervata ſunt, atque adeò quidquid Catholici nominis intra Lindavii mœnia reſiduum eſt, id omne (ſi tamen dempſerit eos, qui Sacræ Cæſareæ poſtæ munus adminiſtrant) à Parthenonis & Reverendiſſimæ ac Illuſtriſſimæ Principi Abbatiſſæ nutu in ſacris & profanis pendet & authoritate. Hâc autem dignatione nunc eminet ſex abhinc annis electa Reverendiſſima & Illuſtriſſima S. R. J. Princeps ac Domina Domina Maria Magdalena illuſtri & perantiquâ illâ (quæ Romanæ Nobilitatis & apud Helvetios vetuſtiſſimæ honoratiſſimæ ſurculus eſt ab alis ſive alarum villâ nuncupata: cujus ſtemma genealogicum ad modernos usque ſucceſſores poſteros latè deductum affert Gabriel Bucelinus in genealogicâ Germaniæ ſuæ notitiâ part. 2. parte tertiâ) propaſapiâ Halweiliorum prognata, Ducalis Collegii ad Divam Virginem Lindavii Abbatiſſa &c. Capitulum verò quod dicimus modò conſtituunt Perilluſtres Domicellæ Maria Catharina ab Halweil Senior, nec non ejusdem Capituli adminiſtratrix: Maria Anna Franciſca Hundpüſſin de Waltrambs Capituli Con- & fabricæ adminiſtratrix: Maria Clara Eva Eleonora de Haidenheim: Maria Franciſca Reichlin de Meldegg: quibus Auguſtiſſimus Imperator noſter Leopoldus I. nuper Anno 1689. Calendis Februarii Conſervatores, quos dicunt, quaternos dedit: ad quos pertinet junctis conſiliis & operâ tueri jura ac privilegia tùm nova, tùm antiqua authoritate Cæſareâ Parthenoni conceſſa & injurias amoliri, quibus cæteroquin obnoxius eſſet ſexus hic infirmior in tantâ maximè eorum propinquitate, qui nocere, ut poſſunt, ita vix dubium eſt, quin velint, niprohibeantur. Præcipuè inter alia eorum excubare debet ſolertia ad tuendum Jus non Pontificii tantùm, ſed & Cæſarei à Friderico III. clementiſſimè conceſſi ac confirmati ampliſſimi aſyli; Jus item, quo Abbatiſſa quælibet recèns electa reum aliquem ad mortem damnatum è carnificis manibus liberare poteſt. Et verò interfuêre ex his ipſis Conſervatoribus aliqui, cùm quæ modò rerum potitur Princeps die 24. Martii 1694. ſuis ipſa manibus abſcidit funem, quo carnifex aliquem ad conſuetum promeriti ſupplicii locum raptabat. Nomina quatuor conſervatorum, qui omnes ex Equeſtri immediatâ S. R. nobilitate Suevicâ, ſunt iſta: Reverendiſſimus, Perilluſt. ac Generoſ. D D. Franciſcus Benedictus de Baden Ordinis Teutonici Eques, S. Cæſ. Majeſt. Conſiliarius, Commendator Provincialis Balliviæ Altſatico-Burgundo-Suevicæ Commendator in Altſchauſen &c. Franciſcus Chriſtophorus Liber Baro à Schellenberg Dominus in Kiſelegg, Walterhofen, Röttſee & Freſſenheim S. Cæſ. Majeſt. Conſiliarius Equeſt. Immed. Imp. Nobilitatis Algoico-Acronianæ Delectus &c. Joannes Antonius Liber Baro ab Ulm in Erbach, Dominus in Mittelbiberach, Marbach, Stüz & Trenheim Hypothecarius Præfecturæ Hohen-Freyberg, S. Cæſ. Majeſt. Conſiliarius Im̃ediatæ Imper. Nobilitatis Suevicæ ad Danubium Conſiliarius & De-

lectus &c. Franciſcus Joannes Schindelin ab- & in Under-Reitnaw &c. Celſiſſimi Principis Epiſcopi Conſtantienſis Conſul & Præfectus in Marchdorff. Equeſt. Imp. Nobilitatis Algoio-Acronianæ Conſiliarius &c.

AGGRATULATIO.

JESUS Corona Virginum,
Quem Mater illa concipit,
Quæ ſola Virgo parturit,
Noſtra clemens ſuſcipiat
Hæc vota: quibus ſupplices
Rogamus, ut incolumes
Semper ejus clementiâ
Perſtent in innocentiâ,
Et creſcant ſapientiâ
Lindavii Eſſentia
Prima, ritûs Catholici
Sacri Chori Virginei.
Diva Regina Cœlitum
In ſuum aſſumat gremium
Ac ut caſtrorum acies
Ordinata, terribilis
Hoſtis proſternat facies
Conſervet, regat, protegat,
Ac in ævum cuſtodiat
Ab hæreſum erronibus,
Et ſtygiis prædonibus
Lindavienſes Nobiles,
Felices atque ſoſpites
Viragines ingenuas
Domicellas Perinclytas
In fidei conſtantiâ
Nec fraudentur jactantiâ
Donec palmam victoriæ
Captent & pignus gloriæ.

LINDAVIENSE

MOnaſterium Fratrū Minorum Ordinis S. Franciſci ab ipſiſmet primis S. Seraphici Patris adhuc in carne mortali degentis genuinis diſcipulis in Sueviam noſtram delatis apparatum: de quo Fortunatus Hueber in Chronico ſic infit: Eben umb ſolche Zeit (1223) da der Orden S. Franciſci in Teutſchland ſich ſehr ausbreitete/ ſeynd etliche aus den erſten Nachfolgeren S. Franciſci von Trient heraus kommen / gegen der Stadt Lindau am Bodenſee / und wurden von der Stadt gutwillig angenommen. Taliter ergò religioſiſſimi hujuſcemodi alumni ab oppidanis Lindavienſibus charitativè ſuſcepti, & ſtabilem manſionem nacti poſteris annis peculiare quoddam ſibi conſtrui fecerunt clauſtrale habitaculum, de quo Cruſius in Annal. part. 3. lib. 1. cap. 16. ita teſtatur: *Eodem anno* (1241.) *Franciſcani Monachi Lindaviæ Cœnobium conſtruxerunt Abbatiſſa permittente, & fundum de ſuo tradente, Plebano verò totis viribus refragante.* Zeillerus in Topographia Sueviæ fol. 120. dùm Idæam Imperialis civitatis iſtius Lindavienſis ære depictam apponit, nominatim etiam in illa Franciſcanum hoc Cœnobium ſituatum exponit: quod tamen ammodò non niſi ſecundùm muros ſuos clauſtrales permanet reſiduum, in ſpiritualibus econtrà jam pridem everſum; ex quo nimirùm Lindavium anno circiter 1529. ſacratiore avitæ religionis cultu temerè poſthabito ac longè poſthabito, pleniſſimè ad Lutheraniſmum defecit.

LINDAVIENSE

ALiud quoddam Franciſcanæ itidem diſciplinæ & ſacro Seraphico Ordini Minorum ſubditum, hoc tamen fœmininum contubernium Anno 1270. apud Lindavienſes authore non notato coordinatum, quod proprio ac uſitato nomine ſuo ab incolis & accolis regionis *Navicula S. Petri* fuiſſe nuncupatum conſtat nobis ex eodem Cruſio citato part. 3. lib. 2. cap. 21.

LINDAVIENSE

ALterum iſthic loci Monialium quamvis Ordinis aut Inſtituti nondùm per nos inquiſiti domicilium *ad Congregationem* appellatum eodem antedicto anno 1270. de ſpeciali conſenſu & voluntate venerabilis ac Illuſtriſſimæ

ſimæ Dominæ Sigenæ Schellenbergiæ pro tempore Lindavienſis Abbatiſſæ fuiſſe conſtructum, hoc tamen pariter in privatas ſolùm ædes civicas mutatum aſſerit idem Cruſius loco antè citato, ubi etiam addit fundationem clauſtri hujus (ab hæreticis nefariàm immutati) à Münſtero in Coſmographiâ lib. 3. cap. 246. referri ad ſequentem annum 1272.

LINDAVIENSE

MOnaſterium R R. PP. Capucinorum S. Franciſci præ manibus ſæpedictæ civitatis Lindavienſis, cujuscunque demùm ope ac conſilio ſub annum 1624. noviter extructum ſolummodò duravit usque ad annum 1649. quo currente ſcilicet urbs iſta ſecundùm potiorem partem ſuam omninò Lutherana milite Cæſareo totaliter exonerata & pace Weſtphalicâ priſtino juri ſuo pleniſſimè reddita continuò ſpeciem dedit inſatiabilis odii civibus ſuis contra Romaniſtas quaſi congeniti; dùm ſcilicet primo ſtatim, quoad potuit ac licuit die ac horâ tumultuoſa plebs ex urbe clamoribus inſanis prolapſa fœdè diripuit, & pro totâ immenſâ ſanè libidine ſuâ funditùs evertit ac ſolo penitùs æquavit ſacrum hoc Ordinis Seraphici domicilium, cujus aperta mentio habetur etiam in Topographiâ Sueviæ Zeilleri fol. 123.

LINDAVIENSE

SUſtinuit etiam vel invita ſaltem eadem urbs Lindavienſis ſuperiori ætate noſtrâ Reſidentiam vel potiùs Miſſionem, uti vocant, aliquam Societatis Jeſu quamvis in longitudinem dierum & annorum minimè ſtabilitam: cujus qualiscunque nobis notitia ſuperat ex atlante Mariano R. P. Guilielmi Gumpenberger ejusdem Societatis Presbyteri Triad. 2. Imag. 349. fol. 456. de dictâ miſſione Lindavienſi ſcribentis in hæc verba: *Lindavienſis Urbs tota & pertinaciter hæretica, quamdiu præſidium Auſtriacum tenuit, ſocietatis noſtræ Patres arcere non potuit; ut qui in ipſius præſidii militaris præſidium ab ipſo Auguſtiſſimo Imperatore Ferdinando tertio illic erant collocati. Fecêre Patres pluribus annis officia Societati Jeſu conſueta, quæ alibi per orbem facere ſolent; quin etiam ſcholæ apertæ ſunt, magno Catholicorum fructu. Omnia benè usq; dùm pax Germaniæ publica præſidium Auſtriacum militare Lindavio exeſſe juſſit, cum hoc etiam Patres Societatis, qui alio titulo ibi ſedem non habebant &c. &c.*

LOBENFELDENSE

MOnaſterium fœmininum diœceſis Wormatienſis in Craichgoviâ Ordinis S. Benedicti jam pridem ab hæreticis Calvinianis omninò ſuppreſſum: de cujus initio Trithemius in Chronico Hirſaugienſi fol. m. 401. tom. 2. ita ſcribit: *Cœnobium quoque Sanctimonialium noſtri Ordinis Lobenfeld, id eſt Campus Laudis nominatum, in pago, qui dicitur Craichgavve duobus ab Heidelbergâ milliaribus idem Præſul Buggo* (Wormatienſis Epiſcopus ex calculo Bruſchii de Epiſc. German. cap. 7. ordine triceſimus quintus) *his temporibus* (ſub annum circiter 1135.) *pari devotione conſtruxit: in quo multitudinem Domino ſervientium virginum collocans, vitæ neceſſariâ copioſè illis providit.*

LORCHENSE

COllegium Canonicorum ſecularium diœceſis Auguſtanæ in Ducatu Wirtenbergenſi & pago Lorch celeberrimâ paris nominis Abbatiâ monaſtico-Benedictinâ mox recenſendâ infrà famoſo vel olìm inclytum, idem tamen vertentibus annis prævalente religioſiſſimo Cœnobitarum Lorchenſium Zelo ſenſim labefactatum, imò penitùs extinctum; de cujus tamen initio juvat hîc

eâ

ea ſaltem edere, quæ profert Cruſius part. 3. lib. 8. cap. 11. tabulæ cuidam (quam ipſe inſpexit coràm) in dicto Monachorum Cœnobio ſuſpenſæ antiquitùs inſcripta & à ſe lecta ſub hujusmodi tenore: *Sciendum, quod ante Fridericum, qui anticus dictus eſt Baronem, vel, ut alii volunt, Comitem de Hohenſtauffen primum fundatorem Laureacenſis Monaſterii (quod è caſtro ſuo in Cœnobium commutavit) nullius nomen novimus: niſi quòd prædicti Friderici anteceſſores pii ac fideles in allodio ſuo Lorch pago collegiatam Eccleſiam, ſex Vicariis, ſex Canonicis & Præpoſito divino cultui ſubſervientibus: in ſuorum ſucceſſorumq́ defunctorum in Chriſto, piarum precum commendationem ſepulturamq́ fundaverint: quam tamen ſepulturam poſt fundationem dicti Monaſterii glorioſus Rex Romanorum ac Imperator Conradus fundatoris filius exhumatis in pago oſſibus tranſtulit in montem. Quod actum reperimus A. 1140. poſt fundationem Monaſterii 38.*

LORCHENSE

A Nonnullis etiam *Laureacenſe* dictum ampliſſimum Ordinis S. Benedicti Monaſterium, diœceſis Auguſtanæ in Ducatu Wirtenbergico Gamundiâ urbe imperiali uno ſolùm milliari diſſitum ac propè caſtrum (antiquorum Ducum Sueviæ reſidentiam Anno 1525. à tumultuantibus agricolis hoſtiliter exuſtam) Stauffenſe ſeu Hohenſtauffen appellatum in peramœno colle gratiſſimâ ſituatione conſpicuum, quamvis jam ab Anno 1648. à pſeudo-Abbate quodam Lutherano inſeſſum An. 1102. fundatorem habuit Fridericum Ducem Sueviæ & Franconiæ ejusq́ue conjugem Agnetem ſecundo poſtmodùm thoro S. Leopoldo Marchioni Auſtriæ nuptam. Fuit autem Fridericus iſte Baro de Stauffen, cui Henricus IV. Imperator pulſo Rudolfo de Rheinfelden anti-Cæſare totum Sueviæ & Franconiæ Ducatum commiſit, ſimulq́ue generum elegit. Bulla fundationis per ipſum data talis eſt: *In Nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis Fridericus divinâ favente clementiâ Suevorum Dux & Francorum &c. omnibus Chriſti noſtrisq́ fidelibus tam futuris quàm præſentibus notum fieri volumus, quatenùs ego Fridericus & uxor mea Agnes cum duobus filiis noſtris Friderico ſcilicet & Conrado ob remedium animarum omnium parentum noſtrorum virorum & in Domino quieſcentium tempore Hermanni Auguſtenſis Epiſcopi Gebehardi Conſtantienſis Epiſcopi, Joannis Spirenſis Epiſcopi, Eunehardi Wirzeburgenſis Epiſcopi per religioſorum ac nobilium laicorum manus Domini Henrici de Vellenberc, Domini Wittonis de Groningen Abbatiam quandam Loricha Beato Petro Principi Apoſtolorum eo tenore, ut in ſingulis annis aureus nummus ad ſupplementum veſtitûs Apoſtolici deſtinatus ab ipſo loco perſolvatur, juſtè & liberè tradidimus; hâc quoq́ additâ conditione, ut quisquis noſtræ cognationis Senior extiterit, defenſor & advocatus præfati loci permaneat. Si verò, quod abſit, invaſor vel damnoſus fuerit, advocatiâ privetur, & vir diſcretus in locum ſuum ſubſtituatur. Hoc etiam firmisſimè ſtatuimus, ut cum Abbas ejusdem loci de hoc ſeculo migraverit, alter ejusdem Cœnobii Monachus libera electione eligatur; ſi autem ex ipſis ſatis condignus nemo invenitur, conſilio comprovincialium Abbatum illius de Hirſovva, de Camberg, & de Zvviſaltâ idoneum eligant. Præterea decrevimus & firmiter Dei ex parte interdicimus, ut nullus ampliùs Abbas bona ejusdem Eccleſiæ conquiſita vel conquirenda aliquâ temeritate inductus vel violet vel diminuat, hâc tantùm causâ exceptâ, ut ſi aliquis Principum aut Dominorum virum aut mulierem cum bonis illorum eidem Abbatiæ juſtè & liberè dederit, ipſi dati humiliter repoſcentes bona cum illis data in beneficium recipiant. Tempore verò Domini Henrici quarti Imperatoris hæc facta ſunt, ut nullus deinceps Imperator, nullus Epiſcopus, nullus Dux vel Marchio, nullus Comes, vel Advocatus, nulla prorsùs perſona magna ſive parva bona prænominatæ Eccleſiæ inquietare, moleſtare diveſtire audeat. Quod ut veriùs eſſe credatur, & ab omnibus inviolabiliter conſervetur, hanc privilegii chartam noſtro ſigillo inſigniri juſſimus. Anno Dominicæ Incarnationis milleſimo, centeſimo ſecundo, Indictione decimâ quintâ Nonis Maji, quæ eſt Inventio S. Crucis, quæ illo anno occurrit in Sabbato. Hæc acta ſunt in Chriſto feliciter. Amen.*

Anno

Anno 1136. Innocentius Papa II. MonaſteriumLorchenſe ſeu Laureacum paſſim nuncupari ſolitum ſub ſpecialem ſuam ac Sedis Apoſtolicæ protectionem atque tutelam ſuſcipit, ejusque bona & jura confirmat tali diplomate papali: *Innocentius Servus Servorum Dei dilecto filio Graſdoni Abbati Monaſterii, quod Laureacus dicitur, in Auguſtenſi Epiſcopatu ſitum, ejusq́ ſucceſſoribus regulariter ſubſtituendis in perpetuum. Quoties ea, quæ ad religionem & honeſtatis decorem pertinent, poſtulantur, moras ad concedendum facere non debemus, ne differre bona deſideria, quæ magis fovenda ſunt, videamur. Proinde dilecte in Domino fili Craſdo Abbas tuis juſtis poſtulationibus duximus annuendum, & Monaſterium, quod Laureacum dicitur, ab illuſtri viro Friderico Duce juxta Patris ſui voluntatem ac deſiderium, qui illud in proprio allodio fundaverat ſub cenſu annuo unius Aurei Beato Petro oblatum, ſub Apoſtolicæ Sedis tutelam protectionemq́ ſuſcepimus, & ejusdem Apoſtolorum Principis patrocinio communimus. Per præſentis itaq́ ſcripti paginam ſtatuimus, ut in eodem Cœnobio monaſticus Ordo ſecundùm Beati Benedicti regulam futuris temporibus inviolabiliter obſervetur. Quæcunq́ etiam bona ſeu poſſesſiones ab ipſius loci fundatoribus, ſeu ab aliis Dei fidelibus eidem loco collata eſſe noſcuntur, aut quæcunq́ in futurum, concesſione Pontificum, liberalitate Regum, Ducum vel Principum, oblatione fidelium ſeu aliis juſtis modis præſtante Domino poterit adipiſci, firma tibi tuisq́ ſucceſſoribus & illibata permaneant. Ut autem Fratres, qui in eodem Monaſterio pro tempore fuerint divinis obſequiis mancipati, de bonis ipſius loci valeant ſuſtentari, auctoritate Apoſtolicâ prohibemus, ut nullus Abbas nulla omninò Eccleſiaſtica vel ſecularis perſona, prædicti loci poſſesſiones, & bona auferat, vel vendat, aut in feudum dare, vel aliquo modo diſtrahere præſumat. Obeunte verò te nunc ejusdem loci Abbate vel tuorum quolibet ſucceſſorum, nullus inibi qualibet ſubreptionis aſtutiâ ſeu violentiâ præponatur, niſi quem fratres communi conſenſu, vel fratrum pars conſilii ſanioris, ſecundùm Dei timorem & Beati Benedicti regulam præviderint eligendum. Chryſma verò, oleum ſanctum, conſecrationes Altarium vel Baſilicarum, benedictionem Abbatis, Ordinationes Monachorum vel Clericorum veſtrorum, qui ad ſacros Ordines fuerint promovendi à diœceſano ſuſcipietis Epiſcopo, ſiquidem Catholicus fuerit, & gratiam Eccleſiæ Romanæ habuerit, & ea gratis & abſq́ pravitate aliquâ vobis voluerit exhibere, alioquìn Catholicum, quem malueritis, adeatis antiſtitem. Qui nimirum noſtrâ fultus auctoritate, quod poſtulatur, indulgeat. Decernimus ergò, ut nulli Epiſcopo aut advocato, vel eorum miniſtris, nulli etiam Eccleſiaſticæ perſonæ liceat prænominatum Cœnobium temerè perturbare, aut ejus poſſesſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, aut aliquibus vexationibus fatigare. Sed omnia vobis integrè conſerventur. Sepulturam quoq́ ipſius loci liberam eſſe decernimus, ut qui illic ſe ſepeliri deliberaverint, eorum extremæ voluntati, niſi excommunicati ſint, nullus obſiſtat: ſalvâ matricis Eccleſiæ juſtitiâ. Decimas ſanè, quas legitimæ posſidemus, & usq́ ad hæc tempora quietè & pacificè poſſediſtis, nobis nihilominùs confirmamus. Ad indicium autem perceptæ hujus à Romanâ Eccleſiâ libertatis, & quod idem locus B. Petri juris exiſtat bizantium unum nobis noſtrisq́ ſucceſſoribus annis ſingulis perſolvetis. Si quis igitur huic noſtræ conſtitutioni auſu temerario contraire tentaverit, ſecundò tertiovè commonitus, ſi non ſatisfactione congruâ emendaverit, à Corpore & ſanguine Domini noſtri Jeſu Chriſti alienus fiat, atq́ in extremò examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat. Conſervantibus autem ſit pax Domini noſtri JESU Chriſti, quatenùs & hîc fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen. Amen. Amen.*

Ego Innocentius Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus.

Ego Guilielmus Præneſtinus Epiſcopus.

Ego Guido Tiburtinus Epiſcopus ſſ.

Ego Littifredus Presb. Card. tit. S. Juſtinæ ſſ.

Ego Lucas Presbyter Card. SS. Joannis & Pauli ſſ.

Ego Wido indignus Sacerdos ſſ.

Ego Azo Presbyter Card. tit. S. Anaſtaſiæ ſſ.

Ego Gregorius Diac. Card. SS. Sergii & Bacchi ſſ.

Ego Guido. Card. Diac. S. Adriani ſſ.

Ego Hubaldus Diac. Card. S. Mariæ in viâ latâ ſſ.

Ego Chryſogonus Diac. Card. S. Mariæ in porticu.

Data Piſis per manum Almerici S. R. E. Diaconi Cardinalis & Cancellarii octavo Calendas Maji, Indictione Decimâ quartâ Incarnationis Dominicæ Anno milleſimo centeſimo triceſimo ſexto Pontificatûs Domini Innocentii Papæ ſecundi Anno ſeptimo.

Anno 1154. Fridericus I. hujus nominis Romanorum Imperator Dux Sueviæ &c. &c. fundatoris Lorchenſis nepos recenſitam antè Monaſterii fundationem confirmat, & Abbati cum Religioſis ſuis Conventualibus libertatem eligendi Advocatum quemcunque majorem natu de genere fundatoris permittit hoccè diplomate: *In Nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis Fridericus Dei favente Clementiâ Romanorum Rex: Scimus quòd diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum, quâ dilectione ſacrarum Legum præcepta omnibus ſunt intelligenda atq; obſervanda, præcipuè verò ſummo Romanorum Principi, cujus dignitatis pietate omnia ſunt augenda & emendanda, & ſacris Inſtitutionibus in meliorem ſtatum reducenda. Quod Deo annuente in omnibus locis Venerabilibus Regni noſtri ſeu perſonis Deo jure ibidem ſine angariâ & ſordidis muneribus ſervientibus, nec non in eorum privilegiis & cæteris munitatibus à prædeceſſoribus noſtris legaliter eis præſtitis ſanctiendo confirmare ſatagimus. Quapropter auctoritate noſtrâ privilegium Cœnobii Lorich in honore glorioſæ Dei genitricis à parentibus noſtris fundati à Rege Conrado traditum cum aliis ibidem adſcriptis confirmamus, ſcilicet Abbatem præfati Cœnobii Craſtonem honori noſtro fideliter obſequendo indiſſolubili dilectione cum reliquis fratribus ſuis nobis adhærentem libertatem habere eligendi quemquam majorem natu inter deſcendentes de genere Regis Conradi & Friderici Ducis clariſſimi, nullâ ei indultâ licentiâ per ſe conſtituendi ſub-advocatum. Qui ſi fortè à ſtirpe parentali dilapidando, diſtrahendo, ſibi emancipando dotes Eccleſiæ aberraverit, communi Fratrum prædictorum aſſenſu alius idoneus eligatur. Præterea noſtrâ regiâ auctoritate ſancimus feudos, prædia ſeu mancipia à noſtrâ familiâ illic data vel danda, ſeu ſi qua etiam aliunde concordi fratrum aſpiratione commutata ſint vel fuerint; ne quis ſucceſſorum auſu temerario ſeu ratiocinio aliquo in tranſiendo legitimam ſatisdationem reſcindat. Jura verò ſpiritualia Cœnobii prætextati ad Apoſtolicam Sedem pertinentia devotè collaudamus: ſecularia quoq; ſub regiâ tutelâ conſiſtere debentia, ut inconvulſa & immobilia in poſterum permaneant, regiâ noſtrâ auctoritate privilegii ſigilli quoq; noſtri impreſſione incommutabiliter confirmamus. Hujus rei teſtes ſunt Fridericus filius Conradi Regis. Conradus frater Regis. Epiſcopus unus de Saxoniâ Anſelmus nomine. Albertus Comes. Ludovicus Comes & frater ejus Emicho de Wirtenberg. Marquardus de Grumbach & alii plures de familiâ Regis.*

Signum Domini Friderici Regis Primi.

Ego N. Cancellarius vice Archi Cancellarii recognovi.

Datum Anno Dominicæ Incarnationis milleſimo centeſimo quinquageſimo quarto, Indictione ſecundâ, regnante ipſo Friderico Rege primo, feliciter. Amen. Anno verò Regni ejus tertio apud Göppingen.

Anno 1193. Henricus VI. Romanorum Imperator Friderici I. Barbaroſſæ filius ratam habet fundationem & dotationem Lorchenſis Monaſterii, confirmatque molendini cujusdam ad hoc Monaſterium pertinentis infeudationem, prout ſequitur; *Henricus ſextus Dei gratiâ Romanorum Imperator & ſemper Auguſtus &c. Cùm Eccleſiarum indemnitati & earum utilitati propenſiùs intendimus ad præſentis vitæ curſum feliciorem, & ad æterni præmii attributionem nobis id profuturum non dubitamus. Inde eſt quod nos Eccleſiæ noſtræ in Loreche providere & ejus utilitati intendere cupientes, ea, quæ prædictæ Eccleſiæ ad honorem DEI & fratrum conſolationem collata ſunt, & in præſentiâ noſtrâ pro commodo & utilitate Eccleſiæ ordinata rata haberi volumus & inviolabiliter obſervari. Noverint itaq; univerſi fideles Imperii noſtri, quòd Theodericus de Stammheim in præſentiâ noſtrâ ex bona voluntate Abbatis & Fratrum de Loreche obtinuit molendinum juxta Monaſterium in loco, qui dicitur Vellere eodem pacto, quo Conradus pater ejus anteà ab eâdem Eccleſiâ habere conſuevit, ita ſcilicet, ut annuatim idem Theodericus quamdiu ipſe vixit dimidiam marcam argenti perſolvat Eccleſiæ prænominatæ. Cùm autem contigerit*

prædictum

prædictum Theodericum viam ingredi carnis universæ coram nobis promiſſum & firmatum eſt, ut ipſum molendinum ad uſus Eccleſiæ liberè redeat, nec aliquis hæredum ipſius Theoderici de illo molendino ne intromittat, neque aliquid juris in eo ſe habere dicat. Ut autem hæc ſupradicta rata perpetuò habeantur & firma, præſentem inde paginam conſcribi & ſigillo noſtro juſſimus communiri. Hujus rei teſtes ſunt Conradus Dux Sueviæ, Dux Albertus de Tecke. Comes Ludovicus de Helfenſtein, Godefridus de Winedin. Arnoldus de Horenberg, Burcardus de Groningen: Henricus de Loreche. Engelhardus de Winesberg. Filii ejus Conradus & Engelhardus de Winesberg. Conradus de Stauffen. Albertus de Walthuſen. Conradus de Walthauſen. Egeno de Waldhauſen. Typoldus de Eberſperg. Diepoldus de Eberſperg & alii. Datum apud Gamundiam Anno Domini milleſimo centeſimo nonageſimo tertio Indictione decimâ, duodecimo Kalendas Julii.

Anno 1215. Fridericus Secundus Romanorum Rex ſub ſpecialem RegiæMajeſtatis ſuæ protectionemLorchenſeMonaſterium cum univerſis ſuis bonis recipit,eidemq; cunctas poſſesſiones confirmans ſimul advocatiam ſuæ familiæ perpetuò tenendam & uſurpandam annectit tenore ſequentis Bullæ: *In Nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis Fridericus ſecundus Dei gratiâ Romanorum Rex ſemper Auguſtus & Rex Siciliæ. Ad æternæ vitæ felicitatem & temporalis Regni noſtri incrementum nobis credimus proficere: ſi Eccleſiæ Dei optatam providere curaverimus quietem, & citra commodum earum curam & operam impenderimus diligentem. Eapropter univerſis Imperii fidelibus tam præſentis ævi quàm futuri duximus declarandum, quòd nos Cœnobium de Loriche à progenitoribus noſtris in honore perpetuo Dei Genitricis & Virginis Mariæ feliciter fundatum ac de propriis ipſorum prædiis dotatum ſub noſtræ Majeſtatis cum perſonis Domino illic famulantibus,& cum univerſis bonis ſuis mobilibus & immobilibus ubicunq; conſtitutis, nec non mancipiis utriusq; ſexûs ſpecialem recepimus protectionem confirmantes eidem Monaſterio quæcunq; bona in præſentiarum legitimè poſſidet, vel in poſterum præſtante Domino juſtis modis poterit adipiſci. Ad hæc viſis & diligenter inſpectis progenitorum noſtrorum privilegiis Friderici Ducis ejusdem loci primi fundatoris, Conradi Regis, Friderici Imperatoris avi noſtri ad imitationem eorundem de prædictiCœnobii profectibus ſolliciti ſemper eſſe cupientes, tam ipſius montis, in quo Monaſterium ſitum eſt, quàm etiam omnium bonorum ſuorum longè vel propè conſtitutorum advocatiam ab hodie in anteà in noſtram & hæredum noſtrorum accipimus poteſtatem, volentes eam totam & integram noſtro & hæredum noſtrorum dominio eſſe ſubjectam, ad honorem & reverentiam Virginis intemeratæ, ſtatuentes & firmiter præcipientes, ut nulla unquam perſona humilis vel alta, Eccleſiaſtica ſive ſecularis audeat ſe intromittere de prædictâ advocatiâ vel ejus pertinentiis, aut ipſam in parte vel in toto de noſtrâ vel hæredum noſtrorum poteſtate unquàm aliquâ calliditate alienare, quod, qui facere præſumpſerit, iram Omnipotentis Dei & noſtræ ſublimitatis gravem offenſam ſe noverit incurriſſe, atq; in vindictam ſui reatûs mille libras auri examinati componat dimidium Cameræ noſtræ, reliquis paſſis injuriam perſolvendum. Ad hujus etiam facti noſtri robur perpetuum, præſens exinde privilegium conſcriptum Sigilli noſtri charactere juſſimus communiri. Hujus rei teſtes ſunt Conradus Ratisponenſis Epiſcopus. Sifridus Auguſtenſis Epiſcopus. Hartwicus Eiſtettenſis Epiſcopus. Cono Elvacenſis Abbas. Comes Albertus de Eberſtein. Rudolphus Palatinus Comes de Tubingen. Comes Ulricus de Helfenſtein. Comes Egeno de Vrac & filius ſuus. Anſelmus Marſcallus de Juſtingen. Bertoldus deTrauchpurg. Albertus de Steüſslingen. Bertoldus de N. Dretto de Ravensburc. Berengerus de Ravenſtein. EberhardusDapifer de Thaune. Conradus & Bernoldus de Stauffen & alii quàmplures.*

Signum Domini Friderici ſecundi Romanorum Regis invictisſimi & Regis Siciliæ. Acta ſunt hæc Anno Dominicæ Incarnationis milleſimo ducenteſimo decimo quinto, Indictione tertiâ. Regnante Domino Friderico Romanorum Rege glorioſo & Rege Siciliæ. Datum apud Ulmam duodecimo Kalendas Julii.

Anno 1228. Henricus (Friderici II. Imperatoris filius) Romanorum Rex quævis Laureacenſis Monaſterii bona nullo modo ſeſe commutaturum vel infeudaturum quibusdam Imperii Principibus promittit, atque inſuper Lorchenſem Eccleſiam unà cum rebus & perſonis attinentibus ſub ſpecialem Imperii

protectionem recipit, & ſic habetur: *Henricus Dei gratiâ Romanorum Rex & ſemper Auguſtus Univerſis Imperii fidelibus, quibus præſens ſcriptum exhibitum fuerit, gratiam ſuam & omne bonum. Cùm nos loca divino cultui mancipata promovemus ac defendimus eis ſuisq́, ne graventur indebitè, piâ ſollicitudine providemus, clementiam ac prudentiam, quam circa viros glorioſos more divorum progenitorum noſtrorum habere tenemur, apertiùs, declaramus. Proinde eſt, quòd ad notitiam univerſorum cupimus pervenire. Nos dilectis Principibus noſtris videlicet Venerabili Herbipolenſi Epiſcopo Auſtriæ & Bavariæ Ducibus corporali fide præſtitâ promiſiſſe, quòd nunquàm aliqua bona, quæ ab Eccleſia Laureacenſi poſſidemus à nobis alienabimus obligando, vendendo, vel infeudando. Si verò alicujus ſuggeſtione fuerimus circumventi, quod aliqua bona prælibatæ Eccleſiæ quocunque modo à nobis alienabimus nullum robur habere volumus firmitatis. Prætereà memoratam Eccleſiam in perſonis & omnibus bonis eidem Eccleſiæ attinentibus ſub noſtram & Imperii ſpecialem recepimus protectionem mandantes & regiâ auctoritate diſtrictè præcipientes, quatenùs nullus auſu ductus temerario memoratis perſonis in bonis ipſorum ullam præſumat injuriam irrogare, quod, qui attentaverit, gravem offenſam noſtræ celſitudinis ſe noverit incurſurum. Ad majorem itaq́ ſecuritatem præſentem paginam Celſitudinis noſtræ ſigillo nec non Venerabilis Epiſcopi, Auſtriæ & Bavariæ Ducum juſſimus communiri. Datum apud Nördlingen. Anno Dominicæ Incarnationis milleſimo ducenteſimo viceſimo octavo, Septimo Idus Septembris, Indictione primâ.*

Anno 1274. Rudolphus I. Romanorum Rex Lorchenſe Monaſterium unà cum perſonis & omnibus bonis appertinentibus in ſpecialem ſacri Imperii protectionem ſuſcipit: ejuſque Privilegia & libertates à Friderico I. Imperatore Henrico ipſius filio Romanorum Rege, ut & Friderico Suevorum Duce data confirmat. Inſuper quoq́ue ſtatuit, ut nullum habeat advocatum præter Regem Romanum, vel quem is pro bono ſtatu Monaſterii duxerit deputandum: *Rudolphus Dei gratia Romanorum Rex ſemper Auguſtus. Univerſis ſacri Imperii fidelibus in perpetuum. Toties regiæ Celſitudinis ſceptrum altiùs extollitur, & ipſius ſtatus à Domino, à quo datur omnis poteſtas feliciùs gubernatur, quoties loca divino cultui dedita benignâ conſideratione reguntur, & ad ipſorum libertates ſervandas, & facultates augendas gratioſa protectio Principis invenitur. Noverit igitur præſens ætas & ſucceſſura poſteritas, quòd nos ſinceram devotionem quâ religioſi viri N. Abbas & Conventus de Lorch Ordinis S. Benedicti Auguſtenſis diœceſis circa divini cultûs obſequia jugiter & ferventer invigilant, gratioſiùs attendentes, conſiderantes quoque benigniùs integræ fidei puritatem, quâ erga nos & Romanum Imperium coruſcare dicuntur devotis ipſorum N. Abbatis & Conventus ad noſtram præſentiam accedentium ſupplicationibus inclinati, prædictum eorum Monaſterium, unà cum perſonis illic Domino famulantibus, & cum univerſis bonis poſſeſſionibus, quas in præſentiarum rationabiliter poſſident, habent, quasq́ in poſterum juſtis modis abſque juris alieni diſpendio poterunt adipiſci, nec non cum ipſius Monaſterii utriuſq́ ſexûs mancipiis ac omnibus ſuis juribus, ſub noſtrâ & ſacri Imperii protectione ſuſcipimus ſpeciali, omnia privilegia, libertates, conceſſiones, à Friderico Divo Pio Imperatore, & Henrico ipſius filio Romanorum Rege inclytæ recordationis, ſuisq́ anteceſſoribus, nec non à bonæ memoriæ Friderico Suevorum & Francorum Duce Monaſterio prænotato traditæ & conceſſa, prout ritè conceſſa noſcuntur, & providè ſæpedicto Monaſterio ac perſonis in eo divino obſequio mancipatis de libertate Regiâ ex certâ ſcientiâ confirmamus ad inſtantiam etiam & eorundem Abbatis & Conventus ſupplicationem, advocatiam ejuſdem Monaſterii omnium bonorum ſuorum præſentium & futurorum legitimè conquirendorum ubicunq́ ſitorum ac omnium Jurium ſuorum in noſtram recipimus poteſtatem, ita, ut nullum præter nos, vel quem eis propter neceſſitates aliquas pro bono ſtatu ipſius Monaſterii deputandum duxerimus, habeant advocatum, etſi deputatus à nobis defenſor reperiatur Monaſterii deprædator, injuriator, ac etiam degraſſator, nos à dicto Monaſterio requiſiti alium eis expedientem, idoneum & utilem ſubrogabimus advocatum. Nulli ergò omninò hominum liceat hanc paginam noſtræ protectionis, confirmationis vel innovationis infrin-*

infringere, vel eidem in aliquo auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, gravem indignationis noſtræ offenſam ſe noverit incurſurum. Huic noſtræ protectioni & confirmationi Rudolphus gubernator Campidonenſis, Hugo Comes de Werdenberg, & Albertus Comes de Hohenberg, ac etiam nobilis vir Henricus de Brinechen, nec non Waltherus Pincerna de Limpurg dilecti noſtri fideles teſtes interfuerunt. In quorum omnium teſtimonium præſens ſcriptum noſtræ Majeſtatis ſigillo fecimus roborari. Datum Rottenburg per manum fratris Henrici de domo Teutonicâ Doctoris Decretorum Protonotarii noſtri anno Domini milleſimo ducenteſimo ſeptuageſimo quarto, tertio nonas Aprilis Indictione ſecundâ Regni noſtri anno primo.

Anno 1291. Eberhardus Comes de Würtenberg ſuſcipitur in advocatum ſeu tutorem Monaſterii Lorchenſis deinceps honorandum & obſervandum juxta certas conditiones, quas indicant Reverſales ab eo datæ ſub hujusmodi tenore: *Univerſis præſentium inſpectoribus tam præſentibus quàm futuris Nos Eberhardus Dei Gratiâ Comes de Würtenberg conſtare volumus & profitemur, quòd cùm dilecti in Chriſto Abbas & Conventus in Lerch Ordinis S. Benedicti nos unanimiter & concorditer elegerint pro advocato ſeu tutore bonorum ipſorum, perſonas & res, ſeu bona ipſius Monaſterii, in noſtram recipimus defenſionem ſub tali conditione, quòd de bonis prædictis non recipiemus, niſi tantummodò Jus advocaticum, quod vulgariter dicitur* Vogt-Recht *ab antiquo inſtitutum, de bonis verò ipſorum, quibus ab antiquo non dabatur jus advocaticum, etiam nos nihil recipiemus per aliquas exactiones, ſed libera permanebunt, & tamen totis viribus & pro poſſe noſtro eadem tenemur defenſare. Inſuper ſi per aliquem noſtrum officialem contra formam præſcriptam gravati fuerint, eundem deponemus, & ad beneplacitum eorum alium ſubſtituemus de damnis illatis per eundem illicitè ipſis ſatisfacientes. Univerſa præſcripta fide datâ vice Sacramenti promiſimus inviolabiliter obſervare. Si verò, quod abſit, in omnibus articulis prænotatis ſeu in aliquo eorum negligentes fuerimus & remiſſi, prædictus Dominus Abbas & Conventus eligendi alium advocatum ſeu tutorem liberam habeant poteſtatem. Teſtes omnium præmiſſorum ſunt Swiggerus de Gundelſingen, Bertholdus frater ſuus. Wolframus de Bernhauſen Senior. Wolframus filius ſuus. Wolf dictus de Stein. Reinhardus de Rotenberg. Udalricus dictus Spet. Henricus dictus Riſche milites. Bentz dictus de Stein, & Ruedugerius de Walchuſen, qui etiam omnes nobiſcum & pro nobis præmiſſa promiſerunt obſervare. Ut autem univerſa & ſingula rata permaneant & à nobis inviolabiliter obſerventur, præſentes ipſis contulimus noſtri ſigilli munimine communitas. Datum & actum anno Domini milleſimo ducenteſimo nonageſimo primo. Mariæ Magdalenæ.*

An. 1293. Eberhardus Wirtenbergicus Comes antedictus Jus advocatiæ ſeu communem tutelam Monaſterio Lorchenſi à ſe depoſt hâc fideliſſimè præſtandã ſincerè promittit, ac ſimul etiam nonnulla bona illius à ſolutione Juris advocatici nominatim eximit, quod ſic habetur: In Nomine Domini Amen. *Nos Eberhardus Comes de Wirtenberg conſtare volumus & profitemur per nos & hæredes noſtros, quòd cùm dilecti in Chriſto Abbas & Conventus in Lorch Ordinis Sancti Benedicti nos unanimiter & concorditer elegerint pro defenſore ſeu tutore bonorum ipſorum perſonas & res ſeu bona ipſius Monaſterii in noſtram recipimus defenſionem ſub tali conditione quæ de bonis in Münſter, in Smithen, in Grunbach, in Wiler, in Schornbach, Eſchelbrunn, in Retterſpurg, in Necklinſperg, in Opolſam, in Brezenacker, in Steinach, in Buch, in Brunigswiler & in Rurneck nos neq. hæredes noſtri non recipiemus, niſi tantummodò jus advocaticum, quod vulgariter* Vogt-Recht *ab antiquo inſtitutum, de bonis verò ipſorum in villâ Lorch, in Pfalbrunnen, in Klozhen, in Wigmar, in Rott, in Frickenhoffen, in Geggingen, in Mutlangen, in Busſingen cum aliis bonis eorum ubicunq. ſitorum nos neq. hæredes noſtri nullum jus advocaticum recipiemus per aliquas exactiones ſed libera permanebunt, & tamen pro totis viribus & poſſe noſtro eadem tenemur defenſare. Inſuper ſi per aliquem Officialem noſtrum contra formam præſcriptam gravati fuerint, eundem deponemus, & ad beneplacitum eorum alium ſubſtituemus de damnis illatis per eundem illicitè ipſis ſatisfacientes. Univerſa præſcripta fide datâ vice ſacramenti promiſimus per nos & hæredes noſtros inviolabiliter obſervare, ſi verò, quod abſit, in omnibus articulis prænotatis, ſeu in aliquo eorum nos & hæredes noſtri negligentes fuerimus & remiſſi, Dominus Abbas & Conventus & ſucceſſores eorum eligendi alium defen-*

ſorem ſeu tutorem liberam habebunt poteſtatem. Ut autem univerſa & ſingula rata permaneant, & à nobis & hæredibus noſtris inviolabiliter obſerventur, præſentes ipſis & poſteris eorum contulimus noſtri ſigilli nec non Wolfradi dicti de Stein Militis & civitatis Hailbrunn munimine communitas, datum & actum anno Domini milleſimo ducenteſimo nonageſimo tertio. Mariæ Magdalenæ.

An. 1331. Ludovicus quartus Romanorum Imperator Dux Bavariæ renovat confirmatq; privilegium olim à Rudolpho primo Monaſterio Lorchenſi conceſſum tali diplomate: *Ludovicus Dei gratiâ Romanorum Imperator ſemper Auguſtus. Univerſis Sacri Romani Imperii fidelibus præſentes litteras inſpecturis gratiam ſuam & omne bonum cum notitiâ ſubſcriptorum. Accedens ad Majeſtatis noſtræ præſentiam honorabilis & religioſus vir Abbas Monaſterii in Lorch Ordinis S. Benedicti Auguſtenſis diœceſis devotus noſter dilectus nobis humiliter ſupplicavit, ut privilegium infra ſcriptum à Divo, Pio, Rudolpho Romanorum Rege, avo & prædeceſſore noſtro præfato Monaſterio ac perſonis ipſius Monaſterii conceſſum, & ſolito ipſius ſigno ſignatum dignaremur ex Imperiali clementiâ confirmare. Cujus quidem privilegii tenor ſequitur in hæc verba:* Rudolphus Dei gratiâ Romanorum Rex ſemper Auguſtus univerſis Sacri Imperii fidelibus in perpetuum. Toties Regiæ Celſitudinis &c. Datum in Rottenburg anno Domini milleſimo, ducenteſimo ſeptuageſimo quarto, tertio nonas Aprilis Indictione ſecundâ Regni verò noſtri anno primo. *Nos igitur Deum Patrem, per quem vivimus & Imperium gubernamus, in ſuis miniſtris meritò honorantes & obindè prædicti Abbatis humilibus ſupplicationibus favorabiliter annuentes ſupradictum privilegium, prout de verbo ad verbum ſuperiùs eſt expreſſum, & per prædictum Illuſtrem Rudolphum Romanorum Regem ritè & rationabiliter conceſſum Imperiali auctoritate approbamus, & in Dei nomine confirmamus. Nulli ergò omninò hominum liceat hanc noſtræ approbationis, ratificationis, innovationis & confirmationis paginam infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, gravem noſtræ Majeſtatis indignationem ſe noverit incurſurum. In cujus rei teſtimonium præſentes conſcribi & noſtræ Majeſtatis ſigillo juſſimus communiri. Datum in Nürnberg anno Domini milleſimo, ducenteſimo triceſimo primo Calendis Septembris Indictione quarta decimâ, Regni noſtri anno decimo ſeptimo, Imperii verò quarto.*

Eodem anno Idem Ludovicus Imperator Monaſterium Lorchenſe & appertinentes ſubditos illius à quâvis alterâ poteſtate ſeu jurisdictione deobligans omninò liberum & exemptum liberos & exemptos authoritate Cæſareâ declarat tali edicto: Wür Ludwig von Gottes Gnaden Röm. Keyſer zu allen Zeiten Mehrer des Reichs/ verjehen offenlich an diſem Brieff und thun kund allen denen / die ihn anſehen oder hören leſen/ daß Wür den erbaren und geiſtlichen Mannen/ dem Abbt und dem Convent des Cloſters zu Lorch St. Benedicten Ordens in Augſpurger Biſtumb Unſeren lieben Demütigen / die Genad gethan haben und thun auch mit diſem Brieff/ daß Wür nit wollen / daß jemand mit des obgenañten Cloſters zu Lorch eignen Leuten oder die ſonſt darzu gehören / daß ſie nichts zu ſchaffen noch zu thun haben / dann ein Reich/und ein Abbte oder ein Pfleger/der dañ Pfleger oder Abbte iſt zu dem vorgeſchribnen Stüfft zu Lorche und wollen / daß ſie Niemand an ihren Haupt-Rechten und Gülten in keinen Weg dringen / belaidig noch beſchwere/ noch ihnen kein Recht noch Gewonheit die ihnen ſchädlich / ſie mache noch ſetze/ wäre auch/ daß Wür Uns vergaſſen/und daß Wür jemand anders den obbeſchribnen Gewalt und Recht/die Wür dem obgenannten Abbte/dem Convent/und dem Pfleger / des obbenañten Stüffts zu Lorch verlihen haben/verlihen/das ſoll kein Krafft noch Macht haben / und darüber gebieten Wür allen Unſeren und des Reichs Getrewen/Land-Vögten/Vögtẽ/Amptleutẽ/ Ritteren/Knechten/Edlen und Unedlen/wie ſie genañt ſeint / daß ſie die obgenañten den Abbt/ den Convent und den Pfleger des obgeſchribnen Stüffts zu Lorch daran ſchirmen und nit geſtatten/ daß ſie jemand daran irre/ noch in keine Weeg beleidige noch beſchwere/ als lieb ihnen Unſer und des Reichs Huld ſeye / und des zu Urkund geben Wür ihnen diſen Brieff verſigleten mit Unſeren Keyſ. Inſigel/der geben iſt zu Nürnberg an dem Montag nach St. Gilien Tag/da man zahlt von Chriſts Geburt dreyzehenhundert Jahr / darnach in dem ein und dreiſſigiſten Jahr/in dem ſibenzehenden Jahr/ Unſers Reichs/und in dem vierten des Keyſerthumbs.

Anno 1347. Carolus IV. Romanorum Rex confirmat omnia privilegia, & nominatim Rudolphi I. itidem Romanorum Regis Lorchenſibus data prout ſequitur: *Carolus Dei gratiâ Romanorum Rex ſemper Auguſtus & Bohemiæ Rex &c. Notum facimus univerſis præſentes litteras inſpecturis, quòd ad noſtram accedens*

præſen-

præſentiam Venerabilis Ludovicus Abbas de Lorch Ordinis S. Benedicti Auguſtenſis diœceſis exhibuit nobis quaſdam litteras Rudolphi quondam Regis Romanorum prædeceſſoris noſtri petens cum inſtantiâ, ut eaſdem de verbo ad verbum approbare, ratificare ac etiam confirmare auctoritate regiâ de benignitate ſolitâ dignaremur, quarum quidem litterarum tenor talis eſt: Rudolphus Dei gratiâ Romanorum Rex ſemper Auguſtus, univerſis ſacri Imperii fidelibus in perpetuum &c. Toties regiæ Celſitudinis ſceptrum altiùs attollitur &c. Datum Rotenburg per manum Fratris Henrici de domo Teutonicâ Doctoris Decretorum Protonotarii noſtri. Anno Domini milleſimo ducenteſimo ſeptuageſimo quarto, tertio Idus Aprilis Indictione ſecundâ Regni noſtri anno primo. *Nos itaque prædeceſſorum noſtrorum veſtigiis inhærere, & præſertim in laudabilibus actibus cupientes votivisque prædicti Ludovici Abbatis precibus favorabiliter inclinati, prædictas Regis Rudolphi litteras, prout de verbo ad verbum præſentibus ſunt inſertæ, approbamus, ratificamus, ac de certâ noſtrâ ſcientiâ præſentis ſcripti patrocinio confirmamus. Nulli ergò omninò hominum liceat hanc noſtræ approbationis, ratificationis & confirmationis paginam infringere, aut ei auſu temerario contraire, contrarium facientes indignationem gravem noſtræ regiæ Majeſtatis ſe noverint incurſuros. In cujus rei teſtimonium præſentes ſcribi & ſigillo Majeſtatis noſtræ juſſimus communiri. Datum in Schorndorff octavo Idus Decembris anno Domini milleſimo trecenteſimo quadrageſimo ſeptimo, Indictione decimâ quintâ Regnorum noſtrorum anno ſecundo.*

Et Ego Nicolaus Decanus Olomucenſis Aulæ Regiæ Cancellarius vice & nomine Reverendi Patris Domini Gerlaci Archiepiſcopi Moguntinenſis ſacri Imperii per Germaniam Archicancellarii recognovi.

Eodem anno Idem Carolus Romanorum Rex Monaſterium Lorchenſe cum appertinentibus perſonis, bonis ac poſſeſſionibus à quavis exterâ poteſtate ac jurisdictione liberum & exemptum declarat, item advocatum illius ad nutum amovibilem eſſe debere conſtanter affirmat & authoritate regiâ denuntiat tali edicto: Wür Carl von GOttes Gnaden Röm. König zu allen Zeiten Mehrer des Reichs und König zu Böheim thun kund allen denen / die diſen Brieff ſehen / hören oder leſen / daß Wür den Geiſtlichen / dem Abbt und Convent des Stüffts zu Lorch Sanct Benedicts Ordens in Augſpurger Biſtumb die Gnad gethan haben / und thun auch das mit diſem Brieff / daß Niemand mit des obgenannten Stüfft zu Lorch eignen Leuthen / die ihnen zünßbar ſeint / oder die ſonſt ihr eigen ſeint / und mit allen ihren Güteren / wo die gelegen ſeint / nichts zu ſchaffen / noch zu thun hab / dann ein Abbt und der Convent des vorgenannten Stüffts. Wür wöllen auch und gebieten veſtiglichen / daß kein Perſon / ſie ſey geiſtlich oder weltlich / hoch oder nider / und ſonderlich wer die Veſtung Stauffen inne hat / kein Vogtey noch Vogt-Recht uff ihrem Gut zu Rott / zu Frickenhoffen / zu Mutlangen / zu Paſſenbrunnen / zu Leznang / zu Bartenbach / und was das obgenannt Gottshaus hat / wo das gelegen iſt / nichts uſſgenommen / ſetze noch mache / und beſtettigen und freyen ihnen das vor allermenniglich. Wer aber ob iemand uff ſie oder ihr Leuth oder Güter jehzeit gemacht oder geſetzt hett / es wer vor lang oder kurtz / wenig oder viel / das widerruffen Wür gar und gäntzlich. Auch geben Wür ihnen und ihren Nachkommen ſonderlich Gnad und Freyheit / daß der obgenannt Abbt und Convent und ihr Nachkommen / wohl mögen nemmen einen Beſchürmer und Behüter ihrer / und aller ihrer Leuth und Güter / als dick ihnen der nit gefellt / als dick mögen ſie und ihr Nachkommen einen anderen oder ander nemmen. Auch wollen Wür / daß ſie Niemand an ihren Haupt-Rechten / an ihren Leuthen / Zünßen / an ihren Gerichten in kein Weg dringe / belaidige noch beſchwere / noch keinen der ihren zu Burger empfahe / noch ihnen kein Recht / noch Gewonheit / die ihnen ſchedlich ſey / mache noch ſetze / und all ihr Brieff und Handveſt / und all ihr Freyheit / die ſie hand von Königen und Keyſeren / das beſtettigen und beveſten Wür ihnen und ihren Nachkommen mit Königlicher Macht wiſſentlich. Wär auch / daß Wür Uns vergeſſen / und daß Wür Jemand anders den obgenannten Abbt und Convent des Gottshaus zu Lorch und ihren Nachkommen verlihen haben / Jemand anders verlehen / das ſoll kein Krafft noch Macht haben. Und darumb gebieten Wür allen Unſeren und des Reichs Land-Vögten / Amptleuthen / Städten / Edlen und Unedlen / wie ſie genannt ſein / Unſeren und des

Reichs

Reichs lieben Getreuen / daß ſie den obgenannten Abbt und Convent und ihre Nachkommen daran ſchützen und ſchürmen / und nit geſtatten / daß ſie jemand daran hindere noch beſchwere / als lieb Unſer und des Reichs Huld ihnen ſeye / und wer das überfuhr an ihnen / der verfellt zu rechten Pöne hundert Marck lödiges Goldes / die halb in Unſer und des Reichs Cammer / und das ander halb Theil den egenannten Abbt und Convent / als dick an ihnen das überfahren wurde. Mit Urkund diß Brieffs / der geben iſt zu Schorndorff des nechſten Freytags nach Sanct Niclaß Tag / als man zahlt von Chriſtes Geburt dreyzehenhundert Jahr in dem ſieben und vierzigiſten Jahr / in dem anderen Jahr unſerer Reiche.

Anno 1373. Idem Carolus Imperator demandat Eberhardo Comiti Wirtenbergico Monaſterium Lorchenſe cum bonis & appertinentibus perſonis contra quosvis iniquos invaſores ſtrenuè tueri ac defendere, quod ſic habetur: Carl von Gottes Gnaden Römiſcher Keyſer zu allen Zeiten Mehrer des Reichs und König zu Böheim ꝛc. ꝛc. Lieber Getrewer / Wür empfehlen deinen Trewen und wollen ernſtlich / daß du die Geiſtlichen / die Abbte und Convent der Clöſter Lorch und Madelberg / ihr Leuth und Gut von Unſer und des Reichs wegen / wider allermenniglich vor Gewalt und Unrecht ſchützeſt und ſchirmeſt / daran thuſt du Uns einen dancknemmen Dienſt. Geben zu Meinz an Sanct Urbans Tag Unſer Reiche in dem ſechs und zweinzigiſten / und des Keyſerthumbs in dem achtzehenden Jahre.

Dem Edlen Eberharden Graffen von Würtenberg Unſerem Lieben Getreuen.

Anno 1377. Idem Carolus Imperator eidem Eberhardo Comiti Wirtenbergico Monaſterium Lorchenſe in ſpecialem tutelam ac defenſionem recom̃endat, ſed & illud ſecundùm priſtinas libertates item jura ac privilegia ſalvum & integrum conſtanter ſervare authoritate Imperatoriâ ſeriò demandat tali reſcripto: Wür Carl von Gottes Gnaden Römiſcher Keyſer zu allen Zeiten Mehrer des Reichs und König zu Böheimb entbieten dem Edlen Eberharden Graffen zu Würtenberg Unſerem und des Reichs lieben Getreuen Unſer Gnad und alles Guts. Lieber Getrewer / Wür thun und geben von Unſeren und des Reichs wegen Unſeren lieben Andächtigen den Abbt und das Convent des Cloſters zu Lorch mit allen ſeinen Güteren / Leuthen und Zugehörungen in deinen Schutz und Schirm; und wöllen und gebieten auch einen Trewen ernſtlich mit diſem Brieffe / daß du daſſelbſt Cloſter mit allen ſeinen Leuthen / Güteren und Zugehörungen vor allermenniglich / der ſie wider Recht / Freyheit und Gewonheit angreiffen / beſchedigen / beleidigen / vorunrechten oder Gewalt thun wolte / in kein Weiß und ſonderlich vor Leide / Schädigung und Gewalt Wilhelmes von Reytheni / oder wer die Veſtung Stauffen innen hat / ſchützeſt und ſchirmeſt / von Unſeren und des Reichs wegen / und ſie bey allen ſolchen ihren Rechten / Freyheiten und Gewonheiten handhabeſt und behalteſt mit gantzem Fleiß und Ernſt / als Wür das deinen Trewen ſonderlichen glauben und getrauen. Mit Urkund diß Brieffs verſigelt mit Unſerem angehenckten Inſigel. Geben zu Nürnberg am Montag der Dominic. als man ſingt Judica Unſer Reiche in dem dreyſſigiſten und des Keyſerthumbs iu dem zwey und zweinzigiſten Jahre.

Anno 1398. Wenceslaus Romanorum Rex poſſeſſiones ac homines Monaſterio Lorchenſi ſubditos à quavis alienâ poteſtate ac dominio in totum eximit, ſimul ac privilegia illius multifariàm hactenùs eidem collata quaſi repetit, confirmat, & de novo ſtabilit vigore ſequentis diplomatis: Wür Wentzlaw von GOttes Gnaden Römiſcher König zu allen Zeiten Mehrer des Reichs und König zu Böheim / bekennen und thun kund offenlichen mit diſem Brieffe allen denen / die ihn ſehen oder hören leſen / daß Wür den Geiſtlichen N. Abbten und Convent des Cloſters ꝛc. zu Lorch St. Benedicten Ordens in Augſpurger Biſtumb gelegen Unſeren lieben Andächtigen / die Gnad gethan haben / und thun ihnen auch die mit diſem Brieff / daß niemand mit des obgenannten Cloſters zu Lorch eigenen Leuthen / und mit ihren Güteren / wo die gelegen ſeint / und die darzu gehören / etwas zu ſchaffen noch zu thun hab / dann Wür und ein Reich / und ein Abbte / und den Convente des vorgenannten Gottshaus / ſonderlich ſo freyen Wür ihnen und ihren Nachkommen / den Berg / do das Cloſter auffligt / alſo daß er ewiglich gefreit ſey / und was darzu gehöret. Wür wollen auch / daß kein Biſchoff /

Hierauff ſo hat Er/ der von Schwar-tzenberg/ von Uns Befelch/ den gedachten Abbten und Conventen ſolches auch für-zuhalten / welcher nun unter den Mön-chen die vierzig Gulden Leibgeding annem-men wöll/ dem ſollen die Notteln des Ver-zigs und der Leib-Gedings-Verſchrei-bung mit A. verzeichnet / fürgehalten werden.

Welcher aber das Leib-Geding nicht wollt annemmen/ ſondern uff einmal mit einer benannten Summa Gelds oder Zehrung abgefertiget ſeyn wollt / der ſoll für Unſer Cantzley zu Unſeren Cammer-Räthen gewieſen werden.

Welcher aber deren keines annnem-men / dem ſoll angeſagt werden / daß er ſich unverzug bereit mach/ dann die Fuhr ſey vorhanden / und mit ſambt ſeinen Bett-Gewand und Bücheren ꝛc. auffſitz/ gen Maulbronn fahre/ wollte er ſich aber des auch widerſetzen/ der ſoll für das Clo-ſter geſchafft werden/ und das Thor hin-der ihm zugethan ꝛc. Es wären dann etliche alte / unvermöglich / preſthaffte Perſonen / die ſollen auf Unſeren fernern Beſchaid allda erhalten werden. Mit den Abbten ſoll es nachfolgender Geſtalt gehandlet werden. Erſtlich ſoll ihnen die Leibs-Geding-Verſchreibung/ und der Revers dargegen mit B. verzeichnet/ für-gehalten werden / und ſo ſie es alſo woll-ten annemmen / ſoll Unſer Ober-Vogt allda die Pflicht von ihnen nemmen/ laut beylegender Form mit C. verzeichnet/ und daß ſie die Copeyen des Revers mit ihren Handen unterſchrieben / und ihnen als-dann die Leibdings-Verſchreibungen bey der Cantzley aufgericht werde. Wollten ſich aber die Abbte eines ſolchen widerſe-tzen und abſchlagen. Soll gedachter Un-ſer Ober-Vogt ihr der Aebbte jedem ei-nen zuordnen/ der mit ſambt ihme mittler Weil biß auf ferner Unſeren Beſcheid die Verwaltung verſehe.

Anno 1574. Diverſa Monaſteriorum Wirtenbergenſium privilegia & alia documenta litteraria ſuperioribus an-nis violenter erepta in nuperâ (Anno 1548.) eorundem Monaſteriorum re-ſtitutione, eò ſolùm, quòd inde con-ſtet pleriſque hujuscemodi Collegiis ſacris abſolutam competere poteſtatem, placitum quemvis eligendi advocatum, penes Cancellariam Stutgardienſem fuiſſe reſervata, neque cum aliis extradi-ta, Illuſtriſſimo Principi ac Domino ſuo Udalrico Duci Wirtenbergico referunt Conſiliarii & Officiales Camerales te-nore ſequentium: Durchleuchtiger/ hoch-geborner Fürſt/ Eu. Fürſtl. Gnaden ſeyen Unſere unterthenige/ gehorſame/ ſchuldige und verpflichte Dienſt jederzeit mit allem Fleiß zuvor an bereit. Gnädigſter Fürſt und Herr/ was ſich zwiſchen dem Reno-vatore des Cloſters Lorch / und Euer Fürſtl. Gnaden Vorſtmeiſter zu Schorn-dorff / von wegen Erneuerung und Be-ſchreibung eines Jagens-Bezircks / ſo das Cloſter innhalt eines habenden Vertrags anſprechen thut/ für ein Span zutragt / haben Ewer Fürſtliche Gnaden Uns bey verwahrten Schrifften von Num. 1. biß Num. 5. in Gnaden zu ſe-hen. Und ob wol der angezogne Ver-trag / den darinnen beſtimpten Bezirck dem Cloſter zu bejagen zugibt/ jedoch die-weil ermeldt Cloſter den Bezirck jenſeits der Rembs/ Stauffen zu/ vermög Vorſt-meiſters

meiſters Berichts Num. 5. wie dann auch des Prälaten und Verwalters daſelbſt zu Lorch bericht Num. 4. ſelbs vermag/lange Jahr / und ſeithero des Bauren-Kriegs niemahl bejagt / welches ohne ſonderen Rath Euer Fürſtl. Gnaden Anherren / auch Herren Vatters ſeel. hochlöblichen Gedächtnuß nicht würd beſchehen ſeyn / dann die Höltzer in ſolchen Zürck jenſeits der Rembs/ Stauffen zu/ als die Geren/ und anderer Luſt-Jagen ſeyen/ und ſich das Wildbret daſelbſt gern hält/ laut gemeldtes Vorſtmeiſters Berichts Num. 5. und dann ermeldt Cloſter ohne das ein feinen Bezürck her jenſeit der Rembs dem Cloſter zu bejagen/ daran es ſich ſolcher Zeit hero beholffen/ ob gleichwol Euer Fürſtl. Gnaden Herr Vatter ſeel. hochlöblicher Gedächtnuß in A. 1555. Schenck Chriſtoffen von Limburg etliche Höltzer / ſo auch in ſolchem Begriff eingeſchloſſen/als das Mittelthann/ und andere Khelen / gegen Keyſerſpach / uff ein Revers / und wider abkinden zu bejagen/ gnädiglich eingeben / ſo hielten Wür unterthänig darfür / dieweil ſolche Jagen jenſeits der Rembs Stauffen zu / luſt jagen/ auch Göppingen gelegen ſeyn / darinnen Euer Fürſtl. Gnaden für ſich ſelbs / und mit den daſelbſt durchreiſenden Herrſchafften Luſt haben mögen/ und das Cloſter der Enden ſeithero dem Bauren-Krieg niemal gejagt / daſſelbig ſich aber bißher an den Bezürch ſich noch zu bejagen haben beholffen/ es wäre ihnen anzuzeigen / ſich an dem Jagen/ ſo ſie bißher in Ubung herbracht / benügen zu laſſen/ und deſſen zufrieden ſeyn / oder zu ſetzen/ ſtellen doch ſolches zu Euer Fürſtl. Gnaden gnädigen Gefallen.

Und könten Dieſelben unterthänig zu berichten nicht unterlaſſen / daß als die Aebte in Euer Fürſtl. Gnaden Fürſtenthum/ nach dem Schmalkaldiſchen Krieg/ wieder in die Adminiſtration der Clöſter geſetzt / auch ihnen die Briefliche Documenta eingehändiget ſollen werden/ daß Eu. Fürſtl. Gnaden Herr Vatter Chriſtſeeliger Gedächtnuß zuvor dieſelbige alle beſchreiben / und inventiren laſſen / folgends die Inventaria ſolcher Documentorum dem damals geweſnen Land-Hofmeiſter Balthaſar von Gültlingen/ und Doctor Johann Knoderern / beeden ſelbigen zugeſtellt / mit Befelch/ dieſelbige zu beſehen/ und zu erwegen/ was von ſolchen Documentis den Prälaten zu geben/ auch welche in die Regiſtratur zu behalten ſeyn möchten/ welches ſie gethan/ und welche Brieff ſie geacht und vermeint/ ihnen nicht zuzuſtellen ſeyn / darzu haben ſie Händle gemahlet / und zu Eingang der Inventarien verzeichnet und notirt/ daß diejenige / ſo nicht mit Händlen bezeichnet / den Prälaten ſollen zugeſtellt/ die aber Händle hätten/ in der Regiſtratur in Geheim uffgehebt/ und ihnen nicht zugeſtellt werden/ welche Inventaria oder Regiſter noch in Euer Fürſtl. Gnaden Regiſtratur zu finden ſeynd / und iſt darinnen der Original-Brieff / umb das obgemelte ſpennig Lorchiſch Jagen/auch mit einem Händle bezeichnet / es berichten aber die Regiſtratores , daß ſie von den Kirchen-Räthen Befelch empfangen/ alle Brieff und Documenta, ſo ſolch Cloſter berührten/ dem Renovatori zu ſeiner Verwirrung zuzuſtellen / alſo daß ihnen der Original-Brieff umb ſolch Jagen auch zugeſtellt worden wäre. Ob es aber gut/ daß ihnen alſo ſolche Brieff/ die man hievor nicht offenbaren wöllen/ dann darunter etliche / da die Clöſter privilegirt / Schirm-Herren ihres Gefallens/ und wo ſie wöllen anzunemmen / und und dergleichen ꝛc. ꝛc. haben Euer Fürſtl. Gnaden / als der hochverſtändig gnädig zu erwegen / ob das alſo zu laſſen/ oder aber ob ſie befehlen wollen / dieſelbige wieder zu erforderen / und bey der Regiſtratur zu bewahren / welches Euer Fürſtl. Gnaden Wür aus ſchuldigen Gehorſam anzeigen/ und nit verhalten ſollen / und Uns zu Gnaden unterthänig befehlende. Actum den 28. Septembris Anno 1574.

Anno 1563. Sæpedictum Lorchenſe Monaſterium omninò fuit Lutheranizatum, de quo Documenta Rediviva Monaſteriorum Wirtenbergiæ vel paucis ita loquuntur fol. 781. *Anno 1556. Chriſtophorus Wirtenbergiæ Dux Lutheraniſmum* und ſein neugenannte Kirchen-Ordnung *Monaſteriis obtruſit. Manſit quidem ibidem Catholicus Abbas Benedictus uſq; ad annum 1563. quo mortuus,& reliqui ſex Religioſi, quibus ab initio Victalitium datum, pòſt, cum Catholicæ religionis*

Profeſſionem mutare nollent, expulſi fuerunt. Primus Pſeudo-Abbas Lutheranus (ut eſt apud Cruſium in Annalibus part. 2. lib. 9. cap. 2.) Georgius Udal (cujus memoria in maledictione ſit) obiit Anno 1576.

Anno 1630. Lorchenſe Monaſterium cum aliis comprovincialibus Eccleſiis & Cœnobiis reſtitutum à Ferdinando II. Auguſtiſſimo Imperatore Abbati & Conventui ad S. Blaſium in Bacenis ſub certis conditionibus fuiſſe traditum, oſtendunt ejusdem Imperatoriæ Majeſtatis ſuæ ad Principem Savelli Oratorem Cæſareum Romæ pro Abbate San-Blaſiano datæ ultimo Auguſti An. 1630. quarum copia in Horto Cruſiano P. Romani Hay. fol. 505. taliter proſtat legenda: *Ferdinandus &c. Illuſtris, Fidelis, Dilecte. Ex litteris noſtris ad vos Calendis directis intellexiſtis, qualiter ad inſtantiam Prælatorum Ordinis S. Benedicti in Sueviâ Vos benignè requiſiverimus, ut ipſorum in Urbem ablegatis, in negotiis ſuis ad conſervationem & incrementum Religionis ſuæ pertinentibus, quæ apud ſuam Sanctitatem per ipſos ſolicitare, & ne quid in concurrentium multitudine impetretur, quod ipſorum Ordini præjudicare, vel noſtræ Cæſareæ intentioni, ut Monaſteria & bona Eccleſiaſtica authoritate noſtrâ reſtituta aut reſtituenda nobis inſciis & invitis illis, quorum intereſt, non in aliorum uſus applicentur, ſed unicuique ſua reſtituantur, ſolicitè præcavere ſtudebunt authoritate noſtrâ Imperiali, ubi neceſſe fuerit, adjumento ſitis, & ipſis ad conſequendum, quæ juſtè poſtulant, opem patrociniumq; adhibeatis: quod uti vos quàm diligentiſſimè facturos non dubitamus, ita de cætero Vos latere noluimus, quòd per Decreta noſtra Cæſarea, devoto nobis dilecto Blaſio Abbati Monaſterii S. Blaſiii Ord. S. Benedicti in Herciniâ ſilvâ Conſtantienſis diœceſis, Monaſterium Laureacenſe vulgò Lorch ejusdem Ordinis Auguſtanæ Diœceſis ob certas & prægnantes rationes, præcipuè verò, non tam ob damna & incommoditates, quæ ipſius anteceſſores Abbates ibidem pro defenſione fidei noſtræ Catholicæ & patriæ liberatione contra Turcam communem Chriſtiani nominis hoſtem præteritis temporibus, ſed & ipſemet moderno rerum ſtatu pariter pro fide noſtrâ, & contra ejus turbatores libenter pati & ſufferre voluit, aſſignari & jamjam in poſſeſſionem per commiſſarios noſtros tradi voluerimus, ita tamen, ut diſciplinam monaſticam, priſtinamq; S. Benedicti Regulam & ſtatum juxta primævam fundationem inibi denuò introducere ſtudeat, & ex redditibus illis, ſolùm, quos ex ſedulâ & diligenti Oeconomiâ ſuperſtites, nec ad religioſam Monaſterii ſuſtentationem ampliùs neceſſarios habebit, in ſublevamen Monaſterii ſui debitorum, quæ ob præfatas cauſas contraxit eo usq; tantùm, donec præfatum S. Blaſii Monaſterium ſimilibus debitis ſublevatum fuerit, adhibere queat. Cùm itaq; à dicto Abbate ibidem intelligamus, quòd hujus noſtræ aſſignationis & traditæ poſſeſſionis Monaſterii Laureacenſis confirmationem apud ſuam ſanctitatem petere & urgere intendat. Vos non minùs hiſce requirimus & injungimus, cum noſtrûm & Domûs noſtræ multùm interſit, ut & ipſi vel ejus mandatorio, quem in hoc negotio deſtinabit, in impetrandâ memoratâ confirmatione, opem auxiliumq; feratis, & patrocinio ſuffragationeq; veſtrâ ita adſitis, ut ad eam conſequendam viam habeat & inveniat faciliorem. In quo rem nobis facietis longè gratiſſimam, qui vos gratiâ noſtrâ Imperiali benignè ampleclimur. Ratisbonæ ultimo Auguſti A. 1630.*

Anno 1648. Monaſterium Lorchenſe hactenùs ab Anno 1630. à Cœnobitis San-Blaſianis ſecundùm quævis jura ſua & appertinentes poſſeſſiones, ſaltem quantum per triſtia ferocientis Bellonæ Suecicæ tempora, licuit, tentum & inhabitatum, denuò rediit ad Ducem Wirtenbergicum vigore pacis Weſtphalicæ ei firmatum & appropriatum.

LUCKES-

LUCKESHEIMENSE

HErcinianum diœceſis Conſtantienſis, Ordinis verò Benedictini quoque Monaſterium hodie vix nomine ſuo reſiduum in Chronico Hirſaugienſi Abbatis Trithemii Tom. 1. fol. m. 284. ubi hoc tamen legimus annotatum: *Divi Patris Wilhelmi* (Abbatis Hirſaugienſis) *exemplo animarum Zelum habens* (S. Theogerus Herciniani itidem Monaſterii ad S. Georgium Abbas) *indefeſſum Monaſterium virorum in Caſtello Luckesheim Wolmarus Galliæ* (*Salicæ*, inquit Bucelinus in German. ſac. part. 2. fol. 55.) *gentis Comes de magnis periculis inimicorum ſuorum precibus S. Theogeri liberatus pro gratiarum actione Monaſterio Divi Martyris Georgii ſpontaneâ voluntate contulit, & ut in Cœnobium Dei commutaretur Servorum inſtantisſimè rogavit. Monaſterio itaq; conſummato in eodem loco, ubi priùs ſteterat caſtrum ſalutis animarum ſtudioſisſimus inquiſitor Theogerus Monachos de ſuo Cœnobio impoſuit, quibus Priorem ſanctum & religioſum dedit. Comes autem Wolfmarus, qui caſtrum illud Omnipotenti contulit triduo ante mortem vocato S. Patre* (Theogero antedicto) *monaſticum ab eo habitum ſuſcepit munitusq; ex more fidelium ſacramentis Eccleſiaſticis in Domino quievit. Qui Monachus cum monachis in eodem Monaſterio ſepultus futurum reſurrectionis diem expectat.*

✻LYCO-CAMPESTRE

MOnaſterium diœceſis Auguſtanæ R R. PP. Recollectorum S. Franciſci Provinciæ *Argentoratenſis* dictæ combinatum: cui recèns fundando ſacellum quoddam Marianum in ampliſſimo (ubi An. Chriſti 955. quarto Idus Auguſti in feſto S. Laurentii Martyris Otto I. cognomento Magnus Romanorum Imperator ſuffragante potiſſimùm ac piis precibus ſuis ſuperos in auxilium adeſſe fortiter exorante S. Udalrico Epiſcopo Auguſtano pugnæ præſentiſſimo copioſiſſimum Hunnorum exercitum, aliàs non niſi terra hiaret, aut cœlum rueret vincendos ſeſe vanè jactantium immensâ clade ſtravit) campo haud procul Lyco (qui Bavariam dividit inter & Sueviam) flumine conſpicuum atque Auguſtâ urbe imperiali quatuor horis diſſitum, anſam dedit Divæ Virginis Auxiliatricis vulgò Mariä Hilff auff dem Lechfeld *intitulatum*: de quo Stengelius Abbas in Comment. rerum Auguſt. part. 2. cap. 72. num. 10. ita ſcribit: *Anno Chriſti 1602. Sacellum B. Mariæ Virginis Auxiliatricis votivis advenarum convenarumq; ſupplicationibus opportunum, in campo Lyci parochiæ Undermeitingenſis rotundâ formâ & inſtar Mariæ Rotundæ Romæ à Reginâ im Hoff, natâ è Bimblinorum nobili familiâ, quondàm Raymundo im Hoff Patritii & Coſ. Aug. viduâ à fundamentis extructum, in feſto SS. Trinitatis hoc Anno conſecratum eſt, in quo permulta & inſignia miracula per interceſſionem B. Virginis ferè quotidiè patrantur: & in dies magno peregrinantium concurſu religiosè frequentantur. Ejus & religionem, & verò opem ingens numerus anathematum ad ædem ſacram appenſorum, teſtatur.* Et hæc loc. cit. legimus de novâ Capellâ hâc Marianâ, de Monaſterio verò poſteris annis adſtructo proſtat Fortunatus Hueber in Chronico Franciſcano fol. 79. talia fatus: Lerchfeld ein berühmtes Marianiſches Kirchfahrts-Ort/drey Meil von Augſpurg/an dem Lechfluß gelegen/ müſſte umbs Jahr 1624. ein ſtarcke Widerlag gedulden: dann ob ſchon die Frau Stiffterin geſtorben/ haben doch ihre Erben das Patronat nicht wöllen dem Herren Biſchoff von Dillingen abtretten. Entgegen hat die geiſtliche Herrſchaft auch keines Weegs weichen wöllen/ ſondern würcklich in den Stock/Sacriſtey/ Opffer/Altar-Zierd/ Schatz und Zugehören eingegriffen: Ja ſo gar hat er endlich die Franciſcaner von Augſpurg dahin beſtellt/ welche die Gottsdienſt ſollten embſig und ordenlich verrichten/ und gleichwohl von einem gewiſſen aus dem Stock erhebten Allmoſen leben. Wegen der Kriegs-Zeiten haben ſie auf eine kleine

kleine Zeit etlichmal nach Augſpurg weichen müſſen. Die kupfferne Kuppel von der Heil. Capellen hat man abgetragen / ſonſten aber iſt nichts hauptſächlich ſchädliches dem heiligen Orth oder ſeinen Innwohneren zugefügt worden. Und ob ſchon die Erben ſich gäntzlich denen Biſchöfflichen Satzungen widerſetzten/haben ſie doch die Franciſcaner nicht mehr abgetrieben; welche im Jahr 1630. in den Straßburgiſchen Provintz-Taffen ſchon ihren Sitz und Ort behaupteten. Nach dieſem Jahr ſeynd feindliche Zeiten eingefallen/ und haben die unſchuldige Franciſcaner von Lechfeld etlichmal müſſen die Kriegs-Noth leiden/etlichmal gar nach Augſpurg fliehen. Jedoch iſt der heilige Orth jederzeit in ſeinem Wohlſtand verblieben/und hat ſich alles wohlerſprießlich erzeiget/an Seel- und Leibs-Angelegenheiten. Allein haben die Schweden von der heiligen Marianiſchen Capellen das kupfferne Dach abgetragen. Endlich hat der Herr Biſchoff Hannß Christoph/ ein geborner von Freyberg ꝛc. ihre Verdienſten angeſehen / und im Jahr 1665. ſeinen gnädigſten Conſens hergegeben/ allda ein Cloſter zu bauen/ und zum beſten auszufertigen. An St. Franciſci-Tag im Jahr 1666. hat man den erſten Stein gelegt/ und iſt im folgenden Jahr 1667. den 25. Auguſtmonat die vollkom̃ne Kirchweyh begangen worden. Bald hernach im Jahr 1668. den 26. Heumonat hat ihme die Biſchoffliche Hochheit das Recht über die Heil. Capellen/ durch ein gefertigte Hauptſchrifft vorbehalten / dem Orden aber allein die Verwaltung zuerkennet. Der Zulauff des andächtigen Volcks iſt dermahlen ſo groß/ und erſtreckt ſich allgemach auff 30000. Communicanten. Im Jahr 1670. hat der Herzog Maximilian aus Bayrn allda den Leib des heil. Römiſchen Soldaten und Martyrers Severi auffs ſcheinbarſt hergeſchenckt / und in ein Neben-Capell einſetzen laſſen.

Lit. M.

❀ MAHLBERGENSE

RELigioſiſſimos Patres Capucinos adſciſcere ſibi civitatis Ettenheimenſis in tellure Suevicâ, & quidem valle Kenzianâ præ cœteris inclytæ longo tempore cupidiſſimi Primores ac cives potiſſimi, eaque propter (urgente devotione) ſub initium Octobris Anno 1668. memoratis Patribus per litteras ſupplices facti reſponſum tulerunt placere quidem æquè pium propoſitum ac gratiſſimum loci ſitum dummodò priùs ipſi Ettenheimenſes tollerent moleſtas admodùm (vicinos inter hæreticos) rei benè gerendæ remoras multifariàm objiciendas; quod & dicti oppidani quantocyùs præſtare confiſi gratioſum à Reverendiſſimo Ordinario ceu loci (Epiſcopis Argentoratenſibus quovis jure tam ſacro quàm profano pleniſſimè ſubditi (Domino conſenſum gratiosè dandum pronis auribus excipere intentiſſimi ſat magnâ contentione ſtrenuè quidem laborârunt, at fruſtrá ſolùm, licèt conjunctâ ſimul Sereniſſimi Principis Leopoldi Wilhelmi Marchionis Badenſis interventione lividis nimirùm Capucinorum æmulis callidè prævalentibus, quare duas inter diſſidentium iſtorum partes tertius gaudens acceſſit altefatus Princeps Badenſis immenſo flagrans deſiderio immittendi Capucinos Toparchiæ ſuæ (quam ſoluto nuper pignore ab hypothecario Lutherano redemptam hæreticis oppidò refertam vel invitus noverat deſcriptam à Zeillero in Topographiâ Sueviæ fol. 126.) Mahlbergenſi, pro ſaluberrimo ſcilicet religionis orthodoxæ (iſthîc loci firmiſſimè ſtabiliendæ) augmento. Ardentiſſimo igitur ſuæ Serenitatis Zelo minimè repugnandum arbitrati Patres officio Superiores obſequenter aſſensêre; verùm R. P. Fidelis Veldkirchenſis pro tempore Quardianus Marchio-Badenſis ad eosdem memoratos ſui Ordinis Patres nomine ſui Principalis ablegatus cum pleno quidem conſenſu Marchio-Badenam reverſus Sereniſſimum Principem, præter omnem ſpem invenit graviſſimè decumbentem, imò paulò pòſt Anno 1671. menſe Februario cum morte luctantem. Quantum undique tùm toti aulæ, tùm religioſæ Patrum Circariæ ſeu Provinciæ luctum infauſta

mors

Digitized by Google

mors hæc intulerit, hîc non expendendum. Datâ inter omnem luctum occaſione comodâ memoratus P. Quardianus commiſſionem ſuam fideliter expoſuit ei (qui nunc eſt Eminentiſſimus S. R. E. Cardinalis Fürſtenbergius Guilielmus Epiſcopus Argentoratenſis) germano fratri viduæ Leopoldi Wilhelmi Marchionis antedicti noviſſimè (ut diximus) vitâ ſublati, qui Illuſtriſſimus Princeps voluntatem ultimâ demortui realiter adimplendam ritè dijudicans Sereniſſimam Dominam Sororem in hanc ſententiam pariter induxit, eò maximè quòd Sereniſſimus Maritus ter mille florenos legaverit in aliquam Capucinorum fabricam applicandos. Aſſenſerunt etiam Sereniſſimus Princeps Senior Regens Defuncti pater Wilhelmus cum Illuſtriſſimâ Conjuge ſuâ Mariâ Magdalenâ Comitiſſâ Oettingenſi. Rebus itaque proſperè fluentibus Sereniſſima Domina Vidua pro neceſſario aſſenſu faciliùs eliciendo ad germanum fratrem ſuum Franciſcum Egonem Epiſcopum (cujus quâ talis dominium ſpirituale Mahlberga ſuſpicit) Argentoratenſem id temporis Leodii commorantem perſcripſit, & gratioſum ab eo reſponſum, etſi nondùm diffinitivum, obtinuit de dato 27. Martii 1671. Quia verò Reverendiſſimus Dominus Ordinarius pro tunc domo abſens, & in terra (ut diximus) alienâ conſtitutus debitam in pio licet hujuſcemodi negotio deſiderabat informationem, altefata ſæpiùs Sereniſſima Domina Viduâ propoſitum & intentionem ſuam omnimodè promotura Reverendiſſimum itidem Dominum Vicarium Generalem propriis litteris tùm ad iſtum, tùm ad Conſiſtorium Argentoratenſe die 17. Junii Badenæ ſcriptis ſeu convenit ſeu inſtruxit; dùm interim ſcelesta & invida quorundam malevolentia fortiſſimū quamvis animum ita concuſſerat, ut in concepto propoſito notabiliter quaſi nutârit, à dilectiſſimâ tamen Conjuge ſuâ graviſſimis rationibus confirmatus negotium adeò potenter propulit, ut finem intentum feliciſſimè contingeret, ſi quidem per Eminentiſſimum Principem Fridericum Cardinalem ab Haſſiâ propriis ſub dato 29. Aprilis 1671. litteris ad id ſolicitatum, à Clemente Papâ X. Pontificatûs ſui anno tertio ſummam licentiam quantocyùs exequendi propoſitum ſuum obtinuit Romæ ſub annulo Piſcatoris 20. Junii 1672. datam: cui etiam acceſſit facultas tùm à Reverendiſſimo loci Ordinario, tùm etiam ab Admodùm R. P. Generali Ordinis convenienter impertita. Itaque Patres Capucini fabricam exorſi ſunt die 23. Octobris Anno 1672. Reverendiſſimo ac Ampliſſimo Domino Abbate Schutterano conſuetâ celebri ſolemnitate deſignatam aream benedicente ac lapidem fundamentalem in jura reponente, ſtructuram tamen oppidò turbavit, ſeu potiùs retardavit bellum Cæſareo-Gallicum noviter exortum, &, quod pejus eſt, totum clauſtrale hoc ædificium fuit quidem undequaque perfectum & abſolutum, at non niſi ad propriam ruinam ſuam, nam Anno 1675. à Gallo milite violenter expilatum, ac poſt biennium ab eodem hoſtiliter exuſtum in favillam reſedit. Vix Galli traductis hâc æſtate per pontem navalem apud pagum Kappl copiis, totam inferiorem copiam terribiliter nimis inundaverunt, cum PP. Capucini Mahlbergenſes obviàm eis profecti ſummâ animi demiſſione pro incolumitate Monaſterii ſui ſupplicavere: quibus etiam illi pro tunc fictitiè ſaltē annuerunt, nam quod quidē ſpoponderunt, fide non niſi Gallicâ ſervârunt, ſiquidem Capucinis ne quidem præmonitis, dùm mediâ nocte precibus ſeu horis matutinis devotiſſimè juxta morem invigilant, efferi milites totum clauſtrum voraci flammâ ſuccendunt, religioſisſimis Aſcetis tempore & loco fugiendi vix & ne vix quidem conceſſo, paupertinâ inſuper ſupellectile tùm ſacrâ tùm profanâ triſti & amaro corde Vulcano relictâ. Ædificium clauſtrale ſeu Conventus ab Anno 1677. pro poſſe ſaltem reſtaurari inchoatus Anno 1682. poſtliminiò completus fuit & abſolutus: in quo RR. PP. Capucini in reducendis ad veram fidem orthodoxam hæreticis & ad meliorem frugem revocandis Catholicis admodùm laborioſi usque hactenùs ſtrenuè deſudant.

MARCHDORFFENSE

MArchdorffium oppidum (deſcriptum in Topographiâ Sueviæ Zeilleri fol. 126.) Acronianum Epiſcopatui Conſtantienſi plenisſimè ſubditum olim ſeculare quoddam habuiſſe Canonicorum Collegium primariæ ſuæ S. Nicolai Eccleſiæ coadunatum præter conſtantem traditionem apertè liquet ex vetuſto Chronico Pappenheimenſi: cujus Author cap. 60. fol. 75. de illo ſic ſcribit: Jn dem Schweitzerland iſt gar ein alt Geſchlecht geweſen / vor Zeiten genannt die Marſchalck von Oberndorff / wo ſie aber gewißlich geſeſſen ſeint / kan man nit grundlich wiſſen / Marchdorff ein Städtlein gehört dem Biſchoff von Coſtantz zu / hat ein halben Stüfft und Chor-Herren / diſen Stüfft haben erſtlich geſtüfftet die Marſchalck von Marchdoff ſeint eines Edlen alten Geſchlechts geweſen. Jhr Wappen findet man noch / wie oben verzeichnet ꝛc. Accedit etiam Jacobus Manlius, cujus ſaltem temporibus dùm is Anno 1611. ſuum Conſtantienſe Chronicon exaravit, adhuc integrum duravit idem hoc noſtrum inter Præpoſituras & Collegiatas Eccleſias ſeculares diœceſis Conſtantienſis fol. 715. ab eo repoſitum *Collegium in Marchdorff*; quod tamen intereà temporis utcunque tandem omninò defecit, cùm nempe ſupra dicta Marchdorffenſis Eccleſia parochialis tantùm ſit unum ſolummodò habens quæſtorem animarum & Beneficiatos in ſacrum miniſterium ei ſuperadditos quatuor.

❋MARCHDORFFENSE

RAvenſpurgenſi PP. Capucinorum Monaſterio ſub annum 1648. per cives heterodoxos & Suecos (qui etiamnùm id temporis civitatem inſederunt) milites (tanquàm jubente novâ pace Weſtphalicâ Monaſterienſi Monaſteriis Germanicis admodùm infeſtâ) ſacrilegè diſſoluto loci Ordinarius Celſisſimus ac Reverendisſimus S. R. J. Princeps ac Dominus Dominus Franciſcus Joannes Dei & Apoſtolicæ Sedis gratiâ Epiſcopus Conſtantienſis &c. compasſione motus, reſidentiam ſuam Marisburgum, ut & Illuſtrisſimus ac Generoſisſimus Dominus Dominus Hugo S. R. J. Comes de Montfort, Dominus in Tetnang & Langenargen &c. Tetnangâ oppidum ſuum fugatis Patribus obtulerunt pro novâ manſione juxta libitum ſtabiliendâ. Inſtitit eâ de causâ & religioſos Patres Provinciæ Primores convenit altefatus Dominus Ordinarius, inſtitit & Illuſtrisſimus Dominus Comes, qui poſterior uti dignitate, ſic & fuit impetrandi facultate; electus tamen medius aliquis placuit terminus & Marchdorffium oppidum epiſcopale medium inter Marisburgum & Tetnangam cœnobio ſtruendo deputatum, ex quo nimirùm uterque locus ille facilem nanciſceretur ſuccurſum. Ne verò Reverendisſimus Dominus Ordinarius Marchdorffenſibus ſuis PP. Capucinis quaſi violenter obtrudere videretur, ultroneùm eorum conſenſum omnimodè requiſivit: qui à conſentiendo ad precandum verſi pro memoratis Patribus quantocyùs indulgendis humillimè ſimul ac inſtantisſimè rogaverunt die 12. Martii Anno 1652. Conventu proin Marchdorffii recèns erigendo, tum apud Reverendisſimum Dominum fundi. Tùm apud RR. PP. Comprovinciales ritè concluſo conſultatum eſt de ſede Monaſterii. Complacuit autem & delecta fuit Eccleſia uno teli jactu ab urbe diſtans miraculosâ Deiparæ Virginis divinum infantem inter ulnas tenentis ſtatuâ percelebris & continuo accolarum beneficia ſuperna implorantium accurſu frequentata. Suberat ſodalitio in honorem Immaculatæ Conceptionis B. V. Mariæ fundato tam celebri tamque famoſo, ut non ſolùm Epiſcopi, Choreepiſcopi, Abbates, integra Canonicorum Collegia & Monaſteria, Principes ſeculares, Comites, Barones, Nobiles, totæ Urbes & Communitates ex Bohemiâ, Sileſia, Bavaria, Brisgoviâ, Belgio, Moraviâ, Styriâ, Sabaudiâ, Burgundiâ, Carinthiâ, Sundgoviâ, Alſatiâ, Sueviâ, Wirtenbergiâ, Helvetiâ &c. &c. ſua nomina inſeruerint, fama tamen ejus magis incleſcit ex totâ benignitate, quâ Patribus Capucinis eandem Eccleſiam cum prodigiosâ Deiparæ ſtatuâ ſupradictâ ac minori campanâ ceſſit & conceſſit ornamentis & ſacris vaſibus mage pretioſis religioſæ Patrum pauper-

paupertati haud benè congruis, præpinguibus item Beneficiatorum Clericorum redditibus ac fundationibus ad templum parochiale translatis. Turris & Campanile de ſpeciali Epiſcopi licentiâ mox dirutâ lapides erigendo Conventui ſubminiſtrârunt. Chorus & Sacriſtiæ locus ad regularem normam Sacti Seraphici Ordinis reformati ſunt. Conventum undequaque perfectum & abſolutum Reverendiſſimus Dominus Dominus Ordinarius nominatus ſuprà ſolemni benedictione ſacravit undecimo Calendas Auguſti die feſto S. Mariæ Magdalenæ ſacro. In hâc ergò Eccleſiâ propè Marchdorffium ſeu pagum limitaneum RR. PP. Capucini divino cultui magis & magis ampliando, nec non animarum ſaluti ſtrenuè promovendæ nullos limites ponunt.

❋MARCHDORFFENSE

Cœnobium fœmininum apud Marchdorffenſes à Tertiariis ſororibus Franciſcanis inhabitatum ſurrexit ſeu prodiit ex alio quodam parthenio itidem domicilio Berckeimenſe dicto, ſeu quod in Berckheimb villâ Marchdorffio proximâ templo parochiali Divæ Virgini Deiparæ dicato contiguum de tempore & authore primæ fundationis nondùm nobis revelatum ſub viſitatione RR. PP. Conventualium floruit usq; ad annum 1634. quem Parthenon iſte ſibi fatalem habuit pro tunc à Sueco milite crudeliſſimè direptus & exuſtus. Verùm Anno 1655. dùm clauſtrales ædes in Berckeimb denuò fuerunt reſtitutæ & ex aduſtis ruderibus ſuis in integrum ſuſcitatæ religioſæ ſorores à priori direptione hoſtili ſuperſtites etſi ſolùm numero tres intra breve tempus cœperunt multiplicari ad duodenarium usque cumulatæ; quæ eædem ipſæ poſtmodùm Anno 1687. Inſtituto & habitu Conventualium omnimodè dimiſſo ſuſceperunt & unanimiter amplexatæ ſunt Reformationem à Tertiariis Franciſcanis aſſumptam, atque in id ſpecialiter evocârunt novam coloniam è Brigantino S. Annæ contubernio datam: ex quo tempore ſacram juriſdictionem in Berckhaimbenſe ſodalitium hoc uſurpandam memorati Patres Conventuales ultrò ceſſerunt loci Ordinario depoſthâc exercendam: quam tamen inde ſibi vendicavit ſedis Apoſtolicæ nuntius apud Lucernates in Helvetiâ de more reſidere ſolitus: qui in quæſtorem animarum ac Patrem ſpiritualem Monialibus iſtis Tertiariis ſubſtituit jam ſuprà laudatum Admodùm Reverendum P. Franciſcum Joſephum Capucinum, & pro tempore Quardianum Marchdorffenſem: cujus pervigili curâ Venerabile contubernium hoc apprimè reformatum indies nova incrementa capit, idem nuper Anno 1689. ſuo loco motum & de meliori conſilio in ipſum Marchdorffenſe oppidum plenariè receptum: ubi præter clauſtrales manſiones novo etiam (in quo jam horarias preces canonicas æquè diurnas ac nocturnas exactiſſimè perſolvunt loci Moniales numero ſeptendecim) Choro finaliter abſoluto novum etiam apparant templum Deiparæ Virginis Sponſæ S. Joſepho ſacrum, atque ſic Tertiariæ ſorores iſtæ omninò formatum (uti vocamus) inſtruunt Monaſterium.

❋MARCHTHALENSE

SEu Martalenſe (Imperiale) *Cœnobium Ordinis Præmonſtratenſis ad dexteram Danubii è Sueviâ deſcendentis inter Riedlingam & Ehingam præclara Auſtriacæ Domûs oppida in firmiſſimâ rupe ſitum ac magnificis ædificiis conſpicuum ex Canonicorum Collegio* (jam olim ab Hermanno Patre & altero Hermanno filio Ducibus Sueviæ ſub annum 1000. & 1006. inclytis fundato) *in Monaſterium converſum, & quaſi de novo fundatum & dotatum eſt in honore Principis Apoſtolorum Petri ac Pauli anno Domini 1171. ab Hugone tertio Palatino Comite Tubingenſi ejusque conjuge Eliſabethâ Rudolphi Brigantini Comitis filiâ. In eo celebris eſt ſepultura Nobilium Regulorum de Lapide, ut Inſignia eorum triginta ſex tabulis appicta teſtantur. Eſt & peculiare ſacellum, in quo Nobiles viri de Hoheneck ſuum habent reconditorium.* Hæc Bruſchius de Monaſt. German. cent. 1. fol. m. 82. Eſt autem

 præcla-

præclariſſimum ac ſanè per omnia florentiſſimum hoc noſtris temporibus Marchthalenſe Cœnobiũ diœceſis Conſtantienſis, & habetur à Zeillero in Topographiâ Sueviæ fol. 126. ſecundùm gratiſſimam ſituationem ſuam, à Continuatore verò Bollandiano tom. 2. Aprilis die 17. ejusdem menſis fol. 502. ſecundùm feliciſſimum ortum & progreſſum ſuum uberiùs deſcriptum prout ſequitur: *Marchthalenſe Monaſterium circa annum Domini milleſimum Duces quidam Sueviæ vicinum montem (cujus adhuc in hodiernum usque diem viſuntur reliquiæ & rudera caſtri cujusdam nunc Altenburg dicti, quod monti impoſitum jactu lapidis ſupra profundam vallem, Occidentem versùs à mœnibus Cœnobii diſtat, eorundem Ducum Sueviæ proprium) Altenburg incolentes fundatum vel reſtitutum ſeptem Canonicis ſecularibus ſub Præpoſito viventibus tradiderunt. Sed cùm ſucceſſu temporis ſeptem Præbendæ pro totidem Canonicis fundatæ, in hominum etiam ſecularium manus deveniſſent, quod Canonici pinguiores boves macilentis præferentes, ipſique de Cathedralium proventibus largiùs viventes, conſanguineos ex Marchthalenſibus alerent, factum, ut ſucceſſu temporis cultus divinus eò loci planè jaceret. Dolebat hoc plurimùm nobiliſſima fœmina Eliſabetha filiæ Rudolphi præpotentis Comitis de Brigantiâ (aliis ex ſorore Welfonis Ducis prognata ac Friderici Barbaroſſæ conſanguineæ ſimul etiam ex ſtirpe Henrici Ducis Noricorum aliorumque Principum deducta.) Hæc quòd Hugoni potentiſſimo Comiti Palatino de Tuwingen nupſiſſet, ad quem hæreditate Marchtallum, & cum eo aliquot ex prædictis præbendis devenerant, aſſiduis maritum precibus pulſabat, ut locum divino cultui conſecratum, ſed qui multo tempore jam negligeretur aliquibus viris religioſis conferret; qui ibidem in laudibus divinis aſſidui diſperſa congregarent, & congregata conſervarent. Hujus petitioni Hugo benignus tandem annuens, conſideransque quòd Ordo Præmonſtratenſis in brevi multùm coram Deo & hominibus profeciſſet, Eccleſiam prædictam cum quibusdam poſſesſionibus obtulit Rothenſi Eccleſiæ, petens ut Ordinem inibi propagarent, etiam hoc à ſe gratitudine, quam Deo debebat ob victoriam contra hoſtes obtentam exigente; uti profeſſus eſt litteris tam privatis quàm publicis in hunc ſenſum datis.*: Prædilectis ſibi in Chriſto Fratribus Ottenoni Præpoſito & Conventui Monaſterii Rothenſis Hugo Comes Palatinus de Tuwingen ſalutem & ad ſua beneplacita anhelare. Cùm nos auxilio divinæ gratiæ de hoſtibus noſtris, qui nos & terram noſtram obſidione vallaverant, militari victoriam reportaverimus peroptatam, ut per litteras noſtras vobis inclinaverimus noſtri deſiderii voluntatem, quòd ad laudem & honorem nominis ejus, qui nos de inimicis noſtris conceſſit triumphare de gremio veſtri Monaſterii viris utique in religione famoſis & virtutum ſectatoribus vellemus Deo concedente Monaſterium in Ordine Præmonſtratenſi conſtruere & fundare; vosque ad Operis hujus conſumationem promptos invenerimus & paratos; ita tamen, quòd Conventui locato in locũ Marchtallenſem, qui nobis, jure & titulo proprietatis à noſtris genitoribus obvenit; in quo Monaſterium collapſum & vacans erat; & in quo Monaſterium de novo fundare intendimus & conſtruere, redditus competentes & libertates ipſi loco & Ordini neceſſarios conferremus, & quòd ad majorem ipſius Monaſterii gloriam & profectum, omni juri noſtro, quovis nomine nuncupato renuntiaremus. Nos conſiderantes veſtrum deſiderium fore conſonum rationi & quòd Fratres Eberhardus Præpoſitus, quem noſtræ novellæ plantationi in paſtorem præfeciſtis cum addito ſibi religioſorum contubernio Clericorum de veſtrâ congregatione aſſumptorum dulci famâ bonæ vitæ ac diſcretionis eximiæ, terreſtribus ſe quaſi Angelus repræſentat; ad honorem S. Petri Apoſtolorum Principis Monaſterii Marchthallenſis præfecti Patronis Eccleſiam in Bisningen cum omni jure in dotem ipſius Monaſterii deſignamus & deſignavimus ſpecialem, Eccleſiam quoque parochialem in ipsâ villâ Marchtell cum Eccleſiâ in Wachingen & ambra cum omni jure, quod nobis competit & competere videbatur cum dote univerſali earundem Eccleſiarum piſcationem quoque in fluvio Danubii ipſum Monaſterium præterfluentis à Nuinburch usq; Hohenwarch, & alia, quæ privilegium fundationis ſpecialiter continet, in quotidianos uſus & expenſas Deo militantibus in prædicto Monaſterio donavimus & donamus, renuntiantes pro nobis &

bis & pro noſtris hæredibus univerſis, omni juri & exactioni, omni repetitioni & exceptioni, omnique advocatiæ & temporalis commodi obſequio, quod nobis in Monaſterio præfato, ac in omnibus prænominatis competit, competiit & competere videbatur, proteſtantes nos purè ſimpliciter & præcisè ad honorem Dei & reverentiam S. Petri iſta omnia reſignâſſe, omnique juri noſtro liberaliter renuntiâſſe, nomen Fundatoris ſolummodò reſervando. Inſuper ſi quis de noſtris Miniſterialibus hominibusvè plebeis Monaſterio Marchtallenſi ſæpedicto ſponte aliquid vel pretio accepto voluerit conferre ac donare in remiſſionem ſuorum peccatorum, vel pro commutatione meliori: noſtræ licentiæ ac auctoritatis plenitudinem ſibi collatam noverit per præſentes. Datum & actum in Luſtenowe anno Domini milleſimo centeſimo ſeptuageſimo primo, ſeptimo Idus Julii Indictione decimâ quartâ. Et hæc ut permaneant firmiora, præſentem Chartulam exinde conſcribi fecimus, & noſtri ſigilli robore communiri: *In Nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis &c. Notum eſſe cupimus omnibus tam præſentibus quàm futuris, qualiter ego Hugo Comes Palatinus de Tubingen cum dilectâ conjuge meâ Eliſabethâ & filiis noſtris, pro remedio animarum noſtrarum ſucceſſorum & parentum noſtrorum Eccleſiam in Marchtall cum omnibus ad ipſam pertinentibus videlicet Hubis, decimis, curtilibus, ædificiis, mancipiis utriusque ſexûs terris cultis & incultis, pratis, paſcuis, ſilvis, aquis, aquarum decurſibus, molendinis, viis & inviis exitibus & redditibus, rebusque quæſitis & acquirendis, nec non & Eccleſiis quatuor, unâ in ipsâ villâ Marchtall parochiali, ſecundâ in villâ Bisringen cum omnibus ad ipſam pertinentibus, tertiâ in villâ Wachingen cum omnibus ad ipſam ritè pertinentibus, quartâ quoque in villâ Ambra cum omnibus ſuis decimationibus & aliis ad ipſam ſpectantibus, Præbendam quoque quinquaginta marcis comparatam, Deo & Sanctæ ejus Genitrici Mariæ & præcipuè B. Petro Apoſtolorum Principi & aliis Sanctis, quorum ibi reliquiæ continentur, & Patribus inibi Domino ſub regulâ Beati Auguſtini in Ordine Præmonſtratenſi militantibus perenniter in proprium donamus. Prædium quoque in Schalſtetten, villulam etiam in Bettenkofenck præſentibus confirmamus & donamus adjicientes, quòd omnia ſuperiùs ſcripta & nominata liberaliter prædicto Monaſterio elargimur, nullum nobis aut noſtris hæredibus dominium vel jus & nomen advocatiæ aliqualiter reſervantes, ſed quidquid dominii vel juris nobis in his prætactis competit vel competere videbatur, purè propter Deum reſignamus ac præſenti Inſtrumento renuntiâſſe omnimodè profitemur. Acta ſunt hæc in Tubingen anno Incarnationis Dominicæ milleſimo centeſimo ſeptuageſimo primo, Indictione decimâ quartâ Alexandro Papâ tertio Romanam Eccleſiam fideliter gubernante, regnante glorioſiſſimo Imperatore Friderico, Othone Epiſcopo Conſtantienſem ſedem regente, præſentibus noſtro ſigillo æternaliter roboratis.*

Primus itaque Prælatus D. Eberhardus inſtitutus ibidem dignoſcitur de nobili progenie Wolfeggi exortus. Hic multis divitiis in ſeculo relictis, quippè Archidiaconus fuerat potens & dives Rothenſibus jam multis annis erat tam habitu quàm converſatione aſſociatus: qui pii Patris Ottenonis exempla ſecutus per omnia laudabilem vitam gerebat obedientiâ, charitate, humilitate ac cæteris virtutibus præfulgens; unde multorum precibus ac maximè obedientiâ bonæ memoriæ Ottenonis, cùm non ſolicitè praeeſſe, ſed etiam prodeſſe potuiſſet, convictus, primus, ut dictum eſt Marchtallenſem Eccleſiam regendam ſuſcepit unà cum duodecim perſonis Clericis & Laicis converſis. Easdem ingreſſus poſſeſſiones præmiſſas liberè poſſedit, Eccleſiæ noſtræ benè præfuit; unde & fundatoris gratiam largè promeruit, ita ut alias quoque litteras eidem ejusdemque Conventui traderet. Anno autem Domini milleſimo centeſimo ſeptuageſimo nono graviſſimâ infirmitate correptus cum omni integritate ſenſus plenus Spiritu Sancto decimo quinto Calendas Maji quievit in Domino, nec enim, ut ait S. Auguſtinus, poterat malè mori, qui tam benè vixerat, ſepultusque eſt in porticu in quodam ſarcophago pro temporis ac loci opportunitate. Cæterùm ſexannio elapſo, cùm beatæ memoriæ Eberhardi ſucceſſor Udalricus quarto Calendas Martii pariter deceſſiſſet, & in eodem cum anteceſſore ſarcophago à fratribus recludi vellet aperto ſarcophago inventum fuit corpus beatæ memoriæ Eberhardi ſuavi odore repletum, manus inſuper ejus dextera, cum quâ verus Chriſti ſacerdos corpus Dominicum conficere & plebi ſibi ſubjectæ benedicere

dicere ſolebat, tribus prioribus digitis ſurſùm elevatis, poſterioribus in volam reductis apparuit tanquàm adſtantibus filiis, hoc quoque miraculo attonitis paternâ benedictione dolorem amiſſi Patris leniret.

Porrò corpus hujus Sancti Patris (quem Hugo fundator Monaſterii cœleſtem Angelum vocare non dubitavit, & ſuper morte dulciſſimi Patris mæſtiſſimos filios ſecuriſſimos eſſe, conſolationem debitam reſumere, & in bonorum omnium retributione confidere juſſit, certus pro vitâ religioſâ, quam in hoc ſeculo geſſiſſet dilectus exiſtens Deo & hominibus coronam immarceſſibilem) translatum fuit è porticu in Oratorium S. Joannis Baptiſtæ anno Domini milleſimo ducenteſimo quarto Idibus Aprilis præſentibus admodùm RR. DD. Ampliſſimis Præſulibus Zwifaltenſi Abbate Hermanno, Rothenſi, Augienſi Roggenburgenſi Præpoſitis ac fratribus Clericis cum Decano ſuo aliiſque multis tùm ex Clero, tùm Laicis. Hæc loc. cit.

Demùm noviſſimis temporibus noſtris Imperiale hoc celeberrimum Præmonſtratenſium Canonicorum Aſceterium inſigniter admodùm condecoravit, locupletavit ac illuſtravit pluribus titulis ſtrenuè promeritus, ſed vel maximè non tam vaſtiſſimæ quàm ſplendidiſſimè quaſi regalis Baſilicæ Marchtallenſis author, digniſſimus in diebus ſuis Abbas illius & Cœnobiarcha honoratiſſimus Reverendisſimus ac Amplisſimus Dominus, Dominus Nicolaus: cujus uberrimas laudes poſt funera publico ſermone texuit, ac in die depoſitionis triceſimo publicè declamavit typiſque publicis evulgavit Admodùm Reverendus, Nobilis ac Clarisſimus Dominus Joannes Joſephus Oeler SS. Theologiæ Doctor Parochus Puſſienſis & ruralis Capituli Saulgenſis Camerarius, qui Piis Manibus Defuncti ad finem concionis funebris tale (juſtiſſimum vitæ, laudis ac meritorum compendium) ſuperaddidit

EPITAPHIUM

Sta VIator & en hVIVs breVIs VItæ
SynopsIs eXponItVr
angVſto ſepVLCro legItVr
MagnVs nICoLaVs
hVIVs In eCCLesIâ LaVs
NICOLAVS
Sacri Cand. Canonici Ord. Præmonſtratenſis
Monaſterii Marchtallenſis
ABBAS XV
Per Sueviam, Alſatiam & Gryſoniam
Generalis Vicarius
Circulo Suevico RRmorum DDnor. S.R.J.
Prælatorum
Director
Heu Crudele Fatum!
Stravit VNO ictu, VNO in homine
TRIVIRVM
Jacturâ unicordium triplici
Eccleſiæ, Provinciæ, Reipublicæ
Vox Vna Vox Trium luget
Patrem
Talem, Amore, Ore, Re
Poſt Mortem, hæc ECHO vitæ
DEO Studioſus & CÆSARI, expendit
SVA, SE
Magnificos, pro Templis auri ſumptus
fecit
AVREVS SACERDOS
Pecuniæ *Arcam* habuit *Aram*
In corde, cultu, gentilitiis
JESVM, MARIAM, JOSEPHVM
In hos ſperans, ſpirans & expirans
Biennali ſub ægritudine ſemper Valens
PVBLICIS
Obiit Dives Meritis Anno 1691. die 3.
Septemb.
Abbatiæ 30. Ætatis 57.
Hujus, ubi Theſaurus, ibi Cor
IN SANCTVARIO
Ex ære perennaturum Honoris monumentum
Non candido duntaxat calculo
aut niveo (ut ajunt) Lapillo
Sed Integro albo notetur Ordine.

MARCHTHALENSE.

Fuit etiam alterum ejuſdem nominis ac profeſſionis, non item ejuſdem ſexûs clauſtrale domicilium antedicto virorum aſceterio (antiquo more Canonicis Præmonſtratenſibus uſitato) conjunctum; quamvis idem poſt annos denuò ſuppreſſum & penitùs extinctum, prout refert Bruſchius loco antè citato in hæc verba: *Sub eodem* (Conrado 14. religioſo antiſtite Marchthalenſi ſui regiminis anno ſexto, gratiæ verò 1274. terris defuncto) *abrogatum eſt bono & pio omnium fratrum conſilio Monaſterium ſororum ſub Prioriſſâ viventium, quod eidem*

videm Marchthalenſi Monaſterio conjunctum erat, idque factum legitur Anno Domini 1273. juxta hujus Epiſtolæ tenorem in quâ facti hujus ratio redditur : Anno Verbi Incarnati milleſimo ducenteſimo ſeptuageſimo tertio, Dominicâ, quâ cantatur Judica me Deus &c. Nos Conradus Præpoſitus de Martello cum univerſo Conventu Canonicorum noſtrorum attendentes, quòd mulierum nequitia ſuperet omnes nequitias, quæ ſunt in mundo, & quòd non eſt ira ſuper iram mulieris, quodque venena aſpidum & draconum ſanabiliora ſint homini & mitiora, quàm familiaritas mulierum: decrevimus pari conſenſu & communi conſilio ſaluti tam animarum quàm corporum, & etiam rerum in poſterum providere volentes, ut aliquas de cœtero ſorores ad augmentum noſtræ perditionis nullatenùs recipiamus, ſed eas quaſi venenata animalia recipere devitemus. Ut autem hæc firmitatis robur obtineant inconvulſum, Ego Conradus prædictæ Eccleſiæ Prælatus tradidi fidem meam ſanioribus & ſenioribus nomine juramenti, ut intra ſpatium quinquaginta annorum nullam ſororum recipiam vel recipi patiar. Cœterorum verò Canonicorum juramenta recepi, ut nullus ipſorum aliquam ſororem recipiat infra terminum quinquaginta annorum vel recipi patiatur: poſt hunc terminum elapſum quid ſucceſſoribus noſtris complaceat, arbitrio eorum relinquimus. Conſulimus autem, ut & ipſi Prædeceſſorum veſtigia ob commodum & ſalutem ſuam in his imitentur. *Utinam fiat!*

❋MARGRETHUSANUM.

Plentiſſimum Inſtituti Franciſcani contubernium religioſarum Sororum tertiam S. Seraphici Patris regulam profitentium diœceſis Conſtantienſis in rurali Decanatu ſeu Capitulo (prout vocatur) Ebingenſi propè Rottwilam Urbem Imperialem ab Anno 1335. inter proſpera & adverſa usque modò feliciſſimè ſervatum, atque idem cœleſti (quod jam pridem accepit) oraculo etiam poſt potiſſima patriæ hujus Collegia ſacra vel jam diſſipata, vel olim utcunque tandem emoritura ampliùs ſervandum prætacto anno cœpit & exurrexit Authore Nobili quodam Dynaſtâ Conrado ab Alten-Dierzberg cum conjuge Adelhaide & Annâ genitrice opem ſuam ex toto liberaliſſimè conferentibus. Vennrunt etiam in partem dotationis Illuſtris Dominus Fridericus Comes Zolleranus, Item Anna de Bernhauſen, Helena de Dierberg, & alii plures. Primis primæ fundationis ſuæ temporibus venerabile hoſpitium iſtud quaternas ſolùm excepit domicellas, verùm hodie altero tanto multiplicatas: quibus antehâc ſub Eccleſiaſticâ poteſtate Ordinarii detentis, ammodò jura dictat ſolus & unicus Viſitator Ordinis Franciſcani RR. PP. Conventualium Miniſter provincialis: de cujus ſpeciali favore partheniis clauſtralibus ſororibus iſtis datur Capellanus (qui & ſimul Confeſſarium agit) aliquis itidem religioſâ profeſſione ſuâ Franciſcanus, idem in proprio (quod religioſo domicilio propiùs adjunctum perſtat) ſacello quotidiè ſacrificare ſolitus.

❋MARIA MAYA

TAliter intitulatum, idemque à Cruſio alicubi Monaſterium *Mamingenſe* dictum Fratrum Ordinis Minorum S. Franciſci, qui Conventuales appellantur, Auguſtanæ diœceſis aſceterium in inferiori Sueviâ imperiali Nördlingenſium civitati propiùs adſitum; quod olim anno non notato ab antiquis Illuſtriſſimis Comitibus Oettingenſibus pro perſonis Religioſis Ordinem & Inſtitutum S. Birgittæ profeſſis apparatum ac fundatum feliciſſimè conſtitit usque ad triſtia & infauſta ſatis avitæ religionis totâ Sueviâ noſtrâ paſſim immutatæ tempora: quibus longiuſculè durantibus in hoc etiam Birgittano Cœnobio ſtatus religioſus utcunque defecit, poſterioribus annis verò demùm reſtitutus eſt, & de ſingulari diſpoſitione ac benevolentiâ Comitum (in quorum ditione ſacer

locus

locus iſte conſiſtit) Oettingenſium antedictorum memoratis Terapeutis Franciſcanis ceſſit, qui ſacrum Ordinem ſuum iſthic loci ſanctè cuſtodiunt & integerrimè ſervant.

Fortunatus Hueber in ſuo Chronico Franciſcano-Germanico ſpecialem de Mamingenſi Monaſterio hoc mentionem faciens fol. 887. ponit ſequentia: Nachdem die Conventualen in Ober-Teutſchland von denen Obſervanten (durante Pontificatu Leonis X.) ſeind abgeſöndert worden / und die Luteriſche Ketzerey völlig überhand genommen; haben ſelbige Conventual-Vätter einzige 17. Clöſter biß auf heutigen Tag in ihrer Ober-Teutſchen Provintz behauptet. Als nemblich 1. Breyſach. 2. Coſtantz. 3. Freyburg in Nuchtland. 4. Gmünd in Schwaben. 5. Hagenau. 6. Haydenheimb. 7. Lucern. 8. Offenburg. 9. Regenſpurg. 10. Sarburg. 11. Solothurn. 12. Speyr. 13. Tann. 14. Uberlingen 15. Villingen. 16. Würtzburg. 17. Worms. Alle andere Clöſter haben ſie entweders freywillig verlaſſen/oder ſeind denen Irrglaubigen mit Gewalt eingeraumbt worden. Und weiß man von keinem neuen Orth / welches ſie unter ſolcher Zeit hätten angetretten / als von einem alten verlaſſnen Birgittiner Cloſter Maria Meingen im Rieß genannt/ ſo ihnen zur beſtändigen Wohnung iſt eingeraumbt worden.

MARPACENSE

MArpachium oppidum Nicro (ubi is Muram recipit) flumini contiguum diœceſis Spirenſis, politicæ tamen jurisdictionis Wirtenbergenſis ampliùs deſcriptum à Zeillero in Topographiâ Sueviæ fol. 127. dùm adhuc ſuperiori durante ſeculo ab omni peſtiferâ hæreſum lue ſalvum fuit & innoxium, cujuscunque demùm Ordinis nondùm per nos inquiſiti parthenium aliquod habuit contubernium; quod ipſum decurrente ſuperiori ſeculo ſub annum ſcilicet 1551. ſecundùm religioſam qualitatem ſeu conditionem ſuam ſacrilegâ metamorphoſi perverſum tranſivit in Scholam Latino-Lutheranam qualiter, apertè conſtat ex Documentis Monaſt. Wirtenberg. Virg. fol. 119. ubi ſic legitur: Den 13. Auguſt (prætacto Anno 1551.) iſt von Herren Hertzog Chriſtoph ratificirt worden / was zuvor von weyland Herren Hertzogen Ulrichen wegen des Beginen Haus zu Marpach mit Burgermeiſter / Gericht und Rath daſelbſten gehandlet worden. Indeme ſie Burgermeiſter ꝛc. ꝛc. die noch anweſende Schweſteren umb bemeldte Behauſung mit Leibgedingen zu unterhalten/und ſolche Behauſung zu einem Spital zuzurichten angenommen. So aber anietzo zur Lateiniſchen Schul gebraucht worden.

MAULBRUNNENSE

SEu Maulbrunnum *Monaſterium Ciſterctenſis Ordinis magnificum ac præpotens in Ducatu Wirtenbergenſi, penè medio itinere inter Phorzenbeymium Marchionum Badenſium & Brettam Palatinorum civitates in maximè fertili ſolo ſitum, & à proximo fonte ſic nominatum Fundatũ eſt 18. Calendarum Aprilis A. 1138. à Reverendisſimo in Chriſto Patre ac Domino, Domino Gunthero Comite Lyningenſi & Epiſcopo Spirenſi. Contulit verò ad ejusdem Cœnobii exædificationem & fundationem nonnihil etiam nobilis vir Dominus Waltherus de Lammersheim, prædium videlicet Eckenwier in quo cœptum eſt initio Cœnobium fundari, ſed ob loci anguſtiam aquarum defectum alibi poſteà inchoatum & conſtructum. Iſte Nobilis Baro Waltherus relicto ſeculo & habitu monaſtico aſſumpto manſit in Monaſterio ſub obedientiâ vivens ad dies vitæ ſuæ ſepultus in medio Eccleſiæ Choro videlicet Converſorum. Guntherus autem Spirenſis Epiſcopus verum fidumque ſe fundatorem & patronum exhibuit: conſentiente enim Capitulo majoris Eccleſiæ Spirenſis villas & curtes Monaſterio donavit auxilium & conſilium præſtans, ut novella plantatio ad Dei ſervitium dietim poſſet adoleſcere. Et ille idem Reverendisſimus Præſul ſicut in vitâ dilexit & fovit Monaſterium, ita & poſt mortem etiam voluit in eo ſepeliri. Sepultus*

pultus eſt verò in Choro Baſilicæ Maulbrunnenſis: cujus Epitaphion lapidi inciſum tale eſt.

Præſul Guntherus pater eſt fudaminis hujus.

Anniverſarius ejus dies ſingulis annis ab Abbate & Conventu ſolemniter celebratur decimo ſeptimo Calendas Septembris. Ad latus ejus, etiam in Choro ſepultus eſt Reverendisſimus Dominus Ulricus Epiſcopus Spirenſis cum tali Epitaphio.

Ulricus poſitus Spirenſis Epiſcopus hîc eſt.

Et paulò pòſt. *Dietherus primus Abbas Maulbrunnenſis aſſumptus eſt cum primo Conventu de novi caſtri propè Hagenoam ſito Monaſterio, ſub ejus gubernatione dedicavit Baſilicam Mulbrunnenſem Arnoldus Archiepiſcopus Trevirenſis tunc temporis legatus Pontificius. Hujus dedicationis feſtum celebratur pridie Nonarum Maji.* Item infra. *Bertholdus de Roſſwangen è villâ Monaſterii & Monaſterio proximâ (ex quâ ortum duxerat) nominatus legitur ſub ſuâ gubernatione centum habuiſſe Monachos profeſſos. Sub hoc ipſo Abbate Monaſterium de Paris in pede montis Vogeſi ſitum ex negligentiâ Abbatum ac nobilium quorundam Monachorum collapſum, ac ferè ad ſolum & extremam inopiam deductum Monaſterio Mulbrunnenſi per Pont. Max. Pium ſecundum incorporatum & ſuppreſſâ Abbatiali dignitate in Prioratum conſtituitur. Quandoquidem anno Domini 1453. omnibus bonis vel impignoratis vel alioquì miſerè diſtractis, & in manibus Creditorum detentis in univerſum perierat. Mandavit igitur Pontifex, ut per hunc Abbatem ad Ordinis obſervantiam revocaretur: qui miſſis illuc fratribus de Mulbrunn Ordinem reſtituit, impignorata redemit debita (quorum magnus erat numerus) ſolvit &c. Item: Nec iſtud ſilentio prætereundum cenſui, quòd ex hoc Mulbrunnenſi Monaſterio olim primi & Abbates & Conventus aſſumpti & exciti ſunt ad extruenda & plantanda potentisſima duo Cœnobia in Oſtrofrancis, Specioſam ſcilicet vallem propè Meckmühl & Brunbacum propè Wertheimium ſita. Et quandoquidem ſemper in Mulbrunnenſi hoc Cœnobio viguit regularis obſervantia Ordinisque inſtitutio, ac perſonarum regularium multitudo: ſæpe ex eo ad diverſa hujus Ordinis Monaſteria poſtulati & miſſi ſunt Abbates, Marquardus videlicet ad Monaſterium Schonau propè Heidelbergam ſitum ad petitionem Comitum Palatinorum Rheni: Dominus Conradus verò de Binigkhen Oeconomus ad Ottenburgenſem Ciſtercienſis Inſtituti Abbatiam gubernandam, quæ propè Kayſerslautteren civitatem Palatinatûs ſita eſt. Sic D. Godefridus etiam Oeconomus vel Burſarius ad Imperatoris Friderici tertii petitionem Abbas Monaſterii Novæ Civitatis in Auſtriâ volentibus etiam Conventu & viſitatore ejus loci poſtulatus, aſſumptus, & deſignatus eſt.* Hæc Bruſchius de Monaſt. German. cent. 1. fol. 91. & ſeq.

Anno 1148. Litteræ fundationis Cœnobii hujus Maulbrunnenſis à Gunthero antedicto ex Comitibus de Leiningen Spirenſi Epiſcopo (juxta computum Bruſchii de Epiſc. German. cap. 6.) triceſimo nono datæ & expeditæ ſic ſonant: *In Nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis ego Guntherus Dei gratiâ Sanctæ Spirenſis Eccleſiæ Epiſcopus omnibus tam futuri quàm præſentis ſeculi fidelibus notum fieri deſidero, quod Domnus Waltherus de Lomersheim vir Nobilis ac ex antiquâ proſapiâ in utrâq; parentum lineâ liber, & dùm ſeculo militaret moribus compoſitus, ac in armis ſatis ſtrenuus, hic inquam Spiritu Sancto inſpiratus ſe ſuaque Deo mancipare devovit. Quapropter ſanctum ſuum propoſitum effectui mancipare fervens ab Abbate novi caſtri Udalrico multis ſupplicationum lachrymis Dietherum Abbatem cum duodecim Monachis ac paucis converſis ad conſtruendam Ciſtercienſis Ordinis Abbatiam in patrimonio ſuo vix obtinuit, eosque in hunc modum ſibi conceſſos in Ekkenwilere collocavit, illicque propoſitum ſuum, prout diu æſtuabat explere poſſe ſperavit. Sed cùm multa, quæ clauſtrali diſpoſitioni ſunt neceſſaria, illinc deficere perpenderet, nos cum prædicto Abbate Diethero gratiâ conſulendi auxiliumq; querendi ſupplex adiit, & ut locum & Conventum intuitu Dei viſitaremus, tandem exorando obtinuit. Nos itaq; ſanctum ac religioſum Conventum, prout exorati fuimus, gratiâ viſitandi adeuntes, locum omni clauſtrali diſpoſitioni inutilem & penitùs ineptum perpendimus, & idcircò miniſterium & Eccleſiam noſtram honeſtare cupientes prædictum Abbatem Dietherum in fundum noſtræ Eccleſiæ ſcilicet Maulenbrunnen, locum tunc quidem penitùs incultum, ac omnibus tranſeuntibus præ inſidiis latronum periculoſum, tranſtulimus. Siquidem*

quidem ſeptem manſos illic ſitos & ad Eccleſiam noſtram pertinentes, ſed à prædeceſſoribus noſtris hominii occaſione alienatos, pecunia à Domino Wernhardo de Ihaune, & à quibusdam aliis hominii vinculis pro eisdem manſis ſibi obligatis recuperavi, eosque prædicto Conventui conſenſu totius noſtræ Eccleſiæ perpetualiter poſſidendos donavi. Hunc etiam fundum Deo ejusque Genitrici à nobis dicatum Domina Ita, ſoror prædicti Waltheri, tribus manſis & dimidio ibidem ſitis pro piâ ſui ſuorumque parentum defunctorum memoriâ adauxit. His etiam Domina Bertha de Cruningen cum filiis ſuis Walthero, Conrado Ruggero duos manſos prædictis conterminos pro remedio animæ ſuæ ſuorumque parentum defunctorum devotè addidit. Præterea Domnus Wernherus de Roſſewag, qui per omnia prædictis Chriſti pauperibus diligentisſimè conſilio & auxilio profuit, manſum unum ſupradictis continuum in honorem Dei ſuæque Genitricis ipſis perpetualiter posſidendum contradidit. Ad hæc etiam à Hirſaugienſibus manſum unum inibi ſitum duobus noſtris manſis in Biberbach ſitis legitimo concambio conquiſivimus. Sed quia hæc omnis terra prædictorum ſcilicet tredecim manſorum & dimidii tunc quidem penitùs incultis ad Parochiam in Cnutelingen decimalis extitit, ita ut tertia pars ſacerdoti ejusdem Eccleſiæ antiquâ inſtitutione contingeret, reliquarum verò duarum partium medietas ad prædictum Wernherum de Roſſewag ex parentum jure ſpectaret; reſtantem autem medietatem duarum trium partium Domnus Conradus de Lomersheim præfatæ Parochiæ advocatus & prænominata Bertha cum filiis ſuis æquali partitione hæreditario jure posſiderent. Idcircò his decimarum cohæredibus unà cum Domno Bertholdo de Bretcheim, qui pro hominii fidelitate præfatas duas decimarum partes à ſæpedictis cohæredibus uſu tenebat, nec non fratre ejus Altmanno præfatæ parochiæ ſacerdote, his inquam diligentiâ noſtrâ in villam Cnutelingen convocatis me præſidente, ac prædictis confratribus Bertholdo & Altmanno omni modo conſentientibus prætextati hæredes, pro piâ ſui ſuorumque memoriâ decimas prædictorum tredecim manſorum & dimidii præfatis Chriſti pauperibus perpetualiter posſidendos pro decem Bretehemerenſis monetæ ſolidis in feſto B. Martini ſingulis annis ſolvendis contulerunt; ita ut ſacerdoti tertia pars horum denariorum contingat, reliquæ verò duæ partes denariorum ad poſſeſſorem vel poſſeſſores decimarum attineant. Parochianis etiam id fideli aſſertione atteſtantibus, & ſi neceſſe eſſet in reliquiis confirmare cupientibus horum denariorum pretium utilitatem præfatarum decimarum in tertiâ vel eò ampliùs parte excedere. Quapropter nullus in poſterum prædictæ parochiæ ſacerdos vel decimarum hæres de prædictâ terrâ brevi labore prænominatorum fidelium cultæ vel penitùs neglectæ minus plusvè ſe recepturum ſperet. Adhæc etiam omnibus ad noſtrum epiſcopium pertinentibus Clericis ſeu laicis ſua mobilia vel immobilia donandi, vendendi, ſeu ſe ad ipſos ſi regulariter vivere volunt, conferendi publico noſtræ Eccleſiæ conſenſu licentiam dedimus, ac decimas novellationum & nutrimenta animalium ſicut Summi Pontifices, nec non Reges & Imperatores privilegiis univerſo Ordini ſanxerunt, & nos penitùs remiſimus. Si quæ igitur in futurum Eccleſiaſtica ſecularisvè perſona hanc noſtræ conſtitutionis paginam violaverit, aut ſciens contra eam venire tentaverit, ſecundò tertiovè commonita, ſi non ſatisfactione congruâ emendaverit, poteſtatis honorisque ſui dignitate careat, reamq; ſe divino judicio exiſtere de perpetratâ iniquitate cognoſcat, & à ſacratisſimo Corpore & ſanguine Dei & Domini Redemptoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat. Cunctis autem eidem loco juſta ſervantibus ſit pax Domini noſtri Jeſu Chriſti quatenùs hîc fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen. Hæc etiam ut rata & inconvulſa perpetualiter permaneant, noſtri ſigilli impresſione munire curavimus, teſtesque hos ſubſcribendos tam Clericos quàm Laicos utile fore in poſterum putamus. Præpoſitus de domo Hartwicus: Decanus. Dietmarus Magiſter Scholarum. Winemarus Præpoſitus S. Germani. Henricus Biwalt Præpoſitus S. Widonis. Rudolphus Præpoſitus S. Trinitatis. Lambertus. Liberi præfatarum decimarum cohæredes. Conradus prædictæ Eccleſiæ advocatus. Domnus Wernherus de Roſſevvag. Waltherus cum duobus fratribus ſuis Conrado & Ruggero de Gruningen. Ruggerus de Buttincheim. Adelbertus de Ingersheim. Wolframus de Winesberc. Belremus de Creinhegge. Miniſteriales. Anſelmus Camerarius & fratres ſui Duod. & Dietri-

Dietricus. Dapifer Conradus. Henricus Griez parochiani prædictæ Eccleſiæ cum duobus filiis ſuis Wordvvino & Burchardo. Berengerus cum filio ſuo Hartlibo. Waltherus. Wezel. Erneſt cum univerſis ejusdem temporis Parochianis. Acta ſunt hæc anno Dominicæ Incarnationis milleſimo centeſimo quadrageſimo octavo, Indictione undecimâ. Ita litteræ fundationis Maulbrunnenſis, quarum copiam nobis exhibet Documenta Monaſteriorum Wirtenberg. fol. 781. & ſeq. Cruſius verò eandem fundationem ex tabulâ quâdam in templo Maulbrunnenſi ſuſpenſâ deſumptam affert in ſuis Annalibus part. 2. lib. 10. cap. 8. prout ſequitur: Wir Guntherus von Gottes Gnaden Biſchoff zu Speyr/thun kund allen Menſchen/die gegenwertig und zukünfftig ſeyn: daß der Ehrſame Ritter und geborne Freyherr alten Stammens beden Vatters und Mutters her Walther von Lamersheim züchtig in Sitten / ſehr ſtreng in Waffen / bewegt ward von Göttlicher Einſprechung zu den Zeiten als man zahlt tauſent ein hundert ſiben und vierzig Jahr von Chriſti Geburt: ſich und all ſein Gut/ GOtt in ſeinem Dienſt zu opfferen in ein geiſtlich Leben und ſeiner Seele ewigs Heyls willen / und aller Nachkommenden in ein Beyzeichen. Darumb ſein andächtige Maynung zu vollbringen/bat er fleiſſiglich/weinend und flehend / den ehrſamen geiſtlichen Vatter und Abbt Herren Ulrichen des Cloſters Newenburg umb ein Convent/und erwarb mit ſeinem ſtrengen Gebett von ihm ein erbarē Münch Dietrich genannt zu einem Fürweſer ſeines Gottshaus mit zwölff München und etlichen Layen-Brüderen zu bauen ein Abbtey von ſeiner eignen Marck Eckenweiler des Dorffs bey Lamersheimb gelegen: das er darzu gab mit allen ſeinen Zugehörden: und ergab ſich mit Gelübde ewige Keuſchheit in die Gemeinſchafft der geiſtlichen Brüder/und nam an ſich den heyligen Orden und ward ein Layen-Bruder ihres Ordens bey ihnē/und da fiengē ſie an zu bawen ein Cloſter/ aber kürtzlich darnach ehe ſie ein Jahr da waren/thaten ſie mercken: daß derſelben Stadt Gelegenheit ihnen war ſehr unbequem von Gebräſten mancherley Clöſterlichen Zugehörden und Nothdurfft. Hierumb ſo kam der obgenannte Freyherr Walther von Lamersheym mit Herr Dietrichen dem vorgenannten Abbt zu Uns in Rathweis: und baten Uns/ daß Wür umb Gottes Ehr wolten ihren Convent beſehen. Alſo gewärten Wür ſie ihren fleiſſigen Gebets und beſahen ihr geiſtliche Samblung. Da funden Wür die Stadt gantz ungeſchickt und uneben Clöſterlicher Gelegenheit. Darumb ſo gaben Wür ihnen umb ihres Gebets wegen gar ein geſchickt und abſcheidne Stadt auff unſerem Grund und Boden MAULBRUNN genannt / da zu bauen und ſtifften ihr Cloſter. Die Stadt war gantz wild / wüſt / ungebauen und ſehr ſorglich von wegen der Mörder/die da morden ſtetiglich / denen doch die Brüder getraueten mit Gottes Hilff zu widerſtehen. Und als man zahlt von Chriſti Geburt eintauſent einhundert und acht und vierzig Jahr/da fiengen ſie an Maulbrunn zu bawen. Und zu den Zeiten des Durchleuchtigen Ehrwürdigen Keyſers Herren Friderichs ward diß Münſter geweyhet von denen Ehrwürdigen Herren Arnold Ertz-Biſchoff zu Trier in der Ehr Chriſti und ſeiner würdigen Gebärerin Maria und St. Niclauß des heyligen Biſchoffs. Die Kirchweyhung geſchach an dem vierzehenden Tag des Mayens unter dem ehrſamen Herren Dietrich erſten Abbt diſer Stadt An. Domini MCLXXVIII. Auch iſt zu wiſſen / daß der ehrſame Ritter Herr Walther obgenannt Convers diß Cloſters/der diſer Samblung zu erſt Stiffter und Bawer war/ mit Hülff und Steur des Ehrwürdigē Herren Herren Gunthers Biſchoffs zu Speyr und Graffen von Leyningen / ligt begraben in der Layen-Brüder Chor/uñ ſein Mitſtiffter Hr. Gunther obgenannt ligt begraben in der Prieſter Chor vor dem Fron-Altar. Deren Seelen/ und allen/die ihr Steur haben gethan zu diſem Gottshaus und aller glaubigen Seelen/ruhen in dem Friden Amen. Gemacht und geſchriben iſt diſe Taffel in dem ſeeligen Gulden Jahr von Chriſti Geburt MCCCCL. unter dem Ehrwürdigen Herren Herren Berchtold Abbt diß Cloſters in dem ſechſten Jahr der Abbtey zu einer ewigen Gedächtnus

der erſten Stiffter auff ein neues erneurt ward den 7. Tag Maji/als man zählt 1475. Jahr.

Præter hæc recenſita ponit idem Cruſius loc. cit. quædam etiam Epitaphia in templo Maulbrunnenſi conſpicua, tùm etiam ſyllabum Abbatum à primâ Monaſterii fundatione usque ad annum (qui Catholicis Abbatibus religioſis fatalis fuit) 1557mum ſuo ordine continuatum.

Eodem anno 1148. Eugenius Papa III. recenſitam Maulbrunnæ fundationem authoritate Apoſtolicâ confirmat peculiari quâdam Bullâ Pontificiâ in id clementiſſimè datâ juxta ſequentium tenorem: *Eugenius Epiſcopus Servus Servorum Dei dilectis filiis Diethero Abbati de Malbronn ejusque Fratribus tam præſentibus quàm futuris regularem vitam profeſſis in perpetuum. Deſiderium, quod ad Religionis propoſitum & animarum Salutem pertinere monſtratur, authore Deo ſine aliquâ eſt dilatione complendum. Eapropter dilecti in Domino filii, veſtris juſtis poſtulationibus clementer annuimus & præfatum locum à Venerabili fratre noſtro Gunthero Spirẽſi Epiſcopo cum adjacentibus agris vobis conceſſum; in quo Monaſterium veſtrum ſitum eſt ſub B. Petri & noſtrâ protectione ſuſcipimus & præſentis ſcripti privilegio communimus. Statuentes, ut quaſcunque poſſeſſiones, quæcunque bona idem locus in præſentiarum juſtè & canonicè poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum vel Principum oblatione fidelium ſeu aliis juſtis modis Deo propitio poterit adipiſci, firma vobis veſtrisque ſucceſſoribus & illibata permaneant. Præterea laborum veſtrorum, quos propriis manibus aut ſumptibus colitis, ſive de nutrimentis animalium veſtrorum nullus à nobis decimas exigat. Decernimus ergò, ut nulli omninò hominum liceat præfatum locum temerè perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, aut aliquibus vexationibus fatigare, ſed omnia integrè conſerventur eorum, pro quorum gubernatione & ſuſtentatione conceſſa ſunt, uſibus omnimodis profutura, ſalvâ Sedis Apoſtolicæ auctoritate & diœceſani Epiſcopi canonicâ Juſtitiâ. Si quæ igitur in futurum Eccleſiaſtica ſecularisve perſona hanc noſtræ conſtitutionis paginam violverit aut ſciens contra eam temerè venire tentaverit, ſecundò tertiovè commonita, ſi non ſatisfactione congruâ emendaverit, poteſtatis honorisq́ ſui dignitate careat, reamq́ ſe divino judicio exiſtere de perpetratâ iniquitate cognoſcat; & à ſacratiſſimo Corpore ac Sanguine Dei & Domini Redemptoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atq́ in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat. Cunctis autem eidem loco juſta ſervantibus ſit pax Domini noſtri JeſuChriſti, quatenùs & hîc fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum Judicem præmia æternæ pacis inveniant Amen. Datum Rhemis per manum Guidonis S. R. E. Diaconi Cardinalis & Cancellarii, quarto Calendas Aprilis, Indictione undecimâ Incarnationis Dominicæ anno milleſimo centeſimo quadrageſimo octavo, Pontificatûs verò Domini Eugenii Tertii Papæ anno quarto.*

Anno 1156. Fridericus I. Romanorum Imperator Dux Sueviæ &c. ſæpedictum hoc Maulbrunnenſe Monaſterium in ſpecialem ſuam & Imperii protectionem ſuſcipit, eique poſſeſſiones omnes confirmat juxtà ſtatuens, ut nullum omninò (præter Romanum Imperatorem) advocatum deinceps illud habeat, prout latiùs explicat ipſum Cæſareum diploma clementiſſimè datum & expeditum in hæc verba: *In Nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis Fridericus Dei gratiâ Romanorum Imperator & ſemper Auguſtus &c. Religioſorum deſideriis dignum eſt facilè præbere conſenſum, ut fidelis devotio celerem ſortiatur effectum. Eapropter dilecti in Domino Mulenbrunnenſis Cœnobii fratres veſtris juſtis poſtulationibus clementer annuimus & beatæ Dei Genitricis ſemperque Virginis Mariæ Monaſterium, in quo divino mancipati eſtis obſequio, ſub noſtrâ protectione ſuſcipimus, & ſub imperatoriæ, ſeu etiam regiæ poteſtatis clypeo perenniter protegendum immobili firmitate ſtabilimus, præſentisq́ ſcripti privilegio communimus, ſtatuentes, ut quaſcunque poſſeſſiones, quæcunq́ loca ipſum Monaſterium inpræſentiarum juſtè & canonicè poſſidet, aut in futurum largitione Imperatorum, Regum aut Pontificum vel quorumlibet aliorum oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis Deo propitio adipiſci poterit, firma vobis veſtrisq́ ſucceſſoribus & illibata permaneant. Eundem videlicet locum, qui Mulenbrunnen dicitur cum omnibus pertinentiis ſuis. Grangiam de Lokenkeim. Grangiam de Bonenlanden. Grangiam de Eckenvvilere. Grangiam de Elvingen. Grangiam de Cnutelingen, Grangiam,*

quæ

quæ dicitur Hart. Grangiam de Malsge. Grangiam de Lincenheim. Grangiam de Luzheim. Grangiam de Marrenheim. Grangiam de Otterſtaht. Vineas in Hagenbuch. Terram in Tutenhofen. Terram in Heinhoſen. Terram in Kez. Terram in Merſge. Terram in Buggenesheim. Terram in Wirmeresheim. Terram in Sigevvartesvvilere. Terram in Vilmutebuch. Cum vineis, pratis, aquis, & aquarum decurſibus, paſcuis, ſilvis, decimis &c. & cæteris earum pertinentiis. Decernimus ergò, ut nulli omninò hominum liceat præfatum Monaſterium temerè perturbare, aut ejus bona vel poſſesſiones auferre, ablatas retinere, minuere, ſeu quibuslibet moleſtationibus fatigare, ſed omnia integrè conſerventur, eorum pro quorum gubernatione & ſuſtentatione oblata ſunt uſibus omnimodis profutura. Statuimus quoq; edicto imperiali ſancientes, ne ſæpedicta Eccleſia per omnes poſſesſiones ſuas præter noſtram perſonam vel ſucceſſorum noſtrorum in regno aliquem advocatum habeat. Sanè laborum veſtrorum, quos propriis manibus aut ſumptibus colitis, ſive nutrimentis animalium veſtrorum ſicut ſtatutum & conceſſum eſt vobis à Summis Pontificibus beatæ memoriæ Innocentio & Eugenio, nullus omninò aut Clericus, aut Laicus decimas à vobis exigere præſumat. Si quæ igitur in futurum Eccleſiaſtica ſecularisvè perſona hanc noſtræ conſtitutionis paginam violaverit, aut ſciens contra eam temerè venire tentaverit, ſecundò tertiovè commonita, ſi non ſatisfactione congruâ emendaverit, poteſtatis honorisq; ſui careat dignitate, reamq; ſe divino judicio exiſtere Imperatoriæ Regiæq; Majeſtatis offenſam graviter incurriſſe cognoſcat. Ut autem hæc noſtræ tuitionis pagina rata & inconvulſa permaneat, ſigilli noſtri impresſione communiri curavimus, teſtesque ſubnotari fecimus, quorum nomina ſunt Guntherus Spirenſis Epiſcopus, Godefridus majoris Eccleſiæ Spirenſis Præpoſitus. Magiſter Scholarum Winemarus. Henricus Winemarus. Henricus Præpoſitus de Sancto Germano. Dux Welpho. Fridericus filius Palatini Comitis de Witelſpach. Rudolfus Comes de Pfullendorff. Hegino Comes de Vehingen. Godefridus Comes de Cymberen. Henricus de ſancto monte. Bertolphus Comes de Blaſſenbeer. Robertus Comes de Rumesber. Bertholdus Comes & frater ejus de Kalevva. Fridericus de Wolua. Otto & Fridericus de Scharpfenberg. Arnoldus de Biverbach. Berengerus de Raveneſten. Waltherus Cuto. Hildebrandus Pincerna, Conradus de Scippne. Otto de Nicaſtel. Anſelmus Spirenſis Camerarius. Conradus de Triveles. Bertolphus de Scharpfenberg & alii quamplures. Signum Domini Friderici Romanorum Imperatoris Auguſti.

Ego Arnoldus Archiepiſcopus & Archicancellarius. Datum apud Spiram ſexto Idus Januarii. Indictione quartâ. Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo centeſimo quinquageſimo ſexto, regnante Domino Friderico Romanorum Imperatore Auguſto Anno Regni ejus quarto, Imperii verò primo.

Anno 1228. Gregorius Papa IX. Bertholdo Epiſcopo Argentoratenſi demandat, ut omnes illos, qui poſſeſſiones vel res Monaſterii hujus Maulbrunnenſis irreverenter invaſerint, aut injuſtè detinuerint, decimasvè ab eo exegerint, ſi Laici cenſurâ Eccleſiaſticâ ſeu anathemate, ſi verò Clerici ſint, ſuſpenſione à Beneficiis & Officiis ad reſtitutionem in integrum faciendam compellat, prout ampliùs conſtat ex ſequentibus: *Gregorius Epiſcopus Servus Servorum Dei Venerabili Fratri Epiſcopo Argentinenſi Salutem & Apoſtolicam Benedictionem. Non absque dolore cordis & plurimâ turbatione didicimus, quòd ita in plerisque partibus Eccleſiaſtica Cenſura diſſolvitur, & canonicæ ſententiæ ſeveritas enervatur, ut viri religioſi, & hi maximè qui per Sedis Apoſtolicæ privilegia majori donati ſunt libertate pasſim à malefactoribus ſuis, injurias ſuſtineant & rapinas, dùm vix invenitur, qui congruâ illis protectione ſubveniat, & pro fovendâ pauperum innocentiâ ſe murum defenſionis opponat. Specialiter autem dilecti filii Abbas & Conventus Mulenbronnenſis Ciſtercienſis Ordinis Spirenſis diœceſis tam de frequentibus injuriis, quàm de ipſo quotidiano defectu Juſtitiæ conquerentes fraternitatem tuam litteris petierunt Apoſtolicis excitari. Ut ita videlicet eis in tribulationibus ſuis contra malefactores eorum promptâ debeas magnanimitate conſurgere, ut ab anguſtiis, quas ſuſtinent, & preſſuris tuo posſint præſidio reſpirare. Ideoque fraternitati tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus atque præcipimus, quatenùs illos, qui poſſesſiones vel res ſeu domos prædictorum fratrum vel hominum ſuorum irreverenter invaſerint, aut ea injuſtè detinuerint, quæ prædictis fratribus ex teſtamento decedentium relinquuntur, ſeu in ipſos fratres contra Apoſtolicæ Sedis indulta ſententiam Excommunicationis aut*

Interdicti præſumpſerint promulgari vel decimas laborum, de terris habitis ante Concilium generale, quas propriis manibus aut ſumptibus excolunt, ſive de nutrimentis animalium ſuorum ſpretis Apoſtolicæ ſedis privilegiis extorquere monitione præmiſsâ, ſi Laici fuerint publicè candelis accenſis ſententiâ excommunicationis percellas. Si verò Clerici vel Canonici regulares ſeu monachi fuerint, eos appellatione remotâ ab officio beneficioque ſuſpendas, neutram relaxaturus ſententiam, donec prædictis fratribus plenariè ſatisfaciant, & tam Laici quàm Clerici ſeculares, qui pro violentâ manuum injectione in ipſos vel eorum aliquos anathematis vinculo fuerint innodati, cum diœceſani Epiſcopi litteris ad Sedem Apoſtolicam venientes ab eodem vinculo mereantur abſolvi. Villas autem, in quibus bona prædictorum fratrum vel hominum ſuorum per violentiam detenta fuerint, quamdiu ibi ſunt, ſententiæ Interdicti ſupponas. Datum Peruſii decimo tertio Calendas Februarii Pontificatûs noſtri anno ſecundo.

Anno 1231. Henricus Friderici II. Romanorum Imperatoris filius Romanorum Rex &c. in favorem Monaſterii Maulbrunnenſis authoritate regiâ definit ac, ut Eccleſiarum proprii homines in civitatem aliquam ſe conferentes ſine hærede demortui ipſam Eccleſiam pro hærede habeant, ſtatuit tali ſententiâ: *Henricus Dei gratiâ Romanorum Rex & ſemper Auguſtus &c. Univerſis Imperii fidelibus, quibus præſens littera fuerit exhibita, gratiam ſuam & omne bonum. Ad requiſitionem dilecti noſtri Conventûs in Mulenbrunn talis coram nobis lata eſt ſententia, & ab omnibus adſtantibus approbata, ut ſi qua Eccleſiarum proprium hominem habuerit, qui ad civitatem aliquam ſe tranſtulerit, & ſine hærede deceſſerit ------- ſuo jure eidem Eccleſiæ non obligato, omnes proprietates ipſius ipſa Eccleſia, cujus fuiſſe dignoſcitur hæreditet pleno jure. Ad cujus facti perennem memoriam & robur perpetuò valiturum præſentem litteram conſcribi fecimus & præmiſſæ Eccleſiæ in teſtimonium aſſignari. Datum apud Eberbach anno Incarnationis Domini milleſimo ducenteſimo triceſimo primo, tertio Calendas Julii Indictione quartâ.*

Anno 1232. Henricus VII. Romanorum Rex antedictus emptionem villæ Wimbſen nuncupatæ factam ab Abbate & ConventuMonaſterii Maulbrunnenſis confirmat, ac ſimul etiam advocatiam dictæ villæ ab Imperio ſeſe nunquàm alienaturum condicit, qualiter enuntiant Reverſales ſequentes. *Henricus Septimus divinâ favente clementiâ Romanorum Rex & ſemper Auguſtus Univerſis Imperii fidelibus in perpetuum &c. Ut ad noſtros ſucceſſores perveniant firma ea, quæ coram nobis, litterarum indiciis duximus perennari. Ad notitiam igitur tam modernorum quàm futurorum volumus pervenire, quòd Gozvvinus Abbas & Conventus de Mulenbrunn juſtè & rationabiliter comparaverint villam Winmotsheim pro Comite Gotfrido de Vehingen & hæredibus ſuis cum Eccleſiâ, ejus advocatia, agris, paſcuis, aquis &c. & aquarum decurſibus & agris tam cultis quàm incultis cum omnibus appendiciis & ipſi venditioni & emptioni adhibuimus manus noſtras & tenore præſentium ipſi Eccleſiæ in perpetuum confirmamus, & quia totalis advocatus ſumus Eccleſiæ præmemoratæ, promittimus, ut advocatiam villæ prætextatæ à Nobis & Imperio nunquàm alienemus per obligationem vel venditionem vel infeudationem, & ſi in contrarium fecerimus immemores decernimus nihil eſſe. Teſtes ſunt hi Ludovicus Comes de Rienecke. Anſelmus de Juſtingen. E. Dapifer de Walpurg & C. Pincerna de Winterſtetten, Wilhelmus de Wimpinâ & alii quàmplures. Actum apud Wimpinam anno ab Incarnatione Domini milleſimo ducenteſime triceſimo ſecundo, ſexto nonas Octobris Indictione ſextâ.*

Anno 1255. Wilhelmus Romanorum Rex Monaſterium Maulbrunnenſe ſub ſpecialem Imperii protectionem accipit, ſimulque advocatias bonorum ejuſdem Eccleſiæ utpotè ad Juriſdictionem Imperialem pertinentium titulo feudi pignoris vel commiſſionis &c. nullatenùs ſe alienaturum niſi ad petitionem Abbatis & Conventûs promittit tali diplomate: *Wilhelmus Dei gratiâ Romanorum Rex & ſemper Auguſtus &c. Univerſis Imperii fidelibus hanc litteram inſpecturis gratiam ſuam & omne bonum &c. Deo Creatori noſtro gratũ & placens non ambigimus obſequium exhibere, cùm loca divino cultui mancipata regali potentiâ curaverimus defenſare. Significamus itaque ſingulis & univerſis quòd nos Eccleſiam de Mulenbrunnen Ciſtercienſis Ordinis cum omnibus bonis ſuis*

à Divis

à Divis Imperatoribus & Regibus prædeceſſoribus noſtris, ſeu à quibuscunque fidelibus Imperii ſunt collata Monaſterio prælibato ſub noſtram & Imperii protectionem recipimus ſpecialem. Mandantes & regiâ authoritate firmiter præcipientes, ut nullus ſit, qui ſæpedictam Eccleſiam in perſonis & rebus ſuis audeat moleſtare ſeu damnum ſive gravamen aliquod irrogare. Quod, qui fecerit, tremendi Judicis indignationem & gravem noſtræ Celſitudinis offenſam ſe noverit incurſurum. Promittimus adhæc & nos promiſiſſe tenore præſentium profitemur, quòd advocatias bonorum ejuſdem Eccleſiæ quorumcunque majorum vel minorum imperiali juriſdictioni ac noſtræ attinentium, titulo feudi, pignoris vel commiſſionis nullatenùs alienabimus niſi ad petitionem Abbatis & Conventûs dictæ Eccleſiæ illud fiat, ſed ſemper ſub ſacri Imperii protectione nobis & Eccleſiæ memoratæ curabimus retinere. Et ſi forſan per oblivionem aliud faciemus in poſterum irritum penitùs decernimus & inane. Ad cujus promiſſionis noſtræ robur impoſterùm valiturum præſentes litteras Majeſtatis noſtræ ſigillo juſſimus communiri. Datum apud Wormatiam anno Domini milleſimo ducenteſimo quinquageſimo quinto, quarto Nonas Februarii Indictione decimâ tertiâ.

Eodem anno idem Wilhelmus Rex Monaſterio Maulbrunnenſi univerſas immunitates, libertates, jura ac privilegia ab Imperatoribus & Regibus ipſis data ſalva ſemper & integra depoſthâc conſervare ſe velle promittit tali diplomate. Wilhelmus Dei gratiâ Romanorum Rex ſemper Auguſtus univerſis Imperii cæterisque Chriſti fidelibus hanc litteram inſpecturis gratiam ſuam & omne bonum &c. ad utriusq. vitæ felicitatem prodeſſe nobis non ambigimus, ſi libertatibus Eccleſiarum ac perſonarum in eisdem altiſſimo famulantium intendere curabimus cum effectu, easq. ab injuriis & oppreſſionibus indebitis relevemus. Eapropter ſignificandum duximus univerſis tam præſentibus quàm futuris, quòd nos Prædeceſſorum noſtrorum Divorum Imperatorum & Regum felicibus veſtigiis inhærentes Monaſterio de Mulenbronnen Ciſtercienſis Ordinis promittimus, & promiſiſſe tenore præſentium profitemur ut univerſas libertates, immunitates, privilegia & jura quæcunque ab Imperatoribus & Regibus ſeu Principibus ipſi data, illæſa & inconcuſſa inviolabiliter obſervemus. Mandamus igitur authoritate regiâ firmiter præcipientes, ut nullus ſit, qui hanc noſtram gratiam ipſi factam infringere audeat, aut ei alicujus ingenii ſcrupulo contraire. Quod qui facere præſumpſerit, indignationem tremendi Judicis noſtræque Celſitudinis gravem offenſam ſe noverit incurriſſe. Ad hujus etiam promiſſionis noſtræ memoriam evidentem præſentes litteras conſcribi & Majeſtatis noſtræ ſigillo fecimus communiri. Datum apud Spiram anno Domini milleſimo ducenteſimo quinquageſimo quinto, decimo quarto Calendas Martii Indictione decimâ quartâ.

An. 1257. Richardus Romanorum & Angliæ Rex Abbatem & Conventum Maulbrunnenſem cum omnibus bonis & poſſeſſionibus ſub ſacram Imperii protectionem admittit: ſimulque advocatias ejusdem ſub ſimili defenſione reſervare ſe velle promittit tenore ſequentium: Richardus Dei gratiâ Romanorum Rex ſemper Auguſtus univerſis ſacri Romani Imperii fidelibus præſentem paginam inſpecturis in perpetuum &c. Toties regiæ Celſitudinis ſceptrum extollitur altius, & ejus ſtatus à Domino, à quo datur omnis poteſtas, feliciùs gubernatur, quoties loca divino cultui dedicata piâ conſideratione reguntur, & ad ipſorum facultates augendas favorabilis protectio Principis invenitur. Hinc eſt, quòd nos dilectorum Nobis in Chriſto Abbatis & Conventûs Monaſterii in Mulenbrunnen Ordinis Ciſtercienſis Spirenſis diœceſis devotis ſupplicationibus inclinati Monaſterium ipſum & perſonas in ipſo altiſſimo famulantes cum omnibus bonis & poſſeſſionibus univerſis, quæ juſtè & rationabiliter obtinent in præſenti, & quæ in futurum largitione Regum & Principum, & conceſſione fidelium aut aliis juſtis modis præſtante Domino poterunt adipiſci ſub noſtram & ſacri Imperii protectionem liberalitate regiâ favorabiliter admittentes prædictas poſſeſſiones & bona, indulgentias etiam & privilegia, ipſis à Divis Imperatoribus & Regibus Romanis prædeceſſoribus noſtris piè indulta in ſuo robore perpetuò valitura, eisdem Abbati & Conventui, & per eos eidem Monaſterio confirmamus & præſentis ſcripti patrocinio regio communimus. Statuentes nihilominus & indulgentes eisdem & etiam promittentes advocatias bonorum majorum & minorum prælibati Monaſterii titulo feudi commiſſionis vel pignoris nullatenùs alienare ab eis, ſed eas ſub noſtrâ & ſacri Romani Imperii defenſione ſpecialiter reſervare, niſi de

ipſorum

ipſorum Abbatis & Conventûs conſenſu proceſſerit & aſſenſu. Quare univerſis & ſingulis tenore præſentium diſtrictiùs inhibemus, ne quis eoſdem Abbatem & Conventum contra hanc noſtram gratiam impedire audeat vel etiam moleſtare. Quod qui facere præſumpſerit, gravem Celſitudinis noſtræ indignationem ſe noverit incurſurum. Datum Coloniæ decimo ſexto die Junii, Indictione quintâ decimâ, anno Dominicæ Incarnationis milleſimo ducenteſimo quinquageſimo ſeptimo, Regni verò noſtri anno primo.

Anno 1273. Rudolphus I. Romanorum Rex Monaſterium Maulbrunnenſe cum univerſis rebus & perſonis attinentibus in ſpecialem tutelam & defenſionem ſuam ſuſcipit tali diplomate: *Rudolphus Dei gratiâ Romanorum Rex ſemper Auguſtus univerſis ſacri Imperii fidelibus gratiam ſuam & omne bonum &c. Ordo nobis ſuggerit rationis, ut eum in membris ſuis ſpecialiter honoremus, qui noſtris non exigentibus meritis ad hoc regali ſolio nos præfecit, ut cunctas perſonas miſerabiles defenſionis & tuitionis præſidio foveamus. Eapropter vobis univerſis & ſingulis auctoritate regiâ mandamus & præcipimus per præſentes quatenùs Cœnobium in Mulenbrunnen Spirenſis diœceſis, quod cum univerſis rebus & perſonis in defenſionem noſtram & tutelam recipimus ſpecialem, non permittatis deinceps indebitè moleſtari, ut Fratres ibidem Domino famulantes protecti privilegio regio Majeſtatis contemplationis quietè gaudeant inoffensâ, & pro bono ſtatu Regni noſtri Dei clementiam deprecentur. Si verò quiſquam auſu temerario perſonas & res prædicti Cœnobii lædere præſumpſerit, indignationem noſtram incurret, & nihilominùs volumus & jubemus, quòd Sculteti & alii noſtri Officiati conſilio & auxilio usque ad ſatisfactionem condignam adſint & aſſiſtant fratribus memoratis. Datum Spiræ decimo octavo Calendas Januarii Anno Domini milleſimo ducenteſimo ſeptuageſimo tertio Indictione ſecundâ Regni noſtri anno primo.*

Anno 1280. Fridericus à Bolanden Epiſcopus Spirenſis Monaſterio Maulbrunnenſi contra quamvis malitiam malignorum à Rudolpho Romanorum Rege antedicto præſidere juſſus Abbatem & Conventum illius cum rebus appertinentibus, perſonis item ac poſſeſſionibus ſub ſuam protectionem & tutelam recipit; prout ſic habetur: *Fridericus Dei gratiâ Epiſcopus Eccleſiæ Spirenſis univerſis Chriſti fidelibus tam præſentibus quàm futuris præſentem paginam inſpecturis Salutem in omnium Salvatore &c. Quia Sereniſſimus Dominus noſter Rudolphus Romanorum Rex intuens oculis pietatis damna, injurias & jacturas, quas religioſi viri Waltherus Abbas & Conventus Monaſterii de Mulenbrunnen Ciſtercienſis Ordinis noſtræ diœceſis, in rebus, poſſeſſionibus & perſonis ab his, qui Deum non habent præ oculis, ac ſalutis propriæ immemores patiuntur graviter, ſuis nobis dedit litteris in mandatis, quòd auctoritate regiâ memoratis Abbati & Conventui præeſſemus contra malitiam malignorum, donec nobis oretenùs loqueretur, quia fuit in Auſtriâ conſtitutus nos plenam fiduciam obtinentes per hujusmodi factum conſonum rationi ac congruum pietati, præmium apud Deum & laudem apud homines reportare, ac etiam complacere regiæ voluntati dictos Abbatem & Conventum de Mulenbrunne cum rebus, poſſeſſionibus & perſonis ſub noſtram protectionem recipimus, recepimus & tutelam volente Domino concedente ipſis præeſſe conſilio, auxilio & favore, ut quietiùs ſuæ profeſſionis debitum valeant adimplere. Adhæc promittimus bonâ fide, nos fideliter ſervaturos continentiam duorum Inſtrumentorum ſub unâ formâ Venerabilis prædeceſſoris & Avunculi noſtri Domini Henrici bonæ memoriæ Spirenſis Epiſcopi ſecundum quòd dictum Monaſterium de Mulenbrunne ad preces tùm temporis Abbatis & Conventûs ibidem ſub ſuam protectionem in caſtro Kyrwilæ recepit pariter & tutelam perſonis præſentibus fide dignis. In cujus rei teſtimonium ſigilla, noſtrum, Capituli noſtri ac civitatis Spirenſis præſentibus ſunt appenſa. Teſtes hujus facti ſunt Petrus Præpoſitus majoris Eccleſiæ. Alexander Decanus. Hugo Præpoſitus S. Guidonis. Præpoſitus S. Trinitatis. Eberhardus de Ottenbach & alii quamplures Canonici. De conſilio civitatis Spirenſis ſunt iſti teſtes: Gotſcalcus Senior. Hermannus. Sigellinus Pullus. Bernhohus de Hohenegge. Siſridus Reſchelinus. Frize Eppe. Joannes de Rothus. Volzo filius Cunonis. Jacobus Burggravius & Gotſcalcus junior. Acta ſunt ſunt hæc in aulâ noſtrâ Spirenſi Anno Domini milleſimo ducenteſimo octogeſimo.*

Anno 1297. Adolphus Romanorum Rex Monaſterium Maulbrunnenſe cum univerſis rebus & perſonis appertinentibus

tibus in ſpecialem defenſionem & tutelam ſuam recipit tali diplomate: *Adolphus Dei gratiâ Romanorum Rex ſemper Auguſtus univerſis ſacri Romani Imperii fidelibus, ad quos præſentes litteræ pervenerint, gratiam ſuam & omne bonum &c. &c. Ordo nobis ſuggerit rationis, ut eum in ſuis membris ſpecialiter honoremus, qui noſtris non exigẽtibus meritis ad hoc regali ſolio nos præfecit, ut Eccleſias & perſonas miſerabiles defenſionis & tuitionis præſidio foveamus. Eapropter univerſis & ſingulis advocatis noſtris provincialibus auctoritate regiâ mandamus & præcipimus per præſentes quatenùs Cœnobium in Mulenbrunnen Spirenſis diœceſis, quod cum univerſis rebus & perſonis in defenſionem noſtram & tutelam recepimus ſpecialem non permittant deinceps indebitè moleſtari, ut Fratres ibidem Domino famulantes protecti privilegio regiæ Majeſtatis contemplationis quiete gaudeant inoffensâ, & pro bono ſtatu regni noſtri Dei Clementiam deprecentur. Si verò quiſquam auſu temerario perſonas vel res prædicti Cœnobii lædere præſumpſerit, Indignationem noſtram incurret, & nihilominùs volumus & jubemus, quòd prædicti Officiati noſtri & eorum ſubſtituti conſilio & auxilio usq; ad ſatisfactionem condignam adſint & aſſiſtant Fratribus memoratis. Datum apud Sletſtatt Calendis Septembris Indictione decimâ anno Domini milleſimo ducenteſimo nonageſimo ſeptimo, Regni verò noſtri anno ſexto.*

An. 1299. Albertus I. Romanorum Rex Dux Auſtriæ &c. Monaſterio Maulbrunnenſi unam navem vino vel tritico, vel rebus aliis onuſtam in alveo Rheni fluminis ſine quovis telonio ducere & reducere concedit propriis litteris in id apparatis, quæ ſic habent: *Albertus Dei gratiâ Romanorum Rex ſemper Auguſtus univerſis Sacri Romani Imperii fidelibus in perpetuum &c. Si Eccleſias & Eccleſiaſtica loca, in quibus Deo placens religio noſcitur militare, noſtræ mentis oculis intuemur, & ea votivæ promotionis & libertatis munimine ampliamus officium noſtri regiminis, quod ab ipſo bonorum omnium largitore ſumpſit exordium liberaliter exequi, & ab ipſo propter hæc merita nos præmia conſequi credimus ſempiterna. Hinc eſt, quòd nos Religioſorum virorum Abbatis & Conventûs Monaſterii in Mulenbrunnen Ciſtercienſis Ordinis devotorum noſtrorum dilectorũ vitam honeſtam & religionem laudabilem, quâ refulgent attendentes zelo congruæ pietatis pro reverentiâ Regis Regum, de cujus munere vivimus feliciter & regnamus, & æternæ retributionis intuitu ac pro remedio Divorum Auguſtorum Imperatorum & Regum Romanorum prædeceſſorum noſtrorum, nec non pro noſtrâ & liberorum noſtrorum ſalute dictis Abbati & Conventui ſuoq; Monaſterio memorato, ut iidem fratres unam navim oneratam vino aut blado vel aliis rebus quibuscunq; in alveo Rheno deducere & reducere per omnia loca teloniorum noſtrorum & Imperii ſine quovis telonio anno quolibet, unâ vice donatione perpetuâ concedimus, indulgemus & ſcripti hujus privilegio noſtræ Majeſtatis ſigillo munito robore confirmamus. Nulli ergò liceat hanc noſtræ conceſſionis infringere paginam, vel eidem auſu temerario contraire; quod ſi ſecùs attentare præſumpſerit, indignationem regiam graviter ſe noverit incurriſſe. Datum in Eſſlingen quinto Idus Octobris Indictione decimâ tertiâ anno Domini milleſimo ducenteſimo nonageſimo nono, Regni verò noſtri anno ſecundo.*

Eodem anno idem Albertus Rex &c. Abbati & Conventui Maulbrunnenſi poteſtatẽ ob expenſas, quæ ipſi Imperii nomine contigerint, ſubditos ſuos in ſubſidium collectis ſeu, ut vocant, Steuris onerare concedit vigore ſequentium: *Nos Albertus Dei gratiâ Romanorum Rex ſemper Auguſtus &c. Scire cupimus univerſos, ad quos præſentes pervenerint, quòd nos laborioſæ hoſpitalitatis attendentes obſequia ſumptuoſa, quæ per viros religioſos Abbatem & Conventum Monaſterii in Mulenbrunne devotos noſtros dilectos dum regius exigit tranſitus commodis noſtris decenter & hilariter exhibentur ipſis Abbati & fratribus ad ſufficientiam ampliorem de gratiâ ſpeciali & regalis poteſtatis plenitudine duximus indulgendum, ut expenſarum ſi quas nobis per eosdem fratres contigerit, aut opportunum fuerit miniſtrari de villis ſuis ſubſidium competens præter ſervitia debita recipiant & requirant. In cujus rei teſtimoniũ has litteras juſſimus noſtræ Majeſtatis ſigilli robore communiri. Datum in Eſſelingen Idibus Novembris Indictione decimâ tertiâ A. Domini milleſimo ducẽteſimo nonageſimo nono Regni verò noſtri anno ſecundo.*

An. 1309. Henricus VII. Romanorum Rex Luzelburgenſis dictus Monaſterium Maulbrunnenſe in tutelam & ſpecialem protectionem recipit tali diplomate: *Henricus Dei gratiâ Romanorum Rex univerſis ſacri Romani Imperii fidelibus præſentes litteras inſpecturis gratiam ſuam & omne bonum &c. Ordo nobis ſuggerit ra-*

tionis, ut eum in membris ſuis ſpecialiter honoremus, qui noſtris non exigentibus meritis ad hoc regali ſolio nos præfecit, ut cunctas perſonas miſerabiles defenſionis & tuitionis præſidio foveamus. Eapropter univerſis & ſingulis auctoritate regiâ mandamus & præcipimus per præſentes quatenùs Cœnobium in Mulenbrunnen Spirenſis diœceſis, quod cum univerſis rebus & perſonis in defenſionem noſtram & tutelam recipimus ſpecialem, non permittatis deinceps indebitè moleſtari, ut fratres ibidem Domino famulantes protecti privilegio regiæ Majeſtatis contemplationis quiete gaudeant inoffensâ, & pro bono ſtatu regni noſtri Dei clementiam deprecentur. Si verò quisquam auſu temerario perſonas vel res prædicti Cœnobii lædere præſumpſerit, indignationem noſtrã incurret, & nihilominùs volumus & jubemus, quòd Sculteti & alii noſtri Officiarii conſilio & auxilio usq; ad ſatisfactionem condignam adſint & aſſiſtant Fratribus memoratis. Datum in Nurenberg quinto Idus Julii Indictione ſeptimâ anno Domini milleſimo trecenteſimo nono, Regni verò noſtri anno primo.

An. 1349. Carolus IV. Romanorum Rex omnia & ſingula privilegia, litteras, jura, libertates & immunitates Monaſterio Maulbrunnenſi ab Imperatoribus & Regibus datas & conceſſas, nominatim autem recenſitum ſuprà Wilhelmi Regis antedicti privilegium de advocatiâ neutiquâm alienandâ datam confirmat tali Bullâ: *Carolus Dei gratiâ Romanorum Rex ſemper Auguſtus & Bohemiæ Rex ad perpetuam rei memoriam &c. Licet ad proſequenda quorumlibet vota fidelium regiæ libertatis dextera quâdam regularitate ſit habilis, ad illorum tamen profectus & commoda ſpeciali prærogativâ favoris conſuevit intendere, qui ſeculi vanitate dimiſsâ ſub habitu & obſervantiâ regulari Regi Regum & dominantium Domino in ſimplicitate mentis & corporis jugiter famulantur. Sanè ad noſtram accedens præſentiam Venerabilis Abbas Monaſterii de Mulenbrunnen Ordinis Ciſtercienſis devotus noſter dilectus exhibuit nobis quaſdam litteras Sereniſſimi Wilhelmi Divi Romanorum Regis prædeceſſoris noſtri, petens nos cũ inſtantiâ, ut easdem litteras approbare, ratificare & confirmare, auctoritate regiâ & benignitate ſolitâ dignaremur. Quarum quidem litterarum tenor dignoſcitur eſſe talis:* Wilhelmus Dei gratiâ Romanorum Rex ſemper Auguſtus Univerſis Imperii fidelibus hanc litteram inſpecturis gratiam & omne bonũ Deo Creatori noſtro &c. ut ſuprà. *Nos itaq; attendentes multiplicia devotionis ac aliarũ virtutũ merita, quibus dictus Abbas & Conventus Monaſterii prædicti erga nos, prædeceſſores noſtros, ac ſacrũ Romanum Imperium continuis temporibus claruerunt, juſtisq; & devotis dicti Abbatis precibus favorabiliter inclinati prædictas litteras, prout de verbo ad verbum præſentibus ſunt inſertæ. Et ut gratiæ & favoris ac ſinceritatis affectus, quem ad dictum Monaſterium & Ordinem Ciſtercienſem gerimus, per operis evidentiã clariùs eluceſcat, omnia & ſingula privilegia, litteras, jura, libertates, immunitates & gratias ipſis à divis claræ memoriæ Romanorum Imperatoribus & Regibus prædeceſſoribus noſtris data & datas conceſſa, & conceſſas indulta, & indultas prout eadem privilegia & litteræ de verbo ad verbum in ſuis tenoribus comprehendunt in omnibus ſuis ſententiis & clauſulis, ac ſi prædicta privilegia, jura, libertates, immunitates & gratia in præſentibus litteris diſtinctæ & ſeriatim forent expreſſa & expreſſæ, approbamus, ratificamus, & de certâ noſtrâ ſcientiâ confirmamus, ac etiàm de novo concedimus de plenitudine noſtræ regiæ Majeſtatis. In quorum omnium teſtimonium præſentes fieri & noſtræ Majeſtatis ſigilli munimine juſſimus communiri. Datum in Spirâ anno Domini milleſimo trecenteſimo quadrageſimo nono, Indictione ſecundâ, quarto Calendas Aprilis Regnorum noſtrorum anno tertio.*

An. 1372. Idem Carolus Romanorum jam Imperator &c. Ruperto Comiti Palatino S.R.J. Dapifero Bavariæ Duci &c. Monaſterium Maulbrunnenſe cum perſonis & queîsvis rebus ac bonis appertinentibus contra temerarios & quosvis malignos invaſores ad quadriennium tueri demandat ſequentibus litteris: Wür Carl von Gottes Gnaden Römiſcher Keyſer zu allen Zeiten Mehrer des Reichs und König zu Böheimb ꝛc. Bekennen und thun kund offenlich mit diſem Brieffe allen denen/ die ihn leſen oder hören leſen/ wann Wür vormals dem Hochgebornen Ruprecht dem älteren Pfaltzgraffen bey Rhein des Heyl. Reichs Ertztruchſeſſen und Hertzogen in Bayren Unſerem lieben Schwager und Fürſten empfohlen haben die Geiſtliche den Abbt und Convent des Cloſters Maulbronn Ordens von Ciſtertz gelegen in Speyrer Biſtumb Unſerẽ lieben Andächtigen ihr Leuth uñ Gut für Gewalt und Unrecht wider allermeñiglich von Unſeren uñ des Reichs wegẽ zu ſchutzen uñ zu ſchirmen uñ derſelbe Unſer Schwager die egenañte Abbt/ Convent uñ Cloſter ſo ehrlich und nutzlich geſchirmet uñ handgehabt hat/ daß ſie ſich in Unſer

Keyſer-

Keyſerlichen Gegenwärtigkeit dieſelben Unſers Schwagers Schirm und Schützung gelobet / des haben Wür angeſehen ſolchen ſeinen Fleiß und Tugend / und auch durch ſonderlich Andacht und Gunſt willen / die Wür tragen zu dem egenannten Abbt / Convent und Cloſter / und haben mit wohlbedachtem Muth / mit Keyſerlicher Macht und rechten Wiſſen dem obgenannten Unſerem lieben Schwager empfohlen / und empfehlen mit Krafft diß Brieffs / daß er die vorgenannten Abbt / Convent und Cloſter ihre Leuth / Gut und Zugehörunge / wo die gelegen ſeyn / von datum diß Brieffs vier gantzer Jahr nacheinander zu zehlen von Unſeren und des Reichs wegen ſchirmen und gäntzlich ſchutzen ſollen und mögen gen allermenniglich für Gewalt und Unrecht und allerley Hindernuſſen mit Urkund diß Brieffs verſigelt mit Unſer Keyſ. Majeſt. Inſigel / der geben iſt zu Mentz nach Chriſti Geburt dreyzehenhundert Jahr / darnach in dem zwey und ſibenzigiſten Jahr / an dem Dienſtag nach Liechtmeß-Tage Unſerer Reich in dem ſechs und zwainzigiſten / und des Keyſerthumbs in dem achtzehenden Jahr.

Anno 1376. Idem Carolus Imperator Monaſterium Maulbrunnenſe & appertinentes illius ſubditos rurales in quâvis emergente controverſiâ apud nullum omninò Judicem præter Imperatorem aut Regem Romanorum conveniri poſſe aut debere publicè declarat tali diplomate: Wür Carl von GOttes Gnaden Römiſcher Keyſer zu allen Zeiten Mehrer des Reichs und König zu Böheimb ꝛc. Bekennen und thun kund offentlichen mit diſem Brieff allen denen / die ihn ſehent oder hörent leſen. Wann Wür gen allermenniglichen des Reichs Getreuen und Unterthanen geneigt ſein Frid und Gemach zu ſchaffen / doch ſeind Wür von Kayſ. Mildigkeit ſonderlich zu denen geneigt / die GOtt Tag und Nacht im geiſtlichen Orden und Weſen fleiſſig dienen. Hierumb han Wür von ſonders Gnaden mit Keyſerlicher Macht und mit rechtem Wiſſen den geiſtlichen Abbten und Convent Unſers Cloſters zu Maulbronn und ihren Nachkommen / und all Sachen / Güter / Beſitzunge / Bawleute / Hinderſeſſen und Zugehörunge / und um all ander Sachen / darumb ſie auffrichtig wurden an keiner Stadt vor weltlichem Gerichte / dann allein vor Uns / Unſeren Nachkommen Römiſchen Keyſeren und Königen / oder vor Unſerem Keyſ. Hoffgericht / oder vor denen / die Wür und Unſere Nachkommen an dem Reich demſelben Cloſter zu ſchirmen geben haben und geben werden; zu recht ſtehen ſollen oder antworten / wäre auch / daß ein Urtheil wider diſe Unſer Keyſ. Gnad und Freyheit von einen Richteren gegeben worden / zu Schaden den egenannten Abbt und Convent und ihren Nachkommen / die nemmen Wür gäntzlich ab / und ſollen kein Macht oder Krafft han / und vernichten die und alles / das davon kommen möchte von Keyſ. Macht mit Krafft diß Brieffs. Es ſoll auch niemand des vorgenannten Cloſters Güter oder Leuth pfänden oder fahen / noch in kein ander Weiß beleidigen oder bekümmeren / er habe dann des erſten ſein Sach vor Uns oder Unſeren Nachkommen am Reich / oder vor Unſerem Hoffrichter oder des Cloſters Schirmeren / von Unſer und des Reichs wegen / als hie vorgeſchriben ſtehet / mit Recht erfordert / und mit Urtheil erworben. Hierumb ſo gebieten Wür allen Fürſten / Graffen / Herren / Freyen / Ritteren / Knechten / Städten / allen Richteren / und allen des Reichs Getrewen veſtiglich bey Unſeren Hulden / daß ſie die egenannten Abbt und Convent zu Maulbronn und ihre Nachkommen wider diſe vorgeſchribne Unſer Gnade und Freyheit nicht dringen / beſchweren oder beleidigen ſollen in kein Weiß / als lieb ihnen ſey Unſer ſchwere Ungnad zu vermeiden. Mit Urkund diß Brieffs verſiglet mit Unſer Keyſ. Majeſt. Inſigel. Geben zu Nürnberg nach Chriſti Geburt dreyzehenhundert Jahr / darnach in dem ſechs und ſibenzigiſten Jahr / an dem Sambſtag vor St. Simonis und Judä / Unſerer Reich in dem ein und dreyſſigiſten / und des Keyſerthumbs in dem zwey und zweinzigiſten Jahr.

Anno 1381. Wenceslaus Romanorum Rex &c. Domini Caroli IV. Imperatoris Patris ſui privilegium Monaſterio Maulbrunnenſi datum confirmat, eidemque juriſdictionem forenſem tam civilem quàm criminalem in quibusdam ejuſdem Monaſterii pagis ac villis exercendam concedit ſequenti diplomate: *Wenceslaus Dei gratiâ Romanorum Rex ſemper Auguſtus & Bohemiæ Rex &c. notum facimus tenore præſentium, quòd pro parte Religioſorum Abbatis & Conventûs Monaſterii in Mulenbrunnen Ordinis Ciſtercienſis devotorum noſtrorum dilectorum eſt nobis humiliter ſupplicatum, quatenùs ipſis de regiæ benignitatis cle-*

ſicher einkommen / den alten löblichen Gottsdienſt/ Chriſtenlich Ceremonien und Gebräuch/ (nach Innhalt ſeines Ordens-Regul) wiederumb uffrichten/ anſtellen und vollbringen/ daran auch keineswegs durch dein Liebd oder andere verhinderen / auch Verwaltung des Cloſters / deſſelben zugehörigen Dörffer/ Höffen/ Güteren/ Nutzungen / Oberkeiten / Herrlichkeiten und Gerechtigkeiten/ Zu- und Eingehörungen/ wie ſolches alles vor Entſetzung deſſelben/ durch ſeine Vorfahrer in vielgenannten Cloſter Maulbronn/ und deſſelbigen zugehörigen Pflegen gehalten und gebraucht / beruiglich bleiben/ der Conventualen ihrer Glübd/ damit ſie deiner Liebd dieſer Zeit verpflicht / ledig zehlen / dergleichen deiner Liebd jüngſt-beſchehenem Befelch/ damit/ wie Wür bericht/ dein Liebd allen Wein/ Getrayd und Frucht/ ſo jetzt verhanden/ zu verkauffen/und das erlöſt Geld gen Stuttgarten zu liefferen/ geſchafft und gebotten/ ſampt deiner Liebd Amptleuthen und Befelchhaberen in mehrberührtem Cloſter Maulbronn / und deſſelben zugehörigen Pflegen geordnet/ abſchaffeſt/ ihme auch ſonſt/ weß ihme allenthalben gebührt/ folgen laſſen/ damit er ſich mit den Seinen erhalten/ die Zünß/ ſo auf ſeinem Gottshaus verſchrieben/ bezahlen / und ſonſt alle Ding nach ſeiner Ordnung anſtellen und verrichten möge/ und daß dein Liebd ihre und die ſeinen in deiner Liebd/ Schutz und Schirm/ wie ſich das gebührt / erhalten wolle. In dem allem thut dein Lieb Unſeren gefälligen ernſtlichen Willen u. Meynung/ und wiewohl Wür Uns hierzu keiner Weigerung verſehen/ ſo begehren Wür doch hierauff deiner Liebd zuverläſſige Antwort/ und ſeynd deren in vierzehen Tagen nach Uberantwortung diß Brieffs gewertig/Uns darnach haben zu richten. Geben in Unſer und des Reichs Stadt Augſpurg/ am ſechſten Tag des Monats Auguſti/ Anno 2c. 2c. im acht und vierzigiſten/ Unſers Kayſerthumbs im acht und zweinzigiſten/ und Unſer Reich im drey und dreyſſigiſten Jahr.

Anno 1550. Rationes & motiva monitorum in cauſâ Monaſteriorum Maulbrunnenſis & Königsbrunnenſis ob contributiones imperiales id temporis nedùm ſolutas concernentia à Conſiliariis Wirtenbergenſibus propoſita, eaque coràm edita ſic habent: Durchläuchtiger/ hochgeborner Fürſt/ Eu. Fürſtl. Gn. ſeyen Unſer unterthänig verpflicht willige Dienſt in ſchuldiger Gehorſam / zuvor gnädiger Fürſt und Herr 2c. Als uff vergangenem Augſpurgiſchen Reichstag ein Vorrath uff zwey Zihl/ und dann der Römiſchen Kayſerl. Majeſt. ein Baugelt zu Beveſtigung und Erhaltung und Erhaltung etlicher Ort-Flecken gegen den Türcken 2c. uff fünff Jahr zu erlegen bewilliget/ in welchem der Abbt zu Maulbronn/ nemlich im Vorrath zu beyden Zihleren uff achthundert acht u. achtzig Gulden/ und im Bau-Geld jedes Jahrs uff ſechshundert zwaintzig fünff Gulden / und dann der Abbt zu Königsbrunn im Baugeld Jahrs uff dreyhundert Gulden/ und im Vorrath gar nit belegt und angeſchlagen worden/ und deßhalb wider baide Prälaten Monitoria ausgangen ſeyn/ und als ſolches nicht erledigt worden von wegen daß Eu. Fürſtl. Gn. bißher ſolche beyde Clöſter ausgezogen/ hätt des verſchienen 49. Jahrs der Fiſcal wider ſie beyde Prälaten angefangen zu procediren/ u. wiewohl Wür zu dieſen Sachen/ daß etwas zu erhalten ſeyn möchte/ wenig Hoffnung gehabt/ in Anſehung/ daß uff bemeldtem Reichs-Tag/ vermög deſſen Abſchieds am 29. und 31. Blatt bewilliget worden/ daß zu völliger Laiſtung ſolcher Hülff die Stände/ ſo durch andere ausgezogen/ ein jeder ſein gebührend Anlag dißmals ſelbſten erlegen/ oder aber von ihrentwegen die ausziehende Städt dieſelben zu erſtatten / ſchuldig ſeyn ſollen/ doch alles dem gefaſſten Ußtrag der Ringerungs-Handlung auch ſonſt anderen der Städt Bewilligung und Vergleichung künfftiger Zeiten unabbrüchlich. Derhalben umb diſer Urſach/ halb Eu. Fürſtl. Gn. darvor als der Fiſcal gleicher Geſtalt gegen dem Graffen von Lewenſtein angerufft / ihr Angebühr an ſolchem Vorrath und Baugeld erlegen/ und dieſelben wieder von ihnen einziehen laſſen; aber noch dann damit die Sachen etwas verzogen wurden/ und dieweil Wür auch damals bericht waren/ daß andere Ständ in gleichen Fällen ſich gegen gedachtem Fiſcal am Kayſerl. Cammergericht eingelaſſen. So haben Wür L. Breunlin auch befohlen/ ſich wider ihne Fiſcal auch im Rechten zu wören/ und ihme in allen dreyen Sachen/ Exceptiones dilatorias überſchickt/ die wider ihne Fiſcal einzulegen/ wie Eu. Fürſtl. Gn. hieneben gnädiglich zu vernemmen haben/ biß man mittler Weil etwan ſehen möcht/was gegen anderen Ständen für Urtheil und Beſchaid gehen und gefallen wollten. Alſo hat der Bräunlin neulicher Tagen Bericht

richt gethan / daß erkennt worden / wie beyligend ſein Schreiben vermag. Dieweil Wür nun Fürſorg tragen / wo dieſen Urtheilen nit nachgelebt werden ſollte / daß man in die Pön der Monitorien fallen / und alſo zu Nachtheil und Schaden kommen möcht / und dann auch zu beſorgen iſt / wo ſchon Euer Fürſtl. Gnaden ſolches nicht thun wöllt / daß beyde Prälaten dieſes erkennt / Geld erlegen / und die Pön nicht erwarten / und ſich alſo von Euer Fürſtl. Gnaden unterſtehen möchten auszuziehen / und ohne Mittel unter das Reich zu begeben / ſonderlich / dieweil ſie vorhin etwas unruhig / und die Sachen jenthalb beſchaffen / wie Euer Fürſtl. Gn. wiſſend / welches aber Euer Fürſtl. Gnaden / wo es durch ſie geſchehen ſollt / an dero Oberkeit und Exception / darinn Eu. Fürſtl. Gnaden gegen gemeldten Fiſcal im Recht geſtanden / zu Nachtheil kommen und gereichen wurde. So wär Unſer unterthäniger Rath und Gutbeduncken / Euer Fürſtl. Gnaden hätten beſtimptes Geld fürderlich hinab gen Speyer erlegen laſſen / doch mit der Proteſtation / daß es allein in Krafft der Bewilligung / deren man ſich auf jüngſten Augſpurgiſchen Reichstag begeben / und ſonſt gar aus keiner ſchuldigen Meynung oder Gerechtigkeit geſchehen. Und derwegen Eu. Fürſtl. Gnaden an der Exception Sach darinn ſie gegen dem Kayſerl. Fiſcal abſtünden / ohnnachtheilig ſeyn ſolle / und daß Euer Fürſtl. Gnaden folgends ſolch Geld von beyden Aebbten oder Clöſteren / wieder erforderen und einziehen laſſen / wie hievor in gleichem Fall gegen Lewenſtein auch geſchehen / und thun Euer Fürſtl. Gnaden Uns hiemit unterthänig befehlen. Datum den 22. Octob. Anno 1550.

An. 1557. Inſtrumentum Electionis Joannis de Waiblingen cognomento Senger in Abbatem Maulbrunnenſem electi ſtylo Germanico coordinatum ſic habet: Im Namen der heiligen / ewigen / einigen / untheilbaren Dreyfaltigkeit / GOtt Vatter Sohns und Heil. Geiſt. Amen. Kund / offenbar und wiſſend ſey allermenniglich / ſo dieſe Tractation, Election, Publication und Præſentation anſehend / leſen oder hören leſen werden / daß in dem Jahr / als man zahlt von Chriſti des Sohns GOttes / Unſers einigen lieben HErrens / Heyland und Seeligmachers Menſchwerdung und Geburt / tauſend / fünffhundert / fünffzig und ſieben Jahr / als durch Schickung des Allmächtigen GOttes / der ehrwürdig Herr Heinrich / Abbt zu Maulbronn / im Fürſtenthumb Würtenberg / uff Freytags den ſechszehenden Tag Julii / obgemeldten Jahrs / morgens gegen Tags nach zwey Uhren / von dieſem zeitlichen Leben Todsſeeliglichen verſchieden / dem GOTT der Allmächtig ein fröliche Aufferſtehung verleyhen wolle. Und alſo hierdurch die Abbtey vacierend / und ohne ein Haupt ledig worden / daß hierauff die Würdigen und Ehrſamen N.N. Prior und Convent vorermeldten Cloſters Maulbronn / alsbald ſolches dem Durchleuchtigen / Hochgebornen Fürſten und Herren / Herren Chriſtoph / Herzogen zu Würtenberg und zu Teck / Graffen zu Mümpelgarden ꝛc. ꝛc. als des Cloſters rechten Lands-Fürſten / einigen unwiderrufflichen Erb-Schutz- und Schirm-Herren / Patronen und Caſten-Vogt / (wie auch hievor geübt) angezeigt / mit angehenckt demüthigen Bitten / Ihr Fürſtl. Gnaden wollten alsbald wiederumb gnädiglich die Verordnung thun / damit ein anderer Abbt zu ihrem Haupt erwehlt und verordnet werde / uff ſolches / und damit ermeldt Cloſter / auch Prior und Convent / nicht lang ohn ein Haupt bleiben / und derſelbige Prälatur deſtobaß vor Nachtheil und Abfall verhütet / ſonder mehr derſelbig Prälaten-Stand mit rechter Chriſtenlicher uñ Gottſeeliger / auch zeitlicher Adminiſtration im Auffgang gebracht und erhalten werde / ſo haben hochermeldt Ihr. Fürſtl. Gnaden dero Räth und Diener die Edlen und Veſten auch Ehrnhaffte Georg von Helmſtatt / Obervogten zu Manpach / Jacob Chriſtoph Schencken von Winterſtetten / Obervogten zu Vaihingen / Sebaſtian Hormollten und Conraden Englen / uff den acht und zwainzigiſten Julii obgemeldten Jahrs abgefertiget / neben und mit den Ehrwürdigen Herren Sebaſtian Abbten zu Bebenhauſſen / Johann Abbten zu Königsbrunn / und Philipp Abbten zu Herren-Alb / ſo allhie requirirt / und auch erſchienen ſeyn von der Wahl und Verordnung eines anderen Abbts und Haupts / mit Prior und Convent / auch Prior zu Pävis / Johann Funcken hierzu erfordert / zu tractiren und zu handlen / wie dann vermeldte verordnete und requirirte Herren Prälaten uff Donnerſtag den neun

richtig gemacht haben. Dieweil aber ſolches zur Zeit noch nit beſchehen / und Wür aus ſonderer Notturfft zu Befürderung bemeldter Beveſtigungs-Gebäu auf angeregt bewilligtes Bau-Geld gegen beſchwerlichem Intereſſe zu anticipiren verurſacht worden / und Du ſelbſt als vernünfftig wohl erachten kanſt/ was nit allein Unſeren erblichen Chriſtlichen Königreichen / Fürſtenthumben/ Landen und Unterthanen/ ſo zum Theil dem Erbfeind/ dem Türcken / am nechſten gelegen / und g'ſtoſſen / ſondern auch dem gantzen heiligen Reich bevorab Unſerem geliebten Vatterland der teutſchen Nation/ an völliger Erbauung / Beveſtigung und Erhaltung derſelben Gräntzen und Ort-Flecken gelegen ſeyn wölle/ was auch gemeiner Chriſtenheit / zuvorderiſt teutſcher Nation/aus Verluſt derſelben Ort Flecken/ (welches der Allmächtig gnädigſt verhüten u. abwenden wolle) für unwiederbringlichen Schaden/ Nachtheil/u. endliches Verderben und Untergang erfolgen möcht / und aber jetzt die beſte Zeit und Gelegenheit zum Bauen verhanden / wie Wür dann mit ſolchem Bau in embſigen völligen Werck ſeynd / und des Gelds hierzu zum höchſten bedörffen/ und dann ſoviel den Reiß-Koſten belangt / an demſelben von der Stadt Augſpurg / und anderen zu Verrichtung der Legation Geld aufgenommen worden/ welches ihnen den Fürleihenden/ der Billigkeit nach/ wieder erſtattet werden muß. So haben Wür nit umbgehen können/ dich der verfallnen zweyen Terminen zu Entrichtung der doppleten Steur bewilligten Baugelds / auch der hiervor lengſt verſchiener Zeit/ zu Erlegung des Legations-Koſtens in Franckreich beſtim̃t/ gnediglich zu erinneren / und erſuchen dich demnach gnediglich begehrende / du wölleſt angeregte beede verfallne gedopplete Termin des Bau-Gelds/deßgleichen auch dein völlige Gebühr an den Reiß Koſten in Franckreich alsbald nach Uberantwortung diß Unſers Schreibens in der obgemeldten verordneten Leg-Stadt einer erlegen und richtig machen / und die Rechtmachung nit länger einſtellen/ noch damit ſäumig ſeyn / oder auf andere verziehen/ ſondern dich mit fürderlicher eilender Erlegung ſolcher deiner Gebühr/ balde am Bau-Geld und Legations-Koſten in Erwegung oberzehlter und ander mehr ſtattlicher trefflicher Urſachen / inmaſſen ſolches die hohe äuſſerſte Notturfft erfordert / und du hievor jederzeit in anderen Gemeinen des Reichs Contributionen gehorſamlich gethan / gutwillig / willfähig/ und endlich dermaſſen erzeigen/ damit auch andere/ ſo noch ihr Gebühr ſchuldig ſeyn möchten/um ſoviel deſto mehr Urſach haben/ dir und anderen mehr gehorſamen Ständen/ ſo ihren Antheil allbereit völlig entrichtet / mit Erlegung ihrer Gebühr nachzufolgen / und wiewohl Wür Uns hierinnen bey dir keines Verzugs/ vielweniger einiger Verweigerung verſehen / ſo begehren Wür doch hierüber bey Brieffszeigeren dein willfährig zuverleſſige ſchrifftliche und fürderliche Antwort. An dem allem thuſt du Uns ein ſonder angenehmes gutes Gefallen/ gegen dir in allen Gnaden zu erkennen. Geben in Unſer Stadt Wien den ſiebenzehenden Tag Junii Anno ꝛc. ꝛc. im ein und ſechszigiſten Unſerer Reiche des Römiſchen im ein und dreiſſigiſten/ und der anderen im fünff und dreyſſigiſten.

Anno 1630. Imperiale Monaſterium hoc Maulbrunnenſe fuit quidem (ut conſtat apud Romanum Hay in Horto Cruſiano fol. 567.) ſacro Ciſtercienſi Ordini ſuo plenariè reſtitutum; idem tamen denuò pace Weſtphalicâ cum aliis comprovincialibus & quidem numero pluribus Duci Wirtenbergico in plenam poſſeſſionem relictum & aſſignatum.

MECKMYLENSE

MEckmyhla ditionis Wirtenbergenſis oppidum ad Jagſtum amnem in ſilvâ Ottonicâ diœceſi Herbipolenſi recenſitum à Cruſio in Annalibus part. 3. lib. 7. cap. 5. & lib. 11. cap. 17. item à Zeillero in Topographiâ Sueviæ fol. 128. ſuperiori durante ſeculo, dum adhuc Orthodoxam religionem coluit, in parochiali ſeu primariâ Eccle-

Eccleſiâ ſuâ inſignem Præpoſituram & Capitulum ſecularium Canonicorum habuit; quod tamen cum reliquis comprovincialibus ſubſequens hæreſis Lutherana in totum adeò ſubvertit, ut de eo nobis haud reliquerit præter inane nomen ſuo loco ſimpliciter annotatum inter Collegiatas Eccleſias & Monaſteria Wirtenbergenſia jam pridem Lutheranizata.

MEDINGENSE

M*Edingenſe Monaſterium* (diœceſis Auguſtanæ in territoriali fundo Sereniſſimi Ducis Latino-Neoburgici Dilingæ urbi Epiſcopali vicinum propè fluenta Danubii in fundo Sueviæ & ampliſſimo campo conſpicuum) *ancillarum Chriſti ſolemne & antiquum à generoſis Comitibus de Dilingen & Kyburg & Habſpurg fundatum eſt ſub regulâ S. Auguſtini, & curâ fratrum Prædicatorum: quod nonnulli æſtimant fuiſſe Monaſterium Monialium ante inſtitutionem Ordinis Prædicatorum, & poſteà eidem Ordini commiſſum & incorporatum. Multa enim Monaſteria Monialium ſunt incorporata Ordini Prædicatorum, quæ tamen longè ante S. Dominicum ſub regulâ S. Auguſtini vivebant, & ſorores pœnitentes dicebantur, quales etiam fuerunt ſorores in Kircheim & in Medingen nunc Ordinis noſtri. Non autem fuerunt per vim Ordini ſubjecta, ſed Ordo ad earum inſtantiam fuit per Sedem Apoſtolicam coactus eas ſuſcipere.* Hæc Felix Faber Ordinis S. Dominici Prior Monaſterii Ulmenſis adhuc anno 1500. in officio clarus in ſuâ Hiſtoriâ Suevorum 1605. Francofurti in 4. editâ lib. 2. cap. 8. fol. 278.

Anno 1564. Wolfgangus Comes Palatinus Rheni Dux Neoburgicus Apoſtata Lutheranus Parthenias ſorores Medingenſes (ut & quasvis alias utriusque ſexûs perſonas Eccleſiaſticas) totâ ditione ſuâ procul exceſſe voluit: quibus tamen loci Ordinarius Reverendiſſimus ac Illuſtriſſimus Princeps Otho S. R. E. Cardinalis & Epiſcopus Auguſtanus de alio hoſpitio benigniſſimè providit, atque ad Auguſtanum S. Catharinæ Monaſterium (uti refert Wolf. Dietericus Cæſar in Chronico part. 3. cap. 1. fol. 53.) eas anno 1564. transportari fecit: præter unicam, quæ nativæ manſioni ſuæ religioſæ conſtantiſſimè ſemper inhæſit etſi ſola & avitæ religionis exercitio penitùs deſtituta, eadem de piâ (quâ ſuo Ordini Monaſterium ſervavit) ſedulitate ſuâ ſpecialiter laudata à Leonardo Mayr in Calendario Mariano vulgò Mariæ Stammen-Buch part. 1. die 28. Januarii ſub his verbis: In der Pfaltz Neuburg hat im Cloſter Medingen ein fromme alte Cloſter-Jungfrau das Lutherthumb überlebt / gantz beſtändig verharret / wann man in benachbarten Catholiſchen Orthen zue heiligen Meß geläutet/hat ſie daheim alſo ihr Gebet verrichtet / als wann ſie gegenwärtig wäre / und andere glaubwürdige Sachen geübet / ſepulchrale ſaxum illius aliquando legi taliter inſcriptum: Anno 1616. den 7. Auguſt / ſtarb die würdige Frau Anna Beringerin von Laugingen/die lebte in dieſem Cloſter 70. Jahr/und gantzem Alter 90. Jahr / deroſelben GOtt gnädig und barmhertzig ſeyn wölle.

Anno 1614. Sereniſſimus Princeps Wolfgangus Wilhelmus Wolfgangi ſupradicti filius ad unum ovile ſummi Paſtoris & Eccleſiæ Romanæ feliciſſimè reductus Medingenſe hocMonaſterium ſacro Ordini ſuo in integrum reddi voluit. Ab hoc ergò tempore numerus Partheniarum ſenſim augmentatus continuò novos ac novos progreſſus facit, & temporibus noſtris religioſiſſimus cœtus iſte ad exemplum multorum apprimè reformatus, ſed & inſigniter adauctus ſtupendâ prorsùs inhabitantium pietate plurimùm inclareſcit.

MEDLINGENSE

P*Oſtquàm Monaſterium Medingen* (antedictum) *Ordini* (Dominicano) *fuit adjunctum, inceperunt mirò modo proficere ſorores, & numero augmentari in tantum, ut nec locus eas capeſſere poſſet, nec bona earum ſufficerent pro nutri-*

nutrimento tot perſonarum. Unde paupertas earum & gravamen delatum fuit ad Papam Clementem quartum, qui anno milleſimo ducenteſimo ſexageſimo quinto Eccleſiæ præfuit, & dedit eis licentiam aliud conſtruendi Monaſterium ſui Ordinis: in quo reponi deberent ſorores, quindecim ex Medingen pro relevamine Conventus illius. Hoc, ut inter Nobiles vulgatum fuit generoſus vir Waltherus Baro de Vaymingen contulit ſororibus villam ſuam Medlingen cum omnibus bonis & attinentiis cum adjutorio & in præſentiâ Nobilis viri Henrici Spet & multorum Nobilium, qui manus adjutrices porrigebant ad ædificationem Monaſterii Medlingen anno Domini milleſimo ducenteſimo ſexageſimo ſexto Nonis Maji ædificato autem Monaſterio miſerunt Medingenſes quindecim ſorores in Medlingen, quæ venientes in locum devotiſſimo famulatu Deo ſerviebant: ad quas multæ aliæ Virgines Nobilium filiæ confluebant. Tanto autem affectu Dominus Waltherus Baro de Vaymingen fundator earum ad eas erat inclinatus, ut quotidie diurnis officiis intereſſet divinis, & ſæpe nocturnis horis de Vaymingen aſcenderet ad Matutinas. In agone conſtitutus apud eas ſepeliri ſe mandavit, & rogavit eas, ut ſi contingeret eas ab illo migrare loco in alium, quòd oſſa ſua pariter ſecum tollerent; æſtimabat enim vir prudens, ſorores, ſi multiplicarentur, non manſuras in illo loco propter aquarum defectum. Sed aviditate illa non obſtante, uſq; hodie in loco manent. Steterunt autem illa duo Monaſteria in vitâ devotâ uſq; ad totius Ordinis Prædicatorum deſtitutionem, tùm enim indies decreſcebant ambo & multiplicabantur ſcandala in totius Ordinis confuſionem & patriæ turbationem, quæ propter honorem Ordinis non expedit ſingulariter tangere. Tandem autem ævo noſtro creſcentibus reformationibus, cùm jam Conventus Fratrum in Ulmâ eſſet reformatus per Reverendisſimum Magiſtrum Ludovicum Fuchs, cœpit idem Magiſter etiam tractare de reformatione illorum duorum Monaſteriorum, & hortabatur Venerabilem Patrem Ægydium Schwertinum Landishutanum, ut apud Illuſtrem Principem rem hanc deduceret, & ita per Principem res illa poſtulata eſt à Magiſtro & commiſſa prædicto Patri Ægydio Schwertino anno Domini milleſimo quadringenteſimo ſexageſimo ſeptimo primùm Conventum ſcilicet Medingen reformavit, Clauſuram Ordinis multis laboribus inducens. Difficiliùs autem fuit ſecundum Conventum Medlingen reformare, quia erat valdè pauper & magnis implicatus debitis & ruinoſus in ſtructuris, graves & duras habens perſonas, & nemo libenter manum appoſuit. Verùm Princeps terræ quieſcere noluit quouſq; reformarentur. Anno ergò Domini milleſimo quadringenteſimo ſexageſimo octavo adductæ ſunt ſorores de Schönenſteinbach reformantes & impoſitæ Monaſterio Medlingen ipſum reformaverunt, & pluribus annis in magnâ penuriâ ibi deguerunt, adeò ut plenè deſperarent, ſe ibi poſſe manere & propter penuriam, & debita, & ruinam ſtructurarum, & maximè propter inquietudinem aliquarum antiquarum ſororum, quæ cum ſuis amicis non ſolùm Conventum, ſed totam vexabant Provinciam. Erat autem in Ulmâ quædam Virgo, cui parentes defuncti multam relinquebant ſubſtantiam: Hæc votis ob Dei amorem ſe obligans Monaſterium aliquod intrare deliberabat, & longè lateq; Sueviam circumiens, & uſq; Baſileam tranſiens, quærens locum, in quo Deo meliùs ſervire poſſet, viditq; diverſorum Ordinum Monaſteria & Incluſoria. Tandem autem cùm multa inſignia luſtrâſſet loca, omnibus poſtpoſitis ad miſerrimum Monaſterium Medlingen propter ejus neceſſitatem animum concepit. Unde anno Domini milleſimo quadringenteſimo ſeptuagaſimo quinto in die (viceſimâ quintâ Octobris) Sanctorum Criſpini & Criſpiniani receptis omnibus bonis cum grandi Monaſterii benedictione ingreſſa eſt, & habitu Ordinis induta cum magno gaudio ſororum & ingenti fletu amicorum. Induta autem Novitiatum devotè peregit, & anno devoluto profesſionem fecit. Adeò autem religioſè, pacificè & prudenter ſe gerebat, ut anno ſequenti à ſuâ Profesſione in Prioriſſam eligeretur. Incepit autem non ſegniter agere, ſed profectui Monaſterii in ſpiritualibus & temporalibus indeſinenter inſiſtere, & proſperatum eſt opus in manu ejus & antiqua Monaſterii bona dudùm vendita ſunt redempta & debita ſoluta, & ruinoſa refecta, & ſingula in melius reformata. Multas tamen adverſitates in omnibus his prudens hæc Virgo ſuſtinuit, quas viriliter tranſcurrens uſq; in hanc horam immunis evaſit: quam Jeſus Chriſtus ſponſus

ſuus

ſuus dignetur in longum cum ſuo merito conſervare. Hanc non incongruè ſecundam illius Monaſterii fundatricem nominaverim, quæ penè collapſum reſtituit & niſi ipſa veniſſet, reverà ipſæ reformatrices manere non potuiſſent, ſicq; deſolatio illius Monaſterii per ejus ingreſſum præpedita eſt. Ad ingreſſum autem ejus multæ Virgines in Ulmâ motæ etiam de Nobilibus patriæ & Optimatibus de Ulmâ eam ſequi feſtinabant, quarum plures cum opulentâ ſubſtantiâ ad eam ſunt ingreſſæ: aliæ in Medingen ſunt receptæ, aliæ ad alia convolaverunt loca, ita quòd ab ingreſſu prædictæ ſororis Margarethæ tot Virgines cum tantâ ſubſtantiâ ab Ulmâ venerunt ad Monaſteria, quòd vix aliquis crederet ſi numerare voluero. Hæc ergò duo Monaſteria Medigen & Medlingen olim privilegiis à Sede Apoſtolicâ ſunt multis dotata, quorum hodie Bullas habent plumbeas. Hactenùs Felix Faber loco antè citato.

Anno 1549. Moniales Medlingenſes à Duce Palatino-Neoburgico Henrico Othone Apoſtata Lutherano jam memorato ſuprà clauſtrali manſione ſuâ in aperciſſimum Orthodoxæ religionis odium contumelioſè profligatæ ubiubi tandem exulârunt monaſterio ipſarum cum appertinentiis omnibus ad fiſcum Principis terræ violenter attractis, & ſic longævo integerrimo unius ſeculi decurſu iniquiſſimè detentis, nempè usque ad annum 1651. quo currente die 17. Julii (teſte Friderico Steyl part. 2. die 12. Decemb. fol. 314.) Medlingenſe Cœnobium hoc (iidem diœceſis Auguſtanæ propè Gundelfingam oppidum Palatino-Neoburgicum ad Brentium amnem ab illo priori Medingenſi Monialium aſceterio uno circiter milliari diſſitum) demùm ad manus Catholicorum in integrum vel proſtatu temporis reſtitutum de prævio, quorum intereſſe potuit ac debuit conſenſu & authoritate ceſſit quidem antiquo ſuo ſacro Ordini Dominicano, haud tamen ſexui fœmineo, ſed viris; quorum ſingulari Zelo & directione temporibus noſtris peregregiè floret locus iſte præ cæteris communi tirocinio ſeu Noviciatui, uti vocant, quaſi communis palæſtra pro religioſis Candidatis ritè formandis, alendis & inſtituendis, iisque exinde ad alia religioſæ Provinciæ Monaſteria dimittendis opportunè deſerviens: cui hodie cum magnâ ſui nominis laude digniſſimè præſidet Cœnobii hujus in animam ſibi commiſſi egregius illuſtrator Clariſſimus vir Adm. R. D. Balthaſar Mayr. Prior Medlingenſis SS. Theologiæ Doctor & Profeſſor emeritus Patronus omni veneratione mihi ſemper colendiſſimus, obſervantiſſimus.

❋ MEINAUGIENSE

INſigne prorsùs (patrio vocabulo Meinau & Meinow communiter appellari ſolitum) equeſtris Ordinis Teutonici domicilium ad lacum Podamicum Conſtantiam inter epiſcopalem & imperialem alteram urbem Uberlingam ſitu plusquàm gratioſo & amœniſſimo conſtitutum. Hoc inquam gratiſſimum, quia & meriſſimum quaſi regale delitium, cum totâ cui ineſt Inſulâ nobilem virum Arnoldum de Langenſtein, ſurculum avitæ ſuæ ſtirpis ultimum præfato Ordini Teutonico circa annum 1282. perpetuo proprietatis titulo depoſthâc poſſidendum ſpontaneâ oblatione in dotem tradidiſſe poſt alios plures ſignanter refert etiam Zeillerus in ſuâ Topographiâ Sueviæ fol. 128.

❋ MEMMINGENSE

HOſpitale ſeu Monaſterium Ordinis S. Spiritus de Româ nuncupati Memmingæ urbe imperiali totâ quantâ tamen in civibus ſuis Lutheranâ multis ac variis (quæ inter maximè cenſetur aſylum publicum homicidio caſuali & aliis fortuitis delictis authoritate Cæſareâ in favorem ſtabilitum olim cœpit ſub initium ſeculi undecimi de quo Stengelius Abbas in Commentario rerum Auguſtan. part. 2. cap. 25. num. 5. vel breviter ita ſcribit: *Anno Domini milleſimo decimo Henricus Dominus in Weiſſenborn Comes in Maurſtetten Præſes Provinciæ ſuperioris Sueviæ fundavit Hoſpitale S. Spiritus Memmingæ circa*

initium mentis Novembris. Bulla fundationis ſic habet: *Quoniam omnia facta mortalium temporalem ſequuntur motum, & cuncta glorioſa etiam Imperatorum acta pereunt, æquum omninò eſt, ut ea, quæ naturâ ſuâ ad interitum tendunt, litterarum adminiculo, ut ſic ab oblivione hominum vendicentur, fulciantur. Sciant igitur tam præſentes quàm futuri, quòd ego Henricus de Weiſſenhorn advocatus Provinciæ ſuperioris Sueviæ Generalis, devotione ſeptiformis Spiritûs inductus & ſpiritualis charitatis gratiâ admonitus de conſenſu & voluntate maturaq; deliberatione uxoris meæ Hedvvigis præhabitâ (cùm heu hæredibus careamus) in remedium animarum noſtrarum prædeceſſorum meorum Patrum & Matrum & omnium fidelium Hoſpitale ſitum in valle ante portam oppidi in Memmingen, quod vulgariter Kalchthor appellatur diœceſis Auguſtenſis ædificaverim & conceſſerim Dominis S. Spiritûs de Româ in manus fratris Stephani primi Præceptoris ſeu Magiſtri &c. Teſtes hujus rei ſunt Dominus Notarius Wicho, Conradus Pömlin, Marquardus Gaſt, Vingo de Wallſtetten, Sifridus Moz. Robertus Zobbelberre. Dietricus Kempf. Wilhelmus Horchvviler & plures alii fide digni. Acta ſunt hæc anno Domini milleſimo decimo Indictione undecimâ Idibus Decembris.*

An. 1368. Hoſpitalis hujus Memmingenſis cura infirmorum ac totum regimen ſeculare de prævio conſenſu & licentia Magni Præceptoris ſeu Magiſtri Generalis Romæ de more reſidentis omninò translatum fuit ad politicum ſeu ſecularem loci Magiſtratum; ex quo tempore Hoſpitalarii religioſi ſpiritualibus ſolùm iſthîc vacant negotiis, habentes liberum ac publicum per ſingulas domos & plateas Urbis exercitium orthodoxæ religionis, ſine prohibitione aut reſiſtentiâ aliquâ cujusvis alterius conſtanter uſurpandum, unde & integrum eſt illis in propriâ ſuâ Eccleſiâ pulſatis campanis rem divinam diu noctuque ſolemniter celebrare, Sacramenta adminiſtrare, baptizare, SS. Euchariſtiam ad ægrotos etiam in domibus hæreticorū decumbentes rituCatholico cum campanulâ & lumine publicè deferre, mortuos ſepelire &c. &c.

Sed de genuino Ordinis Hoſpitaliorum iſtorum S. Spiritus Inſtituto præſtat hîc aliquid tangere, & ad notitiā aliorū, quæ mihi de illo penitiùs inquirenti, nuper ex almâ Urbe de datoRomæ all'anima 6. Martii 1694. ab amicâ manu reſcripta fuerunt, corā edere ſequentia: *A. 1198 Innocentius III. doctiſſimus ille & Sanctiſſimus Pontifex ab Angelo admonitus ad ædificandum Hoſpitale quoddam cum ſituatione loci proximè ad Eccleſiam S. Mariæ in Saſſiâ nuncupatam pro infirmis & expoſitis infantibus ſubitò manum appoſuit ad magnificam ſtructuram dicti Hoſpitalis, voluitq; ut infantes expoſiti incederent veſtitu cæruleo, quia originem de cœlo traxiſſet fundatio, atq; ut tantum opus benè gubernaretur curam illius impoſuit quibusdam Ordinis Spiritûs Sancti viris: qui tùm temporis ſub directione & regulis unius magni Servi Dei nobilis familiæ in Franciâ Guidonis propter charitatem quam exhibebant erga infirmos in Hoſpitalibus: quorum plurima ab iisdem cum exactiſſimâ curâ gubernabantur in Franciâ: ob quam bonam famam idem generoſiſſimus Pontifex non ſolùm motus ad confirmandum Ordinem, quod factum eſt An. 1198. ſed etiam committendum idipſum Hoſpitale præfato Guidoni de Montepeſſulano & religioſis ipſius, nec non Eccleſiam (quæ poſteà S. Spiritûs dicta fuit) S. Mariæ in Saſſiâ, quod contigit An. 1204. qualiter deſcriptum apparet in Aulâ novi Palatii Commendatoris. Declaravit inſuper ille idem Papa per Bullam, ut iſtud S. Spiritûs Hoſpitale Romanum ſit ac ſemper manere debeat caput præfatiOrdinis fortè depoſthàc in totâ Chriſtianitate ubicunq; tandem erigendorum aliorum Hoſpitalium. Videtur autem Hoſpitale iſtud Romæ ſimile eſſe cuidam caſtello plura palatia cum variis ſpatiorum intervallis diſtincta continenti: in quorum uno morantur quadraginta nutrices, quæ lactant parvulos expoſitos, ultrà illa duo millia hujuscemodi infantium, qui extra pro mercede fideliter educantur. Suſcipiuntur autem tam legitimi quàm etiam illegitimi, ne nimirùm fame pereant. In altero palatio habitant pueri adoleſcentiores numero circiter 500. inſtruunturq; in doctrinâ Chriſtianâ & diverſis artibus. In tertio habitant puellæ totidem numero ſub diſciplinâ Monialium incluſarum, ſicut in Monaſterio, & ſunt ſub invocatione S. Theclæ. In quarto morantur infirmi ſub longo aliquo ambulacro mille lectorum capace, qui in æſtate maximâ ex parte ab infirmis occupatur &c. &c. Sumptus & expenſæ, quæ fiunt*

in

in Hoſpitali iſto computando unum annum cum altero ad Summam Scutorum centum millium excurrunt &c. Ita litteræ Romanæ: quibus hîc ſubjungo Nicolaum Cruſenium in ſuo Monaſtico Auguſtiniano part. 2. cap. 20. fol. 94. de origine memorati Ordinis differentem ut ſequitur: *Inſignem Congregationem Canonicorum Regularium ſub Regulâ S. Auguſtini excitavit hiſce annis (1144.) in Galliâ Guido Montiſpeſſulanus titulo S. Spiritûs Hoſpitalariorum: quibus infirmos commiſit, ut eisdem tùm temporalia tùm ſpiritualia ſubminiſtrarent, in quem finem, ut à cæteris Presbyteris ſecernerentur deſtinati, voluit ut Cruce albâ duplici ligno tranſversâ in pectore inſignirentur; quo ſigno illis & Chriſti & proximi crux infigeretur. Huic congregationi locum & officium idem dedit Romæ in Saxiâ ad S. Spiritum Innocentius tertius ædificato Hoſpitali amplisſimo: ubi nonnunquàm mille quingenti infirmi curantur, ubi orphani & expoſiti utriusque ſexûs pueruli educantur, ubi mirabili omninò ſtudio & induſtriâ pauperibus, divitibus, junioribus & ſenioribus, nobilibus, ignobilibus, infirmis & ſanis ad necesſitatem providetur ex mediis Hoſpitalis, quæ opulentisſima ſunt, ad invidiam exempli.* Et ſic ille loc. cit. Sed clariora videntur ea, quæ ex ipſo Memmingenſi hoc Hoſpitali ſeu Monaſterio accepi ſub hujusmodi tenore: *Ex Bullâ fundationis noſtræ* (recenſitâ ſuprà) *luculenter apparet, Guidonem Montpeſſulanum, qui primùm Anno 1144. Canonicorum Regularium Ordinem ſub titulo S. Spiritûs in Galliâ excitavit, reſtauratoris tantùm, S. Cyriacum verò Epiſcopum Hieroſolymitanum & Martyrem anno poſt Chriſtum natum trecenteſimo ſexageſimo quarto florentem jure merito nomen ſibi vendicare fundatoris: quod etiam perantiqui codices noſtri, picturæ item Hoſpitalis & Breviaria, quibus lectiones de S. Cyriaco inſertæ ſunt, clarè demonſtrant atque teſtantur.* Verùm hîc obſervandum, S. Cyriacum iſtum (ut benè obſervat Baronius in notis ad Martyrologium die 4. Maji neutiquàm fuiſſe Hieroſolymorum Epiſcopum, ſed ſolummodò Hieroſolymis martyrium paſſum; de quo pluribus videri poteſt Bollandianus tomus primus Maji die 4. ejusdem menſis fol. 439. *Licet autem* (inquit ulteriùs relatio Memmingenſis antedicta) *Innocentius III. felicis recordationis circa memoratum annum 1144. è monte Peſſulano ſex ſocios fratres S. Spiritûs Romam usque evocaverit, illisque Hoſpitale in Saxia (in quo viri Cruce albâ duplici ligno tranſverſa, pectore tenùs inſigniti varia charitatis officia inhabitantibus locum exhibuerunt) tunc ædificaverit, & ejus juſſu hodiedùm noſtri tã ſanis quàm ægrotis, tùm divitibus tùm pauperibus, junioribus & ſenioribus, Nobilibus & ignobilibus, imò omnibus utriusq; ſexûs infantibus ex mediis Archi-Hoſpitalis ſanè ditisſimi, mirabili omninò ſtudio & induſtriâ proſpiciant & provideant, non tamẽ exinde ſequitur, Fratres noſtros in Urbe, utpote totius mundi & Chriſtianitatis capite nullam habuiſſe reſidentiam, imò magis credibile videtur, antiquos illos Cruciferos aliquando ab bellum contra Saracenos amore Chriſtianæ fidei profectos, partim in eo trucidatos fuiſſe, partim hinc inde diſperſos Innocentium Papam ſupradictum congregâſſe in unum, conſtitutoque illis Romæ Generali Magiſtro Regulæ S. Auguſtini (noſtrâ tùnc penitùs abrogatâ) ſubjeciſſe; cujus memorati Pontificis veſtigiis etiam Innocentius IV. & Pius II. inſiſtentes denuò ſacrum Ordinem confirmârunt reformaruntque; quam ob cauſam omnia Hoſpitalia ubicunque locorum illa conſiſtunt ab Archi-Hoſpitali Romano ſupradicto tanquàm membrum à ſuo capite dependent, illique quotannis ſeptem aureos in ſubjectionis recognitionem pendere tenentur: à quo tamen annuo cenſu omninò ſublevantur & eximuntur Confratres noſtri religioſi Memmingenſes, eò nimirùm quòd de ſpeciali licentiâ & aſſenſu Magiſtri Romani & Magni (uti vocatur) Præceptoris Hoſpitale Memmingenſe ſub annum 1368. cum omnibus juribus & appertinentiis conſequenter etiam oneribus tranſierit ad S. P. Q. Memmingenſem adjectâ hâc odioſâ ſatis ipſis clauſulâ, ut ſecularis Magiſtratus duos ex ſuo (qui plerumque Senatorii Ordinis & Patritii ſunt) gremio ſeligant, ac annuatim Reverendisſimo Magiſtro ſeu Superiori noſtro, toti quoque Senatui de bonis tam mobilibus quàm immobilibus, item de acceptis & expenſis ſcriptotenùs ratiocinium (quod ſemper vel in Hoſpitali domo noſtrâ, vel etiam in Senaculo alternatim fit feriâ ſecundâ poſt Dominicam Palmarum) reddant, & ſi quandoque in hujuſcemodi ratiocinio, quæque tandem deprehandantur corrigenda, correctionem libenter admittunt, atque ritè peractis omnibus tùm memoratus Reverendisſimus Magiſter, tùm*

Urbis Conſul in præſentiâ totius Senatûs exactam pactorum obſervantiam utrimq; ſtipulatâ manu ſpondent &c. &c. Denique pro dictorum confirmatione ſuccedat hic Trithemius Abbas de eodem hoc ſæpedicto S. Spiritûs Ordine in ſuo Chronico Hirſaug. part. 1. fol. 527. talia fatus; *Papa Innocentius III. Ordinem Cruciferorum à B. Cyriaco Epiſcopo & Martyre olim temporibus Conſtantini Magni Imperatoris inſtitutum: ſed poſteà per Julianum apoſtatam extinctum, quippe qui eundem ſanctum virum diverſis pœnarum ſuppliciis affectum Chriſti Martyrem fecit, ſuis temporibus reſuſcitavit, & in Lateranenſi Concilio pro S. Crucis honore confirmavit, & hoc intentione præcipuâ contra hæreſim Albingenſium, qui variis erroribus ſanctam conturbaverunt Eccleſiam.*

MEMMINGENSE

PArochiali urbis templo *S. Martini* intitulato propiùs adſitum peregregium quondam Ordinis S. Antonii cum adjuncto (rei divinæ ritè peragendi ſatis oportuno) Sacello contubernium ſeu Hoſpitale, hodie tamen iſtud meriſſimè Lutheranum, idem ex genuinâ fundatione ſuâ dives admodùm & largiſſimis poſſeſſionibus inſtructum teſte Zeillero in Topographiâ Sueviæ fol. 129. Fundator loci hujus (uti vetuſtum quoddam habet Chronicon Weiſſenhornianum m. s. in Bibliothecâ Cartuſiæ Buxheimenſis usque modò ſervatum) fuit ille ipſe, qui & primus circa annum 1241. Pondenſe ſacrarum Virginum Monaſterium itidem recenſendum infrà condidit Conradus Pincerna de Winterſtetten laudatus apud Bruſchium de Monaſt. German. cent. 1. fol. m. 101. Sed amplius reſponſum ad plura de Antonianâ domo iſtâ, & vel maximè de moderno ſtatu illius ex ipsâ civitate Memmingenſi haud ita pridem ad me transmiſſum ſic accipe: *Ad interrogata nemo melius & fundamentalius reſpondere poſſet quàm Archigrammateus Memminganus, cum ipſe præſit communi urbis Archivio, in quo hæc omnia quàm diligentiſſimè hodiedùm aſſervantur. Sed quis noſtrûm citra repulſæ formidinem & ruborem talia ab ipſo poſtulet? ego profectò citiùs faciliusque clavum de manu Herculis extorquerem, quàm ſimilia de unguibus heterodoxorum iſtorum, nolunt enim erubeſcere, & pro iniquis (quales revera ſunt) poſſeſſoribus rerum ſacrarum aliquando videri vel audiri. Ut tamen aliquid ad interrogata reſpondeam, ſaltem ea, quæ jam pridem à viris omnimodâ fide digniſſimis audivi communico, & ſic ea ſe habent: Antonitæ Memmingenſes non Equites ſed Hoſpitalarii Ordinis S. Antonii fuerunt. Antiſtes Præceptoriæ hujus quondàm planè inſignis & opulentæ ſatis, vocabatur magnus Præceptor vulgò* der Großmeiſter bey *S. Antonio: quorum ultimus Adamus Brumer ex nomine ſuo dictus tempore Lutheri ad peſſimum aliorum ſcandalum & exemplū apoſtatavit à fide & clavis cum quibusvis documentis litterariis & aliis Inſtrumentis publicis pro tenui ſolùm penſione ad dies vitæ ſibi reſervatâ politico ſeu ſæculari Magiſtratui Memmingenſi jam in totum Lutherano plenariè tradidit, ſicque prô dolor nobiliſſima Domus hæc Antoniana cum omnibus appendiciis ſuis & redditibus opulentiſſimis iniquiſſimo proditionis titulo ad manus iniquorum devenit. Appertinentes cenſus ac redditus poſtmodùm magnâ ex parte fuerint diminuti, quia videlicet partim venditi, partim quomodolibet abalienati variéque diſperſi. Extat adhuc Antonitarum iſtorum domicilium propè ſeu potiùs retrò primariam Memmingenſem Eccleſiam parochialem hodie itidem Lutheranam; ædes utcunque ſatis amplæ: in quibus præter habitationes unius vel alterius fanatici præconis aliarumque familiarum videre eſt Bibliothecam civitatis & quidem inſtructiſſimam. Item Collegium, uti vocant, Muſicum, quod eſt locus, ubi ſingulis quatuordecim diebus in gratiam Philomuſorum habetur Conventus & exercitium muſicum. Item Domus Antoniana moderno tempore domus etiam pſeudo-parochialis eſt, vulgò* der Pfarr-Hoff. *Habuit quidem annexum (quodammodò perſtat) ſacellum, ſed nullum prorsùs in eo religionis exercitium. Et hæc pro deſideratâ reſponſione ſufficiant, daturus ſanè plura, ſi ſuppeterent.*

MEMMINGENSE

ALiàs *S. Nicolai* communiter intitulatum antiquitus Ordinis Monaſtico-Benedictini Cœnobium extra mœnia ſæpe memoratæ civitatis Memmingenſis aliquando conſpicuum, idque pro Monachis Scotis authore Guelphone ſexto Henrici Magni ſeu Nigri filio Duce Spoleti, Sardiniæ & Sueviæ Principe fundatum: qui decrepitâ jam ætate Idibus Decembris feſto die S. Luciæ Virginis & Martyris Anno 1191. viam univerſæ carnis ingreſſus in celeberrimo Præmonſtratenſis Ordinis Monaſterio apud Baccaros diœceſi tamen Auguſtanâ pariter à ſe condito ſepeliri voluit juxta filium jam antè immaturo fato præreptum, ibidemque loci ſeu in Steingaden reconditum: poſt quem tùm ipſe Guelpho pater adhuc annis 24. ſuperſtes vixit, qualiter oſtendit Bucelinus in Germaniâ ſacrâ part. 2. fol. 64. & in Hiſtor. Agilofing. 404. in Guelphone ſeptimo. Item Stengelius Abbas in Comment. rerum Auguſt. part. 2. cap. 35. num. 5.

Idem autem Nicolaitanum hoc Monaſterium labentibus annis à Monachis ad Canonicos Auguſtinianos fuiſſe translatum refert Wolf. Diet. Cæſar in Chronico Auguſtano part. 2. cap. 5. fol. 67. ita ſcribens: Gleich zu Anfang diſes Hartwichs (ſeu Hardovici Anno 1168. in Epiſcopum Auguſtanum promoti) Regierung hat Welffo Hertzog im Algow und Bayren Marianum Scotum mit 12. Mönchen ſeiner Nation und Ordens von Regenſpurg abgefordert/ und als den erſten Abbt des neuen Cloſters/ ſo er nahend bey Memmingen auffgebauen/ durch Beſtettigung diſes Biſchoffs zu Augſpurg eingeſetzt/ welches Stifft nachmahls von dem Orden der Benedictiner kommen/ und zu einer Probſtey der Canonicorum Regularium worden/ doch zu letzt bey unſeren Zeiten gantz und gar (tumultuante hæreſi) in Abgang kom̃en. Et ſic quidem ille, qui & infrà loc. cit. cap. 12. fol. 268. idem hoc Memminganum S. Nicolai Cœnobium nominatim enumerat, inter ea, quæ ſub initium prioris ſeculi Canonicis Regularibus Ordinis S. Auguſtini in diœceſi Auguſtanâ fuerunt propria, contrà quod tamen apertiſſimè pugnare videtur diploma quoddam pontificium (penes RR. PP. Eremitas Auguſtinianos Memmingenſes usque modò ſervatum) ab Innocentio Papa VIII. datum: quo iisdem PP. Auguſtinianis ſeu Memmingenſi ipſorum Monaſterio regularis (ut in actis vocatur) Præpoſitura hæc S. Nicolai pleniſſimè fuit tradita & incorporata, uti pluribus dicetur infrà.

❀MEMMINGENSE

MOnaſterium RR. PP. Eremitarum Ordinis S. Auguſtini ſpectatisſimo totius urbis loco propè domum Senatoriam & plateam viâ regiâ conſpicuum. Religioſi inquilini credunt clauſtralem manſionem hanc ipſo oppido Memmingenſi vetuſtiorem, eò nimirùm quòd Eremicolæ quidam iſthìc ſubſtiterint antè, qui ſucceſſu temporis, tùm gratuitis Benefactorum eleemoſynis & oblationibus, tùm dotibus propriis adjuti certa quædam coëmerunt latifundia: quibus tandem in formatum Monaſterium apparatis, anno non notato cœpit iſthìc Ordo Eremitico-Auguſtinianus usque hodie ſtabilitus.

Anno 1340. nova quædam (teſtimonio Annalium domeſticorum m. ss.) altaria fuerunt conſecrata in percelebri Cœnobii hujus templo, quod Præcurſori Domini S. Joanni Baptiſtæ dicatum tres ingentes habet fornices, quæ cunctis reliquis civitatis ædificiis jucundisſimè ſpectandum: in quo & ara Princeps opere ſculptuli formata præ ſex aliis aris in eodem templo poſitis mirificè clareſcit.

Anno 1484. Regulare Monaſterii hujus clauſtrum fuiſſe magis ampliatum conſtat ex citatis Annalibus. Complectitur illud hodie manſiones ſeu vulgò Cellas ſedecim Terapeutis totidem accom̃odas & præparatas.

Anno 1489. Innocentius Papa VIII. recenſitum anteà Monaſterium Benedictinum S. Nicolai nuncupatum extra

civitatem Memmingenſem à prioribus religioſis inquilinis ſuis, quacunque demùm ex causâ derelictum cum appertinentibus juribus, cenſibus & redditibus RR. PP. Auguſtinianis iſthîc Memmingæ commorantibus in omnimodam poſſeſſionem plenisſimè fuit traditum & aſſignatum. Sed & paulò pòſt authoritate Raymundi S. R. E. Cardinalis & Legati de Latere eisdem Cœnobitis ſolemniter incorporatum; quamvis inde (ut mox dicemus infrà) ab hæreticis temerariè fractum, violatum & expoliatum; unde præter inane nomen illius haud ampliùs quicquam ſuperat, præterquàm plana & inanis fundi clauſtralis area in Cœmiterium Lutheranorum nefariè commutata.

Anno 1527. S. P. Q. Memmingenſis jam novâ hæreſi Lutheranâ ſenſim intoxicatus, tùm blanditiis, tùm minis fraudulenter invitavit Priorem & reliquos Auguſtiniani Cœnobii hujus inquilinos ad ſtationem religioſam ſacrilegè deſerendam, eamque ad manus Magiſtratûs ſecularis plenariè reſignandam, ſed effectu ſolùm fruſtraneo tentamen hoc fuit illuſum & annihilatum.

Anno 1528. poſtquàm Memmingenſes (uti loquitur Hiſtorica relatio de ortu & progreſſu hæreſum in Germaniâ Anno 1654. typis Ingolſtadienſibus edita fol. 45. num. 50.) omnia altaria in Urbe ſuâ deſtruxerant eò, quòd omninò nihil tenerent de Venerabili Sacramento Euchariſtiæ Priorem & Conventum Auguſtinianum gravisſimis minis exterritos potenter inducere imò cogere totis viribus attentârunt ad tradendum claves & quæque pretioſa templi cimelia ac Monaſterii utenſilia, ſed meriſſimè fruſtrà Venerabili nimirùm loci Priore contra ſceleſta hujusmodi attentata ſolemniter proteſtante.

Anno 1529. die 15. Octobris Ven. in Chriſto Dominus P. Joannes Oeſter pro tempore Prior & Conventus Auguſtinianus à Magiſtratu Urbis in Prætorium vocati ſub malitioſo prætextu hoſtilis infeſtationis olim fortè metuendæ protervè juſſi ſunt Monaſterium ac templum S. Nicolai nominatum ſuprà totum deſtruere & ſolo æquare; quibus nefaria juſſa realiter exequi renuentibus quantocyùs clauſtrale hujuſcemodi ædificium nequisſimis infimæ ſortis nebulonibus ac ſcurris in direptionem datum cum ſacris vaſibus, campanis &c. iniquisſimè ſubtractis, factum eſt quaſi ſpelunca latronum, fundo illius (poſt muros ſolo coæquatos) Memmingenſibus Lutheranis in locum ſepulturæ conceſſo, uti dictum eſt ſuprà.

Anno 1538. Venerabilis religioſorum virorum cœtus in regulari obſervantiâ & profesſione orthodoxæ religionis flecti neſcius, ſed omninò firmus ac ſtabilis ſemper inventus poſt immanes perſecutiones patienter exantlatas tandem etiam hæreſi Lutheranâ nimium quantum prævalente fuit iniquisſimè ſpoliatus & diſſipatus, inde tamen authoritate Cæſareâ Caroli V. potentisſimi Imperatoris reſtitutus, usque modò medios licet inter Acatholicos ſub ficu & vite ſuâ manet ſtabilitus.

MEMMINGENSE

DOmicilium quoque, ſeu quædam, uti vocant, Reſidentia Patrum Societatis Jeſu ſub annum 1626. apud Memmingenſes authoritate Cæſareâ Auguſtisſimi Romanorum Imperatoris Ferdinandi Secundi fuit ſtabilita, teſtimonium perhibente ſimplici quâdam ſcripturâ, quam deprehendimus alicubi taliter annotatam: Anno 1626. den 20. Septembris wurden durch den Biſchofflichen Augſpurgiſ. Pflegeren von Schönegg/der Egloff genannt/die Herren Jeſuiter in diſe Stadt eingeführet/und in des Biſchoffs Hoff einlogirt / geſchahe auch ſolches abſonderlich im Namen und Befelch der Röm. Kayſ. Majeſtät/gabe aber beinebens bey der gantzen Burgerſchafft und Gemeind ein gar ſeltzames anſehen/ daß man neue Geiſtliche müſte an- und auffnemmen. Quanto autem tempore memorati Patres iſthîc locorum ſubſtiterint non habeo dicere, mihi tamen perſuadeo poſt promulgatam pacem Cæſareo-Suecicam demùm illos emigrare fuiſſe coactos. Sed, utut ſit, Stengelius Abbas in Mantiſſâ (quam ſuo Rerum Auguſtanarum Commentario 1647. typis Ingolſtadianis excuſo novam ſuperaddidit) Auguſtæ Vindelicorum 1650. editâ

editâ cap. 6. fol. 16. inter Collegia ac reſidentias in diſtrictu diœceſis Auguſtanæ pro tempore conſtituta & conſtitutas nominatim etiam *Memmingenſe* hoc domicilium enumerat.

MEMMINGENSE

HAbuit antiquitùs eadem ſæpedicta civitas imperialis Memminga parthenium quoque domicilium aliquod Ordini Eremitarum S. Auguſtini ſubditum, idque communiter *S. Eliſabethæ* inticulatum, aliàs etiam *Monaſterium Majus* cognominari ſolitum ad diſtinctionem nempè Franciſcanæ cujusdam Congregationis ibidem loci (ut mox dicemus infrà) hodiedùm inclytæ. Abbas Stengelius in Mantiſsâ loc. cit. hoc quidem ſororibus Tertiariis Franciſcanis attribuit, at non niſi Auguſtinianum ſemper fuit idem jam ab anno 1573. in ſcholam Latino-Lutheranam (teſte Cruſio in Annal. part. 3. lib. 12. cap. 19.) mutatum, utpotè prius à ſuis ſacrilegè derelictum, de quo alibi ſimpliciter annotata leguntur ſequentia: *In magno Monaſterio* (Memmingæ) *Monialium Ordinis Eremitarum S. Auguſtini ad S. Eliſabetham dicto domicellæ numero quadraginta omnes votorum ſuorum immemores fidei deſertrices loco cœleſtis ſponſi Chriſti ſacrilegas nuptias* (Anno 1524.) *elegerunt & inierunt, ſed intrà paucos annos ad unam omnes miſerè perierunt infauſtis caſibus extinctæ.*

✱MEMMINGENSE

ALiud apud Memmingenſes ſodalitium religioſarum Virginum formulam & Inſtitutum ſororibus tertiariis S. Franciſci conſuetum ſolemniter profitentium: de cujus initio reſtant ſuo loco legenda ſequentia: *An. 1447. Memminga civitas Imperialis ſat celebris in ſuperiore Sueviâ ſeu Algoviâ diœceſis Auguſtanæ non procul ab Herâ fluvio Campidonâ & Kaufbura ſex horis in triangulo versùs plagam occidentalem ſita quinq; ſorores ex imperiali itidem civitate Iſnâ venientes ad inſtantiam quorundàm civium devotorum ac maximè zeloſiſsimi Paſtoris R. D. Petri Steinbrecher eò deſcendentes ab initio difficulter admiſit, eò quòd ad ſerviendum infirmis obligare ſeſe recuſarent, tandem tamen ſuaſu & precibus ejusdem D. Parochi Senatus iisdem liberam habitationem & cuncta jura civica ſeu municipium conceſſit. Sorores humilem adiculam propè Eccleſiam parochialem B. Virginis ſequenti anno ſub Venerabili Magiſtrâ Annâ Schefflerin coëmptam ſucceſſu temporis collectis piorum eleemoſynis, opere manuali, receptis & acceptis item tyronum juvencularum dotibus ad Ordinem ſuſceptarum circa annum 1471. in pulchrum Monaſteriolum Hortus Mariæ nuncupatum converterunt ſub gubernio & directione Ordinarii in eo degentes usq; ad annum 1487. quo tempore Venerabilis Magiſtra Agnes Heggin ſuo magno Zelo & prudentiâ commiſſum cœtum ita rexerat, ut omnimodâ Dei benedictione in ſpiritualibus & temporalibus implerentur, & Nobilibus etiam ſeu Patritiis aliquot filiabus ad gremium receptis ad triginta multiplicarentur parthenia: quarum intuitu Magiſtratus ſororibus fornicem tectum à Monaſteriolo ad parochialem Eccleſiam Beat. Virginis conſtruere permiſit, quo ad ſuum Oratorium in poſtremâ templi parte conceſſum & apparatum pergerent. Sororibus verò ad rigidiorem Inſtituti obſervantiam ſub Patribus Franciſcanis regularis (uti vocabantur) obſervantiæ tunc temporis plurimùm florentibus, fortiter anhelantibus prædicto anno ab Ordinario dimiſsionem, & à Superioribus Provinciæ Argentinenſis admiſsionem feliciter obtinuerunt Epiſcopo Auguſtano easdem ſcriptotenùs Patribus memoratæ Provinciæ ſpecialiter recommendante & regimini ipſorum committente; unde ſic ſine interruptione magnâ conſcientiarum ſuarum quietè vivunt &c. &c.* Item Fortunatus Hueber fol. 1367. de eodem Parthenone taliter occurrit legendus: Zu Memmingen in Algow haben die Kloſter-Jungfrauen von der dritten Regul Sanct Franciſci biß in zehen Perſonen zu dem ſchwartzen Weyl und ewigen Cloſter-Beſchluß ſich verbunden/ hat aber umbs Jahr 1514. die Mutter

Barbara

Barbara Rudolphin unter ihrer ſo weit gebrachten 22ten Zahl das Werck nicht könten beſtändig erhalten / daß nicht die ketzeriſche einreiſſende Wütigkeit mit Gewalt hat vorgezogen/ und die ins Elend vertriebne geiſtliche Ordens-Schweſteren erſt Anno 1559. wiederumb in ihr Cloſter eingelaſſen; allwo den 29. Brachmonat der Wendelinus Fabri als Provincial in der Straßburgiſchen Provintz/die würdige Mutter Vorſteherin / ſamt noch zweyen anderen Schweſteren mit den ſchwartzen Weyhl / zu dem ewigen Cloſter-Beſchluß in der Pfarr-Kirchen aufs ſcheinbareſt hat zugeheiliget. Als im Jahr 1579. Herr Felicianus/ Biſchoff zu Scalen/ aus hohen Päbſtlichem Gewalt/als Pottſchaffter / alle Frauen-Clöſter in Teutſchland viſitirte/hat er zu Memmingen zwar etliche Satzungen hinterlaſſen / jedoch ſchrifftlich erkennet/ daß dermahlen wegen zeitlicher Unhülfflichkeit zu Memmingen bey den Tertiarien S. Franciſci nicht wol könte ein Cloſter-Beſchluß eingeführt werden. Iſt alſo biß auf jetzige Täg dieſes Cloſter unbeſchloſſen verblieben. Item infrà fol. 1398. Zu Memmingen hat im Jahr 1522. die wüttende Peſt innerhalb zwey Monath 15. Ordens-Schweſteren / ſo alle vornehme Burgers-Töchteren geweſen/hinweck geriſſen. Welches ja derentwegen GOtt gnädiglich verhenget/ weilen bald die Peſtilentz deren Glaubens-Irrungen viel einen gröſſeren Seelen-Schaden hat verurſachet. Nach dem zwey Jahr vorhero das Cloſter biß auf neun Cloſter-Jungfrauen ausgeſtorben / hat alsdann im Jahr 1524. die Seelen Peſt erſt recht angefangen / weilen der gantze Magiſtrat die mehriſte Burgerſchafft und alle geiſtliche Cloſter- und Kirchen-Perſonen / deren ſich damahl bey 24. befunden / der Römiſchen Kirchen haben abgeſagt/ und ſich zu der Lutheriſchen Profeſſion bekennet haben. Der eintzige Pfarrer bey Unſer Lieben Frauen hat eifferig Stand gehalten / aber auch für die Römiſche Kirche alles Widriges ſtandhafftig ausgehalten. Dann als er an dem Vorabend der Gnadenreichen Geburt JEſu Chriſti die Veſper haltete / ſeynd ſeine vorige/ jetzt aber veränderte Mithelffer mit Prüglen und Waffen gantz wütend/ mit vielem Volck zugeloffen/ und haben ihne wie die Mörder gantz grauſamlich geſchlagen / von der Pfarr-Kirchen und Stadt aufs ſpöttlichſt hinaus gezogen/ von dem St. Eliſabeth-Cloſter ſeynd auf einmahl 40. Cloſter-Jungfrauen davon gangen/ haben Männer geheurathet / ſeynd aber alle innerhalb wenig Jahren gar urplötzlich zum Gericht GOttes abgeholet worden. Die Franciſcanerinnen zwar haben von dieſen abtrinnigen Weibsbilderen groſſe Anſtös und Verfolgungen gelitten/ſeynd aber wohl beſtändig in ihrem heiligen und geiſtlichen Beruff verharret. So hat ſie der Herr Heinrich Löhlin in dem inneren Rath dergeſtalten beſchützet/ daß ſie nach dem erſten Jahr des angenommenen Lutherthumbs nichts ſchwehrs und bitters mehr haben leiden dörffen.

Alsdann im Jahr 1528. hat das Lutherthumb erſt recht überhand genommen/ dahero auch die Franciſcanerinnen zu Memmingen viel haben leiden müſſen. Ein Prädicant/Namens Ambroſius Blarer / iſt von Coſtantz dahin kommen/ welcher mit ſeinen Lehren und Predigen endlich die gantze Stadt Memmingen verkehret / und die Päbſtliche Kirchen-Gebräuch gantzlich ausgereutet. Diſer Prädicant iſt endlich mit zweyen Raths-Herren in das Franciſcaner-Clöſterlein kommen/ allwo die Cloſter-Jungfrauen nicht allein gantz Hertz- und Zungenhafft ſich dem Lutherthumb widerſetzten/ſondern auch weder mit Troſt- noch mit Troh-Worten/ weder mit Schröcken noch Verheiſſungen dahin haben könten vermöcht werden/daß ſie ob dem Lutherthumb nur mit einigen euſſerlichen Zeichen ein Gutheiſſen oder Wolgefallen verurſacht/ja ſie wollten lieber in dem Romaniſchen Catholiſchen Glauben ſterben / als einen Nagelbreit von demſelbigen abweichen/und dem neuen Lutherthumb zutretten/ alſo zwar / daß der Prädicant/ weil er ein gantzes Jahr nichts hat könten aus-

ausrichten / ſich ſelbſten darob verwundert/ und dieſe Ordens-Schweſteren bey dem Magiſtrat für unſchuldige/ einfältige und gute Leuthlein hat angeben ; dahero ſie zwar bey drey Jahren gedultet/ aber aller Romaniſchen Altar-Dienſten ſeynd beraubt worden / der Lutheriſchen Predig muſten ſie fleiſſig beywohnen/ ja wohl auch öffters in dem Clöſterlein anhören / und niemand konnte vermercken / daß ſie auch in einem einzigen Gedancken verkehrt wurden. Ein Franciſcaner-Prieſter kame zu Zeiten in weltlichen Kleideren hinein/ der ihnen die heilige Sacramenta/ Predigen und Aufmunterungen gethan hat / wäre dieſer nur einmahl aufmährig gemacht oder erwiſchet worden/ würde es gewißlich ſein Leib und Leben gekoſtet haben.

Als im Jahr 1531. die vornehmſte zwey Prädicanten / als Joannes Oecolampadius von Baſel/ und Martinus Bucerus von Straßburg / nach Memmingen angelangt/ und mit ihren ſo anhebenden Beredungen an dieſen Franciſcaneren gar nichts konten ausrichten / haben ſie ſelbige mit Hohn/ Schmach und Trohungen erfüllet/ gantz verzweifflet dem Teuffel zugeſprochen. So hat auch alſobalden der Magiſtrat ihnen das Sigill/ Schrifften und Regiſter mit Gewalt hinweg geriſſen/ und ſie offentlich des Stadts-Schutz beraubt / dahero ſie allerſeits/ unangeſehen ihres flehentlichen Bittens/ in der äuſſerſten Gefahr des wütenden Pöbels ſchwebten.

Mich geduncket/ der vor etlich wenig Jahren bey der Porten ſich einfindende Franciſcus / (wie anderwerts davon in dieſer Chronick eingeführt worden) habe dieſem Clöſterlein einen ſo mächtigen Seegen hinderlaſſen/ daß keine der Innwohnerinnen von der Römiſchen Catholiſchen Kirchen/ die den gantzen Orden St. Franciſci auf ewig verpflichtet iſt/ abgewichen. Aber höret die heroiſche Klugheit der damaligen Vorſteherin Anaſtaſiä Dobenhoverin/ als dieſe die augenſcheinliche Gefahr des allerſeitigen Verderbens vermerckte/ hat ſie auf kein Weiß ihre anvertraute Jungfräuliche Töchtere von ihrem himmliſchen Bräutigam wollen laſſen abſonderen/ ſondern hat ſelbige durch Rath u. Beyhülff eines Herren Prälaten von Ottenbeuren in weltl. Manns-Kleideren / innerhalb zweyen Tagen zu allen Porten der Stadt/ mit unvermerckter Behutſamkeit hinausgebracht/ alſo zwar / daß derſelben gantzes Clöſterlein/ ſamt allen Hausrath / (auſſer was ſie unvermerckt mit ſich haben tragen könten) denen neuen Lutheraneren in der Hand geblieben. Nachdem ſie alle dreyzehen an einem gewiſſen Ort zuſammen kommen / hat der obgemeldte Herr Prälat ſelbige auf beſtellten Wägen nach Cloſter-Beuren laſſen führen/ allwo ſie nicht allein von ihren Ordens Schweſteren mitleidig empfangen worden/ ſondern auch mit ihnen in groſſer geiſtlicher Lieb gantzer zwey Jahr ſich haben aufgehalten. Alsdann haben ſie ſich aus guter Freund Einrathen nahender zu der Stadt Memmingen gerucket/ und haben ſich zu Dersfalck bey Herren Burggraffen Ulrich an dem Mittwoch nach Pfingſten/ im Jahr 1533. niedergelaſſen ; allwo ſie auch vier gantzer Jahr armſeelig ſich gedultet haben. Von dannen hat ſie im Jahr 1537. die nothwendige Flucht in ein Haus nach Oelderen getrieben / wohin ſie an einem Sambſtag nach St. Franciſci Tag angelanget / und 12. gantzer Jahr / nemlich biß aufs Jahr 1542. ihr Himmels-würdige Vorſteherin/ Mutter Anaſtaſiam Dobenhoverin durch den zeitlichen Tod verlohren/ GOtt hat dieſe Heldenmäſſige Tugend augenſcheinlich belohnet/ dann ſowohl der Papſt/ als Keyſer/ ſich um diſe lobreiche Ordens-Schweſteren angenommen / ihre Burgerliche friedliche Bewohnung auff ein neues angeſchafft / und Herren Cardinal Otto/ Biſchoffen zu Augſpurg/ ſamt dem Herren Domb-Dechant/ auf ein neues zu einem Schutzhalteren der Schweſteren beſtellt/ welche dann auch nach und nach dergeſtalten mit gutmächtigem Fug umb die Schweſteren ſich angenommen/ daß ſie durch die abgeordnete Herren Prälaten von Kempten und Otten-

Iiii Beuren

Beuren wiederumb im Jahr 1548. völlig in ihre alte geiſtliche und burgerliche Rechten ſeynd eingeführt und eingeſetzt worden/ nemlich hatte der Monarch/ und groſſe Kayſer Carolus V. damahl durch ſeine vielfältige Sieg denen Proteſtierenden ihre hocherhebte Flügel dergeſtalten zuſammen gelegt/ daß ſie ſich aller Orten auf gar feine und leidenliche Verträg haben eingelaſſen. Wie dann im Jahr 1549. den letzten Januarii die vertriebne Ordens-Schweſteren St. Franciſci wiederumb ſeynd von dem P. Provincial Wendelin Fabri eingeführt worden. Wegen ihrer allgemeinen Begräbnus hat es noch ein Bedencken / dann ſelbige haben ſie in Unſer Lieben Frauen Pfarr-Kirchen behauptet / jetzt aber haben ſie ſelbige in der Auguſtiner-Kirchen zu ſuchen/ von dem Jahr 1579. hero; an dem der Herr Felicianus, Apoſtoliſcher Nuncius, für den dritten Orden St. Franciſci ſehr viel nutzliches und auferbauliches geſchafft hat.

✻ MENGENSE

Cœnobium de Ordine S. Guilielmi Ducis Aquitaniæ & Comitis Patavienſis ſub regulâ Divi Benedicti Abbatis militante temporibus noſtris intra muros oppidi (de quo pluribus agit Zeillerus in Topographiâ Sueviæ fol. 136.) Mengenſis in valle Danubianâ ſenis ſupra Ulmam milliaribus ſituati, conſtitutum celebreq; plurimùm. Fundatum eſt autem ſacrum iſtud diœceſis Conſtantienſis territorii verò Auſtriaci domicilium, aliàs *Porta Mariæ* intitulatum, eique recèns condendo præter fundum & aream quævis conſueta quoq; municipii jura ſub annum 1282. die 10. Februarii lubens contradidit civicus Magiſtratus & omnis populus Mergenſis; poſt quem ſupremus quoque terræ Dominus Fridericus cognomento Pulcher Romanorum Rex Auguſtus, Dux Auſtriæ, Sueviæ &c. de pleno & unanimi fratrum ſuorum Rudolphi & Leopoldi conſenſu ſub annum 1304. die 4. Auguſti Mengenſem parochialem Eccleſiam S. Martini cum queisvis appertinentibus bonis proventibus, juribus ac privilegiis pleno jure depoſthâc poſſidendum tradidit. Poſt Sereniſſimos Principes Auſtriacos antedictos eximio Beneficentiæ titulo inclaruerunt etiam Eberhardus Comes de Nellenburg Anno 1312. Wolfardus Comes de Veringen 1317. Wernherus & Ulricus Nobiles Dynaſtæ in Ruelfingen Anno 1304. Waltherus Nobilis de Byeren 1364. & alii plures: quorum nomina apud Cœnobitas Mengenſes gratâ ſemper retinentur memoriâ, haud dubiè eadem ipſa digito Dei jam olim inſcripta libro vitæ.

MERGARTENSE

Domicilium equeſtris Ordinis Melitenſis in Ducatu Wirtenbergico vel antiquioribus ſeculis inclytum; inde tamen hæreticâ pravitate ſubverſum & ad uſus alienos nefariè tractum; dehinc vix nomine ſuo reſiduum in Annalibus Cruſianis part. 3. lib. 6. cap. ubi legitur Anno 1421. Commendatorem in Mergarten egiſſe Nobilem ac Strenuum Dominum Wilhelmum de Hülfingen.

✻ MERSPURGENSE

Mariſpurgum ſeu aliis Merſpurgum vulgò nuncupari ſolitum civitas & reſidentia Principis & Epiſcopi Conſtantienſis à famoſâ paris nominis civitate ſolo lacu Podamico disjuncta, eademque loco præcelſo & exquiſitè jucundo & eleganti latiſſimè conſpicua venerabile Parthenium aliquod habet & inſigne Domiaicanæ familiæ contubernium cum ſuo (quod ſibi conjunctum habet ac proprium) templo ter venerandæ ſalvificæ Cruci Dominicæ dicatum. Primitùs id cœpit & exurrexit tribus propemodùm abhinc ſeculis anno (carentiâ Tabularii bello Suecico ſubtracti) haud ampliùs inquirendo. Auſpicatæ verò fuerunt & initium Cœnobio huic dederunt quaternæ (qua-

(quarum ſtemma inclytum itidem poſteritati manet abſconditum) viduæ claris natalibus ortæ: quibus inde perplures adhuc fuerunt aſſociatæ, & ſic formale clauſtrum fuit apparatum primitùs canonicæ S. P. Aurelii Auguſtini regulæ conquadratum; idem poſt annos aliqualiter immutatum atque Inſtituto Prædicatorii Ordinis bellè coaptatum; quod fortè contigit ſub annum gratiæ 1477. id temporis enim Parthenonem hunc peregregiè fuiſſe reformatum expreſsè ſcribit Fridericus Steill in ſuis Ephem. Dominicano-Sacris die 2. Octobris fol. 552. Martinus Papa V. durante Concilio Conſtantienſi Apoſtolicæ confirmationis munus ſuperaddidit, atque Ordinarii viſitationi regulari locum ſubdidit. Memoratum Partheniarum iſtarum Merſpurgenſium templum tribus altaribus ſacris claret inſtructum: ubi per ſingulos totius anni dies plures aliquot Miſſæ fiunt, ſed & in arâ principe magnam venerationem habet ligneum quoddam Chriſti crucifixi ſimulacrum aſſiduis miraculis coruſcum: cujus rei teſtimonium vel invita dedit nefaria quædam triennalis puella ejuſdem Crucifixi ſacro (quod apertum habet) ori pluſquàm petulanter inſultare auſa, mox eadem ipſa è veſtigio graviſſimâ ultione juſtiſſimè perſtricta, dùm ſcilicet ſacrilegum os ſuum latiſſimè diſtentatum nec claudere, nec (hiantibus apertiſſimè faucibus) pedem movere potuit divinitùs prohibita, totis 24. horis publico concurrentium ludibrio coràm expoſita, quousque largam ſuperni Numinis veniam impetravit devotiſſimis Monialium precibus priſtinæ ſanitati libertatique reddita. Item aſſervatur iſthic loci ſacerrimus ſacrarum reliquiarum theſaurus, ac cum ipſo duæ etiam vivifici ligni Servatoris noſtri particulæ &c. &c. Cœterùm religioſiſſimæ domicellæ pro nunc numero ſuo octodenæ ſub prudentiſſimo ac laudatiſſimo Venerabilis Dominæ Mariæ Barbaræ Goldbachin gubernio cultum divinum & officium canonicum juxta conſuetos ritus ſacros quotidiè ſtatis horis exactiſſimè perſolvunt, quocircà in temporalibus etiam ritè proviſæ de beneficiis acceptis jugiter in Domino lætantur: quarum noviſſimis æquè ac prioribus ampliùs benedicat, atque dona ſua (faxit Cœlum) largiſſimè ſupplicantibus conferat ille, à quo profluit & habetur omne donum.

MEZINGENSE

Aliàs *S. Floriani* nuncupatum Canonicorum ſecularium diœceſis Conſtantienſis in rurali Ducatu & Præfecturâ Auracenſi territorii Wirtenbergici jam pridem cum aliis Eccleſiis Romano-Catholicis diſperſum & exinanitum. Anno circiter 1421. Udalricum Ludovici Comitis Wirtenbergenſis filium naturalem in collegiatâ hac Mezingenſi Eccleſiâ Præpoſitum egiſſe novimus ex citatis priùs Cruſianis Annalibus part. 2. lib. 8. cap. 6. ubi & infrà in Paralip. cap. 7. fol. 24. fundum Mezingenſem vel olim Eccleſiâ S. Floriani Martyris inclytum taliter licet reperire deſcriptum: *In mediâ valle Uracenſi ſingulis inter Uracum & Tubingen milliaribus pagus magnus eſt Mezinga, quod nomen ei à mactando videtur factum: cum arma inde effoſſa ſint ejus rei teſtes & annuli virides in modum loricæ. Vineas Mezinga plurimas habet & vallis in longitudinem expanſa arboribus ubiq; conſita fructuoſis ceu quidam paradiſus eſt. Itaq; & prata ibi ſunt maximè utilia pecori habenda: olim urbs fuiſſe dicitur.*

❀ MOCHENTHALENSE

Taliter appellatum inſigne quondam caſtrum Zwifaltachenſe Monaſterium inter & oppidum Ehingenſe ſuperioribus ſeculis genuina ſedes antiquorum Comitum Bergenſium antiquis Burgoviæ Marchionibus ſanguine & ſucceſſione proximorum, ſed & in ſuperiori Sueviâ longè lateque potentiſſimè dominantium. Ulricus de eâdem ſtirpe circa annum 1180. fundi Dominus Mochenthalium ſuum cum tota circumcircà lati fundio Venerabili

Domino Conrado memorati Zwifaltachenſis Monaſterii Prælato & Abbati juxta ſucceſſionis ordinē octavo ſpontaneâ oblatione ad pias cauſas pleniſſimè tradidit; ex quo ſtatim locus in formam regularis clauſtri coordinatus tranſivit in religioſum contubernium Præpoſituræ nomine donatum: cujus jura ſæpedicto aſceterio Zwifaltachenſi hodiedùm ſalva manent & integra.

❋ MOESKIRCHENSE

SEu Meskirchenſe diœceſis Conſtantienſis oppidum in partibus Hegoviæ Illuſtriſſimis ac Excellentiſſimis S. R. J. Comitibus Fürſtenbergenſibus pleniſſimè ſubditum & hiſtoricè deſcriptum à Zeillero in Topographia Sueviæ fol. 154. novum aliquod habet Ordinis Minorum S. Franciſci RR. PP. Capucinorum Monaſterium: cujus fundatores de eâdem Fürſtenbergenſi familiâ fuerunt duo germani fratres Franciſcus Chriſtophorus pro tempore fundi Dominus, & Alter Frobenius Maria Metropolit. & Cathed. Eccleſ. Colonienſis & Argentoratenſis Canonicus &c. legationibus Cæſareis pluries laudatiſſimè perfunctus. Primum clauſtralis ædificii lapidem de ſpeciali mandato & commiſſione Ordinarii Anno 1661. die 4. Octobris ritu ſolemni poſuit Reverendiſſimus ac Ampliſſimus Dominus Chriſtophorus Abbas ad dupplices aquas: qui & ſimul pro concione ſacrum Seraphicum Capucinorum Ordinem inſigni præconio commendavit infinita propemodùm convenarum & advenarum multitudine avidiſſimè in id convolante.

Anno 1665. die 21. Septembris S. Matthæo Apoſtolo & Evangeliſtæ ſacrâ ſupradictus loci Ordinarius Celſiſſimus ac Reverendiſſimus Princeps ac Dominus, Dominus Franciſcus Joannes à Praſperg, Dei & Apoſtolicæ Sedis gratiâ Conſtantienſis Epiſcopus S. R. J. Princeps &c. eandem ſtructuram Moeskirchenſem unà cum templo feliciter abſolutam ſolemniſſimè dedicavit numeroſiſſimâ pariter Cleri populique frequentiâ denuò ſpectatum admiſsâ.

Anno 1676. die 4. Junii ipſo SS. Corporis Chriſti feſto Sereniſſima Princeps ac Domina Domina Maria Thereſia de Fürſtenberg Moeskirch Comitiſſa vidua nata Duciſſa de Arnberg Aiſchoff, Croy &c. &c. nec non Reverendiſſimus ac Illuſtriſſimus Dominus Dominus Frobenius Maria Comes de Fürſtenberg Moeskirch antedictus prævia confeſſione ſacramentali & ſynaxi ad conſtantem (pro ſuâ totiusque Fürſtenbergenſis familiæ cultui Mariano nunquàm non addictiſſimæ devotione pietatem in Dei Matrem ſubditorum ſuorum pectoribus altiùs inprimendam augendamque ſeſe voto fortiter obſtrixerunt ædificandi ſacellum quoddam ad formam ſacræ Domûs Lauretanæ ritè conquadratum: cujus angularem ſeu primum, uti vocamus, lapidem itidem ex commiſſione Reverendiſſimi Ordinarii die 15. prætmemorati menſis Junii & anni poſuit loci Parochus Adm. Reverendus, Nobilis ac Clariſſimus Dominus Joannes Angſtenberger SS. Theologiæ Licentiatus &c. Miſſâ ſolemni & concione ad magnam populi frequentiam ſub dio ferventiſſimè habitâ.

Anno 1677. dicti ſacelli fabrica ad initium menſis Julii fuit reaſſumpta, ac tandem poſt bimeſtre ſpatium eadem ipſa (præ foribus templi ſupradicti ſuper rivulum inferius amœniſſimè perfluentem) feliciter abſoluta ac integerrimè conſummata; quam die 5. Septembris ejuſdem anni, quæ fuit Dominica 13. poſt Pentecoſten, Suffraganeus diœceſanus Reverendiſſimus ac Perilluſtris Dominus Dominus Georgius Sigismundus Epiſcopus Heliopolitanus ex more conſecravit, ſacrâ Marianâ Statua novo ſacello illatâ ad meriſſimam ſimilitudinem Originalis Lauretani effigiatâ, & tam illius, quàm aliarum ſacrarum reliquiarum attactu ſanctificata magnam hodie habet venerationem indies magis & magis accreſcentem. Sic ferè ab amicâ manu perſcriptum eſt ad me Moeskirchio, unde & fundationis novi Monaſterii hujus Moeskirchenſis talem ſimul accepi deſcriptionem: Gratioſa ad RR. PP. Capu-

Capucinos inclinatio toti Illuſtriſſimæ ac Generoſiſſimæ Fürſtenbergenſium Comitum proſapiæ quaſi innata præcipuè tamen ſui juris feciſſe videtur Illuſtriſſimum ac Generoſiſſimum D. Comitem Uratislaum Moeskirchii Dynaſtam, quâ ipsâ ſtimulante & incitante idem Dominus Comes nullam non movit lapidem, nullum non tentavit aſſultum ad expugnandam Patrum Provinciæ voluntatem pro fundando Moeskirchii Monaſterio, jam conſenſum Reverendiſſimi Ordinarii ſibi attraxerat, imò ipſam Romam ſolicitatam pro ſuâ intentione ſolicitum fecerat; attamèn bella Suecica Conventibus Ordinis Seraphici plurimùm exitialia, ac inſuper alia motiva in ſe graviſſima religioſiſſimos Patres in ſententiâ negativâ ſolidabat etiam invitos. Altefato D. Uratislao Comite rebus humanis exempto, non tamen etiam abiit aut obiit incitata in ſæpedictos Patres affectio, ſed potiùs bello Gothico per Tractatum Weſtphalo-Monaſterienſem ſepulto, revixit ardens deſiderium Capucinis Conventum locandi in relictis hæredibus ſeu filiis Franciſco Chriſtophoro & Frobenio Maria Comitibus de Fürſtenberg &c. &c. qui junctis viribus ac obicibus undique rejectis (à quibus Patres Superiores in conſenſum exire vetabantur) eos Annó 1657. in provinciali Capitulo Friburgi Brisgoviæ congregatos ad repetitam inſtantiam ſuæ voluntati in tantum habuerunt obſequentes, ut pro reſponſo repoſuerint, ſi Excellentiſſimi DD. Comites licentiam erigendi Conventûs tam à Reverendiſſimo Domino Ordinario, quàm ab Adm. R. P. MiniſtroGenerali per ſe elicuerint, ſe ulteriùs minimè refragaturos; quo facto mox Patres aliqui 1659. Moeskirchium pro ineundâ poſſeſſione dimisſi ipſis Calendis Auguſti præfato anno immensâ quaſi oppidanorum (qui & ipſi ſeparatis precibus die 20. Septembris 1658. Capucinorum ad ſe acceſſum urſerant) fuerunt excepti. Anno 1661. die 4. Octobris ſolemnitas primum in fundamenta ponendi lapidem à Reverendisſimo Domino Domino Abbate Zwifaltachenſi celebrata eſt, & lapidi fundamentali impoſita pagella cum hâc inſcriptione.

Ad majorem Omnipotentis Dei gloriam
Almæ Virginis ac Matris Dei laudem
Sancti Seraphici Patris Franciſci honorem
Animarum proximi ſalutem
Fidelium defunctorum requiem
Et fundatorum æternum ſolatium.

Ex mandato & concesſione Reverendisſimi & Celſisſimi Principis ac Domini Domini Franciſci Joannis Epiſcopi Conſtantienſis S. R. J. Principis Reverendisſimus D. Chriſtophorus Abbas celeberrimi Monaſterii Zvvifaltenſis Ordinis S. Benedicti in ipſo feſto S. Seraphici Patris Franciſci gubernacula Eccleſiæ Romanæ tenente Alexandro Papâ VII. & in Imperio Romano-Germanico regnante Leopoldo I. primarium hunc lapidem hujus Eccleſiæ ab Illuſtrisſimis & Excellentisſimis DD. Franciſco Chriſtophoro & Frobenio Mariâ Germanis Comitibus à Fürſtenberg, Heiligenberg & Werdenberg, Landgraviis in Baar & Stuelingen Baronibus à Gonegries & Gundelfingen, Dynaſtis in Hohen-Hevven, Hauſen in valle Rinzingianâ, Wildenſtein, Moeskirch, Waldsberg, Kornhaus, Liſchna & Trachaw &c. Equitibus nec non Sac. Cæſ. Majeſtatis & Serennisſimi Archiducis Ferdinandi Caroli ab Auſtria reſpectivè Camerariis, Conſiliariis & Colonellis pro Ordine RR. PP. Capucinorum fundatæ præſentibus Illuſtrisſimis & Celſisſimis Dominabus D. Mariâ Cleophe Ducisſa ab Arnberg & Arſchott natâ Comitiſsâ ab Hohenzolleren viduâ. D. Maria Thereſiâ Comitiſsâ à Fürſtenberg natâ Duciſsâ ab Arnberg & Arſchott, nec non Adm. RR. PP. Januario, Columbâ, Eliâ, Feliciano, Dominico ac Prænobilibus Strenuis ac Clarisſimis viris Joanne Fiſcher J. V. D. Jacobo Carolo Iſlinger à Graveneck & Franciſco de Nicola Fürſtenbergenſibus Conſiliariis ac Miniſtris atq; aliis quàmplurimis honoratis viris & perſonis ac univerſo populo Moeskirchenſi adhibitis ſolitis Eccleſiæ Romanæ cæremoniis &

ritibus poſuit, & in hujus rei memoriam hanc ſcripturam appoſuit, quâ præfatus S. Seraphicus S. Pater Franciſcus à prædictis fundatoribus pro ſe atq; pro ſuis eligitur & electus eſt.

In perpetuum animarum Ducem
Perſonarum Tutorem
Bonorum Curatorem
Præſentium gubernatorem
Futurorum adjutorem
In adverſis Protectorem
Atq; ſalutis temporalis & æternæ Promotorem

Poſthæc ſtructuræ allaboratum eſt, & faciliùs quod maxima adminicula ipſi Excellentisſimi Domini Fundatores ſuppeditaverint. Fundum redemptum ultrò donavere domum fabreferrariam loco inexiſtentem ſuis ſumptibus aliò transtulêre: omnia materialia requiſita in ligno, lapide, latere, tegulâ, calce, arenâ, plumbo, vitro & ferro, & inſuper in paratâ pecuniâ mille florenos contulêre, tria altaria ſuis ſumptibus paravêre: quarũ picturæ Anconæ ab Apelle Germanico Chriſtophoro Stoccere elaboratæ ſeptingentis conſtitêre florenis. Illuſtrisſima D. Comitiſſa Regens plerisque paramentis Sacriſtiam & templum dotavit & decoravit. In quibus beneficiis Excellentisſimi DD. Comites titulum fundatorum ſibi firmisſimè fundavêre. Structura feliciter finita die 21. Septembris An. 1665. à Reverendisſimo & Celſisſimo Principe Domino Domino Franciſco Joanne Epiſcopo Conſtant. conſuetâ ſolemnitate dedicata eſt honori S. P. Franciſci. In hoc itaque Moeskirchio ſeu Moeskirchenſi Cœnobio ſæpedicti Patres Capucini plurimas devotas cœlo Miſſas mittunt, prætereà animarum lucro intentisſimi.

MONHEIMENSE

HAbuit olim hujus nominis oppidum (relatum à Zeillero Itinerario Germaniæ cap. 25. fol. 536.) *Monheimenſe* dictum diœceſis Ayſtettenſis *Virginum Benedictinarum illuſtre quoddam Cœnobium: in quo multis ſeculis lectisſimarum* (ut ait Bucelinus in German. Sac. part. 2. fol. 60.) *Chriſti Sponſarum inſignia virtutum exſplenduêre ornamenta, quod ſub annum Chriſti 890. fundatum legitur*, conculcatum verò ſeculo abhinc proximo, quandò nimirùm fortiter urgente Principe terræ totus Palatinatus (cujus jurisdictioni *Monheimium* etiam ſubjacet) Neoburgenſis ad hæreſim Lutheranam defecit. Bruſchius de Epiſc. German. tom. 1. cap. 10. in Erkenbaldo octavo Epiſcopo (qui Anno 991. ordinationis ſuæ decimo octavo feliciter emigravit) Ayſtettenſe nomen ac tempus fundatoris vel breviter apponit ſub his verbis: *Hujus* (Erckenbaldi) *Epiſcopi temporibus cœpit Virginum Deo dicatarum Cœnobium in oppido Monheim.* Sed, quod res eſt, dùm Cruſius in Paralip. ad Annales Sueviæ cap. 1. fol. 5. memoratum iſtud oppidum Monheimenſe in tractu inferioris Sueviæ vulgo der Hanen-Camp/ appellato conſtituit, etiam Cœnobii hujus cum aliis comprovincialibus iſthîc nos rationem habere juſtisſimè convenit.

✱MÜNDELHEIMENSE

C*Irca annum 1260. fundatum eſt Mündelheimenſe Cœnobium* (diœceſis Auguſtanæ) *in vico Bedernow olim Wilhelmitarum Ordinis, poſteà Eremitarum S. Auguſtini, nunc verò* (ab anno circiter 1650) *Patrum* (qui ſcholas humaniores iſthîc tenent, ac etiam primam partem Philoſophiæ ſeu Logicam juvenibus ſtudioſis tradunt) *Societatis Jeſu à Nobili & ſtrenuo viro Schwikardo vel Schvviggero à Mündelberg ſeniore Equite aurato, & ejus conjuge Dominâ Eliſabethâ Baroniſsâ de Aicham. Translatum verò eſt in oppidum Mündelheimium Anno 1263. à Schvviggero ſecundo Nobili de Mündelberg, & ejus uxore primâ Hedowige. Reformatum eſt A. 1490. ſub præclaro*

Heroe

Heroe Ulrico de Freundſperg Equite aurato clypei S. Georgii ſupremo Duce, ſepulti ſunt in eo egregii viri Henricus Eques cum uxore Dominâ Annâ Comite Werdenbergenſi, & Schvviggerus junior (familiæ hujus de Mündelberg non procul à Mündelheimio in arce nunc dujectâ Mündelberg habitantis ultimus) cum uxoribus Hedovvige & Catharinâ à Freyberg primi fundatoris Schvviggeri ambo filii. Sepultura ibi etiam Nobilium Mangoldorum eſt. Hæc Stengelius Abbas in Comment. rerum Auguſt. part. 2. cap. 43. num. 9. qui & infrà cap. 55. num. 15. hæc ſubdit: *Circa hac tempora* (Anno 1372.) *floruit P. Georgius Friderici Tecenſis Ducis SS. Theologiæ Doctor & Auguſtiniani Ordinis Provincialis in Bavariâ Prior Monaſterii Mündelheimenſis ibidem humatus.*

❀MÜNDELHEIMENSE

FLoret etiamnùm temporibus noſtris ibidem loci ſeu in oppido Mündelheimenſi pientiſſimus quoq; Parthenon quidam Franciſcanus ad S. Crucem intitulatus, aliàs idem cum clauſtro ſuo Eccleſiæ, parochali contiguus, ſed & regulæ ſororibus tertiariis uſitatæ ſubditus: de quo apud Fortunatum Hueber memoranda legenda proſtant ſequentia fol. 1334. Zu Mündelheim befanden ſich im Jahr 1456. ſechs ehrliche und andächtige Jungfrauen/ von Mündelheim gebürtig; welche aus innerlichen Antrieb GOttes die Welt verlaſſen/ ihre Güter zuſammen getragen/ und an St. Stephans-Kirchen in einem Häußlein ſich Clöſterlich an der heiligen Apoſtlen Petri und Pauli Tag verſchloſſen/ und dem himmliſchen Bräutigamb Jungfräulich verlobt haben. Sie waren anfänglich ohn heiligen Orden geduldet: Alsdann haben ſie am Sontag vor S. Michaels-Tag den berühmten dritten Orden S. Franciſci der Büſſenden genannt/ von deren Conventualen/ Provincial/ P. Heinrich Wenger andächtiglich angenommen/ und nach vollendten Probir-Jahr offenlich bekennet; darzu ihren zwey geiſtliche Ordens-Schweſteren von Cloſter-Beuren ſeynd zur geiſtlichẽ Unterweiſung überſchickt worden. Die erſte Vorſteherin war Schweſter Anna Reutin: unter welcher dieſe Jungfräul. Verſammlung gar arm und mangelhafft gelebt hat. Wann ſie etwas zu weben gehabt/ haben ſie zu Haus ihr Brod mit Spuhlen und Weben gewonnen: ſonſten haben ſie mit ſaurer Hand-Arbeit im Feld oder bey dem Schloß ſich aufgehalten. Denen Burgeren zu Mündelheim ware es offtermal auferbaulich u. andächtig anzuſehen/ daß wann andere Tag-löhner und Handwercker ihr Früh- oder Abend-Brod aſſen/ dieſe Schweſterlein in die Winckel ſich verkrochen/ da mit gebognen Knyen ihr gewöhnliche Andachten und Gebett verrichtet/ ihren Lohn aber und das Brod ihren anderen Schweſteren nach Haus getragen haben. GOtt aber hat ihr Unſchuld und Armuth dergeſtalten geſegnet/ daß ihr Clöſterlein an Gebäuen/ Gelegenheiten/ Lebens-Mittlen/ Anzahl/ und anderen Scheinbarkeiten zu einem löblichen und berühmten Wohlſtand erwachſen iſt. Item infrà fol. 1395. Zu Mündelheim haben im Jahr 1588. die Cloſter-Jungfrauen von der dritten Regul S. Franciſci derentwegen den Titul von dem ſiegreichen Creutz Unſers Erlöſers angenommen/ zum Theil/ weilen ihnen der Herr Martinus von Stozingen einen namhafften Particul von dem Heil. Creutz Chriſti verehrt hat. Zum Theil/ weilen ſie ſich ſolcher Geſtalten dem einreiſſenden Lutherthum widerſetzt haben/ daß ſie niemalen denen Lutheriſchen Predigen auch gezwungner Weiß ein einiges Gehör gegeben/ ja durch ihre einfältige Wort-Streit den regierenden Herren von Fronſperg dahin vermöcht haben/ daß die Lutheriſche Prädicanten ausgeſchafft/ die Herrſchafft geſund/ und der alte reine allein ſeeligmachende Romaniſche Glauben in ſeinem Wohlſtand biß auf heutigen Tag erhalten worden. Man hat beobachtet/ ja die Kriegs-Leuth habens offt bekennt/ daß ſie aus einem oberen Schutz in dieſem Cloſter zu Mündelheim niemal was freches oder ungezognes und ſchändliches haben begehen können.

MUN-

❀ MUNDERKINGENSE.

MUnderkinga diœceſis Conſtantienſis & Auſtriacæ jurisdictionis oppidum duobus ſupra Ulmam milliaribus Danubio proximum habet de præſenti parthenium ſodalitium cum adjuncto (quod religioſæ domicellæ ſic ſibi proprium poſſident regulari clauſtro coædificatum) Oratorio S. Annæ Matri Genetricis Dei Beatiſſimæ Virginis Mariæ dicatum Franciſcanæ verò regulæ ſororibus Tertiariis uſitatæ ſubditum; Hoc originaliter conſtat ab anno 1460. debetque prima quaſi novæ fundationis incunabula ſua civicis duabus (quas antiqui Beginas nominârunt) viduis patriâ Munderkinganis Domino DEO ſuo in ſanctitate & juſtitiâ ſedulò deſervire jugiter intentis; quæ geminæ devotariæ primùm à mundanâ converſatione & rumoribus ſeculi ſuâ ſponte ſegregatæ plures juvenculas paris converſationis æmulas in conſortium ſuum aſſumentes domi recluſæ facultates & poſſeſſiones ſuas omnes ſimul in unum conferentes (habitu & ordine Franciſcano antedicto lapſu temporis devotiſſimè ſuſcepto) de communi vixerunt in ædibus privatis propriis: quibus nuper Anno 1686. penitùs antiquatis, novum aliquod venuſtum adeò ſimul ac perfectum magnis impenſis apparârunt regulare clauſtrum: quod jam antehac variis dotationibus ampliùs augmentatum & locupletatum modò ſororculæ iſtæ Franciſcanæ pientiſſimè colunt & incolunt regulari viſitationi ac ſpirituali jurisdictioni Fratrum Minorum de provincia Tirolenſi ſubditæ numero duodenæ: quibus integrum eſt in ſupradicto novo ſuo S. Annæ Oratorio quotidiè horarias (quas vulgò Curſum ſeu Officium majus Bæ Virginis vocant) preces exſolvere, ſed & libitu parochialem quoque (ex aditu perſonis ſecularibus occultato) Eccleſiam Munderkinganam frequentare, ibidemque in ſeparato quodam (uti vocant) Choro ſeu Odeo itidem rei divinæ intereſſe, cæteris autem temporibus eædem ipſæ clauſtrales perſonæ nunquam non Seraphico fervore ſuccenſæ functionibus honeſtis & operi manuali ad majorem Dei gloriam ac proximorum ſalutem ſolerter intendunt, ſicque mutuis vicibus laudatiſſimum ſacræ religionis impenſum omni tempore ſtudioſiſſimè perficiunt lucidiſſimo optimæ converſationis exemplo interim omnibus æquè convenis ac advenis vel maximè mirando.

MURRHARTENSE

ANtiquiſſimum diœceſis Herbipolenſis in ditione Wirtenbergicâ Cœnobium Monaſtico - Benedictinum in æquivoco (quod ad Murram fluvium duobus ab Halâ Suevicâ urbe imperiali milliaribus ſejunctum omninò ſibi proprium habet vel breviſſimè deſcriptum in Topographia Sueviæ Zeilleri fol. 137.) oppido Murrhartenſi fundatum recenſetur à Cruſio part. 2. lib. 1. cap. 12. ſub hujusmodi tenore: *Anno 815. Ludovicus Pius Imperator à Domeſticis vexatus venit ſecedens ad Ducem Sueviæ: Suſtentans aliquamdiu ſe apud fluvium Muram vel Murram in duabus juxtà arcibus, quarum una erat Huneburgum: vel ab Hunnorum Rege Attilâ, quando olim Germaniam vaſtabant: vel à Suevis contra Hunnos tuendi ſui causâ ædificata: in monte ſita, ſicut adhuc foſſæ apparent. Altera arx non longè à Cœnobio Murrharto in loco depreſſo Wolckeburgum dicta fuit: ubi etiamnùm argenteæ monetæ Ethnicorum effodiuntur. Inter has duas arces cellula quædam vetus ſeu manſiuncula erat: in qua ſacerdos quidam Eremita Waltericus nomine ſe tolerabat propè amnem Murram. Quæ ſolitaria vita tunc etiam magni fiebat ab hominibus. Quâdam autem nocte cùm Imp. Pius cogitaret triſtis: quid ſibi moleſtiarum à ſuis accideret, patientiamq; à Deo peteret: obdormivit, viſumq; oblatum ei fuit Eremitæ cujusdam ante ſimulacrum Chriſti procumbentis: voxq; audita, jubens ipſum poſtridie matutino tem-*

tempore ſecùs Muram equitare, Occurſurum Eremitam, & dicturum qvid ipſi faciendum eſſet. Fecit ſic Ludovicus, Eremitamq́; eo habitu reperit, qvo in ſomnis viderat, eoq́; viſa gaviſus eſt. Poſt longiorem collocutionem rogavit eum Waltherichus (hic enim Eremita ille erat) ut poteſtatem ſibi faceret ædificandi ibi Eccleſiam & domicilium in uſum duodecim Eremitarum, atq́; de circumjacentibus ſilvis partem ſibi & illis daret: qvam ſuſtentationis ſuæ causâ eruncarent atq́; colerent. Addidit conſolationem ſic fore, ut Cæſar & præſentes ærumnas vinceret: & in futuro rebelles in ordinem cogeret. Fidem orationi ejus Pius habuit (qvam veram fuiſſe eventus poſteà probavit) annuitq́; petitioni ejus: qvam & litteris ſigilloq́; ſuo confirmavit qvorum ſumma hæc eſt: Quoniam Majeſtas Imperii Romani ſit ab illo, qui regna mundi moderatur: meritò dùm primordium ab illo ipſo, cujus gratiâ ad temporale regnum pervenerit. Notum ergò facere omnibus tùm præſentibus tùm futuris; cùm quodam tempore diligenter cogitaverit: quomodò temporalibus ſuis emere poſſet æterna bona: Deus autem rectis cogitationibus faveat: ſibi mox quod voluerit contigiſſe. Nam divino beneficio venerabilem Eremitam Waltericum ad ſe veniſſe: orantem ſibi locum ſeparatum concedi, in quo ſervire Deo poſſet. Se igitur re cum fidelibus ſuis deliberatâ bono viro juxta arcem ſuam Muræ vicinam Hunneburgum dictam locum habitandi conceſſiſſe. Cognitâ deinde honeſtâ converſatione ejus: ſe illum ſibi confeſſorem (cui peccata ſua confiteretur) ſumpſiſſe. Nec etiam multò pôſt, ejus vitæ ſolitariæ congruenter duodecim fratres conſtituiſſe: qui ſecundùm S. Benedicti diſciplinam monaſticam ibi vitam colerent. Ipſis & eorum ſucceſſoribus de ſilvâ quatuor locis circum, ſingula milliaria, cum omnibus commoditatibus ad ſuſtentandos eos in perpetuum tradidiſſe. Pauco tempore pôſt numero divinorum Miniſtrorum eò venientium, aucto; ſe ipſis conceſſiſſe tres parochias Eichbergam, Murrhartam Sulzbacham cum omnibus pertinentiis earum. Mandâſſe quoque, ut Hunneburgum deſtrueretur, & ex lapidibus ejus Eccleſia ædificaretur: atque ad honorem S. Trinitatis & B. Virginis Mariæ ſanctique Epiſcopi Januarii conſecraretur. Addere prædictis Eccleſiis ſuam Oswilæ curiam, cum Eccleſiæ parochiâ & curiâ Erkemerhusâ, ac bona Lauffenſia cum 35. Miniſtris (Dienſtleuthen) & pluribus mancipiis (Eigenleuthen) ſuis. Nomina autem Miniſtrorum eſſe. Ex arce Hunneburgo Biſolfum & Rugerum fratres cum quinque filiis ſuis: Biſolfo, Brungero, Richero, Wiemaro & Rimaro. Nec non alios ſtrenuos Equites ejus arcis: Diethanum, Waldmarum, Tilum & Widekindum: Totam etiam familiam Francofurtenſium: Ludovicum, Adelgerum, Richardum, Wigmanum, Ruthardum & Weitwinum, Nathochum etiam, Vadmundum, Sintherum, Haddonem Ruboldum, Rugerum, Adolfum, Hilpertum, Regulonem, Adelramum, Bernhartum, Hartmannum, Enchilum, Hemmonem, Gotsbaldum, Ludovicum, & duos ejus fratres Winrhatum & Wickmarum; cum ſuis nepotibus Giſelberto & Henrico. Deinde majoris confirmationis gratiâ ſe miſiſſe venerabilem patrem Valtericum cum Legatis ſuis ad Romanum Epiſcopum Stephanum: & orâſſe, ut hic ab illo Abbas conſecraretur. Se etiam pro imperatoriâ liberalitate velle, ut ab omni tributo pendendo in perpetuum immunes ſint: nec quisquam in ipſorum territorio, quicquam ædificandi aut plantandi jus ſibi ſumat. His ita Romæ obtentis rediiſſe ſuos Legatos, & novum Abbatem duobus Comitatum Cardinalibus Paſchale & Joanne: ac veniſſe ad comitia Principum tunc Wormatiæ acta. Recepiſſe ibi ſe coram Cardinalibus & Principibus, Murrhartum & Abbatem cum omnibus ejus fratribus in tutelam ſuam, omniumque ſuorum ſucceſſorum. Velle ut omnia privilegia & jura illis à Domino Papâ & à ſuâ Majeſtate conceſſa, inviolata conſerventur. Item ut Abbate mortuo, poteſtas ſit Conventui alium Abbatem ſubſtituendi eo loco dignum: ac præficiendi ſibi quem idoneum judicent Patronum, eundemque, ſi incommodum ſentiant, removendi. Si quis Epiſcopus, Dux, Marchio, Comes, Abbatem & Conventum lædat damnovè afficiat;

in mulctam centum librarum auri (Majeſtati ſuæ & Cœnobio æqualiter dividendarum) incuriſſe. Hæc ſigillo imperatorio ſubjecto confirmata.

Piiſſimi Ludovici Invictiſſimi Imperatoris
Ludolfus Moguntinenſis Sedis Epiſcopus ſubſcripſit.
Dudo Cancellarius recognovit.

Datum Wormatiæ anno Incarnationis Dominicæ Octingenteſimo decimo ſeptimo Indictione decimâ, tertio anno Regni, & primo anno Imperii Domini Ludovici feliciter Amen.

Ita Murrharti Cœnobii principium imperante Pio Ludovico factum eſt. Aliis tamen tempore avi ejus Regis Pipini fuiſſe videtur. Nam vidi ego (inqvit Widemanus) apud honoratisſimum & doctiſſimum virum Laurentium Friſæum, Wirceburgicum Conſiliarium & Secretarium fautorem meum ſingularem (qvi omnium Monaſteriorum & Collegiorum fundationes in Epiſcopatu Wirceburgico ſummâ diligentiâ in librum benè magnum collegerat) exemplar deſcriptum: in qvo Carolus Magnus Cellæ qvoq; Murrhartinæ meminit. Sententia eſt: Carolus divina gratiâ Rex Francorum & Longobardorum & Patricius Romanorum. Credimus nos quidquid ad loca religioſa conferamus: id ad commodum animæ noſtræ & ſtabilitatem Regni noſtri pertinere. Petiis â noſtrâ Excellentiâ inſtantibus charâ noſtrâ conjuge Faſtradâ Reverendoque Moguntinenſis Eccleſiæ Archiepiſcopo Bonifacio: Reverendus Wirceburgenſis Epiſcopus Burchardus: ut quædam dilecti Patris noſtri Pipini inclyti Regis loca ſibi propria traderemus: videlicet Neuſtadium, Hohenburgum & alias cellas: Amerbachum, Schluternam & Murrhartum: ad ſedem civitatis Wirceburgenſis, ad reliquias laudati Martyris Chiliani: quas conſtat ibi ſepultas eſſe. Nos ergò Burchardo (cui parens noſter Pipinus, nondùm tunc Epiſcopo de iis locis aſſenſus erat) & ſucceſſoribus, hæc petita concedimus: ut inde cultus divinus augeatur, Monachorum virtus eniteat: & furentis mundi perverſitas deſinat. Confirmamus hæc teſtibus Zachariâ Papâ venerando & Archiepiſcopo Bonifacio in perpetuum. Sigillo noſtro roborantes. Datum menſe Octobri viceſimo anno noſtri Regni, decimo anno Italici.

Hac ibi ſi jam reſpicias viceſimum annum Francici Regni in Carolo: qvi Pipino Patri 768. in eo ſuccesſit: ſcriptum fuerit hoc privilegium anno 788. ac Faſtrada quidem & Burchardus tunc adhuc vixerunt, ſed Archiepiſcopus Moguntinus Bonifacius à Friſiis jam anno 755. occiſus erat: Zachariasq; Papa 751. obierat. Si deinde Italicum Regnum numeratur: ab illo tempore, qvo Longobardorum Regnum à Carolo ſublatum eſt: factum id legimus Anno 774. Tunc decimus annus Italici Regni caderet Carolo in annum 784. qvi profectò cum 787. anno Regni ejus Francici non conſentit. Has ſolvat tricas, ſolvere qvi poterit, Antographa oportet adeſſe. Præſentia enim ego ſic ex Germanico libro Widemanni converti, ubi aliter ſe non habebant. Qvod ad ipſum Murrhartenſe Cœnobium attinet: qvod regnante Pipino, jam fuiſſe putatur: ſciendum eſt, id tunc fuiſſe tantùm Cellam: vel caſulas aliquot Eremitarum: victum labore manuum ſibi parantium: nullos reditus vel proventus habentium. A Ludovico verò Pio Monaſterium conditum eſt, ut ſuis commodis dotatum: Ideò juſtiùs ipſe qvàm Pipinus auctor ejus eſt dicendus. Hoc privilegium confirmâſſe qvoq; dicitur Cæſar Otho III. pridie Idus Decembris Anno 993. Sic & Conradus II. 13. Calend. Jun. 1025.

Primus Abbas hujus Cœnobii fuit, ut dictum eſt, Eremita Walterichus, de qvo plura non habeo: qvàm hos antiqvos Germanicos ad me miſſos.

Walte

Waltericus der ſeelig Einſidel in groſſer Andacht
Bittet GOTT für die Chriſtenheit Tag und Nacht.
Der Kayſer Ludovicus hätt ein Wolgefallen in Waltericus Lehr/
Darum bat er ihn daß er ſein Beicht-Vatter wer.
Kayſer Ludwig gefiel wohl Waltricus Leben/
Hat ihm ein Meil umb das Cloſter geben
Wäld/ Waſſer/ Leuth/ Gut und Gerichten
Zu jagen/ zu fiſchen/ und mit dreyen Pfarr-Kirchen.
Das Schloß Humeburg ward zerbrochen Thurn und Mauren/
Und warden die Stein an das Cloſter gebauen/
Daß die zwölff Brüder nicht wurden überladen
Und nit kämen in Unruh und Schaden.
Kayſer Ludwig ſchickt Walrich gen Rom mit ſeiner Bottſchafft
Um Beſtättung Päbſtlichs Gwalts/ und von Göttlicher Krafft/
Von Pabſt Stephan iſt diß Cloſter beſtättiget worden
Mit Staab und Inful nach Laut Benedicti Orden.
Walrich mit zweyen Cardinalen gen Worms zum Kayſer kam/
Vor allen Fürſten die Freyheit des Cloſters aufnahm/
Und die mit dreyen Kirchen empfieng.
Kayſer Ludwig ſprach und anfieng:
Welcher Herzog/Biſchoff/Marggraff Ritter oder Knecht
Das Cloſter Murchart entſetzt ſeiner Freyheit und Oberkeit ohn Recht
Der ſoll hundert Marck Golds zu ſeiner Straff verfallen ſeyn.
Alſo iſt das Cloſter geweyht/ gebauen und gemacht/
Darinn wurd GOtt gelobt Tag und Nacht.
Durch Kayſer Ludwig den edlen Herren
Der gefüdert hat GOttes Lob/Preiß und Ehren/
Als man zahlt nach Chriſti Geburt achthundert ſechszehen Jahr.

Reliqui Abbates plerią; deſunt. Variæ enim calamitates Monaſteriis permultis acciderunt alio atą; alio tempore. Bella, autem, incendia, ſpoliationes, Bibliothecarum & ſcriptorum peſtes ſunt.

Reſtant igitur recentiorum tantùm temporum Abbates.

Joannes qui obiit 1444.

Joannes II. qui obiit 1460. cùm præfuiſſet Cœnobio annos 16.

Herboldus (al. Herbrotus vel Herbortus) per annos 13. qui obitt An. 1473.

Wilhelmus Egenus: qui cum annis 13. Abbatiam rexiſſet, diem ſuum 1486. obiit.

Joannes Schradinus annis 15. obiit 1501.

Laurentius Gaulus annis 7. obiit Anno 1508.

Epitaphium ejus in templo Monaſterii: Anno Domini 1508. obiit Reverendus Pater ac Dominus D. Laurentius Gaulus, Abbas hujus Cœnobii Murrhart, cujus anima requieſcat in pace. Amen.

Joannes Vajus: qui biennis Abbas defunctus eſt 1516.

Philippus Rennerus, qui item 2. annis dignitatem gerens obiit 1512.

Oswaldus: qui cum 15. annis præſediſſet, vivendi finem 1527. fecit.

Martinus Morlinus annis 21. obiit 1548.

Epitaphium. Habes viator in hoc conditorio oſſa piiſſimi præclarique viri Martini Abbatis Monaſterii Murrhart: qui ſtrenuè, ſumma animi fortitudine conſtantiaque vitam duxit: qui etiam miſeris ſuccurrere didicit. Jam verò in communem abiit locum chriſtianiſſimè atque catholicè. Cujus anima Deo vivat. Vixit annis 58. & à Chriſto nato 1548. die 13. Junii emigravit.

Thomas Carlinus annis 4. obiit 1552.

Epitaphium. Scias candide Lector hoc ſaxum Venerabilis & pii Domini Thomæ hujus Monaſterii Abbatis corruptibile corpus obtegere, qui erga Deum & homines Chriſtianum geſſit animum. Etiam tam Monaſticæ Religionis, quàm ædificiorum cultor fuit Anno ſalutis 1552. die 21. Junii vitam terminavit. Vixit annis 56. regnavit autem quatuor, cujus anima requieſcat in pace. Amen.

Otto Leonardus Hoffesſius, qui præfuit per annos 20. usq. ad 1572.

M. Zacharias Ezzelius (primus pſeudo-Abbas Lutheranus) *habens apud nos Tubingæ jam per plures annos bonum & doctum filium M. Michaelem Ezzelium: adhuc hoc 1590. anno.*

Contulere multi diverſis temporibus ad hoc Monaſterium multa: præſertim Comes quidam Kochengovius, cujus familiæ qui poſtremus fuit: dicitur tempore Caroli IV. Imperatoris defunctus ad annum 1378. Chriſti eſſe: ac tunc Comitatus ad Imperium Romanum veniſſe. Parochiam ille Kochenweſtheimenſem cum curiâ & bonis ibi decimasq. omnes Roſengarta (villarum ad parochiam Weſtenſem & Ottendorfiam pertinentem) Monaſterio Murrhartico tradidit. Quædam item Virgo Sueviæ Dux (extra oppidum Botwaram in fano D. Virginis ſepulta) decimas Botwaricas & alia commoda ad idem Cœnobium devolvit. Ac magna ejus incrementa facta ſunt: Abbatibus Oeconomiam benè gerentibus. Sed etiam per tumultus bellicos, per iniquitatem Patronorum, per diverſationes inibi exterorum, non rarò facultates ejus decreverunt. Semper tamen rursùs è difficultatibus emerſit, præſertim duorum ex Lenzbrunno Abbatum fideli adminiſtratione. Multos quoq. annos ſub tutelâ Imperii fuit.

Plura de fortuna hujus Monaſterii nunc non dicam, ſed ſuo tempore, quando ad annos horum Abbatum venero. Hoc tamen adjicio, anno 1525. quando agricolæ tumultuabantur, paſſim privilegia & alia ſcripta illius periiſſe.

Primum Murrhartenſe fanum ex arenaceis lapidibus factum reſtat ac parvum eſt: in quo Walterichus ſuas horas cum fratribus cecinit, in cœmiterio ſitum juxta magnum Cœnobii templum. Oppoſita ibi inter ſe ſunt lapidea ſedilia ſena, & ſcamnum, in quo ſederet Abbas. Nam in 13. viros initio ab Imperatore Ludovico Cœnobium erat fundatum. Monachis autem rei divinæ vacantibus populus extra hoc parvum fanum ſtabat: per foramina forium introſpiciens: ut adhuc apparet. Sequenti tempore Baſilica ſeu magna Eccleſia ex Hunneburgi diruti ſaxis conſtructa fuit. Rumor fuit inſanos & dæmoniacos homines catenis adductos ſepulchro Walterichi noctu incubantes, malo liberatos fuiſſe. In tumulo fundatoris: Anno Domini Octingenteſimo decimo ſexto, obiit Illuſtriſſimus Romanorum Imperator ſemper Auguſtus Ludovicus filius Caroli Magni cognomento Pius, fundator hujus Monaſterii, cujus anima requieſcat in pace. Amen.

Lib. 6. cap. 6. *Anno 1027. Imperator Conradus Murrhartenſe Cœnobium donavit ſylvatico jure: litteris datis quarum ſententia talis eſt*: In nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis Conradus divinâ gratiâ Romanorum Imperator Auguſtus omnibus & ſingulis Dei & noſtris fidelibus notum facimus Petentibus à nobis charâ conjuge noſtrâ Giſelâ Auguſtâ, & Aribone Moguntinenſis Sedis Archiepiſcopo: ſylvam quandam juxta Monaſterium Murrhartum (cujus Abbas Adolfus eſt) in partibus Murrergoviæ & Kochengoviæ Comitum Henrici & Rugeri ſitam (quæ extenditur ad ortum rivi Wiſslauſtæ usque ad Suſſenbergum: & ita per duos rivos Heroldsbachum & Weiſſachum ad Aichelsbergum, & inde ad fluvium Muram; ab hoc ſurſum per Lauteram usque Simersbachum: hinc ſurſum donec Lautera in Muram fluit: ac circum per Lauteram Simersbachum usque; inde ſurſum versùs usque ad medium montis Hochbeuri: atque ita rectâ procedendo, usque ad ſemitam ducentem per Mainhartum: eademque ſemita usque ad fontem Steinerodum, & ſecundo flumine usque ad Cochinaham; ac ſursùm ſecùs Steigerbachum, & ſic per limites Franconiæ ac Sueviæ usque ad ſupradictum fontem Wiſslauffam) conſentientibus Comitibus locorum, Henrico, Rugero, Henrico, fratre ejus Poppine, Gunthero, Sigisboldo, Sifrido, Hatzone, omnibusque, qui antehàc in prædicta ſilvâ venari conſueverunt, tradidimus Megenhardo Epiſcopo Wirzburgenſi Succeſſoribusque ejus omnibus, ex hoc tempore in perpetuum nomine foreſtarii vel ſilvatici juris: firmiter hoc roborantes ſub comminatione noſtræ animadverſionis, ita, ut nemini fas ſit, ullam feram ſine permiſſu antedicti Epiſcopi & Abbatis, & eorum, quibus poteſtatem dederint, perſequi & capere. In quorum fidem ſigillum & manum noſtram his litteris ſubduximus.

Signum Invictisſimi D. Conradi Romanorum Imperatoris Auguſti.

Udal-

Udalricus Cancellarius loco Aribonis Archi-Cancellarii recognovi.

Datæ 12. Calend. Auguſti 10. Indict. An. Dom. 1027. Anno Regni D. Conradi ſecundi 3. Imperii verò 2.

Part. 3. lib. 7. cap. 4. *Obiit Anno 1444. (aliis 1473.) Abbas Murrhartenſis Herboldus cognomine Guttegottus: cum proverbium ejus eſſet* Botz Gütigott. *Erat illo tempore advocatus vel Tutor hujus Monaſterii Wirtenbergenſis Comes; poſt Eberhardum jam Ulricus pius Dominus, ſub quo venatorum introitus frequentior, qui anteà fuerat, ceſſavit. De quâ re in hanc ſententiam à Widemanno ſcribitur: quando venatores cum canibus Murrhartum veniebant: ipſe Stutgardiam proficiſcebatur aliquot hominibus comitatus, ibiq; in Aulâ cibum capiebat. Cùm hoc aliquot dies faceret: interrogatus eſt, nunquid haberet referendum ad conſilium? cauſam ejus cognitum iri. Ibi reſpondit bonus Pater:* Botz Gütigott *(pro benignum Deum) putabam eſſe Murrharti Monaſterium ab Imperatore Ludovico fundatum. Nunc video eſſe ſtabulum canum. Nam Domini mei Clementis ſervuli, qui numellis caneis ducèrant, ipſi canes ibi ſtabulantur. Non opus eſt ampliùs cantu & diapſalmate meorum Monachorum, ſatis verò ibi baubantur canes. Quàm diu hi in meo Monaſterio degent: ego hîc in Aulâ manebo. Dominus meus poteſt me facilius paſcere, quàm ego canes ejus. Tunc generoſi animi Comes, ſuavi riſu ad Abbatem, vade verò chare Pralate, auferetur hoc cachoetos.*

Erat is bonus & attentus adminiſtrator rei familiaris. Dabat deinde operam hoſpitibus avertendis: tùm Murharti, tùm in curiâ Botwaræ. Ideò nullam viam circa Murhartum muniebat: Cauſam ab advenientibus rogatus: Botz Gütigott/ *inquit, plures tamen divertuntur huc quàm vellem. Si qui manerent in Cœnobio tertium diem: interrogabat eos per cubicularium ſuum: nùm ſcirent cur Chriſtus non diutiùs in ſepulchro manſiſſet? Ignorare ſe reſpondentibus, cubicularius ait: Abbas dicit Chriſtum per id tempus fuiſſe cum Patriarchis & Prophetis amicis ſuis in propylæo inferorum: & ex eo ipſos eduxiſſe. Eo nos docere voluit, ſi quis amicum inviſat: maneatq; cum eo tertium diem: ſatis poſſe eo intervallo noſcere, quomodò cum eo agatur: ita ut diutiùs manere non ſit neceſſe. Tunc hoſpites ſe ingratos Abbati intelligentes, conſcendebant equos ac diſcedebant. Non ſinebat idem Præſul miniſtros ſuos pallia geſtare, metuere enim ſe dicebat, ne Monaſterium ſub iis aſportarent: id eſt, ne furta ſub palliis occultarent, ad occultandum perquàm commodis. Quodam die Botwaram equitans, vidit in ſuburbano Monaſterii ſui agro multos anſeres far depaſcentes induſtriè, tunc miſit ſuum miniſtrum in oppidum: ut cuiq; anſeri ligneum vaſculum emeret: & in agro poneret cum aqua. Poſſe namq; fieri, ut anſeres ſiti laborarent, oppidaniq; dicerent, anſeres ſuos mortem inveniſſe comedendo in agro Cœbii ſavaceo: adeoq; ſatisfactionem pro eis poſtularent. Tùm ingreſſus oppidum Præfectum hujus invitavit ad prandium: narravit de anſeribus: Se intelligere, ſibi benignè fieri à Botwarenſibus: qui ſuos anſeres in ipſius fruges mitterent: ut ita ipſe mercedi, quæ aliter meſſoribus danda eſſet, parceret. Si hoc impoſterùm etiam à civibus ſibi expectandum eſſet: ſe agros ibi ſuos, nec culturum, nec ſeminaturum. Sic nec eam mercedem perituram. Præfectus ſtatim miſit, qui explorarent, ad quos pertinerent illi anſeres. Qui cogniti coacti ſunt Abbati pro farre & vaſculis probè ſatisfacere. Sic bonum Patremfamiliàs agendo, quosdam aulicos offendit. Itaq; in locum ejus ſuffectus eſt Wilhelmus Egenus (aliis Joannes Schradinus) ipſis commodior exiſtimatus: Guttigotto dicente: prodeat, ſi audet ullus, qui poſſit dicere: Abbatem Herboldum (ſe innuens) S. Januarium (Murrharti Patronum) unquàm vel uno obolo oppigneràſſe.*

Lib. 9. cap. 11. Anno 1501. *Murrharti Abbas erat Laurentius Gaulus, qui 1508. obiit cum annos 6. præfuiſſet. Cæcus anta obitum ſuum factus eſt. Interim Philippus Renner, qui dignitate Prior erat, rem gubernabat: & Abbatiam poſteà conſecutus eſt. Ipſe & Monachi conabantur cucullam abjicere. Itaq; decimas Oſtweilenſes pro multis aureorum centuriis oppignerârunt. Miſſus eſt Prior Wilhelmus cum Oringenſi Decano Osvvaldo Bacero eâ pecunia Romam ad Clementem X. Pont. Max. ut Cœnobium Murhartenſe in ſeculare Collegium converteretur: tranſlato Eccleſiaſtico & ſeculari feudo ad Wirtenbergicam domum: ſed recuſabat Papa*

Leo: Murrhartici Romæ hærentibus pecunia conſumebatur. Ne tamen vacui redirent: Ordinis tantùm converſionem impetrârunt, abſq; Wirtenbergico feudo. Defecti autem pecuniâ Bullam converſionis pro aliquot à Fuggeris Aureorum centuriis pignori dederunt. Quam Wirtenbergicus à Fuggeranâ menſâ redemit, & Priorem diutiùs in turri Aſpergenſi detinuit; ac precariò poſteà dimiſit. Qui in Monaſterium reverſus eſt, & ut Monachus iterùm receptus eſt: ſed non manſit usq; ad finem vitæ; Principe autem impetratæ mutationi non aſſentiente Murrhartum manſit Monaſterium ut anteà.

Lib. 10. cap. 2. *Anno 1512. pro Philippo, qui hactenùs Abbas Murhartenſis erat, Abbas adſcitus eſt novus ex Cœnobio Lorchenſi Osvvaldus. Sed cùm id obæratum eſſet, exceſſit: & Monachi diſperſi in alia Cœnobia ſunt: duobus tantumodò Oeconomis relictis: ſi fortè ſic ab ægritudine Monaſterium convaleſcere poſſet: at nihil æris alieni diſſolutum eſt: ſed plus interim pecuniæ, mutuum ſumptum ac An. 1519. demùm fratres Principi Ulrico ante Reutlingam in caſtris ſupplices facti poſtliminiò reſtituti fuerunt: & hoſpitum ibi divertentium numerus imminutus eſt. Osvvaldus ex Abbate rurſùm Conventualis eſt factus: ac Martinus Mærlinus vir prudens & ſtrenuus ex magno Cellario Abbatiam poſteà cæpit.*

Lib. 11. cap. 22. *Epitaphium.* Habes Viator in hoc conditorio oſſa piiſſimi præclariqúe viri Martini Abbatis Monaſterii Murrhart: qui ſtrenuè ſummâ animi fortitudine conſtantiaqúe vitam duxit: qui etiam miſeris ſuccurrere didicit. Jam verò in communem abiit locum chriſtianiſſimè atque catholicè. Cujus anima Deo vivat. Vixit annos 58. & anno à Chriſto nato 1548. die 13. Junii emigravit. *Tunc pro eo Carlinum Priorem Abbatis honore affecit Herbipolenſis Epiſcopus Melchior præſens, benedicente illi Doctore Georgio Flachio Epiſcopo Salonenſi & Herbipolenſi in Pontificalibus Vicario. Conabatur hic Abbas inſtaurare, quæ exulantibus monachis conflagraverant: ut Dormitorium & horrea &c. &c.*

Plura de Murrharto, vide, ſi placet, in præfat. Document. Monaſt. Wirtenberg. fol. 3. 16. 39. 60. & 37. ubi habetur Anno 1558. Cœnobii hujus Abbatem Apoſtatam ab Ordine factum uxorem duxiſſe; quo facto locum jam nunc avitâ majorum religione & diſciplinâ monaſticâ meriſſimè deſtitutum Dux Wirtenbergicus ſui juris fecit; quod & poſtmodùm Anno 1648. pace Weſtphalicâ de novo confirmatum in plenam poſſeſſionem accepit.

Lit. N.

NAGOLTENSE

HUjùs nominis oppidum aliquod diœceſis Conſtantienſis in ſilvâ Herciniâ de territorio ſeu politicâ juriſdictione Wirtenbergenſi, priùs Herrenbergenſi vel breviter annotatum à Zeillero in Topographia Sueviæ fol. 173. religioſum quendam Parthenonem Dominicanum antiquitùs habuiſſe, talemqúe (licet hodie penitùs extinctum, & adinſtar aurorum invidente hæreſi meriſſimè profanatum) adhuc anno 1596. ſuo Ordini ſalvum & integrum conſtitiſſe liquidò patet ex Cruſio, qui in Paralip. ad ſuos Annales Sueviæ præfato anno typo vulgatis cap. 13. fol. 56. Nagoltenſe hoc contubernium ſignanter annumerat Eccleſiis & Monaſteriis pro tunc in rurali Decanatu Herrenbergenſi conſtitutis. Fridericus Steil in Ephemer. Dominicano-Sacris part. 2. fol. 522. ſcribit idem hoc Nagoltenſe Monaſterium ſatagente plurimùm Conrado Peruſino ſacri Ordinis Prædicatorum Miniſtro Generali ſtrenuè reformatum fuiſſe ſub annum 1477.

NELLINGENSE

COllegium Canonicorum ſecularium diœceſis itidem Conſtantienſis in forenſi tamen ditione Ulmenſi jam pridem pariter ab hæreticis enecatum: cujus

jus proin nuda ſolùm ſuperat memoria apud Cruſium in citatis Paralip. cap. 5. fol. 18. ita ſcribentem: Nellingæ vetus Præpoſitura eſt in pago (apud memoratum Zeillerum recenſito fol. 43. & 204.) Nellingen, qui inter Eſslingam & Aicham jacet. Crediderim ego primos illos Collegiatæ hujus Eccleſiæ fundatores fuiſſe divites admodùm & antiquos illos paris cognominis Dynaſtas, de quibus apud eundem Cruſium loc. cit. cap. 23. fol. 94. habentur ſequentia: *Anno 1124. vivebat Anſelmus de Nellingen, qvi non habens liberos, Hieroſolymam ad ſanctum ſepulchrum profectus eſt, & poſt reditum in Monaſterio S. Blaſii nigro-ſilvano Monachus factus eſt, in qvod bona ſua Nellingenſia contulit. Et paulò pòſt: Anno 1322. vivebant duo fratres de Nellingen D. Conradus Eqves & Rudiger. Conrado natus eſt Ludovicus dictus Wild Conradi pater & filia Eliſabetha uxor Friderici de Gomeringen dicti Wild.* Item *Anno 1333. Craffto de Sperberſeck & Anna de Nellingen ejus conjux vendiderunt Præpoſito Nellingenſi 43. jugera agri. Sponſores Henricus & Conradus Strabo in Sperberſeck Fridericus Schweler Eqves. Tratwinus de Reut. Dietricus Malſanver à Schascuhen, Joannes à Nellingen &c.* Item *Anno 1414. Ulricus Sachs civis Eſslingenſis & uxor ejus Adelheida in Scharenhuſen vendiderunt Præpoſituræ Nellingenſi &c.*

❋NEOBURGENSE

SEu Neuenburgenſe dictum celebre quondam ad fluenta Rheni Brisgoviæ oppidum diœceſis Conſtantienſis, Auſtriacæ verò ditionis nominatum in Itinerario Germaniæ Zeilleri cap. 14. fol. 310. idem nuper Anno 1675. ab ingruentibus Gallis funditùs everſum & devaſtatum, ubi miſeri cives ad inſtar hirundinum muris adhuc (ut audio) aliqualiter extantibus, tecta, ſub quibus ſe protegant, agglutinârunt: alii novas excitârunt domunculas; hoc inquam oppidum Neoburgenſe perpulchram ſatis & inſignem antehâc habuit reſidentiam Ordinis S. Joannis ſeu Equitum Melitenſium: cujus ſpecialis habetur mentio apud Jacobum Manlium Chronico Conſtant. fol. 713. in hæc verba: *Domus S. Joannis in Neuenburgo Brisgoviæ*: quæ tamen ipſa in tumultuoſo ac effero Gallorum totam regionem citra ſpem plusquàm hoſtiliter invadentium diſturbio cum reliquis ædificiis oppidanis pariter fuit igne ſuccenſa, & infauſto nimiùm caſu in meriſſimum nihilum redacta.

❋NEOBURGENSE

FUit etiam iſthîc loci quoddam Ordinis S. Antonii domicilium ab eodem Manlio loc. cit. pariter recenſitum ſub his verbis: *Domus S. Antonii in Neuenburgo Brisgoviæ.* Nec plura de triclinio iſto Antoniano nobis conſtant, quàm quòd prædicto anno 1675. fuerit etiam ab hoſtilibus flammis fataliter abſorptum, & in meriſſimos cineres annihilatum.

❋NEOBURGENSE

HAbuerunt antehâc intra muros iſtos Neoburgenſes RR. PP. Conventuales Franciſcani Ordinis proprium quoque ſuæ profeſſionis ac regulæ Cœnobium cum adjuncto templo ſatis amplum & opportunum de tempore & authore primæ ſtructuræ haud ampliùs inquirendum. Subſticit autem, & in qualicunque ſtatu ſuo duravit usque ad exitum ſuperioris ſeculi terminatum: quo tempore religioſis inquilinis aliò ſuâ ſponte tranſlatis, totum clauſtrale hoc ædificium labentibus annis omninò peſſundatũ in rudera ſubſidit, ac tandẽ fundus illius ceſſit RR. PP. Capucinis: quibus cùm quandoq; Rhenofeldâ Friburgũ

Bris-

Briſgoviæ deſcendentibus iter adeò longum haud modicam cauſaret moleſtiam ſanioribus ipſi conſiliis inducti cogitârunt de intermedio quodam Monaſterio opportunè ſtruendo, quapropter S. P. Q. Neoburgicus ab Adm. R. P. Angelo Mediolanenſi ſupremo Provinciæ anterioris Auſtriæ pro tunc Miniſtro die 12. Februarii 1612. de hoc ſuppliciter edoctus, ſeu potiùs inſtantiſſimè rogatus mox cum aliis Nobilibus Dynaſtis totâ circumcircà regione conſidentibus ultimam ad hoc ſpondent operam; unde ipſi Patres Capucini taliter animæquiores redditi de præviâ,quorum intererat, licentiâ mox in fundo pro novâ fabricâ conceſſo tentant ædificium: quod eleemoſynis opibusque gratiosè collatis brevi tempore conſummatum, & undequaque perfectum reddiderunt diverſæ promiſcui ſexûs ac conditionis perſonæ ſpectabiles admodùm tùm ſacræ, tùm profanæ, utpotè Reverendiſſimi ac Illuſtriſſimi Principes & Epiſcopi Conſtantienſis & Baſileenſis, Melitenſis item Ordinis ſupremus Commendator Haitersheimenſis: Cœnobiarchæ San-gallenſis, Lucellenſis & S. Trudperti: Abbatiſſæ religioſæ Ottmarsheimenſis & Gunterthalenſis; quibus (præter Illuſtriſſimum Dominum Comitem Sulzenſem) adde Celſiſſimum Auſtriæ anterioris) ut tùm vocabatur Enſisheimenſe regimen cum oppidanis Neoburgenſibus æquè ac Enſisheimenſibus; Nobiles Equites ab Andlaw, Polsweil, Weſſenburg, Wangen, Lewenburg, Nagel, Flaxland &c. Nec in parte hac defuerunt Clariſſimi viri N. Klengelin, N. Frawenfelder, N. Mager, N. Schewrin omnes J. V. DD. ac totâ deniqueCommunitas pagi Bellingenſis: quorum omniū gratioſo, prompto ac reſpectivè charitativo ſubſidio templum cum adjacente Cœnobio finaliter abſolutum ſacro miniſterio Reverendiſſimi ac Perilluſtris Domini Domini Jacobi Mergelii Epiſcopi Sebaſteni Suffraganei Conſtantienſis An. 1615. ſexto Nonas Julii ritè fuit inauguratum dedicatumque Virgini Deiparæ in Cœlos aſſumptæ. Iſthìc ergò loci durante ſuperiori bello Suecico religioſiſſimi Patres inter plurima hæreticorum opprobria contumeliosè ac violenter illata nunquàm non graviſſimis ac manifeſtis periculis expoſiti ſolo pane tribulationis ægrè ſuſtentati, juxtà ſimul in magnâ vitæ ſanctitate Domino ſervientes unicè intenderunt ſaluti proximorum, jugiterque pro p[illegible] foverunt omnes, quos in animam ſibi habuerunt commendatos circumcircà poſitos incolas & accolas hinc inde commorantes. Ab anno igitur antedicto 1612. usque ad triſtia illa Bellonæ Suecicæ initia manſerunt in ſanctâ pace Seraphici inquilini iſti Neoburgenſes, ex tunc autem calamitates & perſecutiones mille millenas experti conſtantiſſimeque perpeſſi.

Anno 1634. iſthîc locorum notatu dignum illud accidit, quòd cùm miles quidam tormentarius, ſeu, uti vocant, Conneſtabilis, etſi religione Catholicus, à Superioribus ſeu militaribus Officialibus ſuis ſpecialiter in id juſſus in ligneum quoddam Crucifixi Servatoris ſimulacrum uno alterovè ſtadio extra muros urbis in cœmiterio de ſublimi ſuſpenſum tormentum exploderet, mox è veſtigio nefarius iconoclaſta tanti ſceleris reus copioſiſſimum è naribus cœperit ſtillare ſanguinem nullâ prorsùs ratione ſiſtendum, & ſic quamvis pœnitens cum noxio humore ſimul etiam effunderet animam, utinàm innocuam & purgatam.

Eodem tempore duo gregarii milites è Sacriſtiâ Cœnobii hujus veſtes ſacerdotales vulgò albas avidiſſimè furati ex illis coaptârunt ſibi induſia, quæ tamen diutiùs geſtare haud licuit, etenim periculoſiſſimus morbus aliquis apud omnes hactenùs ignotus, duos ſolùm iſtos ſacrilegos in tantum afflixit, ut urgente Nemeſi divinâ graviſſimè de vita periclitati fuerint, unde etiam unus illorum medius crepuit, alter verò ſorte ſuâ beatior poſt reſtitutionem de condigno factam denuò liberatus de immensâ Dei miſericordiâ priſtinam ſanitatem obtinuit.

Anno 1638. feriâ quintâ ſolemniſſimæ venerationi Corporis Dominici Sacrâ, dùm ex more (Sueco milite licet urbem etiamnùm tenente) proceſſio fieret, neſcio quæ mulier circumforanea vinum aduſtum & alias quascunque res comeſtibiles divendere ſolita, dùm protervè ſacris illuderet, menſam ante ſe poſitam vidit coràm

ac

ac ſenſit occultâ vi concuſſam, ſeque ſuis reculis omnimodè ſpoliatam, quare ſic pietatem & juſtitiam diſcere monita nec temnere Divos, abnegatâ omni hæreſi fidem orthodoxam conſtantiſſimè confeſſa.

Anno 1641. Centurio quidam profeſſione Lutheranus, utpotè natione Suecus: dùm fortè ſuas (quas admodùm pretioſas habuit) veſtes amiſit & taleros decem, uti vocant, Philippeos, uxor illius licet itidem acatholica quantocyùs ad Capucinos abituriens deprecabunda rebus afflictis conſilium expoſcit, & auxilium oppidò ferendum. Admonent RR. PP. opem ac interceſſionem Divi Antonii Paduani firmiter implorandam; quo facto perdita quæque celeriter inventa & ad manus proprias reddita gratis anſam dederunt Venerabili Conventui Neoburgenſi deinceps poſthâc benefaciendi modo quoq; poſſibili & vice frequenti.

Ex eodem Ven. cœtu Neoburgenſi ſub iisdem ferè temporibus poſt vitam innocentiſſimè traductam ſanctiſſimâ morte requievit loci Superior Adm. R. P. Fridericus de Wolmetingen adhuc ſecularis fœminam è facie prorsùs nullam noſſe notiſſimus, imò ne vix quidem Matrem & ſorores. Poſuit pro ſalute proximorum animam ſuam, dùm nempè queis vice lue peſtiferâ lethaliter intoxicatis diu noctuque pientiſſimè deſerviens paulò pòſt eodem mortis genere cecidit holocauſtum ſanè gratiſſimum Deo factum Biennio à morte ipſius cùm alius eodem loco foret ſepeliendus, pedes defuncti fodiendo caſualiter detecti, toti viſi ſunt adſtantibus candidi & incorrupti. Tale nimirùm prœmium Virgines merentur.

NEOBURGENSE

SEu *Neuenburgenſe* aliis dictum ad fluenta Nicri in fundo Sueviæ parthenium Cœnobium origine ſuâ vetuſtiſſimum proìn de tempore & authore ſuo haud ampliùs inquirendum in in diœceſi Wormatienſi primùm Canonicorum ſecularium Collegium, tùm Anno 1181. in regulare clauſtrum ſexûs fœminini Ordinis (niſi fallor) Benedictini transmutatum: idem tamen jam pridem quocunque demùm fato meriſſimè ſuffocatum: unde & poſteris vix ampliùs nomine ſuo notum ex Annalibus Cruſianis part. 2. lib. 11. cap. 10. ubi taliter habetur annotatum: *Conradus Palatinus Collegium Neuenburgenſe ad Nicrum in Cænobium Virginum mutavit. Poſteà mortuus in Monaſterio Schönaw (uno milliari ab Heidelbergâ) ſepultus eſt. Uxorem habuit Eliſabetham Conradi Francorum Ducis filiam ex Irmengarde Palatinâ propter qvam is Palatini dignitate ornatus fuerat. Nata fuit inde Agnes (Aventinus lib. 7. Clementiam appellat) qvam Henricus Saxo Leonis filius duxit: & ſocero mortuo Palatinus factus eſt confirmante Henrico ſexto. Genuit Irmengardem Hartmanni Badenſis uxorem & Hagnam (Agnetem) Othonis reguli Boiorum conjugem. Habuit Conradus etiam Claram Tutingam in matrimonio.*

❀NEOSTADIENSE

SÆpedicti PP. Capucini per ſilvam Herciniam creberrimè transmeando, nunc benedicendo, nunc ad plebem dicendo, ſeu etiam ſacramentaliter confitentibus patienter auſcultando, maximè verò quendam capite condemnatum ad mortem piè fortiterque ſubeundam non tam doctè quàm efficaciter adhortando ſilvicolarum (præcipuè in diſtrictu Neoſtadienſi) affectum & devotionem tam arctè ſibi devinxerunt, ut ii ſine Capucinis ampliùs vivere planè nollent, juxtà tamen ſuis obtinendi petitum hoc viribus diffiſi, ſuam apud Excellentiſſimum Dominum Maximilianum Franciſcum Comitem Fürſtenbergium in Stüelingen reſidentem tam potenter egerunt cauſam, ut Excellentia ſua petentibus favorabiliter inclinata Patres pro tunc Lauffenbergæ congregationem autumnalem celebrantes ad hoſpitium Neo-

ſtadii ponendum invitaret Anno 1669. imò etiam poſtmodùm per litteras inſtanter pelliceret ad conſenſum. Viſo tanto fervore reſponderunt Patres, ſe quidem Excellentiæ ſuæ lubenter obſequi fore paratos, ſi tamen facultatem ab Ordinario in id ſpecialiter impetrâſſet fundi Dominus, qui & faciliter impetravit expeditam Conſtantiæ de dato 23. Novembris prætacti anni 1669. In hoc zelus Excellentiſſimi D. Comitis nondùm quievit, ſed domunculam quandam quinque vel ſex Fratrum capacem cum adjecto Sacello Capucinis extrui juſſit, in fundo prænuntiato quaſi propheticè à ruſtico quodam, qui uxori ſuæ longè ante prædixerat eventum, Capucinos olim in indicato fundo habitaturos, ſibi quidem oculos à morte priùs occludendos, ipſam autem uxorem talem eventum conſpecturam fore. In hoc ergò hoſpitium Patres aliquot immiſſi & continuatâ habitatione in illis locorum aſperitatibus patientiam ſuam continuo exercitio ſatis indurant, econtrà ruſticam incolarum duritiam ad omnem pietatis & devotionis ſenſum emolliunt. Fuerunt quidem ſtruendo domicilio huic haud leves tricæ ab adverſariis ſuſcitatæ, brevi tamen feliciſſimè diſcuſſæ. Et per veritatem triumphantes Capucini in ſe verificaverunt illud Chriſti Domini effatum *Veritas liberabit vos.*

❋NERESHEIMENSE

NERESHEIMIUM *elegans ac magnificum Benedictini profeſſionis Monachorum Cœnobium, in Sueviæ qvodam tractu, qvem ob ſoli admodùm arenoſi ſterilitatem Duri campi appellatione accolæ notant Comitum Oetingenſium ditione, propè ejusdem nominis oppidum in peramœno colle tribus à Nördlingiaco milliaribus, cis nemus Ploſſianum videlicet ſitum: fundatum ac ampliſſimè dotatum legitur anno Domini 1095. ab Hartmanno Comite Dillingenſi primo nimirùm Hugobaldi quarti Comitis filio, & ab Illuſtri Dominâ Adelheide Hartmanni Comitis uxore Comitiſsâ de Kyburg. Conſecratum eſt ab Ulrico Hartmanni Comitis filio Epiſcopo Conſtantienſi. Eſt in eodem Cœnobio celebris ſepultura eorundem Comitum Dillingenſium, qvorum originem ex Imperatoris Henrici Aucupis genere eſſe in vetuſtiſſimis Annalibus legitur: fuerunt illi olim Imperatoris nomine Advocati in urbe Franckfurt &c.* Ita Bruſchius de Monaſter. Germaniæ cent. 1. fol. m. 93. ubi etiam ſubdit ſtemma genealogicum dictorum Comitum Kyburgenſium ſeu Dillingenſium, Abbas verò Stengelius in ſua Monaſteriologiâ Benedictina idem Cœnobium hoc taliter exhibet deſcriptum: *Neresheimium perilluſtre ac celeberrimum in Sueviæ qvodam tractu, qvem ob ſoli admodùm arenoſi ſterilitatem Duri Campi* (Hartfeld) *appellatione accolæ notant Monaſterium propè ejusdem nominis oppidum, in peramœno colle tribus à Nordlingiaco milliaribus cis nemus Ploſſianum videlicet, & in diœceſi Auguſtanâ ſitum eſt. Ejus primariam originem perantiqvam fuiſſe oportet, nam in Neresheimenſi Eccleſiâ ſepultum fuiſſe traditur Hupaldum S. Udalrici parentem, qui obiit anno Domini 908. & in Chronico Lamberti Abbatis litterarum monimentis proditum accepimus, cùm Monachi Benedictini in eodem loco conſtituerentur, Canonicos Regulares, attamen numero paucos ibidem extitiſſe, qvi in aliis Eccleſiis ſtatui ſuo convenientibus, datâ eis diſpenſatione collocati fuerunt. Pro Ordine S. Benedicti igitur fundatum ac ampliſſimè dotatum eſt dictum Cœnobium An. Chriſti 1095. ab Hartmanno Comite Kyburgenſi & Dillingenſi Hubaldi quarti filio & Adelheide uxore ſuâ accitiq́, duodecim Monachi ex Monaſterio Zwifaltenſi, qvorum ſex Sacris initiati, cæteri manualia opera exercebant, qvos & vulgò Converſos vocare ſolemus. Iisdem Abbas præfectus Erneſtus ex Dillingenſium etiam*

Comi-

Comitum proſapiâ ortus, qui unico tantùm Anno præſuit, & obiit Anno 1096.

Succeſſit eidem Hugo, qvi obiit Anno Chriſti 1101. eodem, qvo Monaſterii Neresheimenſis ædificia perfecta & abſoluta fuêre. Ab ejus obitu præſidere juſſus Theodericus ex Baronibus, ut fertur, Groslingenſibus, qvi Anno 1118. extinctus eſt, cum annos 17. Antiſtitem egiſſet. Sublectus eidem Abbas Henricus ex Baronibus, ut qvidam notant, Gundelfingenſibus, qvi anno ſeqventi eodem die, qvo Eccleſia conſecrata fuit, ſolemniter inauguratus eſt. Anno namq; Dominicæ Incarnationis 1119. Caliſti Papæ II. à qvo in Germaniam, Azzo Epiſcopus Aqvenſis (nonnullis etiam Aqvileienſis) Legatus miſſus fuerat, qvi rogatu Udalrici Epiſcopi Conſtantienſis Hartmanni Fundatoris filii conſecravit Eccleſiam Neresheimenſem, in honore victorioſiſſimæ Crucis & S. Dei Genitricis Mariæ & Omnium Sanctorum, præcipuè tamen SS. Udalrici & Afræ.

Obiit autem dictus Hartmannus fundator Anno Domini 1121. cùm multis prædiis & poſſeſſionibus præfatum Cœnobium largiter auxiſſet, &, ut qvidam tradunt, ante obitum ſuum etiam Monachus in eodem Monaſterio factus fuiſſet. Henricus Abbas verò humana reliqvit Anno Chriſti 1125. & ſucceſſorem accepit Pilgrinum, ſub cujus regimine Neresheimenſe Monaſterium igne periit anno ſalutis 1126.

Seqventi anno nempè 1127. non autem 1139. (qvod qvidam etiam notârunt) obiit Udalricus Epiſcopus Conſtantienſis Hartmanni fundatoris Neresheimenſis filius Antiſtes magnæ & claræ virtutis, & qvàmdiu apud Monachos egit, auctoritatis. Condidit ex ſuo patrimonio Monaſterium Creuzlingæ, Conſtantiæ in ſuburbano, itidem ad honorem SS. Udalrici & Afræ. Renovavit item & inſtauravit, iterùm penè collapſum Xenodochium pauperum à S. Conrado olim conſtructum ac liberaliſſimè dotatum. Impetravit etiam à Caliſto II. P. M. ut è tumulo levaretur, ac in apotheoſin referrentur S. Conradus Anno 1120. Hartmannus alter fundatoris filius, & magnus etiam benefactor ac dotator ſæpedicti Monaſterii deſiit eſſe Anno Dom. 1134. cùm ibidem qvoq; ultimis vitæ annis habitum Monaſticum induiſſet. Supradictus autem Abbas Pilgrinus è vivis exceſſit Anno Chriſti 1140. cui ſucceſſit Ortliebus, Pater multorum Monachorum, ut ibidem in Archivis habetur. Eodem præſidente An. 1150. conſecratum eſt ſacellum B. Mariæ Virginis, à Venerabili Ortliebo Baſileenſi Epiſcopo, permittente id Walthero Epiſcopo, Auguſtano loci Ordinario. Anno deîn 1151. Obiit Albertus Comes Hartmanni filius, fundatoris nepos, cùm exemplo parentum & ipſe Monaſticem ante obitum in Neresheimenſi Cœnobio profeſſus fuiſſet. Poſteà anno Chriſti 1164. Mortalitatem exuit Ortliebus Abbas, poſt qvem creatus eſt Henricus de Ramſtein, qvo præſidente Baſilicæ SS. Andreæ & Blaſii igne conflagrârunt, ſcilicet anno Domini 1170. qvo etiam obiit Albertus Comes Alberti ſuperioris filius advocatus & Benefactor Monaſterii Neresheimenſis, cui etiam contulit Copfingen & Oſtrivil, qvidqvid ibidem ſui juris erat, & reliqvit poſt ſe filium Hartmannum, qvi dedit ſupradicto loco Crucem auream majorem cum candelabris, & prædium in Wiſſmauc, qvod propter remotioris viæ incommoditates venditum eſt, pecuniâ in alios Eccleſiæ uſus converſâ: obiit Anno Chriſti 1180. relicto filio Alberto, qvi in bellis præclaras res tam Romæ qvàm Hieroſolymis geſſit, & contulit huic loco minus Cuchem. Baſilicæ verò SS. Andreæ & Blaſii, qvas paulò antè igne periiſſe memoravimus, dedicatæ ſunt Anno Domini 1187. Obiit præfatus Albertus Comes Anno 1214. ſecundùm alios 1229.

& reliqvit filium Hartmannum, qvi dedit Nereshemenſibus Crucem auream minorem cum aliis donariis habuitq; duos filios Albertum & Udalricum, qvorum prior Dillingam, poſterior Kyburgum poſſedit, qvi & poſſesſionibus aliqvot Monaſterium hoc auxerunt. Habuit Albertus filium Hartmannum, qui reliqvit tres filios & totidem filias: Hartmannum Epiſcopum Auguſtanum, qvi Dillinganam arcem ac omnes ferè pagos Wedæam usq; Epiſcopatui donavit Anno Chriſti 1272. & obiit Anno 1286. filiarum nomina & conjugia produntur à nonnullis Udelheidis, Comitis Friderici de Zollern uxor. 2. Willburgis Ulrico Comiti ab Helfenſtein deſponſatur. 3. Priſca Comiti ab Hekkenſtein, vel potiùs Baroni ab Helenſtein nupſit.

Erat olim ampliſſimum hoc Cœnobium ſicut & cætera pleraque per illa tempora, Romanæ Eccleſiæ immediatè, ut vocant, ſubjectum; hinc anno Chriſti 1233. Philippum Nuntium Apoſtolicum cenſum privilegii ejusdem Monaſterii recepiſſe, in vetuſtis litterarum monimentis memoriæ proditum accepimus Gregorio IX. Pont. Max.

Cæterùm freqventibus incendiis non tam à caſu fortuito, qvàm ab hoſtibus illatis hoc Monaſterium graviſſima damna pertulit. Nam qvo tempore Gibellinorum & Guelphorum peſtes exortæ, longè lateq; ſævire, ferro, flammâ, vaſtitate undiq; graſſari cœperunt, plerisq; in civitatibus, & urbibus ortæ inter Eccleſiaſticos & Laicos diſſenſiones & turbæ illis Pontifici, his Imperatori adhærentibus. Hinc accidit ut Anno Chriſti 1246. Conradus Cæſar, qui per patris Friderici abſentiam Germaniæ præerat, ob odium Hartmanni & Alberti Comitum Dillingæ, qvi in fide Pontificis permanſerunt, Neresheimenſem Eccleſiam incenderet, & Anno ſeqventi cùm iterùm ibidem caſtra poſuiſſet, adjacentia qvæq; ſuccenderet. Cumq; idem Rex Anno 1249. tertiâ vice caſtra ſua in Neresheimenſi territorio collocaſſet Henricus Burgoviæ Marchio clauſtrum & Eccleſiam SS. Andreæ & Blaſii ſuccendit.

Cùm itaqve Imperii turbas & diſſenſiones tot undiqve fœda facinora patrari, rapinas, incendia, cæde, funera fieri conſpiceret generoſus Dillingæ Comes Albertus Cœnobium Neresheimenſe contra freqventes inimicorum Eccleſiæ inſultus vallis & propagnaculis munivit caſtro in colle S. Andreæ collocato Anno Domini 1250. Idem Cœnobium biennio poſt Lavinganos rebelles & Eccleſiæ hoſtes ſub jugum miſit, eisq; caſtrum impoſuit & obiit Anno Chriſti 1257. patre Hartmanno adhuc ſuperſtite, qvi tamen & ipſe vivere deſiit Anno ſeqvente. Cumq; ſolus hujus nominis & familiæ Comitum Dillinganorum reſtaret Hartmannus Epiſcopus Auguſtanus Eccleſiam hæredem ſcripſit, qvod ſupra notavimus, atq; cum eo perilluſtris & nobiliſſima hæc familia interiit. Eodem autem An. 1258. qvo obiit Hartmannus Senior, Ludovicus Comes Oettingenſis Neresheim cum omnibus ad id pertinentibus occupavit, atq; hinc prædicti Comites etiam hujus loci Advocati evaſerunt.

Poſt non multos annos, nempe 1261. circiter, idem Monaſterium rurſùm flammis abſumitur. Qvod rurſùm accidit Anno Dom. 1389. & 1405. Abbates ejus loci tam generis nobilitate, quàm religione & Ordinis obſervantiâ clari variâ ſæpe fortunâ uſi, diverſa à vicinis paſſi, capti etiam ſemel ac iterùm & cum Conventu in exilium acti, cum prædia eorum interim & poſſesſiones ferro igniq; hoſtiliter vaſtarentur. Hæc Stengelius loco citato; verùm tota fundationis Neresheimenſis hiſtoria clarior emicat ex novis quibusdam præclariſſimis Theſibus Theologicis *Arbor glorioſa ſupra verticem Montis S. Udalrici poſita bis trino ſeculo ſemper florens, ſemper vireſcens novos Theologiæ fructus DE DEO TRINO ET UNO ferens* intitulatis iisque cœleſti doctrinâ S. Anſelmi ex Monacho Ordinis S. Benedicti Archiepiſcopi Cantuarienſis in Angliâ & Doctoris Angelici Divi Thomæ Aquinatis ſolidè fundatis, atque in chartâ ſatis oblongis latâque ſtylo ferreo ſeu ære ſculptili non tam artificioſo ac decoro nimis bellè depictis, iisdemque nuper in ipſâ ſexti Jubilæi fundationis Neresheimenſis ſolemniſſimâ feſtivitate Anno

Anno 1695. in coronâ quamplurium clariſſimorum virorum publicæ diſputationi propoſitis: quæ dilucidè monſtrant primum digniſſimi Cœnobii hujus authorem ſeu conditorem jam anno gratiæ ſupra ſeptingenteſimum ſeptuageſimo ſeptimo fuiſſe nominatiſſimum illum Thaſſilonem Bojorum Regem ac pòſt etiam Monachum, alterum verò (priori dicti Thaſſilonis fundatione ab Hunnis quandoque totam circùmcircà regionem ferro flammáque plusquàm terribiliter infeſtantibus penitùs extinctâ) Hartmannum Comitem Kyburgenſem ac Dillingenſem (qui etiam novo huic Monaſterio Majorum ſuorum cineres intulit) cum Illuſtriſſimâ conjuge ſua Dominâ Adelhaidę ſub annum gratiæ 1095. quibus ſecundariis piiſſimis fundatoribus iſtis inibi (præter Divos Cœlites perplures Patronos Tutelares) videntur etiam Hartmannus Hartmanni ſenioris antedicti filius ab Honorio Papâ ſecundo Anno 1125. Aſcetis Neresheimenſibus in Advocatum loco parentis defuncti ſubrogatus inde poſt annos & dies placitos Monachum inductus, ac poſt fata ſua cœlis receptus 1135. Item Adalbertus ejusdem Hartmanni fundatoris nepos, & is pariter authoritate pontificiâ Anno 1152. ab Eugenio III. Advocatus pleniſſimè conſtitutus, nec minùs cum tempore monaſticem profeſſus ac beatam immortalitatem ingreſſus Anno 1170. Poſt recenſitos fundatores in eâdem chartâ nobiliter appicti cernuntur etiam Romani Pontifices quatuor nempè Urbanus II. Honorius II. Eugenius III. & Bonifacius VIII. queis ſingulis Neresheimenſis Eccleſia ſingulariter cordi fuit, ac quivis iſtorum privilegiis Apoſtolicis illam munivit; unde eſt Bulla ejusdem Urbani, cujus vigore Pontifex iſte fundationem Hartmanni ſub annuo unius aurei cenſu Monaſterium Neresheimenſe in ſpecialem Sedis Apoſtolicæ tutelam ſuſcipit Anno 1095. Altera cernitur eſſe Honorii antè nominati de Anno 1125. quâ Cœnobium cum omnibus appertinentiis bonis & poſſeſſionibus in S. Petri & ſacræ Romanæ Eccleſiæ protectionem adoptatur & aſſumitur. Tertium diploma dedit tertius hujus nominis Papa Eugenius, quævis Monaſterii jura ac privilegia de novo reiterans & authenticè confirmans. Quartum demùm emanavit à Bonifacio VIII. in quo Pontifex iſte omnia Fratrum Neresheimenſium bona poſſeſſoribus ſuis rectisſimè confirmat cunctisque libertatis refugium intra præfixos limites largitur ſubſcriptis octo Cardinalibus 1298. Conſtant inſuper in iisdem theſibus viſendi coràm adſtantes tres Auguſtiſſimi Romanorum Imperatores de antiquo ſtatu Neresheimenſi præ cæteris ſingulariter promeriti utputà Henricus VII. de Anno 1232. Adolphus 1294. & Carolus IV. Anno 1367. à quibus habentur chara ac rara privilegia authoritate Cæſareâ condonata. Potiſſimum autem decorantur Theſes iſtæ ex integro Reverendiſſimorum D. Præſulum Neresheimenſium catalogo, qui præſefert etiã nomina ſimul ac ſcuta ſeu Inſignia ſingulorũ, quorum primus fuit S. Erneſtus ex Comitibus de Kyburg & Dillingen primus Abbas Neresheimenſis, quamvis uno tantùm anno in clauſtrali regimine præclarus poſtmodùm Corozainæ oppido Palæſtinæ in orâ lacûs Geneſaræ ad ortum inter Capharnaum & Cedar pro fide Chriſti die 13. Julii Anno 1096. martyrio coronatus; atque eorundem agmen claudit modernus (cum propriâ effigie ſuâ ad vivum depictâ) Abbas Ordine triceſimus nonus Reverendiſſimus ac Ampliſſimus Dominus Dominus Simpertus Laudatiſſimus Cœnobiarcha Neresheimenſis inclytæ Congregationis Auguſtano-Benedictinæ Viſitator Vigilantiſſimus idem jam ab Anno 1684. de politico æquè ac religioſo directorio ſeu regimine perquàm ſtrenuè promeritus dehinc loco citato hujuscemodi elogio Chronologico juſtiſſimè honoratus.

Per ſe pLanta VIret, per ſe qVoqVe
pLanta VIresCet,
aC parIter DVLCIs te DVCe frV-
CtVs erIt.

❀NEYDINGENSE

B*Enedictinarum Virginum propè Danubium in pago ejusdem nominis, Cœnobium Fürſtenbergenſium Comitum fundatione, quod illuſtriſſimum multo tempore ſuperſtes fuit religioſæ illorum munificentiæ monimentum* : Ita quidem Bucelinus in German. ſacr. part. 2. fol. 64. in hoc tamen corrigendus, quod nimirùm religioſum ac Venerabile domicilium iſtud infra limites diœceſis Conſtantienſis ſub curâ Abbatis Salemitani conſtitutum familiæ ſuæ Benedictinæ perperam adſcribat, cùm tamen usque hactenùs ſacræ familiæ Ciſtercienſis ſemper fuerit, atque membrum illius hodiedùm exiſtat. Plures antehâc de Fürſtenbergenſium Comitum proſapiâ gnatos in avito (quod in templo Monaſterii hujus Neydingenſis proprium ipſi habent) ſepulchro vel olim fuiſſe reconditos apertè refert Zeillerus in ſuâ Topographiâ Sueviæ fol. 137.

❀NICRO-ULMENSE

ULmenſe oppidum diœceſis Herbipolenſis ad fluenta Nechari ſeu Nicri collocatum, ac inde vulgariter Neckers-Ulm appellari ſolitum horæ unius intervallo infra Hailbronnam urbem imperialem ſpectans ad ſupremum Ordinis Teutonici Magiſtrum ſeu Principem, unicum tantùm habet Monaſterium, & hoc quidem ſacro Seraphico Ordini Minorum S. Franciſci RR. PP. Capucinorum addictum : de quo modernus loci Quardianus Adm. R. P. Perfectus Ayſtadianus de dato 27. Februarii currentis anni 1694. ad me reſcripſit ſequentia : *Ut ſatisfaciam favorabili petitioni ac deſiderio quoad Cœnobium noſtrum exiguum Nicro-Ulmenſe ſignifico illud ædificatum fuiſſe ſub annum 1660. nullo alio fundatore, quàm ex variis eleemoſynis à diverſis Benefactoribus hinc inde collatis. Crux poſita fuit eodem anno ſuperiùs in dicato die 2. Julii. Dedicatio verò Templi celebrata Dominicâ decimâ tertiâ poſt Pentecoſten die 31. Auguſti Anno 1664. Patronus Eccleſiæ eſt S. P. Franciſcus in ſummo Altari. Sacellum Eccleſiæ manet Beatiſſimæ Virgini dedicatum. Altaria verò lateralia duo, unum in honorem Sanctiſſimæ Triados creatæ Jeſu Mariæ & Joſeph. Alterum verò in honorem S. Antonii Paduani &c.*

NÖRDLINGENSE

Nördlinga Imperialis civitas inferioris Sueviæ noſtræ ditioni Oettingenſi proxima, eaque in terris Germanorum nominatiſſima, quamvis jam pridem omninò Lutheranizata ſituatur in diſtrictu diœceſis Auguſtanæ, & præter duo (mox recenſenda infrà) jam à tribus retrò ſeculis nobiliſſimum habuit, quod & usque modò ſalvum & integrum habet domicilium ſeu reſidentiam Equeſtri Ordini Teutonico ſubditam non ſolùm cum templo (in quo Catholicæ religionis exercitium accolis, incolis, & peregrinis adventantibus omnibus ſine prohibitione liberè patet uſurpandum) propiùs adſtructo conſpicuam, ſed & juribus ac poſſeſſionibus adeò pinguibus inſtructam : de quâ ſuo loco ſequentia legimus annotata : Das Teutſche Hauß zu Nördlingen / iſt unmittelbar zur Land-Commenthurey Ellingen (in Francken) gehörig/ und erſtens ums Jahr 1350. ein nit ſonders groſſes Burgerliches Hauß geweſen/welches/ laut eines annoch verhandnen Vergleich-Brieffs de Anno 1382. mit darzu gekommnen dreyen anderen Burgerlichen Hoffraitthinen und daran gelegnen Gärten erweitert/ von

allen

allen burgerlichen und anderen Beſchwerden gantz und gar befreyet/ und zu einen gantz frey eigenthumblichen Herrenſchafft-Haus gemacht worden: Und zwar dieſes von der Stadt Nördlingen ſelbſten zu Widererſtattung desjenigen Schadens/ welchen gedachte Stadt mit ihren Helfferen und Helffers-Helfferen im vorgehenden Fauſt-Recht-Krieg zwiſchen Fürſten und Herren eines und der Städte im Schwäbiſchen Craiß anderen Theils dem hochlöblichen teutſchen Orden an ſeinen Leuthen und Güteren zugefügt worden. Spectat autem pereximia hæc memorati Equeſtris Ordinis reſidentia Nördlingenſis ad Archicommendam (ut dictum eſt) ſeu Balliviam Franconiæ Ellingenſem, quæ hodie ſuperbit directorio Reverendiſſimi ac Illuſtriſſimi Domini Domini Adami Maximiliani ab Ow Domini in Hürrlingen & Sternegg &c. Sereniſſimi ac Reverendiſſimi Principis ac ſupremi Teutonici Ordinis Magiſtri Franciſci Ludovici Comitis Palatini Rheni Ducis Bavariæ, Cliviæ, Montium &c. Conſiliarii intimi ac Locum Tenentis in Mergentheim, Commendatoris Ellingenſis & Herbipolenſis Equitis Teutonici Ordinis &c. &c. cujus Excellentiæ ſuæ locum & perſonam iſthic Nördlingæ cum pleniſſimâ rerum poteſtate de præſenti rectiſſimè ſuſtinet præclariſſimus vir Joannes Sebaſtianus Reiner fidus Achates mihi ſemper colendiſſimus obſervantiſſimus; cujus alteſato Principali ſub demisſiſſimâ recommendatione, huic verò ex ſinceriſſimo cordis affectu fauſta quæque mille votis animitùs acclamamus.

NÖRDLINGENSE

CElebre ſatis & devotiſſimum ante tempora Lutheraniſmi noviter exorti Monaſterium Ordinis Fratrum Beatæ Virginis de Monte Carmelo apud Nördlingenſes tale (prout ſequitur ex Stengelio Abbate in Comment. rerum Auguſt. part. 2. cap. 55. num. 13.) habuit initium: *An. 1381. Nördlingæ feriâ quartâ Paſchæ hiſtoria memorabilis accidit. Cùm enim Ulricus Maininger infirmitate gravi detentus ſacro viatico domi ſuæ Chriſtiano more reficiendus eſſet, & ſacerdos ei ſacram Hoſtiam porrigeret, ſubitò pavimentum corruit, & cum omnibus in inferiorem cellam decidit: unde inter cadendum Ven. Sacramentum è pyxide effuſum & deperditum fuit. Eapropter ſolemni totius Cleri ac devoti populi illius urbis ſupplicatione inſtitutâ ſummâ devotione, curâ ac ſolicitudine deperditum Ven. Sacramentum inquiſitum omnesq; ſacræ Hoſtiæ exceptâ unicâ repertæ fuêre. Cumq; nulla illius inveniendæ ſpesupereſſet, qvisqvilia & alia circumjacentia ſtramine & ſarmentis in favillas redacta ſunt. Tùm demùm etiam reſidua Hoſtia tota pura, ſplendida & incorrupta, ac ſi ſacerdos eam tunc primùm è pyxide deprompſiſſet, reperta fuit, eo ipſo loco, ubi nunc fovea ſub altari monſtratur. Ex eo tempore qvotieſcunq; paſtores eò loci pecora agebant, nullus ipſum locum tranſire, multò minùs ibi hærere præſumebat. Eo portento permota fidelium devotio ſacellum ibi extruxit, qvod divina pietas tot tantisq; miraculis illuſtravit, ut advenæ tantas illuc eleemoſynas conferrent, qvibus Monaſterium pro Patribus Carmelitanis conſtrui potuerit, quod in hodiernum diem propter illam de Ven. Sacramento cauſam* das Herrgotts-Cloſter *dicitur.* Hæc ille loc. cit. cui fideliter aſſentitur tabula in ejusdem Monaſterii templo (teſte Cruſio in Annal. part. 3. lib. 5. cap. 13.) usque ad Patrum memoriam legenda ſub hujusmodi tenore: Am Mittwochen in den heiligen Oſter-Feyren/ als man zählt nach Chriſti Geburt der Jahren 1381. iſt ein wunderbarlich Zeichen durch GOttes Verhängnuß hier zu Nördlingē beſchehen. Dar-

Dardurch wol billich ein jeder Chriſten-Menſch zu tieffer Vermahnung Chriſtlicher Lieb des Glaubens bewegt / und dieſem gegenwärtigen Gottshaus geneigt ſeyn ſoll. Dann zu der Zeit war ein Mann/genannt Ulrich Meyninger/auf der Hoffſtatt/ da nun jetzunder Unſers Herren Altar ſtehet / mit Haus geſeſſen / dem man in ſeiner Kranckheit nach Chriſtlicher Ordnung das heilige Sacrament reichen und geben wollt / und als der Prieſter vor demſelben Krancken ſtund/ihm das Sacrament darbot/an derſelbigen Statt war unter ihnen ein Keller / deſſen Bünn und Gewölb unter dem Prieſter und allem Volck gegenwertig einfiel und niedergieng. Daſelbſten war das Sacrament verſchüttet und verlohren: daß man mit der Proceß und aller Prieſterſchafft/ ſamt dem Rath und gantzer Gemeind der Stadt Nördlingen / das verſchütt und verlohrn Sacrament mit fleißiger Andacht und groſſer Arbeit geſucht/ und das biß auf den Stuck / das darvon kommen / nicht gefunden war. Und als man das einig Stuck nicht finden könnt noch möcht/ ward gemacht ein Feuer vom Stroh und Holtz/ allda und an derſelben Stätt alles Gewelb und Erdreich zu Aſchen verbrennt/ allererſt fand man das einig Stuck des heil. Sacraments/ an der Statt / da die Grub unter dieſem gegenwärtigen Altar ſichtbarlich ligt und geſehen würd/ ſo gantz klar/ lauter und unverſehrt/ wie es der Prieſter allererſt aus der Büchſen genommen hatte. Und als offt darnach der Hirt das Vieh über dieſelbe verbrannte Hoffſtatt trieb / wollt kein Vieh noch auf dieſelbig Statt kommen/ bleiben/ noch Weſen han / und ſolchen Wunderzeichen nach / ward darnach allererſt ein Capell gebaut/ und geſchahen täglich ſo groſſe Wunder: daß deßhalben viel fromme Leut von fern her walleten / und allda täglich ihr Allmoſen verlieſſen/ und gaben. Darumb man das gegenwertig Cloſter und Gottshaus hernach bracht und gebaut hat.

NÖRDLINGENSE

MOnaſterium Ordinis Minorum S. Franciſci RR. PP. Conventualium fuit apud Nördlingenſes usque ad annum 1524. pleniſſimè ſervatum, inde tamen urgente hæreſi peſſimè diſſecratum, & totaliter everſum; de quo proîn ætate noſtrâ haud ſupereſt niſi granarium aliquod, & hoc quidem ampliſſimum de præſenti S. P. Q. Nördlingenſi ſubditum, alienis tamen in uſus profanos elocatum. Crediderim ego cum Germanico hiſtoriæ Franciſcanæ Scriptore largiſſimo R. P. Fortunato Hueber fol. 48. Nördlingenſe Cœnobium hoc fuiſſe unum ex religioſiſſimis illis paris Inſtituti domiciliis, vivente etiamnùm S. P. Franciſco in Sueviâ noſtrâ conditis, de quibus (uti jam ſuprà meminimus) alicubi ſcriptum legitur in hæc verba: *Anno 1219. miſſu S. Franciſci S. Cæſarius Spirenſis in Germaniam venit, & Monaſteriis aliquot conditis Auguſtano inprimis Capituloq; Auguſtæ celebrato fratres hinc inde diſtribuit.*

NORDTSTETTENSE

INcluſorium diœceſis Conſtantienſis ad fluenta Nicri propè Horbam oppidum Comitatus Hohenbergenſis propè confinia Hercinii ſaltûs aliquandò conſpicuum, fuit ſororum Inſtitutum tertiæ regulæ S. Franciſci profitentium, jam pridem tamen antiquatum & alteri cuidam paris ſexûs & Ordinis Congregationi Horbenſi pleno jure combinatum ac ſuperadditum uti dictum eſt ſuprà. *V. Horbenſe.*

Lit. O.

❀ OBERENDORFFENSE

NOminatiſſimum (ut inquit Cruſius in Annal. part. 2. lib. 10. cap. 12.) in nigrâ ſilvâ hujus nominis Cœnobium eſt opus antiquiſſimorum illorum Comitum ſeu Ducum Teccenſium; quod ipſum confirmat etiam Wolf. Lazius de migrat. gent. fol. 398. in genealogiâ eorundem Ducum de Teck ita ſcribens; *Albertus Conradi primi Ducis Zäringenſis filius Rudolphi Epiſcopi Leodienſis frater germanus patre à Friderico Sueviæ Duce juniore, qui in Imperio poſteà conſtitutus primi ac Barbaroſſæ nomina adſcivit ex ditione ſuâ pulſo paucas quasdam villas in nigrâ ſilvâ retinuerat unà cum caſtro Teck & oppidulo Ovve, quod ſubjacet haud procul à Kircheim, ubi tredecim Ducum à Teck tumuli cernuntur. Indeque factum eſt, ut hujus propaginis Principes tanquàm ſejuncti per proſcriptionem à cæteris Zæringenſibus, qui in Brisgoviâ atque Uchtlandiâ rerum potiebantur, ſe à caſtro retento nunc Comites nunc Duces à Teck nominaverint. Quorum cernitur opus Oberendorff Cœnobium nigræ ſilvæ nominatiſſimum.* Hæc ille, ſed plura de percelebri quondam aſceterio hoc Oberendorffenſi juvat hîc edere, quæ vetuſto cuidam codici m. s. penes RR. PP. Auguſtinianos hodiedùm innoxiè ſervato, eoque mihi coràm in rem præſentem edito ſimpliciter inſerta leguntur ſequentia: *Patronus principalis Eccleſiæ eſt B. Virgo Maria ab Angelo ſalutata, prout conſtat ex ſigillo litterarum de anno 1281. Item anno 1264. ſexto Calendas Junii in Capitulo provinciali ſorores recipiuntur ſub obedientiam Ordinis à Ven. in Chriſto Patre Guidone Provinciali per Alemanniam. Anno 1265. Clemens Papa IV. concedit Conventui poteſtatem adeundi hæreditates ſororum profeſſarum. Anno 1279. Nicolaus Papa III. recipit Conventum ſub ſpecialem tutelam ſedis Apoſtolicæ, Anno 1280. idem confirmat privilegia Monaſterii. Anno 1281. ſorores conveniunt cum Paraco Oberendorffenſi ſuper Decimâ, confeſſione, Miſſarum celebratione, ſepulturis, oblatione &c. quam conventionem novæ Prioriſſæ ſeſe firmiter obſervaturas debent jurare. Anno 1295. B. Ægydius Romanus ex alumno Ordinis Eremitico-Auguſtiniani Archiepiſcopus Bituricenſis, & cum eo alii undecim Epiſcopi dant Indulgentiam quadraginta dierum viſitantibus Eccleſiam Oberndorffenſem; vel quovis modo adjuvantibus illam. An. 1323. Illuſtris Domina Eliſabetha Comitiſſa de Froburg cum Luzmanno de Teck marito ſuo tradit Eccleſiæ Oberendorffenſi centum libras Hallenſes, pro quarum cenſu conſtituendus ſacerdos, qui quotidiè in templo Monaſterii celebret, & quâvis ſeptimanâ tribus horis oret ad eorum ſepulchrum. Eodem anno Rudolphus* (hujus nominis tertius, ordine verò quinquageſimus è Comitibus de Montfort oriundus) *Epiſcopus Conſtantienſis concedit Indulgentias quadraginta dierum cooperantibus reſtaurationi templi Oberdorffenſis. Anno 1325.* Volmarus von Oberndorff übergibt dem Cloſter durch GOtt die Vogtey zu Hochauſſen. *Anno 1329. Wernherus Zyber fundat quindecim libris lampadem perpetuam pro altari S. Eberhardi Epiſcopi. Anno 1334. Fridericus Dux Teccenſis donat Monaſterio Jus Patronatûs Eccleſiæ in Bochingen. Anno 1335. Benedictus Papa XII. recipit Monaſterium ſub novam ac ſingularem tutelam ſedis Apoſtolicæ. Anno 1342. Clemens Papa VI. committit Abbati Alpirſpacenſi recuperationem bonorum Monaſterii diſtractorum. Anno 1344. Hermannus Dux Teccenſis confirmat litteras à prædeceſſoribus & Majoribus ſuis Monaſterio quomodolibet impertitas. Anno 1350. Senatus Oberndorffenſis tradit per cambium Monaſterio medium jugerum horti eidem clauſtro contigui pro areâ & horto à Joanne Hag legato. Anno 1364. Henricus Epiſcopus (ordine quinquageſimus nonus natus Baro de Brandis prius Abbas Einſidlenſis) Conſtantienſis Eccleſiam parochialem in Hornhuſen affiliat Blochingenſi. Eodem anno idem Epiſcopus præfatus Eccleſias in Blochingen & Hornhuſen ita annectit Monaſterio in perpetuum, ut cedente vel decedente Rectore illarum liceat domicellis & ſucceſſoribus earum poſſeſſiones dictæ parochialis Eccleſiæ cum ſuis juribus & pertinentiis authoritate propriâ apprehendere ac retinere licentiâ Ordinarii neutiquàm ſuper hoc requiſitâ, itâ tamen, ut perpetuus Vicarius ex tunc Eccleſiæ curam gerat reſervatâ pro ipſo congruâ portione juxta tenorem litterarum de dato Conſtantiæ quarto Idus Decembris. Eodem anno Conventus promittit Epiſcopo prædicto quartam partem fructuum Eccleſiæ pro primis fru-*

ctibus aliàs iſti debitis vacante Eccleſiâ. Anno 1374. Fridericus Dux Teccenſis concedit Monaſterio facultatem in der Walck-Mühle noch ein Rad zu machen *pro neceſſitate Monaſterii petens in recognitionem anniverſarium pro ſalute animæ ſuæ de more celebrandum. Anno 1375. Henricus Epiſcopus Conſtantienſis antedictus indulget ſororibus, ut loco Quartæ Bechingenſis quotannis in perpetuum pendant quinque libras Hallenſes ſibi & ſucceſſoribus ſuis ſolvendas. Actum Conſtantiæ feriâ ſextâ poſt diem S. Udalrici Epiſcopi. Anno 1389. Jacobus Epiſcopus Caſtorienſis Suffraganeus Conſtantienſis & Baſileenſis dat Indulgentiam quadraginta dierum Oberendorffenſem Eccleſiam viſitantibus aut eam quomodolibet adjuvantibus. Anno 1418. Martinus Papa V. recipit Sanctimoniales in ſpecialem protectionem Sedis Apoſtolicæ. Anno 1460. Controverſia erat* (inquit Cruſius in Annal. part. 3. lib. 7. cap. 13.) *inter Prioriſſam Cœnobii in Oberndorffenſi oppido Ordinis Auguſtiniani & inter Andream Abbatem Alpirſpacenſem mota ab illâ contra hunc de quibuſdam villulæ Nethuſæ decimis. Obtinuit mulier rem per decempedatores finiri. Sæpius cauſa acta fuit Dornſtettæ. Egit pro muliere nobilis vir Joannes à Linſtetten & Theodorus Wolſlinus. Initio ſtabant à muliere Nicolaus Mahler Coſ. Horbenſis: Benzo Haller cognomento Grof Scultetus. Joannes Fishmann civis & Judex Horbæ. Stephanus Præfectus Truchtingenſis: Joannes Engelhart de Zimmeren &c. ab Abbate Joannes Reuhing & Conradus Wittinger cives & Judices Horbenſes: Nicolaus Rem Scultetus Sulzæ. Volmarus Stubenhart civis Dornſtettenſis, Nicolaus Bruner Losburgenſis &c.* ita Cruſius loc. cit. per accidens hîc inſertus, ſed modò repetamus codicem m. s. *Anno 1470. Nobilis eques Georgius de Linſtetten vendit Monaſterio decimas ſuas majores & minores in Boll oppido pro 540. libris Hallenſibus. An. 1475. Venerabilis in Chriſto Pater Joannes de Linſtetten Conventualis Campidunenſis cum germano fratre & ſorore donavit ſorori ſuæ Eliſabethæ Moniali in Oberndorff partem Monaſterii Oberendorffenſis. An. 1497. Conventus cum Senatu Oberndorffenſi ratione quorundam bonorum ita convenit, ut annuatim inde ſolvat duas libras & quinque ſolidos Hallenſes, ſed nihil amplius. Anno 1521. Carolus V. Auguſtus Romanorum Imperator concedit Monaſterii Vaſallo Jacobo Steiner feudales decimas in Boll. Anno 1517. Anna de Verigen ultima Monialis in Oberndorff transfertur à Frobenio Chriſtophoro Comite Cimbrenſi & Ven. Pat. Provinciale Melchiore Rötlin ad Monaſterium Kilchperg, ipſa verò Monaſterium hoc tradit Ordinis ſui & Provinciæ viris. Litteræ habentur de dato fer. 6. poſt Galli. Paulò poſt hi iidem Comites Cimbrenſes multas graves conditiones imponere conati ſunt Monaſterio, ſed repulſam paſſi. An. 1596. inchoatur fabrica Nicrum ſpectans. An. 1600. feriâ quintâ poſt Michaelis civitas Rotvvilenſis obligat ſe Conventui ad cenſum annuum 874. floren. 24. kr. de capitali ſummâ 16495. floren. Oritur inde quia memorata civitas emit à Comitibus Cimbrenſibus diverſa bona Monaſterio oppignerata. An. 1605. Ven. P. Georgius Greiffenſtein emit molam 770. florenis. An. 1611. Capitulum Provinciale hic habetur, præſidet Ven. P. Antonius Herbechius. An. 1615. Senatus Oberndorffenſis vendit Monaſterio unum jugerum & quinque perticas horti Monaſterio contigui pro 200. florenis. An. 1616. Capitulum hîc iterùm habetur & Provincialis eligitur R. P. Georgius Greiffenſtein. An. 1619. erigitur altera fabrica Monaſterii hortum versùs. An. 1620. M. Antonius Franciottus Papæ Referendarius demandat Clericis, ut moneant moleſtatores Monaſterii quatenùs deſiſtant ſub pœnâ mille Ducatorum aureorum & Excommunicationis. An. 1621. die 6. Martii datur Conventui loco patrimonii R. P. Henrici Halenſis obligatio 1000. flor. capital. contra Comitem Hechingenſem Fridericum de Zollern. An. 1622. diem ſuum obiit R. P. Georgius Greiffenſtein antedictus ibidem ſepultus in proprio templo Monaſterii coram ſummo altari. An. 1623. Suffraganeus Conſtantienſis Antonius Tritt conſecrat altaria duo lateralia & ſacriſtiam, quam benedixit. An. 1625. celebratur rursùs Capitulum præſidente Fulgentio Sutero, & elegitur in Provincialem R. P. Hieronymus Roder. An. 1628. facta ſunt ſedilia in Choro.* Hæc loc. cit.

Hodie floret quidem Oberndorffenſe hoc primùm (ut audivimus) fœmini-

mi nnum, poſteà verò maſculinum Cœnobium de mage præcipuis ſeu principalioribus ſui Ordinis & Provinciæ Rheno-Suevicæ Monaſteriis unum, quamvis haud ita pridem, videlicet An. 1692. ab hoſtili incurſione Gallorum graviſſimè ſauciatum; cum quo ſimilem cladem ſuſtinuit ac par quoque damnum pertulit ipſum (cui Cœnobium hoc ineſt) oppidum Oberndorffenſe, aliàs Sereniſſimis Principibus Auſtriæ ſubditum in Comitatu ſeu ditione Hohenbergenſi, diœceſi verò Conſtantienſi infra limites ruralis Capituli Tubingenſis propè Sulz & Wolfach ſituatum teſte Zeillero in Topographiâ Sueviæ fol. 144.

OBERSTENFELDENSE.

ANtiquiſſimum Canoniſſarum diœceſis Herbipolenſis in Ducatu Wirtenbergenſi Collegium: de cujus primâ fundatione ſeu origine Zeillerus in parvo Chronico Sueviæ fol. 11. pauca ſolùm ponit ea, quæ ſequuntur: Anno 994. ſolle das Junckfrauen-Cloſter Oberſtenfelden bey dem Städtlein Bottwar geſtifftet worden ſeyn. Et Cruſius part. 2. lib. 5. ad finem præmiſſo titulo *Sanctimonialium Cœnobium Oberſtenfeldenſe* ſubdit ſequentia: *fertur Otho tertius Anno 994. fundâſſe parthenonem Oberſtenfeldenſem: alii authorem ejus faciunt Othonem quendam Sueviæ Regulam, qui in crypta ibi ſub lapide ſarcophago jacet. Alii à Nobili quodam Beihlſteinenſi conditum tradunt: alii à Comite quodam Bottvvarienſi ita nihil de illo certum eſt, cùm nulla ſepulchri inſcriptio hæc doceat. Situm eſt, ubi Bottvvara oppidum* (hiſtoricè deſcriptum ſimul & geographicè depictum in Topographiâ Sueviæ fol. 43.) *jacet, & amnis Wirtenbergiæ diſſluit ejusdem nominis.*

Habetur etiam Oberſtenfeldæ ſpecialis mentio in Document. Monaſt. Wirtenberg. Virginum; ubi ad annum 1549. fol. de Nobiliſſimo Parthenone hoc referuntur ſequentia: Sie (die Würtenbergiſche Räth) haben auch unter die andere Clöſter Oberſtenfelden/gegen welchen doch ex parte Würtenberg nichts mögen erhalten werden/ziehen wollen. Et paulò pòſt fol. 110. Wann die andere Clöſter ſo wol als Oberſtenfelden des Rechts ſich hätten bedienen können oder wöllen/ wurde Würtenberg ſein Intent eben ſo wenig/als bey diſem/erhalten und erobert haben. Item fol. 140. Den 19. Junii (Anno 1555.) excuſirt bey Herrn Hertzog Chriſtoph ſich Friderich Schad/Vogt zu Bottwar/ daß auff ihr Fürſtl. Gnaden Befelch darumben die Kirch auff dem Wunerſteiner-Berg nicht abgebrochen/ weilen ſolche deren zu Wentzelhauſen rechte Pfarr-Kirch/und den Frauen zu Oberſtenfelden gehörig ſey. Demùm Oberſtenfeldam adhuc Annō 1559. in qualicunque ſtatu ſuo manſiſſe liberam & ab infeſtationibus hæreticorum immunem deducitur ex verbis loco citato fol. 186. taliter annotatis: Sonſten lieſſen Ihr Fürſtl. Gnaden ihr die Inſtruction (die neue Lutheriſche Reformation bey den Clöſteren einzuführen) neben den Credentzen gefallen/wie ſie dann auch ſelbige unterſchribner den Conſiliariis wieder zukommen laſſen: und dieweil kein Credentz auff Oberſtenfelden verhanden/begehren Ihr Fürſtl. Gnaden/ſie ſollen berichten/ aus was Urſach ſolches unterblieben/ und darneben bedacht ſeyn / was der Ende möchte fürzunemmen ſeyn.

Quouſque tandem Venerabiles ac Perilluſtres Domicellæ Oberſtenfeldenſes iſthìc locorum in genuinâ ac propriâ manſione ſuâ ſubſiſtere fuerint toleratæ; quocunque demùm fato penitùs eliminatæ, etiamnùm nos latet. Duravit autem nefandum calamitoſæ transmigrationis ac violentæ dejectionis hujus exilium ad annum usque decurrentis ſeculi noſtri triceſimum: quo tandem authoritate publicâ Ferdinandi II. Auguſtiſſimi Romanorum Imperatoris remigrare ad propria fuit permiſſum, imò & ſeriò mandatum, at non niſi ad annum usque 1648. ſecurè degere conceſſum, Principe terræ ſeu Duce Wirtenbergico Oberſtenfeldâ & cunctis poſſeſſionibus illius pace Weſtphalicâ meriſſimè potito.

❀OCHSENHUSANUM.

SPectatiſſimum ædificio & Inquilinis (Imperiale) Cœnobium inter celebriora ſuperæ Germaniæ eminet ornamentum Sueviæ ſingulare. *Duobus à Memmingâ, totidem à Biberaco* (Urbibus Imperii) *milliaribus Hartovinum Conradum & Adelbertum fratres Wolſhard-Schvvendios fundatores habuit S. Blaſii in Herciniâ monachis parere juſſum & appropriatum ſummi nominis Cœnobio aliquot ſeculis ſubjacuit lectiſſimâ ſæpiùs inducta Monachorum colonia & arbitrio Abbatis San-Blaſiani ſæpiùs mutatâ ac variatâ donec motu proprio Martini V. Pont. Max. an licentiâ impetratâ immune prorsùs & à S. Blaſio liberum atque exemptum eſſe juberetur; ſed & Abbatiæ titulo inſigniretur. Ajunt hoſpitii mercedem fuiſſe cùm ad Concilium Conſtantienſe pergens Otho de Columnâ S. R. E. Cardinalis eò ex itinere divertiſſet, & perhonorificè habitus eſſet, mox factum Pontificem honorantes honoràſſe.* Ita Gab. Bucelinus in Ger. ſac. part. 2. fol. 66. Bruſchius verò de ejusdem Monaſterii hujus Ochſenhuſani primordiis ſynonyma ferè proferens in ſuâ Cent. 1. de Monaſt. German. fol. m. 96. ita ſcribit: *Ochſenhuſium hac noſtrâ ætate præclara & opulenta Abbatia Benedictini Inſtituti Monachorum in amœniſſimo fertiliſſimoq; Sueviæ agro duobus milliaribus à Memmingiaco, totidemque ferè à Biberaco ad Rodum fluviolum, qui poſteà Danubium influit, ſita, antiquitùs Præpoſitura tantùm fuit S. Blaſii præpotenti Herciniæ ſilvæ Monaſterio incorporata, id Cœnobium, à quibus cœperit conſtrui, ignoratur. Hoc verò ab ejus loci Cœnobitis dicitur, fuiſſe in perveteri ſacello (quod hodie adhuc eſt in Monaſterii ingreſſu, ubi nunc eſt cœmiterium publicum) antiquitùs Monialium Congregationem, quæ in bellicis quibusdam tumultibus miſerè vexata, mandatis priùs terræ rebus pretioſioribus & chariſſimis, inter quas particula etiam S. Crucis erat, & aliquid S. Georgii, redeundi ſpe paratis rebus in exilium abière, in quo cùm mortuæ etiam eſſent omnes deſiit Cœnobium, & corruit planè habitatio Monialium, donec poſteà Bos quidam arator venit, qui calcibus pedum terræ tam diu inſaltans fodit, donec & clinodia & alia terræ mandata à mulierculis ornamenta aperirentur & conſpicerentur, quæ cùm ad circumjacentes viciniæ Dominos nobiles viros Hartovvinum, Conradum & Adelbertum fratres de Wolſhart-Schvvendi in vicinis caſtris Brugberg & Hohenburgo circa Goldbachium templum ab aureo quondam annulo, quam ibi nobilis quædam Domina à Wolfart-Schvvendi amiſerat, ſic dictum habitantes: portata perveniſſent, mox illi unanimiter conſentientes reſtituendum hoc Cœnobium exiſtimàrunt, inibi Præpoſituram conſtruentes S. Blaſii Abbati eam ſubdiderunt, ſub cujus dominio fuit Cœnobium hoc ad tempora uſq; Conſtantienſis Concilii. Tùm enim Otho de Columnâ Cardinalis ſedis Romanæ Conſtantiam petiturus cum Ochſenhuſium tranſiret, & illic aliquot diebus quieſcens ab ejus loci Cœnobitis tractaretur: tandem in ipsâ ſynodo Conſtantienſi Romanæ Eccleſiæ Pontifex deſignatus memor exhibitæ ſibi benevolentiæ fecit ex Præpoſiturâ à S. Blaſii liberatâ & exemptâ Abbatiam præclarè etiam aliis privilegiis à ſe dotatam, idque factum eſt anno Chriſti 1420.*

Claruit antiquitùs in celeberrimo hoc (dùm adhuc ſub directione & obedientiâ Abbatis San-Blaſiani conſtitit) aſceterio Ochenſuuſano loci Prior B. Henricus non tam ſanguine quàm virtute clarus & inclytus: cujus acta omnigenæ ſanctitatis meritis pleniſſima præter alios vitæScriptores monaſticos prolixè ſatis enarrat juſtiſſimèque collaudat Ægydius Ranbeck Cœnobii Schyrenſis diœceſis Friſingenſis in ſuperiori Bavariâ Monachus in ſuo Calendario Benedictino 1627. typis Auguſtanis edito part. 4. die 5. Novembris.

ODENHEIMENSE

PRæclarum *Benedictini Ordinis Cœnobium in diœceſi Spirenſi, pago, qui dicitur Creichgovv in Comitatu Brettheimenſi juxta villam, quæ dicitur Odenheim ſive Udenheim* (olim oppidum reſidentia Spirenſis Epiſcopi honoratum, hodie caſtrum munitiſſimum Philippsburgum communiter appellatum, de quo Zeillerus

lerus in Itinerario German. cap. 6. fol. m. 219.) *ſic pariter appellatum fuit; quod fundavit ſub annum Chriſti 1123. Bruno Archiepiſcopus Trevirenſis Arnoldi & Adelheidis præpotentum in Franconiâ Comitum filius, qui & per partes Rheni dominati ſunt, conſtruxitque præfatum Cœnobium in hæreditate paternâ fratre ſuo Poppone conſentiente; quam fundationem deinceps Henricus IV. Imperator & Paſchalis II. Pont. Max. confirmârunt. Junctum id fuit Anno 1491. Bursfeldenſi Congregationi, ſed poſteà Anno 1495. ab Ordine avulſum factum eſt Collegium Canonicorum ſecularium.* Gab. Bucel. in German. ſac. part. 2. fol. 66. Sed plura de ortu & interitu Monaſterii hujus Udenheimenſis videamus quæ profert Abbas Spanheimenſis in Chronico Hirſaugienſi tom. 2. fol. m. 377. in hæc verba: *Anno Volmari Abbatis* (Hirſaugienſis) *tertio* (gratiæ 1123.) *fundatum & conſecratum eſt Monaſterium Ordinis noſtri in Odenheim Spirenſis diœceſis per Bennonem Archiepiſcopum Trevirorum & fratrem ſuum Popponem Comitem in Brettheim Volmaro ipſi traditur & ſuis fratribus inhabitandum. Habito igitur fratrum ſuorum conſilio Volmarus Abbas Monachos de ſuâ Congregatione ad inſtantiam fundatorum illius miſit; quibus Eberhardum venerabilem virum in primum Abbatem præfecit.* Et infrà fol. 559. *Eodem quoque* (1405.) *anno Chriſtophorus de Angeloch Abbas Monaſterii Ordinis noſtri homo temerarius, ignavus & perditæ præſumptionis, qui ante paucos annos ſimulato devotionis ſpiritu regularis diſciplinæ obſervantiam Ludovico Spirenſium Epiſcopo mediante aſſumpſerat, fratres ex Hirſaugiâ duos, ex Gottſaugiâ duos, ex Spanheim duos in Odenheimb Cœnobium ſuum deformatis tunc omnibus expulſis intromiſit, ad obedientiam ſuſcepit, Monaſterio incorporavit, & per annos fermè quatuor ſicut legitimos Conventuales habuit, hoc anno turpiter expulit, & antiquos deformatos iterùm recepit, cum quibus eodem mox anno ab Ordine apoſtavit. In quem Teſtratichon quidam tùm fulminavit*

Depoſui Benedicte tuam, rapuique Petrinam
Veſtem, ſic Ditem fallere poſſe ratus.
Sed mihi nil prodeſt veſtis mutatio, nam me
Prodit calvities, & mea lingua levis.

❀ŒNINGENSE

ANtiquisſimum Canonicorum Regularium Ordinis S. Auguſtini Collegium ſeu Præpoſitura in vaſtiſſimâ diœceſi Conſtantienſi propè Steinium, quod eſt Hegoviæ oppidum in ſuperiori Sueviâ finibus Helvetiorum conterminâ amœniſſimo loco in editiore valle & fertiliſſimo terrarum tractu ſupra Rhenum ſeu Regii fluminis hujus ripam ſituata. Hanc in honorem Principum Apoſtolorum SS. Petri & Pauli, item S. Hippolyti Romani Martyris tempore S. Conradi Epiſcopi Conſtantienſis ad annum 965. noviter fundavit, qui poſt quater filios ſuos immaturo fato præreptos cum Richlinâ uxore Othonis I. cognomento Magni Romanorum Imperatoris filiâ ſuarum (quas amplisſimas habuit) poſſeſſionum omnium hæredem unicum Deum cœli conſtituit Chuno Comes Oeningenſis, cujus Illuſtriſſima (quam rarâ vitæ ſanctitate percelebris circa annum gratiæ 1020. plurimùm decoravit B. Kunegunda ſeu Cuniſſa ſecunda fundatrix Monaſterii Dieſſenſis itidem Canonicorum Auguſtinianorum diœceſis Auguſtanæ in ſuperiore Bavariâ, de hoc ſingulariter laudata apud Raderum in Bavaria Piâ fol. 19. & ſeq.) proſapia duravit ad annum usque 1430. teſte Bruſchio de Monaſt. Germ. cent. 1. fol. m. 96.

De eâdem fundatione Oeningenſi præter alios nominatim agunt etiam idem Bruſchius citatus & Gab. Bucelinus in German. ſac. part. 2. fol. 245. ambo tamen iſti mendosè ſatis, dùm nempè Canoniam iſtam Oeningenſem à primo ſui exordio, pro Monachis Benedictinis factam fuiſſe ſcribunt, ſed & unà ſimul aſſerunt religioſos Canonicos primùm poſt aliquod tempus iſthîc loci Monachis fuiſſe ſubſtitutos: quorum tamen aſſertionem utpotè nimis temerariam imò falſiſſimam abundè ſatis confundit ea, quæ nullam prorsùs de ſtatu monachali ſeu monachis, benè tamen de Canonicis mentionem facit ipſa memoratæ fundationis Bulla hodiedùm in originali ſuo integerrima, eaque nobis in

ſolidam rei confirmationem hîc inſerendam gratioſè communicata, ac pro contuendo legitimæ veritatis teſtimonio & ſimul eximio hiſtoricæ antiquitatis ſtudio nunquàm non deposthâc illibatè ſervando fideliter tranſumpta juxta ſequentium tenorem: *In Nomine Sacroſanctæ & Individuæ Trinitatis divinâ diſponente providentiâ Otto Imperator Auguſtus &c. Quoniam ad gubernationem & defenſionem Eccleſiarum Ordinatione Dei promoti ſumus, earundem etiam ſtatuta juſtè & providè moderari debemus, unde notum facimus tam præſentis quàm futuri temporis Chriſti fidelibus, quòd Dominus Chuno Comes de Oeningen dari ſibi privilegium ad Oeningenſem Eccleſiam noſtram imploravit Serenitatem, quam ipſe in honorem SS. Petri & Pauli Sanctique Martyris Hippolyti conſenſu uxoris ſuæ Richlinæ filiorumque ejus Eggeberti, Leupoldi, Chunonis & Lutoldi in proprio fundo conſtruxit, in quâ Canonicos & Præpoſitum Deo militaturos congregari diſpoſuit; ad quorum uſus neceſſarios prædia ſua diverſis pagis Comitatibus ac locis contradidit Oeningen, Elſna &c. prædictique Comitis Venerabilis quoque viri Conradi Conſtantienſis Epiſcopi aliorumque petitionibus aſſenſum præbentes, maximè tamen pro remedio animæ meæ & parentum meorum denotata prædia Canonicis Oeningenſis Eccleſiæ poſſidenda fruendaque conceſſimus, legitimè confirmavimus, ſimulque præcepimus, ut nullus Dux, Comes, advocatus ſive alia minor vel major perſona Canonicis præfatæ Eccleſiæ audeat quidquam præſumptuosè inferre, aut poſſeſſiones eorum diſtrahere, aut imminuere vel inbeneficiare. Si quis autem, quod abſit, temerarius præſumptor hujus noſtri privilegii confirmationem violare præſumpſerit, aut inquietare tentaverit, auri puriſſimi centum libras exponat, dimidium Cameræ noſtræ & dimidium Eccleſiæ. Et ut hæc regalis noſtra traditio ſtabilis & inviolata permaneat, hanc chartam ſcribi manuque propriâ corroborantes ſigilli noſtri impreſſione juſſimus inſigniri &c. &c.*

Signum Domini Ottonis Magni & Invictiſſimi Imperatoris Auguſti.

Hiltpoldus Epiſcopus & Capellanus vice Willegiſi Archi-Cancellarii recognovi. Dat. Idibus Januarii divinæ Incarnationis nongenteſimo, ſexageſimo quinto, Regni verò Ottonis decimo octavo, Imperii anno quarto, actum feliciter, Churiæ, Amen.

Poſt recenſitam fundationem Canonica hæc Oeningenſis ſemper proprios (quorum quamvis ſimplicia ſolùm nomina recenſet Bruſchius antecitatus) ſuos habuit Præpoſitos usque ad annum 1534. quo durante eadem ipſa cum opulentiſſimâ Divitis Augiæ (ut ſuprà dictum eſt) Abbatiâ authoritate & conſenſu tùm pontificio, tùm Cæſareo, pleno jure ſubdita & incorporata fuit menſæ Epiſcopali Conſtantienſi in ſupplementum nempè multorum reddituum à Novatoribus Calvinianis & aliis multifariàm hinc inde ſubtractorum; quod tamen eâ ſolùm conditione factum, ut perpetuis futuris temporibus Canonici Auguſtiniani iſthîc loci ſeu in Eccleſiâ Oeningenſi imperturbati (prout hodiedùm fit) perſiſtant; quæ omnia fuſiùs explanat Jacobus Merck in ſuo Chronico Conſtantienſi fol. 340. quare ceſſantibus Præpoſitis regularibus Collegio huic cum omnimodâ poteſtate & pleniſſimo juris dominio præſidere cœperunt, prout etiamnùm præſident S. R. J. Principes Epiſcopi Conſtantienſes dehinc etiam Domini Oeningæ appellari ſoliti.

❋ŒTTINGENSE

OEttinga inſigne caſtrum inferioris Sueviæ Franconibus conterminæ ſimul & oppidum eſt antiquiſſimis S. R. J. Comitibus Oettingenſibus cum ampliſſimo territorio ſubditum, atque intra diœceſanos limites Auguſtanos ſituatum; idem utrunque in Topographiâ Sueviæ à Zeillero fol. 146. prolixè deſcriptum: quorum illud primum ſoli & uni Domino fundi Lutheraniſmum profeſſo paret, alterum verò ſeu oppidum duos diverſæ religionis, Catholicæ nimirùm & Lutheranæ Dominos ſuſtinet, ac proin geminam hujuſcemodi religionem in civibus ſuis bipartitam tenet; ſed & illa pars civitatis, quæ Romanæ fidei cultoribus adhæret, domicilium quoddam habet Equeſtris Ordinis Teutonicorum B. M. Virg. provinciali Balliviæ Franconicæ conjunctum, hoc tamen

men quia ex ſolo Abbate Stengelio in Mantiſsâ ad Comment. rerum Auguſtan. cap. 6. fol. 16. nobis notum, fortè aliquando per nos uberiùs alibi deſcribendum.

ŒTTINGENSE

MIſſionem & Reſidentiam RR. Patrum Societatis Jeſu ibidem Oettingæ ſuperiori ætate noſtrâ bono publico religionis orthodoxæ nunquàm non illibatè ſervandæ fundatam, ſecundùm origines & progreſſus ſuos omninò proſperos taliter in rem præſentem, prout ſequitur, accepimus deſcriptam: *Bellonâ Suecicâ adhuc ſub finem anni 1643. partibus iſtis ſeu territorio Oettingano ſatis infeſtâ pientiſſima ac illuſtriſſima Domina, Domina Maria Gertrudis fortiſſimi illius adeò in gentibus nominati generoſiſſimi* (qui Ferdinandi II. Auguſtiſſimi Romanorum Imperatoris manus dextera idemque Germanicæ Nobilitatis gloria cruentiſſimo illo prœlio ad Luzam ſive Luzenum Saxoniæ ſuperioris oppidum in provinciâ Miſniâ & ditione Epiſcopi Meerſeburgenſis ſituatum commiſſo 1632. die 16. Novembris victor occubuit, lætus tamen emigravit, quòd tanquàm alter Machabæus Chriſtiano-Catholicus in causâ tam ſanctâ pro Cæſare & patriâ ſanguinem fundens vitâ decederet, vel tunc maximè, quamvis vix ad modicum recreatus, cùm paululùm adverſario ſuperſtes Guſtavum Sueciæ Regem validiſſimum illum tot Provinciarum domitorem lethaliter in acie vulneratum, & jam mortuum intellexiſſet) *Herois Excellentiſſimi ac Illuſtriſſimi Domini Domini Godefridi Henrici S. R. J. Comitis Pappenheimenſis germana ſoror Joannis Alberti Comitis Oettingenſis relicta vidua, qualemcunque avitæ fidei ac religionis ſtatum in præfatâ urbe ſuâ Oettingenſi graviter admodùm periclitantem ægris oculis intuita, ſed & ingenti zelo ſuccenſa 1644. duos multis votis impetravit ſacerdotes à Præpoſito Generali Societatis Jeſu Admodùm R. P. Mutio Vitelleſco concedente datos: qui novo fervore ſuo rebus afflictis quantocyùs opem ferrent, & parochianos ſubditos incolas & accolas ad genuinum Chriſtiani nominis officium ſolerter exequendum inflammarent. Quare anno proximè ſeq. ſub menſem Februarium duo Patres Jeſuitæ Miſſionarii Oettingam fuerunt deſtinati: quibus ampliſſimus patebat campus & occaſio, majorem procurandi Dei gloriam & deſideratiſſimam animarum ſalutem. Quinque tunc erant Oettinganæ (præter civicam) parochiæ rurales; atque omnes iſtæ tùm injuriâ temporum, tum calamitate bellorum curionibus ſuis miſerrimè deſtitutæ: quibus ritè curandis omnibus omnem novi Patres Miſſionarii impenderunt operam ac vigilantiſſimâ curâ ſolicitudineque ſuâ oviculas diſperſas congregârunt, fugientes revocârunt, & labantes conſolidârunt, ſed vel maximè præter alia reſtauratæ pietatis exercitia nominatim etiam revireſcere fecerunt devotiſſimum cultum S. Sebaſtiani Martyris antiquis oppidanis Oettinganis uſitatiſſimum: cujus ſolitæ quondam devotionis apertiſſimo nobis indicio eſt Capella quædam memorato S. Patrono tutelari ſacra: æquè ac Confraternitas laicalis ſub patrocinio ejusdem S. Martyris inſtituta: cujus utriusque primarius author Anno 1467. fuiſſe deprehenditur Illuſtriſſimus Dominus Udalricus Comes Ottinganus anſam præbente rariſſimo quodam portento ſeu miraculo: dùm ſcilicet feſtâ luce S. Sebaſtiani in privatâ domo civis cujusdam Oettingani panem ſcinderet, usque ſepties manifeſtè deprehendit & luculenter aſpexit ſanguinem inde profluere pluribus (qui adſtitere coràm) inſolitæ rei novitatem oppidò mirantibus: quapropter omnes rogabant in bonum monſtra converti 2. Machab. 5. v. 4. & ſupremo Numini ritè placando ſatagente Comite Udalrico brevì ſtetit templum Divæ Virgini Deiparæ dicatum cum perpulchro ſacello S. Sebaſtiani Martyris: ad quod hodiedùm feſtivâ ejus die rurales parochiani Catholici circumcircà poſiti explicatis vexillis triumphantes (frementibus inter & graviter admodùm ferentibus hæreticis) advolant, & pro beneficiis acceptis in tot morbis grates debitiſſimas perſolvunt, unaque ſimul nova ſubſidia ſuppliciter expoſcunt.*

Superiori durante ſeculo, dum dormirent homines putâ vigiles ac paſtores & econtrà plusquàm ſolicitè vigilarent undique nunquàm non prudentiores in generatione ſuâ filiis hujus ſeculi, nimirùm hæretici antedicta ſodalitas tota ferè defecit & elanguit, eadem tamen ſupra-

ſupradicto Anno 1645. certis legibus conditis ac novis gratiis authoritate Apoſtolicâ collatis egregiè reſtituta, multisque miraculis coruſca paſſim undique ſeſe diffundit hodie maximè, dùm Eminentiſſimus S. R. E. Cardinalis Franciſcus Wilhelmus S. R. J. Princeps & Epiſcopus Ratisbonenſis, Verdenſis & Oſnabruggenſis Comes de Wartenberg &c. inſignes reliquias, nempè ſpinam, uti vocamus, ſatis longam ex brachio memorati S. Sebaſtiani Martyris ad ſolatium Catholicorum Confraternitati huic dedit, & cum facultate ordinariâ publicæ venerationi exponi fecit.

Excellentisſimus ac Illuſtrisſimus Dominus Dominus Franciſcus Albertus Comes Oettinganus Sac. Cæſ. Majeſtatis Camerarius &c. &c. Oettingæ nunc ex parte Catholicâ Regens ac idem veſtigiis aviæ ſuæ firmiter inſiſtens ſuffragante potisſimùm ardentisſimo dictorum Patrum Miſſionariorum zelo rem Catholicam multis incrementis adauget.

OFFENBURGENSE

OFFenburgũ Imperialis civitas diœceſis Argentinenſis in Circulo Suevico latè deſcripta apud Zeillerum in Topographiâ Sueviæ fol. 147. eadem ipſa verò haud ita pridem à malè vicinis incendiariis Gallicis Argentorato inſidentibus miſerrimè debellata, & licet innocuè terribiliter exuſta ac direpta, vel olim ſi non plura alia quorumcunque demùm religioſorum Ordinum Cœnobia, ſaltem unum, & hoc quidem Inſtituti Minorum RR. PP. Conventualium S. Franciſci habuiſſe Monaſterium iſtudque Provinciæ, ſeu (uti vocabant) Cuſtodiæ Argentoratenſi mox à primâ fundatione ſuâ ſubditum, apertè monſtrat Baſilea ſacra in Henrico 41. Epiſc. Baſil. fol. 224. ubi de primitivis Ordinis Franciſcani domiciliis in Germaniâ noſtrâ ſtabilitis ſic habetur: *Argentoratenſi* (Provinciæ antedictæ) *parebat* (Monaſterium) *Rubeacenſe, Briſacenſe, Sarburgenſe, Colmarienſe, Ortenburgenſe &c. &c.* de quo poſteriori Fortunatus Hueber vel paucis ſolùm ita ſcribit fol. 890. Offenburg ein Vor-Oeſterreichiſche (Reichs) Stadt / nit weit von Straßburg gelegen / ſchlieſſet in ſich ein altes Conventualen-Cloſter / von der Elſaſſiſchen Cuſtodiâ, allwo biß auff heutigen Tag die Jugend von den Vätteren in Schrifften und Sitten in Schulen unterwiſen wirdet ꝛc.

OFFENBURGENSE

HAbent etiam religioſisſimi Terapeutæ Capucini peculiare quoddam apud Offenburgenſes Monaſterium; de quo Marchio-Badenſem civitatem inter & oppidum Haslachenſe ſtruendo cum anxiè deliberarent, ſeu potiùs hærerent Patres optimi, neſcientes cujusnàm ope (ruricolis & accolis regionariis bello Suecico paſſim depauperatis) conceptam fabricam ſuam inſtruerent, talis derepentè ſeſe præbuit occaſio. Erat id temporis in ſacrâ familiâ Briſacenſi magni nominis vir R. P. Carolus Hagenovenſis virtuoſus admodùm & prudens; qui in paucis charisſimum & ſanguine ſibi junctum habuit Nobilisſimum Heroem Eucharium Harſt à Porenaw Dominum in Bieslingen & Slawatin Sacræ Cæſareæ Majeſtatis Conſiliarium & ſupremum in Marchionatu Moraviæ Vigiliarum Præfectum: quem cùm ipſe memoratus P. Carolus ſuo ſciret religioſo Ordini ſemper addictisſimum & apprimè ditatum, unam illius opem in hoc negotio gratioſè conferendam inſtanter imploravit; nec defuit expedita ſatis munificentia liberalisſimè demonſtrata à Benefactore tali ac tanto; qui pro religioſo clauſtro recèns condendo ſeſe tutò ſubminiſtraturum lubens condixit ſumptus omnes, pro quibus ſpecialiter aſſignavit tertiam partem hæreditatis ſat opimæ per mortem patrui ſui ſpectatisſimi viri itidem Eucharii Harſt Archiducalis officialis Auſtriaci in pago Othmarsheimenſi nuper adeptæ: quam ſtrenuam beneficentiam ampliùs adauxit, & in partem illius liberalisſimè venit etiam nobilisſima Domina memorati Eucharii demortui vidua

dua

duâ pecuniis eleemoſynariis in plenam ædificii collationem largisſimè collatis. Loco proin in aream ſtructuræ neceſſariam intra mœnia civitatis concedendo, â Primoribus illius feliciter impetrato, continuò ſub annum 1640. die 13. Aprilis in feſto S. Georgii Martyris ſacra Crux de more poſita, primusque lapis in ima demiſſus â Perilluſtri Generoſisſimo Domino N. â Schawenburg Sac. Cæſ. Majeſtatis Conſiliario & pro tempore oppidani præſidii Offenburgenſis Commendatore ſupremo, anno verò proximè ſequenti die 3. Julii templum ædificari cœptum modico tredecim hebdomadarum ſpatio haud absque communi ſtupore condecitium fuit abſolutum.

Fabrica Conventûs ob rationes aliquas præter propter emergentes aliquanto tempore ſuſpenſa ſeu potiùs retardata primùm pôſt cœpit anno 1644. die 28. Maji, deſiit autem ad diem 7. Novembris Anno 1647. undequaque completum totum Monaſterii ædificium, ad quod Fratres intrârunt die 24. Julii, cùm jam priùs die 12. Maji Dominicâ tertiâ poſt Paſcha ritu ſolemni in honorem Mathiæ Apoſtoli conſecrata fuit Eccleſia: in quâ poſtmodùm pientisſimus Dominus fundator, poſt funera ſua Capucinorum habitu veſtitus loculum accepit.

Mirandum ſanè quòd medios licet bellicos inter tumultus urbeque ab hoſtibus fortiter obſeſsâ Religioſi Patres ſuam perficere potuerint fabricam, nullumque omninò (præter duos boves in miniſterium ædificantium uſurpatos ab hæreticis quibusdam conditione ſuâ non militibus ſed plebeis tantùm vernaculis furtivè ſubductos) damnum inde perpesſi ſint. Sed majus eſt illud; quòd novi iſti in vineâ Domini Operarii mox â fundato Conventu ſuo plurimùm fructificarunt non tantùm apud orthodoxos, ſed hæreticos etiam circumcircà poſitos: de quibus brevi tempore reduxerunt ad fidem Catholicam oves perditas centum & ampliùs â ſemitâ veritatis hactenùs longiùs aberrantes; item piâ ſolicitudine & induſtriâ ſuâ reſtaurari fecerunt ſacellum quoddam Marianum præ foribus civitatis olim inclytum, iſtud tamen per longa bellorum tempora miſerrimè laceſſitum aliàs *Weingartenſe* ſeu *ad Vineas* nuncupatum, ita ut miraculis ibidem clareſcere cœperit Deipara. Auguſtisſimus Imperator noſter Leopoldus I. ſacrum Seraphicum domicilium iſtud clementiſſimis beneficiis ſuis indies fovere pronisſimus certas quasdam eleemoſynas quotannis ſolvendas ei conſtituit. Poſt quem eodem modo honorificum Benefactoris titulum ſtrenuè promeritus fuiſſe laudatur inprimis ſpectatisſimus Dominus N. N. Regionis illius pro tempore Præfectus Ortenburgenſis ac Illuſtrisſimus Dominus N. Baro de Neve Colonellus, tum alii quoque Officiales Auſtriaci numero perplures cum imperiali civitate Cellenſi in valle Hamerbachenſi ſeu Hamerſpacenſi.

❋ OGLSPEYRENSE.

PArthenium tertii Ordinis domicilium diœceſis Conſtantienſis in diſtrictu ruralis Capituli Munderkingenſis antiquitùs *Oglſpeura*, hodie verò communiter *Oberſpeura* nuncupari ſolitum: de cujus ortu & progreſſu noviſſimè talem accepimus deſcriptionem; *Devotarius quidam ex partibus iſtis Anonymus Anno Jubilæo 1350. Romipeta factus ac ſubinde ad patrios lares reverſus ſecum attulit publicas quadragintadiales Indulgentias parochiali Eccleſiæ SS. Joannis Baptiſtæ Præcurſoris Domini & Joannis Apoſtoli ac Evangeliſtæ â tredecim Epiſcopis (vigore Bullæ ſpecialiter in id datæ) conceſſas, easque ab Ordinario loci recognitas & authenticè comprobatas; iis tamen ſolummodo lucrandas, qui ſtatis diebus ac feſtis dictam Oglſpeyrenſem Eccleſiam devotè viſitârint, ſive ad ſarta tecta illius ritè conſervanda quomodolibet tandem manus porrexerint adjutrices. Atque ſub his memoratus peregrinus habitandæ deinceps ſolitudinis cupidisſimus ac loci (cæteroquin multis altisque piceis undique circumſepti ac proin quamvis hodie cultisſimi* picearum *tamen* collis *vulgò* Tannen-Rein *appellati) gratisſimâ amœnitate, maximè verò limpidisſimi fontis ibidem uberrimâ, ut ita dicam fluiditate ſummoperè delectatus de pravio, quorum intererat, conſenſu domunculum quandam, ſeu potiùs latibulum propè ſacram ædem Oglſpeyrenſem ſibi delegit & adſtruxit incolendum: ubi depoſt-*

depoſthâc à rumoribus ſeculi ſegregatus ſibi ſoli victitans in ejuſdem monticuli apice fundum adeò petroſum ad quatuordecim orgyias profundum ſucceſſivis vicibus repurgavit, ibique novam aliam adinvenit ſcaturiginem aquæ hodiedùm omninò ſaluberrimæ, quia dulcis admodùm & nitroſæ unde & quotidianis Monialium uſibus usque modò commodiſſimæ. Iſthîc ergo loci fraterculus ille per longa annorum ſpatia hoſpitatus tandem ſingulari vitæ ſanctimonia celebris in Domino requievit communi omnium luctu pro meritis in parochiali æde ponè tumulatus. Ejus poſt fata par conjugum (habitatores Oglſpeyræ) jam provectæ ætatis prolis omnis expers & exſpes ſanctioribus exemplis inducti vacanti ædiculæ illi collaudantes Dominum immigrârunt de labore manuum ſibi victum apparantes, cæterùm ambo juſti ante Deum incedentes in omnibus mandatis & juſtificationibus Domini ſine querelâ: quorum alter dùm pariter piâ morte deceſſit, relicta vidua illius vel unam paris ſexûs & honeſtæ converſationis adſcivit ſibi ſociam animitùs exoptans nanciſci plures omnigenas mundani faſtûs contemptrices uni Deo liberiùs in hoc loco ſervituras. Quæ dùm ita fiunt, fundi Dominus Prænobilis ac Strenuus vir Ludovicus ab Hornſtein Eques auratus Sereniſſimorum Principum Alberti III. & Leopoldi III. Ducum Auſtriæ &c. Conſiliarius ac ſupremus in ſuperiori Sueviâ Præfectus Deum in hoc monticulo depoſthâc ſingulari modo honorari ac laudari velle dijudicans rectèque ſentiens de gratioſo aſſenſu Sereniſſimorum Principum antedictorum, tùm Ordinarii quoque Henrici hujus nominis tertii ex liberis Baronibus de Brandis Abbatis Einſidlenſis & Epiſcopi Conſtantienſis numero quinquageſimi noni, nec non Reverendiſſimæ ac Illuſtriſſ. Dominæ Dominæ Annæ natæ Baroniſſæ de Gundelfingen Ducalis Collegii (ad quod unicè Jus Patronatûs Eccleſiæ Oglſpeyrenſis pertinet) Buchaugienſis & Capituli ibidem tanquàm primus author & fundator certum aliquem fundum ſæpedictæ parochiali Eccleſiæ propiùs adſitum pro ſtabili habitatione religioſarum Virginum circumſcripſit ac tradidit adſtantibus coràm inprimis conjuge ipſius Prænobili Dominâ Agnete de Schellenberg, & filio ejus Ludovico, Reverendiſſima Principe Abbatiſſâ antedictâ cum duabus de gremio Buchaugienſi Domicellis ſeu Canoniſſis: Strenuo item ac generoſo Domino Eitelio de Stadion Equite aurato & conthorali ipſius Domina Clarâ Truchſeſſiâ de Waldpurg cum Conrado filio eorum, Reverendo ac Illuſt. Domino Udalrico de Königſeck Parocho in Oglſpeyr, aliisque plurimis honeſtioris ſtatûs ac conditionis perſonis quà Clericis quà Laicis ſpectatum admiſſis.

Primum ac fundamentalem lapidem poſuerunt, eumque tribus ictibus ſolidârunt antedicti Prænobiles ac generoſi Juvenes Ludovicus ab Hornſtein & Conradus à Stadion apponendo liberaliter aurum & argentum ac clarâ voce ſimul acclamando: Deo & Divo Franciſco in honorem; *facta ſunt autem hæc anno gratiæ 1378. die 13. Aprilis feriâ quartâ poſt Paſcha ſupremis Orbis Chriſtiani rectoribus Urbano VI. & Carolo IV. Poſthac ſequenti ſtatim die Dominus Hornſteinius fundator Ulmam profectus Religioſos Patres Ordinis Minorum S. Franciſci inibi ſubſiſtentes in vota ſua vocavit, eosque novi Parthenonis ſub tertiâ Regulâ Sancti Seraphici Patris antedicti ſpirituales Rectores ſeu Curatores in futurum agere ſuppliciter exoravit: à quibus ipſe pro ſuâ reverentiâ feliciter exauditus tres paris Inſtituti ſorores impetravit duabus illis Monialibus tertiariis in Oglſpeur commoratis ex clauſtro Ulmenſi datas: atque idem primarius fundator omninò lineis inſiſtens fortiter adlaboravit, ut novum clauſtrum quantocyùs undequaque perficeretur, quod ad ſtrictiorem ſolum religioſæ paupertatis rationem ſatis humile ligno limoque ſolùm conſtitit. Eodem igitur adhuc currente Anno 1378. decimo octavo Calendas Septembris in feſto glorioſæ aſſumptionis Divæ Virginis Mariæ ſæpefatus Dominus fundator Hornſteinius cum conjuge ſuâ & filio fundationis litteras ſolemnes in pergameno ſcriptas ac tribus ſigillis munitas expediri fecit, quas ac ſimul realem loci poſſeſſionem tradidit Reverendo ac Religioſiſſimo Patri Joanni Steinlin pro tempore Quardiano Ulmenſi ac, ſocio ejus ut & tribus Franciſcanis ſororibus ex clauſtro Ulmenſi recèns adductis Annæ Thannhauſerin Eliſabethæ Zinderin & Adelheidi Kaybin: quarum primam memoratus Pat. Quardianus in loci Magiſtram præfecit, eisque duas adhuc alias aſſociavit juvenculas ſeculares, quas mox religioſo quoque habitu veſtivit, atque iſtas duas poſteriores, in anteforales (* vulgò Vor-Schweſteren*) conſtituit, videlicet reliquis in clauſtro detentis aſſiduè ſerviendo, tùm de vitæ neceſſariis proſpiciendo &c. &c.*

Sequen-

Sequentibus annis hujusmodi ſorores laicales ſeu anteſorales dictæ aliam quandam inhabitârunt caſulam à primario illo clauſtro ducentis ferè paſſibus diſtantem, quousque religioſis ædibus magis ampliatis & in novam formam coactis ſub uno eodemque tecto congregatæ fuerunt omnes in unum.

Sereniſſima Domus Auſtriaca multoties in ſpecialem protectionem ſuam Oglſpeyrenſes domicellas Franciſcanas ſuſcepit, ac eiſdem de certis quibusdam juribus ac privilegiis jam olim liberaliſſimè providit, quæ nuper omnia confirmavit & innovavit Auguſtiſſimus Imperator noſter Leopoldus I. novo quodam diplomate in id clementiſſimè dato & expedito die 14. Auguſti anno 1693.

Hodie Moniales iſtæ propriam Eccleſiam non habent, ſed parochialem pro auſcultando officio divino accedunt & (ſalvis tamen ſui Ordinis juribus ac privilegiis) ſeſe per omnia parochiæ ritibus conformant. Habent tamen in illâ ſuperiùs Oratorium aliquod privatum, quod nunquàm non pro ſuâ commoditate toties quoties accedere poſſunt & frequenter ſolent. Habent item in eâdem Eccleſiâ duo altaria redditibus propriis inſtructa: quorum primum anno 1406. ſecundum verò 1468. ipſæmet fundârunt & dotârunt, ut inde nimirum in ſpeciale ſuum ſuarumque animarum ſalutem crebriùs imò quotidianis vicibus habere poſſint & intereſſe divino Miſſæ ſacrificio: quod tamen geminum Beneficium iniquitate temporum ac bellorum adeò labefactatum ſuperioribus annis coaluit in unum ſolum: quo de præſenti gaudet Reverend. Doctiſſimus ac Spectabilis Dominus Stephanus Brottmann Altariſta ſeu Sacellanus Oglſpeyrenſis. Cæterùm eædem Moniales viſitatorem habent Admodùm Reverend. Patrem Ordinis S. Franciſci ſtrictioris obſervantiæ Tirolenſis Provincialem: cujus etiam eſt certum aliquem ipſis deputare Confeſſarium, atque iſtum communiter ex vicino Conventu Ehingenſi deſumi ſolitum, qui ſtatis diebus confeſſiones Sororum exceptum venit. Hoc tempore certis ex cauſis non ſunt incluſæ ſorores iſtæ & numero tredecim. Fuerunt aliquando pauciores, ſubinde verò plures ultrà octodecim nunquàm adauctæ: quibus de præſenti condignè præſidet Ven. Domina Magdalena Pülin titulo, dignitate & officio Matris rectiſſimè perfuncta.

❀OMNIUM SANCTORUM.

TAliter intitulatum inſigne quoddam Præmonſtratenſis Ordinis Monaſterium Hercinianum diœceſis Argentoratenſis usque modò præclariſſimum: de cujus tempore & authore primæ fundationis profert quædam Lazius de migrat. gent. lib. 8. fol. 398. in genealogiâ veterum Ducum de Zäringen, ubi ſic ait: *Bertholdus hoc nomine quintus ſecundùm alios Conradi filius, & ſecundùm alios Bertholdi quarti, qui lares ſuos ditionemq; in Burgundiam usq; propagavit, quiq; ſuis inviſus ob gravem potentiam cedere cogebatur excitatâ adversùs ſe conſpiratione. Itaq; donatâ Bernâ Friderico II. ut eſſet imperialis civitas ab eodem Cæſare Burgundiæ gubernator efficitur, cùm ab Othone IV. anteà Præfectus Turgoviæ fuiſſet inſtitutus. Is condidit civitatem Villingam & Cœnobium Omnium Sanctorum in nigrâ ſilvâ circa annum milleſimum ducenteſimum decimum quintum. Obiit Friburgi Uchtlandiæ anno milleſimo ducenteſimo decimo octavo, ut iſti Rhythmi teſtantur*

Cùm bis ſexcentis ter ſenis jungitur annus
In Friburg moritur Bertholdus Dux Alemannus.

Et ſic quidem Lazius, ſed quàm benè neſcio; ſaniora de primâ digniſſimi Cœnobii hujus Sanctorenſis origine ſeu inſtitutione profert Jacobus Wimphelingus in ſuo Argentoratenſium Epiſcoporum Catalogo fol. 36. ita ſcribens: *Hujus etiam* (Henrici è Comitibus de Veringen Epiſcopi Argentinenſis Anno 1223. die 11. Martii terris defuncti) *ætate anno Domini milleſimo ducenteſimo tredecimo Domina Uta Duciſſa de Schowenburgo fundavit Monaſterium Omnium Sanctorum in Herciniâ ſive nigrâ ſilvâ, Ordinis Præmonſtratenſis: cujus fratres olim à Sifrido Archiepiſcopo Moguntino de honeſtate & activa vitæ prudentiâ maximoperè ſunt commendati. Ideò in Monaſterium Lauriſſa propè Vangiones reformandum ejectis S. Benedicti fratribus indiſciplinabilibus & vicinis omnibus vehementer exoſis, ex hoc Omnium Sanctorum Cœnobio fratres Romani Pontificis juſſu idem Sifridus introduxit veram & ſanctam religionem illic plantaturos. Litteras Archiepiſcopi de hâc translatione vidi, legi, & in*

ſermonem Germanicum traduxi &c. Hæc ille loc. cit. cujus aſſertum confirmat ampliùs ſimplex & ſincera deſcriptio hiſtorica ex tabulis domeſticis coordinata, atque in rem præſentem nuperis diebus gratioſè ad me tranſmiſſa ſub hujusmodi tenore: *Anno ab Incarnato Verbo divino 1192. extitit Uta vidua Ducis Welfonis de Schavvenburg ex caſtro de Schavvenburg propè Oberkirch nata Comitiſſa ab Eberſtein unici filii Gerungi mater. Hæc in candidam Præmonſtratenſium familiam ſub id temporis recèns exortam deſiderio ferebatur ſanè maximo & ardenti: cui quo pleniùs ſatisfaceret divinitùs inſpirata firmiſſimè ſecum ſtatuit ſuis è facultatibus Canoniam quandam prætacti Ordinis Præmonſtratenſis fundare. Dubia autem de loco aſinum oneravit pecuniis ibidem conſtituens ædes religioſas ſeu canonicales erigere, ubi ipſum animal injunctâ ſarcinâ pecuniariâ ſeſe liberaturum exoneraret ultrò. Sed notandum viros aliquot conſtitutos fuiſſe ad obſervandum iter ab aſino per montes & colles peractum. Qui continuas duas horas pergens ubi ad altitudinem montium devenit ſitibundus omninò terram calce quaſſavit; & ecce! continuò fons limpidiſſimus exivit in hodiernum usque diem lætiſſimè ſcaturiens & figuram ungulæ præſeferens. Expletâ ſiti pergunt denuò & aſinus & obſervatores illius per denſa ſilvarum ad juſtum ſemihoræ ſpatium; ubi in vertice montis jumentum tandem omne ſuum dejecit onus pecuniale; quod factum eſt die feſto SS. Urſulæ & Soc. MM. ſacro. Inito eapropter conſilio atque obviis impedimentis ritè perpenſis cùm & loci ſublimitas & continua quaſi ventorum aſperitas habitationis de congruo ſtruendæ copiam non daret, nihilominùs ad perpetuam rei memoriam extructa fuit Capella ſodalitati ejusdem S. Urſulæ Virginis & Martyris ſacra. In valle verò, quæ præfato monti ſubjacet Eccleſiæ Omnium Sanctorum fundamenta jacere placuit. Planities ibi modica jacet inter montes ex quatuor utrinque partibus exurgentes. Parantur igitur ligna lapides cæteraque neceſſaria; ac felici tandem auſpicio ſub annum proximè ſequentem 1193. Eccleſia, quemadmodùm cœperat, ita tandem feliciter ad apicem ſurrexit, donec loco clauſtrali habitationi benè coaptato ſæpedictæ novæ huic Omnium Sanctorum Cellæ in primum Antiſtitem ſeu Præpoſitum datus & electus fuit alteſatus Dominus Gerungus Utæ fundatricis unigenitus Anno 1198. Venerunt etiam in partem fundationis, ſed vel maximè regulari ædificio ſatius promovendo ſubſidia & opes piè contulerunt Conradus ex Baronibus de Hunneburg Alſatis Argentoratenſis Epiſcopus hujus nominis ſecundus, ordine verò ſucceſſionis quinquageſimus octavus; & Bertholdus Dux de Zäringen.*

Fundata autem primitùs fuit ſæpenominata hæc Omnium Sanctorum Eccleſia pro quinq; tantùm religioſis alumnis iſthîc collocandis; unde & ſigillum Conventûs ſeu Capituli hodiedùm quinq; præſefert Canonicos cum quinq; radiis à Spiritu Sancto deſuper immiſſis ſeu ſupra ſingulos rectà deſcendentibus: ſucceſſu tamen temporis aſſiduo perſpicacis œconomiæ ſtudio & labore præſidentium modici proventus in tantum fuerunt augmentati, ut omninò ſufficiant triginta Canonicis religioſis honeſtè ſuſtendandis: quos tamen redditus id temporis admodùm labefactavit ac diminuit Bellona Gallica partibus iſtis Hercinianis plurimùm infeſta. Hoc igitur modo Cellæ Sanctorenſi piè fundatâ annis 19. loco pacificè præfuit alteſatus D. Gerungus idem tandem beatâ morte viam univerſæ carnis ingreſſus & vinculo carnis enodatus Anno 1217. Confirmata autem primò fuit fundatio Eccleſiæ hujus ab Innocentio Papâ tertio ſub annum 1203. tùm ab Honorio itidem tertio Pont. Max. 1216. Nec minùs hâc in parte officio ſuo defuit loci Ordinarius, qui pro tunc fuit Henricus natus Comes à Veringen Suevus Argentoratenſium Epiſcopus quinquageſimus nonus, per quem A. 1220. ſtabilita fuerunt potiora jura ac privilegia usq; modò poſteris uſitata. Præſtitit idem Fridericus Romanorum Rex hujus nominis ſecundus, ac tandem etiam Martinus PP. quartus: à quo habetur generalis quædam protectio & confirmatio Eccleſiæ Sanctorenſis, perſonarum item, rerum ac bonorum quorumvis appertinentium clementiſſimè impertita.

Porrò gubernacula tenuerunt, & ad clavum ſederunt à morte Gerungi ſucceſſores Præpoſiti triginta duo: poſt quos Abbatis titulo omnium primus fuit inſignitus Anaſtaſius Schlecht Præpoſitus aliàs triceſimus tertius An. 1653. in generali Capitulo Præmonſtratenſi electus & confirmatus: qui dùm annis 38. concreditæ ſibi Eccleſiæ laudabiliſſimè præfuit, jam ſenectâ ætate feſſus onus Prælaturæ ſpontè dejecit, ac tandem An. 1695. ætatis 86. Jubilæus ſacerdos in

fata

fata declinavit cum certâ ſecuturæ beatitudinis notâ tumulo illatus ſucceſſorem relinquens Reverendisſimum ac Amplisſimum Dominum D. Albertum Schleck de præſenti feliciter admodùm loco præſidentem.

Enuſta eſt autem à primâ fundatione binâ vice Cella Sanctorenſis, & ſecundò reædificata per D. Jodocum Sebolt Præpoſitum. Semel etiam eo tempore, quo (decurrente ſuperiori ſeculo) totum Epiſcopatum Argentinenſium hoſtiliter invaſit inimicus homo ſeu Brandeburgicus Epiſcopus heterodoxus, quo durante triſti nimium & afflicto rerum ſtatu à paucis adhuc reſiduis Cellæ Sanctorenſis alumnis in Præpoſitum numero viceſimum ſeptimum aſſumptus fuit Ven. Dominus N. Jele patria Offenburgenſis, idem paulò pòſt à Miniſtris Brandenburgicis de ſerâ nocte captivatus, & in caſtrum Dachſteinenſe violenter abductus, ex quo haud ampliùs terris viſus, in odium orthodoxæ religionis enecatus fuiſſe dicitur, & à piis creditur Chriſti Martyr effectus Anno 1595. Succesſit huic Ven. Dominus Joannes Schüslerg Pragæ in Cœnobio Montis Sion vulgò Strohoff nuncupato Prior à ſacrâ Cæſareâ Majeſtate Rudolpho II. miſſus pro recuperatione Cellæ Omnium Sanctorum faciendâ, quod & feliciter evicit; idem dehinc à Reverendisſimis Ordinis Præmonſtratenſis in Sueviâ Prælatis in viceſimum octavum Cellæ Sanctorenſis Præpoſitum electus & confirmatus præclarè ſatis ac utilisſimè præſtitit, nam & Archivii documenta ſolerter conquiſivit & in ordinem redegit Biennio ferè gubernacula tenuit, ac demùm in Capitulo Provinciali Urſpergæ coacto A. 1601. die 22. Septembris faſces ultrò depoſuit, & in Bohemiam ad propria remeavit. Crevit inde paulatim & devotionis & religioſorum numerus ad viginti quinque ſe nunc extendens, magnus etiam eò ex variis terrarum partibus peregrinantium confluxus, ultra duo millia quandoque excreſcens propter continua ferè, quæ iſthìc fiunt miracula ac beneficia.

Poſtquàm autem, ut ſuprà dictum eſt, bona temporalia redditusq; Eccleſiæ Omnium Sanctorum, etiam circa oppidum Oberkirch excreverunt, & ipſa auſteritas loci, ubi Cella Sanctorenſis ſita eſt, terra culturam non patitur, ideò Præpoſitura Oberkirchii neceſſitate & utilitate ſic ſuadente fuit ædificata pro domeſticatione ibidem promovendâ. Reſidet ibidem pacis tempore ipſe quandoq; Reverendisſimus Dominus Abbas ſive etiam ſubſtitutus illius Præpoſitus cum Parocho & Sacellano aliisq; Miniſtris & officialibus ſecularibus, Cellario item, uti vocant majore ſimul adjuncto, uno itidem & altero etiam religioſo pro ſubſidio Parochi ibidem degentis.

Mediâ abhinc horâ ſituatur Eccleſia Beatiſſ. Virginis in Lauterbach ſub annum 1473. à Ven. Domino Petro Müller Præpoſito Omnium Sanctorum extructa: de quâ Guilielmus Gumpenberger Societatis Jeſu ſuo Atlanti Mariano fol. 644. pauca hæc inſeruit ſequentia: Lauterbacum pagus tribus leucis diſtat urbe Badenâ diœceſeos Argentoratenſis. Templum illic eſt è quadro & ſecto lapide, tùm ſoliditate operis tùm concinnitate & elegantiâ viſendum; ab Abbate Præmonſtratenſi A. 1320. ædificatum. Statua Deiparæ magno artificio ſculpta in ſummo altari ſtat: olim valdè miraculoſa, quia & hodie, ſed antiqua monumenta, delevit hæreſis, & nova quæ ſunt, ſupprimit, interim Catholici beneficiis gaudent.

Unum adhuc ultimo loco notandum videtur, Dominum Præpoſitum ſcilicet aut Abbatem Omnium Sanctorum ab Eccleſiâ S. Nicolai ad vetus Hoſpitale Hagenoæ in Alſatiâ, quam Fridericus Barbaroſſa Imperator fundavit Patrem Domûs agnoſci, ob hanc rationem, quia videlicet cùm prælata Eccleſia Hagenoenſis ſacri Ord. Præmonſtratenſis ab hæreticis valdè afflicta, ad eam inopiam & anguſtiam fuiſſet redacta, ut etiam litteraria ſua Documenta heterodoxo Magiſtratui Hagenoenſi tradere ſit coacta, Dominus Præpoſitus Sanctorenſis Norbertus Hodapp piæ memoriæ triceſimus ſecundus præfata documenta redemit dicto Magiſtratui ſolutione mille florenorum ſatisfaciens. Etſi igitur nominata Hagenoenſis Eccleſia aliàs ſit in fundatione paulò antiquior Cellâ Sanctorenſi, Patrem Domûs tamen ob præſtitum tantum Beneficium gratanter agnoſcit de facto Reverendisſimum Dominum Prælatum ad Omnes Sanctos.

Anno 1203. recenſita nova fundatio Sanctorenſis ab Innocentio PP. tertio auctoritate Apoſtolicâ (ut ſuprà dictum eſt) clementiſſimè fuit confirmata tali diplomate; *Innocentius Epiſcopus Servus Servorum Dei dilectis filiis Gerungo Præpoſito Eccleſiæ Omnium Sanctorum in nigrâ ſilvâ, ejusq; fratribus tam præſentibus quàm futuris regularem vitam profesſis in perpetuam memoriam &c. &c. Quoties à nobis*

 peti-

petitur, quod regulare fuerit & honeſtum, animo hos decet libenti concedere, & petentium deſideriis congruum ſuffragium impertiri. Eapropter dilecti in Domino filii veſtris juſtis poſtulationibus clementer annuimus, & præfatam Eccleſiam Omnium Sanctorum, in quâ divino mancipati eſtis obſequio ſub B. Petri & noſtrâ protectione ſuſcipimus & præſentis ſcripti privilegio communimus. In primis ſiquidem ſtatuentes, ut Ordo Canonicus, qui ſecundùm Deum & B. Auguſtini regulam atq; inſtitutionem Præmonſtratenſium fratrum in eodem loco inſtitutus eſſe dignoſcitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter obſervetur. Præterea quæcunq; bona eadem Eccleſia in præſentiarum juſtè & canonicè poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis præſtante Domino poterit adipiſci, firma vobis veſtriſq; ſucceſſoribus & illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis: locum ipſum, in quo præfata Eccleſia ſita eſt cum omnibus pertinentiis ſuis; manſum de Rincum; manſum de Heſelenbach: nemus quoddam in Helesvvilen, ad plantandam vineam à termino Henrici usq; ad terminos Erphradi. Item in palude duos manſos ſine cenſu, & quartam partem piſcationis in Buſterich à bonæ memoriæ Welfone Duce, & Uthâ uxore ipſius Duciſsâ de Schavvenburg, Hugone Duce de Ulmburg, & nobili viro Bertholdo Duce de Zäringen fundatoribus loci ejuſdem Eccleſiæ veſtræ piâ liberalitate conceſſa & ab Henrico Imperatore poſtmodùm confirmata; Item jugera terrarum & curtes in Appenvvilre & in Uſholz, quæ Conradus Ruſemann Henricus Gertinc, & Conradus Meſterlin. Prædium verò in Griſeborn, quod bonæ memoriæ Conrâdus Argentinenſis Eccleſiæ veſtræ pietatis intuitu contulerunt, cùm pratis, vineis, terris, nemoribus, uſuagiis & paſcuis, in buſco & plano, in aquis & molendinis, in viis & ſemitis, & omnibus aliis libertatibus & immunitatibus ſuis. Sanè novalium veſtrorum, quæ propriis manibus aut ſumptibus colitis, ſive de nutrimentis animalium veſtrorum nullus à Vobis decimas exigere vel extorquere præſumat. Liceat quoque Clericos vel Laicos liberos & abſolutos è ſeculo fugientes ad converſionem recipere, & eos abſque contradictione aliquâ retinere. Prohibemus inſuper, ut nulli fratrum veſtrorum poſt factam in Eccleſiâ veſtrâ profeſſionem fas ſit ſine Præpoſiti ſui licentiâ de eodem loco diſcedere, diſcedentem verò abſque communium litterarum cautione nullus audeat retinere. Cùm autem generale Interdictum terræ fuerit, liceat vobis clauſis januis excluſis excommunicatis & interdictis non pulſatis campanis ſuppreſsâ voce divinâ officia celebrare. Sepulturam quoque ipſius loci liberam eſſe decernimus, ut eorum devotioni & extremæ voluntati, qui ſe illic ſepeliri deliberaverint, niſi fortè excommunicati vel interdicti ſint, nullus obſiſtat, ſalvâ tamen juſtitiâ illarum Eccleſiarum, à quibus mortuorum corpora aſſumuntur. Obeunte verò te nunc ejuſdem loci Præpoſito, vel aliquo tuorum quorumlibet ſucceſſorum nullus ibi quâlibet ſubreptionis aſtutiâ vel violentiâ præponatur; niſi quem Fratres communi conſenſu vel fratrum major pars conſilii ſanioris ſecundùm Deum & Beati Auguſtini regulam providerint eligendum. Libertates quoque & immunitates antiquas & rationabiles conſuetudines Eccleſiæ veſtræ conceſſas & hactenùs obſervatas ratas habemus & eas perpetuis temporibus illibatas permanere ſancimus. Paci quoque & tranquillitati veſtræ paternâ impoſterùm ſollicitudine providere volentes auctoritate Apoſtolicâ prohibemus, ut infra clauſuras locorum ſeu grangiarum veſtrarum, nullus rapinam ſeu furtum facere, ignem apponere, ſanguinem fundere, hominem temerè capere vel interficere, ſeu violentiam audeat exercere. Decernimus ergò, ut nulli omninò hominum liceat præfatam Eccleſiam temerè perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, ſeu quibuslibet vexationibus fatigare, ſed omnia integra conſerventur eorum, pro quorum gubernatione aut ſuſtentatione conceſſa ſunt uſibus omnimodis profutura. Salvâ ſedis Apoſtolicæ authoritate & diœceſani Epiſcopi canonicâ juſtitiâ. Si quæ igitur in futurùm Eccleſiaſtica ſecularisvè perſona hanc noſtræ conſtitutionis paginam violaverit, aut ſciens contra eam temerè venire tentaverit, ſecundò tertiovè commonita, niſi reatum ſuum congruâ ſatisfactione correxerit, poteſtatis honoriſque ſui careat dignitate, reamque ſe divino judicio exiſtere de perpetratâ iniquitate cogno-

cognoſcat, & à ſacratiſſimo Corpore & ſanguine Dei & Domini Redemptoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat. Cunctis autem eidem loco ſua jura ſervantibus ſit pax Domini noſtri Jeſu Chriſti, quatenùs & hîc fructum bonæ actionis percipiant & apud diſtrictum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen. Amen. Amen.

Ego Innocentius Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus.
Ego Joannes Albanenſis Epiſcopus.
Ego Hugo Presbyter Cardinalis S. Martini Tit. Equitii.
Ego Joannes Tit. S. Stephani in Cœlio monte Pres. Cardinalis.
Ego Joannes tit. S. Priſcæ Preſ. Cardinalis.
Ego Cencius SS. Joannis & Pauli Presb. Cardinalis Tit. Panuchii.
Ego Gregorius Tit. S. Vitalis Presb. Card.
Ego Leo tit. S. Crucis in Jeruſalem Presb. Card.
Ego Gratianus SS. Coſmæ & Damiani Diac. Card.
Ego Gerardus S. Adriani Diac. Card.
Ego Gregorius S. Georgii ad Velum Aureum Diac. Card.
Ego Joannes in Coſmedin Diac. Cardinalis.

Dat. Anagniæ per manum Joannis S. Rom. Eccleſ. Subdiac. & Notarii nonis Februarii Indictione VII. Incarnationis Dominicæ Anno MCCIII. Pontificatûs verò Domini Innocentii Papæ tertii anno ſexto.

Anno 1224. Fridericus II. Romanorum Rex generalem Sanctorenſis Eccleſiæ confirmationem impertit taliter in ſcriptis adornatam: *Fridericus Dei gratiâ Romanorum Rex & ſemper Auguſtus. Cùm de pietatis abundantiâ Divûm Imperatorum & Regum Romanorum Excellentia traxiſſe feratur originem, majorem tamen adhuc Dei & hominum credimus adipiſci favorem & gratiam, ſi Eccleſiis, & præcipuè locis devotis, hoc conferimus, quòd noſtrâ protectione gaviſi Domino Deo poſſunt enixiùs famulari. Inde eſt, quòd nos attendentes devotionem, honeſtatem atque prudentiam Waltheri dilecti Præpoſiti noſtri de Monaſterio Omnium Sanctorum, quod felicis memoriæ Dux Welfo cum ſua uxore Uthâ nomine in Schvvarzvvald fundantes, & de ſuis proprietatibus pro ſuâ ſuorumque animarum remedio dotantes de noſtrâ ei munificentiâ concedimus, ut memoratum Monaſterium cum perſonis & rebus ſibi attinentibus ſub regali noſtrâ protectione maneat, à nullo penitùs infeſtandum Jus quoque Patronatûs in Eccleſiâ de Nusbach cum mancipiis utriusque ſexûs & dote cæterisque bonis ad eam ſpectantibus & Hoſpitale BB. Simonis & Judæ: Hoſpitale quoque BB. Jacobi & Joannis juxtà Urlofheim cum omnibus juſtitiis & rationibus ſuis, pietatis amore ducti de noſtrâ liberalitate taliter conferimus, ut nullus omninò Advocatus, Sculteтus, vel alia licet nobilis perſona, ab eo aut à ſuis hominibus ſervitium exigat vel requirat. Prætereà ſicut beatæ recordationis Henricus Imperator Pater noſter, & Rex Philippus Patruus noſter ipſum Monaſterium in ſuo jure litterarum ſuarum privilegiis roborarunt, ita & nos divinæ remunerationis intuitu, ea quæ nunc vel impoſterùm juſtè poſſidere poterit, ut illæſa & intacta ab omnibus ſub noſtro dominio viventibus permaneant in ſpeciali noſtrâ protectione ſuſcepta ſigilli noſtri munimine confirmamus. Teſtes autem ſunt hi C. Archiepiſcopus Colonienſis. C. Cancellarius Epiſcopus Spirenſis. H. Marchio de Baden. R. Palatinus de Tubingen. H. de Niſſe, Comes de Diſsâ & cæteri Domini Regis Liberi & Miniſteriales. Datum Hagenoæ Anno Domini 1224.*

Anno 1265. donationem quandam Eccleſiæ Sanctorenſi factam exhibent publicæ Reverſales inde datæ, eæque apud Cruſium in Annalibus part. 3. lib. 2. cap. 16. legendæ ſub hujusmodi tenore: *Frater Conradus Præpoſitus Eccleſiæ Omnium Sanctorum in nigrâ ſilva Præmonſtratenſis Ordinis Argentinenſis diœceſis & Conventûs ibidem præſentem paginam inſpecturis ſalutem & ſinceram charitatem in Domino &c. &c. Ea, quæ geruntur in tempore, ſolent à viris providis in ſcripta redigi & ſigillis appenſis roborari. Ea propter ſignificamus præſentibus & futuris, quòd Conradus dictus Hanterius civis in Horbâ, & Adelheidis uxor ejus dederunt Eccleſiæ noſtræ pro ſalute animarum eorum & parentum ipſorum quinquaginta libras Dungenſis monetæ & quoddam prædium ſitum in banno Hergetzingen, quod comparaverant duodecim libris ejusdē monetæ pro ſororibus commorantibus in domo Horbæ, eâ tamen conditione, quòd ipſi duo debent percipere tempore vitæ ſuæ redditus jam dicti prædii & noſtræ curiæ in Bilhartingen, proptereà dederunt Eccleſiæ noſtræ*

noſtræ domum ſitam ſub caſtro Herrenberg, quam in præſenti liberè poſſidemus. Migrantibus verò ipſis duobus viam univerſæ carnis prædictos proventus antedicti prædii & noſtræ curiæ omni dolo poſtpoſito Eccleſia noſtra liberè poſſidebit. Acta ſunt hæc anno milleſimo ducenteſimo ſexageſimo quinto, præſentibus Burkardo ſacerdote de Biltachingen & Henrico noſtro Canonico & Humberto villico: Sigellino & Alberto dicto Stival, & aliis quàmpluribus. Ut autem ea firma permaneant, noſtro & noſtri Conventûs ſigillo præſentem Schedulam roboramus.

Anno 1303. fragmentum quoddam litterarum tranſactionis in causâ Monaſterii Omnium Sanctorum factæ conſcriptarum affert idem Cruſius lib. 3. cap. eæque in hebdomade Pentecoſtes die Sabbati ſcriptotenùs expeditæ ſic habent: Wür Graff Burchard von Hohenberg verjehen offenlich mit diſem gegenwärtigen Brieff: daß Wür umb die Mißhellung/die Wür hätten gegen den Herren von Allerheyligen dem Probſt und dem Convent / umb das Dorff zu Fünffbrunnen / und umb die Rechte/die darzu gehören/ verricht ſeyn ꝛc. ꝛc. gezeugen der Dechant von Ehingen: Pfarrherr Burckard von Rutti / der Kelchherr von Ahenſteig: Herr Menlachs von Teitelingen: Meiſter Conrad der Artzt / Heinrich von Lindenfels ꝛc. ꝛc.

Anno 1441. Primas & antiquas fundationis Omnium Sanctorum litteras de novo recognitas & approbatas oſtendunt vidimatæ, uti vocamus, earum copiæ ſuo loco ſervatæ & exaratæ ſub hujusmodi tenore: *Noverint Univerſi præſentium inſpectores, quòd nos Judex Curiæ Argentinenſis feriâ tertiâ proximâ poſt feſtum B. Georgii Martyris ſub anno Domini 1441. litteras ſubſcriptas certo ſigillo impendente ſigillatas ſanas & integras non vitiatas, non cancellatas, non abraſas, nec in aliquâ ſui parte ſuſpectas, ſed omni prorsùs vitio & ſuſpicione carentes prout apparebat nobis præſentibus vidimus, easdemque de verbo ad verbum perlegimus, tenorem, qui ſequitur, continentes*: In Nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis Ego Utha Ducilla de Schawenburg cunctis fidelibus ſalutem &c. &c. æterna tabernacula terrenâ mercari ſubſtantiâ quia Deo docente didicimus, prædeceſſorum noſtrorum veſtigia ſequentes, in honorem Dei & Sanctorum Omnium Cœnobium plantamus ad ripam Noetwaſſer ſecùs ripam Bittenſtein ſecundùm Regulam S. Auguſtini & Statuta Præmonſtratenſis Ordinis ſtatuentes eidem loco omnem libertatem, quâ ulla ejusdem Ordinis nobilitatur Eccleſia. Ante omnia verò interdicimus & prohibemus, ne quis ſub nomine advocati vel Sculteti, vel aliqua ſecularis perſona fratribus his aut colonis eorum, ſive hominibus aliquam moleſtiam vel exactionem muneris vel obſequii facere præſumat, ſed omne miniſterium, quod ulli impenderet, pro Deo & in Deo exhibebit. Decimas verò novalium & fructus eorum in hortis & in pomeriis, fœtibus quoque animalium juxtà Ordinis privilegia illorum fore perpetuo jure firmamus. Terminus autem ejusdem prædii eſt ab Oriente in monte Grinto, ubi pluvia defluit ad Rencellum: ab Occidente quoque via, quæ à Sohlberg ducitur in Brunberg: ab auſtro verò fines, quos poſuerunt Dominus Erphradt & Rudegerus mediante Durando Schulz; ab aquilone fines Criſebom. Huic prædio adjicimus in Rincum manſum unum in dotem Eccleſiæ, & in Ranesbach unum, & in Heſelenbach unum, & in Elesvvilerâ nemus ad plantandam vineam à termino Henrici usque ad terminos Erphradi & in palude duos manſus ſine cenſis & quartam partem piſcationis Buſterich: Jus quoque Patronatûs in Eccleſiâ Nusbaum ad Omnes Sanctos pertinere, cum cunctis ſibi attinentibus perpetuo jure confirmamus. Ad Argentinenſem quoque Eccleſiam & Epiſcopatum clauſtrum hoc ſpectare, ſicut Cella Herbipolim, unde plantatum eſt, conſtituimus. Si quis autem his in aliquo contraierit vindictæ Dei & Sanctorum Omnium perenniter ſubjacebit. Datæ ſunt hæ à Duciſsâ Uthâ in Sindelfingen, confirmatæ autem per glorioſum Imperatorem Henricum in Ehanheim ſuper altare B. Mariæ Argentinenſis Eccleſiæ per manum Friderici de Schavvenburg Miniſterialis ſui, regnante Domino noſtro Jeſu Chriſto. Amen. *In quorum fidem viſionis & protectio-*

tectio-

tectionis teſtimonium ſigillum Curiæ Argentinenſis prædictæ præſentibus eſt appenſum. Datum & actum feriâ tertiâ & anno Domini prænotatis.

✱OPPENAUIENSE.

ETiam *Oppenauium* communiter nuncupari ſolitum oppidum (ritè deſcriptum à Zeillero in Itinerario Germaniæ cap. 8. fol. m. 203. ibiquè vernaculo nomine Noppenau vocatum) in Toparchiâ Oberkirchenſi territorio Epiſcopatûs Argentoratenſis ſituatum, ſuperioribus annis ſub Dominatu Wirtenbergico ſenſim hæreſi obſitum, aut tepore & ignorantiâ Curatorum in uno ſummè neceſſario orthodoxæ religionis & ſalutis animarum negotio ſat diu neglectum cum pagis adjacentibus pro repurgatione quantocyùs faciendâ RR. PP. Capucinorum ſubſidium ſeu opem & operam inſtantiſſimè deſiderabat. Quamprimùm enim memorata Toparchia ſoluto pignore à Duce Wirtenbergico redempta fuit, confeſtim Reverendiſſimum ac Illuſtrisſimum (adnitente potiſſimùm itidem Reverendisſimo Domino Vicario Generali) Capitulum cathedrale Argentoratenſe Miſſionem dictorum Patrum illuc ablegare ſtatuit, ac realem hujusmodi immisſionem quantocyùs exequendam à conſtitutis Provinciæ Superioribus Anno 1668. conſtanter imploravit. Conſideratâ proin opportunâ ſatis occaſione benè merendi de Deo & ſalute proximi Patres factæ petitioni libenter annuerunt, & ad repetitam de dato Molsheimii die 1. Aprilis 1668. tùm antedicti Reverendisſimi Vicarii Generalis invitationem , tùm ad inſinuatam de datæ Bonnæ die 4. ejusdem menſis præfato anno Reverendisſimi ac Celſiſſimi Principis Epiſcopi Argentoratenſis ratificationem , antedictam poſſeſſionem protinùs aſſequendam omnibus modis acceleraverunt illuc directo tanquàm primo loci Superiore Admodùm R. P. Luciano Montifontano viro nominato in gentibus, qui pro immenſo zelo , doctrinâ item ac prudentiâ ſuâ Miſſioni huic fundamentum tam morale quàm materiale ſolidè locaret , ſicut & locavit, prout hodiernæ dictæ Miſſionis firmitas clarè teſtatur. Objecta primitùs impedimenta partim humilis patientia partim religioſa prudentia plenisſimè ſubmovit. Domo proin ſacris exercitiis congruâ citiùs ædificatâ pariter ſacelli ſtructuram die 2. Septembris inchoârunt, ac ſemel agrum Dominicum ingresſi Patres verbo & exemplo quà cathechizando , quà concionando & confeſſiones excipiendo tantùm inſudârunt laboraveruntque , ut zizaniis in totum evulſis modò præter triticum oculis occurrat nihil. Sed nec finis laborum, ſiquidem uberiori agri dominici perfectioni conſervationique hodiedùm inſudant operarii plusquàm ſolertes & indefeſſi.

Cœterùm notatu non indignum hîc occurrit, quòd pſeudo-paſtor quidam Acatholicus ſeu Prædicans, uti vocant, Alſata loco vicinus hauſtâ qualiquali Capucinorum notitiâ , ac fortiter ipſos imitandi tali ac tanto ſuccenſus fuerit deſiderio , ut veſte religioſo ipſorum habitui pleniſſimè conformatâ per civem quendam Oppenauienſem opificio ſartorem ſilenter comparatâ , domi ſuæ , dùm uxor abfuit , eâ clàm inducus ſic perſonatus Capucinus intra penetralia ædium ſuarum inceſſerit , cilicio corpus afflixerit , flagellis cruentârit , ſandalia & libellum precatorium à Ven. P. Edmundo id temporis loci Superiore ſeriò petita realiter acceperit, apertè quaſi ſignificans, ſe ſummè vovere Catholicæ & ſtrictiori PP. Capucinorum Religioni lætanter accenſeri , ſolemnia vota conſtanter obſervare &c. &c. Verùm , quod res eſt , ficto an vero hujuscemodi deſiderio nondùm adimpleto, dùm præfatus ſartor ad ipſum præconem paulò pòſt infirmantem caſualiter inviſit, ab eodem in mandatis accipit Capucinis Oppenavii ſubſiſtentibus denuntianda , primò ſi morbo ſuperſtes priſtinam ſanitatem reciperet , ſe certò ad partes Catholicorum,imò etiam religioſum PP. Capucinorum Ordinem promptiſſimè velle tranſire , tùm ea quæ mutuò acceperat utputà regulam, cilicium & flagella , habitum item & ſanda-

ſandalia in ſuo Muſæo pro tunc pannis involuta fideliter reſtituere; quæ hodiedùm Oppenavii in rei memoriam aſſervata poſcentibus oſtenduntur coràm, ipſe verò fictitius Capucinus iſte ſeu memoratus Paſtor lecto decumbens paulò pòſt emigravit & ad plures abiit Anno 1678. fato illius indagantibus altiora relicto.

❀OTTERSWEYERENSE

HUjus nominis hoſpitium ſeu reſidentia RR. PP. Societatis Jeſu hactenùs ſat magno cum fructu incolarum & accolarum totius regionis conſtitit in Marchionatu Badenſi, eaque (juxta relationem nuperrimè mihi ſcriptotenùs factam) jam dudùm fundata fuit pio ſtudio & liberalitate Sereniſſimi Principis Marchionis Badenſis Wilhelmi Senioris jam laudati ſuprà in deſcriptione Monaſteriorum Badenſium Lit. B. Porrò de eodem venerabili hoſpitio hoc nonnemo ex Aulâ Sereniſſimi itidem Principis Ludovici Wilhelmi Marchionis Badenſis vel pauca hæc haud ita pridem ad me reſcripſit: *De Ottersweyer pago in Marchionatu Badenſi benè mihi conſtat, hic namque Alumni Societatis Jeſu jam dudùm aliquam ſui Ordinis conſtituerunt reſidentiam, ſeu (uti vocant) Miſſionariatum, ibique parochiam cum omnibus adjacentibus locis & pagis provident ſicut & propiùs adjacentem Capellam admodùm famoſam, in quâ magno honore colitur miraculis Clara Beatæ Virginis Deiparæ Statua fortuitò quondàm in tiliâ reperta, eaque dehinc communiter* Unſer Lieben Frauen zu der Linden *ab incolis terræ nuncupari ſolita.*

OWENSE

IN Ducatu (ditioni Wirtenbergicæ jam pridem prærogativâ hæreditatis conjuncto) Teccenſi & paris nominis oppido (cujus deſcriptionem ubertim affert Zeillerus in Topographiâ Sueviæ fol. 148.) Owenſi religioſum Canoniſſarum Auguſtinianarum contubernium olim anno non notato à proprio terræ Domino fundatum eſt & ædificatum; de quo ſecundùm ſacram avitæ religionis obſervantiam tandem pariter cum pluribus aliis comprovincialibus Eccleſiis & Collegiis ſacris violentèr immutato Documenta Monaſt. Wirtenberg. Virginum fol. 224. referunt ſequentia: Den 3. Novembris (Anno 1563.) berichten Herren Hertzog Chriſtoffen Hanns von Renchingen Ober-Vogt zu Kirchheim und Alexander Kopp Unter-Vogt alldorten / daß in dem Gottshaus Owen in einem Jahr zwo Cloſter-Frauen und zwar die letzere / erſt innerhalb 14. Tagen Tods verſchiden / alſo / daß ſelbiger Zeit nicht mehr dann zwo in dem Cloſter befindlich / darunter die eine vom Adel ein Welterin / aber nicht bey Menſchlicher Vernunfft. Mit der anderen / ſo Priorin geweſt / und eines betagten Alters (Catharina Schertlerin) haben ſie vermög ihres Befelchs dahin gehandlet / daß ſie ſich an einem anderen Orth Ih. Fürſtl. Gnaden Fürſtenthumbs als in einem Spital / oder ſonſten etwann mit einer eignen Wohnung und nothdürfftiger Unterhaltung Leibgedings-weiß verſehen laſſen wolt / aber gar ſchlechten Willen und allein diſen Beſchayd empfangen: Wann ſie zu der vorderen Thür hinaus getriben werde / ſo wolle ſie zu der hinderen Thür wieder hinein lauffen / und da vor ihr das Cloſter beſchloſſen ſolt werden / wolte ſie unter der Schwellen eingraben / und ihr Leben im Cloſter zugleich wie die andere ihre Schweſteren auch gethan / vollenden und ſchlieſſen: mit Meldung: Sie habe biß dato anhero nicht unnutzlich gehauſet / wöll auch fürohin wohl haußhalten und dem Cloſter

Cloſter nicht entziehen. Nichts deſtoweniger haben ſie / die Verordnete all des Cloſters Einkommen / Gült⸗Brieff / Rodel und Regiſter in ein Laden verpetſchiret / verſchloſſen: ſey gleich wohl ein gar ſchlecht gemeiner Hauß⸗Rath und mehr nicht dann fünff Fuder neuen Weins zugegen. Stehe hierauff zu Ihr Fürſtl. Gnaden Wollen und Wohlgefallen ſie Schertlerin bey der Haußhaltung länger bleiben zu laſſen / oder ſonſt Verordnung zu thun und zu befehlen / wie ſelbige fürohin ſolle angeſtellt werden ꝛc. ꝛc. Et infrà fol. 265. A. 1572. hat des Clöſterleins Owen Priorin Catharina Schertlerin (famoſi Sebaſtiani Schertelii Colonelli Cæſarei Domini in Burtenbach Lutherani germana ſoror) noch völlig Adminiſtration gehabt. Item fol. 267. den 19. Novembris (Anno 1576.) berichtet Jacob Keller / Verwalter zu Kircheim / daß die geweſte Priorin im Cloſter Owen Catharina Schertlerin Tods verſchiden.

Lazius in genealog. Auſtriac. referens plures Duces Teccenſes antiquitùs in hoc Owenſi Cœnobio fuiſſe ſepultos lib. 1. fol. 153. ita ſcribit : *Bertholdus* (hujus nominis ſecundus Comes an Princeps Brisgoviæ) *ex Sophiâ Welſonis Altorfenſis natâ genuit Bertholdum tertium & Conradum à Friderico Imperatore hoc nomine primo proſcriptum, authorem tam Ducatûs Teccenſis quàm Cœnobii Aw* (Owe) *in ditione Wirtenbergenſi, ubi plerique ex Ducibus Teccenſibus ſepulti cernuntur.* Et paulò pòſt fol. 159. *Cernitur & tumulus in Cœnobio Aw, hodie ditionis Wirtenbergenſis cum inſcriptione Hugonis Ducis Teccenſis & Comitis Habſpurgenſis.* Item Cruſius in Paralip. ad ſuos Annales Sueviæ cap. 4. fol. 9. quàm multos etiam enumerat Duces Teccenſes in proprio Parthenonis hujus Owenſis templo reconditos : ubi & plura tam de ipſis quàm de poſteris eorum memoranda depromit, qui & litteras quasdam pro ſacris Indulgentiis in Ovvenſi Eccleſiâ lucrandis à decem Cardinalibus datas & expeditas affert. part. 3. lib. 9. cap. 6.

Lit. P.

PAPPENHEIMENSE.

MOnaſterium RR. PP. Patrum Ordinis Eremitarum S. Auguſtini diœceſis Eyſtettenſis Pappenheimii (quod eſt oppidum cum ſpectatiſſimâ arce Illuſtriſſimis ac Excellentiſſimis DD. Comitibus de Pappenheim S. R. Imperii Mareſcallis hæreditariis omninò ſubditum, in tractu Sueviæ inferioris vulgò der Hanen⸗Kam appellato conſtitutum, idque hiſtoricè deſcriptum à Zeillero in Topographiâ Sueviæ fol. 149. ſed vel maximè in antiquiſſimo illo noto Chronico Pappenheimenſi cap. 63. fol. 74.) ante tempora mutatæ religionis ſuperiori adhuc durante ſeculo percelebre quidem eſt inclytum, ætate tamen noſtrâ vix ampliùs nomine ſuo reſiduum ; de quo vix ex vetuſto quodam (mihi nuper in rem præſentem palàm exhibito) codice m. s. conſtat Venerabilem in Chriſto Patrem Conradum Chriſtian Anno 1430. Cœnobii hujus Pappenheimenſis Priorem temporibus ſuis quendam conſtituiſſe Anniverſarium in propriâ dicti Ordinis ſui Eccleſiâ Lavinganâ perpetuis futuris temporibus celebrandum, ac de eâdem re in Conventu Lavingano integras etiamnùm ſervari litteras prætacto anno datas & conſcriptas. Porrò in Auguſtiniano Monaſterio Colmarienſi diœceſis Baſileenſis in ſuperiori Alſatiâ clauſtralis cujusdam cubiculi ſeu cellæ parieti hodiedùm legitur antiquitùs inſcriptum nomen Ven. P. Petri N. SS. Theologiæ Magiſtri pro tempore Lectoris Colmarienſis de eodem hoc noſtro Pappenheimenſi Conventu Sueviæ ſub annum

 1525.

1529. ad partes Alſatiæ dimiſſi. Sed quod res eſt in antiquam gratamque piorum fundatorum Aſceterii hujus Eremitico-Auguſtiniani memoriam juvat hîc edere hiſtoriam fundationis in citato Pappenheimenſi Chronico cap. 91. fol. 117. deſcriptam in hæc verba: Heinrich Marſchalck / ein Bruder Hannßen und ein Sohn Rudolphen Marſchalcks / iſt ein herrlicher dapfferer Mann geweſen / in Kriegs-Sachen faſt erfahren. Er hat das Cloſter zu Pappenheim geſtifftet Anno 1348. als die Stifft-Brieff darüber bezeugen. In diſem Brieff geſchicht auch Meldung von ſeinem Anherren Heinrich Marſchalck / welcher erſtlich an dem Orth ein Meß geſtifft hat / da jetzund das Cloſter iſt. Er hat zu der Ehe gehabt Frauen Eliſabeth von Ellerbach / deren Mutter geweſen iſt ein Gräffin von Marchdorff / zwo Meil vom Bodenſee. Heinrich der Aelter iſt geſtorben Anno 1387. am Tag S. Peters Stul-Feyr. Eben auff diſen Tag und Jahr iſt Herr Georg der Thumb-Herr ſein Sohn auch geſtorben. Item ſein Hauß-Frau Eliſabeth / und ſeind alle begraben worden zu Pappenheimb im Cloſter / ſo ſie zuvor geſtifft haben ꝛc. ꝛc.

❋ S. PETRI

ABbatiale *Monaſterium* (diœceſis Conſtantienſis de Ordine S. Benedicti) *in Hercyniâ ſilvâ duobus ſive ſesqui à Friburgo Briſacæ milliaribus conditum à Bertholdo Zäringiæ dehinc Alemanniæ Duce anno Chriſti 1093. & conſecratum à B. Gebhardo ejus Germano Conſtantienſi Epiſcopo, ſedisque Apoſtolicæ per Germaniam Legato, cum Monachos ex Weilheim, ubi primùm pater utriusque Cœnobium fundaverat, transportâſſent.* Hæc Bucelinus in Germaniâ ſacrâ part. 2. fol. 70. Cruſius verò in Annalibus part. 2. lib. 8. cap. 10. de fundatoribus Abbatiæ hujus Hercinianæ ad S. Petrum ita ſcribit: *Obiit diem ſuum curſu vitæ laudabiliter peracto fundator hujus Monaſterii Bertholdus Dux Zäringiæ & Sueviæ Comes Habſpurgenſis anno milleſimo, centeſimo undecimo: cujus uxor fuit Agnes Regis Arelatenſis filia. Sepulti ſunt ambo ante altare S. Crucis, ubi honeſtiſſimam ſibi & ſucceſſoribus ſuis comparaverant ſepulturam. Tempus fundationis his verbis notatum reperitur. Anno Virginei partûs nonageſimo ſupra milleſimum hîc tumulatus illuſtris Dux Zäringenſis Bertholdus inclytæ proſapiæ ſecundus iſtius ſacri Cœnobii cum fratre ſuo Præſule Gebhardo fundamina ſacra locavit, & opimis dotibus prædiisque donavit.* Item Wolf. Lazius de migrat. gent. lib. 8. fol. 395. in genealogiâ Comitum & Ducum Zæringiæ ſic ait: *Bertholdus* (hujus ſtirpis ſurculus generatione quartus) *Guntrami Comitis filius* (fuit) *cujus conditorium in Hirſaugiâ cernitur, tres filios procreavit Hermannum Monachum Cluniacenſem, Gebhardum Conſtantienſem Præſulem & Bertholdum primum; qui legitur cum fratre Gebhardo Præſule S. Petri in nigrâ ſilvâ Monaſterium fundâſſe attribuens illi Betburg, Ovv & Bukyngen Briſgaudiæ loca circa annum ſalutis humanæ 1077.* Item in Genealogiâ Auſtriæ lib. 1. fol. 152. idem Lazius occaſione Monaſterii hujus ad S. Petrum ita ſcribit: *Habuit* (Bertholdus antedictus) *fratrem Gebhardum Conſtantienſem Præſulem, quem Romanus Pontifex* (Innocentius II.) *ob vitæ continentiam inter Sanctos retulit, cujus hortatu duo Cœnobia in finibus nigræ ſilvæ non ſanè incelebria poſuit S. Petri ſupra Friburgum Briſgoviæ & Marchtall ad Danubii fontes ab ipſo Gebhardo conſecrata Anno 1093.* Floret quidem etiamnùm vetuſtiſſimum hoc S. Petri Cœnobium, quamvis calamitoſo (dùm hæc ſcribimus) tempore iſto continuis quaſi Gallorum exactionibus terribiliter infeſtatum.

S. PE-

❋ S. PETRI

ALiud hujus nominis Aſceterium hoc tamen fœmininum, & quidem de Ordine S. Dominici diœceſis Curienſis in Toparchiâ Cis-Arulanâ hodie non tam divitiis ac ampliſſimis poſſeſſionibus quàm eximiis inhabitantium virtutibus inclytum, de quo reperimus alicubi deſcripta ſequentia: *Propè Pludentum quatuor à Veldkirchio horis eſt Monaſterium S. Petri ſororum Ordinis S. Dominici.* Item Joannes Georgius Schlee in ſuâ Rhætiæ deſcriptione fol. 64. pauca ſolùm ponit iſta: An der Land-Straß vom Arlberg heraus/ nit weit von Pludentz/ ligt das Frauen-Cloſter St. Peter Dominicaner Ordens zimlichen Vermögens/ dann ſie Renten und Gülten und vil Güter haben/ und ſonderlich nechſt beym Cloſter einen ſchönen Weingarten/ allda noch gar guter Wein wächſt/ aber der beſt gegen dem Arlberg und denſelbigen Thäleren.

❋ PETRI DOMUS

TAliter inticulatum, *vel* (ut inquit Bruſchius de Monaſt. German. cent. 1. fol. m. 98.) *Petershuſium* (Imperiale) *Cœnobium Benedictini Inſtituti Monachorum ampliſſimum è regione Conſtantienſis Urbis in Suevis cis Rhenanum pontem in dextrâ videlicet Rheni è lacu Acroniano prodeuntis, ſitum: fundatum & dotatum eſt munificentiſſimè anno Chriſti 980. pro Monachis è Cella Menradi accitis à S. Gebhardo Epiſcopo Conſtantienſi Comite Brigantino & Zäringenſi, qui templum hujus Cœnobii incepit conſtruere Anno 983. poſitis ad quatuor templi angulos in fundamenta quatuor aureis Rhenenſibus. Abſolutum eſt templum illud & ab ipſo fundatore Epiſcopo Beato Gregorio* (hujus nomini primo, qui paſſim *Magnus* cognominatur) *Papæ dedicatum & conſecratum anno Domini 992. quintâ Calendarum Novembrium: in quo idem ille Divus Gebhardus fundator tandem cum viam univerſæ carnis ambulâſſet anno Domini 996. humatus ac terræ parenti cum tali Epitaphio redditus eſt*

Debita pars terræ fallentia tempore ſperne
Et memorare viæ, quam teſtatur cinis iſte:
Gentis honos noſtræ jacet hic: gentis dolor atque
Præfuit hic Urbi, cunctoſed profuit orbi,
Hancque Deo ſedem templi fundavit & ædem
Parti terrenæ Deus ignoſcens miſerere
Redde vicem juſtè, quia te dilexerat iſte.

Fuit hoc Monaſterium olim adeò opulentum, ut octoginta aleret Monachos. Hæc Bruſchius loc. cit. Item ponè ſepulchrum ejusdem S. Gebhardi parieti adſcripti cernuntur hujusmodi verſiculi:

Huc acies deflecte pias ſtudioſe viator,
Quo titulus radiat, reſpice quia lateat.
En tumulatus adeſt Gebehardus Præſul herilis
Præſule quo major nullus in orbe fuit.
Quemque Patrem meruit felix Conſtantia mater
Defunctum miſerè nunc gemit illa Patrem.
Pontificem vixit, magnorum ſtemmata geſſit
Virtutum cupidus, vir bonus at ſapidus.
Eſuriens ſitiensque domi præſens fuit, abſens
Corpore cum Marthâ, flamine cum Mariâ.
Gregorii meritis fabricam ſummaverat iſtam
Summi Pontificis, contulit & Monachis.
Tam plenus meritis exemptus - - - -
Senis Septembris ſiſtitur atq; polis.
Dic etiam dicant pariter juvenesque ſenesque
Omnipotens requiem det tibi perpetuam.

Sed ampliora de fundatione & dotatione Petri Domûs iſtius juvat hîc depromere ex vitâ (quam Anno 1611. à Felice Manilio conſcriptam Anonymi cujusdam Canonici Regularis Chronico magno rerum Belgicarum & aliis quibusdam opuſculis eidem ſuperadditus ſubnexam Joannes Piſtorius SS. Theologiæ Doctor cathedralis Eccleſiæ Vratislavienſis in Sileſiâ Præpoſitus Anno 1654. typis Francofurdienſibus promulgari fecit in fol. recuſam) ſæpedicti B. Gebhardi Conſtant. Epiſcopi prout ſequitur ibidem cap. 10. fol. 652. *Peractâ hæreditariâ diviſione vir Domini Gebhardus animo revolvens iſtam ſententiam, quâ Salvator in Evangelio ait: vade, vende omnia, quæ babes, & da pauperibus & habebis theſaurum in cælo: & niſi quis renuntiaverit omnibus, quæ poſſidet, non poteſt meus eſſe diſcipulus: ſuis ex prædiis Monaſterium S. Georgii Papæ in ripâ Rheni fluminis juxta Conſtantiam civitatem conſtruxit deputatis illuc duodenis fratribus, qui diu noctuque divinis ibidem inſiſterent officiis: quibus ſufficienter victum veſtitumque ſuis ex facultatibus miniſtrari conſtituit: de terrenâ ergò ſubſtantiâ nihil ſibi reſervavit, ſed cuncta Chriſti pauperibus fideliter erogavit ſicut ſcriptum eſt: diſperſit dedit pauperibus, juſtitia ejus manet in æternum: theſaurizare noluit in terrâ, ubi neſciret, cui congregaret, ſed theſaurizare ſibi theſauros in cælo, ubi nec ærugo, nec tinea demolitur, ubi fures non effodiunt nec furantur.* Item infrà Cap. 11. *Anno autem Dominicæ Incarnationis nongenteſimo octogeſimo tertio Epiſcopatûs autem ſui quarto, undecimo verò Imperii Othonis ſecundi hanc eandem manu factam domum ex materialibus lapidibus Domino conſtruere cœpit ipſe vivus lapis ponendus in non manu factâ domo æternâ in cæleſtibus dicens cum Apoſtolo: non enim habemus hîc manentem civitatem, ſed futuram inquirimus, theſaurizabat ſibi fundamentum bonum in futurum, ut apprehenderet veram vitam, quæ eſt in Chriſto JESU.* Cap. 13. *Situs autem ejusdem templi ad occidentalem plagam verſus, ſecundùm formam Baſilicæ Principis Apoſtolorum Romæ conſtructam formatum eſt, propter quod eundem locum Petri domum appellavit: per circuitum verò congrua Monachis conſtruxit habitacula perfectisque omnibus decimò anno Eccleſiam in honore S. Gregorii Papæ dedicavit, eamque multiplicibus & magnificis Sanctorum reliquiis cumulavit, intra quas etiam brachium S. Philippi Apoſtoli ab Othone III. Imperatore ſibi cum aliis plurimis condonatum ſummo ſtudio ibidem collocavit.* Cap. 14. *Cumque ſummo ſtudio Sanctorum reliquias & cætera quæque ad divinum cultum pertinentia undique ex diverſis locis congregaret, ejusdem rei gratiâ etiam Romam properavit, ut & de Apoſtolorum liminibus Sanctorum exuvias privilegiumque libertatis perciperet, quod & magnificè impetravit. Non cùm jam ſæpe dictum locum Principi Apoſtolorum proprietatis jure contradidiſſet ab ejus Vicario Joanne (hujus nominis XV.) tale privilegium accipere meruit.* Cap. 15. Joannes Epiſcopus Servus Servorum Dei &c. In Nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis Patris videlicet & Filii & Spiritûs Sancti &c. Notum eſſe volumus omnibus Chriſti fidelibus qualiter Gebehardus ſecundus amabilis Epiſcopus Sanctæ Conſtantienſis Eccleſiæ dilectisſimus Confrater noſter orationis causâ Romam veniens ad limina Apoſtolorum Principum Petri & Pauli & ante noſtram præſentiam, retulitque nobis, quatenùs ipſe Dei nutu compulſus Eccleſiam Cœnobitarum conſtruxiſſet, & ſuper ripam fluminis, quod dicitur Rhenus ad honorem B. Gregorii Confeſſoris Chriſti, in quo loco regulam S. Benedicti Abbatis & Monachorum fratrum luculentiſſimè ordinaret, ubi devotiſſimè de ſuis propriis prædiis, quæ à ſuis parentibus illi evenerunt, & partem de rebus ſuæ Eccleſiæ devotiſſimè obtulit ad ſuſtentationem & ſtipendium illorum videlicet Monachorum, qui in ipſo ſancto Monaſterio ſedulò Chriſti laudes perſolvere die noctuque non ceſſent: de quibus noſtræ humilitatis ſupplicans clementiam ut prædictus locus ipſe ſub tuitione & defenſione S. Petri noſtrâ noſtrorumque ſucceſſorum Pontificum in perpetuum maneat, ita tamen ut nullus Rex aut Dux, neq; Marchio, nec etiam Epiſcopus, qui per tempora in ipſo Epiſcopo fuerit aut ulla perſona audeant de omnibus, quæ ibidem ab ipſo jam dicto Gebehardo Epiſcopo conceſſa ſunt alienare, aut quoquo modo de ipſo ſancto Monaſterio extrahere, ſed tuta & ſtabilita atque firma usq; in futura tempora concedimus perma-

permanenda, ſed & hoc Apoſtolicâ præceptione rogante ſupradicto Confratre noſtro interdicimus in nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti, ne aliquis eidem Monaſterio præficiatur, niſi quem communi conſenſu fratres ibidem Chriſto ſedulò ſervientes elegerint, electumque Epiſcopus benedictionis titulo confirmare procuret. Et hoc ipſum de advocati electione decerni placuit. Si verò, quod abſit, aliquandò contigerit, ut Epiſcopus ejusdem ſanctæ Eccleſiæ hæreticus vel ſchismaticus exiſtat, Fratres ſupradicti Monaſterii ex authoritate Sedis Apoſtolicæ habeant poteſtatem eccleſiaſticos Ordines requirendi ubicunque Catholicum noverint eſſe Epiſcopum, nec ille iniquus de hoc aliquam eis injuriam inferre præſumat; nam ſi quis aliquis homo, cujuscunque ſit Ordinis vel poteſtatis (quod non credimus) in aliquo diſrumpere tentaverit ea, quæ ab ipſo jam dicto Confratre noſtro in prædicto Monaſterio conceſſa ſunt, & à jure & ditione ipſius Monaſterii auferre voluerit, niſi reſipiſcat excommunicatus à Corpore & ſanguine Domini noſtri Jeſu Chriſti conſiſtet, & anathemizatus à SS. Patribus omnibus & nobis nec in exitu vitæ communicet, ſed etiam mortuo nomen ejus inter Miſſarum ſolemnia nullo modo recitetur. Qui verò pio intuitu cuſtos & procurator hujus noſtri præcepti extiterit, benedictionis gratiam, vitamque ab ipſo Domino Deo & Salvatore Jeſu Chriſto mereatur in ſecula ſeculorum amen. Scriptum per manus Joannis Notarii & Regionarii & Scrinarii ſacri Laterenenſis Palatii in menſe Aprili & Indictione ſecundâ, datum verò ſeptimo Calendas Majas per manus Gregorii Epiſcopi ſacræ Pirtnenſis Eccleſiæ & Bibliothecarii Sedis Apoſtolicæ. Anno Pontificatûs Domini noſtri Joannis Sanctiſſimi Papæ quarto. Cap. 18. *Domum autem cum perveniſſet collocatis cum omni diligentiâ reliquiis ordinatisque duodenis ut ſupra dictum eſt ad locum fratribus Periggerum tertium decimum vicem Chriſti inter eos agere conſtituit.* Cap. 19. *Poſt hæc convocatis ſervis ſuis elegit ex eis optimos quousque ex eis conſtituit cocos & piſtores, caupones & fullones, ſutores & hortulanos carpentarios & ſingularium artium Magiſtros, & conſtituit eis, ut eo die, quo Fratribus deſervirent de cibo & pane fratrum cibarentur, quia dignus eſt Operarius cibo ſuo. Ut autem bono animo ſuis miniſtrarent Dominis hujusmodi donario cumulavit ipſos ſcilicet, ut cum quis præſentium vel eorum ſucceſſorum, qui de progenie illorum eſſet, moreretur exuviæ de eis non ſumerentur, ſed hæredes relictam hæreditatem indiviſam poſſiderent. Si verò de aliâ progenie aliquis ſucceſſiſſet, ab hoc donativo alienus extitiſſet.* Cap. 20. *Conſtituit etiam alios clientes, qui equitando deſervirent ſcilicet, ut ſemper parati eſſent ad equitandum, quocunque neceſſitas exegiſſet, & ad commodandum fratribus ſuis caballos ſuos quocunque popoſciſſent. Hæc autem vir Domini quaſi pennatum animal plenum oculis ante & retrò paravit, ut videlicet Fratres ibidem in Chriſto famulantes ſpiritualibus atque talibus neceſſariis ſufficienter inſtructi expediti contemplativæ cum Mariâ ad pedes Domini vacarent vitæ, nec eos ſolicitudo Marthæ in activâ aliquoties perturbaret, & eſſet ſicut ſcriptum eſt: nihil deeſt timentibus eum: ſciebat enim ſcriptum: propter inopiam deliquerunt multi: & ideò providebat eis interiùs exteriusque, quæcunque erant neceſſaria, ne inopiâ urgente cum periculo animæ ſubſidium querelæ quærerent hujus vitæ, & ipſe pro hoc non beneficium, ſed à diſtricto Judice Deo gehennæ tuliſſet ſupplicium &c. &c.*

Anno gratiæ 1159. *pulcherrimum* (ut habet vetuſtum aliquod m. s. nobis in vota noſtra communicatum) *Divi Gregorii Magni Petruſienſe Cœnobium in cineres corruit paſſum plura jam & gravia ſæpius incommoda, devaſtationes & fortunam plusquàm inimicam, quâ Henrici Sanctimontii Comitis ſcelere direptum, expilatumque miſerè eſt. Reſtituit tamen Theodericus Comes Kyburgius loci Abbas & ſuffragante plurimùm Gebehardo Zäringio, eò non multò pòſt ſplendoris provexit, ut inter præcipua emineret, & opibus non ſolùm, ſed & viris celebre in exteros quoque ſuæ felicitatis ramos propagaret. Eò gravius inde infortunium fuit, quo ſumptu majore ornatuque ex ruderibus ſurrexit totumque abſumpſit, cujus nunquàm aliàs populationi non pars aliqua ſuperfuit. Eratque*

ea

ea ignium vis, ut breviſſimo temporis ſpatio eliquatis etiam campanis vix turri ſuperſtite templum omne elegantiſſimum, ſeptem cum ſacellis, contigua templo ſacriſtia, Refectorium, Dormitorium (ſic ædes Monachorum vocant) Abbatis quoque Palatium repentè involverit, vocaverit, ſed & bachante nimiùm flammarum globo nec Cellario quidem parſum Monachorum commeatum neceſſariaque exhauſerit. Sacram ſuppellectilem ac pleraque periiſſe nullatenùs ambigimus, ea incendii vehementia, quæ vix effugiendis Monachis fecerit poteſtatem.

PFORZHEIMENSE

OPpidum *Pforzheimenſe* ſeu aliis etiam *Phorcenſe* dictum Marchionatûs Badeno-Durlacenſis, diœceſis verò Spirenſis in ipſo ſilvæ Herciniæ aditu Spirâ notiſſimâ Imperii civitate redeuntibus patulâ ſituatum, & vel hinc antiquis *Porta Herciniæ* nuncupari ſolitum: idem geographicè depictum ſimul atque hiſtoricè deſcriptum à Zeillero in Topographiâ Sueviæ fol. 150. ante tempora Lutheraniſmi partibus iſtis violenter intruſi Venerabile quoddam in primariâ Eccleſiâ ſuâ Canonicorum ſecularium habuiſſe Collegium præter conſtantem traditionem (certioribus monumentis jam pridem invidente hæreſi deperditis & ſublatis) teſtimonium hodie perhibet vel nudum nomen Decani Pforzheimenſis apud patrios ſcriptores utputà Trithemium in Chronico Hirſaugienſi & Cruſium in Annalibus Sueviæ nobis relictum: quod ſanè convenire cuiquàm alii haud potuit, prout etiam juſtiſſimè convenit,niſi Præbendario ſeu Beneficiato tali, qui in Collegiatâ Eccleſiâ primas tenet, vel ſi Præpoſitum illa habuerit, ſaltem ſecundus à Rege honoratus manet.

PFORZHEIMENSE

ALtera quædam Pforzheimenſis Eccleſia ſuperioribus ſeculis gemino claruit inſtructa regulari Cœnobio hinc inde locato: quorum primùm Canonicorum alterum verò fuit Monachorum, ſeu (uti vocant) Eremitarum, amborum iſtorum ſub unâ eâdemque S. P. Aurelii Auguſtini regulâ militantium; poſtmodùm tamen geminatum iſtud aſceterium cum prædictâ Eccleſiâ ſuâ ſacrilegè profanatum & urgente hæreſi (redditibus ac proventibus ſacris Ærario Principis Durlacenſis ad profanos ſolùm uſus abreptis) miſerabiliter attritum circa annum 1560. meritiſſimè defecit; unde regularis Canoniæ hujus vacua ſolùm & inanis nobis ſuperat memoria vel pro conſervando ſaltem religioſæ antiquitatis ſtudio hîc ad poſterorum memoriam regerenda.

PFORZHEIMENSE

IBidem loci ſeu apud Pforzheimenſes aliquod etiam Ordinis (de quo plura diximus ſuprà in deſcriptione Monaſterii Memmingenſis) Spiritûs ſancti Monaſterium ſeu Hoſpitale religioſum in ſingulare pauperum & infirmorum ſubſidium liberaliſſimè fundatum ac dotatum prioribus ſeculis ſalvum & integrum conſtitiſſe quamvis hodie pariter abrogatum & hæreticâ pravitate ſubverſum liquidò conſtat ex Chronico Alſatiæ Bernardi Herzog lib. 3. cap. 13. fol. 35. ubi legimus jam ducentis & triginta abhinc annis Hoſpitalis iſtius Pforzheimenſis Venerabilem Dominum Præpoſitum, ſeu (uti vocant) Magiſtrum cum aliis paris Inſtituti Superioribus ſeu Præfectis religioſis hinc inde in Germaniâ noſtrâ degentibus vocatum fuiſſe ad reformandum tale quoddam aliud Monaſterium,quod eſt diœceſis Argentoratenſis in inferiori Alſatiâ *Stephansfelda* nuncupatum ſub his verbis: Anno 1459. hat Herr Ludwig von Liechtenberg als Caſten-Vogt und Schirm-Herr zu Stephans-

phansfelden ein offne Citation an die Maiſter der Häuſer des Heyligen Geiſts Orden der Städten Bern / Memmingen / Gröningen / Wimpfſen / Worms / Neumarckt / Hertingshaußen und Ruffach laſſen ausgehen / daß ihme der von Stephansfelden angebracht / daß ſie den Spital nit mehr erhalten köndten / darumb ſein Gnaden als Caſten⸗Vogt und Schirm⸗Herr Biſchoffen Ruprecht zu Straßburg erbetten / ihme helffen ein Ordnung zu machen mit ihrer aller Räth und Hülff. Darumb ſolten ſie auff Joannis ermeldten Jahrs im Cloſter Stephansfelden erſcheinen / und helffen berathſchlagen / wie ſolches Cloſter wieder möchte auffgebracht werden.

PFORZHEIMENSE

FUit itidem antehâc intrà muros Phorcenſes eximium quoddam Ordinis Prædicatorii Cœnobium, & hoc quidem in propriâ (quam ære depictam monſtrat Zeillerus in Topographiâ Sueviæ fol. 150.) Idæa civitatis ſub Lit. N. ſignanter expreſſum: cujus ejusdemmet Dominicani clauſtri ſingularem mentionem facit etiam Cruſius in Annal. part. 3. lib. 6. cap. 6. depromens Epitaphium quoddam in templo illius aliquandò contuendum legendùmque in hæc verba: *Anno 1398. obiit Nobilis Domina Eliſabeth Nochettin uxor Henrici de Heting in die Philippi & Jacobi Apoſtolorum: cujus anima requieſcat in pace.* Item Trithemius Abbas de eodem vel incidenter ſolùm in ſuo Hirſaugienſi Chronico tom. 2. fol. m. 500. ad annum gratiæ 1478. refert ſequentia: *Circa hac tempora erat frater quidam Ordinis Prædicatorum in Conventu Pforzheim contra puritatem Conceptionis B. Mariæ ſemper Virginis ſolitâ præſumptione conſpirans. Qui cùm in die feſto ejusdem Conceptionis Verbum facturus ad populum in Eccleſiâ conſcendiſſet ambonem, atque poſitionem ſuam quam Græci Thema nuncupant de hâc ipsâ materiâ ſecundùm opinionem Marianæ ſempiternæ puritati contrariam, ut fieri ſolet, in medium deduxiſſet, apoplexiâ ſubitò tactus cecidit relatusque à fratribus in Cellam infirmorum eodem die vitâ deceſſit. Quo caſu plures adſtantiam perterriti ejus temeritatem, quâ contra Dei Matrem fuerat locutus, vindicatam eſſe ceciderunt &c.* Superioribus annis poſt promulgatam pacem Cæſareo-Suecicam Aſcetas Dominicanos religioſâ manſione ſuâ Pforzheimenſi Principe terræ fortiter urgente ſecundâ jam vice fuiſſe dejectos & exulare coactos ampliùs atteſtatur Zeillerus loc. cit.

PFORZHEIMENSE

RR.PP. Eremitas Auguſtinianos Pforzheimii prioribus ſeculis in proprio clauſtro ſuo degentes Eccleſiam quandam cum Canonicis Regularibus ibidem loci commorantibus habuiſſe communem diximùs antè. Sed & Cornelius Lancilottus lucidiſſimum in diebus ſuis præfati Ordinis Eremitico-Auguſtiniani ſidus & ornamentum in pleniſſimo (quem ſubjungit ad finem vitæ S. P. Auguſtini à ſe conſcriptæ atque Anno 1616. typis Antverpienſibus editæ fol. 410.) catalogo Monaſteriorum ſacræ familiæ huic toto orbe terrarum ſubditorum, inter ea, quæ ſunt de Provinciâ hujuſcemodi aſcetis *Rheno-Suevica* nuncupata ſignanter etiam enumerat ſuum *Conventum Pforzheimenſem*: qui tamen jam ſuperiori decurrente ſeculo calumniis hæreticorum mutatus fuit in commune Urbis macellum.

PFORZHEIMENSE

Claruit ibidem loci Venerabile quoque ſacri Seraphici Ordinis Franciſcani Cœnobium aliquod primùm quidem à RR. PP. Conventualibus inhabitatum, inde ſub Leone X. ad aſcetas (qui hodie plerumque Recollecti nominantur) obſervantes ſuâ ſponte translatum, tandem verò ſub annum circiter 1555. (avitâ religione in partibus iſtis ſacrilegè conculcatâ) pariter Lutheranizatum evaſit, & quamvis aliquandò poſt annum 1624. denuò recuperatum ab hæreſi fuerit repurgatum, imò pro ratione ſtatûs ac temporis reſtitutum, tandem tamen Anno 1648. pace Weſtphalicâ Acatholico ſuo Marchioni Durlacenſi plenisſimè traditum, modò penitùs à ſacro Ordine ſuo diſmembratum inter meriſſimos hæreticos pleniſſimè deliteſcit. De primo illius exordio item ulteriori progreſſu & fatali intuitu Fortunatus Hueber in Chronico fol. 53. profert ſequentia : Zu Pforzheimb im Margraffthumb Baaden haben die Mündere Brüder im Jahr 1270. ihren erſten Sitz bekommen / allwo ſie nit allein durch ihren geiſtlichen Wandel ſo vil vermöcht / daß ſie zu Pforzheimb im Jahr 1274. ein vollkommne außgebaute Kirchen und Gottshaus bewohnet / ſondern auch unter diſer Zeit von denen mehreſten Biſchoffen wegen der groſſen Nutzbarkeit / ſo in dem Weinberg Gottes an der Seelen Hayl ſchaffen / haben völlige Erlaubnus erhalten durch gantz Teutſchland in den Volckreicheſten Städten Clöſter zu bauen und ihrem Orden einzupflantzen. Fol. 239. Eben im ſelbigen (1443.) Jahr iſt das Franciſcaner-Cloſter zu Pforzheimb am 13ten Tag des Weinmonats auch reformirt und von denen Conventualen zu denen Obſervanten verkleidet worden. Herr Jacob Margraff von Baaden und Graff von Spanheimb hat ſich löblichſt darumb angenommen / und iſt ihme darzu P. Nicolaus Charoli Quardian zu Heydelberg trefflich an die Hand gangen / welchen zu einem Befelchshaber hat abgeordnet Herr Wiſpertus von Franckenſtein der geiſtlichen Rechten Doctor und Cantor des hohen Thumb-Stiffts zu Wormbs als von dem Baßleriſchen Concilio beſtellter Viſitator über die Reiniſche Provintz. Die Execution hat verrichtet Herr Paulus Lautermann von Ertringen / welcher auch alle Jährliche Zunßungen und rechtliche Stifftungen in andere Gottshäuſer / Spitäler und arme Gemeinden hat eingeſtecket / damit allda die verpflichte Gebett / Jahr-Täg und Seelen-Aempter auff ewig verrichtet werden. Fol. 576. zu Pforzheimb im Durlacher Gebiet haben die Obſervanten 110. Jahr haußgehalten / alsdann ſeind ſie im Jahr 1555. von der Lutherſchen Macht außgetriben und verjagt worden. Fol. 801. Im Baaden Durlacher Marggraffthumb hat der Keyſer Ferdinandus II. nach dem er den Marggraffen mit Waffen übermeiſtert im Jahr 1631. den 28. Januarii die Franciſcaner aus ihrem 70. Jährigen Elend widerumb in ihr Cloſter eingeführt. Diſe Wohnung hat nur ein Jahr gewähret / dann als im Jahr 1632. den 2. Hornung die Schweden eingebrochen und den Præſidenten P. Petronius Widmann mörderlich erdroßlet / haben ſich alle andere mit der Flucht verborgen biß auffs 1635. Jahr / da ſeind die Franciſcaner widerumb in ihr alte Herberg zuſammen krochen / und haben etlich wenig Jahr biß auff den Weſtphaliſchen Friden-Schluß gewohnet. Cœterùm Joannem ab Enzenberg Epiſcopum Spirenſem Ordine ſexageſimum quartum Anno 1464. die 6. Septembris terris demortuum in hoc Phorcenſi RR. PP. Franciſcanorum Cœnobio in Choro ante medium altaris condigno honore fuiſſe repoſitum atteſtatur Bruſchius de Epiſc. German. tom. 1. cap. 6.

PFORZHEIMENSE

FUit etiam fœmininum quoddam Abbatiale Cœnobium de ſacrâ familiâ Ciſtercienſium olim in ipsâ urbe Phorcenſi celeberrimum. De primis conditoribus illius fruſtrà ſolùm (obſiſtente hæreſi) hodie ſciſcitamur. At interim nemini dubium eſſe debet tales alios haud fuiſſe niſi priſcos Marchiones Badenſes religione Catholicos ut & pluribus piis fundationibus inclytos: è quorum avito ſtemmate principali prioribus ſeculis Illuſtriſſimam Dominam Margaritham Bernardi primi Marchionis Badenſis Anno 1431. Calendis Maji fatis emortui filiam in ipſo hoc religioſo Conventu Phorcenſi Sanctimonialem egiſſe, nec non alterius cujusdam Marchionis nomine Chriſtophori Anno 1527. die 19. Aprilis mortalitatem exuti pientisſimam ſobolem Reverendiſſimam Dominam Othiliam temporibus ſuis Abbatiali munere Phorcenſis Monaſterii fuiſſe perfunctam, oſtendit Latius de migrat. gent. lib. 8. fol. 406. & ſeq. tùm etiam Antonius Albizius de ſtemmat. Chriſtian. Principum fol. 41.

PFORZHEIMENSE

ALterum apud Phorcenſes fœminini ſexûs Monaſterium fuit Ordinis Prædicatorum ſeu S. Dominici muris altis (uti ſignanter de eo ſcribitur) undique cinctum: è quo religioſam coloniam, utputà Sanctimoniales ſingulari vitæ pietate præcipuas ac moribus religioſis jam diutiùs aſſuetas circa annum 1463. ad reformandum ejusdem Dominicani Ordinis parthenonem Gnadenzellenſem fuiſſe translatas probè conſtat ex Cruſio in Annal. part. 3. lib. 7. cap. 1. Sub annum circiter 1367. apud ſorores iſtas Phorcenſes ſanctisſimè requievit Eugenia ſanctæ memoriæ Eduardi tertii Anglorum Regis filia tertium Ordinem S. P. Dominici profeſſa, cujus vitam ante & poſt mortem miraculis claram abundè deſcriptam affert Fridericus Steil in ſuis Ephem: Dominicano-ſacris part. 1. die 8. Feb. fol. 225. & ſeqq. Porrò eodem ferè tempore virtutibus illuſtris ibidem loci reſplenduit Ven. ac Illuſtrisſima Domina Luckardis loci Prioriſſa ex Comitibus de Hohenaſperg oriunda, & altera Monialis Luckardis Comitibus Palatino-Tubingenſibus nata: cujus utriusque Epitaphium loc. cit. fol. 232. tale proſtat legendum: *Anno Domini MCCCLXXIV. pridie Idus Martii in die S. Gregorii obiit ſoror Luckardis Palatini de Tubingen, & poſteà in tertio anno SS. Felicis & Adaucti obiit Domina Luckardis Palatina de Aſperg ſoror noſtra.* Floruit peregregiè & ſacroſanctum arctisſimè ſemper tenuit ac cuſtodivit Ordinem ſuum Venerabilis iſta Phorcenſis congregatio Dominicana, quousque poſt innumeras & graviſſimas calamitates pro ſolâ religione orthodoxâ à pientiſſimis domicellis nunquàm non firmiſſimè tentâ, ſervatâ & obſervatâ plusquàm fortiter ac patienter adeò ſuſtentatas demùm Anno 1555. furente nimiùm & urgente Principe terræ Erneſto Marchione Durlacenſi apoſtatâ ſolum vertere coactæ ſunt & emigrare ad Herciniaunum phrontiſterium Kilchbergenſe translatæ.

❀PFULLENDORFFENSE

PFullendorffium antiquis Juliomagum in ſuperiori Sueviæ parte, quæ Hegovia nuncupatur urbs (hiſtoricè deſcripta à Zeillero in Topographiâ Sueviæ fol. 151.) imperialis infra limites diœceſis Conſtantienſis ſituata duo fœminina habet contubernia: quorum unum alit ſorores parthenias Regulam & Inſtitutum S. P. Dominici Alumnis uſitatum, & usque modò venerabilis cœtus iſte veſtalis piisſimè floret: cujus tamen uberiorem quandam (ſecundùm primas & antiquas origines) deſcriptionem nobis nondùm licuit impetrare.

✱PFULLENDORFFENSE.

ALterum apud Pfullendorffenſes regulare clauſtrum obtinent Sorores Franciſcanæ tertiam Regulam S. Seraphici Patris Franciſci profiteri ſolitæ: ac nos de illo in rem præſentem talem accepimus relationem: *Domicilio huic jam ab annis plùs minùs quadringentis initium fecerunt tres germanæ ſorores Virgines meriſſimæ devotariæ: quæ primùm in Urbe proprias quaſdam alias incoluerunt ædes à parochiali templo Pfullendorffenſi longiùs remotas atque illæ, quia ſacris precibus jugiter fundendis deditiſſimæ, quandoque deprehenſæ ſunt de ſummo mane ante ſolis ortum præ foribus templi genibus inſiſtentes avidiſſimè præſtolari adventum Oſtiarii ſacra limina reſerantis, juxtaque ſolitas orationes exſolvere; quapropter cives loci piâ miſeratione commoti pro prioribus illis ædibus conceſſerunt, ac in omnimodam proprietatem pientiſſimis puellis poſt annos aliquot habitum & Inſtitutum Franciſcanum profeſſis tradiderunt alterum hoc Pfullendorffii domicilium Eccleſiæ parochiali propiùs adſitum, olim à ſpectatiſſimâ familiâ (uti vocabatur) Seelhoferianâ tentum & inhabitatum, id ævi verò S. Eliſabethæ nuncupatum: cæterùm communibus urbis ſeu reipublicæ oneribus de more præſtandis obnoxium, dote proin privilegiatum aut inſtructum. De reliquo Franciſcanæ domicellæ iſtæ ſub obedientiâ & ordinariâ viſitatione Miniſtri Provincialis PP. Conventualium S. Franciſci conſtitutæ in Confeſſarium habent, ſacerdotem quendam ſecularem præfatæ Urbis Eccleſiæ parochialis Beneficiatum ac Concionatorem promeridianum. Explent autem Sanctimoniales iſtæ hodie numerum duodenarium, & de manuali ſolùm opere ac labore præſertim verò textrinâ & ſcenofactoriâ arte pro congruâ ſuſtentatione indies quæſtum ſibi faciunt.*

PFULLINGENSE

LOngè celeberrimum Ordinis S. Claræ Parthenium diœceſis Conſtantienſis infra diſtrictum ruralis Capituli Reutlingenſis ad Echez amnem propè Reutlingam urbem imperialem Tubingâ verò notiſſimo illo Wirtenbergiæ oppido unâ ſolùm Leucâ diſſitum; de cujus initio Documenta Rediviva Monaſteriorum Wirtenberg. Virginum fol. 315. pandunt ſequentia: *Inter Documenta* (de primâ fundatione) *nihil planè invenitur: ſolummodò à Martino Cruſio in Paralip. cap. 24. refertur*: Anno Domini milleſimo ducenteſimo quinquageſimo duæ Dominæ Pfullingenſes Mechtildis & Irmula cognomento Rempinæ Monaſterium fœminarum ibi fundaverunt. Et idem Cruſius part. 3. lib. 1. cap. 6. *In Monaſterii hujus Circuitu*, inquit, *vel Periſtylio ſcriptum eſt*: Anno Domini 1250. Jahr an St. Martins-Tag iſt diß Gottshaus zu Pfullingen geſtifftet und angefangen worden von den Edlen und geiſtlichen Frauen/Frau Mechtild und Frau Irmel der Rempen Geſchlecht von Pfullingen: welchen GOtt gnädig ſeyn wolle. Amen.

In Circuitu eodem ambarum fundatricum effigies ſtantium conſpiciuntur: inter quas Inſignia generis ipſarum, Scutum in tres æquales partes diviſum: quarum infima flava: proxima cærulea: ſuprema verò alba. Galeæ tegmen & inde ſurgentium cornuum iidem colores. Dominarum ipſarum una tenet dexteram eorum cornuum; altera ad ſiniſtram ſtans, ſiniſtram. In ejuſdem Periſtylii muro Angelus devolantis ſpecie eſt pictus, habens tria ſerta: in manu utraque unum, & in brachio tertium. Sub eo, S. Cæcilia Virgo, & Sponſus Valerianus Virgo, faterque hujus Tiburtius. Quorum hi ſingulas palmas aut virides ſurculos, illa verò muſicum Organon tenet. Ibidem imago crucifixi Chriſti picta eſt: ad cujus dexteram Virgines S. Maria & S. Clara, ad ſiniſtram S. Joannes & S. Franciſcus. Sic adhuc hodie. Putat quidem Cruſius fundationem hancce eſſe antiquiorem, eò quòd Anno 1229. Gregorius IX. Pontifex Maximus Regulam vivendi Monialibus Pfullingenſibus præſcripſerit. Verùm Bulla illa Gregoriana non pertinet præcisè ad Moniales Pfullingenſes: ſed ad Monaſterium,

rium, quod ejusdem Ordinis Aſiſii eſt, & cujus vidimatam Copiam ad ſuam inſtructionem ac tanquàm totum Ordinem concernentis Moniales Argentinenſis, Conſtantienſes, Ulmenſes & Pfullingenſes ab Alexandro IV. Pont. Max. impetraverunt. Hæc loco cit. de primâ verò Pfullingenſis Cœnobii hujus origine lubet hîc adducere quoque Fortunatum Hueber paulò fuſiùs fol. 1062. differentem ſub hujusmodi tenore: Im Jahr 1250. lebten zu Pfullingen / einem Dorff in Würtenberger-Land / nit weit von der Reichs-Stadt Reutlingen gelegen / zwey gar Edle / reiche und tugendhaffte Junckfrauen und Schweſteren / Namens Irmula oder Irmengilda und Mechtilda ins gemein die Rempinen genannt / weilen die Edle Familia die Rempen umbs Jahr 1200. allda in der Herrſchafft ſaſſe. Solte aber vor Alters der Herrſchafft Achalm zugehört haben / von welcher der heylige Regenſpurgiſche Biſchoff Wolfgangus und der heylige Emmeraniſche Abbt S. Romualdus ſein brüderlicher Eniggel entſproſſen ſeind. Diſe zwey Edle Geſchwiſtrigte tragten ein hertzliche Andacht zu dem neuen Junckfrauen-Orden der heyligen Clarä / dahero ſie ſich entſchloſſen / all ihr Haab und Gut zu Troſt ihrer Seelen diſem Junckfräulichen Orden zu vermachen. Es laufft S. Martins-Tag der 11. im Winter-Monat / da ware nahend bey dem Orth Pfullingen an der heyligen Junckfrauen und Martyrin Cæcilia Capellen ein neues Jungfrauen-Cloſter zu bauen angefangt. Die Capellen ware ins gemein genambſet Capella Fratrum, die Brüder-Capellen; entweders weilen die Brüder des Ordens S. Franciſci allda vor den Schweſteren gewohnet; oder weilen die Brüder in diſer Capellen zur Andacht der Clariſſerinen allda ihre Gottsdienſt verrichtet haben. Der Cloſter-Bau zwar iſt erſt im Jahr 1278. vollzogen worden / aber der Einzug iſt ſchon 1252. an S. Othmars-Tag mit etlichen freywilligen Jungfräulein geſchehen. Weilen aber diſe erſte Junckfräuliche Geſellſchafft kein gewiſſe Cloſter-Regul bekennte / alſo ſeint an bemeldtem Tag etliche berufſte geiſtliche Ordens-Schweſteren S. Claræ von Seflingen bey Ulm auch angelangt; ab deren Clöſterlichen Tugend-Wandel die bey-de Frau Stiffterin dergeſtalten ſeind bewegt und eingenommen worden / daß ſie ſelbſt im Jahr 1278. der Welt völlig abgeſprochen / und unter der offenlichen Profeſſion der Heyl. Claræ an S. Catharinæ Tag ein Clöſterliches Leben angefangt / und in ſolchem ihrem Erlöſer dem himmliſchen Bräutigamb JEſu Chriſto biß zu ihrer Himmelfahrt gedient haben. Der Pabſt Innocentius IV. hat ſie im Jahr 1253. denen armen Frauen oder Clariſſerinen bey S. Damian einverleibt / und dem Provincial aus Ober-Teutſchland zu dem heyligen Gehorſam übergeben. So hat er auch eben die jenige Regul ihnen zu halten anbefohlen / welche der Pabſt Gregorius IX. in der Bullen Cum omnis vera Religio &c. denen Dominicanerinen vorgeſchriben hat / wie es Chriſtophorus Beſoldus in ſeiner Production Monument. Monaſt. Virg. Sac. Ducatûs Wirtenbergici getruckt im Jahr 1636. weitläuffig vorſtellet. Jedoch iſt wohl darvor zu halten / daß alsdann im Jahr 1254. der Pabſt Innocentius IV. und nach ihme der Pabſt Alexander IV. die vorige Ordens-Strengheit umb etwas gemilderet / weilen die denen Clariſſerinen zu Pfullingen ligende und fahrende Güter haben zugelaſſen. Sic ille loc. cit. Sequuntur modò privilegia tùm ſacra tum profana non generica tantùm univerſo Ordini S. Claræ ſed ſpecialia Pfullingenſium huic Cœnobio multifariàm indulta, & quidem primò.

Anno 1256. Alexander Papa IV. Monaſterium Pfullingenſe in ſancti Petri Sedisque Apoſtolicæ protectionem ſuſcipit, ejusque bona & poſſesſiones authoritate pontificia confirmat aliaque privilegia largitur vigore ſequentis Bullæ: *Alexander Epiſcopus Servus Servorum Dei dilectis in Chriſto filiabus Abbatiſſæ Monaſterii S. Cæciliæ in Pfullingen ejusque ſororibus tam præſentibus quàm futuris Religioſam vitam eligentibus Apoſtolicum convenit adeſſe præſidium, ne*

um ne fortè cujuſlibet temeritatis incurſus eas aut à propoſito revocet, aut robur, quod abſit ſacræ religionis enervet. Eapropter dilectæ in Chriſto filiæ veſtris juſtis poſtulationibus clementer annuimus & Monaſterium S. Cæciliæ in Pfullingen Conſtantienſis diœceſis, in quo divino mancipati eſtis obſequio, ſub B. Petri & noſtrâ protectione ſuſcipimus & præſentis ſcripti privilegio communimus. In primis ſiquidem ſtatuentes, ut ordo monaſticus, qui ſecundùm Deum & B. Benedicti regulam atque inſtitutionem Monialium S. Damiani Aſſiſiatis & formulam vitæ veſtræ à felicis recordationis Gregorio Papâ prædeceſſore noſtro Ordini veſtro traditam, cùm adhuc eſſet in minori officio conſtitutus, in eodem loco inſtitutus eſſe dignoſcitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter obſervetur. Præterea, quaſcunque poſſeſſiones, quæcunque bona idem Monaſterium in præſentiarum juſtè & canonicè poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis præſtante Domino poterit adipiſci firma vobis & eis, quæ vobis ſucceſſerint, illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis. Locum ipſum, in quo præfatum Monaſterium ſitum eſt, cum omnibus ſuis pertinentiis, cum vineis, terris, pratis, nemoribus, uſuagiis & paſcuis in buſco & in plano, in aquis & molendinis, in viis & ſemitis, & omnibus aliis libertatibus & immunitatibus ſuis. Liceat quoque vobis perſonas liberas & abſolutas è ſeculo fugientes ad converſionem recipere, ac eas abſque contradictione aliquâ retinere. Pro conſecrationibus verò altarium vel Eccleſiæ veſtræ, ſive pro oleo ſancto vel quolibet Eccleſiaſtico Sacramento nullus à vobis ſub obtentu conſuetudinis vel alio modo quicquam audeat extorquere. Sed hæc omnia gratis vobis Epiſcopus diœceſanus impendat, alioquin liceat vobis hæc noſtrâ auctoritate recipere à quocunque malueritis Catholico antiſtite gratiam & communionem Sedis Apoſtolicæ obtinente. Quòd ſi Sedes diœceſani Epiſcopi fortè vacaverit interim omnia Eccleſiaſtica Sacramenta à vicinis Epiſcopis accipere liberè & abſque contradictione poſſitis, ſic tamen, ut ex hoc impoſterùm proprio Epiſcopo nullum præjudicium generetur. Quia verò interdum diœceſani Epiſcopi copiam non habetis, ſi quem Epiſcopum Romanæ Sedis, ut diximus, gratiam & communionem habentem, & de quo plenam notitiam habeatis per vos tranſire contigerit, ab eo benedictiones Monialium vaſorum & veſtium & conſecrationes altarium recipere valeatis. Cùm autem generale Interdictum terræ fuerit, liceat vobis clauſis januis excommunicatis & interdictis excluſis non pulſatis campanis divina officia celebrare, dummodò cauſam non dederitis Interdicto. Obeunte verò te nunc ejuſdem loci Abbatiſſa, vel earum aliquâ, quæ tibi ſucceſſerit, nulla ibi quâlibet ſubreptionis aſtutiâ ſeu violentiâ præponatur, niſi quam ſorores communi conſenſu vel earum major pars conſilii ſanioris ſecundùm Deum & B. Benedicti regulam providerint eligendam. Paci quoque & tranquillitati veſtræ paternâ impoſterùm ſolicitudine providere volentes auctoritate Apoſtolicâ prohibemus, ut infra clauſuras locorum veſtrorum nullus rapinam ſeu furtum facere, ignem apponere, ſanguinem fundere, hominem temerè capere vel interficere ſeu violentiam audeat exercere. Decernimus ergò, ut nulli omninò hominum liceat præfatum Monaſterium temerè perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablata retinere, minuere ſeu quibuslibet vexationibus fatigare, ſed omnia integrè conſerventur earum, pro quarum gubernatione ac ſuſtentatione conceſſa ſunt uſibus omnimodis profutura. Salvâ Sedis Apoſtolicæ auctoritate. Si qua igitur in futurum Eccleſiaſtica ſecularisve perſona hanc noſtræ conſtitutionis paginam violaverit, aut ſciens contra eam venire tentaverit, ſecundò tertiòve commonita, niſi

reatum ſuum congruâ ſatisfactione correxerit, poteſtatis honorisque ſui careat dignitate, reamque ſe divino judicio exiſtere de perpetratâ iniquitate cognoſcat, & à ſacratisſimo Corpore ac ſanguine Dei & Domini Redemptoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ſubjaceat ultioni. Cunctis autem eidem loco ſua jura ſervantibus ſit pax Domini noſtri Jeſu Chriſti, quatenùs & hîc fructum bonæ actionis percipiant & apud diſtrictum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen. Amen.

Ego Alexander Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus.
Ego Odo Tuſculanus Epiſcopus SS.
Ego Stephanus Praneſtinus Epiſcopus SS.
Ego Frater Joannes tituli S. Laurentii in Lucinâ Presbyter Card. SS.
Ego Frater Hugo tit. S. Sabinæ Presbyter Card. SS.
Ego Riccardus S. Angeli Diaconus Cardinalis SS.
Ego Octavianus S. Mariæ in viâ latâ Diaconus Card. SS.

Datum Anagniæ per manum Magiſtri Jordani Domini Papæ Subdiaconi Notarii 12. Calendas Julii Indictione XIV. Incarnationis Dominicæ Anno M.CCLVI. Pontificatûs verò Domini Alexandri Papæ IV. anno ſecundo.

Anno 1258. Poſſesſiones quasdam in Bezingen pago donatione nobilis viri Henrici Vinconis de Schloſſberg appellati Sanctimonialibus in Pfullingen cum omni jure & libertate fundatas perpetuo proprietatis titulo depoſthac fruendas ac retinendas oſtendunt donativæ taliter ad perpetuam rei memoriam exaratæ : *Ulricus Comes de Würtenberg Ludovicus Dux de Teck & Henricus de Neiffen Univerſis Chriſti fidelibus tam poſteris quàm præſentibus præſens ſcriptum viſuris temporalis pacis præſidium & æternæ felicitatis incrementum. Sæpe perit negotium, quod litterarum teſtimonio non roboratur. Ad notitiam ergò tam præſentium quàm futurorum pervenire volentes denuntiamus quòd Henricus Vinco Senior de Schloſſberg & Wernherus filius ſuus cum omnibus hæredibus ſuis poſſesſiones ſuas ſitas apud Bezingen Sanctimonialibus de Pfullingen cum omni jure & libertate per manus noſtras contradiderunt. Ad cujus rei memoriam præſentem paginam jusſimus conſcribi & ſigillorum noſtrorum patrocinio ſtatuimus inſigniri, præſentibus Diethobo de Kirchheim, Henrico de Neidlingen dicto Alwerio Ludovico & Conrado fratre ſuo Eberhardo Dapifero de Stetten, Urſo & Wigando, Ottone de Tottingen & Conrado nobili viro de Ellerbach, & aliis quàmpluribus. Acta anno gratiæ milleſimo ducenteſimo quinquageſimo octavo, quarto Idus Martii Indictione primâ.*

Anno 1259. Udalricus Comes Wirtenbergicus cum Mechtilde conthorali ſuâ quascunque vineas Monaſterii Pfullingenſis in territorio Studtgartenſi ſituatas ab omni angariâ & exactione precariæ debere manere liberas & exemptas decernit tali privilegio in ſcriptis dato : *In Nomine Patris & Filii & Spiritûs Sancti. Univerſis Chriſti fidelibus præſentes videntibus vel viſuris &c. &c. Ulricus Comes de Würtenberg & Mechtildis conjux ſua ſalutem perpetuam cum notitiâ ſubſcriptorum. Irritatione frequenti geſtorum edocta periculis humana induſtria adinvenit & in conſuetudinem jam produxit, ut ritè geſta teſtium teſtimonio & ſcripturarum robore roborentur, ne fraudis, doli vel malitiâ hominum perverſorum in irritum deducantur. Hinc eſt, quòd nos attendentes per diſtributionem temporalium in Chriſto æternæ felicitatis gaudia non modicum cumulari collocata manu & unanimi conſenſu ad honorem Chriſti Jeſu & Omnium Sanctorum pro noſtrâ noſtrorumque liberorum ac parentum ſalute gratiam hanc facientes Sororibus de Pfullingen Ordinis S. Damiani videlicet vineas, quas habent in Studgart exemimus ab omni angariâ ſive impetitione exactionis precariæ ſeu quocunque nomine cenſeatur conſuetæ vel inconſuetæ nec non ab omni onere obſequii cujusque modi ut ipſas posſideant plenâ in perpetuum libertate. Et ut hæc à nemine valeant infirmari, præſentem chartam noſtrorum ſigillorum munimine ipſis dedimus roboratam. Nos autem Bernardus Marchio de Baden, ad quem prædictarum vinearum ſpectat proprietas, donationem jam dictarum vinearum ratam habentes ſigilli munimine voluntariè approbamus ac roboramus. Acta ſunt hæc anno Domini*

mini milleſimo ducenteſimo quinquageſimo nono.

Anno 1274. Rudolphus I. Romanorum Rex Abbatiſſam & Conventum in Pfullingen à queisvis ſtatutis forenſibus ſeu legibus inter inquilinos Pfullingenſes communiter uſitatis & obſervatis omninò deobligat ac liberat, inſimul confirmans ipſis poſſeſſionem vineæ cujusdam in clivo Achalmenſi ſituatæ, juxtà quoque advocato terræ præcipiens, quatenùs is earundem Sanctimonialium bona ac latifundia ab inſolitis quorumvis moleſtatorum violentiis conſtanter ac fideliter tueatur, prout ampliùs oſtendit regium diploma taliter expeditum: *Rudolphus Dei gratiâ Romanorum Rex ſemper Auguſtus dilectis in Chriſto Abbatiſſæ & Conventui Sororum in Pfullingen Ordinis S. Claræ gratiam ſuam & omne bonum &c.&c. Cùm ſicut intelleximus homines in Pfullingen quædam de novo ſtatuta in non modicum veſtrum præjudicium & gravamen facere præſumpſerint, nos vobis veſtroque Monaſterio hanc tenore præſentium concedimus libertatem, ut ab eisdem conſtitutionibus aliisque ſimilibus in futurum auctoritate regiâ exemptæ omninò ipſis non debeatis aliquatenùs ſubjacere, quin potiùs ſub obtentu noſtræ gratiæ inhibemus firmiter & diſtrictè, ne quis vos in his aut aliis quibuscunque audeat modo aliquo de cætero infeſtare. Inſuper hanc vobis gratiam facimus per præſentes, quòd vos vineam in clivo Achalm ſitam, in quâ quorundam præſumptio vos vexat indebitè & impugnat, quietè debeatis in perpetuum & pacificè poſſidere, propter quod etiam Nobili Domino Al. Comiti advocato terræ hoc eodem tenore injungimus firmiter, & mandamus, quatenùs vos ac bona veſtra ab omni moleſtatorum veſtrorum violentiis conſtanter & fideliter tueatur. In cujus conceſſionis & gratiæ teſtimonium præſentes vobis litteras tradimus ſigilli noſtri munimine roboratas. Datum Hagenoæ Calendis Novembris Indictione tertiâ Regni noſtri anno ſecundo.*

Anno 1276. Idem Rudolphus Rex Sanctimonialibus in Cœnobio Pfullingenſi degentibus ampliùs concedit cenſualia ſeu emphiteutica quoque bona per legitimam æqualium bonorum commutationem acquirere, nec non ſpeciales quosdam pro nutriendis animalibus paſtores habere, quod ſic accipe: *Rudolphus Dei gratiâ Romanorum Rex ſemper Auguſtus &c. Dilectis in Chriſto Abbatiſſæ & Conventui Monaſterii S. Cæciliæ in Pfullingen Ordinis S. Claræ Salutem cum plenitudine omnis boni. Quia veſtra ſacra religio ad hoc ſemper ſtudere dignoſcitur, ut ſibi proficiat per regularis vitæ meritum & aliis per famæ laudabilis teſtimonium pariter & exemplum devotis orationibus & divinis laudibus inſiſtendo. Idcircò veſtris piis votis libenter annuimus & petitiones veſtras, quantum cum Deo poſſumus, favorabiliter exaudimus. Exhibita ſiquidem nobis ex parte veſtrâ relatio continebat, quòd Eccleſia S. Martini in Pfullingen quosdam habet homines cenſuales tam in eâdem villâ, quàm alibi reſidentes, qui nobis & Imperio ratione advocatiæ ſeu dominii ſint ſubjecti, qui vulgariter Gnotz appellantur, quorum bona immobilia quæ per ſe poſſident, non conſueverunt hactenùs, ut dicitur, aliis quàm prædictis hominibus qui Gnotz appellantur, dari, vendi vel aliter alienari, niſi per alia bona immobilia æquivalentia vel meliora dictis hominibus reſtaurentur, de quibus bonis aliqua per commutationem æquivalentem arbitrio diſcretorum vobis & veſtro Monaſterio acquiſiviſtis; unde petiſtis eadem bona taliter acquiſita vobis & dicto Monaſterio auctoritate regiâ confirmari. Nos igitur veſtris piis precibus inclinati dicta bona in hortis, agris, domibus, pratis ſeu aliis, quibuscunque vel quæ in futurum per commutationem æquivalentem ſimiliter acquiretis vobis & veſtro Monaſterio tenore præſentium confirmamus & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Concedimus quoque, ut ſpeciales paſtores habere poſſitis pro veſtris animalibus nutriendis, nec vos ſuper præmiſſis quisquam audeat moleſtare, prout regiam evadere velit ultionem. Datum Hagenoæ quinto decimo Calendas Maji Regni noſtri anno tertio: anno verò Incarnationis Domini milleſimo ducenteſimo ſeptuageſimo ſexto.*

Anno 1294. Imagina Adolphi Romanorum Regis conjunx Sanctimoniales in Monaſterio Pfullingenſi commorantes ſub alis ſuæ protectionis ſuſcipit, easque plenâ & abſolutâ libertate perpetuò lætari cupit; quem in finem advocato & Officialibus Achalmenſibus tam præſentibus quàm futuris fideliter & attentè recommendat illas tenore ſequentium: *Imagina Dei gratiâ Romanorum Regina ſemper Auguſta dilectis fidelibus ſuis advocato & officialibus tam præſentibus quàm futuris ſuper Caſtro Achalm & rebus ibidem ad noſtrum Regnum pertinentibus à Sereniſſimo Romanorum Rege Adolpho Domino & conjuge noſtro non tam in præſenti conſtitutis, quàm etiam conſtituendis in poſterum gratiam ſuam & omne bonum. Quoniam inter improbos juxta legum ſanctiones tuta debet eſſe vita innocentum, illos ampliùs defendendos à moleſtiis improborum decernimus innocentes, quorum Deo grato interventu Deus ipſe in peccatis offenſus hominibus placatur vita, ſpes & ſalus mortalibus præſtatur, Regnisque pax & de cœlo Regibus victoria miniſtratur. Quocircà tùm Venerabilium ac ſpiritualium nobis Dominarum in Pfullingen meritis cultu & gratiâ apud Dominum participes curemus nos effici & ob hoc dictas Dominas ſub alis noſtræ protectionis plenâ cupiamus & abſolutâ libertate perpetuò lætari. Vobis eas tanquàm filias, matres, & apud Dominum noſtras advocatas recommendamus fideliter & attentè. Volentes, jubentes ac ſub obtentu noſtræ gratiæ firmiter vobis præcipientes, quatenùs memoratas Dominas & cunctas res ad ipſas pertinentes ſcilicet homines, agros, ſegetes, hortos atque fructus non tantùm à veſtrorum inſolentiis ſubditorũ, verùm etiam à quorumlibet aliorũ improborum hominum gravaminibus tanquàm nos ipſas indemnes ſolicitiùs conſervetis. Quarũ etiam animalia communium paſcuorum villæ Pfullingen volumus & ſcribimus liberè potiri ſolatiis & commodis de gratia ſpeciali providentes attentiùs, ne ſæpe dictas Dominas, quarum damna ſeu incommoda noſtra reputamus diſpendia quibuscunq́ querimoniis noſtram de vobis audientiam oporteat perturbare. Alioquin ſi quos ex vobis temerarios mandatum regium non coërcuerit à vetitis vindictam procul dubio non effugient regiæ Majeſtatis. Datum Achalmæ anno Domini milleſimo ducenteſimo nonageſimo quarto Regni noſtri anno tertio.*

Anno 1296. Adolphus Romanorum Rex ſancit, ut in nullo judicio, niſi coram advocato provincinciali vel Imperiali civitate Reutlingenſi conveniri poſſit Abbatiſſa & religioſus Conventus Pfullingenſis, quod ſic habetur: *Adolphus Dei gratiâ Romanorum Rex ſemper Auguſtus &c. Univerſis præſentes litteras inſpecturis gratiam ſuam & omne bonum. Affectantes honorabiles & religioſas perſonas Abbatiſſam & Conventum Sanctimonialium in Pfullingen Ordinis S. Claræ ob celebris vitæ ſuæ fragrantiam, & ut pro noſtrâ noſtrorumque ſalute Omnipotentis Dei clementiam devotis ſuis orationibus jugiter interpellant quâdam prærogativâ favoris & gratiæ prævenire. Ipſis de noſtræ concedimus plenitudine poteſtatis, quòd coram nullo Judice niſi ſolùm coram nobili viro N. de Yſenburg advocato provinciali, vel eo, qui pro tempore fuerit, ut in civitate noſtra Reutlingen ſuper quibusdam actionibus debeant conveniri. Dantes ipſis has noſtras litteras ſigillo Majeſtatis noſtræ ſignatas in teſtimonium ſuper eo. Datum apud Eſſlingen anno Domini milleſimo ducenteſimo nonageſimo ſexto, Regni verò noſtri anno quarto.*

Anno 1302. Albertus I. hujus nominis Rex Romanorũ Dux Auſtriæ &c. &c. gratias, libertates & jura à prædeceſſoribus ſuis religioſo Parthenoni Pfullingenſi authoritate Regiâ ſolemniter confirmat tali diplomate: *Albertus Dei gratiâ Romanorum Rex ſemper Auguſtus univerſis fidelibus ſuis gratiam ſuam & omne bonum. Cùm nos religioſas & devotas in Chriſto Abbatiſſam & Conventum Ordinis S. Claræ in Pfullingen cum Monaſterio & bonis ſuis in protectionem noſtram & Imperii receperimus ſpecialem, volentes ipſas in Juribus, gratiis & libertatibus, quibus ex conceſſione Divorum Auguſtorum Romanorum Regum prædeceſſorum noſtrorum hactenùs usque in præſentiarum gaviſæ ſunt, de augmento gratiæ noſtræ inviolabiliter obſervare. Mandamus vobis univerſis & ſingulis, quatenùs ipſas Sorores, nec non perſonas & poſſeſſores ipſarum in præjudicium ſeu diſpendium immunitatum & libertatum ſuarum vexare, gravare ſeu moleſtare nullatenùs debeatis, ſicut noſtræ Majeſtatis offenſam volueritis evitare. Datum in Reutlingen anno Domini milleſimo*

ſimo trecenteſimo ſecundo, Regni verò noſtri anno quarto.

Anno 1309. Henricus VII. Rex Romanorum notificat Advocato ſuo provinciali ut & Sculteтis, Conſulibus ac Civibus in Eſſlingen & Reutlingen, quòd Abbatiſſam & Conventum in Pfullingen ab omni genere precariarum & exactionum totaliter exemerit: easque cum perſonis & rebus appertinentibus omnibus in protectionem Imperii receperit ſpecialem tenore ſequentis Bullæ: *Henricus Dei gratiâ Romanorum Rex ſemper Auguſtus &c. Nobili viro Luth. de Yſenburg advocato provinciali, vel ei, qui pro tempore fuerit, nec non prudentibus viris Scultetis, Conſulibus & Civibus in Eſſlingen & Reutlingen fidelibus ſuis dilectis gratiam & omne bonum. Gratum Deo obſequium facere non ambigimus, cum eis, quibus virile deeſt ſuffragium noſtri favoris principium impertimur. Eapropter honorabilibus ac religioſis perſonis Abbatiſſæ & Conventus Ordinis S. Claræ in Pfullingen, quas celebris vitæ inſignivit religio ſpecialem facere gratiam diſponentes ipſas ab omni genere ſteurarum & exactionum de bonis ſuis quibuscunque ſolvendarum eximimus & haberi volumus ſupportatas. Propterea Abbatiſſam & Conventum prædictos cum perſonis & rebus ſuis omnibus ut eò liberiùs divinis inhærere poſſint obſequiis in noſtram & Imperii protectionem recipimus ſpecialem fidelitati veſtræ ſtudioſiùs inhibentes, ne quis veſtrûm ipſas contra exemptionis & tuitionis noſtræ tenorem audeat aliqualiter moleſtare. Datum Spiræ octavo Calendas Septembris anno Domini milleſimo trecenteſimo nono, Regni verò noſtri anno primo.*

Eodem anno idem Henricus Rex Monialibus in Pfullingen diverſa quædam indulget privilegia prioribus nuper anno 1276. à Rudolpho Rege conceſſis omninò ſimilia prout ſequitur; *Henricus Dei gratiâ Romanorum Rex ſemper Auguſtus univerſis ſacri Romani Imperii fidelibus præſentes litteras inſpecturis gratiam ſuam & omne bonum. Gratum Deo obſequium facere non ambigimus, cùm eis, quibus virile deeſt ſuffragium, noſtri favoris præſidium impertimur. Sanè hororabilium & religioſarum perſonarum Abbatiſſæ & Conventûs Monaſterii S. Cæciliæ in Pfullingen Ordinis S. Claræ porrecta nobis petitio continebat. Quòd cum Eccleſia parochialis S. Martini in Pfullingen quosdam tam ibi quàm alibi homines habeat cenſuales Gnoz vulgariter appellatos nobis & Imperio jure advocaticio vel dominii pertinentes, qui bona ſua immobilia, quæ poſſident, nulli niſi uni ex eis, qui Gnoz dicuntur, dare, tradere vel vendere, ſeu quocunque modo alio alienare poſſint, niſi æquivalentia vel meliora bona dentur & aſſignentur præfatis hominibus in reſtaurum: de quibus bonis Abbatiſſa & Conventus prædicti ſibi & ſuo Monaſterio non obſtante conſuetudine hujusmodi per commutationem rationabilem & æquivalentem, ut aſſerunt, aliqua attraxerunt. Petentes ſibi ſuper hoc, quod ſine beneplacito noſtro fieri non poterat nec debebat, conſenſûs & confirmationis noſtræ beneficio ſubvenire. Nos itaque dictarum Sanctimonialium quas celebris vitæ inſignivit religio, ut eò liberiùs inhærere divinis poſſint obſequiis & pro noſtrâ ſalute Dei clementiam jugiter deprecentur, devotis ſupplicationibus favorabiliter annuentes commutationem bonorum hujusmodi quæ ſibi & ſuo Monaſterio attraxerunt usque modò vel in futurum juſtis titulis attraxerint ſive ſint in hortis, agris, domibus, pratis, ſeu quibuscunque aliis de libertate regiâ confirmantes eidem commutationi noſtrum adhibemus conſenſum voluntarium & expreſſum. Hanc gratiam ſpecialiter annectentes, ut præfatæ Sanctimoniales per ſe paſtores ſuos habeant pro ſuis animalibus & pecoribus nutriendis. In cujus rei teſtimonium præſentes litteras ſcribi & noſtræ Majeſtatis ſigillo juſſimus communiri. Datum Spiræ ſeptimo Calendas Septembris anno Domini milleſimo trecenteſimo nono, Regni verò noſtri anno primo.*

Anno 1330. Ludovicus IV. cognomento Bavarus Romanorum Imperator Abbatiſſam & Conventum Pfullingenſem à quovis judicio forenſi liberos & exemptos decernit, eosque Magiſtratui imperialis Civitatis Reutlingenſis in ſpecialem tutelam & defenſionem committit ſequentium tenore: Wür Ludwig von GOttes Gnaden Römiſcher Keyſer/ zu allen Zeiten Mehrer des Reichs/ verjehen offenlich an diſem Brieff / daß Wür den geiſtlichen Frauen/ der Abbtiſſin und dem Convent des Gottshaus zu Pfullingen Unſeren lieben und demütigen S. Claræ Ordens in Coſtantzer Biſtumb ein ſolch Gnad gethan haben/ und auch thun mit diſem Brieff/daß ſie niemand anſprechen

noch

noch laden ſoll / uff kein Gericht / Tädigung noch Land-Gericht / alſo habe jemand nichts darein zu ſprechen / daß ſie denn ein Recht thun vor dem Burgermeiſter zu Reutlingen der jetzund iſt / oder hernach kombt verhieten ſie hintz jemand icht zu ſprechen / daß in der her wider ein Recht thue vor dem vorgenannten Burgermeiſter. Wür wollen auch / daß derſelbe Burgermeiſter von Reutlingen die vorgenannte Abbtiſſin und den Convent / der vorgeſchriben iſt / in ſeiner Hut habe / und in ſeinen Friden / und ſie ſchirmen vor übrigen und unrechten Gewalt / als lieb ihme Unſer Fürderung ſeye. Davon gebieten Wür allen Unſeren Amptleuthen ernſtlich und veſtiglich Land-Vögten / Vögten / Unſeren Getreuen / wie ſie genannt ſeind / daß ſie die vorgenannte Unſer Gnad nit hinderen oder irren in keinen Weeg / und ihnen keinen Gewalt daran thun / als lieb ihm Unſer Gnad ſey. Und darüber zu einen Urkund geben Wür ihnen diſen Brieff verſigelt mit Unſerem Kayſ. Inſigel / der geben iſt zu Augſpurg an den nechſten Freytag nach Sanct Elsbeten-Tag von Chriſtus Geburt dreyzehenhundert Jahr / darnach in dem dreyſſigſten Jahr / in dem ſechszehenden Jahr Unſers Reichs / und in dem dritten des Keyſerthumbs.

Anno 1331. Idem Ludovicus Imperator permittit Monaſterio Pfullingenſi bona immobilia cenſualia æquivalenti commutatione comparare, tùm illud à quovis exactionum genere liberum & exemptum adſtruens & in ſpecialem Imperii protectionem ſuſcipiens addit, nullo coràm Judice, niſi provinciali advocato vel civitate Reutlingenſi ſuper quibuscunque actionibus conveniri valeat, prout ampliùs explanat diploma Cæſareum taliter expeditum : *Ludovicus Dei gratiâ Imperator ſemper Auguſtus Univerſis & ſingulis Sacri Romani Imperii fidelibus dilectis gratiam ſuam & omne bonum. Principes ſacratiſſimos Romanorum Reges & Imperatores priores noverint atque ſuperſtites ſemper ad eas præſtantius efferbuiſſe perſonas, quas potior religionis apparentia Deo viciniùs junctos fore declaravit, quibus ſicut Majeſtate ſuccedimus, ſic & pietate conformari penitùs affectamus. Sanè quia honorabiles perſonæque religioſæ Abbatiſſa & Conventus Monaſterii S. Cæciliæ in Pfullingen Ordinis S. Claræ à nonnullis viris cenſualiter de parochiâ S. Martini in Pfullingen, qui vulgariter Gnoz appellantur ſibi & ſuo Monaſterio bona quædam immobilia acquiſerunt rationabili & æquivalenti diſcretorum arbitrio commutatione compenſantes quanquàm talibus Gnoz vocatis non liceat niſi invicem inter ſe de ſuis immobilibus contraire, commutare aut alienare absque beneplacito Romanorum Regis & conſenſu. Sicut piè ex gratia Rudolfus, Adolfus, Albertus & Henricus Reges Romanorum Chriſtianiſſimi præfatam confirmarunt acquiſitionem. Sic & nos favore ex benigno quod egere ſuper hoc pleniùs approbamus, hâc ex abundanti noſtræ clementiæ ſuper juſtè acquirendis in futurum largitione ſimiliter valiturâ. Decernentes & mandantes, quòd pecorum & animalium ſuorum paſtores proprios & ſpeciales nullus niſi Cæſareæ offenſionis velit ſentire ſententiam audeat quomodolibet moleſtare. Cæterùm ne terrenis impulſentur ſolicitudinibus, imò quietiùs Deo vacent & militent, de plenitudine pietatis Imperatoriæ ipſas & earum bona & poſſesſiones quas circa Eſſlingen & Reutlingen habent & posſident, nec non juſtis acquirerent titulis impoſterùm ab omni ſteurarum genere precariarum & exactionum quarumcunque gravamine pro ſuis ſolvendarum bonis eximimus perpetuo & ab omnibus teneri volumus & haberi ſemper exemptas. Verùm etiam Abbatiſſam & Conventum prædictos cum perſonis ſimul & rebus ſuis omnibus in noſtram & Imperii protectionem & defenſionem recipimus ſpecialem. Adjicientes inſuper, eo quod, qui ponit initium, ſupplere debet in finem. Quòd coram nullo Judice alio niſi ſolùm coram ſtrenuo viro advocato provinciali, aut in civitate noſtrâ Reutlingen ſuper quibuscunque actionibus debeant vel valeant aliqualiter conveniri. Ut hæc autem perpetuæ robur obtineant firmitatis, nec quisquam infringere audeat, in aliquo aut auſu temerario contraire, niſi noſtræ indignationis ſævam experiri velit ultionem, præſentes fieri jusſimus, & Majeſtatis noſtræ ſigillo mandavimus communiri. Datum Monachii feriâ ſecundâ proximâ poſt Epiphaniam anno Domini milleſimo trecenteſimo triceſimo primo Regni noſtri anno ſeptimo decimo Imperii verò tertio.*

Anno 1360. Carolus IV. Romanorum Imperator varia prædeceſſorum ſuorum Regum & Imperatorum privilegia Monaſterio Pfullingenſi hactenùs impertita novo cuidam diplomati ſuo Cæſareo inſerta reiterat & pleniſſimè confirmat juxta ſequentium tenorem. In Nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis feliciter Amen. *Carolus quartus divinâ favente clementiâ Romanorum Imperator ſemper Auguſtus & Bohemiæ Rex &c. ad perpetuam rei memoriam &c. Etſi imperialis Majeſtatis circumſpecta benignitas univerſos fideles ſuos, quos ſacrum Romanum ambit Imperium ex innata pietatis clementiâ pio favore proſequitur, ad illorum tamen honores & commoda procuranda ſpeciali quâdam prærogativâ favoris non immeritò tenetur intendere, qui ſub habitu & obſervantia regulari nituntur altiſſimo in ſimplicitate mentis & corporis jugiter famulari ſpecialiter renovando & confirmando ipſorum jura, libertates, privilegia & conſuetudines laudabiles, quæ & quas à Divis Romanorum Imperatoribus & Regibus noſtris prædeceſſoribus obtinuiſſe noſcuntur. Sanè pro parte Religioſarum Abbatiſſæ & Conventûs Monaſterii S. Cæciliæ in Pfullingen Ordinis S. Claræ Conſtantienſis diœceſis devotarum dilectarum nobis oblata petitio continebat, quatenùs de noſtrâ ſolitæ benignitatis clementiâ infra ſcripta privilegia & litteras Divorum Imperatorum & Regum Romanorum prædeceſſorum noſtrorum innovare, approbare, ratificare, & ex certâ noſtrâ ſcientiâ gratioſiùs confirmare dignaremur: quarum tenor ſequitur in hac verba:*

Rudolfus Dei gratiâ Romanorum Rex ſemper Auguſtus dilectus in Chriſto & Conventui Sororum in Pfullingen Ordinis S. Claræ gratiam ſuam & omne bonum. Cùm ſicut intelleximus homines in Pfullingen &c. &c. Datum Hagenoæ Calendis Novembris Indictione tertiâ Regni noſtri anno ſecundo.

Item: Adolfus Dei gratiâ Romanorum Rex ſemper Auguſtus Univerſis præſentes litteras inſpecturis gratiam ſuam & omne bonum. Affectantes honorabiles & religioſas perſonas Abbatiſſam & Conventum Sanctimonialium in Pfullingen &c. Datum apud Eſſlingen anno Domini milleſimo ducenteſimo nonageſimo ſexto, Regni verò noſtri anno quarto.

Item: Albertus Dei gratiâ Romanorum Rex ſemper Auguſtus Univerſis fidelibus ſuis gratiam ſuam & omne bonum. Cùm nos religioſas & devotas in Chriſto Abbatiſſam & Conventum Ordinis S. Claræ in Pfullingen cum Monaſterio & bonis ſuis &c. Datum in Reutlingen anno Domini milleſimo trecenteſimo ſecundo, Regni verò noſtri anno quarto.

Item: Henricus Dei gratiâ Romanorum Rex ſemper Auguſtus &c. Nobili viro Lud. de Yſenburg advocato Provinciali &c. Datum Spiræ octavo Calendas Septembris anno Domini milleſimo trecenteſimo nono, Regni verò noſtri anno primo.

Item: Henricus Dei gratiâ Romanorum Rex ſemper Auguſtus Univerſis Sacri Romani Imperii fidelibus præſentes litteras inſpecturis gratiam ſuam & omne bonum. Gratum Deo obſequium facere non ambigimus &c. Datum Spiræ ſeptimo Calendas Septembris anno Domini milleſimo trecenteſimo nono, Regni verò noſtri anno primo.

Nos igitur, qui vota quorumlibet juſta petentium gratioſè complectimur Abbatiſſæ & Conventûs rationabilibus & juſtis ſupplicationibus favorabiliter inclinati ipſis & dicto ipſarum Monaſterio ad honorem & laudem Dei Omnipotentis & intemeratæ Virginis Matris ipſius ſupradicta privilegia & litteras prout exprimuntur ſuperiùs nec non alia ſeu alias quæcunque ſeu quaſcunque privilegia ac litteras, quæ & quas à dictis Romanorum Imperatoribus ſive Regibus prædeceſſoribus noſtris Nobis & Imperio obtinuiſſe noſcuntur in omnibus ſuis ſententiis, punctis & clauſulis, prout ſcripta ſeu ſcriptæ ſunt, ac ſi tenores omnium forent inſerti præſentibus etiamſi de his jure vel conſuetudine deberet fieri mentio ſpecialis de noſtræ Celſitudinis ſpeciali gratiâ ac Imperialis noſtræ poteſtatis plenitudine prout ritè & rationabiliter proceſſerunt, innovamus, approbamus, ratificamus ac tenore præſentium confirmamus, ſalvis tamen

men noſtris & Imperii juribus ac quorumlibet aliorum. Nulli ergò omninò hominum liceat hanc noſtræ innovationis, approbationis, ratificationis & confirmationis gratiam infringere, ſeu ei quovis auſu temerario quomodolibet contraire: ſub pœnâ gravis noſtræ indignationis nec non centum marcarum auri puri, quas ab eo, qui contravenire præſumpſerit, toties, quoties contra factum fuerit, irremiſſibiliter exigi volumus & earum medietatem Cameræ noſtræ imperialis, reſiduam verò partem dictarum Abbatiſſæ & Conventûs Monaſterii S. Cæciliæ injuriam paſſarum uſibus applicari.

Signum Sereniſſimi Principis & Domini Domini Caroli quarti Romani Imperatoris invictiſſimi & glorioſiſſimi Bohemiæ Regis.

Teſtes hujus rei ſunt Illuſtris Rudolfus Dux Saxoniæ ſacri Romani Imperii Archimareſchallus, Venerabiles Arneſtus Sanctæ Pragenſis Eccleſiæ Archiepiſcopus, Joannes Olomucenſis, Joannes Luthomuslienſis ſacræ Imperialis Aulæ Cancellarius, Henricus Conſtantienſis & Albertus Siberinenſis Eccleſiarum Epiſcopi. Illuſtres Conradus Olsnicenſis, Henricus & Rupertus Lignicenſis Duces, Principes, Spectabiles Eberhardus & Ulricus de Wirtenberg, Burghardus Burggravius Magdenburgenſis Imperialis Curiæ Magiſter, Joannes & Burglinus de Retz, Henricus de Montfort, Ludowicus Senior & Ludowicus junior de Oetingen, Ulricus Senior & Ulricus junior de Helfenſtein, & Albertus de Heligenberg Comites Nobiles Thune de Kolditz Sbnico de Hazenburg ſupremus Camerarius Regni noſtri Bohemiæ, & alii quàmplures noſtri & Imperii fideles præſentium ſub noſtræ imperialis Majeſtatis ſigillo teſtimonio litterarum. Datum in Reutlingen anno Domini milleſimo trecenteſimo ſexageſimo, Indictione tertiâ decimâ, decimo quinto Calendas menſis Octobris, Regnorum noſtrorum anno quinto decimo, Imperii verò ſexto.

Anno 1372. Idem Carolus Imperator Monaſterium Pfullingenſe in ſpecialem Imperii tutelam recipit illudque liberum & onere receptionis quorumvis hominum & exemptum depoſthâc manere debere ſtatuit tali diplomate: Wür Carl von GOttes Gnaden Röm. Keyſer/zu allen Zeiten Mehrer des Reichs und König zu Böheim ꝛc. Bekennen und thun kundt offenlich mit diſem Brieff allen denen / die ihn ſehen oder hören leſen/ daß Wür durch ſonderliche Andacht und Gunſt/die Wür haben zu den Geiſtlichen/ der Abbtiſſin/und dem Convent des Cloſters zu Pfullingen Ordens St. Clarä gelegen in Coſtantzer Biſtumb/ Unſeren lieben Andächtigen mit wohlbedachten Muth und rechten Wiſſen / ſie / ihr Cloſter/Leuth/ Güter / Recht und Zugehörungen in Unſeren und des Reichs Schutz und Schirm gnediglich empfangen han / und empfahen auch mit Krafft diß Brieffs / und meinen ſie gnediglich zu beſchirmen / wider alle die / die ſie wider Recht und Beſcheidenheit angreiffen / beſchädigen oder beleidigen wolten in kein Weiß/ und Wür haben ihnen auch darzu von Kayſ. Macht die beſondere Gnad gethan / und thun gegenwärtiglich / daß ſie durch keinerley Unſer oder jemand anders Brieff / Bete/ Gebett / Gewanck oder ander Sachen keine Perſon/ wer die wär / in ihr Cloſter empfahen oder nemmen ſollen/ noch des pflichtig fürbaß mehr ewiglichen oder gebunden ſeyn. Es geſchehe dann mit ihrer gantzer Samblung und Capitels berathenen und eintrechtigen guten Willen / mit Urkund diß Brieffs verſigelt mit Unſeren Kayſ. Majeſt. Inſigel / der geben iſt zu Maintz nach Chriſti Geburt dreyzehenhundert Jahr / darnach in dem zwey und ſibenzigiſten Jahr / des nechſten Freytags nach Gottes Leichnam Tag / Unſer Reich in dem ſechs und zwainzigiſten und des Keyſerthumbs in dem achtzehenden Jahr.

Anno 1471. Eberhardus Comes Würtenbergicus & Montis Beligardi &c. &c. tam ſuo quàm hæredum ſuorum loco & nomine Venerabilem Dominam Abbatiſſam & Conventum Pfullingenſem cum queîsvis bonis appertinentibus ab omni collatione ac quovis ſervitiorum genere fideliter eximit, & jus piſcationis ad certos limites uſurpandum concedit, juxta tamen jus advocatiæ in pagum Mœringen exercendum à dicto Monaſterio viciſſim recipit, prout ampliùs conſtat ex ſequentibus litteris: Wür Eberhard Graff zu Würtenberg und zu Mümpelgard bekennen und thun kund offenbar mit diſem Brieff/ daß Wür uff manigfaltig Bitt und Geſinnen der Ehrſamen Andächtigen Unſer beſonderer lieben der Abbtiſſin und Convent-Frauen des Gottshaus S. Cæciliæ Sanct Claren Ordens zu Pfullingen/umb daß ſie dem Allmächtigen GOtt in ihrem

geiſtlichen Leben deſto treulicher dienen/und Unſer mit Verſehung ihres Gebetts gegen ſeinen göttlichen Gnaden inngedenck ſeyn mögen/ſolch hernach folgende Gnad und Freyheiten für Uns und Unſer Erben und Nachkommen gethan und verliehen haben/ und mit diſem Brieff thun/ alſo/ daß Wür in ihre Höffe / die ſie vormahls und itzo uff ihres Gottshaus eignen Güteren mit Ehehalten / Knechten und Mägden von ihrem Cloſter gebauen/ gemacht / und verlihen hand freyen für all Steuren / Schatzungen und Land-Schaden / Dienſten und anderen Beſchwärden / ſo davon zu geben und zu thun angemutet / geſetzt und uffgelegt werden möchte. Doch Uns/ Unſeren Erben und Nachkommen und den Unßrigen zu Pfullingen gäntzlich vorbehalten alles das/ das die Beſitzer und Innhaber der gemelten Höffen und Güteren der Leibeigenſchafft oder ander Güter halb als ander die Unſeren und Unſer Hinderſeſſen und zu thun pflichtig und ſchuldig ſeind ungefährlich. Wür freyen auch die obgemeldt Unſere liebe Andächtige vor Beſchwerden Unſerer Jäger / Hunden / und dergleichen Sachen/ſo fürter in ihrem Gottshaus und ihres Gottshaus Höffe / und in anderen dem ihren nicht mehr zu beladen/noch zu bekümmeren / noch geſchehen zu laſſen. Deßgleichen vor den Fiſcheren/ ſo fürohin Unſer Waſſer zu Pfullingen umb Jährlichen Zünß beſtehen und innhaben werden. Alſo/ daß dieſelbe Fiſcher die obgenannten Frauen/ und ihre Nachkommen mit Fiſchen in dem Waſſer / ſo weit daß ihres Cloſters Hoffmaur itzo begreifft/ alsdann das da durchlaufft/ gantz unbekümmert und darinn ungeirret laſſen ſollen. Und als die ietztgemeldten Frauen Uns und Unſeren Erben ergeben hand die Vogtey ihres erkaufften Dorffs Möringen / da gereden Wür in Krafft diß Brieffs / die obgemeldte Frauen und ihre Nachkommen / an allen ihren Güteren / Zünßen und Gülten/und aller der Gerechtigkeit / die ſie daſelbs hand/ nicht noch immer zu verletzen noch zu beſchwären keines wegs / ſondern ſie getreulich dabey zu handhaben/ ſchutzen und ſchirmen. Doch ſo mögen Wür und Unſer Erben und der obgenannten Vogtey zu Möringen mit Gebott und Verbott/ auch anderen wie ſich gebüren würdet / gebrauchen/den Frauen ihr Gerechtigkeit und den ihren daſelbs ohn Verletzung und Schaden alles ungefährlich. Item von der fünffzehen Schilling Haller Gült wegen / ſo den Frauen daſelbs von Uns unwiderlegt uſſſtehen ſollent. Sofern nun ſolch Widerlegung ihnen nicht geſchehen iſt / wöllen Wür das nach aller Billichkeit zu geſchehen beſtellen. Doch ſo haben Wür und Unſere Erben gut Macht / wann Uns das zu Willen iſt / ein Taffern zu Möringen zu machen/ und Uns darzu gebrauchen ohne Irrung der Frauen und ihrer Nachkommen von Pfullingen und menniglich alles ungefährlich. Und diſe Unſer Gnaden und Freyheiten ſollen von Uns / Unſeren Erben und Nachkommen/ den gemeldten Frauen und ihren Nachkommen / alſo treulich gehalten werden / alldieweil ſie in Gehorſam und Obſervanz der Reformation ihres Ordens ſeind und bleiben. Ob ſie aber über kurtz oder lang davon uſſtretten/ und ihren Orden nach der Obſervanz nicht halten wurden/ des ſie doch nach Chriſtenlicher Ordnung nicht Macht haben / ſo ſollen alsdarn / wann das geſchahe / diſe Unſer Gnaden und Freyheiten abſeyn / und Wür und Unſere Erben ihnen die zu halten fürohin nicht mehr verbunden ſeyn. Und des alles zu Urkund / ſo haben Wür Unſer Inſigel offenlich gehenckt an diſen Brieff / der geben iſt zu Urach am Zünß-Tag vor Sanct Matthäus des heyligen Zwölffboten und Evangeliſten Tag/nach Chriſti Unſers Herren Geburt / als man zahlt tauſend vierhundert ſibenzig und ein Jahr.

Anno 1473. Fridericus Romanorum Imperator Archidux Auſtriæ &c.&c. authoritate Cæſareâ confirmat & innovat antiquas immunitates, jura item ac privilegia Monaſterio Pfullingenſi usq; hactenus multifariàm indulta, prout ſequitur: Wür Friderich von GOttes Gnaden Römiſcher Keyſer zu allen Zeiten Mehrer des Reichs / zu Hungarn / Dalmatien / Croatien ꝛc. König/ Hertzog zu Oeſterreich / zu Steyr / zu Carndten und zu Crain / Herr auff der Windiſchen Marck und zu Portenau / Graff zu Habſpurg / zu Tirol / zu Pfürdt und Kyburg/ Marggraff zu Burgaw / Landgraff in Elſaß ꝛc. ꝛc. Bekennen und thun kundt offenlich mit diſem Brieff allen denen / die ihn ſehen oder hören leſen. Wann Wür von angeborner Güte darzu geneigt ſeyn/ alle und jegliche Unſere und des Heyl. Reichs Unterthanen und Getreuen/ und ſonder-

ſonderlich Cloſter und geiſtlichen Perſonen/ die der Welt Uppigkeit zuruck geſchlagen haben/ und dem Allmächtigen GOtt Unſeren Schöpffer in einen geiſtlichen geordneten und lauteren Leben Tag und Nacht dienen/und für Uns bitten/für ander bey ihren Gnaden/Freyheiten/Rechten und guten Gewohnheiten zu behalten / und aber für Uns kommen iſt der Ehrſamen geiſtlichen Unſerer lieben Andächtigen der Abbtiſſin und Convent des Frauen-Cloſters S. Cæciliæ zu Pfullingen St. Claren Ordens in Coſtantzer Biſtumb gelegen / erbare und treffliche Pottſchafft / und haben Uns demütiglich bitten laſſen / daß Wür ihnen und dem gemeldten ihren Gottshaus alle und jegliche ihre Gnaden / Freyheiten / Recht/Brieff/Privilegien/Handveſten und Gerechtigkeiten/ ſo ſie von Uns und Unſeren Vorfahreren am Reich Röm. Keyſeren und Königen oder anderen Fürſten und Herren redlich erworben haben und ihnen gegeben ſeind / und darzu ihr alt gut Gewonheit und löblich Herkommen / die ſie redlich herbracht und gebraucht haben / zu erneuren/ zu beveſtigen / und zu confirmiren gnediglich geruheten. Des haben Wür angeſehen der vorgenannten Abbtiſſin und Convent demütiglich und zimlich Bette/ auch den embſigen Gottsdienſt / der in dem genannten Cloſter alſo Tag und Nacht ſtreng und embſig gehalten und vollbracht werdet/ dardurch Wür ihnen zu ſonder und gnediger Fürderung geneigt ſeyn / und haben darum mit wohlbedachten Mutt/guten Rath und rechten Wiſſen der vorgenannten Abbtiſſin und Convent und dem benannten Cloſter S. Cæcilien zu Pfullingen all und jeglich vorgemeldt ihre Gnaden / Freyheiten/ Recht/ Brieff/ Privilegien / Handveſten und Gerechtigkeit / ſo ſie von Uns und Unſeren Vorfahrern am Reich / Röm. Keyſeren und Königen oder anderen Fürſten und Herren redlich erworben haben/ und ihnen gegeben ſeind / und darzu ihr alt gut Gewonheit und löblich Herkommen/ die ſie redlich herbracht und gebraucht haben / als Röm. Keyſer gnediglich verneurt/ beveſtiget / beſtettiget und confirmiret / verneuren / beveſtigen / beſtettigen und confirmiren ihnen die auch alſo von Röm. Kayſ. Macht / Vollkommenheit/ in Krafft diß Brieffs / und meinen / ſetzen und wöllen/ daß ſie nun hinfür alle und jede in allen und jeglichen ihren Puncten / Stucken / Articklen/ Clauſulen / Meinungen und Begreiffungen kräfftig und mächtig ſeyn / und deren an allen Enden gebrauchen und genieſſen ſollen und mögen von allermenniglichs ungehindert zu gleicher Weiß / als ob die alle und jede von Wort zu Wort in diſem Unſeren Brieff begriffen und geſchriben ſtunden / und gebieten darumb allen und jeglichen Fürſten / Geiſtlichen und Weltlichen/ Graffen/ Freyen / Herren / Ritteren/ Knechten / Haubtleuthen / Vitzdomben/ Vögten/Amptleuthen/Pflegeren/ Verweſeren/ Schultheiſſen / Schöpffen / Burgermeiſteren/ Richteren/ Räthen/Unterthanen und Getreuen / in was Würden / Staats oder Weſens die ſeyn / von obgemeldter Röm. Kayſ. Macht ernſtlich und veſtiglich mit diſem Brieff / daß ſie die obgemeldte Abbtiſſin und Convent und das benannt Cloſter S. Cæcilien zu Pfullingen bey den vorgemeldten ihren Gnaden / Freyheiten / Brieffen/ Privilegien / Rechten / Gerechtigkeiten / alten Herkommen / guten Gewonheiten / und diſer Unſer Kayſ. Verneurung/ Beveſtigung / Beſtettigung und Confirmation geruiglich bleiben/ und ſie daran nicht irren noch verhinderen/ noch das jemand zu thun geſtatten ſollen in kein Weiß / ſondern ſie der gebrauchen / nutzen und nieſſen laſſen/ auch dabey von Unſer und des Heyl. Reichs wegen getreulich handhaben / ſchützen und ſchirmen bey Unſeren und des Reichs Hulden und ſchweren Ungnaden / auch die Pönen in denſelben ihren Brieffen und Privilegien begriffen/ und darzu viertzig Marck lötiges Golds zu vermeiden/ die ein jeder/ der gefährlich dawider thäte / halb in Unſer und des Reichs Cammer/und den anderen halben Theil der vorgenannten Abbtiſſin und Convent/und dem benannten Cloſter S. Cæcilien unablåßlich zu bezahlen verfallen ſeyn ſoll / mit Urkund diß Brieffs. Beſigelt mit Unſerem Kayſ. Mayeſt. anhangenden Jnſigel. Geben zu Nider-Baaden Speyrer Biſtumbs/ am Montag vor St. Mariä Magdalenä Tag / nach Chriſti Geburt vierzehenhundert / und im drey und ſibenzigiſten/Unſerer Reiche des Römiſchen im vier und dreyſſigiſten / des Keyſerthumbs im zwey und zweinzigiſten / und des Hungariſchen im fünfzehenden Jahr.

Plura de fundationibus, privilegiis & incrementis religioſiſſimi Parthenonis hujus Pfullingenſis nos omninò latent ; non item de triſti & execrandâ ſubverſione illius durante ſuperiori ſeculo factâ: quam in Documentis Redivivis Monaſteriorum Wirtẽberg. Virg. ſuo

ſuo loco vel inviti deprehendimus taliter annotatam fol. 101. Anno 1540. den 12. Maji iſt die Abbtiſſin von Pfullingen Magdalena Bißingerin ſambt dem gantzen Convent zwainzig ſechs Schweſteren aus ihrem Gottshaus vertriben/ und nach Leoberg in ein Manns-Cloſter Franciſcaner-Ordens/ weil die Münch berait allda ausgejagt/ transferirt worden.

Fol. 112. den 23. April (An. 1549.) ſchreiben Abbtiſſin und Convent von Pfullingen aus Leoberg an Herrn Hertzog Ulrich zu Würtenberg/ dieweilen von Kayſ. Majeſt. und des Heyl. Reichs Ständen verordnet/ daß jede Geiſtliche bey ihren Gottshäuſeren/ Dienſten/ Rechten und Gerechtigkeiten gelaſſen werden ſollen/ auch von Ihr Fürſtl. Gnaden darauff etliche Geiſtliche im Land ſchon widerumb eingelaſſen worden/ als bitten ſie umb Gottes willen/ man wölle ſie gleichfalls zu ihrem Gottshaus/ Dienſten und Cæremonien/ von denen ſie nit abgewichen ſeyn/ ſambt allen ihren Rechten/ Gerechtigkeiten ligends und fahrends/ nichts ausgenommen/ widerumb kommen laſſen/ und derhalben gebürlich Befelch geben/ daran thue der Röm. Kayſ. Mayeſt. Ihr Fürſtl. Gnaden als ein gehorſamer Fürſt ohne Zweiffel ein unterthäniges Gefallen.

Fol. 114. den 14. Julii (1550.) gaben aus Augſpurg Röm. Kayſ. Maj. Carl der Fünfft Herrn Hertzog Ulrichen ſchrifftlich zu verſtehen/ wie daß Ihr Mayeſt. vernommen/ daß er Hertzog die Abbtiſſin und den Convent zu Pfullingen aus ihrem Gottshaus in ein Baarfüſſer-Cloſter wider ihren Willen transferirt und geführt/ darob ſie nicht unbillich Beſchwerd getragen/ und mitler Zeit umb Reſtitution angeſucht/ aber nichts erhalten mögen. Dieweilen dann Ihr Mayeſt. nach Vermög dero jüngſten Augſpurgiſ. Reichs-Abſchied der Geiſtlichen Reſtitution und Güter halben Ordnung zu geben/ gebühre. So ſeye Ihr Maj. gnädig fleiſſig Geſinnen und Begehren/ Er Hertzog wölle berühreter Abbtiſſin und Convent ihr Gottshaus Pfullingen widerumb vollkommenlich reſtituiren/ und in vorigen Stand würcklichen ſetzen/ auch hierinn ſolch Ordnung geben/ damit Ihr Mayeſt. ferners Klagens und Anlauffens enthebt ſeyn mögen.

Den 6. Novemb. überſchickt aus Tübingen Hn. Hertzog Ulrich nechſtgedacht Kayſ. Mayeſt. Befelch in einem Schreiben ſeinen Räthen nach Stuttgart. Darinnen ſelbigen anbefohlen wird/ daß ſie erſtlich die Handlung/ was mit den Cloſter-Frauen von Pfullingen/ als ſie von dannen gen Lewenberg transferiret/ vorgenommen und gehandlet worden/ für die Hand nemmen/ und ſolches alles/ was Ihr Fürſtl. Gnaden hierinn zu thun und zu laſſen gebühre/ auch wie die Kayſ. Mayeſt. beſter Gelegenheit bericht und beantwort werden möcht ꝛc. ꝛc. nothdürfftiglich und wohlbedächtlich erwegen: alsdann ſolch ihr berathenlich Bedencken Ihr Fürſtl. Gnaden ohne Verzug in Schrifften zu ſenden.

Auff welches Fürſtl. Schreiben der Scribent nit ohne Urſach ein Citò geſetzt. Dann eben ſelbigen Tag Hn. Hertzog Ulrich von einem noch höheren Potentaten/ nemblich GOTT dem HERRREN/ ſo wohl auff diſen/ als noch andere Puncten mehr Red und Antwort zu geben peremptoriè citiret und abberuffen worden. Deſſentwegen ſelbiges Schreiben zwar verſiglet/ aber nicht unterſchriben.

Warauff Herr Hertzog Chriſtoff in die Würtenbergiſ. Regierung und ſeines Hn. Vatters Fußſtapffen getretten. Die Cammer-Räth ſeind nichts deſtoweniger des verſtorbnen Herrn Hertzogen Befelch nachkommen/ und unverzogenlich für Hn. Hertzog Chriſtoffen ein Bedencken auffgeſetzt. In welchem ſie zwar anfäncklich zweifflen; ob rathſam/ daß den Kayſ. an ſeinen Hn. Vatteren neulichſt abgangnen Befelchen Ihr Fürſtl. Gn. würcklich ſtatt geben ſollen oder nicht/ doch endlich allerhand Urſachen/ auch Weiterung zu verhüten/ und weilen die Gelehrte ſelbs darüber befragt/ geben ſie zu/ daß man ſolche Befelch dißmahl in ihrem Werth und Unwerth beruhen laſſe. Aber es war noch ein anders verhanden/ das diſen Räthen im Kopff umbgieng/ nemblich der laidig Fall des abgeleibten Hn. Hertzog Ulrichs/

darauff

Auch die Superintendentz u. Inſpection voriger und jetziger Ih. Fürſtl. Gnaden Ordnung der Frauen-Clöſter halben geſtellt / wie auch allen Cloſter-Frauen vorgeleſen worden/ anrichten und verſehen.

Und es begeben ſich dero Fürſtl. Gnaden Frauen-Clöſter eins oder mehr in dieſe Ihr. Fürſtl. Gn. Reformation und Ordnung oder nicht/ ſo ſollen nichtsdeſtoweniger die Verordneten vor ihrem Abſchied verſehen/ verordnen und verſchaffen / daß unter der Sonn- und Feyertag-auch Wochen-Predig / ihr / der Cloſter-Frauen/Chor geöffnet ſeye.

Sie/ die Verordneten/ ſollen auch all Cloſter-Brieff und Läger-Bücher erſehen / regiſtriren / und die in ein ſonderen Trog mit dreyen guten ungleichen Schloſſen und Schlüßlen/ und wo ein Gewölb vorhanden / darein den Tag verwahren / und alsdann der Abbtißin oder Priorin der ein Schlüſſel/ der ander dem Superindenten / der dritt den Kirchen-Räthen geben werden ꝛc. Alſo daß kein Theil ohne den anderen darüber kommen möge / und von dieſer Verzeichnuß ein gleichlautend Regiſter zur Cantzley zu handen der geiſtlichen Regiſtratur überliefferen.

Wo aber die Cloſter-Brieff und Läger-Bücher nit im Cloſter/ ſonder anderer Orten in Verwahrung wären/ alsbald Weg fürnemmen/ daß die ohne Verzug wieder ins Cloſter in ihr verordneten Gegenwärtigkeit / die inmaſſen ob / zu regiſtriren und zu

verwahren/ zu handen gebracht werden.

Darzu all ihre Schulden und Gegenſchulden / auch was ſie im Vorrath am Geld/ Früchten und Wein entgegen haben / und was ſie für Geld/ Korn/ Wein oder andere Gülten/ wenn und auf welchen Termin/ ablåſſig oder unablåßig geben / und dann auch von ihren gantzen Einnehmen und Ausgeben dero Rennt-Cammer Ordnung nach ein Auszug machen/ ſolches alles Ihr Fürſtl. Gnaden haben zu berichten.

Es ſollen auch die Verordneten darauff ſich alſobald erkundigen/ was diejenigen/ ſo ſich nicht wöllen reformieren laſſen/ in die Clöſter gebracht haben/ und daß ſolches nit allein bey ihnen/ den Nonnen/ beſchehe/ ſondern an den Orten/ daher ſie gebürtig/ bey ihren Freunden und Verwandten/ und was ſie Verordneten in allweg verrichten/ Ihro Fürſtl. Gn. darumb fürderliche Relation thun ꝛc. ꝛc.

Fol. 188. ſelbigen Tag (28. Novemb. 1559.) ſeynd Herr Caſpar von Anwell / Ober-Vogt zu Tübingen / Conrad Engel / und Peter Gundelfinger/ Unter-Vogt zu Urach/ in dem Gottshaus zu Pfullingen/ zuſammen kommen/ die oberzehlte Inſtruction ſamt der Reformation miteinander überlaſſen / conferirt / und darüber/ wie die Sach aufs füglichſt anzugreiffen/ berathſchlaget.

Den 29 Novemb. haben die Abgeſandten Morgen frühe dem Fürſtl. Befelch gemäß/ die Cloſter-Frauen zuſammen erfordert/ und nach Überreichung ihres Fürſten an ſie gegebne Credentz-Schrifft / den Innhalt gemeldter Inſtruction nach längs erzehlt und fürgehalten / auch darauff ihr der Cloſter-Frauen Antwort und Meynung / was ſie ſamentlich oder ſonderlich darüber bedacht/ zu wiſſen begehrt. Welchen die geiſtl. Frauen nach kurtz-gehabten Bedacht einmütig u. ſamentlich geantwortet. Nachdem ſie jetzund und neben anderen vernommen/ als ſollten ſie den Jenigen / ſo ihnen hievor den 24. Julii verſchienes 1556ſte Jahr ihrer Regel und Gottsdienſt halber verbotten worden / mehr zuwider als gemäß ſich verhalten haben/ verhoffe ſie/ daß Ihr Fürſtl. Gnaden daran nit recht bericht / dann ſo viel ihnen Gewiſſens halben möglich geweſt/ ſie ſich ſeithero gleichwohl ungern gemäſſiget.

Wohl wäre wahr / daß ſie des neuen Nachtmahls ſich biß dato noch nicht gebraucht/ ſeye aber die Urſach/ weil ſolches ihrem Gewiſſen gar zuwider. Deßgleichen wuſten ſie ihres Ordens Kleider nit zu verlaſſen/ mit Bitt/ man wollte ſie bey ihren Weſen/ und wie bißher/ in ihren Orden bleiben laſſen/ auch ihnen ihr Gewiſſen nit beſchwehren.

Auf ſolch der Cloſter-Frauen Antwort / haben die Geſandte auf ein endliche Reſolution gedrungen / wiſſen wollen / ob ſie ſich der neuen Reformation und Ordnung gemäß halten / und dero ſich untergeben / oder aber da ſich je eine oder mehr der ihren darein nicht richten könnt oder wöllt / das jenig / ſo ſie ins Cloſter bracht / zu nehmen und hinzuziehen gedacht / und ſolch ihr Meynung begehrten die Würtenbergiſ. Abgeordnete/ daß ihr jede in Abweſen der anderen ſelbs anzeigen/ und was ſie geſinnet/ ſich erklären ſollte. Mit ferneren Hinzuthun/ ſo ferr in einem oder mehr Articklen der Reformation u. Ordnung einigen Fähl oder Mangel hätten / ſollten die das anzeigen/ wollten die Geſandten ihnen nach Notturfft allen Bericht an die Hand geben.

Aber die Cloſter-Frauen haben alſo ohneinander / und privatim ihr Meynung keineswegs anzeigen wollen/ ſondern geantwort: daß ſie einhellig einer Meynung: was eine geſinnt wäre / wäre die ander auch: wollten Ihr. Fürſtl. Gn. Confeßion/ angerichte Religion und Reformation nicht verachten/ verhoffen aber/ ſie ſollten damit nicht wider ihr Gewiſſen gedrungen werden ꝛc. ꝛc. Darauff zwar die Abgeſandte noch nicht nachgelaſſen / ſondern mit allerhand perſvaſionibus in ſie geſetzt/ und weilen ſie vermerckte/ ſe oleum & operam perdere, haben ſie ihnen/ den Cloſter-Frauen/ biß nach dem Morgen-Eſſen ein Bedacht vergonnt. Interim den

Præ-

Prædicanten von Pfullingen für ſich erfordert/ und befragt/ ob und welcher Geſtalt ſie / die Cloſter-Frauen/ die Predigen beſuchten / ob ſich ihr keine umb Bericht und Unterweiſung zu ſuchen/ es wäre des Nachtmahls oder anderer Sachen halber / darinnen ſie Mißverſtand der Religion halber haben möchten/ die Zeit er ihnen geprediget/ und ob er getrauete/ daß ſie oder deren etlich verhoffentlich mit Gnad GOttes möchten gewonnen werden ? denen der Prädicant geantwortet / daß er ſie jetzt in das vierte Jahr alle Sonn- und Feyrtäg/ auch in der Wochen ein Tag jedes mit einer Predig verſehen hätte/ aber ihr keine nie zu ihm kommen/ oder ihne in einigen Weeg angeſprochen/ ob er gleichwol mit ihnen zu ſprachen und zu reden pflege/ nehmen ſie ſich doch deſſelben wenig an. Aber die Predigen haben ſie jederzeit/ ſo lang er ihnen geprediget/ beſucht/ und keine/ ſie habe dann Geſchäfft oder ſonder Urſachen gehabt / ausblieben : Seines Erachtens ſeyen es halsſtarrige alte Weiber/ möchten doch zum Theil/ wo ein Ernſt bey ihnen fürgenommen wurde/ gewonnen werden ꝛc. ꝛc.

Worauff die Abgeordnete ihme Prädicanten/ vermög Inſtruction anbefohlen/ mit Predigen und Ermahnen beſtes Fleiß bey ihnen fürzufahren und anzuhalten/ auch ſelbs deſtomehr zu ihnen zu gehen/ u. mit ihnen freundlich zu converſiren ꝛc. ꝛc. Welches ſich der Prädicant zu thun erbotten.

Als die Geſandte nachmittag wieder zu den Cloſter-Frauen kommen/ u. weß ſie ſich bedacht / anzuzeigen begehrt / haben ſie geantwortet : Sie möchten doch gern die Reformation hören leſen. Wiſſen ſie ſich gleichwol deren noch/ und was hievor An. 1556. mit ihnen gehandlet worden/ zu erinneren / möchte ihnen doch zum Theil entfallen ſeyn. Auf welches ihr Begehren ſolche Reformation oder Cloſter-Ordnung doch allein ſo viel die Religion belangt / verleſen worden. Aber die geiſtliche Frauen haben dieſelbig zum Theil/ doch ſoviel die Ordnung des Gebets/ Pſalmen ſingen/ und Freyſtellung der Verheurathen gleich ſchertzlich/ (wie offtgedachte Abgeordnete referiren) angehört und an gezeigt. Dieweil diß nit ein geringer Handel/ ſondern die Seel und das Ewige betreffen thue/ wär ihr Bitt ihnen ein Zeitlang auf zween oder drey Monat ſich mit ihren guten Freunden deßwegen auch zu unterreden/ und zu vergleichen/ einen Bedacht zu vergonnen. Und obwolen dann die Geſandte über ſolch der Coſter-Frauen Begehren/ daß ſie jetzt ſchier vier Jahr ſich zu bedencken/ Zeit und Weil genug gehabt/ wäre ihnen auch lang genug zugeſehen worden: haben ſie doch endlich ihres Fürſten und Herren Vorhaben wiederum erholet/ darneben aber/ vermög der Instruction, zween Monat ſich innerhalb derſelben endlich zu reſolviren zugelaſſen / mit ausdrücklicher Vermeldung : Es wurde Ihr gnädiger Fürſt und Herr auf die erſte Verweigerung und anderen Bewilligung endlich verharren.

Auch nach Verſcheinung der zweyen Monaten/ da ſie ſich gemeinlich oder ſonderlich hierüber ihres Fürſten und Herren fürgenommener Cloſter-Reformation / Confeßion und Kirchen-Ordnung nit gemäß wüſten oder wolten halten/ ſie im Cloſter nicht mehr gedulten / welches die Würtenbergiſche Abgeordnete zum andernmahl repetirt und wiederholet. Darwider die Cloſter-Frauen anders nicht viel geredt / dann allein angezeigt : Sie verhoffen/ Ih. Fürſtl. Gnaden würde ſie als alte erlebte Weibs-Perſonen nicht austreiben/ oder wider ihr Gewiſſen tringen ꝛc. ꝛc. dabey es auch die Abgeſandte beruhen laſſen / und alsbald nach ihren Brieffen/ Läger-Bücheren/ und dann den Schulden/ wem und was ſie für Gülten / an Geld/ Früchten oder Wein/ Jahrs geben/ zu wiſſen begehrt / denen die Cloſter-Frauen geantwortet/ daß ſie gar kein Brieff in ihrem Gewalt/ ſondern ſeyen dieſelben vor zweintzig Jahren ihnen genommen / und gen Stuttgart geführt: allda ſie noch zu finden. Müſten derſelben mit nit geringem Nachtheil und Abgang des Cloſters entrathen. Schulden und Gegen-Schulden betreffend: Deßgleichen wem ſie Gülten geben/ könten ſie jetzt nicht anzeigen/ in Bedencken/ daß die Schreiberin

herin ſchwerlich kranck / möchten ſie jetzmalen damit nit bemühen. So hätte auch ſelbige die Rechnung/ Einnehmens und Ausgebens unterhanden. Welches ſie gleichfalls ohne ihr Beyweſen/ die Geſandte nicht zu berichten/ oder einigen Beſchaid zu geben wüſten/ und hätten die Würtenbergiſche / wie ſie ſelbs in ihrer Relation ihrem Fürſten und Herren andeuten/ nit ungern geſehen/ daß dieſe geiſtliche Frau/ als welche gar nit ihres Humors/bald abdruckte.

Und weilen dieſe Abgeſandte der Brieff/ Bücher/ ſowol auch Schulden halber geſagter Urſachen wegen nichts weiters zu verrichten gewüſt/ haben zu Pfullingen ſie ihren Abſchied genommen ꝛc. ꝛc.

Fol. 267. An. 1579. den 20. Octobris/ ſeynd die drey noch übrige Cloſter-Frauen zu Pfullingen von den Würtenbergiſchen Räthen der Religion halben abermahl hart angefochten / und ihnen viel unterſchiedliche Puncten / darunter nit der Geringſte das Nachtmahl betroffen / fürgehalten worden : Auf welche gleichwohl die Winden-Meiſterin ihnen gantz unverzagt von Puncten zu Puncten geantwort. Unter anderen aber ſonderlich des Nachtmahls halb ſich entſchuldiget. Daß ſolches ſie uff die neue Manier noch der Zeit nit könnten empfangen. Urſach deſſen / weilen man ſo ungleich davon lehre/ und bring ſchier ein jeder Prädicant ein ſonders davon für. Wöllen warten und verhoffen / ein allgemeine Verſamblung der Chriſtenheit werde ſich einmahl darüber vergleichen. Alsdann ſeyen ſie bereit/ ſelbigen nachzukommen und zu folgen.

Demùm coronidis loco ſubjungere placeat hic afflictum nimis ac condolendum ſanè poſterioris temporis ſtatum ad ultimam cladem Pfullingenſibus Monialibus illatam, quam Fortunatus Hueber loco ſæpè hactenùs citato fol. 1179. taliter exhibet annotatam :

Im Jahr 1554. ware zu Pfortzheim von denen Vätteren der Straßburger Provintz / ein Capitul gehalten/ auff deme die Clariſſerinen in Pfullingen und Nürnberg in ſo ſtrenge Beobachtung ſeynd gezogen worden/ daß jährlich wenigſt ein Beichtvatter aus der Provintz ſich in die Gefahr gebe ; und ſowohl zu Pfullingen als Nürnberg denen Ordens-Schweſteren die zuſtändige heilige Sacramenta ertheile. Der P. Franciſcus Keminger Guardian zu München/ hat im Jahr 1589. aus Commißion das letztemal die Viſitation dieſes Cloſters verrichtet. Im Jahr 1559. lebten noch fünffzehen Schweſteren. Im Jahr 1571. noch zehen. Im Jahr 1579. noch drey. Die letzte Schweſter Anna Reiſchlin/ hat im Jahr 1595. aller vorgehender Beſtändigkeit / und ſiegreichen Gefangenſchafft mit ihrer verharrenden Tugend / nach ſiebentzig-jährigen Elend mit ihrem ſterblichen Ableben gekrönet.

Anno 1630. Eccleſiis & Monaſteriis tùm in Wirtenbergiâ, tùm in aliis Germaniæ Provinciis auctoritate Ferdinandi II. Auguſtiſſimi Romanorum Imperatoris in plenam & antiquam poſſeſſionem paſſim reſtitutis, nova etiam ſacra colonia Pfullingenſi huic Cœnobio fuit immiſſa ex pientiſſimo parthenone Seflingenſi deſumpta : hæc tamen eadem non niſi ad annum usque 1648. inibi tolerata, urgente nimirùm pace Weſtphalicâ denuò ſtatione ſuâ cedere potenter adacta.

❀PLUDENTINUM

PLudentum diœceſis Curienſis, Auſtriacæ verò forenſis ditionis oppidum ſanè pulcherrimum etſi jam bis vel ter decurrente hoc ſeculo noſtro caſualibus flammis aduſtum, idq; prolixè ſatis apud Zeillerum in Topographiâ Sueviæ fol. 152. & alios plures ibi citatos deſcriptum, alit hodie venerabile quoddam RR. PP. Capucinorum Monaſterium, quod ſecundùm ortum & progreſſum ſuum legimus alicubi taliter annotatum : Agentibus quibusdam ſingularibus Patronis & fautoribus Patres Capucini tam ab ipſâ urbe, quàm à vici-

vicinis Toparchiis Sonnenbergenſi & Montifontanâ avidisſimè poſtulati & Pludentum introducti haud ſine communi incolarum applauſu ſuam inchoârunt fabricam ſacrâ Cruce juxta morem erectâ & primo lapide ſolemniter poſito die 8. Octobris Dominicâ 18. poſt Pentecoſten fundum liberaliter attribuit Urbis Conſul Spectatisſimus vir D. Conradus Zürcher, eumque opportunè deſignatum, ante portam, ut vocant, meridionalem, loco ſanè in rem aptisſimo, & (ut conſtat) jam priùs cœlitus delecto: ſiquidem antequàm cives Pludentini cogitârunt de Capucinis in ſuum oppidum recipiendis inibi mirificè coruſcare viſa ſunt ſuperna quaſi luminaria de ſerâ nocte cunctis rei novitatem oppidò mirantibus læ-tanter adſpectanda. Ipſa etiam crux antedicta Cælo ratam gratamque luculenter oſtendit novam Monaſterii fabricam, dùm ſcilicet agreſtis quidam colonus Montifontanus fœdisſimo quodam tubere ſeu ulcere exulceratus peregrinationem, quam ad Crucem noviter erectam vovit, promptus exſolvit, mox ſolutum eſt ulcus, & priſtinam ſanitatem recepit orator pius. Sunt & alia ſigna plusquàm manifeſta, quæ prodidêre ſtructuram hanc Superis gratam & acceptam, nam primo validisſima quædam rupes ſe ſolâ ſine manibus humanis reſoluta ex vicino monte in ſubjectum agrum præcipitata tot dedit lapides & non plures quàm exigebat templum Anno 1548. jam propemodùm ad usque tecta deductum, nec tamen pro tunc carentiâ lapidum finaliter abſolvendum. Infans dùm in muris templi laboraretur puella quadrimula ad patrem ſuum Chriſtophorum Schueler cæmentarium eluctata, cautelæ neſcia ab altitudine viginti pedum & ultrà derepentè corruit, juxta tamen damnum omninò nullum paſſa protinùs incolumis evaſit. Materiarius quidam bajulus prævalente lapidum pondere jamjam è ſublimi ruiturus Beatæ Virginis (cui templum ſub titulo Auxiliatricis erat dedicandum) patrocinium inclamans, ubi Marianum (inquiens) adeſt auxilium, nocere quicquam haud poſſe, ſimul ore dixit ac opere quoque ſenſit, dùm ſcilicet in tanto caſu mox ab omni læſione ſalvus & indemnis permanſit. Alius quidam Operarius truncis & arboribus impetuoſo amni commisſis ad fabricam ritè devehendis intentus caſualiter in aquas prolapſus & jam à ſæviente gurgite infra vaſtam lignorum molem abreptus, jamque de vitâ ab omnibus conclamatus manifeſtam Numinis opem adeſſe ſibi ſenſit, & ex undis ſalvus emerſit. Pariter inviſibilis Dei manus felicisſimè protexit viros duos iter facientes, quorum onus dum lapides è rupe (in opus ædificii neceſſarii) ſecti cum impetu decurrerent, ne ſterneretur ipſemet ſe humiſtravit, in alterius autem caput lapis grandinoſus inſiliit, cùm omnes diruptum & attritum crederent, vel leviſſimè ſolùm deſidua moles ipſum ſauciavit. Ruſtici cujusdam in pago Nyziders Capucinis quæque demùm materialia advehere præparantis imperioſa nimis uxor plurimùm indignata, ſuamque priùs Oeconomiam fovendam rata, equos currui junctos abegit, at paulò pòſt humi prolapſa & ab animalibus tantùm non obtrita dùm animum in melius mutavit, ſibi vitam licet ægrè ſervavit, & mariti negotium omnimodè promovit. Inter hæc vallicolis & incolis Pludentinis ſtrenuè collaborantibus fabrica propemodùm quidem ad finem usque devenit, quam tamen præter omnem ſpem citiùs dejecit incendium Anno 1651. Calendis Martii caſualiter exortum oppidanis Pludentinis nimiùm quantùm indè contriſtatis: qui tamen paulatim tùm ſeipſos, tùm etiam fabricam è favillis erigebant plurimùm adnitente liberalitate Clarisſimi viri D. Udalrici Rudolphi Conſulis. Tantus porrò tùm allaborantium, tùm eleemoſynas & materialia ſubminiſtrantium fervor fuit ut Monaſterium intra quinque menſes reſtitutum eodem adhuc anno die 28. Auguſti in feſto S. Auguſtini Epiſc. Confeſſoris & Eccleſiæ Doctoris ab Ordinario loci Reverendiſſimo ac Illuſtriſſimo Principe ac Domino Domino Joanne Flugio ab Aſpermont ſolemniter fuit conſecratum, tanto hominum concurſu, ut valles & montes circumcircà poſiti pro tunc viderentur quaſi pleniſſimè deſerti. Ex hoc nunc Monaſterio omnis mons & vallis impletur doctrinâ ſpiritualiq; ædificatione plurimâ ac ſaluberimâ.

POUNDENSE

POUNDUM *Monialium Ciſtercienſis Inſtituti Cœnobium infra Ravenſpurgum civitatem imperialem & vineas Suevicas ad initium ſilvæ, per qvam itur ad oppidum Waldſee amœnisſimo & fertilisſimo loco ſitum ſic cœpit : ut ex vetuſtis libellis collegi. An. Domini 1227. convenerant piæ qvædam ſororculæ ſub Eberhardo à Rhordorff Abbate Salemitano apud Seefeldum pagum Acroniani lacus: hæ ibi domunculam ſeu Oratorium extruentes ſex ibi annis & totidem menſibus vixerunt in piâ admodùm & innocenti converſatione. Poſteà cum aliis qvibusdam ſororculis conjunctæ apud Puſſium montem, antiqvitùs Suevum montem dictum, habitàrunt propè Sulgovium oppidum hodie Dapiferorum à Walpurg, ubi qvinqve aliis annis iterùm cum ſumma difficultate permanſerunt. Erat autem ea tempeſtate Monachus qvidam Salemitanus Burcardus à Weckenſtein, is Sulgovii apud Conradum Pincernam de Winterſtetten ac Dominum in Nyſſen Friderici Imperatoris nomine gubernatorem Sueviæ & Burgundiæ intercesſit pro dictis ſororibus id ignorantibus, ut is propter Chriſtum iſtis ſororculis conſuleret, & auxilio præſidioq; adeſſet. Conradus autem ad Regem Hagenoam accitus nihil certi Monacho petenti reſpondere potuit. Ex Hagenoa verò reverſus revocavit ad ſe Burcardum fratrem Salemitanum, qvi tùm cum Friderico Monacho & artium Magiſtro doctisſimo inventus eſt apud Comitem de Helfenſtein jacentem in extremis apud Sigmaringam. Is Burcardus cùm veniſſet, ingresſi ſunt Conradus Pincerna & Conradus à Wynada cum fratre Burcardo Monaſteriolum, ut viderent ſtatum & vitam ejus loci Monialium: cumq; eas fundatorem nullum habere intellexiſſet Conradus pincerna pollicitus eſt ſe fore fundatorem & conſtantisſimum Monaſticæ hujus congregationis tutorem ac defenſorem: mox itaq; ex arce ſuâ frumenta & vina mittens ad ſufficientem Monialium ſuſtentationem, ſtatim etiam de commodiori loco conſtruendi Cœnobii cogitavit. Elegerat autem ad hoc ipſum primò pagum Geilhofenſem, ſed adverſabantur Monachi Augiæ minoris: elegerat & alia loca, ſed tamen Pondinus pagus viſus eſt ad extruendum locum ſacrum omnium commodisſimus. Anno itaq; 1230. dedit Præfectis ſuis 180. libras obolorum, quibus ligna ad ædificandum idonea adornari facerent, Monaſteriumq; extrui curarent. Cumq; id jam accedentibus aliunde etiam quotidianis ſubſidiis exædificatum eſſet, translatæ ſunt Moniales ex Buſſenſis montis vicino Oratorio Poundum anno Domini 1241. in die Innocentum. Harum gubernatrici & Abbatiſſæ Dominæ Annæ à Franckenhofen religioſisſimæ fœminæ, quæ diu præfuerat piis his ſororibus anteà quoq; Cœnobium commendavit, & habitandum dedit Conradus Pincerna unà cum omnibus ad id pertinentibus bonis, pagis, agris, vineis ac reditibus, qvibus uti ac frui liberè & licitè deberent ſub obſervantiâ Religionis, & in diligenti exercitio piorum cultuum. Mox verò à patruo ſuo Reverendisſimo Epiſcopo Conſtantienſi Henrico à Thaun Domino in Waldpurg, hoc etiam impetravit, ac precibus facilè obtinuit, ut recens conditum Monaſterium dignè ab eo conſecraretur, qvod factum eſt in Octavâ S. Apoſtoli Joannis. Quicunq; autem iſti conſecrationi interfuerunt, hi in Altorffenſi vicino pago liberalisſimè & lautisſimè excepti ac tractati ſunt. Poſteà elapſo biennio in vigiliâ S. Matthiæ Apoſtoli obiit Dominus fundator Conradus pincerna à Weſterſtetten & Dominus in Nyſſen, qvi cum conjuge ſuâ Dominâ Gutâ quieſcit in domo Capitulari hujus ſui Monaſterii Poudenſis in ſplendido ac de terrâ elevato tumulo. Sequenti anno, videlicet 1344. dotavit idem Monaſterium liberalisſimè Dominus Conradus à Smalnek, fundatoris Conradi gener, qvi Imperatoris Friderici caſtra ſecutus obiit poſteà in Apuliâ, & ibi ſepelitur apud Baruliſum ſeu Brulionium: Ejus conjunx Domina Irmengardis fundatoris filia poſt defunctũ & in acie caſum charisſimum maritum tanto mœrore perculſa eſt, ut vitam ſuam hone-*

honeſtisſimâ converſatione ſub obedientiâ regulari deinceps tranſegerit, & in Chriſto fuerit inter ſanctas preces ac pia jejunia in hoc ipſo Monaſterio à parentibus ſuis laudabiliter fundato & dotato. Hæc maxima etiam hujus Monaſterii fuit Benefactrix & ampliatrix ſtudioſisſima, eodem loco cum parentibus ſepulta. Hæc Bruſchius de Monaſt. Germ. cent. 1. fol. 101. Cujus relationi ſuperaddere præſtat Poundenſem hanc Abbatiam (vulgò Baindt nuncupatam) diœceſis Conſtantienſis regulari viſitationi Abbatis Salemitani ſubditam computari inter immediatos Status Imperii in Circulo Suevico conſtitutos: qui in Comitiis Imperii tùm generalibus tùm provincialibus votum ac ſeſſionem habent.

Lit. R.

❀ RANGENDINGENSE

MOdicum Conſtantienſis diœceſis in rurali Decanatu Rangendingenſi hodiernis temporibus de familiâ S. Dominici contubernium parthenium; utpote ſeptenis ſolùm à ſororibus de præſenti cultum & inhabitatum; quod jam olim (qualiter conſtat ex continuâ traditione poſteris relictâ) fuit cujuscunque demùm Ordinis aut profeſſionis regulare Cœnobium, etſi poſtmodùm execrandâ verſutiâ Novatorum iniquiſſimè ſuppreſſum & converſum in ſpeluncam latronum; quapropter omninò deſiit eſſe habitaculum religioſum, quousque poſt diutinam viginti circiter annorum vacantiam jam ſuprà laudatus fundi Dominus Eitelius Fridericus Comes an Princeps Zolleranus locum indulſit ſororibus Dominicanis: quæ hodiedùm iſthîc loci ſubſiſtunt, nec tamen proprium aliquod templum habent aut Oratorium, ſed ad parochialem Eccleſiam divini cultûs frequentandi causâ quotidiè pergunt, eædem à Superioribus religioſis quandoque viſitari ſolitæ.

❀ RAVENSPURGENSE

MOnaſterium, RR. PP. Carmelitarum à diſcalceatis omninò diverſi ſubinde *mitigati* inaudiunt Ravenſpurgi (quæ urbs geographicè depicta ſimul & hiſtoricè deſcripta cernitur in Topographiâ Sueviæ Martini Zeilleri fol. 56. eſtque de mixtis, uti vocantur, civitatibus una in Sueviâ noſtrâ famoſis: in quibus nempe ſimultaneum Catholicæ religionis ac Lutheranæ floret exercitium pace Weſtphalicâ juxta certas conditiones firmatum) hodiedùm inclytum nullo certo ſeu proprio quodam fundatore cœptum brevi tamen ſpontaneis multorum oblationibus feliciter adjutum, imò etiam finaliter abſolutum memorati aſcetæ Carmelitani depoſthâc conſtanter poſſidendum primitùs intrârunt anno gratiæ 1349. Loci Ordinarius Reverendiſſimus ac Illuſtrisſimus Dominus Dominus Udalricus hujus nominis tertius ſucceſsionis autem ſerie quinquageſimus ſextus An. 1351. octavo Idus Novembris terris demortuus Conſtantienſis Epiſcopus illos antè lubens admiſit, ſed & Auguſtisſimus Imperator Carolus IV. eosdem Terapeutas & locum eorum cum appertinentiis in ſpecialem ſuam & Imperii tutelam clementisſimè recepit.

A tempore mutatæ religionis Venerabile Cœnobium hoc inter mille millena pericula vix multo labore ſervatum hoſtiles hæreticorum invaſiones omninò devitare haud potuit, dùm ſcilicet pace Cæſareo-Suecicâ violenter adactum totam propriæ Eccleſiæ ſuæ navem civibus acatholicis pro conſueto Lutheraniſmi exercitio publico concedere debuit, prout fuſiùs explanat Receſſus, uti vocatur, Ravenſpurgicus in ampliorem Inſtrumenti memoratæ pacis Monaſterienſis Elucidationem coordinatus, ac inter acta publica ſuo loco pasſim editus cum reliquis ſic habens: Die Eccleſiaſtica betreffend/ weil man beederſeits geſtändig geweſt/ daß in Anno ſechszehenhundert vier und zweintzig in dem Chor der Carmeliter-Kirchen / die Catholiſche das Exercitium allein/ das Thürnlein und

die Gloggen aber mit denen Augſpurgiſchen Confeßions-Verwandten insgemein zu brauchen/ die Augſpurgiſche Confeßions-Verwandten die gantze Kirchen/ oder (wie man es nennet/) das Langhaus für ſich allein inngehabt/ und ihren Gottsdienſt allein verrichtet/auſſerhalb/daß die Catholiſche alle Quatember / und in die animarum eine Proceßion aus dem Chor durch die Neben-Capell in das Langhaus durch den Creutzgang und wieder in das Chor angeſtellet / und verrichtet zu haben beſtändig/ und für notori fürgeben / ſo iſt die Veranlaſſung beſchehen/ daß es allerdings wieder in jetzt-erzehlten Stand geſtellet/ auch die gewiſſe abgetheilte Stunden wiederumb wie vor dieſen obſervirt werden/ da die Catholiſche am Sonn- und Feyertägen Morgens von ſechs biß ſieben/ an den Werck-Tagen aber von ſieben biß acht Uhren/ und hingegen die Augſpurgiſche Confeßions-Verwandten von ſiben/ und reſpectivè von acht biß neun Uhren/auch wo vonnöthen längers / ſo dann wieder an Sonn- und Feyertägen von eilff biß zwölff Uhr/nachmittags aber von drey biß vier Uhren/ dann eben auch wann Leich-Predigen einfallen/ haben die Augſpurgiſ. Confeßions-Verwandte dieſelbe Morgens von neun biß zehen Uhren/ Abends aber von vier biß fünff Uhren/ wie nit weniger die Bet-Stunden am Wercktag/ Sommerzeit umb fünff/ und Winterszeit um ſechs Uhren zu halten/ und die übrige Zeit die Catholiſche ihr Exercitium in dem Chor gehabt ꝛc. ꝛc.

❀ RAVENSPURGENSE

MOnaſterium RR. PP. Capucinorum ac totam ſacram Seraphicam ipſorum religionem fovendi immenſo quaſi Zelo ſuccenſus & ardentiſſimus Auguſtisſimus Imperator Ferdinandus II. pium illud ac dives admodùm liberalisſimumque (in deſcriptione Monaſterii Wangenſis ampliùs explicandum infrà) Legatum Neſericum aliò transferendi non ſolùm licentiam dedit, & indulſit, ut pro ſtruendo Ravenſpurgi Capucinorum Monaſterio totum applicaretur & proprios in id delegavit Commiſſarios, ſed & inquilinos etiam Ravenſpurgenſes ad conſenſum primò difficiles & inflexibiles quaſi pondere ſuæ Majeſtatis inclinavit attraxitque. Illuſtrisſimus Dominus Henricus S. R. J. Dapifer hæreditarius de Waldpurg Comes à Wolfegg & Zegl &c. nec non Nobilis ac Clarisſimus vir D. Albertus Eberhard J. V. D. Imperialis Monaſterii Weingartenſis Cancellarius deputati in rem Commiſſarii habito jam à Wangenſibus conſenſu de memorato illo legato totùm extradendo, & facto ſimul promiſſo de duobus florenorum millibus ex communi civitatis ærario ampliùs adjiciendis, tùm etiam totidem à Prænobili Domino N. de Praſperg ſimiliter erogandis ſua commiſſa & credentiales Cæſareas deſuper expeditas loci civibus inſinuârunt, tùm conſenſum; tùm fundum ſeu aream civitati propiùs adſitam pro Cœnobio opportunè ſtruendo cedendam flagitantes Imperatorio nomine; Ravenſpurgenſes autem ſpatio in ſubſidiū deliberationis petito, ſeu mixtis ſeu unitis Catholicorum ſimul ac Lutheranorum votis negativè reſponderunt, enixè rogantes ſibi parci de Monaſterio pro tunc admittendo, conſtanter aſſeverantes ſeſe ſumptibus pellicis exhauſtos præſenti cariſtiâ nimiùm quantùm anguſtiatos, nec non mediis in opus novæ fabricæ neceſſariis omninò deſtitutos, & quod rei caput, in congruam religioſorum virorum alimentationem perpaucos ſolùm ſupereſſe cives & opibus vix tenues: quas tamen & plures excuſationes alias haud admiſerunt memorati DD. Commiſſarii, ſuam potiùs urgentes poſtulationem, absque tamen effectu realiter ſubſecuto. Re ad Auguſtisſimum Cæſarem delatâ protinùs alterum & quidem illo priori ſeverius emerſit Decretum Vienâ Auſtriæ de dato 28. Martii Anno 1624. remiſſum: quo Ravenſpurgenſes oppidani Catholici ad majorem Zelum honoris divini ampliùs promovendi denuò fideliter admoniti eò fortiùs incitati religioſos Aſcetas Capucinos admittere & aream fundandæ eorum manſioni jubentur concedere. Tunc enim verò cunctare nedùm ultrà reniti

veniti non auſi Imperatoriæ Majeſtati ceſſêre facto Senatûs Conſulto de voluntate Cæſareâ quantocyùs adimplendâ. Contractu proin cum antedictis Legatis Cæſareis inito ritè quidem firmato, Patres tamen Provinciæ realem loci poſſesſionem nondùm adiêre, veriti ſcilicet,ne velut hoſpites non invitati hoſpitantibus oneri potiùs fierent quàm honori.

Venire tardantes Senatûs urbis quà verbis, quà ſcriptis plusquàm humaniter invitavit, & ad fabricam indies accelerandam fortiter animavit die 16. Auguſti anno 1625. Itaque Patres factæ hujusmodi invitationi quantocyùs detulere veniendo. In electione areæ nondùm omnibus conveniebat, cùm ſpectabilis vir D. Jacobus Paulus Senator Acatholicus coràm retulit Patres Capucinos in viſu de nocte ſibi præſentatos in Ravenſpurgenſi Areopago conveniſſe globis inſtructos igneis: quos directè in unum locum jaculati ſint; viſum pluribus enarrabat, & locum monſtrabat; invaluit apud omnes tùm Catholicos, tùm heterodoxos ſententia locum Capucinis deſignatum fore, unde æquè Commiſſariis ac Patribus placuit ita fieri.

Conſuetam novæ benedictionis ſolemnitatem peregit ipſe Reverendisſimus ac Illuſtrisſimus Princeps ac Dominus Dominus Joannes Epiſcopus Conſtantienſis, Henrici Comitis Waldpurgii ſupradicti germanus frater lapidem fundamentalem legaliter ponendo tertio nonas Octobris An. 1626.

Eandem ſolemnitatem gratisſimâ præſentiâ ſuâ plurimùm illuſtrârunt præter ſpectatisſimos DD. Commiſſarios antedictos Reverendisſimi quoque ac Amplisſimi DD. Abbates Weingartenſis & Weiſſenaugienſis, Illuſtrisſimus itidem Dominus Hugo Comes de Montfort, aliique ſpectatæ conditionis viri fœminæque quamplures dempto promiſcuæ plebis cumulo vel maximo copioſisſimo. Fervor eximius an diligentia DD. Commiſſariorum potisſimùm enituit; quòd iis fortiter inſtantibus, ac ſedulò ſemper invigilantibus intra ſequens biennium tota fabrica in eum ſtatum eluctata ſit, ut An. 1629. die 26. Junii conſecratio ſolemnis inſtitui potuerit, quâ Suffraganeus Conſtantienſis Reverendisſimus ac Perilluſt. Dominus Joannes Antonius Epiſcopus Tyberiadis conſecravit duo altaria minora, ſeu (uti vocant) lateralia: quorum primum ſumptibus jam ſæpiùs nominati Illuſtrisſimi Domini Commiſſarii Comitis de Wolfegg: alterum verò itidem Illuſtrisſimi Domini Hugonis Comitis de Montfort antedicti, tertium autem Altare ſeu majus ſuam exiſtentiam liberalitati altèfati Domini Ordinarii in acceptis fert: à quo etiam An. 1630. die 17. Maji ſpeciali honori S. P. Franciſci unà cum Eccleſiâ ſolemniter conſecratum eſt.

❃ RAVENSPURGENSE

FLoret hodiedùm intra muros Ravenſpurgenſes fœmininum aliquod contubernium religioſum: cui ſub annum circiter 1395. dederunt initium devotariæ quædam abjectis fallacibus mundi gaudiis & vanis terreſtris vitæ hujus voluptatibus plenisſimè ſpretis ſoli Regum Virginum Chriſto ſeſe ſpecialiter mancipare cupidisſimæ, eædemque poſtmodùm anno ſeculari 1400. formulam ac Inſtitutum Tertiariarum S. P. Franciſci ardentisſimè complexæ in præſens usque ſub viſitatione RR. PP. Minoritarum Conventualium Sacroſanctum habent, & ad magnam Ravenſpurgenſium oppidanorum, etiam heterodoxorum ædificationem arctisſimè cuſtodiunt Seraphicum Ordinem ſuum in regulari clauſtro propiùs adſito Eccleſiæ S. Michaelis, quæ filialis ſolùm eſt primariæ parochialis illius Ravenſpurgenſis ad Divam Virginem nuncupatæ, ac minor hæc unicè deſervit Sanctimonialibus iſtis Franciſcano-Tertiariis ad cultum divinum ſtatutis horis ac temporibus frequentandum.

RECHENTSHOFENSE

ABbatiale Cœnobium fœmininum ſacræ familiæ Ciſtercienſis diœceſis Spirenſis in Ducatu Wirtenbergico & Præfecturâ Vayhingenſi jam priori durante ſeculo à Domino fundi fraudulenter occupatum, ac religioſis domicellis per ſummam injuriam violenter expulſis meriſſimè fuit lutheranizatum: de quo famoſus Sueviæ noſtræ Chronographus Martinus Cruſius quamvis damnati nominis author in Paralip. ad ſuos annales Sueviæ cap. 13. fol. 51. pandit ſequentia: *Rechentshofenſe* (Monaſterium) *ferè apud Binnium & Bietigheimium oppida fuit ante annum Domini 1245. Albertus enim de Lomersheim Canonicus majoris Eccleſiæ Spirenſis & Plebanus in Sachſenheim decimas novalium ejusdem pagi Cœnobio donans, id à ſe factum in litteris ait propter Dominum Jeſum Chriſtum: & ob reverentiam Matris ejus Virginis Mariæ: & ob amorem qvoq; Bellraini (de Wizzenſtein) fundatoris (inqvit) veſtri & cognati noſtri. Et anno 1302. Conradus Comes de Vayhingen dùm curiam qvandam cum parte decimæ in Stepenken Cœnobio huic traditam à Walthero veteris urbis Luphen milite libertate donavit: id à ſe factum ait ob reverentiam Beatiſſimæ Virginis Mariæ & dilectionem ſinceram Conventûs ejusdem Monaſterii fundatores noſtri (inqvit) progenitores fuerunt. Ergò utraq; familia fundamenta hujus Cœnobii jecerat &c.* Ita Cruſius loc. cit. poſt quem Gabriel Bucelinus de primâ clauſtri hujus origine in ſuâ Germaniâ ſacrâ parte alterâ fol. 264. vel paucis ita ſcribit: *Non longè à Binniken & Bietickheim oppidis illuſtre Virginum Deo ſacrarum Cœnobium fundatum ad honorem Cœlitum Imperatricis à Belreino Dynaſtâ de Wizzenſtein ſub annum Chriſti circiter 1200. dotatum à Conrado Comite de Vayhingen & Alberto de Lomersheim ejus agnato.* Et ſic ille, Documenta verò rediviva Monaſt. Wirtenberg. Virginum de fatali Ciſtercienſis Parthenonis hujus interitu ac violentâ ſuppreſſione loquuntur in hæc verba fol. 87. In dem Frauen-Cloſter Rechentshofen/ ſo auch Mariä Cron genannt worden/ Ciſtertzer Ordens/Speyrer Biſtumbs/ befindet ſich/ daß (Anno 1535.) die neu promulgirte Reformation/ und erſt unter der Banck herfür gezognes Evangelium / des Lutheri Propheceyung nach / alsbald dieſen Effect gewunnen/ und unter den Cloſter-Frauen groſſe Stritt und Zwitracht entſtanden; alſo / daß die in ihrer Religion und alten Glauben Beſtändige/ mit den Abgefallnen nit mehr eſſen wöllen / auch die Sach endlichen zu blutigen Streichen erwachſen. Et infrà fol. 112. So befindet ſich auch/ dz dieſer Zeit (1549.) die Priorin des Cloſters Rechentshofen/ ſambt anderen ſieben Cloſter-Frauen / noch in ziemlichen Stand verblieben. Item fol. 263. den 14. Junii (1571.) kommen die Kirchen-Räth abermal mit einer Klag-Schrifft ein/ wegen daß ſo ſäumig / mit denen noch übrigen Cloſter-Frauen/ ſowol der Religion als Haushaltung halben/ ein ernſtlicher Proceß und Aenderung vorgenommen werde/ da doch bey Herrn Herzog Chriſtoffen Leb-Zeiten ſchon allbereit ein guter Anfang mit Rechentshofen geſchehen; allda die noch überbliebene Cloſter-Frauen/ deren damals ſambt zweyen Layen Schweſteren noch in allem drey geweſen/ auſſer demſelben Cloſter mit einer genannten Unterhaltung und Jährlichen Leibgeding abgefertiget worden/ darunter dann folgends die zwo Layen-Schweſteren mit Tod abgangen / und die dritte Cloſter-Frau/ Magdalena Schenckin von Winterſtetten zu Vayhingen/ unterhalten worden ꝛc. ꝛc.

REICHENBACHENSE.

HErcinianum Ordinis S. Benedicti Monaſterium Abbatiæ Hirſaugienſi ſubditum & incorporatum, de cujus initio Cruſius in Annalibus part. 2. lib. 8. cap. 5. refert ſequentia: *Anno 1083. Abbas Wilhelmus Cellam S. Gregorii in Reichenbach fundavit hac occaſione. Nobilis qvidam vir nomine Berno ſenior prædiolum ſuum in nigrâ ſilvâ ſitum (in loco, qvi à rivo ibi in Murgam influente Reichenbach vocatur) S. Aurelio Hirſaugienſi præſentibus multis teſtibus in hæreditatem æternam tradidit, id unicè poſtulans, ut ibi Monaſterium ab Abbate Wilhelmo conſtrueretur. Capto igitur concordi ſeniorum conſilio miſit Abbas Monachos tres & laicales quinq; in illud prædiolum nemore denſiſſimo hiſpidum: ut ſilva eruta locoq; purgato petitioni Bernonis ſatisfieret. Qvi cùm Anno 1082. circa Idus Maij veniſſent eò, haud paucos dies pro tugurio tegebantur viridi abiete. Eorum unus erat Erneſtus: qvi ceu Pater ſecundus ad ædificationem impenſas maximè dedit. Ideò ejus parentumq; memoria ibi impoſterum inſtituto Wilhelmi Abbatis celebrata. Jactum porrò fundamentum Eccleſiæ eſt An. 1083. & eo triennio abſoluta, dedicata deinde An. 1086. à Gebehardo Conſtantienſi Epiſcopo. Loci ejus termini occidentem verſus usq; in medium Murgæ. Septentrionem verſus usq; in Reichenbach. Meridiem verſus usq; in Murgeſpach & usq; in verticem montis, qvi Bragberg dicitur: in qvo etiam Cella erat ad ejusdem S. Gregorii honorem: ad qvam idem Berno ſenior dederat unam Hubam in Viſchbach. Inſtitutus autem in hoc Monaſterio Prioratus Benedictini Ordinis Conſtantienſis diœceſis eſt: isq; à tempore fundationis in conſecuta tempora Abbati immediatè plenoq; jure ſubjectus, ita ut ipſi poteſtas fuerit data inſtituendi ac deſtituendi Priorem ejus loci, Monachosq; conſecrandi. De hac Reichenbachenſi fundatione in Regiſtraturâ illuſtrisſimâ Badenſi in hanc latinam ſententiam germanicè ſcriptum eſt: Anno 1080. vixit Berno Sichburgius & Haigerlochius Baro. Hic uxore ipſius (Baroniſſâ Kirnbergicâ) mortuâ, & fratre Arnoldo ſe non benè gerente, liberis cùm careret, villulam ſuam Reichenbachlum ante aliqvam ſilvam ſitum ad Nicrum in Cœnobium mutavit, teſtibus Alberto & Harprechto Baronibus Zimmerenſibus fratribus Bertchtoldo Staufſenbergio ad Rhenum eqvite aurato & Melchiore de Oppenweiler, Geroldo & fratre de Sterzingen aliisq; Nobilibus viris Monaſterio cùm Eccleſiâ ædificato. Berno inibi vitam tranſegit, ut Converſus. Hæc ibi.* Ita Cruſius loc. cit. cui ſuperaddere placet etiam Trithemium Abbatem in Chronico Hirſaugienſi part. 1. fol. m. 255. de Prioratu ſeu Reichenbachenſi Monaſterio taliter ſcribentem: *Anno 1083. S. Wilhelmi Abbatis decimo quarto, Indictione Romanorum ſextâ, poſitum eſt fundamentum Eccleſiæ Prioratûs in Richenbach per ipſum S. Patrem & laborantibus fideliter fratribus ac ſuffragia eleemoſynarum miniſtrantibus devotè Chriſti fidelibus totum opus Oratorii triennio conſummatum eſt, cujus fundationis ſeriem Divus Pater ipſe tali modo deſcripſit:* In nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis ego Wilhelmus nullis meis meritis ſed ſolâ Dei miſericordiâ Hirſaugienſis Cœnobii Abbas notum eſſe deſidero omnibus tam futuris quàm præſentibus, quod quidam ingenuus Senior Berno nomine prædiolum ſuum in nigrâ ſilvâ ſitum, qui locus ibidem à rivo, qui Murgam influit, Richenbach vocatur S. Aurelio Hirſaugiæ in præſentia idoneorum teſtium in æternam hæreditatē tradidit, id unicè poſtulans, ut ibidem Monaſterium conſtrui ſatagerem. Accepto igitur communi concordique ſeniorum noſtrorum conſilio miſimus fratres noſtros Monachos tres & laicales quinque in idem prædiolum nemore denſiſſimo hiſpidum, quatenùs ſilvâ erutâ locoq; purgato conſtruerent Monaſterium. Anno itaq; Incarnationis Dominicæ 1082. Indictione quintâ circiter Idus Maij cùm veniſſent iidem fratres in prædictū locum haud paucis diebus pro tugurio tegebantur nudâ abiete. Horum autem unus vocabatur Erneſtus vir probus & curialis, qui jampridem ſe ſuaque omnia noſtræ dederat obedientiæ, quem cum ſuis omnibus eidem loco in adjutorium conceſſimus. Extitit ergò idem Erneſtus

Erneſtus loco & fratribus Proviſor & quaſi Pater ſecundus, qui ad extirpandam ſilvam, ad purgandum locum, & ædificandum Monaſterium ad conſtituendas officinas maximè ſuas ipſe impenſas dedit,& undequaque competenter acquiſivit. Ejus ergò parentumq; ipſius ſicut & meam meorumque ibidem memoriam ibidem celebrem haberi dignum indicavi litterasque firmavi. Acta ſunt hæc anno præſcripto.

Et notandum, quòd Prioratus dicti Monaſterii hujus Reichenbachenſis à primo fundationis tempore usque modò Abbati Hirſaugienſi immediatè manet ſubjectus, & ad ipſum ſolum pertinet plenum jus ac poteſtas inſtituendi ac deſtituendi Priorem ipſius loci toties, quoties ille indicaverit utile vel oportunum: cui tamen juri ac poteſtati ſubinde contradixerunt (quamvis inani ſolùm conatu & effectu) inquilini Reichenbachenſes teſte eodem Trithemio fol. 386. in hæc verba: *His temporibus* (Anno 1433.) *facta eſt diſſenſio inter Wolframum Abbatem hujus Monaſterii Hirſaugienſis & Fratres in Prioratu de Reichenbach, Monaſterium namq; Reichenbach à primâ fundatione ſuâ usq; in præſentem diem pleno ſemper jure fuit, & eſt Abbati Hirſaugienſi ſubjectum, & ad ipſum pertinet inſtituere ſimul & deſtituere in eo Priorem, quoties ſibi utiliter fuerit viſum & opportunum Anno autem prænotato poſt mortem Prioris fratres loci non requiſito Abbate* (*quod prius nunqvam fuerat præſumptum*) *ex ſe alium conſtituerunt. Qvod poſteaqvàm Abbati innotuit electores præſumptuoſos correcturus properavit: qvos omnes in rebellionem conſpiràſſe invenit. Cùm autem, ſe jure, neſcio quo, conarentur defendere* (*ſeqvebantur enim conſilia quorundam, à qvibus fuerant decepti*) *& nullà poſſent ratione induci, ut piè monentem ſequerentur Abbatem, à Wolframo citantur ad generale Concilium Baſileenſe, ubi cùm adveniſſent, Judices acceperunt, qvi ſententiam pro Abbate tulerunt, iſta, qvæ dicimus auctoritative decernentes. In primis videlicet, qvòd Abbas Hirſaugienſis pro tempore exiſtens, ſicut ex antiqvo ſemper habuit, ita deinceps perpetuò ſit habiturus omnimodam ſuper Monaſterio in Reichenbach & plenariam jurisdictionem in ipſiusq; ſit poteſtate ſolius inſtituendi, ordinandi continuandi, deſtituendi, deponendi vel mutandi Priorem ejusdem Cœnobii, qvando & qvoties ſibi viſum fuerit expedire, ſine contradictione. Fratrum ibidem vel alterius cujuscunq;. Simile judicium de reliqvis ejus loci officialibus fuit promulgatum, qvos Abbas inſtituere poteſt qvotiescunq; & qvando voluerit.*

Deinde Judices deputati à Concilio privilegiis Monaſterii diligenter examinatis cognoverunt, ſtatuerunt & confirmarunt, qvòd Abbas quoties in memorato Cœnobio priorem voluerit inſtituere, non de ipſâ Congregatione ſed de Conventu Hirſaugienſi aſſumat idoneum, ne Fratribus in Reichenbach ſuperbiendi detur occaſio aut materia infidelitatis. Tertiò nihilominùs decreverunt, qvòd plenum Cœnobium ejusdem Cœnobii ſicut diximus reſideat penes Abbatem pro tempore exiſtentem juxta privilegium & conſtitutionem primæ fundationis Beati Wilhelmi Abbatis, & qvòd Priores in Reichenbach qvolibet futuro tempore exiſtentes neminem ſine ſcientiâ & voluntate Hirſaugienſis Abbatis ad Ordinem ſuſcipiant. Quarta Judicum Concilii fuit conſtitutio, qvod Prior in Reichenbach qvolibet ævo exiſtens Abbati ſuo Hirſaugienſium in præſentiâ Fratrum ſingulis annis de receptis & expoſitis plenam dare & facere teneatur rationem, ſicut à temporibus B. Wilhelmi quotannis factum eſt nemine recalcitrante. His per Concilium determinatis Fratres de Reichenbach compulſi fuerunt, ſe Abbatis obedientiæ ſubjicere, & actioni temerariæ, qvam ſuſceperant, renuntiare: Item infrà fol. 479. *His etiam temporibus* (An. 1472.) *Fratres Prioratûs S. Gregorii Papæ in Reichenbach Abbati & Monaſterio Hirſaugienſibus immediatè ſubjecti contra Abbatem Bernardum iterum temerè in ſuperbiam elati Priorem ſuo arbitrio inſtituere contendebant, quod eatenùs nec jure poterant, nec conſuetudine. Unde Bernardus Abbas Jurium & Privilegiorum Monaſterii ſui defenſor acerrimus cauſam ad Ordinarium ſuum Epiſcopum Spirenſem detulit, Jus ſuum non ſolùm litteris, verùm etiam poſſeſſione ac præſcriptione manifeſtâ probavit. Quibus coram Epiſcopo declaratis oſtenſis & probatis talem ipſe Præſul ſententiam dedit, qvòd videlicet ſolius ſit Abbatis Hirſaugienſis pro tempore exiſtentis Priorem in Reichenbach, pro ſuo arbitrio inſtituere*

ſtituere, quoties utile ac neceſſarium judicaverit: cui Prior ipſe in omnibus tenetur obedire &c. Hactenùs Trithemius de ſæpedicto Prioratu Monaſtico-Benedictino in Reichenbach; qui ſub finẽ ſuperioris ſeculi terribiliter admodùm infeſtatus, & ab hæreticis violenter fuit occupatus, prout ſimpliciter deſcriptum habetur in Documentis Monaſt. Wirtenberg. Virginum fol. 271. in hæc verba: An. 1593. iſt Herr Herzog Ludwig todts verfahren/ u. Herr Herzog Friderich in ſein Statt getretten. Welchen/ weilen im Land Würtenberg kein einig/weder Manñ- noch Frauen-Cloſter/ noch auch einzig ander geiſtlich Gut zu ſpoliren überblieben/ haben die Würtenbergiſche Räth Jh. Fürſtl. Gnaden ſo gar auſſer des Lands geführt/ und zu gewalthriger Einziehung des Priorats Reichenbach beredt. Wie dann des Vogts zu Dornſtetten Gutachten dahin gehet/ daß man aus dem Dornſtetter Ampt von Bayrs-Bronn/ ſo nur ein halbe Stund von Reichenbach ligt/ bey der Nacht ein Schützen 200. in der Still verſamblen/und morgen frühe vor Tag das Cloſter einnehmen/ auch gleich damit deſſelbigen Unterthanen/ zu Verhütung Widerwärtigkeit/in Huldigung/ von Jhro Fürſtl. Gnaden wegen/ zu nehmen/ da man dann auch ferner noch etliche Päß und Weeg/ daß dieſelbe Unterthanen ſich nit zuſammen rottiren könten/ verwahren/ alsdann gleichfalls zuſehen müſten/was Baaden u. Eberſtein geſinnet ſeyn möchte. Auf den unverhofften Fall aber/ da es ein mehrer Hülff erforderen ſollte/ könte man aus den Alpirſpacher/ Sulzer/ Dornſtetter/ Dornheimer/und Nagolter Aembtern in 12. oder 14. Stunden biß in 1500. Mann aufbringen/ zuforderiſt aber fleißige Kundſchafft ausmachen/ was man ex adverſo Vorhabens/ ſonderlich/ weil ſie die Gegenwehr viel weiter und ſchwerlicher zuhanden bringen/ und ehe darzu ſich einlaſſen/ ehe ſeines (des Vogts zu Dornſtetten) Erachtens die Sachen auf leidenliche Vertrags-Mittel: ſonderlich weil Baaden und Eberſtein/ wie er Vogt verſtehe/ auſſerhalb der Contribution/ Item/ Atzung und Haltung zweyer Jäger kein ſonderlich Eintrag/ ſo viel ihme Vogt wiſſend/ aus bemeldten Cloſter nicht haben/ kommen möchten/ darunter fleiſſig zu handlen/ und ein wenig Geld nicht anzuſehen/ dann diß Cloſter und deſſen Einkommen viel zu einen anderen und beſſeren Eintrag und Nutzen zu richten 2c. 2c.

Item fol. 272. Anno 1595. den 24. Octob. iſt im Namen Friederichen Herzogen zu Würtenberg/ durch Doctor Chriſtian Tolde/ als Commiſſarium und Bernard Grimmeiſſen/ Jh. Fürſtl. Gnaden Räth und beſtellten Hauptmann das Cloſter Reichenbach bey der Nacht mit etlich 100. Mann zu Roß und Fuß/ auch dabey geführten Feld-Geſchütz vor angebrochnen Tag in die Würtenbergiſche Händ gebracht/ die Conventualen und darzu gehörige Unterthanen in Huldigung und Pflicht genommen/ die Novitii oder junge Religioſi hinweg geſchafft/ den anderen noch übrigen Conventualen ein neuer uncatholiſcher Schaffner aufgedrungen/ hingegen der Prior alldort/ Joannes Hügel über ein Waſſer zu entweichen/ genöthiget worden.

Taliter ergò Monaſterium hoc Reichenbachenſe hoſtiliter expugnatum ſub præpotenti manu & dominio hæreticorum ſecundùm antiquum ſeu priorem religioſæ diſciplinæ ſtatum & obſervantiã omnimodè defecit, & quamvis reſtitutio illius in integrum denuò facienda ſuis locis inſtantiſſimè quidem (uti conſtat ex ſeqũentibus) fuerit expetita, ſolicitata, ac etiam ſeriò demandata, nunquàm tamen ad realem usq; executionem illius & effectum ſubſecutum proceſſit, ſiquidem vana ſolùm ſine viribus ira in ſceleratiſſimos hujusmodi nefarios aggreſſores ac ſpoliatores faciendæ reſtitutionis undequaqúe reos fuit, prout ampliùs patet ex dicendis mox infrà.

Eodem fol. An. 1596. den 24. Martii/ hat obgedachter Prior von Reichenbach/ Kayſerl. Majeſtät Rudolffen 2c. mit ſambt einem Fußfall wider Würtenberg/ dieſer übel-verübten That wegen/ ein Klag-Schrifft eingegeben/ auch benebens umb Hülff/

Schutz und Schirm allerdemüthigſt ſupplicirt und angehalten/ darauf den 7. Junii / iſt aus Prag nachfolgend Kayſerl. Mandat-Schreiben an Hr. Herzog Friederichen zu Würtenberg abgeloffen.

Rudolph ꝛc. ꝛc. Hochgebohrner lieber Vetter und Fürſt / welcher Maſſen D. L. nechſt abgelauffenen 1595. Jahrs den 24. Octobris bey der Nacht das Cloſter Reichenbach durch etlich hundert Mann zu Roß und Fuß / mit darbey geführten Feld-Geſchütz überfallen/ vor angebrochnen Tag in ihre Hand bringen/ die Conventualen und darzu gehörige Unterthanen in Huldigung und Pflicht nemmen/ die Novicios oder Religioſos hinwegg ſchaffen / den anderen noch übrigen im Cloſter verbliebnen Conventualen einen neuen uncatholiſchen Schaffner anſetzen laſſen/ auch dahero den geweſten Priorn auſſer Forcht zu entweichen gedrungen/ und daß D. L. als mit eigener That des Cloſters ſich bemächtiget / das alles hat Uns ſo wohl der Hochwürdige in GOtt Vatter/ und Hochgebohrner Herr Andreas/ der heiligen Römiſchen Kirchen / des Tituls S. Mariæ Novæ Diacon Cardinal von Oeſterreich/ Biſchoff zu Coſtantz und Brixen / Adminiſtrator der Gottshäuſſer Murbach und Luders/ Marggraff zu Burgau/ Unſer lieber Vetter u. Fürſt/ als ſelber Landen Jurisdiction Ordinarius, wie auch der vertriebne Prior Joannes Hygelius nach Läng geklagt / und darumb Unſer Kayſerl. Einſehen u. Hülff angeſucht und gebetten. Entgegen iſt Uns gleichwohl D. L. theils von ihrem jüngſt allhier gehabten Geſandten Burckarden von Berlichingen angebracht/ was D. L. an ihme deßwegen geſchrieben / und Marggraff Ernſt Friederichs zu Baaden Abgeſandten zu Antwort gegeben/ welches wo nöthig / Uns zu Bericht biß D. L. weiter gehört wurde/ fürgetragen werden möcht.

Wann Wür aber eins gegen dem anderen halten / und dieſe Ding mit ihren Umbſtänden zur Gebühr erwägen/ ſo befinden Wür / daß D. L. mit vorberührten eigenthätlichen Einfall und Zugriff zu viel gethan/ daß auch ſolch factum mit deme von D. L. angezognen Prätext ſich nit juſtificiren laſſe / dann was D. L. etwan von hievor geweſnen Abbten zu Hirſchau angezogen/ auf ſich erſtrecken will/ ſintemahl mehr genannte Abbtey Hirſchau jetzt in Religions-Weſen/ und ſonſten zu einem anderen Stand / dann vor dieſen gerathen / und nun etlichmal die Marggraffen zu Baaden/ und Graffen zu Eberſtein/ als des Gottshaus Reichenbach Caſten-Vögt und Schutz-Herren/ vorgehende Herzogen zu Würtenberg und dieſelben ſich wegen Hirſchau der Beſetzung eines Prioris zu Reichenbach. Item Beywohnung der Viſitation und Rechnung anmaſſen wöllen / darvon abgewieſen/auch ſchon länger (wie Uns fürkommt) dann vierzig Jahr dabey ruhiglich verblieben/ ſo hätte demnach D. L. zum Fall ſie nit benügt zu ſeyn/ und ein mehrers zu verlangen/ verhofft/ nit mit der That und eigenem Gewalt/ſondern ordenlicher Weiß auch vor Uns / als oberſten Vogt-und Schutz-Herren aller des Heiligen Reichs Stiffter ſolch vorberührte ihre angegebne Sprüch ſuchen und ausſpühren ſollen; gleicher Geſtalt würden des vertriebnen Priorn halb / da derſelb ſein Leben und Haushaltung dermaſſen ärgerlich und beſchwerlich/wie D. L. meldet/ geführt/ Mittel bey Uns oder ſeiner geiſtlichen Obrigkeit nicht gemanglet haben/ darwider/was ſich gebührt/ fürzunehmen/ und ſoll noch an ordentlicher Erkundigung nicht erwinden. Derowegen befehlen Wür D. L. hiemit von Römiſcher Kayſerl. Macht ernſtlich/ und wollen / daß D. L. innerhalb ſechs Wochen die nechſte nach Uberantwortung diß anzuraiten vielgemeltes Gottshaus Reichenbach/ und deſſen Priorn Joannem Hygelium in hievorigen Stand allerdings / wie es vor D. L. eigenthumblichen Neurungen und Anmaſſung geweſen/ reſtituire und ſetze/ den uncatholiſchen Schaffner hinweg thue / die Religioſen / Unterthanen und Schaffnert auch andere der geleiſteten und abgenöthigten Gelübd relaxiere und erlaſſe/ auch hinfüro ſich gegen den Cloſter/ Prior/ und all des Gottshaus Angehörigen/ verneuren / eigenthätlichen Gewalts durchaus enthalte / hernach wann die Reſtitution jetzt anbefohlner Maſſen vollzogen / zum Fall D. L. mehr angeregts Priorats zu Reichenbach / oder auch des Priors Johann Hügelins Perſon halb ichtes berechtigt oder beſchwehrt zu ſeyn meynt/ wöllen Wür ſolches von D. L. und nach Befindung darauff die Gebühr und Billichkeit ſchleinig verordnen/ an dem erſtat-

tet

tet D. L. was dem Rechten und Reichs-Ordnung gemäß iſt/ auch Unſeren gefälligen endlichen Willen und Meynung.

Fol. 279. Anno 1613. den 1. Martii / ſchreiben an Hr. Herzogen Johann Friederich des Cloſters Reichenbach wegen/die Würtenbergiſ. Räth folgender Geſtalt ꝛc. ꝛc. Allein tragen Wür nochmahls vermög obangedeuter der Kirchen-Räth unterthänigen einfältigen Bedenckens die Fürſorg: weil ſolche Occupation des Cloſters Reichenbach von Ih. Fürſtl. Gn. hochgeliebten Herren Vatteren/ weiland Herzog Friederichen hochlöblicher Gedächtnuß / einmahl erſt neulicher Zeit / nemlich in Anno 1595. alſo lang nach aufgerichtem Religions-Frieden / und deme nicht weniger zuwider eingenommen und reformirt werden/ es werden alle diejenige Prætextus, ſo man ex parte Euer Fürſtl. Gnaden prætendire / wo man auf der anderen/ und der Catholiſchen Seiten dieſe Sachen ſtrictè obſerviren wird/ nicht hafften mögen. Hæc loco cit. cœterùm plura de miſerando id temporis ſtatu Reichenbachii nobis haud ſuppetunt, quàm quòd ab hæreticis deposthàc conſtanter fuerit infeſſum, & primùm poſt annos 33. denuò reſtitutum teſte Romano Hay in Horto Cruſiano fol. 566. in pari materiâ taliter ſcribente: *Decreto Ferdinandi II. Imperatoris reſtitutus eſt Ordini S. Benedicti Prioratus Reichenbach ad Abbatiam Hirſaugienſem ſpectans Anno 1629. triginta & ampliùs annis omnibus Monachis deſtitutus Duce Wirtenbergiæ Monaſterium violenter occupante*; idem tamen locus denuò pace Weſtphalicâ perditus & Lutheranizatus An. 1648.

REITENBACHENSE

FOemininum aliquod hujus nominis Monaſterium inter ea, quæ quondam in Marchionatu Burgovienſi fuerunt inclyta refert quidem Lazius de migrat. gent. lib. 8. fol. 407. de quo tamen quia nec, cujus Ordinis ſeu profeſſionis iſtud fuerit nec ubinàm locorum ſteterit, clariùs aſſerit; ætate noſtrâ nemo quidquam de clauſtro hoc Reitenbachenſi referre ſcit, ſi tamen aliquandò intrà fines memorati Marchionatûs Burgovienſis ubiubi tandem locorum extitit, non niſi ſororum tertiæ Regulæ S. Franciſci fuit, & ad diœceſim Auguſtanam pertinuit.

REUTENSE

REUTA *virginale Cœnobium* (Ordinis S. Dominici) *juxta Wildbergum oppidum* (prolixè ſatis hoc deſcriptum in Topographiâ Sueviæ Zeilleri fol. 219.) *Conditum eſt circa annum 1318. à Comite Burchardo de Hohenberg & uxore Ridgarde Palatiniſſâ.* Ita quidem Cruſius part. 3. lib. 4. cap. 4. qui tamen ipſe in chartis quibusdam antiquis parthenonem iſtum à Comite Hohenburgenſi Burcardo & uxore ejus Rutgardâ Palatiniſsâ fundatum fuiſſe reperire ſcribit infrà in Paralip. cap. 13. fol. 56. Verùm Reutenſem hanc Congregationem paulò pòſt fundatione ſuâ vetuſtiorem eſſe perhibent quædam (quibus ipſe Burcardus Comes antedictus villam ſuam ſive oppidum Oberietingenſe nuncupatum cum plenâ jurisdictione forenſi & cunctis reliquis juribus ac pertinentiis jam priùs An. 1288. Prioriſſæ & Conventui Reutenſi divendidit) litteræ datæ & expeditæ ſub tenore ſequentium: *Quia ſtatus mundi tranſitorius more fluentis aquæ labitur & vaneſcit, ideò humana requirit memoria, quæ præterit velut umbra, ea, quæ digna ſunt teneri, ſcripturarum teſtimonio roborari. Quare Nos Burchardus Dei gratia Comes de Hohenberg tenore præſentium profitemur & recognoſcimus publicè Nos dilectis in Chriſto Prioriſſæ & Conventui ſororum de Ruthi apud Wildperc Ordinis Prædicatorum ac earum domui vendidiſſe ac tradidiſſe villam noſtram ſive oppidum videlicet ſuperius Utingen cum jurisdictionibus, paſcuis, pratis, agris, campis cultis, nemoribus & aliis quibuscunq; juribus ad dictam villam pertinentibus, prout nobis ibidem competierunt, vel competere potuerunt pleno jure habenda & perpetuò poſſidenda, ſicut*

nos & noſtri hæredes ea habuimus & poſſedimus. Ac ipſius de evictione eorundem bonorum ſecundùm conſuetudinem Provinciæ promittimus nos cauturos, expreſsè conſenſu, omnium hæredum noſtrorum, qvorum intererat, accedente, receptis ab eis ducentis libris monetæ Hallenſium pecuniæ numeratæ & nobis ac noſtris hæredibus aſsignatæ. In quas etiam ſorores, pro ſalute noſtrâ Alberti fratris noſtri nec non Ulrici fratris noſtri defuncti ac remedio animarum omnium parentum noſtrorum priùs, hoc eſt, ante contractum venditionis prædictæ contuleramus Jus Patronatus Eccleſiæ cum plenâ & liberâ noſtrorum hæredum voluntate, prout nobis & noſtris hæredibus in ſæpedictâ villâ ſive oppido competebat. Teſtes hujus contractus ſunt Ludovicus Comes Palatinus de Tubingen, Fridericus Vice Plebanus in Wildberg, Henricus Capellanus in Ruthi, Henricus Advocatus de Voſiperg, Hugo filius ſuus. Volmarus de Heitirbach. Volmarꝰ de Weldeck. Marquardus de Witingen: Reinhart & Wezelo de Ratſelden: Joannes Moterer: Liuppo junior. Puzo. Bertoldus de Pfortzheim. Walpert Seiler cives in Wildberg. Trutwinus & Albertus Hermelinge. Walther de Megnizer, Bertholdus Lore Advocatus in Bulach, Albertus de Holzgeringen, Marquard Kecheler, Ulricus de Waldiſſe & alii quàmplures fide digni. In quorum evidentiam prænominatis Prioriſſæ & ſororibus tradimus præſentes litteras Sigillorum prædicti Fratris noſtri Alberti & noſtri munimine roboratas. Datum anno Domini 1288. quarto Nonas Julii.

Anno 1296. Henricus à Klingenſtein Epiſcopus Conſtantienſis Ordine quinquageſimus ſecundus translationem Juris Patronatûs Eccleſiæ Uttingenſis à Domino Burcardo de Hohenberg factam in favorem Prioriſſæ & Conventus Reutenſis authoritate Ordinariâ confirmat vigore ſequentis Bullæ: *Nos Henricus Dei gratiâ Conſtantienſis Eccleſiæ Epiſcopus ſcire volumus univerſos, ad quos præſentes pervenerint, qvòd nos ad petitionem nobilis viri Burcardi Comitis de Hohenberg, translationi Juris Patronatûs Eccleſiæ Uttingenſis noſtræ diœceſis, qvod tanqvàm Patronus religioſis Dominabus Prioriſſæ & Conventui Monaſterii Reutenſis, cujus idem plantator extitit & fundator pleno jure cum hominibus & poſſeſſionibus, quibus idem Jus Patronatûs annectitur ſeu inhæret, ut communi menſæ eorundem cederet, contulit ſive dedit noſtrum conſenſum pium & voluntarium, dummodò nos vel Nobilis antedictus poſſimus efficere, ut voluntas Capituli noſtri Conſtantienſis Eccleſiæ interveniat, Dei intuitu impertimur. Eam authoritate Ordinariâ confirmantes præſentium teſtimonio litterarum noſtri appenſione ſigilli in præmiſſorum evidentiam munitarum. Datum Viennæ qvinto Calendas Novembris anno Domini milleſimo ducenteſimo nonageſimo ſexto.*

Anno 1317. Burcardus Comes Hohenbergenſis antedictus venditionem pagi Oberietingenſis in favorem Monaſterii Reutenſis à ſe factam, renovat ac confirmat, nec non queisvis Juribus in dictum pagum quomodolibet habitis tam ſuo quàm hæredum ſuorum nomine Sponſæ renuntiat, ſpecialiter autem ab omnibus ſervitiis utcunque hactenùs ſibi præſtitis depoſthâc omninò liberum declarat ſequentium tenore: Wür Graff Burckard von Hoheuberg/ verjehen offenlich an dieſem Brieff/ und thun kund allen denen/ die ihn leſen oder hören leſen/ daß Wür alle die Recht / die Wür zu Ober-Jetingen haben/ oder je gewinnen/ es ſey an Holtz oder an Wald/ an Leuthen oder an Güteren / die zu demſelben Dorff gehörend/ oder je gehört an allen den Leuthen / die da inn ſeind geſeſſen / es wäre dann/ daß ſie belohnet wären in demſelben Dorff/ wo die anderſtwo wären/ die haben Wür geben recht und redlich der Priorin / und der Samblung zu Reuten mit allen dem Recht/ als es Unſer war/ und als es Unſer/ vor deren an Uns hand gebracht/ um zweyhundert Pfund Haller/ die Wür darum von ihnen empfangen haben. Wür nehmen

nehmen hierinn kein gut aus / es wären Hoff / Acker / Wieſen oder Holtz vorgeſetzet / kein Weiß / oder es vorkäme / wo die genannten Frauen ſelbige erforſcheten / das ſollten ſie leſen / und wieder gewinnen / um ſo viel Pfennig / als es ſtund / ob ſie wollten / ob es zu demſelben Dorff gehörte / Wür verichen auch mehr / daß Wür das vorgenannt Cloſter zu Reutin / und alle die Güter / die darzu gehören / und unter Uns gelegen ſeynd / gefreyet haben / alſo daß ſie darvon Uns noch keinen Unſeren Erben nimmermehr Dienſt ſollen / wenig oder viel / u. daß das alles ſtet bleibe / darum ſo haben Wür Unſer eigen Inſigel gehenckt an dieſen Brieff / der war geben zu Reuten / da man zahlt von Chriſti Geburt dreyzehnhundert Jahr / und in dem ſiebenzehenden Jahr an dem Dienſtag in der Pfingſt-Wochen.

Anno 1363. Advocatiam ſeu tutelam ac defenſionem tam ſibi quàm toti quoque clauſtro ſuo Reutenſi à Sereniſſimo Principe Ruperto Comite Palatino Rheni de futuro ſpecialiter impendendum expetit loci Prioriſſa per ſequentes litteras: Ich Schweſter Adelheid / die Hutin genannt / Priorin zu dieſen Zeiten / und darnach der Convent gemeinglich zu Reutin / Prediger Ordens / der gelegen iſt bey Wildberg an der Nagold / in Coſtantzer Biſtumb / verjehen und thuen kund allen denen / die dieſen Brieff ſehend / leſen oder hören leſen / daß Wür mit guter Vorbetrachtung / und mit gemeinem Rath genommen haben zu einem Vogt / und zu einem Schirmer Unſers Leibs und Guts / und Unſers Cloſters Unſeren gnädigen Herren / den Edlen Hochgebohrnen Fürſten / Herzogen Ruprecht zu Bayren den Elteren / und Pfaltz-Graffen an den Rhein / oberſten Truchſeß des Heiligen Römiſchen Reichs / daß er Gewalt habe über Uns zu beſetzen und entſetzen / zu nieſſen nach ſeinen Gnaden mit ſolcher Beſcheidenheit / daß er Uns und Unſer Cloſter und Güter ſoll bleiben laſſen in ſolcher Freyheit / als Wür von Unſerem Stiffter und von Unſerem Orden von Alters gefreyet und geſtifft ſeyn. Und des zu einer wahren Sicherheit / ſo geben Wür dieſen Brieff beſigelt / mit Unſers Convents Inſigel zu Reuten / der geben ward in dem Jahr / da man zahlt von Chriſti Geburt dreyzehenhundert Jahr / und darnach in dem dritten und ſechzigiſten Jahr / an dem nechſten guten Tag vor S. Bartholomeus Tag.

Anno 1444. Ulricus Comes Wirtenbergicus quævis Jura ac privilegia hactenùs ab Advocatis prioribus Monaſterio Reutenſi conceſſa ſtabilit, innovat & confirmat, prout ſequitur: Wür Ulrich Graff zu Würtenberg ꝛc. bekennen und thun kund offenbar mit dieſem Brieff / für Uns und Unſer Erben / daß Wür von beſonderen Gnaden wegen / und auch darumb / daß der Gotts-dienſt dardurch gemehrt / und deſto fleiſſiger vollbracht möge werden / denen Ehrſamen und Geiſtlichen / Unſeren lieben beſonderen / der Priorin / und den Convent-Frauen zu Reutin / bey Wildberg / Prediger Ordens / und in Coſtantzer Biſtumb gelegen / confirmirt und beſtettiget haben alle und jegliche ihre verſiglete Freyheiten und Privilegien / ihnen von Unſeren Vorfahrern / Stiffteren / Herren und Schürmeren des vorgenannten Gottshaus gegeben / verſiglet und verſchrieben / alſo daß Wür und Unſer Erben / Unſer Amptleuth / und menniglich von unſertwegen / ſie und ihre Nachkommen hinfüro geruwiglich u. ohne Eintrag darbey bleiben laſſen ſollen und wollen / als ſie die biß uff heutigen Tag gehabt / und redlich herbracht hand. Wür confirmiren und beſtettigen ihnen auch die als vorgeſchrieben ſtehet mit dieſem Brieff / alles ohne Gefehrde. Und des zu Urkund / haben Wür Unſer eigen Inſigel thun hencken an dieſen Brieff / der geben iſt zu Stuttgard / am Montag vor S. Georgen Tag / nach Chriſti Geburt / als man zahlt vierzehnhundert vierzig und vier Jahr.

Anno 1475. Eberhardus Comes Wirtenbergicus à Venerabili ac Religioſiſſimâ Dominâ Prioriſſâ Reutenſi quosvis Monaſterii ſubditos in causâ rei monetariæ legi ac conſuetudini

Wirtenbergenſium conformes ut ipſa reddat ad paratos enixè petit per ſequentes litteras : Eberhard Graff zu Würtenberg und zu Mömpelgard ꝛc. Unſeren günſtigen Gruß zuvor liebe beſondere ꝛc. Dieweil ſo mancherley gefährliche Enderungen mit etlichen Müntzen geſchicht/ deren dann bißher viel under Unſer Müntzen geriſſen ſeyn/ und dardurch der gemeine Mann ohnwiſſend menniglichen geſchädiget wird/ ſo haben die Hochgeborne Fürſten / Unſer lieber Oheim/ Herr Chriſtoff und Herr Albrecht Gebrüdere/ Marggraffen zu Baaden ꝛc. der hochgeborn Unſer lieber Vetter/ Ulrich Graff zu Würtenberg/ und Wür Uns miteinander vereint/ verſchrieben und verbunden/ daß hinfüro kein Müntz in Unſer Land genommen oder geben werden ſoll / dann wie hernach ſtehet / und das iſt alſo / die Pfenning und Schilling der 4. Schläg/ Baaden/ Würtenberg/ Coſtantz u. Ulm/ die hievor geſchlagen ſeynd/ ſollen genommen und geben werden / ein Pfund und acht Schilling Haller für einen Reiniſchen Gulden / und nicht höcher. Man mag auch nemmen und geben Metzblancken/ einen für dreyzehen der vorgenannten Pfenning/ gut Böhmiſch/ und alle Plappern/ einen für acht Pfenning / ein Creutzplappert für fünffzehen Haller/ einen Baßler-Plappart für ſieben Pfenning/ und einen Etſchkreutzer für dritthalb Pfenning/ auch nach Anzahl jegliches ein Pfund u. acht Schilling für einen Reiniſchen Gulden/ und nit mehr/ ſolches haben die obgenante Fürſten uud Herren/ und Wür in Unſeren Landen zu halten gebotten/ bey Pön zweyer Pfund Haller / und dabey befohlen darob zu ſeyn / daß keiner Unſer Unterthanen / weder mit Korn/ Wein/ noch mit was anders in Unſeren Landen niendert hin zu Marck fahr zu kauffen oder zu verkauffen / da die Müntz nicht gehalten oder genommen würdet / wie vorſtehet / und welcher diß Unſer Gebott übertritt/ ſoll von jeglichem Gulden wehrt Müntz oder darunter/ die er anders nimmt/ dann vorgeſchrieben ſtehet/ zu Pön geben zwey Pfund Haller / und die daran uff dem Marckt und des gerügt / oder daran ergriffen werden/ ſollen in Gefängnuß werden genommen/ biß auf ferneren Unſeren Befelch/ und ein jeglicher ſoll den anderen rügen bey ſeinen Ayd/ ſo ihr nun auch mit eueren Gottshaus / und den ſeinen in Unſeren Land gelegen / und Uns zugewinnt ſint : ſo begehren Wür an euch/ ernſtlich bittend / ihr wollet mit euers Gottshaus armen Leuthen und Hinderſeſſen ernſtlich ſchaffen / ihnen bey vorgemeldten Pönen gebieten / und darob ſeyn/ daß ſie die Müntzen/ wie obgeſchrieben ſtehet/ halten/ und andere Märckt/ da man ſie nicht hält/ meiden/ wie die Unſeren/ dann ihr vorſtehet/ wohl ſollten Wür die Unſrige dringen/ ſolches zu halten/ und die eurigen neben ihnen ſitzen / und des frey ſeyn/ ſo es doch umb gemeinen Nutzen fürgenommen wird/ daß es mit guten Willen bracht. Wür haben auch mit den vorgenannten Unſeren Oheim und Vetteren lauterlich darüber verordnet / darauff zu halten/ und die Verbrechung ſolcher Gebot anzunehmen/ das möget ihr den Eueren auch verkünden / ſich darnach wiſſen zu richten ; beweiſet euch hierinn gutwillig / als Wür euch wohl getrauen / das wollen Wür gern freundlich um euch beſchulden/ euer beſchrieben Antwort bey dem Boten. Datum Vrach am Montag vor Simonis und Judä Anno &c. LXXV.

Hactenùs Documenta Wirtenbergica, præter quæ Parthenonis hujus Reuthenſis ſubinde mentionem facit etiam Cruſius in Annalibus ſuis Suevicis part. 3. lib. 5. cap. 9. de eodem talia fatus : *Juxta Nagoltum oppidum* (deſcriptum à Zeillero Topographiâ Sueviæ fol. 137.) *eſt Reutum Gyneceaum ſacrum : ubi Sigismundus eſt ſepultus ultimus Hohenbergicus Comes.* Item lib. 8. cap. 18. *Erat tunc* (Anno 1483.) *Nagolti Præfectus Burcardus de Ehingen : cujus frater Wolfius obierat relictâ filiâ Eliſabethâ. Hæc recepta eſt certis litteris in hoc Reutenſe Monaſterium ſub conditione obedientiæ : dando quotannis , ſi non faceret profeſſionem ad diem S. Martini denos florenos, factâ autem profeſſione 150. florenos Rhenenſes, item altero tanto perſolvendo, ſi frater puellæ ſine liberis moreretur Chriſtophorus ab Ehingen.* Reſtat etiam Epitaphium quoddam in templo Reutenſi conſpicuum, & in hæc verba legendum: *Anno Domini 1356. obiit Conradus Comes de Hohenberg miles octavo Idus Septembris.*

Cùm

Cùm modò Reutenſe Parthenium hoc (ut cuncta alia Ducatûs Wirtenbergici Collegia ſacra ac Monaſteria meriſſimè profanata) religioſis inquilinis jam pridem exulare coactis omni ſacratiore cultu & religione maneat evacuatum, juxtà tamen, quonàm tempore & anno ſors hæc inimica ei obtigerit, nobis etiam invitis maneat occultatum, probè ſuſpicamur ſuperiori jam durante ſeculo triſtem hanc metamorphoſin amaro corde ſuſtinuiſſe venerabiles loci domicellas ſacri Dominicani Ordinis alumnas; quæ ſi fortè cum aliis Anno 1630. fuerunt reſtitutæ, denuò tamen omnem nativam poſſeſſionem ſuam deoccupare debuerunt ac multo cum fletu lugentes abire pace Cæſareo-Suecicâ in id potenter adacræ. An.1648.

❋REUTENSE

ALiud paris ſexûs & nominis Incluſorium: hoc tàmen tertiæ Regulæ S. P. Franciſci ſubditum Conſtantienſis itidem diœceſis in Reuten pago Heiſtergoviæ Suevigenis oppidanis Waldſeenſibus vicino hodie florentiſſimum. Propriis ſumptibus hoc adornavit Anno 1407. Venerabilis ac religioſiſſimus in Chriſto pater ac Dominus Conradus Kügelin Canonicorum Regularium ſanctæ memoriæ Præpoſitus Waldſeenſis; idem pientiſſimi Contubernii hujus quoad vixit in ſpiritualibus Rector & Confeſſarius inter alias domicellas in illud recludens etiam caſtiſſimam Chriſti ſponſam dilectam admodùm in Chriſto filiam Eliſabetham Achlerin patriâ Waldſeenſem, quæ poſt vitam (ætate noſtrâ typo tùm latino tùm Germanico vulgatam) ſanctiſſimè traductam ipſo feſto die S. Catharinæ Virginis & Martyris ſeptimo Calendas Decembris anno gratiæ 1420. ætatis 34. cœlis immigravit quotidianis miraculis hodie clariſſima, unde & *Thaumaturga Suevia* paſſim inaudit communibus omnium votis Albo Sanctarum Virginum adſcribi digniſſima ac deſideratiſſima.

REUTLINGENSE

REutlinga imperiale oppidum diœceſis Conſtantienſis in Ducatu Wirtenbergico famoſum, idem ad Echez amnem uno circiter milliari Tubingâ diſſitum jam ſuperiori durante ſeculo merisſimè Lutheranizatum vel olim ante deteſtabilem religionis orthodoxæ profligationem quatuor etiam (præter primarium ac parochiale templum ſuum Ter almæ Virgini Deiparæ dicatum, & alia quinque ſacella minora apud Cruſium in Paralip. cap. 14. fol. 59. enumerata) habuiſſe Monaſteria ſat benè conſtat ex eodem Analiſtâ noſtro Suevico loc. cit. Prima illorum fuit de Ordine Minorum S. Franciſci jam ab An. 1281. ſuâ fundatione præclarum ac continuò RR. PP. Conventualibus addictum, tandem verò Religioſis inquilinis tumultuante hæreſi ſecedere coactis in commune Urbis Hoſpitale mutatum.

REUTLINGENSE

ALterùm ibidem loci clauſtrum religioſum hoc tamen fœmininum de priſtinâ pietate ſuâ haud ampliùs quidquam retinens præter inane nomen ſuum, quo vulgariter ab oppidanis ſeu civibus Reutlingenſibus appellari ſolet **das Nonnen-Cloſter**; atque hinc neque de regulari (quem aliquando coluit) Ordine ſuo, neque etiam de qualicunque priſcâ fundatione notum, itidem obſcurâ ſolùm ſui memoriâ ſupereſt ſecundùm omnem Catholiciſmi ſtatum jam pridem ab heterodoxo Magiſtratu ſeculari penitùs extinctum & abrogatum.

REUT.

REUTLINGENSE

TErtium Reutlingæ domicilium ſacrum & hoc quoque fœmininum inclaruit aliquandò juribus ac proventibus (uti conjectura dictat) largiſſimis dotatum dehinc vulgari nomine ſuo **die reiche Samblung** appellari ſolitum: cujus tamen ampliſſimos redditus atque uberes fructus ſacros omnes jam à longiſſimo temporis tractu (Sanctimonialibus penitùs excluſis) ſacrilegè devorant alieni. Fuit Ordinis S. Claræ.

REUTLINGENSE

QUartum apud Reutlingenſes cujuscunque demùm Ordinis ſeu religioſæ profeſſionis mulieris itidem ſexûs Incluſorium, nec uno quidem nomine ſeu titulo ſuo vix & ne vix quidem ex patriis monumentis eruendo poſteritati notum, utpotè jam à longis retrò temporibus impiè ſuffocatum & & fataliter extinctum usque ad fundamentum in eo, ſeu fundum illius, quem olim Reutlingenſi cuidam templo S. Leonardi intitulato contiguum ad officinas lateritias habuiſſe legimus apud Cruſium antè citatum.

✱RHENOFELDENSE

RHenofelda *urbs munita* (ut inquit Michael Antonius Baudrand in novo Lexico geographico part.2. fol.128.) *Germaniæ in Sueviâ provinciâ ad Rhenum fluvium & una ex quatuor urbibus ſilveſtribus ſub dominio Auſtriacorum vix duobus milliaribus Germanicis ſupra Baſileam in ortum Sanctionem versùs totidem. Pluries capta & recepta ſub ultimo bello Germanico tandem pace Monaſterienſi reddita in ipſo limite Helvetiorum & Briſiacæ provinciæ ſituata*, habet inquam urbs ſeu Rhenofeldenſe fortalitium iſtud intra diœceſanos limites Baſileenſes hodie ſpectatiſſimum Eccleſiam (quæ ſimul etiam parochialis eſt) S. Martino Epiſcopo Turonenſi Confeſſori ſacram: quæ primùm ob originę ſuâ parochialis ſolùm fuit; inde verò cenſibus & uberioribus (quibus hodiedùm gaudere licet) redditibus tùm precariò collatis, tùm emptitiè comparatis ampliùs dotata & augmentata procurante loci Ordinario Henrico II. Comite Thunenſi Epiſcopo Baſileenſi ſub annum 1228. titulum & dignitatem Collegiatæ promeruit, etſi vetuſtum aliquod protocollum domeſticum usq; modò ſervatum hujuscemodi promotionem attribuat Henrico III. è Comitibus Neoburgenſibus, Baſileenſi itidem Epiſcopo quadrageſimo quinto, qui ab anno 1263. usque ad 1274. Pontificatum geſſit.

Viri Principes & Magnates tùm ſacri tùm politici, qui collegiatam hanc S. Martini Eccleſiam variis inſtaurârunt juribus, privilegiis ac libertatibus recenſentur eſſe perplures, videlicet Henricus VII. Romanorum Rex Anno 1230. Gregorius Papa IX. Anno 1231. Bonifacius VIII. An. 1295. Urbanus VI. An. 1384. Humbertus Epiſcopus Baſileenſis An. 1402. Fridericus Archidux Auſtriæ An. 1408. Maximilianus I. Anno 1490. Ferdinandus I. Anno 1524. quorum omnium diplomata ſalva permanent, & hodiedùm ſuo loco ſervantur integra.

Primogenius Eccleſiæ hujus ſtatus fuit omninò feliciſſimus & Canonicorum numerus (præter Sacellanos quatuor) duodenus, inde tamen vertentibus annis communi patriæ ſaluti nimiùm quantùm infeſtis, & aliis hæreſum ac bellorum injuriis ſecundùm totam dimidietatem ſuam immunitus, unde ſex ſolùm temporibus noſtris iſthîc loci degunt Canonici, videlicet Reverendiſſimi ac reſpectivè Prænobiles Clariſſimique DD. Melchior Ziegler Engenſis Præpoſitus: Georgius Joſephus Eggs Rheinfeldenſis SS. Theologiæ Doctor, Cuſtos & Parochus: Ferdinandus Gerwigg Friburgenſis Brisgoius SS. Theologiæ Baccalaureus Senio, Hyacinthus Fiſcher Rheinfeldenſis. Sexta ſedes de

de præſenti vacat. Memoratur quidem in antiquioribus chartis aliquandò etiam Rheinfeldenſis Decanus: cujus tamen perſonatus & titulus jam pridem fuit antiquatus: Et cùm hìc præter morem inter Canonicos Seniori præponatur Cuſtos, qui ſimul eſt etiam ſæpedictæ Rheinfeldenſis civitatis Parochus, ſciendum (qualiter ne noviſſimè per litteras edocuit modernus digniſſimi Collegii hujus Oeconomus ſpectabilis Dominus Sebaldus Eblin) quòd Officium Cuſtodis ſimul & Parochi ſemper ſuſtinere debet ille, qui inter Canonicos eſt noviſſimus, quique quamdiu hoc munere fungitur privilegio præcedentiæ ſine contradictione ante alios Concanonicus ſemper & ubique gaudet ac ſecurè perfruitur poſt Præpoſitum ubique proximus; fit tamen idem denuò poſtremus toties, quoties in demortui alicujus novus ſubintrat Capitularis Canonicus, idem pariter (ut audiamus) Cuſtodis ac Parochi munia ſubiturus. Sunt etiam Sacellani tres, qui in ordine vicis ſuæ ante Deum ſecundùm conſuetudinem ſacerdotii rei divinæ ritè faciendæ cum aliis jugiter perquam ſtrenuè ſatagunt.

❋RHENOFELDENSE

HAbet hodie Rhenofelda pientiſſimum quoque RR. PP. Capucinorum domicilium, de quo notatu digna ſuperant: Anno reparatæ ſalutis 1594. iidem Terapeutæ Capucini Badenâ Helvetiorum Rhenofeldam humaniſſimè per litteras invitantur à Primoribus loci ſeu Magiſtratu ſeculari; comparentes etiam intentionem de religioſâ manſione ſacro Seraphico Ordini Rhenofeldæ ſtruendâ percipiunt, ad quam tamen oblationem factam per ſe nihil omninò reſolvunt, ſed ad referendum (uti loquimur) ſolummodò rem propoſitam aſſumunt. Licentia poſt hujusmodi delationem convenienter impertitâ mox de loco pro religioſâ familiâ in congruam habitationem opportunè coordinandam apto confertur, ac paratis poſt hæc ad fabricam neceſſariis An. 1596. de ſpeciali mandato Ordinarii ſeu Reverendiſſimi ac Illuſtriſſimi Domini Domini Jacobi Chriſtophori Blarer à Wartenſe S. R. J. Principis & Epiſcopi Baſileenſis dedicantur fundamenta, ac Dominicâ adventûs multo concurrente populo lapis Angularis ponitur à Clariſſimo viro Adm. Rdo D. Joanne Rüdelbaum Collegiatæ Eccleſiæ Rhenofeldenſis antedictæ Canonico & Decano Urbisque Parocho; Ad operis perfectionem ex piâ in ſacrum Seraphicum Ordinem liberalitate contulêre plurimùm tùm ipſe Dominus Decanus antedictus, tùm Reverendiſſimus ac Illuſtriſſimus Dominus Hartmannus ab Halweil Ordinis Teutonici Commendator Beuckenſis. Biennium tamen operi impenditur Miraculum inter ædificandum accidit; puer enim volubilis rotæ currûs caſualiter involutus, ac ab omni parte quaſi pro toto minutatim contritus à religioſo F. Andreâ Laico Capucino ſalvificæ Crucis ſigno conſignatur, ex templo ſalvus & incolumis reſtituitur in integrum. Anno itaque 1598. ſtructurâ undequaque completa ſummus Rauracorum Antiſtes nominatus ſuprà templum perſonaliter conſecrat in honorem ſummæ & Individuæ SS. Trinitatis die 25. Octobris immensâ quaſi concurrentis populi frequentiâ ſpectatum admiſsâ. Mirus hoc tempore ſupremo id temporis Provinciæ Miniſtro Adm. R. P. Andreæ Surlacenſi caſus obvenit, dum ſcilicet ipſe Baſileâ cum ſocio Rhenofeldum abituriens per fanatica neſcio quæ magnifica in aperto campo deluſus palatia nefaria Strygarum offendit conventicula, qui tamen formato Crucis ſigno confeſtim omnia perire & evaneſcere fecit à proximo, cui aderat, ſubmerſionis periculo ſeſe liberans per ipſas Strygas ad ipſa defluentis Rheni littora conſtitutum.

Steterat Conventus hic Rhenofeldenſis annis 36. nunquam non imperturbatus, cum ecce non niſi diabolicâ perſuaſione ipſo S. Crucis Dominicæ Feſto Exaltationis ſub mediam noctem ab incurrentibus hæreticis Rheingravii militibus in atros cineres redigitur non ſine maximo Catholicorum luctu ac communi bonorum omnium complo-

ratu; quo tamen ferali diſturbio ſincerus Rhenofeldenſium incolarum Zelus neutiquam fuit injunctus ſed poſt communem patriæ pacem & quietem pace Weſtphalicâ ſtabilitam de alio religioſiſſimis Patribus diverſorio quantocyùs apparando conſultant, idque non ut prius extra, ſed intra urbis ſuæ mœnia concedendo. Pro loco igitur ad erigendam fabricam de prævio Magiſtratus conſilio, & pleno lubentique, quorum intererat, conſenſu deſtinantur ædes hæredum Eggſiorum: quorum antiquiſſima familia (prout ampliùs conſtat ex Baſileâ ſacrâ fol. 155.) jam olim inclyta Tullenſi Eccleſiæ Epiſcopum dedit Brunonem qui poſteà fuit Leo IX. Pont. Max. Anno 1054. die 15. April. cœlis receptus.

Proin Anno 1655. Calendis Aprilis pro novo hoc intra ipſam urbem Conventu juxta morem erecta primus quoque lapis ritu ſolemni poſitus ac in ſuſceptâ operis ſtructurâ proſperatum eſt per omnia. An. autem 1657. ipſo S. P. Franciſci feſto die locum templumque finaliter abſolutum denuò in honorem Summæ Trinitatis Deificæ conſecravit Reverendiſſimus aa Perilluſtris Dominus Thomas Henrici, Epiſcopus Chryſopolitanus Proepiſcopus Baſileenſis, atque hic gratiâ memoriâ recolendum, quòd in recenſito magè facilitando ſublevandoque ædificationis negotio ſingularis potiſſimùm enituit munificentia Reverendiſſimi ac Illuſtriſſimi Domini Philippi Alberti à Berndorff equeſtris Ordinis Teutonici pro tempore Commendatoris Beuckenſis nec non Reverendiſſimorum ac Prænob. DD. Stephani Mendorfen Canonici & Præpoſiti ac Georgii Irmler itidem Canonici & Cuſtodis Eccleſiæ Rhenofeldenſis ad S. Martinum. Sed nec ſilentio præter eundum, quod Sueci milites è diruto priori Monaſterio lapides ſedulò quidem colligentes in valla converterint, fructu tamen & effectu (ulciſcente Nemeſi divinâ) haud alio, quàm ut tota ſtructura hujuſcemodi materialibus ſacrilegè ſurreptis ſuffulta, brevì poſt tota quanta corruerit funditus everſa.

Cœterùm Religioſi Patres, qui Conventū Rhenofeldenſem tum prudentiâ ſuâ plurimùm illuſtrârunt, fuiſſe perhibentur ſequentes: & primus quidem ac ſummè præcipuus fuit R. P. Petrus Laudenſis perpetui ſilentii amator ſedulus, adeò, ut non ſemel tacendo, quàm loquendo plùs ſeſe didiciſſe conteſtaretur; unde ſummoperè diligebat ſolitudinem nemoribus, & contemplationibus amicam. Sæpius etiam exceſſùm mentis perpeſſus divinas habuit illuſtrationes. Extitit quoque peregregius Catholicæ fidei Zelator nullam omninò negligens occaſionem ad ſaniora dogmata reducendi hæreticos: coram quibus religionem Romanam ſolam & unicam eſſe veram & æternæ ſaluti certitudinaliter aſſequendæ ſummè neceſſariam inſigni comprobavit miraculo: dùm ſine læſione carbones vivos ignitosque usque dùm ſponte ſuâ deficerent, & extinguerentur, in manibus geſtavit ſine damno pientisſimâ tandem morte cœlis inſertus tertio Calendas Decembris Anno 1613.

Alter non minori laudis encomio dignisſimus fuit R. P. Balthaſar Grieſachenſis natione Helvetus officio Concionator ac Confeſſarius animam ſuam pro ſalute proximi ponere cupidisſimus, utpotè ſingulari Zelo ſuccenſus omnibus emortuis peſte parochis ſecularibus pago Surtenſi ac aliis epidemica lue venenatis Anno 1610. perquam ſedulò ſacra contulit adminiſtravitque ſacramenta, quousque ſaniori aurâ terris illis conceſſa locorum curiones ordinarii in officio paſtorali ſuccederent, ipſe verò R. P. Balthaſar quarto Nonas Auguſti in ſolemnitate Portiunculæ ſub annum 1618. terris emigravit ad felicitatem æternam translatus.

Tertiò venit R.P. Hippolytus Friburgo - Brisgoius itidem Concionator & Confeſſarius vir planè Apoſtolicus, qui inter incruentos meritò valet acenſeri Martyres, utpotè qui Rheinfeldâ à Suecis hæreticis fortiter obtentâ apud Commendantem urbis, conſpirationis clandeſtinæ cum Cæſareanis habitæ ac proditionis reus omninò, quamvis falſisſimè delatus & inſimulatus ea propter in carcerem & vincula

cula conjectus innoxiè luit, ubi loci ſqualore fameque diriſſimè vexatus fermè contabuit quousque innocentiâ ejus plenè cognitâ, & cunctis probata dimiſſus quidem fuit, nunquàm tamen ex illo tempore priſtinæ ſanitati reſtitutus paulò poſt vitam liquit temporalem, pro meritis aſſecutus æternam. Sanctitatem illius divinum Numen illuſtri teſtimonio declaravit, ſiquidem poſt mortem Hymnus Ambroſianus ad ſepulchrum Patris Hippolyti ſuavisſimè concini vocibus auditus eſt angelicis.

❋RIEDERENSE

MOnaſterium Canonicorum Auguſtinianorum primùm à tempore ſuæ fundationis & originis Abbatia Tiezelheimenſis indigitatũ diœceſis Conſtantienſis in ſuperiori Sueviâ ad fauces ſilvæ Herciniæ peramœno ſatis loco conſtitutum, & non niſi tribus horis à notiſſimo illo ac celeberrimo S. Blaſii intitulato familiæ Benedictinæ Cœnobio diſſitum, idque variis juribus, privilegiis ac redditibus ſat opimis inſtructum Anno Verbi Incarnati ſupra milleſimum centeſimum quinquageſimo ſecundo fundatorem omnium primum habuit Marquardum à Weiſſenburg avitæ Nobilitatis virum, qui de proprio allodio ſuo pro bonis terreis æterna mercaturus Deum cæli hæredem conſtituit omnis poſſeſſionis ſuæ; dùm ſcilicet ex conſenſu Conradi II. Romanorum Regis locum ſatis amplum Canonicis Regularibus (religioſo clauſtro juxtim apparato) pleniſſimè ſubdidit. Dos prima novæ ſpe-ſæ huic ſeu Eccleſiæ Riederenſi ad congruam inhabitantium ſuſtentationem uberrimè collata recenſebat complures villas paulò pòſt nominatim enumerandas, & primum loci Advocatum egit authoritate regiâ ſpecialiter in id ordinatus Conradus de Krenchingen hujuscemodi jure ac titulo etiam ad poſteros devoluto: quamvis poſterioribus annis tenui ſolùm potentiâ (qualiter ex actis abundè ſatis perſpicitur) adminiſtrato; ſiquidem jam Anno 1303. Fridericus à Weiſſenburg à competenti Judice ritè condemnatus quævis latifundia etiam à Majoribus ſuis utcunque ſubtracta reſtituit; quod idem ipſum in ſimili caſu præſtiterunt etiam alii authoritate tùm Apoſtolicâ, tùm Imperatoriâ ſeu Cæſareâ potenter adacti. Cœterùm Tiezelheimenſem (hodie Riederenſem) Abbatiam hanc ſtatim ab initio ſui adinſtar aliarum Eccleſiarum in ſpecialem Imperii protectionem fuiſſe receptam oſtendit diploma Cæſareum in rei confirmationem clementiſſimè datum & expeditum ſub hujusmodi tenore: *In Nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis Conradus divinâ favente clementia Romanorum Rex ſecundus Auguſtus &c. &c. Si anteceſſorum noſtrorum Regum & Imperatorum circa Eccleſiam DEI & Eccleſiaſticas perſonas confovendas ac procurandas devotionis ac pietatis inhærere veſtigiis ſtudebimus, & ad cultum divinæ religionis & obſeqvii propagandi imperialis noſtræ tuitionis ſuffragio eis nunc & in perpetuum providebimus; id tùm ad præſentis vitæ tranqvilitatem, tùm ad æternam beatitudinem promerendam nobis profuturum fore non ambigimus. Ea propter notum ſit omnibus tam præſentis qvàm futuræ ætatis Chriſti fidelibus, qvaliter nos religioſorum virorum preces clementer admiſimus & Cellam qvandam Tiezelheim dictam, qvam liber homo & Nobilis Marqvard nomine uxore orbatus ac liberis filium Dei univerſorum bonorum hæredem conſtituens in honorem ejus & Beatisſimæ Matris ipſius Mariæ in proprio allodio fundavit ſub noſtrâ imperiali tuitione ſuſcipimus, & prædia, qvæ ipſe ad ſuſtentationem Fratrum Deo ibidem ſub regula B. Auguſtini devotè famulantium ſine omnium bonorum contradictione legaliter contradidit, villas videlicet Criezheim, Munchingen, Esſinum, Wilo, Ruſchin, Rautenbach, Riederen, vel qvacunq; oblatio fidelium impoſterum contulerit, ſeu ſolicitudo Fratrum qvoq; juſtè contraxerit prædictæ Cellæ præſentis*

 ſcripti

ſcripti privilegio ac totius corroborationis munimine confirmamus. Concambium quoqve, qvod pro Decimis ejus loci, in qvo Cella conſtructa eſt cum Carolo Tugienſe parochiano ejus licentiâ & conſenſu Hermanni Conſtantienſis Epiſcopi, adſtipulantibus utriusq; Advocatis jure legali factum eſt, ratum habentes locum ipſum ab omni decimali jure, qvod priùs Tugienſi Eccleſiæ perſolvebat, liberum eſſe in perpetuum ſtatuimus. Prætereà decernimus, ut Conradus de Creinchingen, & poſt cum per ſucceſſionem prolis filius primogenitus Eccleſiæ jam dictæ advocati dignitatem conceſſione Abbatis, qvi nunc præeſt, Alberti ejusq; ſucceſſorum tali conditione obtineat, ut nullum ſub-advocatum vice ſuâ conſtituat, etſi qvam injuriam Eccleſiæ vel Fratribus populisvè Advocatiæ ſuæ ſubjectis ſciens & contumelioſè facere præſumpſerit, niſi ſecundò tertiovè per Abbatem vocatus emendaverit, alter, qvem Abbas cum Fratribus de eâdem Congregatione idoneum & utilem elegerit, per manum Abbatis ſubſtituatur. Ut autem hoc imperiale decretum noſtrum omne per ævum ſtabile & inconvulſum permaneat, præſentis privilegii noſtri paginam ſigilli noſtri appreſſione inſigniri juſſimus, adjicientes, & regiâ authoritate ſancientes, ut ſi qvis horum, qvæ ſtatuimus, temerarius violator extiterit: banno regali ſubjaceat, & triginta libras auri optimi & totidem prædictæ Eccleſiæ perſolvat. Teſtes quoq; idoneos, qvorum in præſentiâ hæc facta ſunt, ſubterſcribi juſſimus, qvorum nomina hæc ſunt: Hermannus Conſtantienſis Epiſcopus: Fridelohus Augienſis Abbas: Abbas de Petrishauſen Albertus: Manegoldus Abbas S. Udalrici. Fridericus Dux Saxoniæ: Conradus Dux Burgundiæ: filius ejus Bertholdus. Hermannus Marchio de Baden. Comes Humbertus & frater ejus. Udalricus de Linzeburg. Comes Eberhardus de Nellenburg, Comes Rudolfus de Pfullendorff: Comes Albertus de Dilingen &c. &c.

Signum Domini Conradi Romanorum Imperatoris ſecundi. Actum feliciter Amen. Ego Arnoldus Cancellarius vice Henrici Archiepiſcopi & Archi Cancellarii recognovi Data VII. Idus Januarii Indictione XV. Anno Dominicæ Incarnationis milleſimo centeſimo qvinqvageſimo ſecundo regnante Domino Conrado glorioſiſſimo Romanorum Rege ſecundo Auguſto, anno verò Regni ejus decimo qvarto.

Poſthæc durante adhuc eodem Chriſtiano ſeculo duodecimo, Abbatia iſta Tiezzelheimenſis ſuo loco mòta, translata fuit ad unam ex villis in recitato diplomate Cæſareo *Riederen* appellatam: ex tunc *Præpoſitura Riederenſis* ſuo nomine nuncupanda: cujus antiqua jura & privilegia demùm innovavit, qui & ea recèns authoritate pontificiâ confirmavit Clemens Papa quintus cujus Bullâ habetur taliter expedita: *Clemens Epiſcopus Servus Servorum Dei dilectis filiis Præpoſito Monaſterii in Riederen per Præpoſitum ſoliti gubernari & ad Romanam Eccleſiam nullo medio pertinentis Ordinis S. Auguſtini Conſtantienſis diœceſis ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Cùm à nobis petitur; qvod juſtum eſt, tam vigor æqvitatis qvàm ordo exigit rationis, ut id per ſolicitudinem officii noſtri ad debitum perducatur effectum. Eapropter dilecti in Domino filii veſtris juſtis poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu omnes libertates à prædeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus ſive per privilegia, ſive alias Indulgentias vobis & Monaſterio veſtro conceſſas, nec non libertates & exemptiones ſecularium exactionum à Regibus & Principibus aliisq; Chriſti fidelibus vobis & Monaſterio prædicto indultas, ſicuti eas juſtè ac pacificè poſſidetis, vobis & per vos eidem Monaſterio, auctoritate Apoſtolicâ confirmamus. Nulli ergò omninò hominum liceat hanc paginam noſtræ confirmationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si qvis autem hoc attentare præſumpſerit Indignationem Omnipotentis Dei & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Viennæ Nonis Aprilis Pontificatûs noſtri anno ſeptimo, Chriſti verò milleſimo qvadringenteſimo, duodecimo.*

SYLLA-

SYLLABUS

SEu Series & Ordo ſucceſſionis Antiſtitum Tiezelheimenſium ſeu Riederenſium ex proprio Archivio totâ ſedulitate collectus, etſi non undequaque perfectus & integer, talis habetur.

I.

Albertus Anno 1152. in tabulis ſolo nomine memoratus cæterà incognitus, nec unde ad Prælaturam iſtam fuerit adſcitus usque modò deprehenſus. Gratiæ loco habendum, quòd ſaltem nomen ipſius avara nimis ſcriptorum antiquitas ad poſteros tranſmiſerit.

II.

Eberhardus poſt diutinum ſatis Interregnum ſeu Prælaturæ vacantiam circa annum 1224. notus legitimè præſediſſe & realiter poſſediſſe cuncta primæ fundationis jura, privilegia & allodia, quamvis hæc eadem ſucceſſu temporis iniquiſſimè turbata & infeſtata.

III.

Henricus Anno 1301. famoſus; in quo propter nimiam temporis inter çapedinem pariter laborare videtur ordinata Prælatorum Series, non item Canoniæ hujus, id temporis adhuc Summo Pontifici immediatè ſubditæ jura ac privilegia à Clemente V. (ut ſuprà vidimus) in Concilio Viennenſi authoritate Apoſtolicâ renovata & confirmata.

IV.

Bertholdus electus Anno 1318. tùm à Diethelmo Leopoldi Ducis Auſtriæ Mareſchallo homines proprios ſat multos ad pias cauſas donatos & oblatos accepiſſe ſuo loco notatus, de reliquo verò poſteritati parùm notus.

V.

Conradus I. Anno 1327. præ reliquis mirificâ rerum gerendarum peritiâ celebris; demùm Anno 1350. proprio ſuo religioſorum Canonicorum cœtu vel omiſſo vel neglecto totam ex proventibus Riederenſibus dimidietatem ad inſtantiam quorundam Nobilium Heroum Sueviæ Parthenoni Riederenſi mox recenſendo infrà lubens ceſſiſſe in actis iniquiſſimè traductus.

VI.

Joannes I. ſimpliciter tantùm Anno 1358. in ſcriptis annotatus.

VII.

Joannes II. de Bondorf electus Anno 1378. lapſu temporis grandi ſenectâ fatigatus Anno 1401. ſucceſſori ſponte locum ceſſiſſe commendatus.

VIII.

Wernherus Weiner de Heigerloch, inter alia, quæ memorabilia geſſit, confirmationem etiam privilegiorum Monaſterii ſui à Sigismundo Romanorum Imperatore in Concilio Conſtantienſi clementiſſimè datum obtinuit proprio quodam diplomate in id expedito; vigore cujus in novum ſæpedicti Riederenſis Monaſterii hujus Advocatum (Priore Joanne de Krenckingen penitùs antiquato & neglecto) conſtitutus fuit Joannes Comes de Lupfen Landgravius de Stüelingen ac Dominus in Hoheneck; quare præfatus Nobilis Creuzlingenſis ipſum Wernherum Præpoſitum armatâ manu ſacrilegè comprehenſum captivum abduxit, ac Monaſterio temerè ſpoliato non niſi 50. florenis in paratâ pecuniâ numerandis dimittere voluit; quâ controverſiâ ad arbitros nobiles viros Friſchauſen de Bodmann & Caſparum de Klingenberg devolutâ, quem aut qualem tandem ſortita fuerit exitum, vel inviti neſcimus.

IX.

Conradus II. An. 1419. in actis publicis commemoratus.

X.

Fridericus Renz præfuit ab Anno 1422. ad infauſtum usque (quem ſibi fatalem ſenſit) illum 1459. num ſucceſſore idoneo ad clauſtrale regimen nullo penitùs relicto; quare Canoniſſæ

Regulares in altero paris nominis contubernio Riederenſi propiùs adſito degentes vacantem hujusmodi Præpoſituram invadere motu proprio connitentes, & ſecularem quendam Presbyterum ad eam inducere volentes à malè tentatis quantocyùs deſiſtere prohibitæ ſunt per propriam quandam Bullam ab Ordinario loci in id datam ſub hujusmodi tenore : *Henricus Dei & Apoſtolicæ Sedis gratiâ Epiſcopus Conſtantienſis, univerſis & ſingulis Eccleſiarum Rectoribus Vice-Plebanis, Vicariis perpetuis & loca tenentibus eorundem Capellanis Altariſtis, Presbyteris & Clericis per civitatem & diœceſim Conſtantienſem ubilibet conſtitutis ſalutem in Domino & præſentium executionem. Noſtro intimatum eſt auditui, qvòd his diebus Præpoſitus Monaſterii Riederenſis Ordinis S. Auguſtini Canonicorum Regularium noſtræ diœceſis naturæ debitum perſolvit, quodq́ Magiſtra & Conventus in Riederen antedicti Monaſterii prætendentes jus eligendi perpetuum ibidem ad ſe ſpectare de Præpoſiturâ hujusmodi diſponere & presbyterum ſecularem eis beneplacitum absq́ noſtrâ & venerabilis ac religioſi in Chriſto Abbatis Monaſterii in Creuzlingen extra muros Conſtantienſes earum & dicti Ordinis viſitatoris & reformatoris generalis authoritate & voluntate in Præpoſitum eligere, de facto præſumant. Cùm autem id alienum Juri videatur, nec deceat presbyterum ſecularem regulari Monaſterio præfici disparis profesſionis homines in eodem corpore ſociari Superioris licentiâ deſuper non obtentâ; qvocircà officii noſtri debitum exeqvimur & dictarum Monialium præſumptioni temerariæ congruis remediis obviare volentes vobis omnibus & ſingulis ſupradictis communiter & diviſim in virtute S. obedientiæ præcipiendo mandamus qvatenùs accedentes, qvo propterea fuerit accedendum præfatis Magiſtræ & Conventui diſtrictè & ſub Excommunicationis pœnâ latæ ſententiæ in rebelles inhibeatis & interdicatu, qvibus & nos præſentibus interdicimus & inhibemus, ne absq́ noſtro & dicti Abbatis conſilio & aſſenſu expreſſo de prædictâ Præpoſiturâ diſponere aut ad illam religioſum vel ſecularem eligere vel præficere præſumant vel attentent, alioqvin ſecùs facientes volumus hoc ipſo dictæ ſententiæ excommunicationis ſubjacere & attentata pro infectis nullo unqvàm tempore valituris haberi & nuntiari. Datum Conſtantiæ in Aula noſtrâ anno Domini milleſimo qvadringenteſimo, qvinqvageſimo nono, die viceſimâ qvartâ Martii, Indictione qvintâ ſub ſigilli noſtri appresſione.*

XI.

Joannes hujus nominis tertius Pabſt cognominatus obiit Anno 1489.

XII.

Andreas Curer ſeu Murer aliis cognomine dictus haud ſine maximo animi dolore ſuſpicere contriſtatusq́ue nimiùm ſuſtinere debuit templum & Monaſterium ſuum Riederenſe totum in favillas abſumi; unde ſupremâ neceſſitate compulſus in qualecunq́ue demùm ſubſidium undeunde comparandum debita multa contraxit: quin & eleemoſynas collegit, quousq́ue tandem Anno 1520. miſeriarum ſatur Præpoſituram in manus Abbatis Creuzlingenſis ſui pro tempore Viſitatoris reſignavit, pauloq́ue pòſt vitâ quoq́ue temporali deceſſit Anno non notato.

XIII.

Joannes IV. Rottenberger contra rebelles ſubditos debitam ſervitiorum præſtationem ex ſententia Dicaſterii provincialis in ſuperiori Sueviâ ſub annum 1527. legaliter aſſecutus, ac univerſim de Monaſterio ſuo paſſim ſtrenuè promeritus fuiſſe laudatur in tabulis.

XIV.

Joannes V. Goſſolt Decanus Creuzlingenſis jam antè poſt reſignationem Andreæ Præpoſiti Riederenſis in Adminiſtratorem Canoniæ hujus deputatus, inde verò ſub annum 1530. in Præpoſitum illius canonicè poſtulatus & confirmatus octennio pòſt miſerabiliter occumbit, nimirùm Anno 1538. die 8. Februarii lamentabili prorsùs ac horrendo caſu ex inſidiis à tenebrione quodam peſſimo, & quidem æditua ſuo de nocte hoſtiliter invaſus & mi-

& miſerandum in modum necatus expiravit viro homicida & interfectore præmaturâ fugâ callidè dilapſo.

XV.

Joachimus Dumpel præfatò Anno 1538. die 17. Martii itidem ex Creuzlingen adſcitus: cujus ſub regimine ſacræ ædes Riederenſes iteratis vicibus caſualiter æquè ac infeliciter voracibus flammis aduſtæ magnum ſatis damnum & mœrorem attulerunt Præpoſito huic Joachimo, qui tamen de reliquo in officio Prælaturæ piè vixit usque ad annum 1563.

XVI.

Henricus Feer officio Decanatûs Creuzlingenſis ſat diu benè promeritus Riederenſem depoſthac Præpoſitum egit ad quinquennium ſola morte naturali depoſitus & exauthoratus Anno 1568.

XVII.

Laurentius Dienger, & is quoque Canonicus Creuzlingenſis ad Præpoſituram Riederenſem aſſumptus muneris ſui confirmationem accepit die 16. Julii; demùm poſt annos 20. in regimine clauſtrali laudabiliter expletos piiſſimâ morte defunctus Anno 1590. die 11. May.

XVIII.

Georgius Heuner ex Decano Creuzlingenſi plenarius Dominus & Antiſtes Riederenſis canonicè declaratus transacto Prælaturæ ſeptennio morte Juſtorum exanimatus defecit An. 1607.

XIX.

Petrus Haug dictus Schmidtner reſignatus Abbas Creuzlingenſis, pro tempore Parochiæ Wurmlingenſis propè Rottenburgum Nicri Vicarius à ſuo in dimiſsâ Prælaturâ ſucceſſore Georgio Abbate tanquàm loci Viſitatore ſub annum 1607. die 9. Julii ad regimen Riederenſe promotus eodemque adhuc anno die 22. Octobris authoritate Ordinariâ ritè confirmatus vir omni exceptione major pluribus titulis alter fundator celebrari juſtiſſimè promeritus tandem pro ſuis laboribus propemodùm infinitis, atque iſtis ad ſolam majorem DEI gloriam ſpontè ſuſceptis prœmia receptutus æterna ſancto fine requievit Anno 1626. die 29. Maij.

XX.

Joannes VI. Reinhard de Weinfelden ſeptimus ex imperiali Collegio Creuzlingenſi die 2. Julii Anno 1626. deſumptus primùm Adminiſtrator ſolùm fuit & inaudiit, quousque die 17. Septembris Annò 1632. Præpoſitus abſolutè conſtitutus, talisque authoritate Ordinaria confirmatus, expleto perfecti Regiminis ſui triennio pluribus aggregatus Anno 1635. præſentiſſimâ morte deceſſit gloriosâ viri non minùs probi ac boni famâ quàm ingenti perſonæ ſuæ deſiderio poſteris relicto.

XXI.

Bernardus Wegelin jam octavus ex ſæpedicto Creuzlingenſi Collegio promotus Anno 1635. idem paulò pòſt ſpontaneâ ac liberâ reſignatione ſuâ dimiſſus de reliquo privatus ſolùm vixit.

XXII.

Jacobus Denckinger Abbas Creuzlingenſis laudatus ſuo loco ſuprà ſingulari ſtudio & labore Præpoſituram hanc Riederenſem ab Urbano Papâ VIII. authoritate. Sedis Apoſtolicæ imperiali Cœnobio ſuo Creuzlingenſi hoſtilibus flammis (durante civitatis Conſtantienſis obſidione Suecicâ) miſerabiliter abſumpto, demùm è cineribus ſuis faciliùs inſtaurando in ſupplementum conceptæ meliorationis addi fecit, & pleno jure ſolemniter Incorporari procuravit Anno 1638. idem ex tunc ſimul Abbas Creuzlingenſis ac Præpoſitus Riederenſis intitulari ſolitus; ex quo tempore Canoniam hanc Riederenſem unicè curant & inhabitant aliquot Canonici Creuzlingenſes juxta beneplacitum Abbatis ſui ceu Præ-

Præpoſiti Riederenſis pro fovendâ ſalute ſubditorum juxta morem ad eam hactenùs dimiſſi.

XXIII.

Auguſtinus Gimmi Abbas Creuzlingenſis ſimul & Præpoſitus Riederenſis Ordine ſecundus ſenex admodùm beatam immortalitatem ingreſſus Anno 1696. die 19. Octobris.

XXIV.

Melchior Lechner Abbas Creuzlingenſis ac Præpoſitus Riederenſis electus An. 1696. die 29. Octobris.

❀RIEDERENSE

ALiud paris ſtatûs ac nominis, impar is tamen ſexûs religioſiſſimum ſodalitium â priori proximo virorum aſceterio Riederenſi, tertio quaſi lapide disjunctum communiter ad S. Mariam ſedentem intitulatum, utpotè ter Almæ Matri Virgini ſpecialiſſimè dedicatum. Huic ſub annum 1350. author extitit & initium dedit Conradus hujus nominis prim9, ordine verò quintus Præpoſitus Riederenſis nominatus ſuprà, dùm nempè propriæ Eccleſiæ ſuæ licet in animam commiſſæ parùm attentus, neſcio, quo Zelo ductus an ſeductus unico quietioris vitæ depoſthâc tranſigendæ deſiderio juſto nimiùm allectus devotariis quibusdam mulierculis vulgò Beginis privatas ſolùm ædes iſthîc incolentibus ultrò ſeſe conſocians, & ad ſacram regulam Canonico - Auguſtinianam de futuro tenendam amplexandamque ſimul illas pertrahens, tùm in qualemcunque putativæ ſaltem novæ fundationis ſuæ confirmationem, tùm etiam in congruam ſuſtentationem ad reliquos vitæ dies ſibi neceſſariam certos quoſdam cenſus & redditus ex bonis Canonicæ ſuæ Riederenſis antedictæ deſumptos perperàm licèt attribuit, ſicque hujusmodi domicellas depoſthâc ſtatu ſeu conditione ſuâ Moniales ſeu Canoniſſas (uti vocamus) regulares ipſe Conradus Præpoſitus conſtituit, â quo tempore religioſus ſacrarum (quarum eximium ſpiritûs fervorem in præſens usque diſcretè moderatur Canonicus quidam Creuzlingenſis) Virginum iſtarum cœtus iſthîc loci continuò ſubſiſtit, quamvis aliquandò temporum incuriâ & bellorum ſævitiâ ſatis imminutus multumque diſcerptus; idem tamen ſuperioribus annis pace publicâ Germaniæ redditâ (ſatagente plurimùm loci viſitatore Reverendiſſimo Domino Domino Abbate Creuzlingenſi) peregregiè reſtitutus & inſtauratus novâ ſcilicet coloniâ ex pientiſſimo parthenone Inzkovienſi recèns adductâ eaque ſenſim numero & meritis plurimùm adauctâ hodie florentiſſimus adſpectatur per omnia.

❀RIEDFELDENSE

ALiquod hujus nominis Monaſterium ſuperiori ætate ubiubi tandem locorum intra fines Ducatûs Wirtenbergici perſtitit ſituatione ſuâ conſpicuum, cæterâ nobis incognitum; atque iſtud â ſui initio Fratribus Ordinis Minorum ritus ac cæremonias RR. PP. Conventualium ſectantibus addictum, tandem verò lapſu temporis ad Franciſcanos Obſervantes ſeu (prout vocant) RR.PP. Recollectos fuiſſe tranſlatum novimus ex relatione Fortunati Hueber in Chronico fol. 892.

❀RIEDLINGENSE

RIedlinga Sueviæ ſuperioris oppidum in diœceſi Conſtantienſi Sereniſſimæ domui Auſtriacæ ſubditum ac deſcriptum in Topographiâ Sueviæ apud Zeillerum fol. 162. Cœnobium habet RR. PP. Capucinorum: quos civicus loci Magiſtratus â RR. PP. Franciſcanis Provinciæ Tirolenſis jam efflictim requiſitus ex recommendatione ſpectabilis viri multùm Reverendi Domini N. Schue-

N. Schueler pro tempore Parochi, nec non Prænobilis & Clariſſimi Domini Joannis Michaelis Schaz à Liebenfeld J. V. D. magis ad iſtos inclinatus tales præ illis aſſiſtere ſibi firmiſſimè decrevit, atque hujuſcemodi decreto conſtanter inhærens vota ſua & deſideria ad Provinciale Capitulum Anno 1644. Conſtantiæ coactum ſcripto detulit die 18. Aprilis pro ſua reverentiâ feliciter exauditus.

Patres proin aliqui Riedlingam directi privatas ſolùm ædes, quas tùm ſibi primitùs delegerunt inhabitandas cum propter periculoſiſſima perdurantis adhuc belli Suecici tempora Monaſterii conſtructio nedùm procedere poſſet, quamvis jam Anno 1645. die 18. Octobris ſacrum Crucis vexillum de more fuerit erectum & lapis angularis in fundamenta dimiſſus gratioſo miniſterio Reverendiſſimi ac Ampliſſimi Domini Udalrici Abbatis Zwifaltenſis.

Memoratis Patribus adhuc dictas ædes civicas incolentibus honeſta quædam vidua ex nomine ſuo Catharina Vetterin appellata Crucifixum obtulit in quâdam domo ubi neglectim pendebat, ob execrandas malitioſæ Juventutis petulantias inibi perpetratas tam copioſo perfuſum ſudore, qui rivuli inſtar pariete delapſus hypocauſtum percurrerit. Poſt clauſtrale ædificium undique conſummatum venerandum hoc Crucifixi ſimulacrum reverenter locum accepit in refectorio.

Anno 1652. (jam priùs totâ Germaniâ per novam pacem Monaſterienſem vegetatâ) Monaſterio quantocyùs extruendo ſeſe fortiter accinxere Capucini conductos admoventes operi operarios. Ex variis variorum eleemoſynis propter partes adeò multiplices vix & ne vix quidem enumerandis tota ſtructura conſtitit. Memoriam promeretur quod ſubnecto. Nobili cuidam militi hæretico è Franconiâ Lauter cognominato, unica ex uxore Catholicâ fuit filia, qua infortunio, neſcio quo, in undas delapſâ & in profundum demerſâ pater timore dubius & anxius admodùm religionem Romano - Catholicam ſeſe firmiter amplexurum, Mater verò quinquaginta florenos in ædificationem Monaſterii Riedlingenſis promptiſſimè largituram vovêre coràm, ſi Deus filiolam ſalvam ſiſteret & incolumem. Et ecce! puſilla ſoboles, quaſi ſeipſa fortior ex altera foſſæ parte ſoſpes ſanaque prorepit, ſimul & parentes voti reos damnat. Illud etiam oblivioni cenſetur eripiendum, quòd in erigendis muris clauſtralibus, cum lapides & pecuniæ defeciſſent, religioſisſimi Patres per frequentiorem Reſponſorii Antoniano - Paduani Recitationem tot acceperint eleemoſynas, ut eodem adhuc perdurante autumno murus in gyro fuerit undequaque completus. Pro omnimodâ totius Monaſterii conſummatione ſtipem præ cunctis aliis largiorem gratioſè ſubminiſtravit, eamque ex Sileſiâ Riedlingam usque transmiſit Suffraganeus Uratislavienſis 1700. nempè florenos in paratâ pecuniâ numeratos. Effigies illius penes altare majus in templo ſuſpenſa gratâ retinetur memoriâ cum hâc inſcriptione: Reverendiſſimus & Nobiliſſimus Dominus, Dominus Joannes Balthaſarus Lieſch de Hornaw in Zündl Epiſcopus Nicopolitanus Suffraganeus & Præpoſitus ad S. Joannem Baptiſtam & S. Crucem Uratislaviæ in Sileſiâ Adminiſtrator Niſſenſis Monaſterii hujus inſignis promotor. Orate pro eo.

Triennii labor hoc Monaſterium fuit, cui primùm Anno 1655. Fratres immigrârunt. Anno verò proximè ſequenti pridie Calendas Maij ſolemnis templi dedicatio peracta fuit pio miniſterio Suffraganei Conſtantienſis Reverendisſimi ac Perilluſtris Domini Domini Georgii Sigismundi Epiſcopi Heliopolitani.

❋RIEDLINGENSE

FLoret ibidem apud Oppidanos ſcilicet Riedlingenſes etiam fœmininum aliquod domicilium Ordinis S. Franciſci tertiæ Regulæ ſororibus addictum, idque temporibus ſuis à RR. PP. Conventualibus viſitari ſolitum;

Confeſſarius autem partheniarum inhabitantium eſt ordinariè loco præſens Quardianus Capucinorum Riedlingenſium. Anno 1420. fundatricem egit honorabilis matrona DominaGutta Klingerin Riedlingenſis ſpectabilis viri Nicolai Klingeri relicta vidua, *in operibus bonis teſtimonium habens* 1. Timoth. 5. quæ tamen pro quaternis ſolummodò ſororibus congruam manſionem certis redditibus converſationi ac ſtatui hujuſcemodi ſororum neceſſariis convenienter inſtructam apparavit devotariis à vanitate mundi ſegregatis, ſoliſque vitæ ſpirituali deditis: quarum iſthîc numerus labentibus annis vel ſimplo magis ampliatus, ſeu juſtiſſimè duplicatus octenas hodie ſuſtinet Franciſcanas B. Moniales Tertiarias: quæ, quia templo proprio carent, juxta tamen privatum aliquod Oratorium domeſticum habent, parochialem Riedlingenſem Eccleſiam aſſiduè frequentant contubernio ſuo propiùs adſitam. De cœtero pientiſſimæ Veſtales iſtæ in regulari clauſtro ſuo arctiſſimè ſeſe continent, vitamque vivunt religioſiſſimam devotiſſimam: quibus in victum quotidianum *eſt quæſtus magnus pietas cum ſufficientiâ* 1. Tim. 6. verſ. 6. dehinc *aurum & argentum nullius concupiſcunt* Act. 20. verſ. 33. ſed ipſis aſſiduè miniſtrant manus propriæ tempore ab exercitiis ſpiritualibus vacuo textrinæ & reliquo operi manuali nunquàm non ſtudioſiſſimè deditæ.

❀RIPPLINSAUGIENSE

SEu patriâ voce communiter *Ripplinſiu* ſuo nomine dictum Ordinis S. Benedicti Monaſterium diœceſis Conſtantienſis in Herciniâ Superioribus ſeculis comprovinciali paris Inſtituti Abbatiæ S. Georgii ſubditum & incorporatum: idem ſecundùm muros ſuos clauſtrales uti fortiſſimum, ita & vaſtiſſimum ante truculentas hæreticorum novatorum invaſiones dùm adhuc ſacer Ordo Monaſticus apud S. Georgium honoratus & integer ſubſtitit, clauſtrum hoc Ripplinſaugienſe illi pro religioſo (quod vulgò Noviciatum vocant) tirocinio deſerviit: ubi nimirùm novi Athletæ juvenes unà cum ſeculari habitu, mores etiam mundanos & pravas conſuetudines exuti tùm ſanctiorem vitam clauſtralem edocti admonitionibus & exemplis Superiorum ac aliorum conviventium fortiter adjuti unicè contenderunt usque & usque ampliùs & ampliùs ire de virtute in virtutem. Floret hodieque locus, & cum quêisvis juribus appertinentibus tùm novis tùm antiquis Reverendiſſimo Domino Abbati novi Monaſterii Villingenſis, in vicem Abbatiæ San-Georgianæ ſubſtituti omninò paret, & in Prioratum conſtitutus ſalvus & integer in hæc tempora manet.

❀ROGGENBURGENSE

R*Oggenburg Monaſterium Præmonſtratenſium qvinq; annis poſt Monaſterium Viſpergenſe fuit fundatum Anno Domini milleſimo centeſimo trigeſimo impenſis illuſtris Comitis Berchtoldi de Biberegg & uxoris ejus Dominæ Demuth de Hohenzolleren, qvi omnia bona ſua legaverunt Monaſterio & caſtrum ſuum, qvod in acie & cornu ſtat, ubi nunc eſt hortus arboribus conſitus. Hoc Monaſterium valdè emendavit & ditavit Venerabilis vir Dominus Joannes Turing primus Abbas Monaſterii, ante qvem ſolùm fuerant priùs Præpoſiti vel Priores. Ab eo autem tempore, qvo Nobiles defecerunt, fuit per Imperatores commisſio Ulmenſibus facta illius Monaſterii, ut ejus eſſent tutores. Novisſimè autem Anno Domini milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo nono poſt obitum clarisſimi Ducis Bavariæ Ludoviæ filius ejus Dux Georgius incitatus contra Ulmenſes hoc Monaſterium in ſuam curam ſuſcipere conabatur & auferre Ulmenſibus tutationem eis ab Imperatoribus commiſſam, & in hâc causâ fuerunt multæ celebratæ*

braiæ dietæ. Tandem anno Domini milleſimo qvadringenteſimo octogeſimo ſexto in die Sanctificationis (aliis Conceptionis) *Beatæ Mariæ Virginis aſcendit de Weiſſenhorn Ludovicus de Haſſerg miles cum multis Nobilibus & Venerabilem Dominum Georgium Abbatem Monaſterii & omnes Monachos, coëgerunt abnegare Ulmenſium tutelam & aſſumere Bavariæ Ducem in Dominum & protectorem. Et hoc idcircò fecit, ut populum villarum Monaſterii in ſua haberet ſervitia, & in caſu bellorum eo contra Ulmenſes uteretur. Abbas autem rem iniquè conſpiciens fugam arripuit, & omnia clinodia aurea & argentea vaſa ſecum tulit, & ad Ulmenſes ſuos Ordinarios tutores confugit, eorum auxiliis & conſiliis fretus. Cæteri autem Monachi in Monaſterio manentes contra ſui Prælati præcepta & juſſiones protervè ſteterunt, contra qvos Abbas à Sede Apoſtolicâ graviſſimas cenſuras extraxit, qvas tamen minimè curabant. Demùm petiit à Duce Bavariæ ſibi ſuum reddi Monaſterium, qvod dùm nollet dare, obtinuit à Sede Apoſtolicâ intolerabiles maledictiones in omnes, qvi invaſerunt Monaſterium & ab Imperatore Friderico III. accepit repreſſalia contra Bavariæ Ducem, & ſuos & bannum Imperiale. Multi ergò armati Abbati adhærentes terras & gentes Ducis Bavarorum invaſerunt, & aliqva caſtra juxta Ulmam cœperunt, & quotidiè fiebant ſpoliationes & deprædationes per circuitum civitatis Ulmenſis & ſpolia inducebantur Ulmam, fuitq; mirabilis tribulatio regionis, qualis nunquàm fuit viſa. Non enim erant bella alia, niſi qvòd Abbas ille ſuos in civitatibus habuit ex Imperatoris mandato: qvi omnes ad Ducem Bavariæ pertinentes cœperunt, & pecuniis mulctaverunt, inter quæ tamen multus humanus ſanguis effuſus fuit. Manet autem tribulatio illa usq; in præſentem annum, qvi eſt à Nativitate Domini milleſimus, qvadringenteſimus octogeſimus nonus, quid finaliter fiat, videbimus tempore.* Ita Synchronos imò teſtis oculatus & auritus Monaſterii Ulmenſis Ordinis Prædicatorum pro tempore Prior Felix Faber in ſuâ Hiſtoriâ Suevorum lib. 2. cap. 9. in hoc tamen corrigendus, quòd primam Cœnobii hujus Roggenburgenſis fundationem imperitè transferat (ut audivimus) ad annum usque milleſimum centeſimum triceſimum, cùm tamen illa toto quadriennio priùs facta fuerit & conſummata, nempè ſub annum gratiæ 1126. teſte Bruſchio de Monaſteriis Germ. cent. 1. fol. m. 104. taliter ſcribente: *Roggenburgum Præmonſtratenſium Ordinis magnificentiſſimum in Sueviâ Cœnobium duobus milliaribus ab Ulmâ Sueviæ Metropoli, dimidio verò ab oppido Fuggerorum Weiſſenhorn ſitum: ædificari eſt cœptum Anno Chriſti 1126. à Bertholdo Siſrido & Conrado germanis fratribus Comitibus de Bibereck & à Dominâ Demuthâ Bertholdi Comitis conjuge, quæ Comitiſſa erat à Zolleren. Eſt in eo celebris ſepultura primorum fundatorum, poſteà etiam Dominorum de Aſch; in primis verò Conradi Equitis Aurati & Wolfgangi utriusque etiam uxorum & liberorum.* Item Stengelius Abbas in Commentario rerum Auguſt. part. 2. cap. 33. num. 6. de eâdem fundatione Roggenburgenſi pleniſſimè conſentit in hæc verba: *Anno 1126. fundatum eſt Inſtituti Præmonſtratenſium Monaſterium Roggenburg, qvod duo milliariâ abeſt ab Ulma: dimidiato verò à Weiſſenhornâ oppido. Cœptum eſt ædificari à Bertholdo Siſrido & Conrado germanis fratribus Comitibus à Bibreck & à Dominâ Demuthâ Zollerenſi Bertholdi ſenioris conjuge, quæ omnia bona ſua eò legavit, & caſtrum ibi ſitum, ubi hortus poſteà factus eſt.* Celebratur aliàs Roggenburgenſe hoc ampliſſimum & Imperiale Monaſterium diœceſis Auguſtanæ in Marchionatu Burgovienſi celeberrimum, & ab antiquo matrix appellatur alterius cujusdam de eâdem ſacrâ Præmonſtratenſium familiâ

ſcripti privilegio ac totius corroborationis munimine confirmamus. Concambium quoqve, qvod pro Decimis ejus loci, in qvo Cella conſtructa eſt cum Carolo Tugienſe parochiano ejus licentiâ & conſenſu Hermanni Conſtantienſis Epiſcopi, adſtipulantibus utriusq; Advocatis jure legali factum eſt, ratum habentes locum ipſum ab omni decimali jure, qvod priùs Tugienſi Eccleſiæ perſolvebat, liberum eſſe in perpetuum ſtatuimus. Prætereà decernimus, ut Conradus de Creinchingen, & poſt eum per ſucceſſionem prolis filius primogenitus Eccleſiæ jam dictæ advocati dignitatem conceſſione Abbatis, qvi nunc praeſt, Alberti ejusq; ſucceſſorum tali conditione obtineat, ut nullum ſub - advocatum vice ſuâ conſtituat, etſi qvam injuriam Eccleſiæ vel Fratribus populisvè Advocatiæ ſuæ ſubjectis ſciens & contumelioſè facere præſumpſerit, niſi ſecundò tertiovè per Abbatem vocatus emendaverit, alter, qvem Abbas cum Fratribus de eâdem Congregatione idoneum & utilem elegerit, per manum Abbatis ſubſtituatur. Ut autem hoc imperiale decretum noſtrum omne per ævum ſtabile & inconvulſum permaneat, præſentis privilegii noſtri paginam ſigilli noſtri appreſſione inſigniri juſſimus, adjicientes, & regiâ authoritate ſancientes, ut ſi qvis horum, qvæ ſtatuimus, temerarius violator extiterit: banno regali ſubjaceat, & triginta libras auri optimi & totidem prædictæ Eccleſiæ perſolvat. Teſtes quoq; idoneos, qvorum in præſentiâ hæc facta ſunt, ſubterſcribi juſſimus, qvorum nomina hæc ſunt: Hermannus Conſtantienſis Epiſcopus: Fridelohus Augienſis Abbas: Abbas de Petrishauſen Albertus: Manegoldus Abbas S. Udalrici. Fridericus Dux Saxoniæ: Conradus Dux Burgundiæ: filius ejus Bertholdus. Hermannus Marchio de Baden. Comes Humbertus & frater ejus. Udalricus de Linzeburg. Comes Eberhardus de Nellenburg, Comes Rudolfus de Pfullendorff: Comes Albertus de Dilingen &c. &c.

Signum Domini Conradi Romanorum Imperatoris ſecundi. Actum feliciter Amen. Ego Arnoldus Cancellarius vice Henrici Archiepiſcopi & Archi Cancellarii recognovi Data VII. Idus Januarii Indictione XV. Anno Dominicæ Incarnationis milleſimo centeſimo qvinqvageſimo ſecundo regnante Domino Conrado glorioſiſſimo Romanorum Rege ſecundo Auguſto, anno verò Regni ejus decimo qvarto.

Poſthæc durante adhuc eodem Chriſtiano ſeculo duodecimo, Abbatia iſta Tiezzelheimenſis ſuo loco mota, translata fuit ad unam ex villis in recitato diplomate Cæſareo *Riederen* appellatam: ex tunc *Præpoſitura Riederenſis* ſuo nomine nuncupanda: cujus antiqua jura & privilegia demùm innovavit, qui & ea recèns authoritate pontificiâ confirmavit Clemens Papa quintus cujus Bullâ habetur taliter expedita: *Clemens Epiſcopus Servus Servorum Dei dilectis filiis Præpoſito Monaſterii in Riederen per Præpoſitum ſoliti gubernari & ad Romanam Eccleſiam nullo medio pertinentis Ordinis S. Auguſtini Conſtantienſis diæceſis ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Cùm à nobis petitur; qvod juſtum eſt, tam vigor æqvitatis qvàm ordo exigit rationis, ut id per ſolicitudinem officii noſtri ad debitum perducatur effectum. Eapropter dilecti in Domino filii veſtris juſtis poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu omnes libertates à prædeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus ſive per privilegia, ſive alias Indulgentias vobis & Monaſterio veſtro conceſſas, nec non libertates & exemptiones ſecularium exactionum à Regibus & Principibus aliisq; Chriſti fidelibus vobis & Monaſterio prædicto indultas, ſicuti eas juſtè ac pacificè poſſidetis, vobis & per vos eidem Monaſterio, auctoritate Apoſtolicâ confirmamus. Nulli ergò omninò hominum liceat hanc paginam noſtræ confirmationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si qvis autem hoc attentare præſumpſerit Indignationem Omnipotentis Dei & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Viennæ Nonis Aprilis Pontificatûs noſtri anno ſeptimo, Chriſti verò milleſimo qvadringenteſimo, duodecimo.*

SYLLABUS

SEu Series & Ordo ſucceſſionis Antiſtitum Tiezelheimenſium ſeu Riederenſium ex proprio Archivio totâ ſedulitate collectus, etſi non undequaque perfectus & integer, talis habetur.

I.

Albertus Anno 1152. in tabulis ſolo nomine memoratus cæterâ incognitus, nec unde ad Prælaturam iſtam fuerit adſcitus usque modò deprehenſus. Gratiæ loco habendum, quòd ſaltem nomen ipſius avara nimis ſcriptorum antiquitas ad poſteros tranſmiſerit.

II.

Eberhardus poſt diutinum ſatis Interregnum ſeu Prælaturæ vacantiam circa annum 1224. notus legitimè præſediſſe & realiter poſſediſſe cuncta primæ fundationis jura, privilegia & allodia, quamvis hæc eadem ſucceſſu temporis iniquiſſimè turbata & inteſtata.

III.

Henricus Anno 1301. famoſus; in quo propter nimiam temporis intercapedinem pariter laborare videtur ordinata Prælatorum Series, non item Canoniæ hujus, id temporis adhuc Summo Pontifici immediatè ſubditæ jura ac privilegia à Clemente V. (ut ſuprà vidimus) in Concilio Viennenſi authoritate Apoſtolicâ renovata & confirmata.

IV.

Bertholdus electus Anno 1318. tùm à Diethelmo Leopoldi Ducis Auſtriæ Mareſchallo homines proprios ſat multos ad pias cauſas donatos & oblatos accepiſſe ſuo loco notatus, de reliquo verò poſteritati parùm notus.

V.

Conradus I. Anno 1327. præ reliquis mirificâ rerum gerendarum peritiâ celebris; demùm Anno 1350. proprio ſuo religioſorum Canonicorum cœtu vel omiſſo vel neglecto totam ex proventibus Riederenſibus dimidietatem ad inſtantiam quorundam Nobilium Heroum Sueviæ Parthenoni Riederenſi mox recenſendo infrà lubens ceſſiſſe in actis iniquiſſimè traductus.

VI.

Joannes I. ſimpliciter tantùm Anno 1358. in ſcriptis annotatus.

VII.

Joannes II. de Bondorf electus Anno 1378. lapſu temporis grandi ſenectâ fatigatus Anno 1401. ſucceſſori ſpontè locum ceſſiſſe commendatus.

VIII.

Wernherus Weiner de Heigêrloch, inter alia, quæ memorabilia geſſit, confirmationem etiam privilegiorum Monaſterii ſui à Sigismundo Romanorum Imperatore in Concilio Conſtantienſi clementiſſimè datum obtinuit proprio quodam diplomate in id expedito; vigore cujus in novum ſæpedicti Riederenſis Monaſterii hujus Advocatum (Priore Joanne de Krenckingen penitùs antiquato & neglecto) conſtitutus fuit Joannes Comes de Lupfen Landgravius de Stüelingen ac Dominus in Hoheneck; quare præfatus Nobilis Creuzlingenſis ipſum Wernherum Præpoſitum armatâ manu ſacrilegè comprehenſum captivum abduxit, ac Monaſterio temerè ſpoliato non niſi 50. florenis in paratâ pecuniâ numerandis dimittere voluit; quâ controverſiâ ad arbitros nobiles viros Friſchauſen de Bodmann & Caſparum de Klingenberg devolutâ, quem aut qualem tandem ſortita fuerit exitum, vel inviti neſcimus.

IX.

Conradus II. An. 1419. in actis publicis commemoratus.

X.

Fridericus Renz præfuit ab Anno 1422. ad infauſtum usque (quem ſibi fatalem ſenſit) illum 1459. num ſucceſſore idoneo ad clauſtrale regimen nullo penitùs relicto; quare Canoniſſæ

Regulares in altero paris nominis contubernio Riederenſi propiùs adſito degentes vacantem hujusmodi Præpoſituram invadere motu proprio connitentes, & ſecularem quendam Presbyterum ad eam inducere volentes à malè tentatis quantocyùs deſiſtere prohibitæ ſunt per propriam quandam Bullam ab Ordinario loci in id datam ſub hujusmodi tenore : *Henricus Dei & Apoſtolicæ Sedis gratiâ Epiſcopus Conſtantienſis, univerſis & ſingulis Eccleſiarum Rectoribus Vice-Plebanis, Vicariis perpetuis & loca tenentibus eorundem Capellanis Altariſtis, Presbyteris & Clericis per civitatem & diœceſim Conſtantienſem ubilibet conſtitutis ſalutem in Domino & præſentium executionem. Noſtro intimatum eſt auditui, qvòd his diebus Præpoſitus Monaſterii Riederenſis Ordinis S. Auguſtini Canonicorum Regularium noſtræ diœceſis naturæ debitum perſolvit, quodq́; Magiſtra & Conventus in Riederen antedicti Monaſterii prætendentes jus eligendi perpetuum ibidem ad ſe ſpectare de Præpoſiturâ hujusmodi disponere & presbyterum ſecularem eis beneplacitum absq́; noſtrâ & venerabilis ac religioſi in Chriſto Abbatis Monaſterii in Creuzlingen extra muros Conſtantienſes earum & dicti Ordinis viſitatoris & reformatoris generalis authoritate & voluntate in Præpoſitum eligere, de facto præſumant. Cùm autem id alienum Juri videatur, nec deceat presbyterum ſecularem regulari Monaſterio præfici disparis profeſſionis homines in eodem corpore ſociari Superioris licentiâ deſuper non obtentâ; qvocircà officii noſtri debitum exeqvimur & dictarum Monialium præſumptioni temerariæ congruis remediis obviare volentes vobis omnibus & ſingulis ſupradictis communiter & diviſim in virtute S. obedientiæ præcipiendo mandamus qvatenùs accedentes, qvo propterea fuerit accedendum præfatis Magiſtræ & Conventui diſtrictè & ſub Excommunicationis pœnâ latæ ſententiæ in rebelles inhibeatis & interdicatu, qvibus & nos præſentibus interdicimus & inhibemus, ne absq́; noſtro & dicti Abbatis conſilio & aſſenſu expreſſo de prædictâ Præpoſiturâ diſponere aut ad illam religioſum vel ſecularem eligere vel præficere præſumant vel attentent, alioqvin ſecùs facientes volumus hoc ipſo dictæ ſententiæ excommunicationis ſubjacere & attentata pro infectis nullo unqvàm tempore valituris haberi & nuntiari. Datum Conſtantiæ in Aula noſtrâ anno Domini milleſimo qvadringenteſimo, qvinqvageſimo nono, die viceſimâ qvartâ Martii, Indictione qvintâ ſub ſigilli noſtri appreſſione.*

XI.

Joannes hujus nominis tertius Pabſt cognominatus obiit Anno 1489.

XII.

Andreas Curer ſeu Murer aliis cognomine dictus haud ſine maximo animi dolore ſuſpicere contriſtatusq́ue nimiùm ſuſtinere debuit templum & Monaſterium ſuum Riederenſe totum in favillas abſumi ; unde ſupremâ neceſſitate compulſus in qualecunq́ue demùm ſubſidium undeunde comparandum debita multa contraxit : quîn & eleemoſynas collegit, quousq́ue tandem Anno 1520. miſeriarum ſatur Præpoſituram in manus Abbatis Creuzlingenſis ſui pro tempore Viſitatoris reſignavit, pauloq́ue pòſt vitâ quoq́ue temporali deceſſit Anno non notato.

XIII.

Joannes IV. Rottenberger contra rebelles ſubditos debitam ſervitiorum præſtationem ex ſententia Dicaſterii provincialis in ſuperiori Sueviâ ſub annum 1527. legaliter aſſecutus, ac univerſim de Monaſterio ſuo paſſim ſtrenuè promeritus fuiſſe laudatur in tabulis.

XIV.

Joannes V. Goſſolt Decanus Creuzlingenſis jam antè poſt reſignationem Andreæ Præpoſiti Riederenſis in Adminiſtratorem Canoniæ hujus deputatus, inde verò ſub annum 1530. in Præpoſitum illius canonicè poſtulatus & confirmatus octennio pòſt miſerabiliter occumbit, nimirùm Anno 1538. die 8. Februarii lamentabili prorsùs ac horrendo caſu ex inſidiis à tenebrione quodam peſſimo, & quidem æditua ſuo de nocte hoſtiliter invaſus

& mi-

& miſerandum in modum necatus expiravit viro homicida & interfectore præmaturâ fugâ callidè dilapſo.

XV.

Joachimus Dumpel præfatò Anno 1538. die 17. Martii itidem ex Creuzlingen adſcitus: cujus ſub regimine ſacræ ædès Riederenſes iteratis vicibus caſualiter æquè ac infeliciter voracibus flammis aduſtæ magnum ſatis damnum & mœrorem attulerunt Præpoſito huic Joachimo, qui tamen de reliquo in officio Prælaturæ piè vixit usque ad annum 1563.

XVI.

Henricus Feer officio Decanatûs Creuzlingenſis ſat diu benè promeritus Riederenſem depoſthac Præpoſitum egit ad quinquennium ſola morte naturali depoſitus & exauthoratus Anno 1568.

XVII.

Laurentius Dienger, & is quoque Canonicus Creuzlingenſis ad Præpoſituram Riederenſem aſſumptus muneris ſui confirmationem accepit die 16. Julii; demùm poſt annos 20. in regimine clauſtrali laudabiliter expletos piiſſimâ morte defunctus Anno 1590. die 11. May.

XVIII.

Georgius Heuner ex Decano Creuzlingenſi plenarius Dominus & Antiſtes Riederenſis canonicè declaratus transacto Prælaturæ ſeptennio morte Juſtorum exanimatus defecit An. 1607.

XIX.

Petrus Haug dictus Schmidtner reſignatus Abbas Creuzlingenſis, pro tempore Parochiæ Wurmlingenſis propè Rottenburgum Nicri Vicarius à ſuo in dimiſsâ Prælaturâ ſucceſſore Georgio Abbate tanquàm loci Viſitatore ſub annum 1607. die 9. Julii ad regimen Riederenſe promotus eodemque adhuc anno die 22. Octobris authoritate Ordinariâ ritè confirmatus vir omni exceptione major pluribus titulis alter fundator celebrari juſtiſſimè promeritus tandem pro ſuis laboribus propemodùm infinitis, atque iſtis ad ſolam majorem DEI gloriam ſpontè ſuſceptis prœmia recepturus æterna ſancto fine requievit Anno 1626. die 29. Maij.

XX.

Joannes VI. Reinhard de Weinfelden ſeptimus ex imperiali Collegio Creuzlingenſi die 2. Julii Anno 1626. deſumptus primùm Adminiſtrator ſolùm fuit & inaudiit, quousque die 17. Septembris Annò 1632. Præpoſitus abſolutè conſtitutus, talisque authoritate Ordinaria confirmatus, expleto perfecti Regiminis ſui triennio pluribus aggregatus Anno 1635. præſentiſſimâ morte deceſſit gloriosâ viri non minùs probi ac boni famâ quàm ingenti perſonæ ſuæ deſiderio poſteris relicto.

XXI.

Bernardus Wegelin jam octavus ex ſæpedicto Creuzlingenſi Collegio promotus Anno 1635. idem pauló pòſt ſpontaneâ ac liberâ reſignatione ſuâ dimiſſus de reliquo privatus ſolùm vixit.

XXII.

Jacobus Denckinger Abbas Creuzlingenſis laudatus ſuo loco ſuprà ſingulari ſtudio & labore Præpoſituram hanc Riederenſem ab Urbano Papâ VIII. authoritate. Sedis Apoſtolicæ imperiali Cœnobio ſuo Creuzlingenſi hoſtilibus flammis (durante civitatis Conſtantienſis obſidione Suecicâ) miſerabiliter abſumpto, demùm è cineribus ſuis faciliùs inſtaurando in ſupplementum conceptæ meliorationis addi fecit, & pleno jure ſolemniter incorporari procuravit Anno 1638. idem ex tunc ſimul Abbas Creuzlingenſis ac Præpoſitus Riederenſis intitulari ſolitus; ex quo tempore Canoniam hanc Riederenſem unicè curant & inhabitant aliquot Canonici Creuzlingenſes juxta beneplacitum Abbatis ſui ceu

Præ-

Præpoſiti Riederenſis pro fovendâ ſalute ſubditorum juxta morem ad eam hactenùs dimiſſi.

XXIII.

Auguſtinus Gimmi Abbas Creuzlingenſis ſimul & Præpoſitus Riederenſis Ordine ſecundus ſenex admodùm beatam immortalitatem ingreſſus Anno 1696. die 19. Octobris.

XXIV.

Melchior Lechner Abbas Creuzlingenſis ac Præpoſitus Riederenſis electus An. 1696. die 29. Octobris.

❋RIEDERENSE

Aliud paris ſtatûs ac nominis, imparis tamen ſexûs religioſiſſimum ſodalitium â priori proximo virorum aſceterio Riederenſi, tertio quaſi lapide disjunctum communiter ad S. Mariam ſedentem intitulatum, utpotè ter Almæ Matri Virgini ſpecialiſſimè dedicatum. Huic ſub annum 1350. author extitit & initium dedit Conradus hujus nominis primꝰ, ordine verò quintus Præpoſitus Riederenſis nominatus ſuprà, dùm nempè propriæ Eccleſiæ ſuæ licet in animam commiſſæ parùm attentus, neſcio, quo Zelo ductus an ſeductus unico quietioris vitæ depoſthâc tranſigendæ deſiderio juſto nimiùm allectus devotariis quibusdam mulierculis vulgò Beginis privatas ſolùm ædes iſthîc incolentibus ultrò ſeſe conſocians, & ad ſacram regulam Canonico - Auguſtinianam de futuro tenendam amplexandamque ſimul illas pertrahens; tùm in qualemcunque putativæ ſaltem novæ fundationis ſuæ confirmationem, tùm etiam in congruam ſuſtentationem ad reliquos vitæ dies ſibi neceſſariam certos quosdam cenſus & redditus ex bonis Canonicæ ſuæ Riederenſis antedictæ deſumptos perperàm licèt attribuit, ſicque hujusmodi domicellas depoſthâc ſtatu ſeu conditione ſuâ Moniales ſeu Canoniſſas (uti vocamus) regulares ipſe Conradus Præpoſitus conſtituit, à quo tempore religioſus ſacrarum (quarum eximium ſpiritûs fervorem in præſens usque diſcretè moderatur Canonicus quidam Creuzlingenſis) Virginum iſtarum cætus iſthîc loci continuò ſubſiſtit, quamvis aliquandò temporum incuriâ & bellorum ſævitiâ ſatis imminutus multumque diſcerptus; idem tamen ſuperioribus annis pace publicâ Germaniæ redditâ (ſatagente plurimùm loci viſitatore Reverendiſſimo Domino Domino Abbate Creuzlingenſi) peregregiè reſtitutus & inſtauratus novâ ſcilicet coloniâ ex pientiſſimo parthenone Inzkovienſi recèns adductâ eaque ſenſim numero & meritis plurimùm adauctâ hodie florentiſſimus adſpectatur per omnia.

❋RIEDFELDENSE

Aliquod hujus nominis Monaſterium ſuperiori ætate ubiubi tandem locorum intra fines Ducatûs Wirtenbergici perſtitit ſituatione ſuâ conſpicuum, cæterâ nobis incognitum; atque iſtud â ſui initio Fratribus Ordinis Minorum ritus ac cæremonias RR. PP. Conventualium ſectantibus addictum, tandem verò lapſu temporis ad Franciſcanos Obſervantes ſeu (prout vocant) RR.PP. Recollectos fuiſſe translatum novimus ex relatione Fortunati Hueber in Chronico fol. 892.

❋RIEDLINGENSE

Riedlinga Sueviæ ſuperioris oppidum in diœceſi Conſtantienſi Sereniſſimæ domui Auſtriacæ ſubditum ac deſcriptum in Topographiâ Sueviæ apud Zeillerum fol. 162. Cœnobium habet RR. PP. Capucinorum: quos civicus loci Magiſtratus à RR. PP. Franciſcanis Provinciæ Tirolenſis jam efflictim requiſitus ex recommendatione ſpectabilis viri multùm Reverendi Domini N. Schue-

N. Schueler pro tempore Parochi, nec non Prænobilis & Clariſſimi Domini Joannis Michaelis Schaz à Liebenfeld J. V. D. magis ad iſtos inclinatus tales præ illis aſſiſtere ſibi firmiſſimè decrevit, atque hujuscemodi decreto conſtanter inhærens vota ſua & deſideria ad Provinciale Capitulum Anno 1644. Conſtantiæ coactum ſcripto detulit die 18. Aprilis pro ſua reverentiâ feliciter exauditus.

Patres proin aliqui Riedlingam directi privatas ſolùm ædes, quas cùm ſibi primitùs delegerunt inhabitandas cum propter periculoſiſſima perdurantis adhuc belli Suecici tempora Monaſterii conſtructio nedùm procedere poſſet, quamvis jam Anno 1645. die 18. Octobris ſacrum Crucis vexillum de more fuerit erectum & lapis angularis in fundamenta dimiſſus gratioſo miniſterio Reverendiſſimi ac Ampliſſimi Domini Udalrici Abbatis Zwifaltenſis.

Memoratis Patribus adhuc dictas ædes civicas incolentibus honeſta quædam vidua ex nomine ſuo Catharina Vetterin appellata Crucifixum obtulit in quâdam domo ubi neglectim pendebat, ob execrandas malitioſæ Juventutis petulantias inibi perpetratas tam copioſo perfuſum ſudore, qui rivuli inſtar pariete delapſus hypocauſtum percurrerit. Poſt clauſtrale ædificium undique conſummatum venerandum hoc Crucifixi ſimulacrum reverenter locum accepit in refectorio.

Anno 1652. (jam priùs totâ Germaniâ per novam pacem Monaſterienſem vegetatâ) Monaſterio quantocyùs extruendo ſeſe fortiter accinxere Capucini conductos admoventes operi operarios. Ex variis variorum eleemoſynis propter partes adeò multiplices vix & ne vix quidem enumerandis tota ſtructura conſtitit. Memoriam promeretur quod ſubnecto. Nobili cuidam militi hæretico è Franconiâ Lauter cognominato, unica ex uxore Catholicâ fuit filia, qua infortunio, neſcio quo, in undas delapsâ & in profundum demersâ pater timore dubius & anxius admodùm religionem Romano - Catholicam ſeſe firmiter amplexurum, Mater verò quinquaginta florenos in ædificationem Monaſterii Riedlingenſis promptiſſimè largituram vovère coràm, ſi Deus filiolam ſalvam ſiſteret & incolumem. Et ecce! puſilla ſoboles, quaſi ſeipſa fortior ex altera foſſæ parte ſoſpes ſanaque prorepit, ſimul & parentes voti reos damnat. Illud etiam oblivioni cenſetur eripiendum, quòd in erigendis muris clauſtralibus, cum lapides & pecuniæ defeciſſent, religioſiſsimi Patres per frequentiorem Reſponſorii Antoniano - Paduani Recitationem tot acceperint eleemoſynas, ut eodem adhuc perdurante autumno murus in gyro fuerit undequaque completus. Pro omnimodâ totius Monaſterii conſummatione ſtipem præ cunctis aliis largiorem gratioſè ſubminiſtravit, eamque ex Sileſiâ Riedlingam usque transmiſit Suffraganeus Uratislavienſis 1700. nempè florenos in paratâ pecuniâ numeratos. Effigies illius penes altare majus in templo ſuſpenſa gratâ retinetur memoriâ cum hâc inſcriptione: Reverendiſſimus & Nobiliſſimus Dominus, Dominus Joannes Balthaſarus Lieſch de Hornaw in Zündl Epiſcopus Nicopolitanus Suffraganeus & Præpoſitus ad S. Joannem Baptiſtam & S. Crucem Uratislaviæ in Sileſiâ Adminiſtrator Niſſenſis Monaſterii hujus inſignis promotor. Orate pro eo.

Triennii labor hoc Monaſterium fuit, cui primùm Anno 1655. Fratres immigrârunt. Anno verò proximè ſequenti pridie Calendas Maij ſolemnis templi dedicatio peracta fuit pio miniſterio Suffraganei Conſtantienſis Reverendisſimi ac Perilluſtris Domini Domini Georgii Sigismundi Epiſcopi Heliopolitani.

❀ RIEDLINGENSE

FLoret ibidem apud Oppidanos ſcilicet Riedlingenſes etiam fœmininum aliquod domicilium Ordinis S. Franciſci tertiæ Regulæ ſororibus addictum, idque temporibus ſuis à RR. PP. Conventualibus viſitari ſolitum;

Confeſſarius autem partheniarum inhabitantium eſt ordinariè loco præſens Quardianus Capucinorum Riedlingenſium. Anno 1420. fundatricem egit honorabilis matrona Domina Gutta Klingerin Riedlingenſis ſpectabilis viri Nicolai Klingeri relicta vidua, *in operibus bonis teſtimonium habens* 1. Timoth. 5. quæ tamen pro quaternis ſolummodò ſororibus congruam manſionem certis redditibus converſationi ac ſtatui hujuscemodi ſororum neceſſariis convenienter inſtructam apparavit devotariis à vanitate mundi ſegregatis, ſolique vitæ ſpirituali deditis: quarum iſthìc numerus labentibus annis vel ſimplo magis ampliatus, ſeu juſtiſſimè duplicatus octenas hodie ſuſtinet Franciſcanas B. Moniales Tertiarias: quæ, quia templo proprio carent, juxta tamen privatum aliquod Oratorium domeſticum habent, parochialem Riedlingenſem Eccleſiam aſſiduè frequentant contubernio ſuo propiùs adſitam. De cætero pientiſſimæ Veſtales iſtæ in regulari clauſtro ſuo arctiſſimè ſeſe continent, vitamque vivunt religioſiſſimam devotiſſimam: quibus in victum quotidianum *eſt quæſtus magnus pietas cum ſufficientiâ* 1. Tim. 6. verſ. 6. dehinc *aurum & argentum nullius concupiſcunt* Act. 20. verſ. 33. ſed ipſis aſſiduè miniſtrant manus propriæ tempore ab exercitiis ſpiritualibus vacuo textrinæ & reliquo operi manuali nunquàm non ſtudioſiſſimè deditæ.

❀ RIPPLINSAUGIENSE

SEu patriâ voce communiter *Ripplinſau* ſuo nomine dictum Ordinis S. Benedicti Monaſterium diœceſis Conſtantienſis in Herciniâ Superioribus ſeculis comprovinciali paris Inſtituti Abbatiæ S. Georgii ſubditum & incorporatum: idem ſecundùm muros ſuos clauſtrales uti fortiſſimum, ita & vaſtisſimum ante truculentas hæreticorum novatorum invaſiones dùm adhuc ſacer Ordo Monaſticus apud S. Georgium honoratus & integer ſubſtitit, clauſtrum hoc Ripplinsaugienſe illi pro religioſo (quod vulgò Novitiatum vocant) tirocinio deſerviit: ubi nimirùm novi Athletæ juvenes unà cum ſeculari habitu, mores etiam mundanos & pravas conſuetudines exuti tùm ſanctiorem vitam clauſtralem edocti admonitionibus & exemplis Superiorum ac aliorum conviventium fortiter adjuti unicè contenderunt usque & usque ampliùs & ampliùs ire de virtute in virtutem. Floret hodieque locus, & cum quèisvis juribus appertinentibus tùm novis tùm antiquis Reverendiſſimo Domino Abbati novi Monaſterii Villingenſis, in vicem Abbatiæ San-Georgianæ ſubſtituti omninò paret, & in Prioratum conſtitutus ſalvus & integer in hæc tempora manet.

❀ ROGGENBURGENSE

ROggenburg Monaſterium Præmonſtratenſium qvinq; annis poſt Monaſterium Viſpergenſe fuit fundatum Anno Domini milleſimo centeſimo trigeſimo impenſis illuſtris Comitis Berchtoldi de Biberegg & uxoris ejus Dominæ Demuth de Hohenzolleren, qvi omnia bona ſua legaverunt Monaſterio & caſtrum ſuum, qvod in acie & cornu ſtat, ubi nunc eſt hortus arboribus conſitus. Hoc Monaſterium valdè emendavit & ditavit Venerabilis vir Dominus Joannes Turing primus Abbas Monaſterii, ante qvem ſolùm fuerant priùs Præpoſiti vel Priores. Ab eo autem tempore, qvo Nobiles defecerunt, fuit per Imperatores commiſſio Ulmenſibus facta illius Monaſterii, ut ejus eſſent tutores. Noviſſimè autem Anno Domini milleſimo qvadringenteſimo ſeptuageſimo nono poſt obitum clariſſimi Ducis Bavariæ Ludoviæ filius ejus Dux Georgius incitatus contra Ulmenſes hoc Monaſterium in ſuam curam ſuſcipere conabatur & auferre Ulmenſibus tutationem eis ab Imperatoribus commiſſam, & in hâc causâ fuerunt multæ celebratæ

bratæ dietæ. Tandem anno Domini milleſimo qvadringenteſimo octogeſimo ſexto in die Sanctificationis (aliis Conceptionis) *Beatæ Mariæ Virginis aſcendit de Weiſſenhorn Ludovicus de Haſperg miles cum multis Nobilibus & Venerabilem Dominum Georgium Abbatem Monaſterii & omnes Monachos, coëgerunt abnegare Ulmenſium tutelam & aſſumere Bavariæ Ducem in Dominum & protectorem. Et hoc idcircò fecit, ut populum villarum Monaſterii in ſua haberet ſervitia, & in caſu bellorum eo contra Ulmenſes uteretur. Abbas autem rem iniquè conſpiciens fugam arripuit, & omnia clinodia aurea & argentea vaſa ſecum tulit, & ad Ulmenſes ſuos Ordinarios tutores confugit, eorum auxiliis & conſiliis fretus. Cæteri autem Monachi in Monaſterio manentes contra ſui Prælati præcepta & juſſiones protervè ſteterunt, contra qvos Abbas à Sede Apoſtolicâ gravisſimas cenſuras extraxit, qvas tamen minimè curabant. Demùm petiit à Duce Bavariæ ſibi ſuum reddi Monaſterium, qvod dùm nollet dare, obtinuit à Sede Apoſtolicâ intolerabiles maledictiones in omnes, qvi invaſerunt Monaſterium & ab Imperatore Friderico III. accepit repreſſalia contra Bavariæ Ducem, & ſuos & bannum Imperiale. Multi ergò armati Abbati adhærentes terras & gentes Ducis Bavarorum invaſerunt, & aliqva caſtra juxta Ulmam cœperunt, & quotidiè fiebant ſpoliationes & deprædationes per circuitum civitatis Ulmenſis & ſpolia inducebantur Ulmam, fuitq́ mirabilis tribulatio regionis, qualis nunquàm fuit viſa. Non enim erant bella alia, niſi qvòd Abbas ille ſuos in civitatibus habuit ex Imperatoris mandato: qvi omnes ad Ducem Bavariæ pertinentes cœperunt, & pecuniis mulctaverunt, inter quæ tamen multus humanus ſanguis effuſus fuit. Manet autem tribulatio illa usq́ in præſentem annum, qvi eſt à Nativitate Domini milleſimus, qvadringenteſimus octogeſimus nonus, quid finaliter fiat, videbimus tempore.* Ita Synchronos imò teſtis oculatus & auritus Monaſterii Ulmenſis Ordinis Prædicatorum pro tempore Prior Felix Faber in ſuâ Hiſtoriâ Suevorum lib. 2. cap. 9. in hoc tamen corrigendus, quòd primam Cœnobii hujus Roggenburgenſis fundationem imperitè transferat (ut audivimus) ad annum usque milleſimum centeſimum triceſimum, cùm tamen illa toto quadriennio priùs facta fuerit & conſummata, nempè ſub annum gratiæ 1126. teſte Bruſchio de Monaſteriis Germ. cent. 1. fol. m. 104. taliter ſcribente: *Roggenburgum Præmonſtratenſium Ordinis magnificentisſimum in Sueviâ Cœnobium duobus milliaribus ab Ulmâ Sueviæ Metropoli, dimidio verò ab oppido Fuggerorum Weiſſenhorn ſitum: ædificari eſt cœptum Anno Chriſti 1126. à Bertholdo Sifrido & Conrado germanis fratribus Comitibus de Bibereck & à Dominâ Demuthâ Bertholdi Comitis conjuge, quæ Comitiſſa erat à Zolleren. Eſt in eo celebris ſepultura primorum fundatorum, poſteà etiam Dominorum de Aſch; in primis verò Conradi Eqvitis Aurati & Wolfgangi utriusque etiam uxorum & liberorum.* Item Stengelius Abbas in Commentario rerum Auguſt. part. 2. cap. 33. num. 6. de eâdem fundatione Roggenburgenſi pleniſſimè conſentit in hæc verba: *Anno 1126. fundatum eſt Inſtituti Præmonſtratenſium Monaſterium Roggenburg, qvod duo milliariâ abeſt ab Ulma: dimidiato verò à Weiſſenhornâ oppido. Cœptum eſt ædificari à Bertholdo Sifrido & Conrado germanis fratribus Comitibus à Bibreck & à Dominâ Demuthâ Zollerenſi Bertholdi ſenioris conjuge, quæ omnia bona ſua eò legavit, & caſtrum ibi ſitum, ubi hortus poſteà factus eſt.* Celebratur aliâs Roggenburgenſe hoc ampliſſimum & Imperiale Monaſterium diœceſis Auguſtanæ in Marchionatu Burgovienſi celeberrimum, & ab antiquo matrix appellatur alterius cujusdam de eâdem ſacrâ Præmonſtratenſium fa-

miliâ Cœnobii nimirùm Adelbergenſis: quod eſt diœceſis in Ducatu Wirtenbergico itidem recenſitum ſuprà. Porrò de Abbatiâ S. Lucii apud Rhætos in diœceſi Curienſi Roggenburgenſibus pleniſſimè ſubditâ & incorporatâ diximus ſuprà Lit. B. V. *Benedurenſe.*

ROGGENBURGENSE

HAbuit antiquitùs idem hoc imperiale Cœnobium ſibi ponè conjunctum venerabilem unius ejusdemque Inſtituti, ſexûs tamen fœminini ſodalitatem ac manſionem, quæ (juxta conſtantem traditionem in hæc usque tempora ſimpliciter allatam & propagatam in arctiſſimâ diſciplinæ regularis obſervantiâ conſtantiſſimè perduravit, annis plùs minùs ducentis: quousque religioſis domicellis morte naturali ſenſim imminutis, aliæ, quæ ſuccederent, vel defuerunt, vel repulſam tulerunt; & ſic de conſilio votis ſanioribus probato, parthenium clauſtrum hoc penitùs extinctum in nihilum defecit.

❋RORHALDENSE

MOnaſterium de Ordine S. Pauli primi Eremitæ SS. Triadi increatæ dicatum in ditione ſeu Comitatu Hohenbergenſi propè Rottenburgum oppidum Nicro flumini conterminum infra limites diœceſis Conſtantienſis noſtris etiamnùm temporibus inclytum: de cujus initio Cruſius part. 3. lib. 5. cap. 1. ad annum 1348. ita ſcribit: *Mulier quadam Juzza nomine aream & ſilvam donavit, ut ædificaretur Monaſterium S. Pauli primi Eremitæ in loco tunc Beinhalden dicto, qui ſupra vicum Bibelam milliario ferè à Tubingâ ſitum eſt. Ædificatum eſt illud Anno 1349. aut altero pòſt. Factum eſt hoc permiſſione Comitiſſæ Naſſavienſis Margaritæ Hohenbergenſi Comiti generoſo nupta: quæ Mater fuit Rudolphi Comitis. Ipſa fundavit hoc Cœnobium, quod Rorhaldinum vocatur. Primus autem loci illius Eremita fuit Frater Wernherus Ulmenſis Presbyter hujus Ordinis. Anno deinde 1358. die Sabbati ante Natalis Domini confirmavit (aſſentientibus etiam Rottenburgi civibus) iſtam Juzza donationem & ſolitarii domicilii inſtitutionem Hohenbergenſis Comes Rudolphus, ita ut ipſe ejus eſſet Patronus. Deinde Anno 1364. Epiſcopus Conſtantienſis Henricus confirmavit privilegia à Comite Rudolpho facta. Item ut posſit ibi fanum ædificari, cujus ædificationem Rector quoq; Silchenſis Eccleſiæ Conradus dictus Schuler concesſit.* Hæc Cruſius loc. cit. qui & infrà lib. 8. cap. 16. occaſione Rorhaldenſis Monaſterii hujus hæc ſubdit: *florebat 1480. Anno Andreas Kirchberger à Kirchberg ſenior in Auſtriâ, vir apprimè nobilis familiæ: eodemq; anno ſe contulit inde Rottenburgum ad Nicrum. Ab Andreâ hoc eſt Georgius, Conſul Rottenburgi, qui uxorem nobilem habuit Annam Reiſſerinam ab Hohen-Entringen; quâ mortuâ in vicinum Cœnobium Rorhaldinum concesſit.* Alibi de clauſtro hoc Rorhaldino reperire licet quædam taliter annotata: *Cœnobii hujus locus in valle incultâ, nemore pinoſo cinctus ab arundineto propè fontem jugiter manantem ſito Germanici nominis derivationem accepit olim à fratre Bertholdo de Horb quadrageſimo quarto ſupra milleſimum trecenteſimum Anno Conradi civis cujusdam Rottenburgenſis eremitico ritu inhabitatum eſt; eo verò ad annum gratiæ milleſimum trecenteſimum quinquageſimum octavum è vivis digreſſo, cœluq; recepto*

recepto frater Wernherus voluntate Domini Rudolphi Comitis de Hohenberg an Imperiorum Ordinis S. Pauli nomine ac titulo Prioris omnium primus inauguratus eſt.

Durante ſuperiore bello Suecico Eremitanum hoc Cœnobium glorioſâ morte ſuâ plurimùm illuſtrârunt duo memorati Ordinis Alumni, nempè loci Prior Adm. R. P. Henricus Theiſs idem etiam ſupremus Præſes provincialis in Sueviâ, & alter F. Jacobus Strobel Converſus, ambo ab ingruentibus hæreticis Anno 1632. immaniter trucidati ac Chriſti Martyres effecti, nullis, promiſſis, minis aut terroribus ad labefactandum orthodoxæ religionis confeſſionem ullatenùs adducendi.

ROSDORFFENSE

SOdalitium parthenium tertiæ Regulæ S. Seraphici Patris Franciſci ſubditum: quod utpotè de præſenti vix de nomine ſuo notum vel inviti ſolùm inter ea computamus: quæ malignitas ſuperiorum temporum, ſed vel maximè hæreſis jamdudùm ſuſtulit & annihilavit. Nomen & memoria illius ſuperſunt apud Fortunatum Hueber in Chronico fol. 1341.

❀ROTHENSE

SEu Rottenſe aliàs Rotum vel Rodium vulgò Monachorum Rotum ad alterius cujusdam Dominarum Rode in Oſtro-Franciâ ſita differentiam ſic dictum magnificum Pramonſtratenſis Inſtituti (Imperiale) *Cœnobium in Sueviâ duobus milliaribus à Memmingâ civitate imperiale in Haslachii & Rota amœniſſimorum fluviolorum medio concurſu ſitum: quorum poſterior milliare ſuprà Rodum ortus Monaſterium ipſum perfluit, & ei nomen hoc facit: poſteà aſſumpto Haslachio Bonam Cellam Monialium Cœnobium* (itidem recenſitum ſuprà) *& Aichſtettum pagum Friburgenſium Nobilium præterfluens paululùm ſupra Ulmam Danubio confluit. Id inqvam Rodum fundatum legitur Anno Chriſti 1126. à Dominâ Hemmâ illuſtris Baronis & Eqvitis aurati Henrici à Wildenwergck conjuge, ejus nimirùm, qvi in Fridenburgo arce habitâſſe legitur, & ex ea excepit filios Rhenigenum & Chunonem ejusdem Cœnobii maximos Benefactores, ut habet vetus diſtichon: qvod Sacello Capitulari inſcriptum legitur*

Fundatrice Hemma Rhenigenum credimus eſſe
Chunonemq; ſatos: charâ hîc cum matre ſepultos.

Primum (Monaſterii hujus Abbatem) *habemus Odinonem hominem ſanctæ & piæ converſationis Dapiferum de Walpurg, ſub qvo tam potens tamq; magnificum fuit hoc Cœnobium Rotenſe, & aleret Monachos ſupra ducentos, legitur is inſtituiſſe & monachis è ſuo hoc Cœnobio miſſis impleſſe quinq; Eccleſias Inſtituti Pramonſtratenſis, Wiltavienſem,* (in Tiroli diœceſis Brixinenſis) *Lutrenſem vulgò Kayſerlauteren* (in Palatinatû Heidelbergenſi diœceſis Wormatienſis) *dictam Anno Domini 1145. Steingardenſem* (in ſuperiori Bavariâ diœceſis Auguſtanæ) *Anno 1147. Marchtallenſem* (de quâ ſuprà) *ad Danubium Anno 1170. ad preces Hugonis Comitis Palatini Tubingenſis, cui Ordini in ſeculo adhuc conſtitutus ſervierat. Obiit Abbas iſte Anno Domini 1182.* Hæc Bruſchius de Monaſt. German. cent. 1. fol. m. 105.

Seneſcente ſuperiore ſeculo decimo ſexto ex digniſſimo hoc Canonicorum Regularium Præmonſtratenſium Rothenſi Monaſterio terris abreptus cœlis immigravit loci Profeſſus adhuc ætate juvenis B. F. Wilhelmus natione Suevus, patriâ Mün-

Mündelheimenſis à morte ſuâ miraculis clarus : cujus ſuccinctam vitæ hiſtoriam velut ex ungue leonem oſtendit Epitaphium ſub his verbis expreſſum : *Deo & memoriæ S. ſiſte gradum Viator. Hìc ſitus eſt F. Wilhelmus Eiſelin in virtute qvàm ætate major, cælo qvàm terrâ dignior. Flos inter ſpinas & inter flores lilium. Decerpſit florem Deus qvia placuit. Carptus duo nobis poſt ſe reliqvit chara pignora, odorem & caulem hunc fratres iſthâc condiderunt arculâ. Ille per orbem fragrat. Obiit Anno Chriſti 1588. ætatis 24. die 28. Martii.* Alias laudes & merita ipſius prolixè ſatis decantata vide, ſi placet, typis Antverpienſibus editâ, quam allegat etiam Raderus in Bavariâ Piâ fol. 133.

ROTHENSE

FOemininum etiam aliquod paris Inſtituti ſeu ſacræ Præmonſtratenſis familiæ domicilium recenſito Imperiali Rothenſi virorum Monaſterio priſcis ſaltem illis primæ fundationis temporibus ſtetiſſe conjunctum, quamvis poſteris annis quocunque demùm fato ſuppreſſum & penitùs abolitum novimus ex eodem Bruſchio antè citato.

ROTHENSE

ALiud paris nominis, imparis tamen Inſtituti Monaſterium, quod eſt Prioratus de Ordine S. Benedicti diœceſis Auguſtanæ in Comitatu Oetingenſi prioribus ſeculis inclytus, idemque ipſe Hirſaugienſi Abbatiæ in Wirtenbergiâ pleniſſimo jure ſubditus & incorporatus : cujus quidem Trithemius Abbas in ſuo Hirſaugienſi Chronico tom. 1. fol. m. 256. jam ad annum 1183. ſub regimine S. Wilhelmi Abbatis meminit; verùm initium illius ad annum uſque 1220. rectiùs poſtponit Cruſius part. 2. lib. 8. cap. 5. in hæc verba ſcribens : *Idem planè jus, qvod in Reichenbachenſe Cœnobium habuit Hirſaugienſis Abbas in hæc qvoq; duo Monaſteria nempè in Prioratum Schönrein in Franconiâ ſiti ad Wirzburgenſem diœceſin pertinentis, & in Præpoſituram Rodæ vel Rotæ vel Münchroti in ComitatuOettingenſi ad Auguſtanam diœceſin ſpectantes. Præpoſitura Rodana anno circiter 1220. ope Comitis Hermanni Liningenſis & Comitis Diemonis de Brutſeleder ab Hirſaugienſi Abbate condita eſt teſtibus, in qvibus ſic ſcriptum eſt* : Hermannus de Lyningen, & uxor ejus Adela, & Diemo Comes de Bratſeleder in Epiſcopatu Augienſi, in Rotâ & in circumjacentibus villis centum Hubas pro ſe & omni cognatione ſuâ DEO & B. Petro Apoſtolo Hirſaugiæ tradiderunt, eâ ſcilicet conditione, ut providente Abbate Hirſaugienſi ſervitium DEI ſecundùm B. Benedicti regulam ibidem inſtituatur.

Porrò de litibus ac controverſiis Abbatibus Hirſaugiæ in cauſâ Superioritatis ſeu religioſi dominii ſubinde ſuſcitatis Trithemius citatus fol. 527. refert ſequentia : *Anno ſui regiminis octavo* (Eberhardus Abbas Hirſaugienſis ordine viceſimus tertius electus Anno 1216. die 23. Februarii) *confirmationem Monaſterii ſui cum ampliori gratiâ & libertate à Friderico* (hujus nominis ſecundo) *Rege obtinuit, & favorem apud illum ſingularem propter ſapientiam ſuam & vitæ religioſæ meritum invenit. Magnam ſuo tempore cum Epiſcopo Auguſtenſe pro defenſione libertatum & privilegiorum Præpoſituræ ſuæ Rothenſis litem habuit: contra quem jure tandem triumphavit. Præpoſitus namqve Rothenſis à primæ fundationis tempore ſemper Abbati hujus Monaſterii Hirſaugienſis ſine medio conſuevit eſſe ſubjectus, & alium Superiorem habuit neminem. Verùm ille, qvoniam & officium Præpoſiti memoratiCœnobii geſſit temporibus*

Eber-

Eberhardi Abbatis, neſcio, quo ſpiritu ſeductus, ab ejus ſe obedientiâ conabatur ſubtrahere, & prædictum Auguſtanum Epiſcopum pro ſuperiore invocare. Cujus temeritatem Præpoſiti Abbas Eberhardus iniquo ferens animo, ſe conſtanter oppoſuit, & coram eodem Pontifice ac toto Auguſtenſis Eccleſiæ Capitulo per juris & juſtitiæ ſententiamglorioſè triumphavit. Nam viſis & auditis juribus & privilegiis Monaſterii Hirſaugienſis ad Præpoſituram memoratam, quæ Abbas produxit in medium: quòd Præpoſitus Rothenſis non Epiſcopo ſed Abbati ſine medio debeat eſſe ſubjectus fuit ab omnibus declaratum. Ita videtur, quòd Inſtitutio illius Abbatem Hirſaugienſem ſecundùm Regulam ſolùm reſpiciat, & de ordinatione ejus nullus ſe alius intromittat.

Item tom. 2. fol. 422. *Anno prænotato* (1451.) *poſt obitum Godefridi Præpoſiti in Roth Wilhelmus de Steiten per Wolframum Abbatem Hirſaugienſem Præpoſitus fuit inſtitutus. Qui paulò pòſt in ſuperbiam elevatus Abbatem ſuum cœpit contemnere & ejus imperio temerè contraire. Volebat enim ipſe, ſi potuiſſet, Advocatiam Præpoſituræ, quam Comites de Oettingen in feudum recipiunt alienare penitùs, & in perpetuam concedere proprietatem. Quod, ut mox Wolframo Abbati Hirſaugienſi certâ relatione innotuit, omnes eorum conatus impedivit. Conſpiraverant in unum Comes & Præpoſitus alter cupiens Advocatiam Præpoſituræ liberam, alter ut à juriſdictione Abbatis fieret abſolutus. Sed Wolframus non minùs jure qvàm prudentiâ utriusq; conatum repreſſit.* Fol. 426. *Eodem anno* (1459.) *Wolframus Abbas hujus Monaſterii Hirſaugienſis miſit fratrem unum ex Monachis ad convocationem Mantuanam pro negotio Præpoſituræ ſuæ in Roth Auguſtenſis diœceſis coram Pio Papâ ſecundo expediendis ſimul & aliis cauſis Monaſterii arduis. Miſſus fuit cum eodem Monacho Joannes Nauclerus Doctor per Wolframum Abbatem ad Romanum Pontificem Pium, ut cauſam verbis & ſcriptis redderet meliorem. Wilhelmus etenim Præpoſitus in Roth, ut ſuprà diximus, Wolframo Abbati rebellis & inobediens litteras quasdam libertatis & exemptionis à Pio Pontifice ſecundo impetravit, ut videlicet auctoritate propriâ ad Monachatum poſſet ſuſcipere Novitios, & omnia facere pro arbitrio ſine majoritate Hirſaugienſis Abbatis: cui Præpoſitura pleno jure à primâ fundatione ſemper & fuit & manet ſubjecta. Unde Abbas Wolframus privilegiorum Monaſterii ſui acerrimus defenſor, per eos, quos miſit ad Papam, litteras ſubreptitias impetravit revocari & caſſatis omnibus malè indultis Præpoſitum ad obedientiam revocavit.*

Fol. 479. Eodem anno (1472.) Bernardus Abbas hujus Monaſterii Hirſaugienſis Petrum inobedientem & rebellem Præpoſitum in Roth depoſuit, reductumque Hirſaugiam carceribus mancipavit, quia non ſolùm ad ejus Regimen fuit inutilis, ſed etiam ſemetipſum pro ſuâ perſonâ ſimul & ipſam Præpoſituram cum omnibus pertinentiis ad eam ab obedientia & juriſdictione Abbatis ac Monaſterii Hirſaugienſis alienare tentavit: quibus tamen ſemper à primâ fundatione ſuâ manſit ſubjecta.

Anno 1630. Præpoſitura hæc ſeû ſæpedictus Rothenſis Prioratus (ſuperiori durante ſeculo cum aliis unius ejusdemque ditionis Oetinganæ Monaſteriis & locis ſacris à Domino fundi violenter invaſus, & in profanos uſus ſuadente hæreſi præreptus) fuit quidem authoritate Cæſareâ Ferdinandi II. (prout conſtat ex Romano Hay in Horto Cruſiano fol. 567. & Zeillero in parvo Chronico Sueviæ plenariè reſtitutus, inde tamen non niſi ad executionem usque Pacis Cæſareo-Suecicæ ſuo Ordini & Abbatiæ Hirſaugienſi ſervatus utpotè per pacta illius ad hæreticos denuò translatus.

ROT-

❀ROTTENBURGENSE

ROttenburgum ad Nicrum civitas in Comitatu (hodie Auguſtisſimæ familiæ Auſtriacæ combinato) Hohenbergenſi facilè præcipua eaq; largè deſcripta à Zeillero in Topographiâ Sueviæ fol. 163. venerabile quoddam habet Monaſterium ſeu domicilium Ordinis PP. Carmelitarum, qui à recentioribus, ſeu (uti vocantur) Diſcalceatis aliquatenùs diſtincti pasſim *Mitigati* nuncupantur. Cruſius in Annalibus de Monaſterio hoc ſubindè mentionem faciens de eodem profert ſequentia part. 2. lib. 9. cap. 5. *Anno 1112. tempore Henrici V. die 3. Januarii Neccaricum, qvod uno milliare à Tubingâ diſtat Rottenburgum magno terræ motu & inundatione aqvarum totum corruit & perditum eſt. Poſt qvinqvaginta novem autem annos ſcilicet Chriſti 1171. iterùm ab Hohenbergenſi Comite Alberto conditum eſt. Anno 1276. ſupradictus Comes Albertus locum dedit in oppido recèns ædificato Rottenburgo ad inædificandum fratribus S. Dominæ noſtræ Monaſterium, qvod & factum eſt: nempè quinto anno poſt inſtaurationem oppidi. Ergò id anno 1271. inſtauratum eſt.* Item part. 3. lib.2. cap. 22. *Albertus* (Comes Hohenbergensſis) *ibidem* (Rottenburgi) *Anno 1276. Carmelitarum Monaſterium fundavit.* Et lib.5. cap. 11. *Ibidem* (Rottenburgi) *jam diu fuerat domus fratrum B. Mariæ de Monte Carmelo* (ante annum 1277.) *& viginti fratres ejusdem Ordinis habentes Priorem, Lectorem & alios Officiatos.* Item lib. 6. cap. 8. Anno 1417. *Hugo & uxor ejus Agnes Gyltlingenſis Miſſam æternam inſtituerunt Rotenburgi ad Carmelitas. Habitabant in arce Entringâ. Humati ſunt juxta altare Ehingeranum in illo Carmelitano Cœnobio cum ipſe mortuus eſſet An. 1417.* Ita Cruſius citatus, poſt quem in laudem fundatoris Monaſterii hujus Carmelitani oportunè hìc ſubjicimus, quæ de ipſo Henricus Pantaleon in viris Illuſt. Germ. part. 2. fol. 249. ſub his verbis habet: *Albertus ex illuſtri familia Comitum de Hohenberg & Haigerloch natus eſt: qui in Sueviâ & Alſatiâ potentisſimi fuerunt. Itaq; in iis in omnis generis virtutibus educatus ſuo tempore apud omnes magnam exiſtimationem nactus eſt. Erat enim inſignis corpore & animo, ita ut Sueviæ Protector & Romani Imperii ſuſtentaculum diceretur. Is cùm parentibus in Comitatu ſuccesſiſſet, & Rudolpho Habſpurgenſi, qui poſteà Cæſar electus fuit, ſororem Annam uxorem dedit, atq; dotis nomine Hugenshofenſe dominium in Alſatiâ obtulit. Itaq; Clarisſimi Comites affinitate juncti eò temporis cùm anno 1270. in Imperio Interregnum eſſet, ſuas regiones magnâ dexteritate defenderunt, atq; multa præclara facinora perpetraverunt. Tandem verò Albertus pro ſuo ex ſorore nepote Alberto pugnans in ſuo Comitatu hoſtes Bavaros aggreſſus à ſuis militibus relinqvitur. Ipſe verò pugnando feſſus diu hoſti reſtitit, atq; tandem victus multitudine occubuit. Reliqvit is filium Rudolphum, qui Comes in Rottenburg, Haigerloch & Hochenburg inter Suevos magnam auctoritatem obtinuit, ita ut Comitibus Wirtenbergenſibus & aliis vicinis formidoloſus eſſet &c. &c.*

Porrò cùm ex dictis conſtet nobiles Dynaſtas ab Ehingen in Carmelitano hoc Cœnobio proprium quoddam ſuæ familiæ ſacellum habuiſſe, facilè tenendum eſt, ipſos eidem quandoque munificos ſeſe exhibuiſſe, ſed vel maximè Marquardum illum ab Ehingen virum illuſtrem in gentibus nominatum: cujus religioſæ liberalitati, paradigma quoddam oſtendit Cruſius part. 3. lib. 3. cap. 12. ad annum gratiæ 1294. ſub hujusmodi tenore; *In Nomine Domini Amen. Quoniam ea, quæ geruntur in tempore, ſub temporis curriculo è memoriâ hominum dilabuntur: opus eſt, ut litterarum teſtimonio fulciantur*

tur. Univerſis igitur præſentem chartulam inſpecturis, clariùs innoteſcat, quòd ego Marquard miles dictus de Ehingen, & Suſanna mea collateralis, nec non Reinhardus filius meus cum cæteris meis hæredibus: coram viris providis & honeſtis pro teſtibus infrà ſcriptis: dilectis fratribus viris religioſis Ordinis Beatæ Mariæ de Monte Carmelo, in novâ civitate dictâ Rottenburg commorantibus pro remedio animarum noſtrarum progenitorumque noſtrorum unanimi voluntate legavimus, donavimus ſanis mentibus & ſenſibus liberè ſtatuendo: ut ad ſacramenti Dominici myſterium in eorundem fratrum Eccleſiâ qvotidiè peragendum: una Ama vini de bonis noſtris, Bertoldo, qvi Wirt de Ehingen vulgariter appellabatur, & hæredibus ſuis per nos pro annuo cenſu conceſſis: ſupradictis fratribus nomine teſtamenti & eleemoſynæ annis ſingulis tribuatur. Iſta autem prædicta donatio, ut per qvemcunq; fratrum prædictorum, ſeu hæredum noſtrorum in poſterum vendi vel obligari, ſive minui valeat aut infringi: præſentem paginam conſcribi fecimus, & ſigillo noſtro, ac ſigillo univerſorum civium civitatis ſupradictæ fideliter communiri: Teſtes verò hujus rei ſunt Conradus dictus Lamp miles. Henricus miniſter & Henricus filius ejusdem, Volckerus dictus Stabler, Engelhardus dictus Herter, Langolfus dictus Lange, Engelfridus civis ibidem, & complures fide digni. Datum & actum in novâ civitate memoratâ, in domo fratrum ſupradictorum Anno Dom. 1294. Indict. 6.

❀ROTTENBURGENSE

IDem Rottenburgum inter plures (quæ RR. PP. Capucinis hoſpitium conceſſerunt) Sueviæ civitates, de primis una tales aſcetas ſibi comparandi maturè ſatis, tùm ardore tùm ſtudio fortiter admodùm allaboravit, unde etiam Anno 1603. memoratos Patres ſolicitius invitavit, per forenſes Conſules ſuos & Senatores, qui tamen pro tunc ob diverſas difficultates præter ſpem emanatas minùs auditi negotium aliquot annis ſuſpenderunt, animum non abjecerunt. Parebat tùm Rottenburgum Sereniſſimo Principi Carolo Auſtriaco Marchioni Burgoviæ &c. quem totus præfatæ urbis Magiſtratus pro recipiendis Capucinis inſtantiſſimè requiſitum, adeò propitium habuit, ut inſigne quoque ſubſidium altefata ſua Serenitas polliceretur Monaſterio oportunè ſtruendo conferendum. Petitione ſua proin Rottenburgenſes apud Patres Provinciæ Anno 1616. Lucernæ in Helvetiâ capitulariter in Domino congregatos devotiſſimè repetitâ & auctoritate Sereniſſimi Archiducis Caroli antedicti fortiter actuatâ conſenſum impetrârunt plenarium. Verùm ipſo Archiduce paulò poſt, nempè ſub annum 1618. in cenſum mortuorum urgentibus fatis abrepto totus Rottenburgenſium oppidanorum conatus (bello ſimul ingruente, ac magnâ nimis annonæ cariſtiâ ſubſequente) fuit eluſus, qui tamen inde ſub annum gratiæ 1622. ſortitus eſt effectum optatiſſimum, feliciſſimum. Nam ad novam ipſorum inſtantiam Patres aliquot Rottenburgum directi fabricando Monaſterio initium dederunt in areâ ab Huggiis tùm elato ſui Principis miniſterio, tum patritio ſtemmate clariſſimis benignè conceſsâ menſe Octobri Anno 1622. Fabrica ſumptibus & impenſis ſolùm eleemoſynariis partim aliùnde collatis, partim ex piâ Urbis civiumq; beneficentiâ ſpontaneè datis undequaque crevit. Accidit, ut pueri tegulas contegendo templo in altum efferentes quandoque plures convenirent in tabulato: quod aliquando ſuo pondere fatiſcens inſiſtentes omnes illos præceps demiſit, ac inter lateres, lapides, tabulata, multamque rei cæmentariæ congeriem obru-

obrutos quaſi ſepelivit. Omnes, ſed vel maximè Patres Capucini caſu ſatis infauſto nimium quantùm exterriti Supremum Numen, JESUM Mariam & S. Franciſcum inclamant, accurrunt, pueros ex Ruderibus eruunt, ſalvos & incolumes attollunt omnes, uno ſolo excepto, qui quaſi ſuo cruore miraculi dignitatem impunè deſcriberet, leviter ſecundùm auriculam, & quidem unam tantùm læſus vix modicum è vulnere ſtillabat ſanguinem, cæteris adſtantibus & magnam nimis Dei miſericordiam oppidò collaudantibus.

Aliud manifeſtum ſtructuræ à Deo comprobatæ ſignum evenit, dùm nempè ſæpedicti Patres quaſi titubantes & in arcto poſiti Primores & Officiales urbis adeunt, vetuſtam quandam arcem Monaſterio ſimul & ruinæ proximam in præſentem lapidum defectum humiliter expetentes. Petiti ſuam id excedere poteſtatem pertinaciter aſſerentes, ad ipſam Archiducis curiam Oenipontanam ſupplices remittunt. Verùm maturando citiùs operi inutilem aliàs arcem adjudicavit turbo, qui nocte proximè ſequenti conſtanter in eam ipſam incubuit, quouſque colliſam undequaque ſubvertit, humique ſtravit; unde facilè poſtmodùm piis petentibus conceſſum fuit rudera colligere, & fabricam ſuam finaliter abſolvere; in qua nunc ſæpedicti Patres promovendæ animarum ſaluti firmiter attendentes, eidem pro viribus jugiter allaborant & inſudant.

Præter alios in Domino demortuos iſthìc etiam ſepultus requieſcit piiſſimæ memoriæ Venerabilis in Chriſto Pater Marcus Tugienſis Concionator ad populum quia celeberrimus paſſim magni habitus ab omnibus, idem in diuturnâ corporis infirmitate nunquàm non patientiſſimus ſtare ſeu pedeſter incedere haud valens, dehinc ſudo cœlo poſt matutinas ad feneſtram, per quam hortus patebat, ex Infirmario in ſella geſtatoriâ deportatus ſacris precibus & meditationibus uſque ad manè conſtanter invigilabat; ad ejuſdem Patris ſolatium philomela in arcuato ex viridantibus foliis fornice ſingulis diebus ac noctibus in horto ſuaviſſimè cantillabat Marci mentem ad Creatoris laudem animans, eadem ipſa poſt fata religioſiſſimi auſcultatoris ulteriùs comparere nunquàm viſa. Mors Venerabilis Patris Marci iſtius verè beata incidit in diem 31. Martii Anno 1654.

In eodem hoc ſacro Seraphico domicilio Rottenburgenſi præfixam terreſtris peregrinationis ſuæ metam beatâ perennitate aditâ pluſquàm feliciter attigit Venerabilis itidem in Chriſto P. Electus Lauffenburgicus, qui Miſſionarius Apoſtolicus in Græcia, Candia & vel maximè in famoſâ illâ claſſe Venetâ, quæ Turcas adeò potenter profligavit, ſat multa bona præſtitit. Mors P. Electi pretioſa in conſpectu Domini Albo notatur calculo, & cum religioſiſſimo meritis coæqualis Ven. P. Rheinfeldenſis obitu, necrologio domeſtico inſcripta legitur die 2. Maji Anno 1672.

❋ ROTTENBURGENSE

Floret etiam iſthìc loci Collegium aliquod Societatis JESU ſtructuris ſuis verè ampliſſimum, de quo haud pridem ſequentem accepimus relationem: *Anno 1648. Societas Jeſu Rottenburgi Senatûs - conſulto jus civitatis accepit, & facultatem ſedem hìc figendi Collegiumq; extruendi donatâ in finem iſtum à Senatu Armamentarii nuper incendio conſumpti areâ & pomerio, tùm Anno 1649. Februarii die viceſimo quinto Tubingâ pulſi Patres Rottenburgum migrârunt: variis initio per vices domibus habitatum, donec coëmptâ à Reverendiſſimo Domino Abbate Creuzlingano domo & accedente ex teſtamentariis tabulis Illuſtriſſimi Domini Baronis Ferdinandi Hohenbergenſis æde Bubenhoſianâ cùm utraque iſta memoratæ dicti Armamentarii areæ contigua eſſet; Collegium in eam formam redactum eſt, quæ etiamnùm cernitur. Fundatores agnoſcit Sereniſſimos Archiduces Auſtriacos Comitatûs Tirolenſis & ditionis Hohenbergenſis Dominos & Auguſtiſſimum Leopoldum Cæſarem, qui ultimam liberalitate imperatoriâ manum*

num adjecit. Acceſſit ſuprà memorati Baronis Hohenbergenſis ſupremi, ut vocant, Capitanei Dynaſtiæ hujus Legatum: tùm Illuſtrisſimi itidem Domini Joachimi Baronis ab Hauſen Domini in Kaltenmarch & Staden inſignis munificentia: Prænobilis item Domini Melchioris Scholeri Quæſtoris Sereniſſimi Ducis Palatino-Neoburgici, ac quondam civis hujatis ex teſtamento hæreditas: demùm civitatis Rottenburgenſis ac piorum operâ Collegium hoc in eum excrevit ſtatum: quo nunc commodè tenet & alit religioſos alumnos ſexdecim: qui præter inferiores Gymnaſii Scholas Logicam & Theologiam moralem tradunt. Templum nondùm ædificatum eſt, ſed aliqua domûs pars in eam formam & uſum redacta templum non inconcinnè refert, eiq; Patronus tutelaris è Cælitibus S. Joſephus Chriſti nutritius lectus eſt.

❋ROTTENBURGENSE

FOemininum etiam, & quidem duplex cujuscunque demùm Ordinis ſeu religioſæ profesſionis Aſceterium olim Rottenburgi fuiſſe conſtitutum liquet ex Cruſio in Paralip. ad Annales Sueviæ cap. 13. fol. 56. vel breviſſimè ſaltem ita ſcribente: *Rottenburgum Nicri ubi Monaſterium Carmelitarum, & duo quæ non ampliùs ſunt Incluſoria Sanctimonialium.* Haud ita pridem de antiquo ſtatu gemini parthenonis iſtius mihi penitius inquirenti Rottenburgo ab amicâ manu reſcripta fuerunt ſequentia: *Omninò verum eſt, quod ſcribit Cruſius ſuperioribus annis intra mœnia civitatis noſtræ duo fuiſſe Virginum Cœnobia, & unum quidem ſtetit eo ipſo in loco, ubi nunc RR. PP. Jeſuitarum extat Eccleſia, alterum verò, ubi nunc urbis ludus litterarius &c. &c.* Crediderim ego primùm ætate noſtrâ durante nimirùm ſuperiore bello Suecico alterum de duobus iſtis contuberniis periiſſe, primùm autem jam Anno 1495. ſuffocatum fuiſſe conſtat ex Horto Cruſiano Romani Hay fol. 556. ubi author iſte citat & affert excerptum ſeu fragmentum Epiſtolæ cujusdam ſub annum circiter 1620. à Principe quodam acatholico contra quendam Germaniæ noſtræ Epiſcopum in causâ reſtitutionis Monaſteriorum exaratæ: quæ inter alia ſic habet: Ich will allhie nicht gedencken / daß wann ſchon vorgebner / aber ohnerwieſner Maſſen / meine Vorfahrer dergleichen geiſtliche Güter ihnen approbirt / oder zu weltlichen Ausgaben angewendt haben ſollten / doch ſie allein darüber nit ſo hoch zu culpiren wären / weil eben dergleichen Güter auch von dē Catholiſchen ſelbſt eingezogen / u. entweder den Tafel-Güteren incorporirt / oder ſonſten zu anderen weltlichen Ausgaben und Notturfft verbraucht worden ſeyn / wie deſſen ſonderlich ein Exempel vorhanden bey Kayſer Maximiliano I. deſſen Majeſt. als Lands-Fürſt und Herr der Herrſchafft Hohenberg / in Anno 1495. mit den geiſtlichen Frauen in der Statt Rottenburg am Necker / dergleichen Reformation vorgenommen und verordnet / weil alle Frauen in ſelbigem Cloſter biß auff zwo mit Tod abgangen / daß kein Frau mehr in die Verſammlung aufgenommen / ſondern nach deren zwo Frauen Tod alle Güter / Renut und Gülten / ſo darein gehörig / und ſie bißhero genoſſen haben / halb dem Allmuſen / und der halbe Theil zur Notturfft der Stadt Gebäu gegeben / geeignet / gefolgt / und gereicht werden ſoll / allermaſſen dieſes ein Schreiben / ſo von Graff Eytel Friederichen zu Hohenzolleren / als Ihro Majeſtät Cammer-Hauptmann / beſagter Herrſchafft Hohenberg ſub dato Montag nach Invocavit oder 25. Februarii / berührten 1495. Jahrs abgangen / und durch welchen alſo die Execution ins Werck gericht worden / in mehrern mit ſich bringen thut.

ROTTENMÜNSTERENSE

IMperiale Monaſterium fœmininum diœceſis Conſtantienſis de ſacro Ordine Ciſtercienſi communiter ex nomine ſuo *Rottenmünſter* aliàs *vallis B. Mariæ Virginis* intitulatum ad littora protuberantis Nicri fluminis Rotwilæ imperiali itidem oppido quaſi contiguum originem trahit ab antiquiore quodam Cœnobiolo *Hohenmauren* ſeu *Parietes alti* nuncupato : quod annis abhinc 475. propè ſtetit in fundo communiter die Alte Stadt nuncupato, vel ſecundùm rudera ſua hodiedum contuentibus admirando. Labentibus annis idipſum clauſtrum hoc in vaſtam horridamque ſolitudinem vulgò Holperbach translatum, atque iterùm modicâ unius quadrantis diſtantiâ (quod cœleſti monitu factum) loco motum in novum exurrexit Parthenium ex tunc Rottenmünſter appellandum : cujus prima fundatrix ſimul & Abbatiſſa fuit B. Williburgis ſub annum circiter 1221. ſacratioris vitæ meritis præclara, & ad ſuperos evocata præſidentibus orbi Chriſtiano Rectoribus Honorio III. & Friderico II.

Anno 1224. Idem Honorius Pont. Max. proprio quodam diplomate Monaſterium, iſtud in Rottenmünſter recèns fundatum in ſpecialem Sedis Apoſtolicæ protectionem ſuſcepit ac variis quoque privilegiis dotavit juxtà conſtituens, ut Ordo monaſticus ſecundùm DEI & B. Benedicti regulam ſub conſtitutionibus Ciſtercienſium perpetuis futuris temporibus inviolabiliter obſervetur.

Anno 1237. Fridericus Romanorum Imperator antedictus idem Cœnobium hoc ſimiliter in ſuam & Imperii tutelam adoptavit, prout ampliùs explanat diploma Cæſareum Venerabili ac religioſiſſimæ Dominæ Ittæ pro tempore Abbatiſſæ in id clementiſſimè datum & impertitum ſub dato Spiræ tertio Idus Julii Anno 1237. cui eidem privilegio plures Auguſtiſſimi in Imperio Succeſſores aliique diverſi Sereniſſimi Principes & Magnates alias quoque ſuperaddiderunt libertates & immunitates, maximè verò ſupremum dominium territoriale, item jus gladii ac foreſti &c. &c. quævis iſta nunquàm non in quietâ poſſeſſione usque hactenùs uſurpata.

Anno 1660. Reverendiſſima ac pientiſſima Domina Maria Urſula Schechlin, patriâ Rottwilenſis, Abbatiſſa in Rottenmünſter numero trigeſima quinta electa A. 1658. die 21. Octobris Monaſterium hoc ſibi creditum diutino ſatis & triſtiſſimo temporum bellicorum diſturbio miſerrimè devaſtatum, imò & in meriſſimas flammas abſumptum firmiſſimam in ſolo Deo habens fiduciam auſu herculeo ſuſcepit reſtaurandum, ac intra juſtum triennii decurſum complevit domum Domini ſeu novam templi ſtructuram, quam indè loci Ordinarius Celſiſſimus ac Reverendiſſimus Princeps & Epiſcopus Conſtantienſis Franciſcus Joannes die 27. Julii Dominicâ octavâ poſt Pentecoſten Anno 1664. ſolemniter conſecravit Divæ Virgini in cœlos aſſumptæ & Apoſtolorum Principibus SS. Petro & Paulo ſpecialiter dicatam.

Anno 1665. Eadem quoque Reverendiſſima Antiſtita Domina Maria Urſula clauſtrale Domicilium ſuum Rottenmünſterenſe è ferali buſto ſuſcitandum pari ſedulitate & induſtriâ magnanimiter aggreſſa egeſtis ruderibus antiquis primum in novo fundamento lapidem reponi fecit die 13. Aprilis, atque intra quadriennium eousque totum ædificium feliciſſimè deduxit, ut manſionibus religioſis ritè coaptatis immigrare potuerit cum Venerabili cœtu ſuo die 20. Januarii An. 1669. & quamvis digniſſima gubernatrix iſta deinceps manſerit omninò recluſa, nihilominùs tamen priori ſtudio & aſſuetâ rei œconomicæ vigilantiâ reliquum pariter confecit ædificium : cui demùm A. 1692. coronidem impoſuit: quæ in Abbatiali regimine proxima ſucceſſit moderna Reverendiſſima itidem Domina, Domina S. R. J. Abbatiſſa Maria Williburgis : cujus ſæpenominata prædecanea jam priùs in fata declinavit die 14. Aprilis An. 1687. qualiter oſtendit elogium ipſius ſepulchrali marmori inſcriptum & in templo Monaſterii in hæc verba legendum.

MARIA

MARIA URSULA.
Hujus loci XXXV. Abbatiſſa
Et altera fundatrix
Hic jacet
Per quam ſtat templi hujus
Aſceteriiq; fabrica
Ex uſtrinâ Monaſterii veteris
Injuriâ belli in cineres dati
In hac quæ cernis
Tectorum faſtigia educta
Permagnum hoc & ad invidiam
Illuſtre: at majus illud
Quod ſuarum mores integerrimæ
Vitæ exemplo ſanctè
ædificavit.
His egregiè geſtis
Poſt Abbatiæ XXVIII.
Ætatis verò LXX. annos
Eâdem, quâ olim Ordinem induit, die
Hominem exuit
Poſtridie Idus Aprilis
Anno M DC LXXXVII.

Anno 1187. die 25. Aprilis concordibus ſuffragantium votis religioſum vacantis Abbatiæ miniſterium depoſthâc curandum digniſſimè prælecta ſuſcepit, quæ hodie laudatiſſimè præſidet Reverendiſſima ac Religioſiſſima Domina Maria Wiliburgis: cujus fauſto regimini & clauſtrali imperio devotiſſimè parent Venerabiles domicellæ ſequentes: Maria Franciſca Amannin Prioriſſa: Maria Beatrix Mayrin Senior Burſaria: Maria Thereſia Brachmännin: Maria Joſepha de Bodmann: Maria Cæcilia Voglerin: Maria Urſula Spizin: Maria Victoria Wildin Supprioriſſa: Maria Bernarda Gerberin: Maria Claudia Grosgädinin: Maria Anna Grieshaberin: Maria Magdalena Saxin: Maria Catharina de Freyberg: Maria Antonia Schuchmacherin: Maria Conſtantia Schidlin: Maria Benedicta Mittenayrin: Maria Scholaſtica Egenottin: Maria Ludgardis Gernin: Maria Roſalia Hainzmännin: Item Sorores laicæ quatuor: Omnes gratiſſimo virtutum odore fragrantes quaſi filiæ Regum in honore ſuo: quibus benedicat Dominus ex Sion, ut videant bona Jeruſalem omnibus diebus vitæ ſuæ temporalis ac ſempiternæ. fiat! fiat!

✱ROTTWILANUM

ROttwila civitas imperialis diœceſis Conſtantienſis ad fluenta Nicri à Zeillero in Topographiâ Sueviæ fol. 64. & aliis tùm chronographis tùm geographis ample ſatis deſcripta etiamnùm temporibus noſtris reſidentiam quandam habet ſeu domicilium cum adjuncto templo proprium: quod eſt equeſtris Ordinis Melitenſis præpingui ſatis dote nobilitatum ac dotatum, iſtud tamen à Jacobo Maulio in Chronico Conſtant. fol. m. 713. inter loca ſacra memoratæ Conſtant. diœceſis vix nomine ſuo notatum in hæc verba: *Domus S. Joannis Baptiſtæ in Rottweyl.*

✱ROTTWILANUM

FLoret etiamnùm ibidem loci venerabile quoque RR. PP. Prædicatorum Ordinis S. Dominici Monaſterium: in cujus templo à fidelibus oppidanis cultû hyperduliæ devotiſſimè honoratur & adoratur ſtatua quædam inter miraculoſas Marianas ſpecialiter quoque commemorata ac inſigniter commendata à R. P. Guilielmo Gumpenberger Societatis JESU in atlante Mariano fol. 451. ſub his verbis: *Rottwila Imperii urbs ſtatuam Virginis ligneam jam dudùm coluit, quam de Roſario vocant in templo RR. PP. Dominicanorum, ut pietas civium ſemper fuerit maxima, incrementum tamen accepit à miraculo, quo virgo afflictam urbem ſolari dignata eſt; ſiquidem An. 1643. Gallorum Suecorumq; durisſimam obſidionem urbs cæterà nec magna nec munita ſuſtinere decrevit Cæſari ſuo fidelis. Hoſtis repulſam primam paſſus tormenta curru-*

 lia

lia applicuit, ubi ingreſſum ſperabat adeò conſtanter, ut paucos intra dies unà cum mœnibus etiam domorum tecta facilè jacerent. Intereà civium pars ad muros, pars ad templum parabant; videbatur virgo precibus fatigata. Nam die Novembris decimâ ſolatium videre viſi ſunt cives, cùm horâ poſt meridiem ſecundâ vultum ſtatua in ſacros affectus figuraret, dolentis & gementis ſpeciem induta. Plùs duabus horis miraculum duravit, qvò plures tanti portenti teſtes eſſent; ſiqvidem acciti fama præter Catholicos etiam heterodoxi, cùm viderent nullam fraudis ſubeſſe ſuſpicionem candidè faſſi ſunt imaginibus ſacris cultum nullâ Dei injuriâ adhiberi, & ut omnis è mentibus ſpectatorum dubitatio abeſſet, placuit Deiparæ decimo qvinto pòſt die repetere portentum. Sed qvia feliciora nuntiabat, vultum monſtrabat longè qvàm nuper diverſum, identidem in lætantis & gratulantis ſpeciem exporrecta, nam eo ipſo die, qvi viceſimus qvintus Novembris erat, hoſtes à Cæſareo Bavaricoq́ exercitu obruti infami vel fugâ vel deditione Dutlingâ ceſſêre ſolâ vitâ contenti. Res tota Ordinarii Celſiſſimi Epiſcopi Conſtantienſis per Deputatos examinata, qvia populus pro teſte erat approbata eſt, & typis edita, ubi viginti qvatuor teſtium nomina ex omni Ordine memoratur. Hæc ille loc. cit.

Cœterùm de primâ digniſſimi Monaſterii hujus Rottwilani origine nuper inde recepi ſequentia ad me perſcripta: *Conventus noſter FF. Prædicatorum SS. Petro & Paulo Apoſtolorum Principibus ſpecialiter dicatus ædificatus fuit Anno 1282. Chorum illius extruxit noſter B. Albertus Magnus Epiſcopus Ratisbonenſis. Stetit Monaſterium hoc priusquàm ipſa Rottwilana civitas fuit condita & ædificata centum viginti annis ultrà. Siqvidem ſcamna ſeu ſedilia in Choro noſtro fuerunt exciſa è lignis ſeu arboribus, in eodem ipſo fundo, cui poſtmodùm memorata civitas ſuperædificata fuit, natis & exortis.*

❀ ROTTWILANUM

Regulari viſitationi Prioris Dominicano-Rottwilani ſubjacet parthenium aliquod contuberniũ à piis devotisq́; ſororibus tertium (uti vocant) Regulam S. P. Dominici ſectantibus inhabitatum, idq́ue jam ducentis & ampliùs annis à duabus Illuſtriſſimis Matronis genere Comitiſſis Higone (ut ajunt) ſtemmate prognatis fundatum & ædificatum. Loci Moniales propriam quandam non habent Eccleſiam, ſed privatum ſolummodò quoddam Oratorium: in quo per ſingulos dies publicam venerationem non tantùm à domeſticis, ſed etiam à convenis & advenis magnâ devotione colitur miraculoſum Chriſti Servatoris è cruce pendentis ſimulachrum ligneum olim à pueris equiſionibus execrandum facinus auſis tribus globis æneis transfixum: juxtà quoque poſita Divæ Virginis Deiparæ Statua multis & magnis ſignis ac prodigiis coruſca.

❀ ROTTWILANUM

SÆpedicta civitas Rottwila non tam ab avita religione Catholicâ fortiſſimè hactenùs defenſa, quàm à ſtudio ſingulari Chriſtianam pietatem ſartam tectam conſervandi, & quidquid ejus conſervationi proficuum comparandi celeberrima cùm Anno 1623. per devotam admodùm ac fervidiſſimam Dominicæ Paſſionis explanationem à religioſiſſimo concionatore quodam Capucino è publicâ cathedrâ pientiſſimè factam ſat magno ſpiritûs fervore, confeſtim etiam ſibi tales vendicandi religioſos, calore moræ nimiùm impatiente ſtatim Senatus-conſultum fit quantocyùs averſandi Capucinos. Delecti in id ſpectabiles Viri de numero Senatorum D. Lucas Werner J. V. D. & alter Dominus Vincentius Gribel Badenam oppidum Helvetiæ ad Capitulum provinciale deſtinantur de ſuſcipiendis Rottwilæ religioſis Patribus ſeriò tractatur, & immenſum quaſi civium deſiderium efficaciſſimè propoſitum omnium votantiũ ſuffragia ſibi vendicavit; quare ſtatim ex ſacris illis Comitiis ſub finẽ menſis Auguſti habitis emanavit Decretũ quantocyùs inſtituendi Rottwilæ Conventum.

Deſti-

Deſtinati eò Patres primùm privatas ſolùm incoluerunt ædes media in fabricam neceſſaria inibi præparantes ſeu quovis modo poſſibili conquirentes. Loci Parochus Adm. Reverendiſſimus ac Spectatiſſimus Dominus Jacobus Khuen ſingularis Capucinorum fautor & amator lubens ceſſit fundum ſuum & aream mœnibus civitatis attiguam: ubi locorum die 2. Julii 1627. primum fundamenti lapidem collocavit Reverendiſſimus ac Ampliſſimus Dominus N. Abbas inclyti Cœnobii ad S. Georgium Hercinianum numeroſiſſimâ convenarum multitudine ex locis circumcircà poſitis mille votis applaudente.

Structura ſuccolantibus variis eleemoſynis in tantum emerſit, ut pro abſolutâ haberi potuerit ſeu cenſeri, cùm Wirtenbergicus armatorum exercitus tumultuariè Rottwilam infeſtat & hoſtiliter occupat, imo pro vano ſceleratæ victoriæ complemento totum Cœnobium noviter excitatum divellit & proterit Capucinis ipſi urbi pro tunc immigrantibus Anno 1632. Religioſisſimi Aſcetæ tam funeſto caſu fermè conciderant animo Rottwilæ ſubſiſtendi, ſed ecce præcipuus Sacræ Seraphicæ religionis benefactor & amator antedictus urbis Parochus collapſos animos fortiter erexit, non ſolùm pecunias ex horto cui prior Conventus dirutus inſederat divendito comparatas, ſed inſuper mille quoque florenos coràm enumeratos pro novâ fabricâ liberaliter offerendo. Alexit hæc munificentia Urbis Magnates, ut & ipſi de ſubſtituendo alio quodam Capucinis domicilio conſilia caperent & inquirerent. Altarias, feneſtræ, ferramenta, lateres, tegulæ, ſaxa, ſtructuræ citiùs apparandæ ſupererant quidem, non item area in rem accommoda, ſiquidem novum Monaſterium præ mœnibus urbis tot iterum periculis exponere haud placuit. Omnibus proin civitatis plateis & angulis ritè conſideratis nullus locus in id reperiebatur magis habilis ſeu idoneus, quàm qui quondam à communi urbis armamentario fuit occupatus; poſtulatus ergò à Magiſtratu protinùs obtinetur Anno 1635. dùm nempè Serenisſimus Princeps Leopoldus Wilhelmus Marchio Badenſis pro eo mille florenos Senatui Rottwilano ſolvit & antè laudatus R. D. Parochus totum dejecti Monaſterii hortum ſeu pretium ex eo redemptum lubens ceſſit. Acceſſerunt & alia diverſorum Benefactorum ſubſidia pecuniaria: quibus confortati Patres Capucini novam reaſſumpſerunt ſtructuram: cujus aream die 25. Maij An. 1636. ex commisſione Ordinarii ſæpefatus civitatis Parochus luſtravit. Indies quidem accrevit opus asſiduo laborantium ſtudio magis & magis augmentatum, belli tamen recrudeſcentis injuriâ præpeditum Gallis nimirùm ac Suevis confœderatis Anno 1643. Rottwilam hoſtiliter bis aggresſis, quare primùm poſt denuntiatam ac ſtabilitam Germaniæ pacem Monaſterienſem ædificium illud fuit abſolutum, & Anno 1655. die 19. Septembris, quæ fuit Dominica poſt Pentecoſten decima octava, Suffraganeus Conſtantienſis Reverendisſimus ac Perilluſtris Dominus Dominus Georgius Sigismundus Epiſcopus Heliopoleos Eccleſiam conſecravit in honorem Deiparæ Virginis in cœlos aſſumptæ. Unde ex hoc Armamentario in repoſitorium ſpiritualium armorum converſo jam religioſi milites Chriſti arma depromunt ad exſcindenda vitia, defendendas animas, repellendos dæmones, aptisſima, fortisſima &c. &c.

❀ROTTWILANUM

DOmicilium, quod Societas JESU Rottwilæ ſibi habet proprium, accepimus inde nuper ab amicâ manu vel brevisſimè deſcriptum, prout ſequitur: *Habent etiam apud nos RR. PP. Jeſuitæ ſuam Eccleſiam ſub titulo B. M. Virginis in Cœlos aſſumptæ dicatam, eamq; à pervetuſtâ turri & ſacello à miraculosâ ejusdem Divæ Matris Doloroſæ Imagine quâdam percelebrem: & admisſi*

admiſſi ſunt illi primitùs in hanc urbem Anno 1652. in quâ viginti circiter annis commorati, pòſt verò ſuſtentatione congruâ, ob inſperatam temporum iniqvitatem propemodùm exuti, vel inviti loco ceſſerunt: qvorum vice Anno 1690. ſubintrârunt RR. DD. Patres Benedictini, ſed nec iſtis ex voto proſperatis & lætificatis manſionem ſuam pariter ultrò reliqverunt Monachi, quod factum eſt Anno 1690. & confeſtim expetita denuò fuit atq; redditibus amplioribus inſtructa, ſeu uberius dotata antedicta ſocietas, quæ tamen primùm A. 1692. iteratò civitatem ingreſſa ad hanc usq; diem iſthîc feliciter ſubſiſtit conſuetis functionibus in negotio ſalutis animarum ſagaciter exequendo circa plurima jugiter occupata.

Lit. S.

❀SALEMITANUM

SEU SALAMONIS VILLA, *vulgò* Salmansweyler, *vel, ut alii volunt,* Alemanni villa (*etſi non ita antiquum ſit, ut Alemanni nomen redolere poſſit*) *dictum: Omnium Monaſteriorum Ciſtercienſis Inſtituti in Germaniis facilè pulcherrimum opulentiſſimumque uno milliari ab Uberlingâ civitate imperiali ad Acronium lacum condita, in ipsâ verâ Sueviâ ſitum, qvod aliqvi ſic dictum exiſtimant, qvod ad Templi Hieroſolymitani ſimilitudinem conditum ſit; alii verò à Salamone paſtore quodam primam ibi Cellam ſibi in Oratorium conſtruente, nomen id ei inditum perhibere & affirmare audent. Id inqvam ampliſſimum Monachorum Collegium (in qvo hâc etiam adhuc tempeſtate ſexaginta invenias Monachos) fundatum & locupletatum eſt ſub Innocentio II. Pont. Max. & Lothario Imperatore, à Gunthero nobili ac opulentiſſimo Barone de Adelsreutte Eqvite Aurato, qvi obiit Anno Domini 1138. Hujus Inſignia fuerunt niger aries in rubrâ planitie. Conſequutum eſt Monaſterium hoc maximas opes & facultates per diligentem ac prudentem Oeconomiæ adminiſtrationem. Donatum tamen eſt etiam munificentiſſimè à plurimis Imperatoribus, à Conrado Suevo videlicet Anno Domini 1142. à Friderico Barbaroſſa Anno Domini 1155. tandem etiam ab Eberhardo, vel, ut alii volunt, Burckardo Salisburgenſi Archiepiſcopo Romanæ Sedis Legato, qvi honorificè in hoc Cœnobio humatus, ſecundus ejusdem fundator & præcipuus ditator fuiſſe perhibetur. Habitant non procul à Salemitano hoc Cœnobio Comites Sancti Montis, qvi cùm olim Monaſterium plurimus injuriis afficerent, & opprimere conarentur à Carolo qvarto ampliùs id facere aut præſumere prohibiti ſunt, qui Cœnobio novas libertates & maxima privilegia impertivit. Multa olim ad idem Monaſterium contulerunt Comites Montis fortis. Habent in hujus Monaſterii longè pulcherrimo magnificentiſſimoq; templo ſepulchra & reconditoria ſua Nobiles à Bodmann: Gremlichii, Schellenbergeri, & Barones Rhordorffenſes.* Ita Bruſchius de Monaſt. German. cent. I. fol. m. 106. poſt quem Franciſcus Dückher in novo Chronico ſuo Salisburgenſi fol. 118. S. Eberhardum antedictum inter metropolitanos antiſtites Salisburgenſes hujus nominis primum, ordine verò ſucceſſionis viceſimum nonum Anno 1164. cœlis receptum Monaſterii hujus Salemitani fundatorem abſolutè conſtituit, de quo tamen neq; Hundius in ſuâ (ubi de Archiepiſcopis Salisburgenſibus prolixè ſatis agit) Metropoli, neque etiam in Bavariâ ſuâ (ubi etiam vitam S. Eberhardi iſtius totam enarrat) ſanctâ vol. I. fol. 132. verbo meminit, benè tamen Nova quædam Sacri Rom. Imperii procerum notitia 1684. Tubingæ in 8. edita de primâ origine Salemitanâ lib. 3. cap. 21. fol. 339. depromit ſequentia: *Fundatum primùm eſt* (ſæpedictum Monaſterium hoc) *à Gundramo Barone de Adelsreuter circa annum 1134. dein à Conrado III. à Friderico I. Imp. inprimis verò à Burckardo* (Eberhardo)

Salisburgenſi Archiepiſcopo munificentiſſimè locupletatum, in cujus beneficii memoriam hodie adhuc Salisburgenſe ſymbolum Inſignibus hujus Cœnobii inſeri ſolet. De jure Superioritatis litem ei moverunt Fürſtenbergici Comites, & Monaſterium in Comitatu Heiligenbergenſi ſitum: atque adeò ſuæ jurisdictioni ſubditum eſſe contenderunt. Verùm Cœnobiarchæ ex adverſo docuêre Monaſterium à Conrado III. Imperatore Sueviæ Duce (Ducum autem Sueviæ Heligenbergios tanquàm Vicarios Vice-Dominos & temporarios adminiſtratores fuiſſe) tractui Lentienſium ſeu Lintzgow, atque omni ſeculari jurisdictione exemptum, ſolique Romano Regi in perpetuam advocatiam anno 1142. ſubjectum eſſe, atque adeò mero & mixto Imperio Abbatem pollere, qui notoriè ſtatus ſit Imperii: qualis hodiedùm inter immediatos S. R. J. Status Eccleſiaſticos potenter adambulat ac ſpecialiter honoratus plurimùm inclareſcit Reverendiſſimus Perilluſtris ac Ampliſſimus Præſul ac Dominus Dominus Emmanuel S. R. J. Abbas & Dominus Regii & Exempti Monaſterii ſui Beatiſſimæ Virginis Mariæ in Salem vigilantiſſimus ſacri Ordinis Ciſtercienſis per ſuperiorem Germaniam Vicarius Generalis &c. &c. cum aliis itidem Reverendiſſimis Sueviæ noſtræ Prælatis regularibus anno 1690. die Januarii feſtiviſſimæ inaugurationi ſeu coronationi Auguſtiſſimi Principis Joſephi I. Romanorum Regis in æde cathedrali Auguſtanâ aſſiſtentibus coràm, inclytus. Vivat! Floreat! Perennet!

SALMANSHOFIENSE

INcluſorium religioſarum Sororum Ordinis S. Franciſci locationem ſuam habuit in vico *Salmanshoffen* diœceſis Auguſtanæ haud procul à Lyco (qui Sueviam inter & Bavariam dividit) flumine in Marchionatu Burgovienſi & diſtrictu ruralis Capituli Oberdorffenſis aliquandò conſpicuum; de quo Cruſis part. 2. lib. 12. cap. 8. Solùm paucula hæc annotavit ſequentia: *An. 1200. fundatum eſt Cœnobium Virginum Salmanshoffen tertiæ regulæ S. Franciſci: cujus advocati fuêre Biberbacenſes Mareſchalli*: quorum proprius fuit ipſe fundus Salmanshofienſis utpotè in ditione Biberbacenſi conſtitutus; cujus etiam regularis clauſtri ſingularem quoque mentionem facit antiquum Chronicon Pappenheimenſe cap. 50. fol. 58. ſub his verbis: Die Edelleuth von Biberbach haben auch unter ihrem Schutz gehabt Salmanshoffen / iſt ein Frauen-Cloſter der dritten Regul S. Franciſci aber als ich mehr wahrhafftiger find / ſo ſeind die Marſchalck erſtlich Herren darüber geweſt / welches Cloſter geſtifftet worden iſt Anno 1200. Hodie ſola religioſi domicilii hujus rudera ſuperſunt & memoria illius etiam litteris commendata apud Lazium de migrat. gent. lib. 8. fol. 407.

❋ SAULGOVIENSE

SEu *Sulgovienſe* dictum Sueviæ ſuperioris oppidum in diſtrictu diœceſis Conſtantienſis duobus à Biberaco urbe imperiali hodie Sereniſſimæ familiæ Auſtriacorum cum adjacente territorio ſubditum, idque cunis & natalibus S. Menrâdi Martyris 12. Calendas Februarii Sanctorum faſtis adſcripti celeberrimum deſcriptumque in Topographiâ Sueviæ apud Zeillerum fol. 179; hoc inquam Saulgovienſe oppidum hodie Franciſcanum aliquod Provinciæ (quæ aliâ à RR. PP. Reformatis *S. Leopoldi* intitulatur) Tirolenſis habet Monaſterium: de cujus exordio, tùm de ſtatu moderno nuper inde reſcripta fuerunt ad me ſequentia: *Quantum ex noſtris colligere licet Annalibus primùm anno 1646. inſpirante Patre ſpirituum à Reverendiſſimâ ac Illuſtriſſimâ Dominâ Dominâ Mariâ Catharinâ Comitiſſâ de Spaur, Pflaum & Valor Abbatiſſâ Ducalis Collegii Buchovienſis S. R. J. Principe &c. Patres noſtri iſthuc vocati factâ compromiſſione fundi ad Monaſteriolum in Sulgovienſi (ut memoratum*

ratum Canoniſſarum Collegium Jus Patronatûs habet) civitate iſtâ conſtruendum inducti fuerunt; ac dùm ibi per plures annos in religioſâ (uti vocant) reſidentiâ ſeu hoſpitio commorati ſunt; demùm Anno 1663. ſub regimine Reverendiſſimæ ac Illuſtriſſimæ Dominæ Dominæ Mariæ Franciſcæ ex Comitibus de Montfort Abbatiſſæ Buchovienſis, ſuffragante munificâ diverſorum Benefactorum eleemoſynâ, totaque plurimùm adjuvante viciniâ formatum aliquem inſtituere cœperunt Conventum & ædificare Monaſterium; quod demùm (ſpatioſum admodùm hortum intra mœnia clauſtri complexum) Anno 1668. feliciter fuit abſolutum, & Eccleſia illius Thaumaturgo S. Antonio de Paduâ ſolemniter conſecrata; quæ hodie crebris fidelium votis ad eandem offerri ſolitis celebris admodùm exiſtit. Porrò aliis notatu dignis non notatis vivunt hic noſtri ex merâ ſolùm & purâ eleemoſynâ, ſed vel maximè ex iis, quæ vel emendicantur humiliter, vel ad Miſſas votivas offeruntur liberaliter quindecim plerumque Fratres Minores ac pauperes S. Seraphici Patris Franciſci filii ad animarum ſalutem jugiter intenti & ad ſacra miniſteria ruralium Parochorum circùm circà poſitorum usquequaque promptiſſimi &c. Atque hæc eadem hîc recenſita confirmat etiam Fortunatus Hueber fol. 745. ita ſcribens: Zu Saulgen oder Sulgow/einem Tyroliſchen Stådtlein im Schwabenland/ und Vatterland des Heyligen Martyrers Menradi, ein Meil Wegs von dem Reichs-Fürſtl. Stifft Buchau am Federſee entlegen/ hat die regierende Fürſtin Catharina / ein gebohrne Reichs-Gråffin von Spaur ꝛc. zu einen Cloſter-Bau denen Franciſcanern im Jahr 1646. das mehriſte und beſte zu Ehren des Heyligen Antonii von Padua gewürcket / dero groſſe Fürſtl. Gnaden die Fürſtin Maria Franciſca, ein gebohrne Reichs-Gråffin von Montfort jederzeit gnådigſt hat fortgeſetzet.

SCHAFFHUSIANUM.

SChaffhuſium aliàs Schaphuſia urbs notiſſima hodie quidem cum ſuo (quod ampliſſimum ſibi ſubditum habet) adjacente territorio, ſeu (uti vocant) pago Helvetiorum Cantonibus aſſociata & confœderata; quondam verò ImperalisCivitas & membrum Circuli (uti vocatur) Suevici: quia nimirùm in Hegoviâ (quæ certa Sueviæ noſtræ pars eſt) ſituatur, ampliùs deſcripta à Münſtero in Coſmographiâ. Item Zeillero in Itinerario Germaniæ cap. 25. fol. 546. & aliis, ante nefariam avitæ religionis immutationem plura habuit Monaſteria diverſis ſacris Ordinibus addicta: quorum potiſſimum fuit Imperiale Cœnobium Monaſtico-Benedictinum *S. Salvatoris* intitulatum, de cujus initio Trithemius Abbas in ſuo Hirſaugienſi Chronico tom. 1. fol. m. 205. ita ſcribit: *His etiam* (anno circiter 1050.) *temporibus Eberhardus Comes quidam in Sueviâ cooperante ſibi uxore ſuâ cupiens bonorum ſuorum conſtituere hæredem Monaſterium noſtri Ordinis, quod Schaffhauſen nuncupatur, condidit, quod multis prædiis & poſſeſſionibus pro ſuſtentatione ſervorum Domini dotavit: in quo Cænobio poſteà per ſucceſſum temporis multi doctiſſimi atque ſanctiſſimi viri ſub regulâ S. Benedicti Abbatis claruerunt.* De quo etiam plura Monaſteria noſtri Ordinis nova Monachos & Abbates primos inhabitatores diverſo tempore habuerunt. Intitulatur aliàs Cœnobium iſtud *Omnium Sanctorum*, &c de ipſo Cruſius part. 2. lib. 6. cap. 11. memoranda profert ſequentia: *Extructum fuit magnis impenſis: advectis ingentibus columnis lapideis: quarum adhuc duodecim in templo viſuntur longæ denos ſeptenos pedes: in circuitu novenorum pedum. Conſecravit id Monaſterium Leo nonus: conſanguineus memorati Comitis Eberhardi, anno 1052.* Cœterùm plura de S. Eberhardo Comite Nellenburgenſi (cujus ſtemma genealogicum aliqua liter exhibet ſæpe citatusManlius fol. 682.) fundatore Schaffhuſiano, vide, ſi placet in vitâ ipſius apud Henricum Murer in Helvetiâ ſacrâ fol. 277. & ſeq.

SCHAFFHUSIANUM

PRæter diverſa diverſorum religioſorum Ordinum aſceteria generoſos etiam equeſtris Ordinis Melitenſis alumnos (uti vocant) Joannitas propriam quandam intra muros Schaffhuſianos habuiſſe reſidentiam, atque iſtam opimis adeò fructibus, juribus ac poſſesſionibus convenienter inſtructam abundéque ſatis dotatam, quamvis de tempore & nomine primi conditoris ſeu fundatoris nobis adhuc ignotam, unicè novimus ex Caſparo Langio.

SCHAFFHUSIANUM

QUoddam etiam Fratrum Ordinis B. Mariæ Virginis de Monte Carmelio domicilium in viciniâ & territoriali fundo ſæpedictæ civitatis Schaffhuſianæ propè Stein oppidum antiquitùs fuiſſe præclarum, etſi ſecundùm genuinas origines ſuas vix, & ne vix quidem ampliùs inquirendum, oſtendit nobis antecitatus Langius.

SCHAFFHUSIANUM.

RR. PP. Eremitas Auguſtinianos aliquando Schaffhuſium pariter incoluiſſe, iſthicque loci in proprio quodam ſui Ordinis Monaſterio ante tempora hæreticæ pravitatis Calvinianæ ſub ficu & vite ſuâ ſecuros conſediſſe monſtrat idem Langius citatus.

SCHAFFHUSIANUM

MOnaſteriiFranciſcani, quod RR. PP. Conventuales Schaffhuſii quondam ut proprium tenuerunt, ſingularem etiam mentionem facit Felix Faber in ſuâ Hiſtoriâ Suevorum lib. 1. cap. 14. fol. 151. occaſione generalis Interdicti circa annum 1346. in partibus Germaniæ in causâ Ludovici IV. Imperatoris cognomento Bavari ex Decreto Sedis Apoſtolicæ pasſim obſervati ita ſcribens: *Minores* (partibus Cæſareis addicti) *ubique profanabant* (Interdictum) *demptis Conventibus in Schaffhauſen & in Briſaco.* Item Baſilea ſacra inter prima & antiqua Franciſcani Inſtituti Monaſteria Germanica ad Bodamicam Ordinis Minorum Cuſtodiam ſeu Provinciam, nominatim etiam Schaffhuſianum iſtud Cœnobium recenſet in Henrico 41. Baſileenſi Epiſcopo cap. 41. fol. 225. Novisſimè verò jam anno 1289. in Franciſcano hoc Schaffhuſiæ Monaſterio Capitulum provinciale fuiſſe coactum aſſerit Fortunatus Huebe r in Chronico fol. 57.

SCHAFFHUSIANUM.

SAgneti Virgini & Martyri ſacrum parthenium aliquod contubernium memoratum à Gabriele Buccelino in German. ſac. part. 2. fol. 67. ſub his verbis: Benefecit (S. Eberhardus Comes Nellenburgenſis) eidem Cœnobio (Schaffhuſiano S. Salvatoris ſeu Omnium Sanctorum intitulato) plurimùm lectisſima ejus Conjunx Itha, Comes Palatina de Tubingen, ſive, ut alii volunt, Sueviæ Princeps, neptis ex filio Bertholdo Burcardi Magni Alemanniæ Ducis, quæ & ipſa denique in conditum à ſe ibidem (Schaffhuſiæ) S. Agnetis Virginum Benedictinarum Cœnobium ſe concluſit & Monaſticem profeſſa, magnis virtutibus emicuit.

SCHAFFHUSIANUM.

HUjus nominis pagum quendam diœceſis Spirenſis in ditione Wirtenbergicâ imperiali oppido Weilerſtattenſi propiùs adſitum, eumque à ſæpedictâ Schaffhuſianâ (quæ diœceſis Conſtantienſis eſt) civitate Helvetiorum omninò diverſum ante tempora mutatæ religionis virorum aliquod Aſceterium Ordinis (ut opinor) Franciſcani habuiſſe ſibi conjunctum, hoc tamen j[illegible] pridem hæreticâ pravitate ſubve[illegible] conſtat nobis ex ſimplici quâdam (quam ad manum habemus) deſcriptione Omnium Monaſteriorum ſuperioribus ſeculis in Ducatu Wirtenbergiæ conſiſtentium.

SCHÖNAUGIENSE

SEu priſco vocabulo *Schönaugia* dictum fœmininum Ciſtercienſis Ordinis, Wormatienſis verò diœceſis Monaſterium propè Heidelbergam in nemore communiter *ſilva nigra*, aliàs (uti monſtrat Cruſius in Paralip. ad Annales Sueviæ cap. 1. fol. 3.) *Ottonica* ſuo nomine dicta, jam pridem ab hæreticis iniquiſſimè ſuppreſſum & extinctum. Anno 1135. fundatorem illius (prout refert Gabriel Bucelinus in Germaniâ ſacrâ part. 2. fol. 80.) egit Buggo Nobilis ab Achorn Epiſcopus Wormatienſis ex ſententiâ Bruſchii de Epiſc. German. tom. 1. cap. 7. triceſimus quintus, poſt fata ſua in templo Schönaugienſi reconditus; de quo citatus Bruſchius inibi ſic habet: *Deceſſit Epiſcopus iſte Buggo ex hâc mortali vitâ quintâ Decembrium anno à nato humani generis Salvatore milleſimo centeſimo quinquageſimo primo, cùm jam à primâ electione triginta quinque anni effluxiſſent. Evehitur ex Wormatiâ in Schönovienſe Monaſterium à ſe fundatum ac liberaliſſimè dotatum, ibi honorificè cum tali inſcriptione terræ omnium parenti & exceptrici commendatus eſt*

Buggo pater faſtum, quemvis vitavit & aſtum,
Buggo piè lator legumque & pacis amator:
Buggo ſacrans aras, mentes correxit avaras,
Buggo reformavit Monachos, & corda rigavit,
Buggo fugans enſes, ditavit Schönogienſes.
Buggo Dei cultor inimicorum fuit ultor.
Buggo ferens palmam, ſedem conſcendit ad almam.
Buggo Deum laudans, lætatur tartara fraudans.
Buggo Deum cœli placato corde fideli,
Buggo pios ultus, pia murmura ſuſcipe cultus.

SCHÖNBUCHIANUM

SPlendidiſſimum antehâc Canonicorum in communi viventium Collegium diœceſis Conſtantienſis in Ducatu Wirtenbergiæ & ſilvâ Schönbuchianâ conſpicuum Anno 1476. authorem habuit Eberhardum cognomento Barbatum Comitem Wirtenbergenſem, qui Anno 1495. die 21. Julii in Comitiis Wormatienſibus à Maximiliano I. Romanorum Imperatore motu proprio dignitate ducali honoratus & in abſolutum Principem Imperii conſtitutus, anno proximè ſequenti fatis conceſſit teſte Cruſio in annal. part. 3. lib. 9. cap. 7. ubi ſic ait: *Anno 1496. Illuſtriſſimus Dux Wirtenbergenſis & Teccenſis Comes Mompelgardenſis D. Eberhardus diem ſuum obiit Tubingæ in Palatinâ arce 24. Februarii die S. Matthiæ horâ mediâ quartâ pomeridianâ anno, ætatis ſuæ 51. & aliquot hebdomadum extinctus febri diarrhϾâ calculo. Sepultus eſt veſtitus clauſtrâ cucullâ in novo Schönbuchenſi Monaſterio*: cujus primordia Henricus Pantaleon de Viris Illuſt. German. part. 2. fol. 467. in hiſtoriâ ejuſdem Eberhardi ita deſcribit: *cùm etiam ipſe* (Eberhardus) *religionis & pietatis eſſet ſtudioſiſſimus, Clericos ſecu-*

ſeculares primus in Sueviam vocavit, atque illis nonnullas Eccleſias de ſuo Jure Patronatûs exiſtentes, tradidit. Horum converſatione delectatus Eccleſiam propriam in nemore illuſtri Schönbuch, ubi ipſe & majores quotannis venari conſueverunt, à fundamentis extruxit, atque ſub S. Petri vocabulo Collegiatis Canonicis & Clericis ſecularibus communiter viventibus inhabitandam conceſſit. Sic ille; Trithemius Abbas verò in Hiſtor. Hirſaug. tom. 2. fol. m. 537. ad annum 1491. de novo hoc Canonicorum Inſtituto differens iſta ponit. *His temporibus Eberhardus Comes Wirtenbergenſis cognomine Barbatus ad honorem Omnipotentis Dei novum in vaſtâ ſolitudine Monaſterium conſtruxit cum Eccleſiâ, ambitu, Refectorio, Dormitorio, & aliis manſionibus neceſſariis, in eo loco, qui ab antiquo Schönbuch nominatur, quod magnis tandem conſummatum impenſis providâ largitione ſufficientiſſimè dotavit. Conſummato Monaſterio non Monachos cujusvis regulæ approbatæ, non Canonicos Regulares, non denique ſeculares introduxit Canonicos; ſed novum quoddam genus hominum, qui nullam profitentur alicujus Ordinis Regulam, ſed vivunt in communi, & ob id Fratres de communi vitâ nominantur. Hoc ad novam introducturus domum, quam plantaverat auctoritate Apoſtolicâ griſeum habitum in flavum commutavit ſtatuens, ut Ordinis S. Petri nuncuparentur & eſſent, in cujus Patroni memoriam clavem de albario panno ante pectus tunicæ portarent aſſutam. Et hæc prima ejus inſtitutio fuit, ut in eum S. Petri Ordinem reciperentur de Comitatu Wirtenbergenſium duntaxat Oriundi pauperes ſive depauperati honeſtæ tamen converſationis presbyteri ſex de illorum genere, quos Nobiles vocant, ſex, & de oppidanis ſeu villariis ſimiliter ſex, & quòd Nobiles deberent præeſſe cæteris etiam ſacerdotibus. Sed hæc ultima conſtitutio ſic poſteà mutata fuit, & hodie ſervatur, ut non ex Nobilibus, ſed Laicis unus ſit Prior, cui cæteri omnes teneantur obedire.*

Præpoſitus Collegii hujus aliquando fuit, qui in diebus ſuis rarâ vitæ pietate & doctrinâ celebris admodùm extitit, ac inde mortalitatem terreſtrem exutus Anno 1495. in Eccleſiâ Schönbuchianâ tumulum accepit idem novæ Tubingenſis Academiæ (ab Eberhardo Wirtenbergico antedicto Anno 1477. fundatæ) profeſſor primarius nominatiſſimus ille Gabriel Biel, cujus tale quoddam, etſi breve ſolùm apud Henricum Pantal. citatum ſuprà fol. 456. extat præconium: *Gabriel Biel, vir in divinis ſcripturis eruditus, & in humanioribus litteris doctiſſimus fuit. Cùm itaque ejus tempore anno 1476. Eberhardus Comes inclytus Wirtenbergenſis Tubingæ Academiam fundâſſet, atque multis privilegiis ornâſſet, Gabriel ille inter primos profeſſores ibidem extitit, atque ſuâ eruditione eandem plurimùm illuſtravit. Fuit itaque apud Comitem eum in magnâ exiſtimatione. Scripſit is inter alia in Canonem Miſſæ atque in Paſſionem Domini cum aliis. Cùm autem longo tempore ſacras litteras ipſamq; Philoſophiam Tubingæ magno auditorum concurſu profeſſus eſſet, atque tandem Ordinem eorum, qui ſe fratres in communi vitâ viventes appellant, ſuſcepiſſet, vitam cum morte commutavit.*

Anno 1580. ſæpedictum Ducale Collegium hoc Schönbuchianum jam pridem antè cum aliis Wirtenbergiæ Monaſteriis impiè profanatum, imò penitùs abrogatum caſuali incendio totum periit, quod ſic refertur à Cruſio part. 3. lib. 12. cap. 26. *Anno 1580. die 6. Januarii manè ab horâ quintâ usque ad ſeptimam conflagravit Cœnobium S. Petri in ſilvâ Schönbuchianâ: cùm balneum fuiſſet calefactum, nec ignis benè curatus. Accurrerunt ſtudiosè Tubingenſes & Rotenburgenſes. Combuſta perierunt aliquot pecora. Erat in Principe Eberhardo Barbato conſentiente conjuge Barbarâ Mantuanâ conditum.*

❊ SCHÖNENFELDENSE

QUaſi *Bellum pratum* ex peramœnâ loci ſituatione taliter appellari ſolitum inſigne prorsùs Monaſterium fœmininum ſacræ familiæ Ciſtercienſis infra limites Marchionatûs Burgovienſis aliàs ſuperius vulgò Oberſchönenfeld appellari ſolitum ad diſtinctionem ſcilicet alterius cujusdam parthenonis regulari profeſſione ſuâ paris, qui *Schönenfeldenſe inferius* ſeu Nider-Schönenfeld communiter inaudit, eſtque is ſecundus cum priori hoc ſeu ſuperiori contu-

contubernio Schönenfeldenſi unius quidem ejuſdemque Auguſtanæ diœceſis, non item ejuſdem ſecularis ditionis ſeu regionis, ſed ultra Lycum fluvium in fundo Bavarico locatus, de quo pluribus agunt Hundius in Metrop. tom. 3. fol. 325. & Stengelius Abbas in Comment. rerum Auguſt. part. 2. cap. 42. num. 10.

Cœterùm de primâ Schönenfeldenſis hujus Cœnobii Suevici fundatione, quia vel inviti quicquam haud cognovimus, probè conjicimus originem ſuam iſtud referre ad annum circiter 1220. hoc enim decurrente prima vixit loci Abbatiſsa, teſte eodem Stengelio in Mantiſsâ cap. 46. fol. 86. ubi etiam ſincerus Scriptor iſte in catalogo Abbatiſſarum apponit ſequentia: *Adelheidis* (Abbatiſſa numero quarta) *præfuit An. 1262. quo Eccleſia conſecrata & ab Epiſcopis Hartmanno Auguſtano, Henrico II. Herbipolenſi, Engelberto Aichſtadienſi, Henrico II. Spirenſi & Friſingenſi, Conrado II. plurimis indulgentiis donata eſt. Anno 1270. Hartmannus Epiſcopus ſupradictus his Monialibus domum Auguſtæ ab omni onere civili immunem dono conceſsit, quam adhuc poſsident*, eædem nimirùm ipſæ partheniæ Virgines, quæ juxta morem ac privilegium Ciſtercienſibus uſitatum in arctisſimâ clauſurâ illibatè degentes à jurisdictione Ordinarii liberæ & exemptæ parent viſitationi Reverendisſimi Abbatis Cæſarienſis, de cujus nutu & imperio habent etiam vicarium in ſpiritualibus rectorem ſeu Confeſſarium ex Imperiali eodem Cæſarienſi Monaſterio datum iſthîc Schœnfeldæ continuò reſidentem.

SCHORENDORFFENSE.

SChorendorffium oppidum diœceſis Conſtantienſis in Ducatu Wirtenbergico latè deſcriptum tùm à Cruſio in Paralip. ad Annales Sueviæ cap. 7. fol. 25. & ſeq. tùm à Zeillero in Topographiâ Sueviæ fol. 70. vel olim habuit maſculinum quoddam cujuscunque demùm Ordinis aut religioſæ profesſionis aſceterium, idem ipſum tamen jampridem injuriâ temporum, an inſaniâ hæreticorum penitùs extinctum & conculcatum; unde Cœnobii hujus ſolus & unicus tantùm in ſcriptis ſuis mentionem facit Matthæus Dreſſerus citatus apud eundem Zeillerum in Itinerario Germaniæ cap. 25. fol. 541.

SCHORENDORFFENSE

FUit etiam iſthîc loci religioſum aliquod fœminini ſexûs domicilium Sororum tertii (ut opinor) Ordinis S. Franciſci; hoc tamen itidem jam ſuperiori decurrente ſeculo fataliter extinctum: cujus tamen aperta habetur mentio apud Cruſium part. 3. lib. 11. cap. 13. & in Documentis redivivis Monaſt. Wirtenberg. Virginum fol. 113.

❀SCHUTTERENSE.

ALiàs *Offonis Cella* dictum antiquiſſimum Ordinis S. Benedicti Monaſterium diœceſis Argentoratenſis in Brisgoviâ hodiedùm inclytum: quod quidem Bucelinus in ſuâ Germaniâ ſacrâ part. 2. fol. 67. & 80. ab illo *Offonis Cella* intitulato omninò diverſum, & ſic duo diſtincta putat eſſe Cœnobia, ſed perperàm; etenim unum tantùm eſſe taliter bifario nomine nuncupari ſolitum apertè conſtat ex Jacobo Wimphelingo in Catal. Epiſc. Argent. fol. 5. ubi is de fundatione Monaſterii iſtius Schutterenſis ita ſcribit: *Anno Chriſti ſexcenteſimo tertio erectum eſt Cœnobium Schutteranum à regii ſanguinis viro Oſphone Anglo ætate S. Gregorii, qui Angliam paulò ante conſortem effecerat fidei Chriſtianæ, & anno Phocæ Imperatoris primo. Oſpho ille prædicandæ fidei causâ ad Germaniam profectus, Monaſterium, de quo diximus, in ſanctæ Trinitatis Divæque Mariæ Dei Matris honorem legitur ædificâſſe, eique Oſphonis Cella nomen indidit: quod temporis curſu per varias calamitates & incendia (quibus ille locus jacturam paſſus eſt) obliteratum fuit, & à fluvio, qui interlabitur Schutteræ vocabulum ſucceſsit. Creditur hic Oſpho in eodem Monaſterio ſepultus. Qui & vivens in littore Kenzingæ*

arcem ſibi pro ſuâ manſione extraxit: quam Oſphonisburgum appellavit. Argentum ſub terrâ repertum effodit, monetam excudit, quam ob Angliæ memoriam imagine Angeli crucem utraque manu ferentis (quali apparatu primos Anglorum converſores inceſſiſſe Beda teſtatur) inſignivit. Ejus monetæ nummi usque in hodiernum diem noſtrâ linguâ Anglici vel antiqui Offenburgenſes appellantur. Sic ille de primordiis Monaſterii hujus Schutterenſis, quod aliquandò utcunque neglectum, egregiè denuò fuiſſe reſtauratum refert Trithemius in Chronico Hirſaug. tom. 1. fol. 151. ad annum 1007. ſub his verbis: *Cùm die quâdam de Baſileâ civitate per Alſatiam ad Argentinam tenderet* (S. Henricus Imperator) *contigit illum nocte hoſpitari in oppidulo quodam parvo, quod à fluviolo præterfluente Schotteraugia dicitur, quòd hodie corrupto vocabulo Schutteren vulgariter nuncupatur & diſtat fermè tribus ab Argentinâ milliaribus. Eſt in eodem vico Monaſterium noſtri Ordinis, quod ſub honore Beatisſimæ Dei Genitricis & Virginis Mariæ S. Pirminius Meldenſis in Galliâ Epiſcopus Beati Mauri Abbatis diſcipulus quondam temporibus Theoderici Francorum Regis circa annum Dominicæ Nativitatis ſexcenteſimum à fundamentis conſtruxit (quemadmodùm in vitâ ejus legitur) & auxilio impenſisq́; cujusdam amici ſui Viri Nobilis, qui multas habuit in Sueviâ poſſesſiones in pago, qui Syntlaz, non procul à Conſtantiâ commorantis pro Monachorum ſuſtentatione, ut potuit, providit. Poſt annos deinde aliquos Offo quidam filius Regis Anglorum, qui amore cœleſtis patriæ mundum deſpiciens & factus Chriſti peregrinus Romam & alia Sanctorum loca frequentare ſolebat, venit Deo ſic providente ad Schutteraugiam, & amœnitate loci ſimul & amore S. Pirminii captus, ibidem reliquum vitæ ſuæ tempus manere ſtatuit: aſſumptoque ſanctæ converſionis hábitu Monachum vivere cœpit. Hic de ſuo patrimonio poſteà loca melioravit in proventibus & ampliavit neceſſariis ædificiis Cœnobium, in quo multitudinem magnam coadunavit Domino famulantium Monachorum.* Et paulò poſt: *Sanctus igitur Henricus Rex ſæpememoratus veniens ad Monaſterium Schutterenſe prædictum antiquitate & crebris incendiis penè collapſum miſericordiâ motus, omnia ædificia ſtatim renovari & ampliari conſtituit: & locum, ob honorem ſanctæ Dei Genitricis, multis proventibus & divitiis, ut hodie cernitur, inſignem fecit. Et in memoriam hujus beneficii Abbatiam Schutterenſem Eccleſiæ Babenbergenſi feudalem conſtituit, ita ut quilibet pro tempore ejus loci Abbas Babenbergenſem Epiſcopum Dominum ſuum teneatur cognoſcere, & in principio ſui regiminis Abbatiam ſemel de ejus feudali beneficio teneatur acceptare. Quod ab illo tempore ita ſervatum & continuatum eſt usque in præſentem diem.* Item infrà fol. 280. ubi plurimæ recenſentur religioſæ coloniæ ad alia Ordinis S. Benedicti Cœnobio diverſis temporibus emiſſæ inter alia ſic habetur: *Ad Monaſterium B. Mariæ ſemper Virginis in Schutteren Argent. diœceſ. miſſus eſt de hoc Monaſterio Hirſaugienſi Joannes cognomento Widel cum certis Monachis, qui locum reformârunt, & ad obſervantiam regularis diſciplinæ laudabiliter reduxerunt. Joannes iſte primùm fuit Prior in Monaſterio Hirſaugienſi clauſtralis, deinde factus eſt Prior localis in Reichenbach, poſtremo ſub Blaſio Abbate* (Hirſaugienſi) *felicis memoriæ circà annum Nativitatis Dominicæ milleſimum quadringenteſimum octogeſimum ſecundum Abbas ad præfatum Cœnobium mittitur vir conſilio prudens & activus in omnibus, ſimul & honeſtæ converſationis &c.* Et hæc Trithemius; poſt quem accedat etiam tertius Encomiaſtes Schutterenſis, qui eſt jam ſuprà citatus Gab. Bucelinus in ſuâ Germaniâ ſacrâ part. 2. fol. 80. de eodem compendioſè talia fatus: *Schutteren Benedictini Ordinis peregregium in partibus Rhenanis diœceſi Argentinenſi Monaſterium vetuſtate ipſâ reverendum, quod jam ſub annum Chriſti 600. fundatum memoratur per Offonem quendam Anglorum Regulum, de quo legendus Coccius. Cæterùm à S. Pirminio reſtitutum an conditum ſub annum Chriſti 730. certa traditio eſt. In quo egregii deinceps viri floruêre.*

❀SCHWARZACHENSE.

VEtuſtiſſimum quoque Regulæ Benedictinæ Cœnobium Argentoratenſis itidem diœceſis in ditione Marchio-Badenſi haud ita pridem à Gallo milite terribiliter exuſtum : idem ſecundùm antiquas origines ſuas à Jacobo Wimphelingo antè citato vel breviſſimè pariter habetur deſcriptum fol. 10. in hæc verba: *Anno Chriſti ſeptingenteſimo quadrageſimo nono fundatum eſt & erectum Monaſterium Schwarzach Ordinis S. Benedicti (nomen tunc habens Arnolſſaugia) à Ruthardo Comite Zäringenſi: in aliis invenio Alſatiæ.* Trithemius Abbas ſimiliter eadem in ſuo Hirſaugienſi Chronico tom. 1. fol. m. 151. ita ſcribit ; *S. Pirminius* (Epiſcopus Meldenſis jam laudatus ſuprà) *conſtruxit etiam alia quædam Ordinis S. Benedicti Monaſteria, quorum iſta in ejus vitâ exprimuntur vocabula : Altaha in Bavariâ , Schutteren & Schwarzach &c. &c.* Item Gabriel Bucelinus in German. ſac. part. 2. fol. 80. hæc pandit : *Schwarzach nobiliſſimum Benedictinæ profeſſionis in Rhenanâ provinciâ partibus Alſatiæ Monaſterium: quod anno Chriſti 724. Ruthardus Agiloſingus Alſatiæ Princeps & Irminſinda ejus conthoralis inſtinctu S. Pirminii in ripâ Rheni fluviorum Germaniæ Regis condidit, & à fundamentis extruxit : quod deinceps ope & operâ Meginhardi Comitis aliò non procul in Liechtenow oppido tranſpoſitum fuit;* de quo eodem Henricus Pantaleon antè citatus part. 3. fol. 30. occaſione Joannis Abbatis tempore Maximiliani I. Romanorum Imperatoris laudatiſſimè præſidentis ſic ait : *Joannes in pago Schwarzach juxta Badenas Marchionum natus eſt anno circiter 1400. Hic ut commodiùs pietati & litteris operam dare poſſet, juxta ejus ſeculi morem Schwarzachenſe Monaſterium intravit, ac Benedictinum Ordinem ſuſcepit. Erat Monaſterium illud olim à Ruthardo Comite & Irminſindâ uxore Comitibus Alemanniæ in pago Alſatiæ fundatum, & in loco Arnoldſaw collocatum, primo ibi Abbate exiſtente Agoaldo viro pio & docto anno 714; quod factum Pipinus Rex probavit & commendavit. Poſteà verò circa annum Chriſti 845. Guido Abbas cum Bertholdo Præſule Argentinenſi Monaſterium illud trans Rhenum tranſtulit, ut in Germaniâ & terrâ Salicâ eſſet Ludovico Pio Cæſare exiſtente. Ea regio tùm erat ſub Comite Erchengario, qui eum locum à nigro Monachorum habitu Schwarzch appellavit. Erat Monaſterium in diœceſi Argentoratenſi, verùm Jus Patronatûs ad Eccleſiam Spirenſem pertinebat, quo tamen poſteà liberatum fuit. Cùm in eo loco Monachi piè viverent, Ludovicus Pius & ſequentes Cæſares plurimùm dotârunt & immunitatibus decorârunt. Ea Rudolphus Habſpurgenſis & Fridericus III. Cæſares cum vicinis Marchionibus approbârunt & confirmârunt, quod ex ipſis diplomatibus oblatis intellexi. In eo ergò loco cùm Joannes doctrinâ & pietate reliquos ſuperaret Anno 1487. Abbas electus fuit. Itaque Monaſterium Anteceſſorum negligentiâ ferè perditum reſtituit, æs alienum redemit, & cum finitimis amicitiam coluit, ita ut paſſim in magnâ exiſtimatione & Cæſari Maximiliani gratiſſimus eſſet. Tandem vivendo feſſus anno 1514. obiit, & in ſuo Monaſterio honeſtè ſepultus fuit.*

❀SECKINGENSE

SEu *Sacconium* Latinè dictum ex oppidis Rauracenſibus ſeu Hercinianis Sereniſſimæ domui (cujus Principes & Archiduces jam ab aliquot ſeculis Vaſallos habet & Advocatos) Auſtriacæ ſubditis unum , idem à Franciſco Irenico Exegeſ. German. lib. 9. cap. 20. fol. 353. Martino Zeillero in Contin. Itinerarii German. cap. 26. fol. 351. Michaele Antonio Baudrand fol. 459. inter alias Sueviæ noſtræ ac ſilvæ nigræ civitates juſtiſſimè relatum : ſed & intra limites diœceſis Conſtantienſis & ruralis Decanatûs Wiſenthalenſes ad Rhenum elegantiſſimo ſitu conſpicuum , usquè modò ſeculare quoddam (in quo Reverendisſima, quæ pro tempore reſidet ac præſidet Abbatiſſa titulo ac poteſtate Principis honorata refulget) Collegium habet ſecundùm initia ſua deſcriptum à Bruſchio de Monaſt. German. cent. 1. fol. 146. ſub hujusmodi tenore : *Secanis vel*

vel Secanica Inſula in Rheno ſita, à ſecato Rheno dicta, vel Seccingenſe Cœnobium à S. Fridolino Scotorum & Hiberniæ Regis filio Philoſophiæ ſtudiis præclarè imbuto & Eccleſiaſticæ vitæ inprimis ſtudioſo peregrinatore plantandæ religionis & propagandi Chriſtianiſmi ergò inchoatum, octoque Canoniſſis & quatuor Canonicis fundatum anno Domini 495. confirmatum eſt à Rege Galliarum Clodovæo. Docuit Fridelinus iſte circumquaque in Galliis, tandem Pictaviam venit ad S. Hilarium, ubi poſteà in ejusdem Cœnobio pater Monachorum extitit ac S. Hilarium tranſtulit, & de terrâ elevavit, ac magnificum ibi Cœnobium Clodovæi ſubſidiis erexit. Diſcedens poſteà in Belgium, primum ad Moſellam venit, à quo amne non procul rursùs in honore S. Hilarii aliud Monaſterium inchoavit, quod hodie Helena vel Hylariacum vocatur: idque S. Naboris Cœnobium eſſe exiſtimatur. Relinquens verò & hunc locum paulò pòſt in Voſagi altis cacuminibus templum etiam S. Hilarii erexit. Venit autem & Argentinam, ibique ſimile fanum condi curavit. Inde per Burgundionum Provincias ambulans ad Churiam Rhætorum venit, ubi rursùs de S. Hilarii nomine Eccleſiam conſtruxit. Poſtremò autem Augiæ iſti Seckingenſi appulit, ut in eâ etiam Inſulâ ædiculam conderet, ſed ab habitatoribus deprehenſus, virgis caſus & ex inſulâ ejectus eſt. Venit igitur ad Regem Clodovæum, cui concionans aliquoties mox ab eo totius Inſulæ donationem liberrimam impetravit. Quoties itaque poſteà in eâ habitavit usque ad ea tempora, quibus Rex moriebatur, orans ibi & collectis aliquot diſcipulis ſacras litteras explicans. Rege ſublato cœperunt iterum accolæ ejusdem Inſulæ tumultuari adversùs virum Dei, tùm, ut ſeſe muniret contra tumultuantium vim & illatas toties injurias, Rhenum ex dextro ac veteri alveo precibus ad Deum fuſis in ſiniſtrum conjeciſſe legitur, ac ita tutum ſibi feciſſe receptaculum. Hoc ipſo miraculo omnium incolarum animos in ſui admirationem ac amorem pellexit: fuerunt autem eâ ipsâ tempeſtate duo germani fratres nobilitate & divitiis pollentes in Claronâ vulgò Glaris Helvetiorum urbe habitantes Urſo ac Landolphus: ex quibus Urſo S. Fridelini piam vitam & honeſtam cum diſcipulis ſuis converſationem videns, ſuarum poſſeſſionum integram partem à fratris patrimonio ſejunctam S. Fridelino ejusque Cœnobio dicavit ſcriptisque diplomatibus perpetuò poſſidendam tradidit, & confirmavit. Mortuo Urſone cum Landolphus avaritiæ ſtudio bona Urſonis Monaſterio legata ad ſe rapere conaretur. S. Fridelinus cum eo coram Baldeberto Landgravio de recuperandâ poſſeſſione certavit. Ubi cùm audiret nihil ſe effecturum, niſi coram Judicibus ſiſteret Urſonem donatorem: abiiſſe vir Dei Claronam & magnâ vir Dei Claronam & magnâ virtute Omnipotentis Verbi Urſonem ex mortuis reſuſcitâſſe, ſecumque eum ex Claronâ ad pagum Rhæticum Ranquil usque per ſex milliaria adduxiſſe, ut coram Landgravio cum fratre Landolpho expoſtularet injuriam legitur. Landolphus fuerat, ſed ſuum etiam adjecit. Urſo cubat Seckingi in dextrâ Chori ad parietem Fridelinus ſepeliebatur primò ad ſiniſtrum Chori parietem è regione Urſonis, poſteà in ſummum ejus aræ collocatus eſt, in quâ utrinque ſacra haberi ſolent. Eſt ibi duplex pons ſaxeus & ligneus: ſaxeus eâ parte, ubi antiquitùs Rhenus deſcendere ſolebat: ligneus eâ parte, ubi nunc defluit à S. Fridelino hoſti urbem obſidenti objectus. Extra urbem oſtenduntur in ſaxo illa & ara & ſella Fridelini Hieremitæ. De cujus Cœnobii iſta, quam recitavi fundatione & origine extant adhuc tales verſiculi

Prædia pro Domino dant fratres hîc Fridelino
Tempora poſt multa, negat alter fratro ſepulto:
Suſcitat hunc teſtem Dominus, ducitque benignus
Turba timore tremit: Sanctus ſua jura redemit.

Hactenùs Bruſchius antecitatus. Plura, ſi placet, de eodem S. Fridelino, ut & de antiquiore ſtatu ſæpenominati Collegii hujus Seckingenſis, vide apud Gabrielem Pennottum in generali Hiſtoriâ tripartitâ Canonicorum Regularium S. Auguſtini tom. 3. cap. 39. num. 12. & Continuatorem Bollandianum in Actis Sanctorum tom. 1. Martii die 5. ejusdem menſis.

❀SECKINGENSE.

EST Seckingi tertiæ quoque Regulæ Cœnobiolum Monialium è manuum ſuarum laboribus viventium : conſtructum à cive quodam ejus oppidi Joanne Heelblingo, qui locum eum duabus ſuis filiabus primùm habitandum conſecravit Annæ videlicet ac Margaridi piis puellis monaſticam ibi congregationem inchoantibus anno Domini 1340. Idem Bruſchius loc. cit.

❀SEFLINGENSE

AMpliſſimum hodie præ mœnibus civitatibus Ulmenſis Ordinis S. Claræ diœceſis Conſtantienſis Parthenium, uti numero inhabitantium frequentiſſimum, ſic & admirandis earum virtutibus ſimul & odore bonæ famæ fragrantiſſimum : de cujus initio & progreſſu juvat hîc edere Felicem Fabrum in ſuâ Hiſtoriâ Suevorum lib. 2. cap. 16. fol. 312. taliter ſcribentem : *Contra Ulmam deſcendendo venitur in locum, ubi Nydegg eminenti petræ imminet quondam arcem continens, nunc verò S. Nicolai Capellam: deinde in caſtrum Arnegg deſtructum & Herlingen, & poſteà Clingenſtein, quæ eſt arx fortis. Poſt hanc arcem eſt Seflingen Monaſterium egregium S. Claræ, quod creditur vivente Sancto Patre Franciſco inchoatum fuiſſe primò in Ulmâ civitate in arenâ, ubi adhuc locus eſt, in quo ſtetit & dicebantur ſorores in arenâ, quibus, dùm à quâdam viduâ collata eſſet villa Seflingen & poſſeſſio Strubel tranſtulerunt Monaſterium extra civitatem in villam, & in exitu earum permutationem fecerunt cum fratribus Minoribus dantes eis ſuam campanam, quæ ſonoroſior erat, & fratrum campanam accipientes. Ædificantes autem locum appellarunt Hortum Virginum, in quo multo tempore carpebant flores roſasque odoriferas virtutum, ſuitq; ut dicitur, S. Claræ Monaſterium in hâc provinciâ ſuperioris Alemanniæ 1232. conſtructum ab Ulmenſibus: de quorum mœnibus poſteà emigraverunt, ut dictum eſt, in Seflingen, ubi beneficiatæ à Comitibus de Tubingen iidem Comites ſibi titulum fundatorum uſurpaverunt dicentes quandam viduam Comitiſſam de Tubingen ipſum fundâſſe Monaſterium, ibique ſepultam eſſe &c.* Hæc ille ; Bruſchius verò de Monaſt. German. cent. 1. fol. m. 148. primam originem ſeu fundationem Seflingenſem paulò diverſam ennarrat, & aliter, prout nempè ſequitur : *Seflingen olim præclarum caſtrum, ejusdem nominis Nobilium Pincernarum (qui Caſarienſe etiam Monaſterium donârunt) ſedes nunc verò Virginum Deo juxta Divi Franciſci Inſtitutum ſervientium pulcherrimum ac opulentisſimum Cœnobium extra muros Reipublicæ Ulmenſis in dextrâ Blavii fluminis ſitum: cœpit anno Domini 1237. Ulmæ intra Urbis mœnia primùm, ubi Sororum Divi Benedicti Inſtitutum ſequentium, quædam erat Congregatio ad S. Eliſabethæ Sacellum in infimâ urbis parte, quam vulgò* auff dem Grieß *vocant, inter Gregorii pontis & anſerum portas ſitum. Hanc monaſticam Societatem inchoârat Minorita quidam Albertus, qui concionibus ſuis gratus privilegia & dotationes quasdam impetrârat apud Imperatorem Corradum quartum Friderici ſecundi filium. Acceſſerunt mox aliæ donationes nobilium virorum Ulrici & Peregrini de Freyberg, qui prædium quoddam Monachorum Curiam dictum ſororibus S. Eliſabethæ tradiderunt. Nondùm tùm amiſerant totius Urbis Ulmenſis poſſesſionem Monachi Divitis Augiæ, idcircò loci ejus Abbas Conradus illuſtris Baro de Zimeren donavit easdem ſorores aliquibus curtibus & prædiolis Pfullenſis pagi. Poſteà translatum eſt hoc ipſum Cœnobiolum Ulmæ mediocriter jam inchoatum ex urbe in arcis Seflingenſis, quæ Comitum erat Dilingenſium anno Chriſti 1250. ab ipſo Hartmanno Comite Dilingenſi & Epiſcopo Auguſtano, qui S. Claræ illic profesſionem & Ordinem dicitur inſtituiſſe primus. Accidit paulò pòſt anno videlicet 1258. ut hujus Epiſcopi pater Hartmannus etiam dictus Vahingi in oppido & arce hodie Wirtenbergenſis Ducatus habitans, odio ſocari ſui Ægydii Comitis à Kelmünz flagrans inextinguibili ſcribam quendam ſubornaret, ut ab eo Ægydius Comes trucidaretur, accuſatus verò Dilingenſis Hartmannus ob deſignatum tale facinus apud Turonenſem Archiepiſcopum Henricum Imperii locum tenentem ſub Interregno*

regno capitur & Treviris ad inſtantiam Kelmüncenſis familiæ capite plectitur. Habebat Hartmannus Epiſcopus matrem adhuc ſuperſtitem Dominam Wilburgem Comitiſſam Kelmünzenſem: quæ cùm propter amiſſos omnium charisſimos amicos, Ægydium patrem ac Hartmannum maritum verſaretur in ſummo luctu: exſpaciata eſt aliquoties ex arce ſuâ Vahingenſi ad Sorores S. Elyſæ propè Seflingenſem arcem habitantes, à quibus cum conſolationis verba audiſſet plurima, videretque piam ac religioſam illam Monialium converſationem dono dedit pro ſalute animarum cùm parentis, tùm mariti ſui arcem Seflingenſem cum omnibus vicinis & ad illam arcem ſpectantibus pagis, jubens ut Cœnobium ipſum ſplendidius nunc quàm fuiſſet hactenus conſtrueretur, imò pro pluribus ſororibus recipiendis etiam ampliaretur: quod ita factum eſt ſub Advocato Monaſterii Ulrico Comite de Helffenſtein Dominæ Wilbirgis altero genero. Habebat verò hæc ipſa Domina Wilbirgis præter Dominum Hartmannum Epiſcopum alium inſuper filium quatuordecim annos natum: quem ut alterum etiam religioſum facere ſecum decreverat. Sed aliter viſum fuit Superis: morſus enim puer à rabido cane paucis diebus pòſt extinctus eſt. Ibi miſerrima mater Cœnobio nuper ampliato & liberaliter à ſe donato jam & ſe ipſam & reliqua ſua omnia tradidit: cujus ipſa mox etiam Abbatiſſa & gubernatrix deſignata cum octo annis & tribus menſibus duarum monialium congregationi præfuiſſet, evocata eſt ex hâc lachrymarum valle & corpore caduco in hâc ipsâ à ſe fundatâ Abbatiâ honorificè tumulata anno milleſimo ducenteſimo octogeſimo primo eodem loco, quo filius etiam à rabido cane morſus, cubat. Donatum eſt ampliùs hoc Cœnobium à Nobilibus de Weſterſtetten & à Palatino quodam Tubingenſi, qui Wilburgis fundatricis gener etiam fuiſſe legitur. Et ſic quidem Bruſchius, ex ipſo verò eodem Seflingenſi Cœnobio de primâ hujuſcemodi fundatione & origine haud ita pridem ſummatim exaratâ recepi ſequentia: *Cùm pauperum Dominarum primiceria Beata ſcilicet ac Seraphica Virgo Clara divino ſpiritu afflata ſe ſibique adhærentes ſorores non tantùm pro propriâ, ſed etiam pro aliorum ſalute vocatas certò ſciret quaſdam rarâ vitæ ſanctimoniâ fulgentes, plurimisque dotibus illuſtres novæ religionis à ſe conditæ ſtudioſisſimè propagandæ causâ in ſuperiorem Germaniam emiſit. Illæ igitur, ut primùm Ulmam applicuerunt, ab oppidanis benevolentisſimè ſuſceptæ ſunt, & pauperculum quoddam (cui poſteà famoſum ſatisque opulentum Hoſpitale ſucceſſit S. Eliſabethæ ſacrum) Monaſterium ex diverſis fidelium eleemoſynis gratuitò collatis conſtruxerunt Ulmæ. Cùm autem hujusmodi Monaſterium quia diverſorum hominum frequentia religioſisſimis parthenüs nimiùm quantùm adversâ parumper videretur acceptum proin à ſororibus jamjam denuò deſerendum, generoſus Heros Hartmannus Comes Dilingenſis de prævio conſenſu & voluntate filii ſui Hartmanni pro tempore Epiſcopi Auguſtani & filiarum ſuarum Wichildis Comitiſſæ de Zolleren, Wilburgis Comitiſſæ de Helfenſtein & Agnetis Comitiſſæ de Hailigenſtein ex ſingulari quâdam in Deum pietate, at maximâ erga ſorores illas benevolentiâ ad honorem Nativitatis glorioſisſimæ Virginis Mariæ in loco, qui Seflingen dicitur, Monaſterium ædificavit, & ſufficientibus redditibus locupletavit fundavitque ad commodam 72. ſororum ſuſtentationem S. Seraphicâ Virgine Clarâ adhuc in carne mortali degente; quod Monaſterium Hortus B. Mariæ Virginis intitulatum plurimùm An. 1258. inhabitari cœpit, fuitque in Germaniâ noſtrâ ſuperiori præ cunctis aliis Ordinis S. Claræ facilè præcipuum & Mater reliquorum omnium, quæ de præſenti ſunt vel olim fuerunt Herbipoli, Monachii, Norinbergæ, Pfullingæ &c.*

Extractus

Ex litteris fundationis Monaſterii Seflingenſis.

IN Nomine Sanctisſimæ & Individuæ Trinitatis Amen &c. Hartmannus Comes de Dilingen &c. &c. notum eſſe volumus, quòd nos de conſenſu Domini & filii noſtri Hartmanni Dei gratiâ Venerabilis Auguſtenſis Eccleſiæ Epiſcopi, qui ſuper tenore præſentium ſpeciales dedit litteras & filiarum Wichildis Comitiſſæ de Zolleren, Wilpurgis Comitiſſæ de Helfenſtein, & Agnetis Comitiſſæ de Heiligenſtein ad honorem Omnipotentis Dei & B. Virginis & B. Franciſci & Omnium Sanctorum in animæ noſtræ remedium & parentum noſtrorum omne dominium & omnes poſſeſſiones &

proprietates villæ, quæ Seſlingen dicitur, Conſtantienſis diœceſis apud Ulmam &c. Item Jus Patronatûs in eâdem villâ &c. &c. Omni jure quo convenit, Abbatiſſæ & Conventui Dominorum apud Ulmam Ordinis S. Damiani (qui idem ipſe eſt ac Ordo S. Claræ ſumptâ ſcilicet denominatione ab Eccleſiâ S. Damiani Aſſiſii, ubi Ordo S. Claræ initium ſumpſit) abſolutè & liberè donavimus propter Dominum omni actione, quocunq; nomine cenſeantur in prædictis firmisſimè renuntiantes &c. &c.

❃SIESSENSE

Cœnobium fœmininũ diœceſis Conſtantienſis Ordinis S. Dominici in ſuperiori Sueviâ propè Sulgoviam oppidum in forenſi territorio Illuſtriſſimorum DD. Dapiferorum S. R. J. Comitum Waldburgenſium primùm cœpit Anno 1251. authore nobili Dynaſtâ & Equite aurato Steinmaro de Stralenegg ſubſidio trium filiorum ejus Friderico, Steinmaro & Wolframo. Venit etiam in partem dotationis memoratis Dominis fundatoribus conſanguinitate juncta Reverendiſſima ac Illuſtriſſima Domina Domina Mechtildis nata de Buewenburg S. R. J. Princeps Collegii Buchovienſis Abbatiſſa (juxta calculum Bruſchii de Monaſt. German. cent. 1. fol. m. 18.) numero ſeptima. Eberhardus è Truchſeſſio & Barone Waldburgenſi id ævi Pontifex (ſpecialiter laudatus à Jacobo Manlio in Chron. Conſtant. fol. m. 669. & Jacobo Merck in parvo Chronico fol. 175.) Conſtantienſis hujus nominis ſecundus ordine verò ſucceſſionis quadrageſimus nonus parthenias iſtas ſorores primùm in antedicto Sulgovienſi oppido commorantes in ſpecialem ſuam ſucceſſorumque ſuorum protectionem ſuſcepit, & ad vicinum Sulgovienſibus fundum *Sieſſen* appellatum transferri curavit, poſtquàm nimirùm pientiſſimæ Veſtales iſtæ modò ſic translatæ ſubditæ fuerunt & incorporatæ ſacro Prædicatorum Ordini, ſed & Jure Patronatûs parochialis Eccleſiæ in Sieſſen aliiſque bonis ac poſſesſionibus circumquaque diffuſis de ſingulari gratiâ & favore piiſsimorum fundatorum antedictorum liberaliſſimè fuerunt dotatæ. Joannes Papa XXII. ſeculo proximè ſeq. eandem fundationem, transmigrationem ac dotationem authoritate pontificiâ clementiſſimè confirmavit propriâ (quæ hodiedùm integra & illæſa ſervatur) Bullâ quâdam de dato Avenione 1319. conſcriptâ. Cæterùm Venerabile hoc Sieſſenſe contubernium Dominicanum olim à primo ſui initio ſuſtinuit & competenter aluit religioſas domicellas triginta: quarum tamen numerus poſterioribus annis (juribus ac redditibus conſuetis ut plurimùm ſacrilegè violatis & iniquè ſubtractis) fuit aliqualiter in partem imminutus; quo tamen non obſtante Venerabilis cœtus iſte Dominicanus regulari ſolùm ſui Ordinis viſitationi ſubditus, religioſisque perſonis 24. hodie coordinatus feliciſſimè ſubſiſtit, ſed quod res eſt meritis ac virtutibus inhabitantium augmentatus atque eximiè decoratus plurimùm inclareſcit.

SILCHENSE.

Fœmininum itidem clauſtrum hoc tamen Ordinis S. Franciſci Conſtantienſis quoque diœceſis in diſtrictu ruralis Decanatûs ſeu Capituli Tubingenſis vel antehâc conſtitutum: cujus occaſione Cruſius ad annum 1490. part. 3. lib. 9. cap. 3. ita ſcribit: *Mechtildis Völckmarina Prioriſſa Conventûs juxta Sulchericam portam Rotenburgi Neccarici Apocham de pecuniâ ſibi perſolutâ dedit tribus filiis Rudolphi de Ehingen propinqui ſui Theobaldo, Burcardo & Wolfio: ſigillis nobilis viri de Gültlingen & Conſulis Rotenburgenſis Joannis Hippi roboratam. Si Tubingâ Rotenburgum aſcendas Parthenon Silcha tibi ad dexteram non longè à portâ occurrit.* Mentionem quoque Parthenonis hujus Silchenſis facit Fortunatus Hueber in Chronico ſuo fol. 1345. ubi eum inter domicilia Franciſcana Sororum tertiam Regulam profitentium apponit; at ſacer locus iſte durante ſeculo noſtro decurrente mox ſub initium ferociſſimi diſturbii Bellonæ Suecicæ voracibus flammis abſumptus omninò periit; unde poſtmodùm

anno

anno 1643. pauca illa (quotquot remanſerunt) jura, de prævio, quorum intererat conſenſu ſuſcepit aliud paris ſexûs & Ordinis Cœnobiolum Ehingæ ad Nicrum in hæc usque tempora ſervatum.

SINDELFINGENSE

MOnaſterium Canonicorum Regularium Ordinis S. Auguſtini in Sindelfingen oppido diœceſis Conſtantienſis, territorialis verò jurisdictionis Wirtenbergicæ in Topographiâ Sueviæ apud Zeillerum fol. 172. vel breviter deſcripto, fuit primùm Aſceterium Monaſtico-Benedictinum fundatum Anno 1083. vel 1085. ab Alberto Comite Calwenſi & uxore ejus Wilkâ Duciſſâ Poloniæ, inde verò religioſis alumnis paulò poſt primam fundationem ad Cœnobium Hirſaugienſe revocatis Sindelfingenſis hæc Eccleſia fuit omninò ſeculariſata, ſeu in Collegiatam ſecularem mutata: cui novus advocatus illius Rudolphus Comes Tubingenſis plura contulit jura ac privilegia, quæ clariùs explanat proprium diploma quoddam in id taliter expeditum : *Nos Rudolfus Dei gratiâ Comes de Tubingen omnibus præſens ſcriptum legentibus in perpetuum & notitiam ſubſcriptorum. Quoniam brevì decedit humana fragilitas novercarique ſolet rei geſtæ memoria, quæ ſcripturarum non fuerit memoriæ commendata : ne igitur acta præſentia proceſſu temporis elabantur à notitiâ futurorum, ad notitiam ſingulorum volumus pervenire, quòd nos in dominio noſtro, videlicet apud Sindelfingum, ubi Jus advocatiæ nobis pertinere dignoſcitur, municipium fundare intendentes, ac eidem municipio ſeu civitati & civibus ac ejusdem loci incolis jus libertatis juxta formam libertatis civitatis Tubingenſis concedere cupientes ipſam libertatem ſic proinde duximus ſtatuendam : ut libertati Eccleſiæ & otium Eccleſiaſticarum perſonarum ibidem commorantium, ac etiam commoraturarum ſic duximus providendum, ut pedagia, telonia, angarias, perangarias, vectigalia, vel alias exactiones quocunque nomine cenſeantur ſolvere nullatenus teneantur &c. prata quoque Præpoſituræ ab aliis pratis ſeparata licet Præpoſito, quando voluerit, reſecare, excepto prato* in dem Bühle &c. *In hujus itaque ordinationis, conceſſionis & permiſſionis noſtræ teſtimonium præſentes litteras eidem Præpoſito & Capitulo dedimus ſigillorum noſtri & Reverendi in Chriſto Patris Eberhardi Dei gratiâ Conſtantienſis Epiſcopi & fratris noſtri Hugonis Palatini de Tubingen, & dilecti filii noſtri Ulrici de Helfenſtein Comitum munimine roborantes. Nos Eberhardus Dei gratiâ Epiſcopus Conſtantienſis & Hugo de Tubingen, & Ulricus de Helfenſtein Comites prædictis omnibus conſenſum benevolum adhibentes rogatu earundem partium ſigilla noſtra duximus appendenda. Actum Sindelfingen menſe Aprili anno Incarnationis Dominicæ milleſimo ducenteſimo ſexageſimo tertio Indictione ſexta. In Domino feliciter.*

Ut memores ſimus quia cuncti morte perimus,
Scripſerat Henricus talia Canonicus.
Eccleſiæ dictus de Mæskirch, ſit benedictus
Qui memor ejus erit, cùm caro morte perit.

Anno 1083. quarto Nonas Julii dedicata eſt (inquit Cruſius part. 2. lib. 8. cap. 5.) *Eccleſia Sindelfingenſis à Godehardo Juvavienſi Archiepiſcopo & Adalberone Wirceburgenſi in honore SS. Trinitatis, S. Crucis, & S. Dei Genitricis Mariæ, Omnium Sanctorum, præcipuè tamen S. Martini Epiſcopi & Confeſſoris. Crypta illius dedicata eſt anno 1107. Calendis Novembris à Conſtantienſi Epiſcopo Godehardo in honore SS. Trinitatis, S. Crucis, S. Mariæ, præcipuè tamen S. Joannis Baptiſtæ. Inditæ multæ reliquiæ Sanctorum altaribus. Subjecta erat hæc Eccleſia Epiſcopo Conſtantienſi. Ei enim Præpoſitus quotannis dabat Ferconem argenti.*

Anno 1477. Collegium hoc Canonicorum Sindelfingenſe de ſpeciali conſenſu & authoritate Sixti Papæ IV. & Friderici III. Romanorum Imperatoris ad inſtantiam Eberhardi Comitis Wirtenbergenſis &c. Senioris nec non Illuſtriſſimæ Dominæ Mechtildis genitricis ipſius pleno jure translatum fuit ad Eccleſiam S. Georgii in Tübingen, atque econtrà ad Sindelfingenſem Eccleſiam S. Martini antedictam ſubintrârunt

trârunt Canonici Regulares S. Auguſtini de Congregatione Windeſinenſi usque ad tempora mutatæ religionis inibi laudatiſſimè commorati; unde in Catalogo Monaſteriorum dictæ Congreg. Windes. apud Pennottum in hiſtor. trip. lib. 2. cap. 64. & Aubertum Miræum de Cann. Regg. cap. 13. fol. 67. nominatim etiam apponitur *Monaſterium S. Martini in Sindelfingen.*

SINDELFINGENSE

IDem oppidum Sindelfingenſe prætcritis ſeculis duo habuiſſe Monaſteria, & unum quidem intra muros, alterum verò præ foribus civitatis locatum novimus ex Cruſio antè citato part. 2. lib. 8. cap. 6. Horum autem primum (ut audivimus) fuit Canonicorum Regularium, ſecundum verò Fratrum Minorum Ordinis S. Franciſci de Provinciâ Argentinenſi: quod quamvis Fortunatus Hueber in Chronico omninò reticeat, & dehinc ſuſpiceris, éxiſtentiam illius fuiſſe prorsùs nullam, conſtat tamen hoc apertè nobis ex antiquâ & ſimplici quâdam Monaſteriorum Wittenbergenſium deſcriptione penes nos usque modò ſervatâ Patres Franciſcanos cum queîsvis aliis diverſorum religioſorum Ordinum aſcetis in ſtatione ſuâ Sindelfingenſi usque ad annum 1535. continuò manſiſſe imperturbatos.

❋SINSHEIMENSE

SEu Sünsheimenſe dictum primùm à ſuâ fundatione ſecularium Canonicorum Collegium, inde tamen in Cœnobium Aſcetarum regulam S. P. Benedicti pleniſſimè converſum fuit antiquitùs in Suevicâ Chraichgoviæ tellure noſtrâ cum ſuo (cui inerat) Sinsheimenſi oppido (in Topographiâ Sueviæ Zeilleri 227. nominatim recenſito) præclariſſimum: de quo juvat hîc adducere Trithemium Abbatem in Hiſtoriâ Hirſaug. part. 1. fol. 330. taliter ſcribentem: *Ad Monaſterium S. Michaelis Archangeli in Sinsheim* (hodie Sinsheim) *Spirenſis diœceſis ex Hirſaugiâ* (ſub regimine S. Wilhelmi duodecimi Abbatis Hirſaugienſis) *datus eſt Abbas Godebaldus vir prudens & religioſus, qui monaſticam diſciplinam ibidem laudabiliter inſtituit tempore Wolmari* (Hirſaugienſis ordine decimi quinti) *Abbatis, & notandum, quòd olim Dagobertus Rex Francorum Ordinis noſtri Abbatiam fundavit inſignem apud S. Germanum extra muros civitatis Spirenſis. Joannes autem Epiſcopus Spirenſis, cui Abbas Gebhardus* (inter Hirſaugienſes decimus) *poſteà in Pontificatu ſucceſſit Monachos tranſtulit in Sincheim & Canonicos, quos progenitores ſui Comites in Sinheim locaverant in locum Monachorum S. Germani tranſpoſuit*: quod factum eſt circa annum gratiæ 1100. Vide etiam Bruſchium de Epiſc. Germaniæ cap. 6. in Joanne 34. Epiſc. Spirenſi. Poſt annos autem circiter quadringentos Sinsheimium iſtud poſthabito ſacro Ordine monaſtico denuò priſtinam ſecularitatem induit teſte eodem Trithemio citato part. 2. fol. 564. ubi ſic ait: *Anno 1497. Monaſterium S. Michaelis Archangeli propè Sünsheim in Kraichgavio Spirenſis diœceſis ab Ordine Sanctiſſimi P. N. Benedicti Alexandro Papâ diſpenſante ad falſas Monachorum informationes & Ludovico diſſimulante Pontifice Spirenſium Ordinario loci transfertur in Collegiatam Eccleſiam*; *cujus Monachi & Abbas vicinorum ſuorum in Odenheim provocati exemplo votum ſacræ Religionis Omnipotenti Deo ſolemniter factum unà cum habitu converſionis ſuæ turpiter abjecerunt.*

SORE-

✱SORETHANUM

SORETHVM *vulgatâ voce hodie* Schuſſenrietum *à Schusſio præterfluente fluvio (qui propè Ereskirchium in Lacum Acronianum influit) ſic dictum præclarum Ordinis Præmonſtratenſis in Conſtantienſi diœceſi Cœnobium in Sueviâ propè Aulendorfium arcem Baronum à Königseck ſitum, fundatum eſt, & ex arce in Monaſterium converſum anno Domini 1188. ſub Imperatore Friderico Barbaroſſa in Dei Omnipotentis & Divæ Virginis Mariæ ac S. Magni Confeſſoris honorem à Berengario & Conrado Baronibus de Schuſſenried Equitibus auratis: quorum prior Monachus etiam Converſus, ut vocant, ejusdem Cœnobii ſui factus eſſe legitur. Primos Monachos miſit ex Albâ ſeu minore Augiâ Ulricus à Thannen Præpoſitus Augienſis quartus.* Hæc quidem Bruſchius de Monaſt. German. cent. 1. fol. 149. Sed ſaniora de primario ortu & ſtatu Imperialis ac celeberrimi Monaſterii hujus Sorethani, quæ ex ipſo loci Archivio deſumpta profert Romanus Hay in ſuo Horto Cruſiano fol. 333. prout ſequitur: *Regnante Domino Friderico Imperatore erant duo fratres milites Nobiles & liberæ conditionis Beringerus & Conradus ipſi Imperatori ſatis accepti, & aliis Magnatibus terræ, qui habebant reſidentiam in caſtro Schuſſenrieth. Qui cùm non haberent hæredes filios aut filias divinâ inſpirante gratiâ placuit eis, ut in eodem loco, ubi caſtrum eorum erat, fundarent clauſtrum alicujus Ordinis ad honorem Dei Omnipotentis, & S. Mariæ glorioſæ ſemperque Virginis Sanctique Magni Confeſſoris, qui erat Patronus in parochiali Eccleſia, quæ erat extra caſtrum, & omnia prædia ſua conferrent illi clauſtro, ipſum Chriſtum faciendo ſibi hæredem. His ita diu inter ſe pertractatis acceſſerunt ad Augienſem Eccleſiam, cui tunc præfuit Ulricus Præpoſitus de Thanne, & rogaverunt eundem & totum Conventum ibidem, ut more Paternitatis ſecundùm Statuta Ordinis eorum Præmonſtratenſis mitterent Præpoſitum & alias perſonas cum ipſo, qui ad hoc eſſent idonei, ut clauſtrum fundarent in Schuſſenrieth & ædificarent ſecundùm quod ſcirent Ordini expedire. Conſilio verò ſuper hoc habito à Præpoſito & Conventu miſſus eſt quidam Fridericus nomine Præpoſitus & alii ſecum ad hoc idonei anno ab Incarnatione Domini 1187. Cùm autem veniſſent ad locum, data ſunt omnia in poteſtatem eorum tam prædia longè ab eis remota, quàm propè adjacentia. Tunc cœperunt fundare Cœnobium & ædificare. Prædicti verò fundatores futuris malis præcaventes quidquid novellæ plantationi expedire ſciebant, toto mentis affectu ſtudebant promovere. Igitur cùm eſſent in præſentiâ Domini Friderici Imperatoris manifeſtato coram eo, & multis aliis omni propoſito ſuo circa fundationem Cœnobii ſui in Schuſſenrieth dederunt idem clauſtrum omneſque poſſeſſiones ſibi attinentes in poteſtatem Domini Imperatoris, ut ſemper in ſuâ protectione Imperatoriâ permaneret, ne fortè hæredes eorum aliquid ſibi juris poſt mortem eorum in ipſis uſurparent.*

Claret inſigniter hodiedùm ſpectatiſſimum hoc ac celeberrimum ſacri Canonici Ordinis Præmonſtratenſis Imperiale Monaſterium: cujus Abbas inter liberos & immediatos S. R. J. Status in Circulo Suevico condignè honoratus cum aliis dignitate paribus votum & ſeſſionem habet in politicis Comitiis tùm generalibus, tùm provincialibus. Eſt autem is hodie Reverendiſſimus ac Ampliſſimus Dominus Dominus Tiberius vir planè incomparabilis, prudentiâ, eloquentiâ, ſingulari erga ſuos pietate, apud ſummos infirmoſque auctoritate: cui à fonte omnium gratiarum bona omnia medullitùs apprecamur.

SPILBERGENSE

ANtiquiſſimum religioſorum virorum Ordinis (uti reor) Benedictini Monaſterium diœceſis (niſi fallor) Spirenſis in Herciniano quodam paris nominis oppido Wirtenbergico *Spilberg* appellato, primis temporibus ſuis S. Barbaræ Virgini & Martyri dicatum: idem tamen jamdudùm omni ſacratiore cultu deſtitutum & ad profanos caſus abreptum, dehinc ex ſolo Cruſio nobis notum in Paralip. cap. 10. fol. 40. ubi ſic ait: *Non longè* (à fœminino clauſtro Langen-

Langenſteinbach recenſito ſuprà) *diſtat pagus Spilberg in medio ſilvæ ſitus. Viciniſſimum eſt templum in ſolitario monte: quod appellatur S. Barbaræ templum & mons: olim à Monachis ad honorem hujus Divæ ædificatum. In quo templo adhuc reliquiæ Sanctorum & ornatus varius reſtant: affixa ibi ſunt quatuor cornua taurorum prælonga & permagna: à quibus tauris omnia, quæ ad illud templum neceſſaria ædificandum fuerint, advecta fabulantur. Circùm Fanum hoc ſilva ingens & denſiſſima eſt: procerarum varii generis arborum. Eſt etiam planities circùm abſque arboribus. Huc magno numero homines circa S. Barbaræ diem mercatûs cauſâ convenerant quotannis præſertim equorum &c. &c.*

❀ STAUFFENSE

SEu *Stouffenſe* aliis nuncupatum *Collegium Canonicorum in Stouffen Algoviæ pago Comitatûs Montefortenſis fundatum eſt anno milleſimo trecenteſimo viceſimo octavo die* (22. Junii) *Sanctorum decem millium Martyrum ab Hugone Brigantiæ Comite. Diſtat verò milliari à Cervorum vallis Cœnobiolo Monialium Ordinis S. Dominici, de quo pluribus* dictum eſt ſuprà. *Præpoſitus ipſius erat Anno 1550. vir doctus Parochus ac Decanus Miſſenſis Conradus Lanbeck Immenſtadianus propè Rotenfelſum natus. Hic in pago Miſſenſi An. 1544. ſucceſſoribus ſuis condidit egregiam domum.* Ita ex reſiduis mss. Bruſchianis & Cruſius part. 3. lib. 4. cap. 7. Jacobus Manlius *Stauffenſe* hoc Collegium inter ea, quæ de vaſtiſſimâ diœceſi Conſtantienſi ſunt, nominatim apponit, & in diſtrictu ruralis Decanatûs Stifenhovenſis ſituatum eſſe ſcribit in ſuo Piſtorianæ editionis Chronico Conſtantienſi fol. 715.

STAUFFENSE

STauffen Arx (uti loquitur Bucelinus in libello, cui titulus S. R. J. Sanctitas, Majeſtas &c. fol. 191.) Baronum antiquiſſimorum cum oppido eleganti in Briſaugiâ in aditu Vallis Trudpertinæ novum aliquod habet Ordinis Minorum S. Franciſci RR. PP. Capucinorum Monaſterium, de cujus origine nuper in ſcriptis transmiſſa ad me recepi ſequentia: *Arma Gallica ſicut toti fermè Briſgoiæ, ita etiam religioſis Conventibus RR. PP. Capucinorum fatalia ductore Marchione N. de Voubrun Gubernatore Alſatiæ Anno 1675. die 11. Martii improvisò citra ſpem adorta Urbem Neoburgenſem ſubegerant. Galli militari magis ferociâ quàm licentiâ in victos plusquàm terribiliter ſævientes rapinis ſceleratiſſimis, ſtupris, & flammis miſeram Urbem repleverunt: Capucini pro Urbe ſartâ tectâ conſervandâ iteratis vicibus ſupplices ſemper rejecti conſervandis ægris & pudori infirmioris ſexûs Monaſterium ſuum pandebant quaſi miſericordiæ ſinum, quò quamplurimi fugientes ſævitiam hoſtilem evaſerunt, à religioſiſſimis Inquilinis tam verbis conſolatione pleniſſimis, quàm cibis & (prout paupertas ferebat) potibus liberaliſſimè recreati. Multi promiſcui ſexûs oppidani metu hoſtiũ in abditiſſima domuum latibula conditi, cùm ignivomæ flammæ paſſim jam ædes omnes lambendo fœdè depaſcerentur, ne eodem prorsùs incendio perirent, extracti ſunt à Capucinis & ſalvati. Nec mitiùs evenit ipſiſmet Capucinis iſtis, nam de certâ ſuæ habitationis ruinâ jam priùs admoniti, quævis utenſilia ſua transvexerunt in pagum Schliengen vicino Epiſcopatui Baſileenſi ſubditum. Nudati proinde omnibus penè neceſſariis ac maximo timore conſternati fatalem horam exſpectabant: quam attulit 9. dies Aprilis ejusdem anni; eâ ſiquidem Colonellus Roa ſeptingentis militibus ſtipatus Neoburgi ferox appulit & religioſis Patribus egreſſum indixit. Celebratis adhuc ſacris Patres prælatâ Cruce Monaſterio miſerabiliter excedentes Schliengam contenderunt. Mæſta eorum proceſſio ipſiſmet etiam Gallis adſtantibus coràm & videntibus lachrymas excusſit nihilominus tamen ſubjectis mox facibus totum everterunt clauſtrale domicilium, ne nimirùm Cæſariani ſtationem ibi fortè figere poſſent confirmanti Alſatiæ gallizanti infeſtam. Schliengenſes pagani novos hoſpites, putà exules Capucinos mixto mœrori gaudio ſuſceptos, prout potuerunt, benignè foverunt, imò conſtanter apud ſe retinere contenderunt offerentes ſubſidia pro ſtabiliendo Conventu neceſſa-*

ceſſaria. Patres tamen Superiorum juſſu Stauffam translati, promulgatâ pace ſenſim excitaverunt Monaſterium civibus Stauffenſibus addictiſſimi, imò & de illis optimè promeriti, ſiquidem oppoſitis ſuis precibus ignes hoſtiles ab Urbe removerunt bis, & ſemel improvisò fortiter injectos ſuo labore reſtinxerunt impigri.

STEINBACHENSE

HUjus nominis oppidum diœceſis (niſi fallor) Argentoratenſis, ſecularis verò ditionis Marchio-Badenſis deſcriptum à Zeillero in Topographiâ Sueviæ fol. 175. ſuperiori currente adhuc ſeculo maſculinum an fœmininum cujuscunque demùm Ordinis Cœnobiolum aliquod habuit, in cujus templo memorabile quoddam Epitaphium à contuentibus legendum apponit Cruſius in Annalibus Sueviæ part. 3. lib. 7. cap. 6.

STEINENSE

PRimùm Duellii (ut ſuprà ſuo loco diximus) inchoatum Ordinis S. Benedicti Divo Georgio Martyri ſacrum diœceſis Conſtantienſis Monaſterium regnante Henrico II. (qui Anno 1005. die 11. Octobris pluribus bonis illud dotavit) denuò reſtitutum ſimul & translatum potiùs fuit ad oppidum Stein lacui Podamico finitimum teſte Cruſio in Annalibus Sueviæ part. 2. lib. 4. cap. 11. Hodie Steinium (nobiliſſimo hoc ejusdem aſceterio jam pridem antiquato, atque urgente hæreſi jam ſuperiori durante ſeculo penitùs extincto) religione ſuâ totum omninò Calvino-Zwinglianum in imperiali quidem fundo Sueviæ noſtræ conſtitutum manet, juxta tamen Helvetico fœderi junctum & unitum fortiter ſoli vicinæ reipublicæ civitatis Schaffhuſianæ paret.

STEINHEIMENSE

MOnaſterium Canonicorum Regularium Ordinis S. Auguſtini diœceſi, Auguſtanæ apud Wirtenbergios in ditione Heidenheimenſi & oppido Steinheimenſi aſcetis Ciſtercienſibus Cœnobii Königsbrunnenſis ſubdito; quod quidem Steinheimenſe hoc Monaſterium dicto Königsbrunnenſi ſacro domicilio modò unitum, & incerti ſolùm Ordinis aſceterium eſſe ſcribit Stengelius Abbas in Mantiſsâ ad Comment. rerum Auguſt. cap. 6. fol. 16. Verùm Auguſtiniani Ordinis Steinheimium iſtud vel antiquitùs fuiſſe liquidò monſtrat Inſtrumentum primæ fundationis Königsbrunnenſis jam recitatum ſuprà, atque idem ex toto legendum in redivivis Documentis Monaſt. Wirtenberg. fol. 641. ubi fundator Königsbrunnenſis Albertus hujus nominis primus Romanorum Rex Dux Auſtriæ &c. inter varias donationes novæ Eccleſiæ Königsbrunnenſi à ſe collatas nominatim etiam attribuit *advocatiam Monaſterii in Steinheim Ordinis S. Auguſtini Auguſtanæ diœceſis &c.*

STEINHEIMENSE

CLauſtrum fœmininum diœceſis Spirenſis Ordinis verò S. Dominici ſub dominio Wirtenbergico jam pridem Lutheranizatum, de quo Cruſius in ſuis Annalibus part. 3. lib. 2. cap. 11. ſic habet: *Situm id eſt itinere unius horæ ab oppido Wirtenbergenſi Marpacho ſupra januam ejus (ubi vir & mulier ſtantes ſuſtinent Monaſterium) ſcriptum eſt ad dexteram*: Anno MCCLV. Das Haus / das ich begehr zu bauen/iſt groß. Dann groß iſt Unſer GOtt. Ad ſiniſtram: Das Haus ich deinem Namen gebauet hab. Auffdaß du im Himmel höreſt ihr Gebett. *Inter illas ſtantes perſonas ſcriptum*: Domus, quam ædificare

Ccc cc cupio,

cupio, magna eſt. Magnus enim eſt Deus noſter. Domus, quam ædificavi nomini tuo, magna eſt: ut exaudiat preces eorum. *Sequentia in pariete propè januam intranti ad ſiniſtram:* Anno Domini MCCCCLXVIII. ſein die Reformierin kommen auff den nechſten Tag nach St. Veit / des heyligen Martyrers/und haben 14. Perſonen gefunden in Unſerem Cloſter alſo genannt: Anna von Helffenſtein Priorin ꝛc. ꝛc. *In tabulâ quâdam templi* Anno Domini MCCLV. obiit generoſus Baro de ------ ſecundus maritus Dominæ Eliſabethæ de Blanckenſtein: quorum animæ requieſcant in pace. *Item* Anno 1235. in vigiliâ Nativitatis obiit Marquardus de Bernhauſen Canonicus Sindelphingæ ibi ſepultus. In cujus Anniverſario dabantur 10. ſolidi.

Anno 1255. Copia Inſtrumenti ſeu litteræ fundationis prætacti Monaſterii in Steinheim à Bertholdo Libero Barone de Blanckenſtein & Dominâ Eliſabethâ de Steinheim conditi taliter habentur exaratæ: *Cùm ea, quæ geruntur in terris, labi ſoleant à memoriâ, niſi ſcripto fuerint commendata. Noverint univerſi præſentem paginam inſpecturi, quòd nos Bertholdus Liber Baro de Blanckenſtein & Eliſabeth uxor ipſius Eccleſiam Sanctimonialium, quam in honore Sanctæ Dei Genitricis Mariæ fundavimus cum aſſenſu Venerabilis Patris ac Domini Henrici Spirenſis Epiſcopi & Cancellarii ſacri Imperii, & Eccleſiam parochialem ibidem, quam ſuprà dictæ Eccleſiæ Sanctimonialium cum aſſenſu jam dicti Venerabilis Patris ac Domini Epiſcopi Spirenſis & Capituli ex integro donavimus, & omnes poſſeſſiones earum cum prædio à Domino Rudolpho Marchione de Baden empto, & aliis quibuscunque prædiis ab antiquo, vel de novo collectis vel emptis Clauſtro vel Parochiæ ab omni jure advocatiæ, quod ad nos pertinet, liberè abſolvimus, ita tamen, quòd prædictæ Sanctimoniales tempore vitæ noſtræ non eligant ſibi aliquem alium advocatum, ne nomen fundatorum ex hoc amittere videamur. Volumus etiam & concedimus, ut termini prædictarum Sanctimonialium in quibus poſſint facere liberè Monaſterium, clauſtrum, hortos, pomeria, molendina, piſcariam, & omnes officinas ſibi competentes, ſint, pons, qui tranſit fluvium qui dicitur Botebor & libera Curia, & area tutoris & duæ ſtratæ publicæ tendentes versùs villam, quæ dicitur minùs Botebor, & lapicidina ſuperior versùs eandem villam, & totum, quod includitur, exceptis tribus areis ſcilicet Bernoldi, Conradi & relictæ Gimainerii ultra lapicidinam autem ſuperiorem piſcaria nobis & eis erit communis. Volumus etiam, ut impediente molendinâ ipſarum non recipiant molentes de villâ Steinheim, niſi aliquo caſu impediente molendina juxta aquam, quæ dicitur Murra, molere non poſſint; de aliis autem villis omni tempore poſſunt recipere molentes. Volumus etiam & concedimus, ut lapicidinas & aquæ ductus in omni ſuo prædio & ſuorum liberè poſſint habere. Item concedimus, quòd dictæ ſorores faciant, ſi placuerit eis de villâ, quæ dicitur Juchefe grangiam, ita tamen quòd ſilvæ eis & noſtris hominibus de Steinheim ad ſecanda menia ſint communes. Promittimus etiam, quòd operam dabimus bonâ fide, ut omnes reſidentes in prædictis terminis vendant ſua prædia ſororibus, ac ſi nos ipſi comparare vellemus. Homines ſive ſervientes clauſtri conductitii, ſi aliquid fecerint, unde incidant in emendam, quæ vulgò dicitur fraivilin, ſorores ſe à talibus abſolvant, vel pro eis ſolvant emendam. Qui verò per obedientiam eis fuerint adſtricti, more aliorum religioſorum pro eis ſatisfaciant. Promittimus etiam in animas noſtras, quòd in cœmiterio pertinente ad Eccleſiam parochialem non locabimus homines niſi tempore gwerræ, & propter inſtantes inimicos, nec ibi aliquid ampliùs ædificabimus. De omnibus autem ſupradictis hoc promittimus, quòd bonâ fide ſine damno tamen noſtro laborabimus, ut ad libertatem omnimodam perducantur. Et ut omnia ſupradicta majorem habeant firmitatem ſigillum Domini H. Epiſcopi Spirenſis & Comitum Ulrici de Wirtenberg & Hartmanni de Grieningen & ------ de Vaihingen & proprii roborari præſentem paginam procuravi. Acta ſunt hæc &c. &c.*

Eodem

Eodem Anno 1255. Henricus è Comite Leiningenſi Epiſcopus Spirenſis (juxta calculum Bruſchii de Epiſc. German. cap. *6.*) ordine quinquageſimus antedictam fundationem Steinheimenſem legitimè confirmâſſe, ſed & renuntiationem Jurium Eccleſiæ ſuæ Spirenſi in loco ejusdem Monaſterii & bonis annexis competentium in ſcriptis editam dediſſe noſcitur ſequenti diplomate: *Henricus Dei gratiâ Spirenſis electus ac Imperialis Aulæ Cancellarius dilectis in Christo filiabus NN. Prioriſſæ & Conventui Sororum in Steinheim præſens ſcriptum in perpetuum cum ſalute. Sicut de vineâ Domini Sabaoth evellere ac diſſipare nociva & inutilia ex debito tenemur officii paſtoralis: ita quoque non ſolùm novellas ac Deo dignas in eâdem inſerere plantulas, ſed & ab aliis ſalutiferè jam inſertas fovere miſericorditer ac rigare ſalubriter recognoſcimus nos teneri. Cùm igitur dilectus in Chriſto Bertholdus miles nobilis de Blankenſtein unà cum Eliſabeth devotâ uxore ſuâ volens ſub regulâ B. Auguſtini Monaſterium inſtaurare Monialium in villâ Steinheim vobis Jus Patronatûs Eccleſiæ & quartam partem Decimarum ejusdem villæ ad laicos huc usq; pertinentem & quoddam prædium ſcilicet liberam curiam, nec non tantam amplitudinem ac quantitatem terræ, ut prædicti Monaſterii officinæ poſſint convenienter ordinari pariter & fundari in prædictâ villâ & decem jugera vinearum ibidem & villam Fucher cum agris cultis & incultis, pratis, paſcuis, ſilvis liberè conferendum, nos ad ejusdem nobilis inſtantiam dictam donationem, ſicut legitimè facta eſt vobis authoritate præſentium confirmamus. Regulam quoque B. Auguſtini, quam deſideratis, Vobis per manum Domini A Rectoris Eccleſiæ in Steinheim duximus porrigendam. Ut ſic & vos, & quæ veſtræ ſocietati adjunctæ fuerint ſive ſucceſſerint, Domino auctori gloriæ poſſint ſecuriùs ac glorioſiùs militare. Perſonas inſuper veſtras ac familiæ veſtræ ab omni jure parochiali eximentes curæ ac protectioni noſtræ ſpecialiter reſervamus, plenam vobis dantes poteſtatem infra terminos dictæ parochiæ ubicunque de conſilio prudentum virorum decreveritis Monaſterium fundandi, ad officinas clauſtrales religioni veſtræ neceſſarias ac commodas conſtruendi. Et ut nihil vobis deſit gratiæ, liceat vobis idoneum & honeſtum eligere Sacerdotem, qui authoritate noſtrâ Conventui & familiæ veſtræ Sacramenta Eccleſiaſtica pro conſuetudine aliorum Religioſorum velit & valeat miniſtrare. Nulli ergò omninò hominum liceat hanc paginam noſtræ conceſſionis ſive confirmationis infringere, vel ei auſu temerario ſub obteſtatione divini Judicii contraire. Acta ſunt hæc anno Domini milleſimo ducenteſimo quinquageſimo quinto pridie Calendas Januarii Indictione decimâ tertiâ Pontificatûs noſtri anno decimo.*

Eodem Anno Rudolphus hujus nominis ſecundus Marchio Badenſis vendit Monialibus in Steinheim Curiam ſuam ibidem loci ſituatam cum omnibus appertinentiis depoſthâc legitimè poſſidendum, prout ſequitur: *In Nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti Amen. Ea quæ geruntur in tempore ſimul cum tempore in oblivionis præcipitium deducuntur, niſi redivivo litterarum teſtimonio perpetuum capiant munimentum. Noverit igitur præſens ætas diſcreta & futura poſteritas, quòd ego Rudolphus Dei gratiâ Marchio de Baden vendidi & tradidi Curiam meam in Steinheim liberè cum omnibus ſuis appendiciis, videlicet agris, pratis, ſilvis & cenſibus, prout liberè poſſidebam N. Prioriſſæ in Steinheim & Monialibus ibidem pro centum libris Hallenſium & quadraginta marcis argenti marcham ſolvendo pro tribus libris minus quinque ſolidis tali lege conditionis appoſitâ, ut ſi dicta venditio præfato Marchioni vel ſuis hæredibus diſplicuerit per ſe vel per Rodarium militem reſarciat perceptam à dictis Monialibus pecuniam ratione dictæ venditionis à feſto Michaelis infra decennium & præmemorata Curia à dicto nobili Marchione vendita liberè ad ipſius dominium, ut anteà fuerat, cum univerſis pertinentiis ſuis revertatur. Alioquin pranominata Curia purè*

ſit vendita, ut de eâ diſponant tanquàm de vero & libero prædio, prout ſuis commodis & utilitatibus meliùs & ſalubrius dictæ Moniales viderint expedire. Acta ſunt hæc anno Domini milleſimo ducenteſimo quinquageſimo quinto, tertio nonas Octobris, & ne periculum fidei formidetur, vel alicujus calumnia poſt ſucceſſionem temporis prædicta, valeant infirmari & ſigilli mei munimine & Præpoſiti in Bacgenanc perpetuum & validum capiant munimentum & robur validæ firmitatis.

Anno 1260. Bertholdus de Blanckenſtein fundator antedictus promittit redimere poſſeſſiones uxoris ſuæ, eaque Monaſterio in Steinheim applicare condicit tenore ſequentium: *Noverint Univerſi, quòd ego Bertholdus de Blanchenſtein promiſi, quòd de quinquaginta libris Hallenſium mihi à Prioriſſâ & Conventu Sororum in Steinheim promiſſis poſſesſiones Dominæ Elzabeth uxoris meæ redimam dando ad hoc operam bonâ fide. Item promiſi, ſi me ipſum ingredi viam univerſæ carnis contigerit ante plenam ſolutionem ſæpedictæ pecuniæ, ut de ſolutione partis ſuperſitis. Prioriſſa antedicta & Conventus ejus ſint penitùs abſolutæ. Item quod promiſi, quòd ſi Dominus Rudolphus Marchio de Baden prædium, quod Sororibus prædictis vendidit, reemerit, ego de conſilio Prioris fratrum Prædicatorum in Eſſlingen & Prioriſſæ & Conventûs in Steinheim & aliorum bonorum hominum de eodem pretio alia prædia comparabo, & ea nomine clauſtri ad vitam meam, tamen eâdem conditione, quâ nunc emptum tenebo. Ut autem ad ſolutionem omnium promisſionum ſuprà ſcriptarum firmiùs me conſtringerem, præſens ſcriptum duxi ſigillis F. Prioris fratrum Prædicatorum in Eſſlingen & mei munimine roborandum. Datum in Steinheim Anno Domini milleſimo ducenteſimo præſentibus fratre Friderico Priore fratrum Prædicatorum in Eſſlingen & Wernhero de Stutgardiâ, & fratre Bernardo & fratre Alberto de Stauffen ejusdem Ordinis & Alberto Decano in Steinheim, Conrado milite de Gruningen, Wernhero Sculteto, Hartungo Cellario, & aliis quàmpluribus fide dignis.*

Alwicus & Bertholdus Comites de Sulz jure proprietatis cedunt Jus Patronatûs Eccleſiæ in Steinheim Eliſabethæ de Steinheim ſupradictæ Monaſterii ibidem fundatrici, quod ſic habetur: *In Nomine Dei æterni Amen. Cùm geſta ſub tempore per lapſum temporis humanæ memoriæ ſubtrahantur, ſolent ad æternam memoriam perennari. Nôrint igitur tam præſentes quàm futuri, quòd nos Alwicus & Bertholdus Comites de Sulze cunctis noſtris hæredibus conſentientibus ad deciſionem litis, quæ quandoque inter patrem noſtrum Hermannum & Dominum Albertum militem de Steinheim ſuper Jure Patronatûs ejusdem Eccleſiæ Spirenſis diœceſis vertebatur, ipſum Jus Patronatûs dictæ Eccleſiæ cum omnibus eidem juri cohærentibus per viros nobiles Godefridum Comitem de Lewenſtein, & Gerungum de Hahinieth Eliſabeth filiæ præfati Alberti conjugi dicti Gerungi transmiſimus non jure feudi, ſed proprietatis ſibi & ſuis hæredibus poſſidenda. Ut autem hæc noſtra collatio rata & firma permaneat, præſentem chartam ſigillis noſtris communimus. Acta ſunt hæc Anno Domini milleſimo ducenteſimo triceſimo quinto apud Langenaw, præſentibus Bertoldo Præpoſito Aquilejenſi, Conrado Præpoſito Sanctæ Trinitatis, Bertholdo de Hohinhart Canonico Spirenſi, Comite Ottone de Eberſtein & aliis quàm pluribus.*

Innocentius IV. Pont. Max. Sanctimonialibus Cœnobii in Steinheim concedit & attribuit Eccleſiam loci perpetuo

petuo jure poſſidendam ſub certis tamen conditionibus juxtà tenendis & obſervandis, prout ſequitur : *Innocentius Epiſcopus Servus Servorum Dei dilecto filio Præpoſito Eccleſiæ de Beutelſpach Conſtantienſis diœceſis Salutem & Apoſtolicam Benedictionem. Cùm ſicut dilectus filius nobilis vir Bertholdus de Blankenſtein ſocius ejus cupiat pro animæ ſuæ remedio in villâ ſuâ Steinheim Spirenſis diœceſis quoddam Monaſterium in fundo ſuo conſtruere de bonis propriis, & dotare, in quo Beati Auguſtini Regulâ honorabile Collegium Monialium Domino perpetuò famuletur, Nobis idem Comes humiliter ſupplicavit, ut eidem Monaſterio Eccleſiam parochialem villæ prædictæ cujus Jus Patronatus idem B. quod in eâ obtinet, vult Monaſterio ipſi conferre, in uſus concedere proprios cùm vacabit. Ita tamen quòd de ejusdem Eccleſiæ redditibus perpetuo Vicario inſtituendo in eâ illa portio reſervetur, quòd Venerabili fratri noſtro Epiſcopo Spirenſi loci diœceſano de ſuis viribus reſpondere, ac alia ipſius Eccleſiæ onera ſupportare valeat de benignitate ſolitâ concederemus. Nos igitur dicti Comitis precibus inclinati diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenùs ſupradicti Epiſcopi ad hoc conſenſus acceſſerit dicto Monaſterio cùm conſummatum fuerit in uſus proprios concedas Eccleſiam ſupradictam Contraditores per Cenſuram Eccleſiaſticam appellatione poſtpoſitâ compeſcendo. Datum Luduni pridie nonas Aprilis, Pontificatûs noſtri anno octavo.*

Anno 1270. Laudum ſive Sententia Compromiſſariorum, in quâ Curia libera & Jus Patronatûs in Steinheim ad Monaſterium ibidem ſæpedictum pertinere debere pronunciatur, & ſic ſonat: *In Nomine Domini Amen. Cùm ſuper controverſiâ, quæ inter Prioriſſam & Conventum de Steinheim ex unâ & Dominum Conradum Nobilem de Hehim, & ex parte alterâ vertebatur ſuper Curiâ liberâ & Jure Patronatûs in Steinheim in nos videlicet Engelhardum de Weinſperg, Waltherum Haggonem, Comitem de Nidegge Nobiles, Engilwardum de Wolfſheldin & Dietherum de Helminſtatt milites tanquàm in Judices compromiſſum fuiſſet à partibus utrobique. Nos auditis allegationibus utriusque partis ac diligenter diſcuſſis absque ſtrepitu judiciorum, prout inter easdem conventum fuerat, & producto in medium quodam Inſtrumento, quia invenimus Curiam & Jus Patronatûs antedictum titulo emptionis à piæ recordationis Comite Alwico de Sulz ad relictam Domini B. de Blankenſtein devoluta, & poſtmodùm per eandem, & ejus maritum jam dictum donata, & pleno jure tradita Prioriſſæ & Conventui Sororum in Steinheimb diffinitivè pronuntiantes Domino de Hähims & prædicto ſilentium imponimus ſuper Curiâ & Jure Patronatûs anteſatis. In hujus verò ſententiæ teſtimonium per nos diffinitivè prolatæ nos Judices memorati ſigilla noſtra unà cum ſigillo Domini Godfridi Comitis de Lewenſtein eidem duximus appendenda. Teſtes hujus rei ſunt Dominus G. Albertus & Conradus de Lichtinberg, & Albertus Haggo de Hohinegge, Nobiles Godfridus de Nidegge, Wilhelmus Kraſto & Ludowicus de Haginberc milites. Datum anno Domini milleſimo ducenteſimo ſeptuageſimo, duodecimo Calendas Maji.*

Illuſtres viri Godefridus de Lewenſtein & Hartmannus de Grieningen Comites cuivis juri & proprietati ſeu Dominio in quævis bona Monaſterio Steinheimenſi ſubdita, donata & appropriato quomodolibet hactenùs uſurpato ſpontè renuntiant ac liberè dimittunt ſequentium tenore : *In Nomine Domini Amen. Nos Godefridus de Lewenſtein & Hartmannus de Grieningen Comites, univerſis ac ſingulis ad viſum vel auditum, quorum præſens littera pervenerit, notitiam ſubſcriptorum. Cùm defuncto Domino Bertholdo Nobili de Blankenſtein inter nos ex unâ, & Eliſabeth relictam ejusdem fidelem noſtram ex alterâ parte, materia quæſtionis exorta*

 fuiſ-

fuiſſet, ſuper univerſis bonis ejusdem nobis aſſerentibus dictam viduam, utpotè fidelem noſtram ſine liberis exiſtentem, nihil alienare poſſe de dictis bonis ſuis ſine licentiâ noſtrâ ſpeciali eâdem verò econtrà dicente, quòd ſibi ſicut cæteris noſtris fidelibus Nobilibus bona ſua vendere, donare, aut quocunque titulo alienare liceret, & ſuper hoc aliquandò inter nos & eandem viduam controverſia extitiſſet, tandem compoſitio talis amicabiliter inter nos & ipſam interceſſit, videlicet, quòd eadem relicta medietate omnium bonorum ſuorum prædictorum, advocatiâ duntaxat in Steinheim exceptâ nobis æqualiter diviſa & aſſignata de reſiduâ medietate ſibi remanente, quæ ſpecificata eſt, prout infrà patebit, liberè ac abſolutè non habito aliquo reſpectu ad nos ordinare valeat & diſponere quidquid ſibi videbitur & expedire, & quod nos proprio ac Domini Waltheri Hakonis ſenioris, Wolframmi Præfecti de Grüningen, Chunonis de Mühlhauſen filii Linchardi Ruggeri de Auſtriâ, & Conradi de Munincheim militum juramento firmaremus ordinationem ac diſpoſitionem hujusmodi nos ratam & gratam habentes ipſam pro totis viribus, quandocunque requiſiti fuerimus, manutenentes, ac contra quaslibet invaſiones quorumlibet defenſantes, includentes nihilominùs dicto juramento, quòd nec nos, nec ſucceſſores noſtri, nec aliqui alii, ſub nomine noſtro aut velamine munitionem aliquam in monte caſtri deſtructi, aut in ipsâ villâ Steinheim, vel in toto territorio ipſius villæ erigamus, aut alios erigere permittamus. Inſuper noſtri miniſteriales jam dicti ad majorem confirmationem ratihabitionis ac defenſionis hujusmodi nobiſcum jurârunt, quòd ſi nos inſtinctu diabolicæ fraudis, quod abſit, contra præmiſſa venire quoquo modo attentaverimus ipſi pro totis viribus in contrarium laborabunt, & adhæc nos tanquàm perjuri & infames ad omnes actus legitimos de cætero inhabiles efficiamur. Nos igitur omni juri & actionibus aut hæredibus noſtris competentibus aut competituris in dictam bonorum medietatem relictæ præfatæ contingente, ac aliis bonis omnibus, quæ eadem vidua Monaſterio in Steinheim, ſeu in ipsâ fundatione ſeu aliàs contulit renuntiantes dedimus eidem liberam facultatem alienandi quocunque titulo voluerit portionem ſuam præfatam, hoc ſalvo, quòd ipſam memoratam advocatiam alienare non debet in præjudicium noſtrum vendendo aut alienando eam quomodolibet aliter alicui Comitum, per quem nos aut ſucceſſores noſtri gravari poſſimus aut offendi. Quibus omnibus per ſolemnem ſtipulationem à nobis ſæpè fatæ viduæ compromiſſis ac noſtris & prædictorum miniſterialium noſtrorum juramentis confirmatis, prout promiſſum eſt, ipſam in continenti partem ſuam donavit totaliter Monaſterio Sororum in Steinheim Ordinis Prædicatorum Spirenſis diœceſis, ac perſonaliter in ipſo altari nobis præſentibus ac conſentientibus aſſignavit, transferens in idem Monaſterium bonorum eorundem dominium pleno jure. Sunt autem bona iſta, quæ ſæpè fata vidua pro parte ſuâ ceſſerunt in diviſione prædictâ, & quæ eadem dicto Monaſterio contulit, videlicet Curia in novo caſtro cum omni continenti & jure ſuo. Curia Marchionis cum omni continentiâ & jure ſuo exceptâ ſilvâ, quæ dicitur Erbrechtesbühel. Inſuper omnia bona, quæ memorata vidua habet, & habere dignoſcitur in ipsâ villâ Steinheim. Item Keiſershalden: Item Diethelmoshalden; Kutzinumhalden: Bergwigreshalde: Kugelareshalde. Item in Murre duo jugera vinearum. Item in ſuperiori Botbor quatuor jugera vinearum. Item piſcaria usque ad molendinum, quod dicitur Walckmül. Item homines omnes pertinentes ad Eccleſiam ipſam in Steinheim. Ne verò Monaſterio eidem ſuper præmiſſis aut aliquo præmiſſorum poſſit impoſterùm à nobis aut ſucceſſoribus noſtris ſeu quibuscunque aliis litis aut calumniæ materia ſuboriri, nos eidem præſentem litteram in evidentiam & teſtimonium prædictorum contulimus Venerabilis Domini Henrici Spirenſis Epiſcopi ac noſtrum Ulrici de Wirtenberg, & Ulrici de Aſperg Comitum, & Henrici de

Neiffen, Erchengeri de Magenheim, Waltheri Hakonis de Welzſteine, Alberti de Ebersberg. Scwikeri de Blanckenſtein & Conradi de Hohenrieth Nobilium, & Domini Engelhardi de Winſperg ſigillorum munimine ac teſtium infrà poſitorum ſubſcriptionibus roboratam. Sunt autem teſtes iſti, videlicet Comes Otto de Brandenburg Swigerus junior de Blankenſtein, Bertholdus de Mühlhauſen, Albertus Hako junior, Wolframus de Ramsâ, Egeno de Stauffen, Linthardus de Mühlhauſen, Reinhardus & Conradus de Bige, Appellinus de Thalheim, Conradus de Grüningen Rector ipſius Eccleſiæ. Nos verò H. Dei gratiâ Epiſcopus Spirenſis Comites, Nobiles, Miniſteriales prædicti confitemur in his ſcriptis noſtra ſigilla ad petitionem dictorum de Lewenſtein & de Grüningen Comitum præſentibus appendiſſe. Nos itaque teſtes prædicti ſimiliter confitemur, nos præſentibus interfuiſſe ac ea vidiſſe pariter & audiſſe. Datum & Actum Anno Domini milleſimo ducenteſimo ſexageſimo nono, ſeptimo Calendas Maji.

Anno 1284. Rudolphus I. è Comite Habſpurgenſi Romanorum Rex atteſtatur Comitem Eberhardum de Wirtenberg faſſum eſſe, ſe per manifeſtam injuriam, ratione Juris Patronatûs Eccleſiæ in Uffkirchen Moniales in Steinheim moleſtâſſe. Unde illius Eccleſiæ patrocinium Sculteto & Conſulibus in Eſſlingen vice regiâ committit depoſthâc omnimodè defendendum vigore ſequentis Bullæ : *Rudolfus Dei gratiâ Romanorum Rex ſemper Auguſtus &c. Univerſis Imperii Romani fidelibus præſentes litteras inſpecturis gratiam ſuam & omne bonum. Accedens nuper apud Eſſlingen noſtram præſentiam dilecta in Chriſto N. Perioriſſa in Steinheim Ordinis Prædicatorum de regulâ S. Auguſtini pro ſe ac ſuo Conventu nobis expoſuit graviter conquerendo, quòd nobilis vir Eberhardus Comes de Wirtenberg avunculus noſter dilectus, ipſam & ſuum Conventum in Jure Patronatus Eccleſiæ in Ufkirche, in cujus poſſeſſione vel quaſi longo tempore idem Conventus extitit, contra juſtitiam offenderet, & indebitè moleſtaret in ipſius Conventûs non modicum præjudicium & gravamen. Poſt multas autem inſultationes ac replicationes diverſas factas hinc inde tandem idem Comes Eberhardus per litteras ac proborum virorum teſtimonium, quibus conſtabat notoriè manifeſtam injuriam Conventui prædicto inferri, pleniùs informatus, quòd nihil juris ſibi competiit, vel competere potuit in Eccleſiâ memoratâ ab injuriâ ſuâ deſtitit coram Nobis promittens, quod nunquàm in anteà ſuper Jure Patronatûs ejusdem Eccleſiæ Conventum ipſum vellet impetere, vel aliquo moleſtationis incommodo impedire, niſi fortè ſibi placeret coram Judice Eccleſiaſtico experiri. Requiſitus etiam idem Comes à nobis ſi Swigerum Sacerdotem ad ejusdem Conventûs præſentationem de prædictâ Eccleſiâ inveſtitum vellet defendere in eâdem, reſpondit, quòd dictum Sacerdotem nollet defendere, ſed placeret ſibi ex animo, quòd per nos alicui noſtrorum fidelium ejusdem Sacerdotis committeretur defenſio & tutela. Quia igitur de benevolâ voluntate Comitis ſæpedicti procedit, quòd per nos memorato Sacerdoti defenſor aliquis in eâdem Eccleſiâ deputetur fideli noſtro N. Sculteto in Eſſlingen & Conſulibus ibidem vices noſtras in hâc parte committimus, dantes ſibi præſentibus diſtrictius in mandatis, quatenùs dictum Sacerdotem in eâdem Eccleſiâ Ufkirche ac fructibus & redditibus ejusdem auctoritate regiâ contra quoslibet manu teneant, protegant & defendant, quousque per viam juris ab eo in foro Eccleſiaſtico evincatur. Datum Eſſlingen decimo octavo Calendas Septembris Anno Domini milleſimo ducenteſimo octogeſimo quarto Regni verò noſtri anno undecimo.*

Anno 1294. Adolphus Romanorum Rex prohibet, ne Monaſterium in Steinheim cenſibus & poſſeſſionibus ſeu proprietate ipſius à quoquam prægravetur illudque Monaſterium cum perſonis & bonis ſuis in Sacri Imperii Romani protectionem recipit & alia varia privilegia concedit tali diplomate : *Adolphus Dei gratiâ Romanorum Rex*

Rex ſemper Auguſtus Univerſis Sacri Romani Imperii fidelibus tam præſentibus quàm futuris gratiam ſuam & omne bonum. Tenore præſentium publicè profitemur, & ad univerſorum quos oportunum noſſe fuerit, notitiam cupimus pervenire, quòd nos juſto librantes examine & gratioſiùs advertentes, quod Prioriſſa & Conventus Monaſterii de Steinheim Ordinis Prædicatorum Spirenſis diæceſis diligenti tractatu præhabito voluntariè concordi & conſenſu unanimi conſiderato, quòd per Nos & Sacrum Romanum Imperium ipſum Monaſterium, quod ſpiritualium nitente hactenùs reſplenduit, & temporalium viguit ubertate, poſſet efficacius & potentiùs ab indemnitatibus præſervari, ac defenſari ab inſultibus malignorum advocatiam ipſius villæ Steinheim ad prædictum Monaſterium pertinentem, quam pro mille & ducentis libris Hallenſium juſto emptionis titulo comparârunt, in nos & ipſum Imperium donatione gratuitâ tranſtulerunt habendam & perpetuò poſſidendam, ut eidem Monaſterio gratiam pro gratiâ rependamus, concedimus, ſtatuimus, & ſic volumus ſtabilitate perpetuâ obſervari, quòd nos & ſucceſſores noſtri in Imperio advocatia prædicta precariis ſive ſteuris imponendis incolis villæ prædictæ judicio & exceſſuum emendis ac aliis juribus, quæ in aliis oppidis Imperii obtinemus contenti ipſum Monaſterium in cenſibus & poſſeſſionibus ſuis ſeu proprietate ipſius à quoquam nolumus prægravari, ipſis proprietatibus, poſſeſſionibus ac cenſibus onus ſervitii vel gravamen aliquod imponendo, nam ipſum Monaſterium ex parte noſtrâ ſucceſſorum noſtrorum & officiatorum Imperii fortè ſuper his volumus & concedimus ſupportatos, hoc tamen ſalvo, quòd colentes bona ipſius Monaſterii & inquilini ipſius cum aliis inhabitatoribus villæ prædictæ ad imponendas communiter precarias ſive ſteuras contribuere teneantur, ipſumque Monaſterium cum perſonis & omnibus bonis ſuis, quæ in præſentiarum ritè poſſidet, & juſtis modis concedente Domino in futurum poterit adipiſci, ſub noſtram & Sacri Imperii protectionem recipimus & tutelam præſenti edicto irrefragabiliter ſtatuentes, ut quicunque auſu temerario earundem Sanctimonialium clauſtrum intraverit, & infra ſepta ipſius exceſſum commiſerit, quod vulgariter dicitur Frevel *teneatur eiſdem Sanctimonialibus ſolvere decem libras pro emendâ, & nihilominùs damnum, ſi quod præfatum Monaſterium ex hujuſmodi exceſſu inciderit, plenè refundere teneatur, applicando reſiduo, ſi quod fuerit noſtro fiſco, perſona autem, quæ taliter fortè fecerit, nobis & ad noſtram gratiam præſentetur. Prætereà præſentibus inhibemus, ne aliquis ordo in prædicto loco Steinheim alicujus novellæ plantationis inſtauret Conventum. Ad hæc promittimus bono zelo dictam villam per nos noſtroſque officiatos ſine damno quolibet ipſius Monaſterii muro cingere & foſſatis, ita quòd ipſum Monaſterium muris & foſſatis hujuſmodi includatur & ex liberalitate regiâ concedentes, ut areæ & fundi, qui prædictis ſororibus ex hujuſmodi muris & foſſatis ſubtrahuntur, de dictæ villæ immunitate, quæ vulgariter dicitur Almain, ipſi Monaſterio plenariè refundantur. Prætereà volumus, ut nulli liceat in terminis Decimarum ipſius Monaſterii molendina, torcularia aut ſtupas balneorum facere aut conſtruere, & quòd nulli utantur aliis molendis ſive torcularibus extra ipſas Decimas ſitis abſque ipſarum ſororum licentiâ ſpeciali. Demùm volumus & firmiter inhibemus, ne aliquis caſtrum vel munitionem aliquam in terminis Decimarum ipſius Monaſterii ædificet vel inſtauret, decernentes etiam, quòd memorata advocatia jam dictæ villæ Steinheim nullo venditionis, obligationis, aut alienationis genere à nobis & Imperio poſſit ullatenùs alienari, ſed ipſam volumus nobis & eidem Imperio perpetuò reſervare. Si quis autem præſcriptis noſtris conceſſionibus, prohibitionibus, edictis & ſtatutis auſu temerario præſumpſerit contraire, gravem noſtræ indignationis offenſam ſe noverit incurſurum. In cujus rei memoriam & indicium ſempiternum præſens ſcriptum exinde conſcribi & Majeſtatis noſtræ ſigillo juſſimus communiri.*

Datum

Datum in Wetslariâ ſeptimo Calendas Julii Indictione ſeptima anno Domini milleſimo duценteſimo nonageſimo quarto, Regni verò noſtri anno tertio.

Anno 1299. Albertus I. Romanorum Rex Dux Auſtriæ &c. &c. Advocatiam villæ in Steinheim donationis titulo à Monialibus de futuro poſſidendam recipit, juxta tamen illas iisdem prorsùs juribus ac privilegiis, quibus Regiæ Majeſtatis ſuæ anteceſſor proximus inſtruit & remunerat, quod ſic habetur: *Albertus Dei gratiâ Romanorum Rex ſemper Auguſtus &c. Univerſis Sacri Imperii fidelibus tam præſentibus quàm futuris præſens ſcriptum intuentibus gratiam ſuam & omne bonum. Tenore præſentium publicè profitemur, & ad univerſorum quos oportunum noſſe fuerit notitiam cupimus pervenire. Quòd nos juſto librantes examine: & gratioſiùs advertentes quòd Prioriſſa & Conventus Monaſterii de Steinheim Ordinis Prædicatorum Spirenſis diœceſis diligenter tractatu præhabito voluntate concordi & conſenſu unanimi conſiderato, quòd per nos & ſacrum Romanum Imperium ipſum Monaſterium, quod ſpiritualium nitore hactenùs reſplenduit, & temporalium viguit ubertate, poſſet efficaciùs & potentiùs ab indemnitatibus præſervari ac defenſari ab inſultibus malignorum, Advocatiam ipſius villæ Steinheim ad prædictum Monaſterium pertinentem, quam pro mille & ducentis libris Hallenſium juſto emptionis titulo comparârunt, in Nos & ipſum Imperium donatione gratuitâ tranſtulerunt habendam & perpetuò poſſidendam, ut eidem Monaſterio gratiam pro gratiâ rependamus, concedimus, ſtatuimus, & ſic volumus ſtabilitate perpetuâ obſervari, quòd Nos & Succeſſores noſtri in Imperio advocatiâ prædictâ precariis ſive ſteuris imponendis incolis villæ prædictæ Judicio & exceſſuum emendis ac aliis juribus, quæ in aliis oppidis Imperii obtinemus, contenti ipſum Monaſterium in cenſibus & poſſesſionibus ſuis ſeu proprietate ipſius à quoquam nolumus prægravari, ipſis proprietatibus, poſſesſionibus ac cenſibus, onus ſervitii vel gravamen aliquod imponendo, nam ipſum Monaſterium ex parte noſtrâ ſucceſſorum noſtrorum & Officiatorum Imperii fore ſuper his volumus & concedimus ſupportatos, hoc tamen ſalvo, quòd colentes bona ipſius Monaſterii & Inquilini ipſius cum aliis inhabitatoribus villæ prædictæ ad imponendas communiter precarias ſive ſteuras contribuere teneantur: ipſumque Monaſterium cum perſonis & omnibus bonis ſuis, quæ in præſentiarum ritè poſſidet & juſtis modis concedente Domino in futurum poterit adipiſci, ſub noſtram & ſacram Imperii protectionem recipimus & tutelam præſenti edicto irrefragabiliter ſtatuentes, ut quicunque auſu temerario earundem Sanctimonialium clauſtrum intraverit, & infra ſepta ipſius exceſſum commiſerit, qui vulgariter dicitur* Frevel/ *teneatur eisdem Sanctimonialibus ſolvere decem libras pro emendâ & nihilominùs damnum, ſi quod præfatum Monaſterium ex hujusmodi exceſſu inciderit, plenè refundere teneatur, applicando reſiduo, ſi quod fuerit noſtro fiſco, perſona autem, quæ taliter fortè fecerit, nobis & ad noſtram gratiam præſentetur. Præterea præſentibus inhibemus, ne quis dictas Sanctimoniales impediat in eleemoſynis, quas eis devotio fidelium in vitâ vel in morte duxerit largiendas. Inſuper prohibitione perpetuâ inhibemus, ne aliquis Ordo in prædicto loco Steinheim alicujus novellæ plantationis inſtauret Conventum. Ad hæc promittimus bono zelo dictam villam per nos noſtrosque officiatos ſine damno quolibet ipſius Monaſterii muro cingere & foſſatis, ita quòd ipſius Monaſterium muris & foſſatis hujusmodi includatur ex liberalitate regiâ concedentes, ut areæ & fundi prædictis ſororibus ex hujusmodi muris & foſſatis ſubtrahantur, de dictæ villæ communitate, quæ vulgariter dicitur Almain ipſi Monaſterio plenariè refundantur.*

dantur. Prætereà volumus, ut nulli liceat in terminis Decimarum ipſius Monaſterii molendina, torcularia aut ſtupas balneorum facere vel conſtruere, & quod nulli utantur aliis molendinis ſive torcularibus extra ipſas decimas ſitis absque ipſarum ſororum licentiâ ſpeciali. Demùm volumus & firmiter inhibemus, ne aliquis caſtrum vel munitionem aliquam in terminis Decimarum ipſius Monaſterii ædificet vel inſtauret, decernentes etiam, quòd memorata advocatia jam dictæ villæ Steinheim nullo venditionis, obligationis vel alienationis genere à nobis & imperio poſſit ullatenùs alienari, ſed ipſam volumus nobis & eidem Imperio perpetuò reſervare. Si quis autem præſcriptis noſtris conceſſionibus, prohibitionibus, edictis & ſtatutis auſu temerario præſumpſerit contraire, gravem noſtræ indignationis offenſam ſe noverit incurſurum. In cujus rei memoriam & indicium ſempiternum præſens ſcriptum exinde conſcribi & Majeſtatis noſtræ ſigillo juſſimus communiri. Datum in Eſſlingen decimo quarto Calendas Septembris anno Domini milleſimo ducenteſimo nonageſimo nono, Indictione duodecimâ Regni noſtri anno primo.

Anno 1303. Benedictus X. Pont. Max. Moniales Ordinis Prædicatorum à præſtatione Decimarum, pedagiis item, teloniis, aliisque quibuscunque exactionibus ſecularibus ac Eccleſiaſticis immunes reddit, & à jurisdictione ac poteſtate Patriarcharum, Archiepiſcoporum, Epiſcoporumque Diœceſanorum aliorumque quorumcunq; eximit tenore talis Bullæ : *Benedictus Epiſcopus Servus Servorum Dei dilectus in Chriſto filiabus univerſis Priorisſis & Sororibus Monaſteriorum Ordinis S. Auguſtini ſecundùm Inſtituta & ſub curâ Fratrum Ordinis Prædicatorum viventibus tam præſentibus quàm futuris Salutem & Apoſtolicam Benedictionem. Sacra veſtra religio, ſub quâ devotum Creatori noſtro famulatum impenditis promeretur, ut Apoſtolica ſedes favorabilem ſe vobis exhibeat & in veſtris oportunitatibus gratioſam. Hinc eſt, quòd nos pium & congruum reputantes, ut vos illâ proſequamur gratiâ, quæ veſtris neceſſitatibus fore conſpicitur oportuna, vobis auctoritate præſentium indulgemus, ut ad præſtationem decimarum de quibuscunque poſſeſſionibus & aliis omnibus bonis veſtris, quæ in præſentiarum habetis, & juſtis modis præſtante Domino acquiſiveritis in futurum, vel ad exhibendum annuum redditum ceu cenſum veſtris diœceſanis Epiſcopis, nec non pedagia, telonia, & alias exactiones quibusvis Regibus ſeu aliis perſonis ſecluaribus, ac etiam ad dandum procurationes aliquas Legatis vel Nuntiis Apoſtolicæ ſedis, ſive ad decimam vel aliam portionem aut ſubventionem aliquam de veſtris proventibus cuiquàm exhibendam, vel ad contribuendum in exactionibus vel collectis ſeu ſubſidiis aliquibus minimè teneamini, nec ad id per litteras ſedis ejusdem vel Legatorum ejus, aut quorumcunque aliorum, etiamſi in ejusdem ſedis litteris contineatur expreſſè, quòd ad quævis exempta vel non exempta loca & Monaſteria ſe extendant, & aliqua eis cujuscunque teneris exiſtat ipſius ſedis indulgentia non obſiſtat, niſi forſan dictæ litteræ ſedis ejusdem de indulto hujusmodi & Monaſteriis veſtris plenam & expreſſam fecerint mentionem ac nihilominùs à jurisdictione & poteſtate Patriarcharum Archiepiſcoporum & Epiſcoporum diæceſanorum veſtrorum & quorumcunque aliorum eximimus Vos loca & Monaſteria veſtra de gratiâ ſpeciali. Illis inſuper gaudentes privilegiis, gratiis & indulgentiis, quæ ipſi Ordini Prædicatorum ſunt conceſſa & impoſterùm concedentur. Nos enim ex nunc irritas decernimus & inanes Interdicti, ſuſpenſionis & excommunicationis ſententias, ſi quas*

in

in vos vel aliquas veſtras aut loca & Monaſteria veſtra ſeu quoscunque alios occaſione veſtri promiſſorum prætextu contra hujusmodi conceſſionis noſtræ tenorem per quemcunque de cætero contigerit, promulgari. Nulli ergò omninò hominum liceat hanc paginam noſtræ conceſſionis, exemptionis & conſtitutionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Laterani tertio Calendas Martii Pontificatûs noſtri anno primo, quod privilegium cùm generale ſit, authoritate pontificiâ toti Ordini collatum, nominatim etiam domicellas Steinheimenſes comprehendit.

Anno 1309. Henricus VII. Romanorum Rex Privilegium quoddam ab Alberto feliciſſimæ recordationis Romanorum Rege, Monaſterio de Steinheimb jam antehâc clementiſſimè collatum iteratis vicibus inſtaurat & confirmat tenore ſequentium : *Henricus Dei gratiâ Romanorum Rex ſemper Auguſtus præſentes litteras inſpecturis gratiam ſuam & omne bonum. Ex parte religioſarum perſonarum Prioriſſæ & Conventus Monaſterii de Steinheim Ordinis Prædicatorum Spirenſis diœceſis nobis humiliter extitit ſupplicatum, ut privilegium quoddam per divæ recordationis Albertum quondam Romanorem Regem anteceſſorem noſtrum ipſis conceſſum ſibi de benignitate regiâ innovare & confirmare dignaremur, cujus privilegii tenor talis eſt* : Albertus Dei gratiâ Romanorum Rex ſemper Auguſtus Univerſis Sacri Romani Imperii fidelibus &c. Tenore præſentium &c. Datum in Eſſlingen decimo quarto Calendas Septembris anno Domini milleſimo ducenteſimo nonageſimo nono, Indictione duodecimâ, Regni verò noſtri anno primo. *Nos itaque prædictarum Sororum devotis precibus favorabiliter inclinati prænotatum privilegium cum omnibus in eo contentis innovamus, approbamus & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Datum Spiræ ſeptimo Calendas Septembris anno Domini milleſimo trecenteſimo nono, Regni verò noſtri anno primo.*

Anno 1370. Carolus IV. Romanorum Imperator confirmat & innovat privilegium ab Henrico ſeptimo Romanorum Rege Monialibus in Steinheim aliquando conceſſum : *Carolus quartus divinâ favente clementiâ Romanorum Imperator ſemper Auguſtus & Bohemiæ Rex &c. Notum facimus tenore præſentium Univerſis, quòd pro parte Religioſarum Prioriſſæ Sanctimonialium & Conventûs Monaſterii in Steinheim Ordinis Prædicatorum Spirenſis diœceſis devotarum nobis dilectarum Majeſtati noſtræ extitit humiliter ſupplicatum, quatenus quoddam Privilegium Divi Henrici quondam Romanorum Regis avi & Prædeceſſoris noſtri chariſſimi ipſis & earum Monaſterio conceſſum & indultum de benignitate noſtrâ ſolitâ innovare & cõfirmare gratioſiùs dignaremur. Tenor autem dicti Privilegii ſequitur in hæc verba:* Henricus Dei gratiâ Romanorum Rex ſemper Auguſtus, Univerſis Sacri Romani Imperii fidelibus præſentes literas inſpecturis gratiam ſuam & omne bonum. Ex parte religioſarum Perſonarum Prioriſſæ & Conventûs Monaſterii de Steinheim Ordinis Prædicatorum Spirenſis diœceſis nobis humiliter extitit ſupplicatum, ut Privilegium quoddam per divæ recordationis Albertum quondam Romanorum Regem anteceſſorem noſtrum ipſis conceſſum &c. *Nos igitur attendentes odorem bonæ famæ & redolentis virtuoſi nominis, quò Monaſterium præfatum ex religioſâ vitâ & converſatione laudabili dictarum Prioriſſæ Sanctimonialium & Conventûs ibidem in Steinheim communis famæ relatu claruit hactenùs, & quotidianis devotionum ſtudiis profecit inceſſanter ad ipſius bonum ſtatum tantò inclinamur fortiùs, quantò confidimus ipſarum devotis orationibus animabus progenitorum noſtrorum atq; noſtræ ſimiliter indubitatæ ſalutis compendia procurari. Supplicationibus earum, quæ de fonte rationis emanare noſcuntur, benigniùs inclinati animo deliberato non per*

incuriam aut improvidè, ſed ſano Principum, Baronum & fidelium noſtrorum accedente conſilio, authoritate Cæſareâ & de certâ ſcientiâ dictum privilegium Avi noſtri præfati in omnibus ſuis clauſulis, ſententiis, punctis & articulis, ſicut rite proceſſerunt, prout de verbo ad verbum expreſſatur ſuperiùs, innovamus, approbamus & confirmamus & tenore præſentium confirmamus. Nulli ergò omninò hominum liceat hanc noſtræ innovationis approbationis, ratificationis & confirmationis paginam infringere, ſeu ei quovis auſu temerario contraire ſub pœnâ quinquaginta marcarum auri puriſſimi, quas ab eo, qui contrafecerit, toties, quoties contrafactum fuerit, irremiſsibiliter exigi volumus & earum medietatem imperiali noſtro fiſco, reſiduam verò partem injuriam paſſarum uſibus applicari, præſentium ſub imperialis noſtræ Majeſtatis Sigillo teſtimonio litterarum. Datum Nürnberg anno Domini milleſimo trecenteſimo ſeptuageſimo, Indictione octavâ quarto nonas Septembris Regnorum noſtrorum anno viceſimo quinto, Imperii verò ſexto decimo.

Anno 1549. Confirmatio quorumvis jurium, gratiarum & privilegiorum in genere & in ſpecie Monaſterio Steinheimenſi quomodolibet hactenùs à diverſis Magnatibus indultorum authoritate imperatoriâ Auguſtiſſimi Principis Caroli V. Romanorum Imperatoris univerſaliter facta taliter in ſcriptis legitur apparata: Wür Carl der Fünffte von GOttes Gnaden Römiſcher Keyſer / zu allen Zeiten Mehrer des Reichs / König in Germanien / zu Caſtilien / Arragon / Leon beider Sicilien / Jeruſalem / Hungarn / Dalmatien / Croatien / Navarra / Granaten / Toledo / Valentz / Gallicien / Majorica / Hiſpalis / Sardinia / Corduba / Corſica / Murcien / Gienniß / Algarbien / Algezieren / Gibraltar / der Canariſchen und Indianiſchen Inſulen / und der Terræ firmæ des Oceaniſchen Meers ꝛc. Ertz-Hertzog zu Oeſterreich / Hertzog zu Burgund / zu Lotterick / zu Braband / zu Steyr / zu Carndten / zu Crain / zu Limburg / zu Lutzenburg / zu Gelderen / zu Calabrien / zu Athen / zu Neopatrien und Wirtenberg ꝛc. Graff zu Habſpurg / zu Flanderen / zu Tyrol / zu Görtz / zu Barcinon / zu Arthois / zu Burgund / Pfaltzgraff zu Hennegow / zu Holland / zu Seeland / zu Pfürd / zu Kyburg / zu Namur / zu Roſſilion / zu Ceritania und zu Zutphen / Landgraff zu Elſaß / Marggraff zu Burgow / zu Oriſtain und Gorrian / und des Heyligen Römiſchen Reichs Fürſt zu Schwaben / zu Catalonia / Aſturia ꝛc. Herr zu Frießland / auff der Windiſchen Marck / zu Portenau / zu Biſcaja / zu Molin / zu Calins / zu Tripolin und zu Mechlen ꝛc. Bekennen offenlich mit diſem Brieff / und thun kund allermänniglich / wiewohl Wür aus angeborner Güte und Kayſ. Mildigkeit allzeit genaigt ſeyn / aller und jeder Unſerer und des Heyligen Reichs Unterthanen und Getreuen Nutz und Frommen zu betrachten / jedoch ſeyn Wür mehr willig den Perſonen / ſo der Welt Uppigkeit zuruck gelegt / und Gott dem Allmächtigen in einem geiſtlichen lauteren Leben fleiſſig dienen / Unſer Kayſ. Gnad und Fürderung mitzutheilen / und ſie bey ihren Freyheiten und Gerechtigkeiten / auch Frid / Ruhe und Gemach zu behalten / damit ſie denſelben Gottsdienſt deſter ſtatlicher auswarten mögen. Wann Uns nun die Ehrſame geiſtliche Unſere liebe andächtige Priorin und Convent des Cloſters Prediger Ordens zu Steinheim in glaubwürdigem Schein haben fürbringen laſſen ein Freyheit-Brieff von weyland Unſern Vorfahrer am Reich Keyſer Carl dem Vierten löblicher Gedächtnus in Lateiniſcher Sprach ausgangen / und Uns darauff demütiglich angeruffen und gebetten / daß Wür ihnen und ihrem Gottshaus ſolchen Keyſerlichen Freyheit-Brieff / auch all und jeglich andere ihr Gnaden / Freyheiten / Recht / Brieffe / Privilegien und Handveſten die ihren Vorderen und ihnen von weyland Unſern Vorfahrern Römiſchen Keyſeren und Königen / auch anderen Fürſten / Herren und Chriſtglaubigen mildiglich gegeben / in allen ihrem Innhalt / auch ihr alt löblich Herkommen und gut Gewonheiten zu verneuren / confirmiren / zu beſtätten und zu beveſtigen / auch ſie ſambt denſelben ihrem Cloſter deſſelben und ihren Verwandten und Zugehörigen / auch aller ihrer Haab und Güter / wo und an welchen Enden die gelegen ſeyn / in Unſer und des Reichs ſondere Gnad / Verſpruch / Schutz und Schirm zu nemmen und zu empfahen gnädiglich geruheten.

heten. Das haben Wür angeſehen ſolch ihr demüthig zimlich Gebette / auch den erbaren Wandel und Weſen / darinn ſie ſich bißher in ihrem Gottshaus Chriſtlich und löblich erhalten haben / und darumben mit wohlbedachtem Muth / gutem Rath und rechtem Wiſſen den vorgenannten Priorn / Convent und Gottshaus Prediger Ordens zu Steinheim die obberührten / auch alle und jegliche andere ihre Gnaden / Freyheiten / Recht / Brieffe / Privilegia und Händveſten / die ihne von weyland Unſeren Vorfahren Römiſchen Keyſeren und Königen auch anderen Fürſten / Herren und Chriſtglaubigen gegeben / wie die von Wort zu Wort lautend und begriffen ſeyn / und ſie die herbracht haben / und darzu ihr alt löblich Herkommen und gut Gewonheit / in allen ihren Puncten / Stucken / Clauſen / Articklen / Innhaltungen / Meynungen und Begreiffungen gnediglich verneurt / confirmirt / beſteet und beveſtiget / auch ſie und ihr Gottshaus deſſelben und ihre Zugehörungen und Verwandten und allen ihren Haab und Güter in Unſer und des Reichs ſondere Gnad / Verſpruch / Schuß und Schirm genommen und empfangen / verneuren / confirmiren / beſtätten / beveſtigen / nemmen / empfahen und thun das alles hiemit von Röm. Kayſ. Macht wiſſentlich und in Krafft diß Brieffs / und meinen / ſeßen und wöllen / daß nun fürbaßhin die obbeſtimpten Freyheiten / Gnaden / Rechte / Gerecht / Brieff / Privilegien / Handveſten / alt löblich Herkommen und gut Gewonheiten in allen und jeglichen ihren Worten / Clauſen / Innhaltungen / Meinungen und Begreiffungen kräfftig und mächtig ſeyn / ſteet und veſt bleiben / und die gedachte Priorin und Convent / und ihre Nachkommen / Zugehörungen und Verwandten ſich dero alles Innhalts zu gleicher Weiß / als ob die alle von Wort zu Wort hierinn begriffen und beſchriben wären / und darzu alle und jegliche Freyheit / Ehr / Würde / Vortheil / Recht und Gerechtigkeit haben / fürder freuen / gebrauchen und genieſſen ſollen und mögen / als ander / ſo in Unſer und des Reichs ſonder Gnad / Verſpruch / Schuß und Schirm ſeyn / haben / freuen / gebrauchen und genieſſen von Recht oder Gewonheit von allermenglich unverhindert / doch Uns und dem Heyligen Reich an Unſeren und ſonſt menglich an ſeinen Rechten und Gerechtigkeiten unvergriffen und unſchädlich / und gebieten darauff allen und jeglichen Chur-Fürſten / Geiſtlichen und Weltlichen / Prälaten / Grafen / Freyen / Herren / Ritteren / Knechten / Haubtleuthen / Land-Vögten / Vitzdomben / Vögten / Pflegeren / Verweſeren / Ambtleuthen / Schultheiſſen / Burgermeiſteren / Richteren / Räthen / Burgern / Gemeinde und ſonſt allen anderen Unſeren und des Reichs Unterthanen und Getreuen / in was Würden / Staats oder Weſens die ſeyn / ernſtlich und veſtiglich mit diſem Brieff / und wöllen / daß ſie die vorgemeldte Priorin / Convent und Gottshauß Prediger Ordens zu Steinheim und ihre Nachkommen / Zugehörunge und Verwandten / an den vorgenannten ihren Gnaden / Freyheiten / Rechten / Brieffen / Privilegien / Handveſten und löblichem Herkommen und guten Gewonheiten / auch diſer Unſer Kayſ. Confirmation, Beſtettung / Verſprüche / Schuß und Schirm nicht hinderen / ſondern ſie dabey von Unſeren und des Reichs wegen getreulich handhaben / ſchutzen / ſchirmen und geruhiglich bleiben laſſen / und hierwider nicht thun / noch jemands anderen zu thun geſtatten / in kein Weiß noch Weeg / als lieb einem jeden ſey Unſere und des Reichs ſchwere Ungnad und Straff / und darzu ein Pön / nemblich zwaintzig Marck löthiges Goldes zu vermeiden / das ein jeder / ſo offt er freventlich hierwider thäte / Uns halb in

Unſer und des Reichs Cammer / und den anderen halben Theil gedachter Priorin und Convent Prediger Ordens zu Steinheim und ihren Nachkommen und Gottshaus unablåßlich zu bezahlen verfallen ſeyn ſoll. Mit Urkund diß Brieffs beſigelt mit Unſeren Kayſ. anhangenden Jnſigel. Geben in Unſer Stadt Brüſſel in Braband am zwölfften Tag des Monats Aprilis nach Chriſti Unſers lieben Herren Geburt fünfzehenhundert und im neun und vierzigiſten / Unſers Keyſerthumbs im neun und zwanzigiſten und Unſer Reiche im vier und dreyſſigiſten Jahre.

Was aber ſonſten dieſe Zeit hindurch die Cloſter-Frauen zu Steinheimb für Unbillichkeiten von den Würtenbergiſchen erlitten und ausgeſtanden haben / erſcheinet / neben bißhero angezeigten Actis / aus etlichen Memorialien / allem Anſehen nach mit der Priorin Emerantianä von Kaltenthal ſelbſt eignen Händen verzeichnet: Daß nemlichen / obwohlen ſie der Herrſchafft Würtenberg anderſt nicht / als allein des Schirm halbs zugethan / und weder ſie noch ihr Vorfahren jemand anderen als Ihr Kayſerl. Majeſt. jemahlen unterthänig geweſt / auch deßwegen von Kayſern u. Königen aller Schatzung / Frohndienſten ꝛc. befreyet worden / und auch zuvor Würtenberg ichtwas nit zumuthen dörffen / ſo es aber laider anitzo dahin kommen / daß ihnen und ihrem Gottshaus gantz unerträgliche Schatzungen aufgelegt werden. Indeme ſie bey acht Jahren ſtetigs müſſen auſſerhalb des Cloſters Pferd und Knecht / auff ihrem Coſten erhalten / allerley Fuhren auf den Aſperg / Tübingen / und andere Ort / auch etwann allein in Geſchäfften der Räthen vernichten ꝛc. In dem Cloſter des Fürſten Falckner und Jäger ſpeiſen / die Hund aufziehen / Schwein und dergleichen ernehren ꝛc. auch hab man ihnen austruckenlich ſie bey ihrer Religion zu laſſen zwar verſprochen und verheiſſen / werde aber ſo wenig gehalten / daß man ihnen auch in ihrem Sterb-Stündlein keinen Prieſter vergönne / alſo / daß ſie ohne die H. Sacramenta abſterben müſſen ꝛc. ꝛc.

Fol. 247. Anno 1568. den 7. Januarii / laſſen an Herrn Herzog Chriſtoffen die Cloſter-Frauen von Steinheim ein Klag-Schreiben ablauffen: in deme Ih. Fürſtl. Gnaden ſie gantz flehentlich berichten / wie daß ſie erſt in ihrem hohen Alter / ſo groſſen Mangel der Unterhaltung halber leiden müſſen. Indem ihr Hofmeiſter ſie / auf ihr nothdürfftig Begehren / allein mit Erzehlung / was an Schatzung / Ablöſung / Hülff / und hinderſtelligen Schulden noch zu bezahlen ſey / abzufertigen vermeint / da doch ſie an dem Angezognen des Cloſters Mangel gantz kein Schuld nicht tragen. Als bitten Ih. Fürſtl. Gnaden ſie demütiglich / die wollen ihrer gethanen gnädigen Vertröſtung gemäß Fürſehung thun / damit ſie doch als alte erlebte Frauen / die doch noch wenig Jahr hie zeitlichen Lebens ſich verſehen dörffen / ſonderen eine nach der anderen heim ziehen / einzig und allein die Notturfft haben mögen ꝛc.

Fol. 254. Anno 1570. den 7. Januarii / wird die Fürſtl. Frau Wittib von den Kirchen-Räthen berichtet / was Maſſen die Cloſter-Frauen von Steinheimb ſich nicht allein höchlich beſchwären und beklagen / daß die Frevel und des Gottshaus Gefäll dem Untervogt zu Marpach einzuziehen befohlen / ſondern auch daß der Vogt zu Marpach in Ihr Fürſtl. Gnaden Namen bey ihrem Vogt-Gericht zu ſeyn / neulich wider alt Herkommen verordnet worden / und ſeinetwegen auch nicht geringer Koſten müſte verwendet werden. Als haben die Kirchen-Räth abermal ihr altes Liedlein herfür gebracht / und den Rath geben: Man ſoll von allen Cloſter-Frauen insgemein die Haushaltung hinweg nehmen / und den Hofmeiſteren übergeben / ſo würde man hinfüro dergleichen Klagens / und ſie der Mühe des Aufſchreibens überhebt ſeyn ꝛc.

❋ STETTENSE

ALiàs patriâ voce Mariä Gnadenthal intitulatum fœmininum Ordinis Prædicatorum S. Dominici Cœnobium, diœceſis Conſtantienſis in ditione Hohenzollerenſi etiamnùm inclytum, & de præſenti religioſis domicellis quadraginta plus minùs inſtructum, de quo ſubinde Cruſius mentionem faciens in Annalibus prout ſequentia, & primò quidem part. 3. lib. 2. cap. 2. *Reperi alicubi hæc quoq; : Cùm Imperator Fridericus* (hujus nominis ſecundus) *fuiſſet hoc* (circa annum 1245.) *tempore excommunicatus : inter quoſdam*

Suevię Proceres, qvi ab eo propter illam cauſam defecerant: etiam Zollerenſis Fridericus fuit. Cùm autem is graviter à Cęſareanis premeretur, deprecatus eſt & veniam accepit: eâ tamen conditione & mulctâ: ut parthenonem ſive Gynecæjum ſacrum Stettę ſub monte Zollerenſi conderet. Et hoc fuit hujus prędicatorii Cœnobii principium. Itaq; in eo etiam Zollerenſium ſepulchretum uſq; ad 1488. annum Chriſti fuit: qvod fortasſis antè in veteri Eccleſiâ oppidanâ S. Lucii (Hechingæ oppido propiùs adſito) *habuerunt.* Et infra loc. cit. cap. 14. *Tunc* (Anno 1278.) *Stettenſes qvoq; Nonnę* (hactenùs Canonico-Auguſtiniano Ordini ſubditæ) *incorporatę ſunt Ordini Prędicatorum.* Item lib. 4. cap. 8. *Albertus Walchus junior anniverſarium inſtituit uxori ſuę defunctę apud Prioriſſam Stettenſem perpetuò celebrandum ad remedium animę illius. Addidit & Joannes Walchus 5. fl. in eum uſum quotannis. Actum proximâ feriâ qvintâ poſt feſtum Purif. S. Marię Virg.* Item lib. 5. cap. 3. *Die S. Lucii ejusdem anni* (1351.) *transactio facta eſt qvorundam bonorum inter Albertum de Kiwiler & Adelheidam ſororem ejus in Parthenone Stetten. Item inter Adelheidam Hermanni* (Comitis) *viduam, liberosq; ejus. Cui terminationi interfuêre Comes Zollerenſis Fridericus Senior ipſorum Dominus, & Fridericus Walchus atque Albertus Fulle: qvi & ſubſignârunt.* Lib. 6. cap. 8. *Wernherus Schenckius de Stauffenberg & Urſula ſoror ejus Friderici qvondam de Altorff filia vendiderunt Prioriſſę & ſacrarum Virginum cętui Monaſterii Prędicatorii Ordinis Stettenſis curiam cum bonis ſuis Niderhechingenſibus nominatorum Pfawenhoff &c. quę de Volckaldo & Eitelio Walchis, Albertoq; de Synchingen, qvibus illa oppignerata fuerant, redempta erant &c. aſſuerunt huic contractui, ſignaruntq; duo generoſi Hohenzollerenſes Comites Fridericus ſcilicet Canonicus Argentoratenſis* (poſtmodùm Anno 1486. Epiſcopus Auguſtanus) *& Fridericus. Prętereà dicti duo Walchi atqve Synchingenſis Albertus. Actum 1390. die Mercurii cineritio.* Lib. 6. cap. 4. Jch Aberli der Schmid/ weiland Vogt zu Hechingen/ verjehe offenlich ꝛc. daß ich von der ehrwürdigen geiſtlichen Frauen Adelheid/ der Priorin/ und dem Convent des Cloſters zu Stetten/ Prediger Ordens / zu einem rechten Lehen empfangen hab / anderthalb Mannßmat Wißen/ gelegen in Gailkoffen / mit guten Gunſt und Willen Gutten der Walchen Cloſter-Frauen zu Stetten in dem Cloſter: und Jtel Walchs ihres Bruders ꝛc. *Datum Hechingę (1394.) proximâ feriâ ſextâ poſt Hilarii.*

Hoc autem Monaſterium Sanctimonialium in Stetten An. 1261. conſtruere cœpit magnanimus vir ac Illuſt. Dominus Fridericus ex Comitibus à Zolleren cum uxore ſuâ Udelhilde, haud tamen ex integro, ſed solummodò templum ac partem quandam clauſtri de propriis ſumptibus ſuis ipſe conſtrui fecit, item totam dedit aream, cui hodie regulare clauſtrum ſtat inædificatum. Reliqui, qui in partem fundationis venerunt, viciniores fuiſſe perhibentur reguli ſed vel maximè Comites Tubingenſes, ac plures alii opibus & poſſeſſionibus inclyti: de quorũ ſpeciali gratiâ ac ici pio favore regulare domilium hoc non ſolùm in ſtructuris ſuis plenariè perfectum fuit & abſolutum, ſed & liberaliter inſtructum cenſibus ac redditibus congruæ ſuſtentationi perſonarum ſupra 20. quaternarum rectiſſimè ſufficientibus imò plùs ultrà largiùs excurrentibus, iſtis tamen injuriâ temporum, maximè verò calumniis & inſidiis hæreticorum ad medietatem usque diminutis juxtà quoq; multifariis Cœnobii juribus quà ſacris, quà profanis protervè nimiùm violatis ob tabularium jam pridem quod Vulcanus abſumpſit. Sed, utut ſit, novam fundationem Stettenſem ab Alexandro Papâ IV. & pluribus aliis ſuæ Sanctitatis in ſede Romanâ ſucceſſoribus authoritate pontificiâ & litteris Apoſtolicis fuiſſe confirmatam, probatam ac quandoque reiteratam conſtans eſt traditio à Majoribus accepta, eaque in fines ſeculorum derivanda. Et hic ſpecialiter occurrit notandum ligna, lapides & ſaxa de mandato primorum fundatorum in certum locum comportata, imò jam in initium novæ ſtructuræ aliqualiter combinata inviſibili angelorum miniſterio, nocte concubiâ usque tertiò in illum, cui hodie tota moles ædificii innititur, fundum fuiſſe translata.

Laben-

Labentibus annis Udelhildis primaria confundatrix, dum maritum extulit omnium ſeculi vanitatem oppidò faſtidiens religioſis ſororibus aſſociata benedictum capitis velamen avidiſſimè ſuſcepit; quo nobiliſſimo mirificæ pietatis exemplo plures alias ipſa procuravit ſpectati generis juvenculas pari modo cœleſti ſponſo nuptas, egregias planè quarumvis virtutum æmulas, dehinc ſupernis quandoque viſionibus illuſtratas.

Porrò Stettenſis Monialium Eccleſia in honorem Divæ Virginis ad Eliſabetham inviſentis dedicata, contiguum ſibi habet antiquiſſimum (nam juſto integri unius ſeculi decurſu primam Monaſterii fundationem exæquat) quoddam ſacellum Præcurſori Domini S. Joanni Baptiſtæ ſacrum, cui Illuſt. Dominus Eitelius Fridericus fundator Hechingenſis jam ſuprà laudatus Marianam aliquam intulit Statuam Oettinganæ illi apud Bojos ſimillimam è dormitorio clauſtri (ubi illa jam à tempore primæ fundationis Cœnobii in altari locata nunquàm non publicos honores accepit) deſumptam, ſuas coràm ter Veneranda Icone hâc deinceps litaturus preces privatas : quas tamen Diva Virgo longè poſthabuit priſtino ac priori hyperduliæ cultui intra clauſtrũ hactenùs exhibito; unde & hæc eadem Statua ad memoratum ſacellum (ut audivimus) deportata, ſe ſolâ ad priorem locum ſuum rediit, idque de nocte factum eſt per ter : quæ ipſa quoque ſubinde in medio flammarum illæſa perſtitit, & quia ſic miraculis inclaruit, à religioſis domicellis pretioſè habita, quosvis ſiniſtros eventus & Monaſterio fatales per triſtia præſertim bellorum tempora deprehenſa fuit manifeſto quoque ſigno extrinſeco mirabiliter præſagire ſolita.

Præter dictam Divæ Virginis Statuam quoddam etiam Chriſti crucifixi ſimulachrum ligneum ſtaturæ virili juſtiſſimè conquadratum in templo Stettenſi cernui adorant incolæ & accolæ, quotquot locum frequentant omnes, penes quem Crucifixum olim inter medios flammarum ignes idem templum fœdiſſimè depaſtos illibatè ſervatum; penes quod annis abhinc ferè octoginta lignea itidem quendam tabula ſubſtitit *Zollerenſis* appellata: in qua cernebatur imago ejusdem Chriſti Servatoris noſtri crucem bajulantis depicta; quæ ipſa tabula ſuperiori ætate prænuntia fuit omnibus hæreditario Comitatûs Zollerenſis dominio potitis ac filiis eorum, dùm ſcilicet eadem tabula aliàs de more clauſa triduo ante mortem Seniorum inviſibili manu reſerata ſeu detecta cunctis ſeſe viſendam præbuit, ante deceſſum verò Minorennium ſolummodò peſſulum illius ſe ipſo revolutum apparuit : Et factum eſt ita vice ultimâ in morte Eitelii Fridericii fundatoris Hechingenſis antè memorati qui quamprimùm à Monialibus intellexit, memoratam tabulam triſti omine fuiſſe reſeratam, quantocyùs de hoc erudiri fecit germanum fratrem ſuum pro tunc jam diu ſatis in caſtro & oppido Haigerloch decumbentem, verùm ſibimetipſi mortem quaſi præſentaneam fuiſſe denuntiatam vel invitus experiri debuit optimus Dominus Eitelius Fridericus, dùm poſt triduum præter ſpem apoplexiâ tactus lethaliter occubuit Anno 1488. die 9. Februarii. Poſt aliquot annos hujusmodi tabula caſuali incendio meriſſimè periit, juxta tamen Crux prænominata integerrimè perduravit, quam (ut antè dictum eſt) nec minimum quid ignis aduſſit.

Hodie inclytum hoc Stettenſe Cœnobium à multis hactenùs infauſtis caſibus feliciſſimè ſervatum, nonnunquàm etiam glorioſo patrocinio S. Agathæ Virginis & Martyris à ferali incendio liberatum peregregiè floret ſub laudatiſſimo regimine modernæ Prioriſſæ Ven. Dominæ Mariæ Salome Auguſtanæ : cujus religioſiſſimæ ſorores ac filiæ partheniæ domicellæ accenſis lampadibus cum cœleſti ſponſo intrare ad nuptias ſtant continuò paratiſſimæ.

❋STUTGARDIENSE

SEu Stutgardienſis priùs Beutelſpacenſis (ut ſuprà ſuo loco diximus) Eccleſia Collegiata S. Crucis Stutgardiæ ſummæ præcipuo Ducatus Wir-

tenbergenſis oppido reſtituta, ſeu potiùs de novo fundata eſt Anno 1318. teſte Cruſio part. 3. lib. 4. cap. 4. in hæc verba: *Anno 1318. aut aliqvantò pòſt Eberhardus Illuſtris* (Comes Wirtenbergenſis) *impetratâ Romani Pontificis Joannis XXII. poteſtate Collegium Beutelspacenſe* (*ubi 1310. circiter monumenta ipſius murorum deſtructa ab hoſtibus fuerant*) *Stutgardiam tranſtulit: adjectioneque ſex Canonicorum auxit. Venerunt Stutgardiam* (*teſte Orichalcinâ tabellâ cum aureis litteris*) *Anno 1321. Canonici de Beutelſpach octavo Calendas Julii id eſt die S. Joannis Baptiſtæ, Eccleſia autem cathedralis* (parochialis ſolùm primaria tamen Stutgardienſis) *quæ tunc lignea erat: poſteà Anno 1460. lapide condi cœpta eſt: nec non 1490. turris hujus Eccleſiæ qvadris extrui lapidibus. Alibi in hanc ſententiam inveniebam:* Stifft Beutelſpach gen Stutgart verruckt 1221. und gemehrt mit Capitel und Prǟbenden: zu Berg / Wangen / zu Altenburg bey Canſtatt auff ein Probſt/zwölff Chor-Herren/ zwölff Vicarien/ drey Helfferen / darnach zwainzig Caplanen. Ita Cruſius loc. cit. qui & infrà lib. 7. cap. 14. quaſdam affert Indulgentiarum litteras olim à Pio Papâ II. Eccleſiæ huic Stutgardienſi conceſſas, tum ab Ordinario loci publicatas ſub ſequentium tenore: *Burcardus DEI & Apoſtolicæ Sedis gratiâ Epiſcopus Conſtantienſis univerſis & ſingulis Chriſti fidelibus præſentibus & poſteris ſcriptorum notitiam indubitatam cum ſalute & ſincerâ in Domino charitate: qvia litteras Apoſtolicas Sanctiſſimi in Chriſto Patris & Domini noſtri, Domini Pii divinâ providentiâ Papæ ſecundi, ejus verò Bulla plumbea impendente bullatas qvasdam Indulgentias & plenariam omnium peccatorum* (*caſibus in illis ſpecificatis exceptis*) *remiſſionem ad Eccleſiam collegiatam oppidi Stutgarten noſtræ diœceſis & ejus fabricam conceſſas, in ſe complectentes: Nobis pro parte Magnifici & generoſi Domini Ulrici Comitis de Wirtenberg, in eisdem litteris principaliter nominati præſentatas, viſas, inſpectas, & diligenter in omni parte examinatas inferiusq́; de verbo ad verbum inſertas: diligenti inqviſitione & examine hujusmodi præmiſſis comperimus: idcircò oblatæ nobis pro parte dicti Domini Ulrici Comitis nec non honorabilium, nobis in Chriſto dilectorum Præpoſiti, Canonicorum & Capituli præfatæ Eccleſiæ, petitioni favorabiliter annuentes, & litteræ ipſæ & earum effectus, & tenor, prout inferiùs eſt inſertus, in civitate & locis diœceſis noſtræ publicari, inſinuari, intimari, ac debitæ executioni mandari: ſingulisq́; Chriſti fidelibus noſtræ Ordinariæ juriſdictionis, indulgentias & remiſſionem peccatorum hujusmodi conſeqvi poſſint atq́; valeant* (*Statutis ſynodalibus & mandatis Ordinariis, & aliis in contrarium facientibus non obſtantibus: ſed in hac parte ceſſantibus & ſublatis*) *auctoritate noſtrâ Ordinariâ præſentium tenore qvantum in nobis eſt, concedimus & indulgemus. Tenor itaq́; litterarum Apoſtolicarum, de qvibus ſuprà facta eſt mentio, ſeqvitur de verbo ad verbum talis*: Pius Epiſcopus Servus Servorum DEI ad perpetuam rei memoriam. Paſtoralis Officii cura licet immeritis ſupernâ diſpoſitione commiſſa nos excitat & inducit: ſic circa ea, per quæ animarum ſaluti, quam ſupremis exoptamus affectibus, oportunè conſulitur, totis niſibus intendamus, ac perſonarum, locorum & temporum qualitate penſatâ: ea favorabiliter concedamus, per quæ illæ Domino lucrifiant, & æternæ beatitudinis prœmia conſequantur. Cùm itaq́ue, ſicut accepimus, dilectus filius Ulricus Comes in Wirtenberg quandam Collegiatam Eccleſiam ſub vocabulo S. Crucis in oppido Stutgardienſi Conſtantienſis diœceſis per ipſius progenitores inceptam, cum certis Canonicatibus & Præbendis ac perpetuis Vicariis fundaverit, nec non pro ipſius dotatione quindecim millia pro ædificatione tria millia florenorum Rhenenſium liberaliter contribuerit: ac propter nonnullos caſus fortuitos ad totale complementum ipſius Eccleſiæ, prout tota mente deſiderat, plura contribuere nequeat de præſenti, ſintq́; pro conſummatione & complemento ipſius Eccleſiæ Chriſti fidelium ſuffragia oportuna: Nos cupientes, ut dicta Eccleſia ad perfectionem totalem quantocyùs perducatur, ac debitis frequentetur honoribus, ipſiq́ue fideles, eò libentiùs causâ devotionis confluant ad eandem: ac pro illius complemento

manus

manus promptiùs porrigant adjutrices, quo ex hoc dono cœleſtis gratiæ uberiùs conſpexerint ſe refectos: de Omnipotentis DEI miſericordiâ & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus auctoritate confiſi univerſis & ſingulis utriusque ſexûs fidelibus cujuscunque ſtatus vel conditionis fuerint, qui duodecim diebus circa opus ſeu fabricam dictæ Eccleſiæ laboraverint, aut laborantem pro ſe diſpoſuerint: vel tantùm, quòd uni ibidem laboranti totidem diebus tam pro labore quàm pro expenſis ſatisfieri poſſit, dederint ſeu contribuerint: quòd quilibet eorum idoneum poſſit eligere confeſſorem: qui ipſos ore confeſſos & corde contritos in foro conſcientiæ à quibuscunque cenſuris: dùm tamen in illas incidiſſe declarati ac denuntiati non ſint: nec non peccatis, criminibus, delictis & exceſſibus, etiam in ſingulis Sedi Apoſtolicæ reſervatis caſibus prætérquàm offenſæ Eccleſiaſticæ libertatis violatorum Interdicti à Sede Apoſtolicâ impoſiti criminum hæreſis: cujusvis offenſæ, inobedientiæ ſeu rebellionis in Romanum Pontificem ſeu ſedem Apoſtolicam, presbytericidii, offenſæ perſonalis in Epiſcopum vel alium Prælatum invadentium, deprædantium, aut aliàs devaſtantium terras Eccleſiæ Romanæ, immediatè ſubjectas propter cenſuras latas in die Cœnæ Domini, ac etiam invadentium Romipetas, ſeu quoscunque alios ad Romanam curiam venientes ſemel in vitâ abſolvere ac eis pœnitentiam ſalutarem injungere: nec non vota quæcunq; per eos emiſſa: præterquàm ad terram ſanctam, limina Apoſtolorum Petri & Pauli ac S. Jacobi in Compoſtellâ: in alia pietatis opera, maximè pro contributione ad fabricam dictæ Eccleſiæ commutare: nec non plenariam remiſſionem omnium peccatorum ſuorum ſemel in mortis articulo concedere & impertiri liberè ac licitè valeant, auctoritate Apoſtolicâ tenore præſentium indulgemus: ſic tamen, quod iidem Confeſſores, de his, de quibus alteri ſatisfactio fuerit impendenda: cum ipſis laborantibus, aut laborantem diſponentibus vel contribuentibus, per ſe ſi ſupervixerint: vel per alios, ſi fortè tunc tranſierint, faciendam injungant, quam ipſi vel illi facere teneantur ut præfertur. Et ne (quod abſit) propter hujusmodi gratiam ſint, aut reddantur proclives ad illicita impoſterùm committenda, volumus, quòd ſi hactenùs in nos vel prædeceſſores noſtros Romanos Pontifices, aut in ipſorum mandatorum contemptum ſeu Eccleſiaſticæ libertatis offenſam aliqua commiſerint: aut ex confidentiâ remiſſionis hujusmodi alia fortè committerent: quoad illa prædicta remiſſio eis nullatenùs ſuffragetur. Et nihilominùs præpoſito pro tempore exiſtenti & Capitulo ejusdem Eccleſiæ, quòd ſuper bonis malè acquiſitis ac beneficiorum fructibus malè perceptis in hujusmodi Eccleſiis complementum convertendis ac laboribus aut laborantem diſponentibus vel contribuentibus: ut præfertur in plenam fidem, quòd labores ſuos impenderint, aut quòd contribuerint, & quòd harum indulgentiarum participes eſſe debeant: recognitiones ſub eorum ſigillis, ſimul aut ſeorſim dare poſſint, plenam & liberam concedimus facultatem, præſentibus poſt triennium à die publicationis in Eccleſiâ prædictâ faciendæ minimè valituris. Prætereà volumus, quòd ſi, poſtquàm dicta Eccleſia in ſuis ſtructuris & ædificiis completa fuerit: aliquid de ipſis oblationibus fidelium ſuperfuerit: id in reparationem & utilitatem Eccleſiæ S. Leonardi Stutgardienſis dictæ diœceſis penitùs convertatur, non obſtantibus renovationibus vel ſuſpenſionibus Indulgentiarum plenariarum, aliàs Mantuæ per nos factis: vel impoſterùm ſub quacunque verborum formâ per nos vel Sedem Apoſtolicam faciendis: ſub qua indultam facultatem ac præſentes litteras decernimus non comprehendi, cœterisque contrariis quibuscunque. Nos enim omnes & ſingulos Chriſti fideles in Domino exhortamur: ut ad ſuſcipiendam remiſſionem hujusmodi, toto mentis affectu ſe præparare ſtudeant & procurent: ita quòd Salvatoris Domini noſtri JESU Chriſti & glorioſæ Genitricis Beatæ Virginis Apoſtolorumq; prædictorum Sanctæ Crucis ac reliquorum omnium Sanctorum & Sanctarum Dei meritis eâdem remiſſione gaudentes ab inſidiis Diaboli protegantur: ac demùm æternæ felicitatis prœmia conſequan-

quantur. Datum Romæ apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quadringenteſimo ſexageſimo tertio, quinto decimo Calendas Julii Pontificatus noſtri Anno quinto. *In quorum præmiſſorum teſtimonium litteras præſentes inde fieri & ſigilli noſtri Pontificalis juſſimus appenſione communiri. Datum in Aulâ noſtrâ Conſtantienſi Anno Domini milleſimo quadringenteſimo ſexageſimo quarto, die decima menſis Junii, Indictione duodecimâ.*

Anno 1535. Collegiis ſacris ac omnibus utriuſque ſexûs Monaſteriis per univerſam ditionem Wirtenbergenſem de ſpeciali mandato Principis terræ ſeu Ulrici hujus nominis ſecundi Ducis juxta Confeſſionem (prout vocant) Auguſtanam reformatis Stutgardienſe quoque Canonicorum Collegium hoc fuit abrogatum, ac in novum illius Præpoſitum diversâ religione diverſum Lutheri dogma profeſſus conſtitutus (primùm tamen Anno 1552.) fuit Joannes Brentius teſtimonio Cruſii quod part. 3. lib. 11. cap. 14. tale eſt: *Mortuo Præpoſito Stutgardiano Pontificio Joannes Brentius à Principe fit Præpoſitus, eiq́ inſpectio Tubingenſis Academiæ mandatur.*

STUTGARDIENSE

FUit etiam iſthic loci ſeu Stutgardiæ venerabile quoddam Ordinis Prædicatorum S. Dominici Monaſterium: de cujus initio ibidem in pariete quodam Cœnaculi (uti loquitur Cruſius part. 3. lib. 7. cap. 8.) æſtivalis talis ſupereſt ſcriptura: *Anno 1473. in vigiliâ aſſumptionis B. Mariæ Virginis venerunt Fratres Prædicatores de Norimbergâ & obtinuerunt aream iſtam à generoſo Comite de Wirtenberg.* Item legendi proſtant in eodem loco ſequentes verſus:

Bis ſeptingentis decies tribus annis
Sol in Virgineos poſtquàm ſe contulit artus
Lapſus. Et Ulricus Pater hic Comitumq́ Ducumq́
Hoc dedit eſſe ſacrum Mariæ venerabile ſeptum
Ordinis & noſtri prædictum contulit eſſe.

Porrò in templo Cœnobii hujus Dominicani teſte eodem Cruſio loc. cit. cap. 18. tale viſitur Epitaphium: *An. 1483. triceſimâ die Auguſti obiit Reverendus Pater Petrus de Kurchsbach ſacræ Theologiæ Doctor de Conventu Wirtenbergenſi* (in Saxoniâ) *Ordinis Prædicatorum hujus domus Primus inſtitutor ac fabricæ ejus director hîc ſepultus.* Item alind: *Anno Domini 1483.* Umb S. Johannis Enthauptung-Tag da ſtarb der veſt Juncker Hannß von Stein: deme GOtt gnädig ſey.

SULZBERGENSE

OLim ante tempora mutatæ religionis pereximium Ordinis S. Benedicti Cœnobium glorioſo Chriſti Martyri S. Cyriaco dicatum, hodie verò Marchionum (qui de linea Durlacenſis appellatâ jam diu ab avitâ Majorum religione degenerant) Badenſium inſigne caſtrum & viridarium, de rarâ pulchritudine, mirandâ vaſtitate totaque majeſtate ſuâ contuentibus oppidò mirandum: idem cum ſuo ſchemate & ſuccinctâ loci deſcriptione ſimpliciter exhibitum à Zeillero ſeu Matthæo Meriano in Topographia Sueviæ fol. 180. item ſecundùm initia ſua vel breviter annotatum à Wolf. Lazio in Comment. geneal. Auſtriac. lib. 1. c. 11. fol. 169. ſub his verbis: *Is* (Guntramus primus Comes Ergoviæ) *ſiquidem in diviſione cum fratribus Eberhardo & Rothardo ſortitus Ergoviam, quæ Arulâ irrigua eſt, ditionem hinc quidem ad lacum Brigantinum, qui nunc Bodmanicus dicitur, illinc verò in Hercinicam ſilvam Helvetiorumq́ veterum agros, ubi nunc interiores confœderatorum Helvetiæ*

vetiæ pagi ſunt, duas Ordine nobiles fœminas in conjugio habuit N. Brigantinam Comitiſſam generis Montfortii, & Itham (filiam) *Adalberonis Comitis à Kalb, fundatoris Hirſaugienſis. Ex quibus progenuit Benzonem Dominum in Streichburg & Scharpfenſtein, authorem Cœnobii Waldkirchenſis in nigrâ ſilvâ finium Brigoviæ: quod Monaſterium interpellante Burcardo Svevorum Duce Otto tertius confirmavit. Sepelitur ad S. Cyriacum in Sulzberg, & Gebiczonem Baſileenſem Præſulem authorem Cœnobii Weiſſenau propè Ravenſpurgam. Floruit autem Guntramus circa annum 985. Cujus natus Beczo Comes Habſpurgenſis conditus in Cœnobio Sulzbergenſi finium Brisgoviæ, depictus in Choro cernitur &c.* Item de eodem hoc Virginum Monaſterio in Baſileâ ſacrâ fol. 130. vel pauca legimus ſequentia: *Joannes Menlius ſcribit, Epiſcopum hunc* (Gebiczonem antedictum inter ſummos Baſileenſes antiſtites viceſimum tertium) *aſceterium Sanctimonialium Sulzbergenſium in Brisgoviâ condidiſſe ſub Othone III. qui Imperii gubernaculum moderatus eſt ab Anno 984. uſq; ad annum 1002.*

SULZBERGENSE

ALiud ejusdem ſexûs ac nominis, non item ejusdem Ordinis clauſtrale domicilium diœceſis Conſtantienſis uno circiter ſupra Campidonam urbem imperialem milliario in ditione (quam Ducali Monaſterio Campidonenſi à Nobilibus de Schellenberg jam pridem divenditam, aliqualiter deſcriptam affert Zeillerus antecitatus fol. 108.) Schellenbergenſi pro Monialibus Eremitico-Auguſtinianis fundatum aſſeritur pio ſtudiò & labore Prænobilis Dominæ Annæ de Schellenberg natæ à Fronberg. Litteræ fundationis etiamnùm integræ (ut audio) ſervantur apud RR. PP. Auguſtinianos in Monaſterio Memmingenſi, de causâ verò ac tempore ceſſationis etiamnùm inquiro.

SULZENSE

TAliter ex nomine ſuo dictum (quia fortè cuidam paris nominis oppido contiguum) Ordinis S. Pauli primi Eremitæ Monaſterium diœceſis Conſtantienſis in ſuperiori ætate conſpicuum, hodie tamen vix nomine ſuo notum, utpotè jam dudùm bellorum an temporum injuriâ meriſſimè ſuffocatum: cujus proin ſola ſuperat memoria in catalogo Monaſteriorum Ordinis ſuo loco cum aliis adſpectanda.

❀SUPPLINGENSE

CLauſtrale contubernium parthenicum Tertiæ Regulæ S. Franciſci in Supplingen notisſimo ſoli Acroniani pago, eoque præclarâ ſatis parochiali Eccleſiâ tribus (præter primarium Curionem) Sacellanis bellè provisâ convenienter inſtructo, ſed & vini optimi feraciſſimo haud procul Uberlingâ civitate imperiali in diſtrictu diœceſis Conſtantienſis hodiedùm religioſiſſimi Inſtituti ſui tenaciſſimum primitùs exortum eſt currente ſeculo decimo tertio ſatagentibus plurimùm ſupremis equeſtris Ordinis Teutonici in Sueviâ Commendatoribus in vicino caſtro Altishuſano reſidentibus. Venit etiam in partem fundationis ordine quidem, ſeu (uti videtur) tempore poſterior, imò poſtremus ac ultimus, in effectu tamen facilè primus ac ſummè præcipuus Venerabilis DEI Sacerdos (cujus memoria penes religioſas domicellas Supplingenſes in continuâ benedictione eſt) Conradus Keller gentes Suevus, patriâ Steuſslingenſis: qui propriis ſumptibus totum hoc phrontiſterium

non ſolùm in meliorem ædificiorum formam redegit, ſed & perpulchrum ſatis adſtrui fecit ei ſacellum: quod in hæc usque tempora feliciſſimè ſervatum, cunctis ad illud inviſentibus continuò ſat magnam gignit admirationem & devotionem.

Lit. T.

❋TENNENBACHENSE

ALiàs *Porta Cœli* communiter intitulatum, de ſacrâ familiâ Ciſtercienſi diœceſis Conſtantienſis Monaſterium propè Friburgum Brisgoviæ ſui Ordinis Scriptoribus (teſte Bucelino in German. ſacrâ part. 5. fol. 85.) notiſſimum; idem temporibus noſtris ſecundùm ædificia ſua clauſtralia ſalvum quidem & integrum, quamvis de præſenti ſub jugo Gallico vel maximè gravatum, originem ſumpſit (prout conſtat ex Epiſtolâ dedicatoriâ anni Ciſtercienſis part. 2. Authore Annoymo Monacho Cœnobii Wettingenſis in Helvetiâ 1682. & 1683. duobus tomulis in 12. editi RR. DD. præfati Ordinis directâ) ſub annum gratiæ 1156. Primos autem Tennenbachenſis clauſtri hujus conditores, ſeu (uti vocamus) fundatores fuiſſe Landgravios de Stüelingen nominatos, ſuprà perhibet Lazius de migrat. gent. lib. 8. fol. 413.

TENNENBACHENSE

ALiud quoddam virorum itidem paris quidem nominis, alterius tamen Inſtituti, videlicet de Ordine S. Pauli primi Eremitæ Monaſterium, quod ex nomine ſuo *Rivus tenuis* appellatum, ante tempora ſubortæ devaſtationis (Monaſteriorum) hæreticæ, ubi ubi tandem locorum in Sueviâ noſtrâ ſeſe poſſediſſe palàm quidem profitentur, imò gloriantur memorati Ordinis Paulani Terapeutæ, qui tamen iidem juxtà lugentes admodùm conqueruntur de Tennenbachenſi hoc Monaſterio præter ſolum nomen & inane vocabulum haud quidquam ampliùs (obſiſtente hæreſi) ſupereſſe requirendum.

❋THALBACHENSE

MOnaſterium fœmininum diœceſis Conſtantienſis, Ordinis verò, non (uti perperàm habet Joannes Georgius Schlee fol. 24.) S. Claræ, ſed tertiæ Regulæ S. Franciſci *in Thalbach* nuncupatum, ſeu quaſi in villâ undique rivo cinctâ locatum propè Brigantium oppidum ditionis Auſtriaco - Cis-Arulanæ S. Antonio Ægyptiaco Abbati pientiſſimè dicatum, hodieque ſacro Ordini ſuo conſtanter addictum. Huic autem regulari clauſtro legaliter adornando dederunt initium duo ſorores, quæ patriâ Brigantinæ pietate morum ac vitæ caſtimoniâ magis ditatæ quàm nummis turgidæ in privatis ſolùm ædibus devotiſſimè commorantes juſtæ ante DEUM incedentes in omnibus mandatis & juſtificationibus Domini ſine querela. Spectabilis quædam Matrona itidem Brigantina domum (quam priùs memoratis puellis juſto pretio locavit inhabitandam) in omnimodam proprietatem depoſthâc meriſſimè tenendam ipſis tradidit gratiſſimo bonæ famæ odore & laudatiſſimo piæ converſationis exemplo partheniarum iſtarum in id adducta. Poſt aliquod tempus memoratis ædibus in formam Cœnobioli redactâ & inquilinis illius ampliùs multiplicatis omnes in unum congregatæ, ac pariter majori ſpiritûs flammâ ſuccenſæ vitam ſuam de futuro ſub obedientiâ religiosâ cupidiſſimæ ſanioribus acquieſcentes conſiliis ſimul amplexatæ ſunt Inſtitutum tertiæ regulæ Franciſcanæ, & habitum ſororibus paris Ordinis uſitatum: quem dederant RR. PP. Conventuales Monaſterii Conſtantienſis Anno 1336. quo

eodem

eodem ferè tempore Suffraganeus Conſtantienſis Reverendiſſimus ac Perilluſtris Dominus Dominus Hildebrandus à Brandenburg natus Patritius Biberacenſis piis gratiis ac favoribus ſuis in novas parthenias Thalbacenſes liberaliſſimus clauſtrum ipſarum & omnes habitantes in eo cum queìsvis attinentiis in ſpecialem Sedis Apoſtolicæ protectionem adoptari conſtituit, Cœnobiolumque earum, ac piiſſimam vivendi rationem pariter authoritate pontificiâ comprobari fecit ſpeciali quâdam Bullâ Papali ad perpetuam rei memoriam clementiſſimè deſuper impertitâ. Floret inſigniter hodie Thalbachium plùs minùs triginta pientiſſimis domicellis religioſis coordinatum.

THALHEIMENSE

Clauſtrale quoddam hujus nominis domicilium fœmininum à Cruſio in Paralip. cap. 13. fol. 56. *Incluſorium Monialium* appellatum, & vel ſolo nomine ſuo inibi commemoratum infra limites ruralis Decanatûs Hechingenſis, ac proin diœceſis Conſtantienſis, forenſis verò territorii Wirtenbergenſis olim cuicunque demùm ſacro Ordini ſubditum longævâ temporum injuriâ & execranda hæreticorum injuriâ jamdudùm peniti ſſimè ſuſtulit & fataliter extinxit; de quo nuper ex partibus illis nonnemo brevem hujuſcemodi remiſit deſcriptionem: *quod attinet ad parthenium clauſtrum illud Thalheim nuncupatum, audio ab iis, qvi aliqvalem loci notitiam habent, fuiſſe olim Cœnobium Sanctimonialium; at à tempore Islebicæ pravitatis, ceſſiſſe in prædam hæreticis: qvi hodiedùm locum ex integro poſſident, ac ceu parochialem Eccleſiam freqventant è proximo pago, pari nomine Thalheim ſeu incolis corruptè Thalem dicto,*

❋THANNENSE

Eremitorium ſeu clauſtrale domicilium Aſcetarum Ordinis S. Pauli primi Eremitæ in diſtrictu diœceſis Conſtantienſis, quod floret; de quo nuper talem, etſi brevem ſolùm, accepimus deſcriptionem: *fundavit Monaſterium hoc Anno 1353. Hugo Comes Fürſtenbergius, & donavit præfato Ordini domum & habitationem cum qvatuor jugeribus terræ arabilis & ſilvarum: qvæ dedicata in honorem S. Pauli primi Eremitæ, & ſita erat in ſilvâ Scharten dicta. Habet hic locus multò majorem hodiernis temporibus diſtrictum in agris & ſilvis, nec non decimas majores & minores in pago Thannenſi, & perpetuos cenſus frumentarios. Item: in eâdem Eccleſiâ Thannenſi requieſcit B. Frat. Chuno Ordinis S. Pauli primi Eremitæ cognomento Silentiarius, eò qvod intra ſeptendecim annos continuum ac ſtrictiſſimum tenuerit ſilentium, nemini cuiquam locutus. Viſitur & inviſitur usq; modò ſepulcbrum illius, claretq; miraculis multis & magnis, præſertim contra rapturam corporis hactenùs multifariàm expertis, fertur porrò B. Chuno iſte fuiſſe natus ex Illuſtriſſimâ familiâ DD. Comitum de Fürſtenberg &c.*

❋TODTMOSIANUM

Membrum hoc eſt ac Prioratus Ordinis S. Benedicti in diœceſi Conſtantienſi longè celeberrimo illi ac notiſſimo S. Blaſiii Monaſterio in Herciniâ ſubditus: quem communi bono ac maximo peregrinorum ad miraculoſam Divæ Virginis Deiparæ ſtatuam propemodùm indies converſantium commodo novum omninò ſat magno Zelo conſtituit, ac ſingularem quandam religioſorum virorum coloniam iſthuc dimiſit ex domeſticis adductam modernus fundi Dominus Reverendiſſimus ac Ampliſſimus Dominus, Dominus Romanus S. R. J. Prælatus & Abbas prædicti Monaſterii ad S. Blaſium laudatiſſimo prædeceſſorum ſuorum exemplo cultûs Mariani jugiter adaugendi nunquàm non ſtudioſiſſimus; ſed genuinam memoratæ ſacræ ſtatuæ originem locumque ipſum ampliùs deſcriptum hîc

Ggg gg 2 damus

damûs ex Atlante Mariano R. P. Guilielmi Gumpenberger Soc. Jeſu fol. 173. prout ſequitur : *Maximarum Germaniæ ſilvarum una eſt Herciniæ , quam incolæ ob altisſimarum arborum perpetuam umbram vocant Nigram. Hæc olim paludem habuit mari mortuo pejorem , tetrâ mephiti , quam in omnem latè regionem ſparſit , nulli animalium non lethalem. Hinc apud Germanos nomen hauſit Todtmos appellata. Inter præaltos montes & ſilvas non amœniores , collis exurgit , qui pulchri nomen adeptus eſt ; ſeu quòd unus inter omnes venuſtiùs ſilveſcat, ſeu quòd miraculoſæ imaginis ſedes eſt. Certè non averſata loci naturam Virgo anno Chriſti 1255. R. D. Theodorico Parocho Richenbachenſi per ſpeciem oblata eſt , monuitque diſertis verbis velle ſe , ut pulchrum collem poſthâc ſibi in habitationem deligeret, ſibique eo loco ſerviret. Excuſſum cum ſomno cœleſte monitum toties repetiit Virgo, dùm denique fidem inveniret. Sed quâ terrarum parte quærendus eſſet hic collis, non parùm ſollicitum habebat Theodoricum, ad cætera omnia jam paratum. Interim Tornio quiſpiam, quem tempus ante diem deſeruerat , à parocho ſuſceptus eſt hoſpitio. Felix cœna, quæ duos Deiparæ tam devotos ſervos conjunxit. Tornio non ſine lætitiâ ſingulari Theodorici auditor , poſtquàm & nominari & ignorari pulchrum collem audivit , ſe verò exclamat , & ducem viæ fore & laboris ſocium. Nocte inter Mariæ laudes penè ſine ſomno exactâ , viam exordiuntur , adjunctis ſibi nonnullis faciendo operi aptis. Locum ubi attigerunt, ſalutatâ Virgine frutice primùm leviores extirpant, deinde etiam arbores nonnullas minores dejiciunt, & locum parant ædiculæ, quam Theodoricus brevi è ligno compactam incoluit ; atque hoc primum Virgini obſequium præſtitiſſe non contentus , de ſacello non pauca eſt locutus, in quo Virgo à ſe coleretur. Sed obſtabant arbores tantæ altitudinis , quantam qui non viderunt, mente concipere non ſolent. Hæ quia ipſum ſolem (denſæ frequentesque) excludebant , noctem potiùs perpetuam , quàm umbram fecère : unde videas , ſilvam non malè nomen accepiſſe à nigredine. Itaque Deipara iterum per ſomnum conſpecta Theodoricum docet , pinum , quam neſcio quis incisâ Cruce notaverat , admotâ ſecuri in terram dejiceret , ex ipſo arboris caſu viſurum , quà templi longitudo vergere debeat ; cacumen verò quo pertinuiſſet ibi altaris locum fore. Nec putem iis in terris unquàm alacrioribus animis laboratum. Cæterùm ut aliquid de Auſtriacâ pietate locus haberet , tenuior domeſticæ rei fortuna fecit. Quapropter Rudolphum Habſpurgi & Alſatiæ tunc Comitem adit , eumque rei totius narratione adeò ſuum facit , ut quamprimùm & ſilvam & proventus ſcriptis ritè litteris firmatos loco tribueret. Hinc ædicula in juſti templi formam excrevit & ab Everardo Conſtant. Epiſcopo dedicata & parochiali jure dotata eſt Anno 1268. demùm à Leopoldo Auſtriaco* (hujus nominis primo) *Anno 1319. Monaſterio D. Blaſii Ordinis S. Benedicti donatione perpetuâ ceſſit.*

Statua , quæ hodie colitur , illa ipſa eſt , quam Theodoricus intulit. Eſt lignea & juſtam hominis ſtaturam æquat. Sedet , & filium genibus exceptum luget. Vultus hodieque non ſine miraculo vividus eſt , & primævi adhuc coloris retinens : quantum reliquum Statuæ buſtum, verè buſtum ſit, ex quo olim flammis erepta eſt , & tota quanta (ſi collum cum capite excipias) in carbonem verſa. Hinc pretioſas, quibus tegitur pallia non ornatûs modò , ſed & neceſſitatis rationem habent.

Crevit inter arbores etiam loci celebritas, fecitque, ut ſub annum 1628. Blaſius Abbas S. Blaſii templum , ſive quia tantæ multitudinis non capax , ſive, quia ruinæ proximum , omninò dejiceret , majusque ac elegantius ædificaret , quod hodieque à priſtinâ æſtimatione non deſciſcit , plurimùm ad id conferente Vigilantisſimo Præſule , qui numeroſo religioſorum cœtui religioſè hodie & eruditè præeſt. Copiam gratiarum cœleſtium arguunt anathemata magno numero per vaſtos templi parietes , quæ præ aliis ob raritatem ſuam merentur admirationem. Hæc ille loc. cit.

S. TRUD-

S. TRUDPERTI.

Vetuſtiſſimum celeberrimumque (diœceſis Conſtantienſis in diſtrictu ruralis Capituli Briſacenſis) *ad Herciniam tribus à Friburgo milliaribus Monaſterium* (Benedictinum) *à primis Habſpurgi Comitibus ante mille annos conditum: è cujus vetuſtiſſimis monumentis Agilophingicæ gentis & Habſpurgi Comitum origines & deductiones multo & longo labore diſtinctiſſimè tamen & clariſſimè deduximus. Incoluit primùm S. Trudpertus Ruperti primi Salisburgenſium Epiſcopi & magni Bojorum Apoſtoli frater germanus ſub annum Chriſti 600. & proprio ſanguine Martyr irrigavit & ſacravit regii generis Princeps, quem tot ſeculis illic corpore quieſcentem devotio fidelium coluit, & in ſua primùm receptum, eum vivit fovit priſca Comitum pietas, tùm ſera corundem poſteritas mortuum honoravit; nec dubium quin & tantò pòſt Patronum pientiſſimum ut in vota promptiſſimum experiatur.* Gab. Bucelinus in German. ſac. part. 2. fol. 86. qui & in ſuâ S. R. J. ſanctitate & potentiâ 1680. typis Francofurdienſibus in 12. edita fol. 192. ſcribit *ſe ſe Anno 1624. Magiſtrum Novitiorum egiſſe in hoc Trudpertino Monaſterio:* de cujus origine ſeu fundatione ſimul ac fundatore Lazius in Commentario genealog. Auſtriac. lib. 1. cap. 7. fol. 124. in deſcriptione ſtemmatis Habſpurgenſis affert ſequentia: *Ottprechtus* (Comes Habſpurgicus) *poſteaquàm agrum non exiguum à Rheno in Herciniam ſilvam extentum uxoris ſive matris hæreditatem comparâſſet, unicum filium progenuit Babonem ſive Bebonem: cujus etſi tumulus in S. Trudperti templo non extet, ſit tamen ejus mentio in annalibus prædicti Cœnobii & teſtantur memoriam illius non ignobiles ejus viciniæ pagi à nomine illius ſcilicet nuncupati: Bebenheim & Bebenweiler, ubi nimirùm regiam tenuerunt, in quorum altero fortaſſe conditus jacet, ut fuit ejus ſeculi ſimplicitas citra titulum, non enim tunc Baſilica illa S. Trudperti fuerat, quam Luytfridus poſteriùs elapſo penè ſeculo conſtruxiſſe reperitur ſacello veteri demolito: quod (ut diximus) Osbertus à fundamentis ſupra tumulum B. Trudperti Martyris conſtruere cœperat: ad extremam verò manum hic, de quo ſcribimus, Babo perduxerat. Qui cùm vitæ curriculum abſolviſſet, ex proximi Comitis filiâ* (*nomen in annalibus non exprimitur*) *duos filios ſuſcepit Rothemum & Ambertum: quos ſcrinia Cœnobii S. Trudberti Rotprechtum & Amprinctum nominant. Ex his Rotherius ſive Rotprechtus* (*quod nomen à Majeſtate conſiliorum Rabertum Annales Francorum dicere videntur*) *ex Hermentrude Comitiſſâ à Gems procreavit Gelbonem & Hettoprechtum, moritur viceſimo ſexto Junii anno à nato Chriſto 766. conditus in Avi tumulo ad S. Trudbertum. Cujus frater Ampertus ſive Amprinctus paulò antè in bello civili, quod Pipinus Caroli Magni Pater adversùs Landfridum Sueviæ Ducem & Bertharium Comitem geſſerat, interfectus eſt, nullâ relictâ prole.* Et paulò pòſt fol. 126. *Guntramus Comes ex Burgundiâ Comitiſſâ quâdam progenuit Lutgardum ſeptimum Comitem Habſpurgenſem, quem alii rectiùs Luithardum appellant, plerique etiam vitio pronuntiationis Leucardum. Qui ex Erentrude Comitiſſâ Franciæ genuit Othonem Epiſcopum Argentoratenſem, Hugonem Comitem Numagenſem in Brisgovia, Luitfridum Comitem Altſpurgenſem & Hedwigem Comiti Egenesheimenſi collocatam. At Luithardus prædictus multa donaria Gengenbachenſi Cœnobio, quod petentibus ex Argentorato Herciniam ſilvam occurrit, contulit, ut alter illius ceu conditor exiſtimetur. Hunc Luitfridus ſequitur hoc nomine ſive primus ſive ſecundus extiterit, parùm refert: dummodò eum conſtet Habſpurgenſem Principem fuiſſe & Hugonis fratrem, patrem verò Luitfridi, Hunifridi & Hugonis, ut teſtatur diploma de poſitâ Abbatiâ S. Trudberti Arnolpho imperante in hæc verba:* Quid ſalubrius atque utilius poteſt quisque cogitare, quàm ſuo creatori ſe ſuaque ſubjugare, de caducis atque tranſitoriis æternam vitam dùm valet, mercari Domino monente atque atteſtante: quid proficit homini, ſi mundum univerſum lucretur, animæ verò ſuæ detrimentum patiatur. Et illud Sapientis: Redemptio animæ ſunt propriæ divitiæ. Ideò ego Luitfridus Comes de Abenſpurg in nomine S. Trinitatis (quod noſcat honeſtas Sacerdotum, clariſſima dignitas Regum, omnisque induſtria fidelium) decrevi devotâ mente quoddam Mona-

ſterium in honore Dei conſtructum & Sanctorum Apoſtolorum Petri & Pauli S. Trudperti Martyris, qui ibi coronatus eſt, & in ipſo ſanctiſſimo corpore quieſcit, cœterorumque Sanctorum, quod à præterfluente fluviolo Nunaga, nunc Monaſterium S. Trudperti vocatur, reſtaurare & augmentare cum ædificiis omnique ornatu ad divinum cultum pertinentibus. Quod ego à fratre meo Hugone in partem hæreditatis poſſedi. Unde timore divino compunctus pro remedio animæ meæ & progenitorum meorum, atque etiam ſucceſſorum, quidquid per chartam traditionis donatum fuit ab anteceſſoribus meis Oſperto videlicet qui inductor fuit pretioſiſſimi Martyris, & Ramperto cœterisque fidelibus eandem vallem omnibusque ſibi adjacentibus à monte Samba, ubi oritur Nunage, cum montibus & collibus, pratis, paſcuis, ſilvis, vallibus cultis & incultis ab ortu ſupradicti fluminis usque ad fluvium Mezinbach ex utrâque parte montium in integrum atque per totum conſentientibus filiis meis Hundfrido, Luitfrido, Hugone trado atque transfundo Walderico Abbati & Fratribus ibi Deo ſervituris, ut habeant, teneant atque poſſideant perpetualiter ſine omni contradictione. Inſuper ego cum conſilio filiorum meorum atque rogatu, ut propenſiùs atque devotiùs memoria mei meorumque filiorum augeatur in præfato Monaſterio, exceptis his, quæ prænominavimus, ex aliâ meâ hæreditate donavi ad ipſum locum, hoc eſt in Montonoviâ, in Bichenheim & in Wittelingbach, & in Gaminshart in Alſatiâ & Burckheim & in Lymenhauſen. Quidquid habere in iſtis locis viſus ſum, ad altare verò, ubi deſidero meũ eſſe ſepulchrũ dedi ſpecialiter in Columbrâ unam Huebam, ut eam habeat Cuſtos altaris & procurator ad memoriam mei libentiùs peragendam. Hæc ego donavi de meâ parte, quæ me contingit propriæ hæreditatis. Sed & præfati filii mei pro Dei amore & Sanctorum ejus, quorum memoria & honor ibidem aſſiduè celebratur, ex ſuâ quisque parte, quæ ſe contingit propriæ hæreditatis. Sed & præfati filii mei pro Dei amore & Sanctorum ejus, quorum memoria & honor ibidem aſſiduè celebratur, ex ſuâ quisque parte, quæ ſe contingit, propriæ hæreditatis ad ipſum locum dederunt: Hunifridus videlicet, qui major eſt illis natu, in Nondogove unam curtim, quæ dicitur Kyniginshofen: Luitfridus in Suonvanisheym: Hugo in Egenesheim. In his prænominatis locis ego ipſe Luitfridus & prænominati filii mei, quidquid viſi ſumus habere ad præſens, ad ſupradictum Monaſterium totum ſinguli quique noſtrûm ex ſe pari voto conſimilique conſilio donamus atque tradimus, ut Abbas illius loci, cœterique Monachi firmiter teneant, nullo hominum contradicente perpetuò poſſideant. Decimationem etiam in Sundhofen & in Gundelsheim de noſtris rebus concedimus eis ſimili ratione. Ipſi verò monachi in ipſo loco conſtituti poteſtatem habeant eligendi Abbatem inter ſe, qui eos regulariter poſſit & dignè regere. Ipſi quoque filii mei advocati ſint rectiſſimi ipſius loci atque auctores & Defenſores & hæredes ipſorum. Et ſub eorum tutelâ ipſum Monaſterium cum omnibus ad id pertinentibus tam cautè & juſtè defendatur, quàm ſint reddituri inde Deo rationem. Sed & Abbas, quem ipſi conſtituerunt, poteſtatem habeat ad procurandum ipſarum rerum & fratrum, & nihil inde ſervitii aut censûs exigatur à filiis meis vel ſucceſſoribus eorum ab ullâ perſonâ per Dominum Deum omnium Creatorem obteſtor, ut electum Abbatem nullus audeat per pecuniam, aut per aliquam occaſionem injuſtè deponere aut conſtituere. Et ſi aliquis conatus fuerit hoc facere, niſi cito revocatus ab hoc cœpto tam nefario tam acceptor pecuniæ quàm dator, & quicunque inter eos mediator fuerit cum Mago Simone, qui Spiritûs Sancti dona exiſtimavit pretio pecuniæ, eſt præcipitatus, Apoſtolicâ authoritate in profundum tartari: Et cum Judâ Iſchariothe, qui Chriſtum Dominum vendidit pro pecuniâ, damnetur æternâ damnatione.

Et ſi quisquam hæredum meorum ſive prohæredum, ſive qualiscunque perſona in aliquo infringere aut irritare ſtuduerit, quæ cum conſenſu filiorum meorum devotâ mente ad ſervitium Dei contradidi, donavi, firmavi, in ultimo Dei magno & horrendo judicio cogantur inde reddere rationem, & ab æquitatis Judice damnentur æterno ſupplicio. De cœtero notum ſit omnibus fidelibus tam præſentibus quàm abſentibus,

tibus, quòd ego Luitfridus cum conſenſu filiorum meorum, & ipſorum fratrum tunc præſentium commendavi illum ſanctum locum Walderico Abbati omnibus diebus vitæ meæ: ut quidquid ad illum pertinet ſuperius prænominatorum ex prædictis montibus, vallibus, aquis, aquarumque decurſibus à fonte priùs nominato Nimago & Briznaha, qui oritur in monte Brinzinſperg: iterùm atque iterùm teſtificor ſecundùm Apoſtolum coram Deo & Chriſto Jeſu, qui judicaturus eſt vivos & mortuos, ac adventum ejus, regnumque ipſius. Ne quis audeat hæc à nobis tam votivè conſtituta, in aliquo violare aut deſtruere, aut ſi talis unquàm emerſerit (quod fore non credimus) qui contemnat futurum Dei judicium, hæc irritare vel infringere tentaverit, Epiſcopum, ad cujus diœceſin ipſum Monaſterium videtur pertinere, cœterosque, qui ſanctæ Eccleſiæ hujus regimen habent, obſecramus per miſericordiam Dei, quatenùs ferventiſſimo zelo & diſtricto judicio reſecentur tales conatus ſub anathemate.

Hæc acta ſunt in ipſo Monaſterio, præſentibus his teſtibus, quorum hìc ſignacula ſubſcripta ſunt. Signum Illuſtris Comitis & filiorum ejus Hundfridi, Luitfridi, Hugonis, qui hanc chartam donationis fieri & firmari rogaverunt. Signum Adalrici. Signum Reginboldi Cent. Gotshelmi, Geroldi. Item Adelrici Draſſelmundi, Utonis, Landfridi, Humberti, Gerhardi, Landhardi & aliorum multorum. Item ſignum Monachorum Gewerici, Hildelmi, Dietbardi, Gozhelmi, Berhardi, Reginger i, Othardi, Willigeri, Wicharii. Ego itaque Willigerus ex ipſo Monaſterio in vice Cancellarii anno tertio regnante Ludewico filio Arnolphis ſub Comite Wolfininis nono Calendas Martii rogatus ſcripſi & ſubſcripſi.

Porrò recenſitam hanc Trudpertini Monaſterii hujus originem vel pauciſſimis perſtrinxit etiam Henricus Pantaleon de viris Illuſt. German. part. 1. fol. 236. ita ſcribens: *Accidit eo tempore* (circa annum 600.) *ut S. Trudpertus in ditione Ottoprechti à latronibus Herciniana ſilvæ interficeretur. Itaque Ottoprechtus ſumptis de ſceleratis ſuppliciis, huic Martyri honeſtam ſepulturam conſtituit, atque ſupra eam ſacellum condidit, quod S. Trudperti vocatum, poſteà à Luitfrido & aliis Habſpurgenſibus Comitibus in celebrem Abbatiam commutatum fuit.* Et paulò pòſt fol. 240. *S. Trudpertus ex nobili familià apud Francos originem habuit. Is magnâ pietate & eruditione præditus Chriſti Evangelium prædicavit, atque homines in vero Dei cultu inſtituit. Cùm autem Bertharius Auſtraſiæ Dux, quem poſteà Pipinus primus ob tyrannidem ejecit, hujus Trudperti & ejus fratris S. Ruperti admonitiones ferre non poſſet, eos proſcripſit & ſuâ ditione excedere juſſit. Itaque cùm exilium æquo animo ferrent, ne intereà otio torperent, & ut reliquas Germaniæ gentes ad Chriſti ovile congregarent, iter difficile ac plenum omnis generis laborum ſuſceperunt. Tum verò Rupertus Bojarios ſibi delegit, atque fratri germano Hercinii nemoris incolas commiſit. Ad eos cum S. Trudpertus intrepidus verbo Dei munitus accederet, in ditione Comitis Habſpurgenſis atque Altburgenſis Ottoperti tertio ferè à Friburgo Briſgoiæ milliario in ipſis Herciniæ ſaltibus exploratus à latronibus, quibus ſalutem annuntiabat, occiditur. Id cùm Ottopertus intellexiſſet, atque ex miraculis innocentiam hujus viri cognoſceret, de ſontibus primò condignum ſupplicium ſumpſit, atque Martyrem honorificè tumulo exornavit. Unde ejus ſucceſſores poſteà eo in loco nobile Monaſterium condiderunt, atque Abbatiam S. Trudperti fundàrunt.* De quâ alibi connotata deprehendi ſequentia: *Situm eſt antiquisſimum hoc Divi Trudperti Cœnobium loco minimè inſalubri, & ad ſilvam Herciniam altisſimos inter montes ſeſqui milliario ferè (quà per montana aditur) à Friburgo celebri Briſgoiæ urbe, non lato circumſpectu, at neque ingrato, celebri Numagæ in valle, quà tamen anguſtior & flexa in lacum parvi montis oppoſitu, oſtii ſui latitudinem tegit: viſusq; jam olim primus incola Martyr Trudpertus ideò delegiſſe, quod curioſo oculo metas poneret. Vix namque paululùm cœnobio digreſſus ſuperato ſeu ambito montis cornu, patentiore jam valle lætisſimos legit Briſgoviæ campos, & per arva pinguis Alſatiæ, in Burgundiæ usque & Lotharingiæ ſcopulos oculo penetrat. Proximi incolæ nulli accolunt, ſed propinqui, ut in ſenſum vix occurrant nec remoti, ſi quæ neceſſitas. Plenum in ſubditos jus, at quod ſolemne ſacris indulgentia major & licita remisſio. Venerandus inprimis locus memoriâ Martyris, & ab antiquo tumulo Divi cultus.*

cultus. Nec ex Monachis defuêre, qui ſanctitate & miris clareſcerent, ut & Præſules aliquot hoc nomine celebres. Aliis item ſacris pignoribus nobilitatur. Principes partes duæ Crucis Dominicæ, altera prodigio illuſtri ſuſpecta, altera ſacro clavi trajectu concava, quâ (non niſi ſacro cum horrore) clavorum Chriſti craſſitiem metiaris. Theſaurus, quem nemo æſtimet. Accedunt alia Sanctorum lipſana, Divæ Pinoſæ ſacrum cranium moreque receptum annuâ Virginis memoriâ, vina infundere & præſentibus propinare. Perpetua loco Numinis gratia, ſacri fontis ſcaturigine, quà impactâ in caput ſecuri ante mille ferè annos Trudpertus Victor occubuit. Ægri hinc plures ſanitatem retulêre, & memoratu digna contemptoris ab Numine pœna. Is ſedulam peregrinorum pientiam auſus ſtultitiam interpretari, in fontem dein ipſum alvum exonerare, inteſtina cum vitâ effudit. Nec indignior admiratione proxima illic fonti pinus. Proceritate parem vix videris, nec frondis decore. Eam ab Martyris Trudperti ſeculo, per tot annos immutatam incolæ contendunt, & ipſi ex conſtanti Majorum traditione firmiter aſſerunt. Montes vicini metallo celebres, & jam olim fuiſſe tùm Friburgum Briſgoviæ, tùm cuncta, quæ in proximo Cœnobia ſunt, qui conſtanter affirmant. Sepultura in templo antiquiſſimorum Altenburgi Comitum, ex queîs Habſpurgicis & Auſtriacis origo, præcipuè celebre. Extat ad dextrum aræ cornu parieti cohærens hâc inſcriptione : Hîc requieſcunt fundatores hujus loci Comites de Habſpurg Otpertus, Rampertus, & Luitfridus Landgravii Alſatiæ: Item Hundtfridus, Luitfridus & Hugo, & Domina Ermentruda.

Ermentrudam hanc poſtremo loco poſitam Hugonis conjugem ſororem ferunt S. Remigii Argentinenſis Epiſcopi ex Abbate Vallis Gregorianæ ad Pontificatum aſſumpti, Eos præter, quos Epitaphio exſcripſimus ſepulti ibidem leguntur Otbertus ſecundus & Babo, *filii Otberti primi. Item* Rotbertus & Guntrammus; *cæterà rudi & inculto tumulo, quin & craſſo impolitoque lapide exciſo, Tabulam adjecit D. Jacobus Wettendinger Abbas Divi Trudperti è S. Blaſio poſtulatus, quæ prætereuntes detineret, ne Principum Sanctorum tumulum ſplendidi nihil quamvis antiquitatis plurimùm præferentem præterirent. Sepultorum illic effigies expreſſæ & arma Comitum gentilitia exhibita. Dignum domo Auſtriacâ monumentum & veriùs antiquiſſimæ gentis digniſſimum monimentum, quod, authoritatem loco, & incolis gratiam & favorem conciliet. E regione, ſiniſtro commiſſus parieti lapis Stauffenſium Baronum Inſignia refert, ſepulturam denotat. Antiquisſimæ familiæ certus locus, nec alibi facilè quàm poſtremis annis & condi voluêre. Suſpenſa medii Chori transversâ trabe ſcuta & casſides, & nudæ vexillis haſtæ antiquitatem loquuntur & priſca ſecula. Tumbam magni Martyris poſt aram maximam partim aræ affixam partim columnæ marmoreæ innixam cæterùm juncturis ferreis probè clauſam & nec patente ad oculum theſauro. Extat & alius eodem in templo tumulus ex oppoſito illius Habſpurgici ſiniſtro lateri aræ principis adſixi: de quo cupream laminam inde translatam novimus taliter inſcriptam :* Luitfridum Comitem nobilitate percelebrem hujus loci ſtructorem S. Trudpertus ſuus noſterque Patronus in ſua ſuſceptum fidelis fidei juſſor Idibus Maji feliciter Domino commendavit. Eberhardus Epiſcopus ſcripſit. *Sed dubium videri poteſt, quis Eberhardus iſte Epiſcopus. Nec ad Luitfridi tempora auctores cujusquàm meminêre. Nos perſuaderi hîc faciles, Monachum è Divi Trudperti fuiſſe, & aut Argentinenſis aut Conſtantienſis Suffraganeum. Nec impugnamus, quîn poſteris primùm temporibus poſitum fuiſſe contendant & præteritus ſingulis Eberhardi Præſulatus.*

Porrò idem Cœnobium habuit poſt tempora largiſſimum reſtauratorem Luitfridum quendam ex eâdem dictorum fundatorum nobiliſſimâ progenie derivatum; de quo ſuperant donativæ ſub annum circiter 903. adornatæ, quarum copiam exhibet Sigismundus von Bircken in dem Spiegel der Ehren des Ertzhauſes Oeſterreich lib. 1. cap. 4. fol. 23. in hæc verba legendam : *Ego Luitfridus Comes de Abensburg decrevi Monaſterium: quod à præterlabente fluvio Neumaga, nunc S. Trudperti vocatur, reſtaurare & augmentare; quod ego à fratre meo Hugone in partem hæreditatis poſſedi. Unde quidquid donatum fuit ab anteceſſoribus meis Ottperto videlicet, qui inductor fuit Martyris, & Remperto eam vallem à monte Samba, ubi oritur Neumage usque ad fluvium Mezinbach conſentientibus filiis meis Hundfrido, Luitfrido & Hugo-*

Hugone trado Walderico Abbati &c. &c. Inſuper ad altare, ubi deſidero meum eſſe ſepulchrum & filii mei ex ſuâ quisque parte Hundfridus major natu in Nordgova unam curtim, quæ dicitur Königshofen: Luitfridus in Sundgowe in Sovanisheim, Hugo in Egenesheim &c. Anno tertio regnante Ludewico filio Arnolfi ſub Comite Wolwino nono Calendas Maji.

S. TRUDPERTI.

PArthenium etiam contubernium aliquod priſcis ſeculis Aſceterio Trudpertino ſtetiſſe conjunctum ſimplex perhibet ſcriptura taliter alicubi legenda: *Extat & alius in eodem* (S. Trudperti) *templo tumulus in mirabili quâdam ædiculâ S. Petri Benedimo ſacratâ. Elevatur à terrâ* (*columellis duabus bipedali altitudine*) *lapis iſte cum extante juſtæ ferè magnitudinis Divæ Virginis Deiparæ imagine. Poſt longam deſuper inquiſitionem ſolerter adhibitam intelleximus tandem Virginum quoque Cænobium, triginta circiter paſſuum intervallo ab Monachorum extitiſſe, quod frequens Ordini S. Benedicti olim fuit. Viſitur in hodiernum usque diem templum adhuc aliquod ſeu ſacellum, incultum tamen, cunctisque cœli injuriis palàm expoſitum, & licet Architectonica recèns videatur, indubium tamen priſci laboris memoriam ſtabiliiſſe. Videtur ergò Cœnobii illius antiſtita fuiſſe, ſeu* (*quod fidentius admittimus & conjecturamus*) *rarâ vitæ ſanctitate illuſtris virago. Perſuadet, quòd una unius memoria, & Virginis imago nudipes videatur, quæ ſingularis meriti nobis ſunt argumento.*

TUBINGENSE

PArochialis Eccleſia Tubingenſis S. Georgio Martyri ſacra primùm anno 1470. (uti legitur apud Cruſium in annalibus part. 3. lib. 8. cap. 7.) ædificata, eodem adhuc currente ſeculo, paulò poſt videlicet Anno 1477. Collegiata legaliter evaſit, toto videlicet Sindelfingenſium Canonicorum Senatu iſthuc (ut ſuprà dictum eſt) noviter tranſlato, quod potisſimum factum eſt occaſione fundationis novæ Univerſitatis Tubingenſis: quam prætacto anno ſupra milleſimum quadringenteſimum ſeptuageno ſeptimo tùm auctoritate Pontificia Sixti Papæ quarti, tum Majeſtate Imperatoriâ Friderici tertii ſolemniter inſtituit Eberhardus cognomento Barbatus Dux Wirtenbergicus ordine primus, Cœterùm novi Collegii hujus Præpoſitum numero ſecundum (primus enim Joannes Tagen fuit) egit Urbi & orbi notisſimus ille Joannes Nauclerus, qui ſimul etiam dictæ Univerſitatis Rector magnificus inclaruit: cui in utroque munere dignè ſucceſſit Ambroſius Widenmann idem Eccleſiæ Tubingenſis Præpoſitus ac ſimul dictæ Univerſitatis Cancellarius: qui dùm Anno 1535. ſacrilegam orthodoxæ religionis immutationem à Chriſtophoro Duce Wirtenbergico iniquisſimè coactam videre corâm ac ſuſtinere nec voluit, nec potuit, clanculùm diſceſſit, nec ullis precibus reduci potuit. Cruſius loc. cit. cap. 13. & infrà lib. 11. cap. 18.

TUBINGENSE

MOnaſterium Ordinis Eremitarum S. Auguſtini jam ab Anno 1535. prævalente nimirùm hæreſi Lutheranâ penitisſimè defecit religioſis illius inquilinis exilio mulctatis, ſimul ac redditibus, cenſibus ac proventibus temporaneis appertinentibus in profanos uſus & ærarium Principis terræ nefariàm attractis. Sed memoranda quædam de clauſtro hoc Auguſtiniano ſcire poſteris fortè grata & jucunda ſuis locis à Cruſio notata ſunt ſequentia: *Tubingæ Monaſterium Auguſtinianum eſſe inchoatum alicubi reperi, etſi longè pòſt incæptum eſſe alibi inveni nempè Anno 1464. quod fortè de parte tantùm intelligendum eſt.* Et ſic quidem ille part. 3. lib. 2. cap. 15. qui & infrà lib. 6. cap. 11. ponit reverſales quasdam in recognitionem cenſûs annualis cujusdam pro anniverſario (quem marito ſuo Joanni Hertero & conſanguineis perpetuis futuris temporibus celebrandum honeſta quædam vidua Anna Northäfftin conſtituit) ex

areâ quâdam Tubingenſi datas & expeditas Dominicâ Palmarum Anno 1416. quorum initium tale eſt: Ich Bruder Niclaus Prior zu den Zeiten zu Tübingen / und Wür der Convent gemeinglich St. Auguſtins Ordens thun kundt allermeñglich mit diſem Brieff/ daß Uns die Ehrwürdige Frau Frau Anna Notthäfftin Uns und allen Unſeren Nachkommen Unſeren vorgenannten Cloſter lauterlich durch Gott und ihr und der ihren Seelen Heyls willen geordnet und gemacht hat vier Schilling und ein Pfund Haller aus einem Haus und Hoffraitin gelegen in der Stadt zu Tübingen genannt der Schwinum Bentzin Haus bey der Burger Brunnen ꝛc. Item lib. 8. cap. 18. *Eodem anno* (1483.) *reformati ſunt Auguſtiniani Monachi Tubingæ.* Et lib. 9. cap. 3. Wür Prior und Convent gemeinlich der Einſidler Brüder S. Auguſtini Ordens zu Tübingen bekennen offenlich ꝛc. ꝛc. ſo Wür Unſer Cloſter von Grund auff neu erbauen ꝛc. die 9. Martii Anno 1490. Primum loci Priorem (prout ex fideli & continuâ conſtat traditione) egit Venerabilis in Chriſto Pater Joannes Scabis. Anno verò 1501. in officio Prioratûs claruit Venerabilis itidem P. Joannes Kruſſ patriâ Tubingenſis idem poſtmodùm Anno 1515. Tubingenſis Academiæ Rector Magnificus, atq; inter magè præcipuos ſui Ordinis viros ſtudioſè relatus in Encomiaſtico Auguſtiniano Philippi Elſii fol. 383.

TUBINGENSE

FUit etiam Tubingæ Monaſterium aliquod Ordinis Minorum S. Franciſci, quod poſt annum 1535. totâ jam civitate lutheranizatâ ſecundùm antiquam inhabitantium Aſcetarum religionem ſacrilegè mutatam converſum fuit in academicum Collegium, de quo Cruſius part. 3. lib. 12. cap. 34. ita ſcribit: *Martii die horâ ſeptimâ pomeridianâ* (An. 1588.) *Tubingæ poſitus eſt in latere occiduo primus lapis novi Studioſorum Collegii ubi antehâc Franciſcanum Cœnobium ſteterat.* Et infra Paralip. cap. 6. fol. 22. *ædificatum eſt nunc magnis etiam impenſis ſub Illuſtriſſimo Principe Ludovico* (Duce Wirtenbergico) *novum Tubingæ Collegium, ut ibi generoſi & illuſtres adoleſcentes atque ditiorum & honeſtiorum hominum filii æquo pretio alantur: œconomiâ & inſpectione ſtudiorum ac vitæ accuratâ inſtitutâ. Ædificatum in areâ, ubi anteà ſtetit Monaſterium Franciſcanorum.* Inter antiquiora clauſtri hujus monumenta litteraria ſæpe citatus Annaliſta noſter Suevicus profert etiam dotationem quandam de dato Dominicâ proximâ poſt Paſcha ſub annum 1415. factam, eamque lib. 6. cap. 9. ſimpliciter annotatam in hæc verba: Ich Bruder Conrad von Wildberg zu diſen Zeiten Quardian und Wür der Convent gemeinlich des Cloſters zu Tübingen/ die man nennt Barfuſſer / thun kundt allermenniglich mit diſem Brieff/ daß Uns die Ehrwürdige Frau Anna/ die Notthäfftin/ Uns und allen Unſeren Nachkommen in Unſer obgenannt Cloſter lauterlich durch GOtt und durch der Seelen Hayl willen geordnet und gemacht hat vier Schilling und ein Pfund Haller ewiges Gelds jährlich zu richten ꝛc. ꝛc. daß Wür und all Unſer Nachkomen jährlich ihr und ihres Manns Herr Hañſen des Herters ſeeligen uñ Junckfrau Anna der Herterin ihr Tochter ſeeligen und Gereon des Herters ihres Sohns/ und aller ihrer Vorderen und Nachkommen Jahr-Zeit jährlich begehen ſollen auff St. Agnes Tag der heyligen Junckfrauen des Abends mit einer Vigil und Seel-Veſper und auff ihren Tag mit einer Seel-Meß / und ſollen auch vier Kertzen brennen zu der Vigil und zu der Meß/ und ſollen auch den Caplan des Spitals zu Tübingen jährlich ruffen zu der Vigil &c. &c.

Anno 1446. Cœnobium hoc â primâ (quæ facta fuit ſub annum 1272.) fundatione ſuâ conſtanter à RR. PP. Conventualibus inhabitatum devenit ad Recollectos ſeu Patres Obſervantes Provinciæ Argentoratenſis, quod liquet ex Fortunato Hueber fol. 244. ſub his verbis: So hat auch ſich im Jahr 1446. den 17. Mertzen das Conventualen-Cloſters zu Tübingen in Würtenberger-Land ergeben / und denen Obſervanten zugeſagt; weilen Herr Graff Ludwig von Würtenberg und ſeine Gemahlin Mechtildis ein geborne Pfaltzgräffin ſolche

ſolche Reformation inſtändig verlangt haben. Zu diſer Execution wäre von dem Concilio zu Baſel abgeordnet P. Nicolaus Caroli, Cuſtos der Obſervanten / und Quardian zu Heydelberg.

TUBINGENSE

ANno 1634. die 6. Septembris militari exercitu Suecico (cum confœderatis Germaniæ Principibus Acatholicis Cæſari rebellibus) famoſâ ſtrage illâ Nördlingiacâ fortiſſimè debellato, totus etiam (præter plures alias urbes & regiones Ducatus Wirtenbergicus (Principe terræ ſeu nativo Domino Julio Friderico in exilium acto) armis Cæſareis ſe ſe ſubdidit, quapropter glorioſiſſimus Imperator Ferdinandus ſecundus omnibus & ſingulis Monaſteriis jam ſecundâ vice ad manus Catholicorum pleniſſimè reſtitutis Ducali oppido (Academiâ Lutheranâ pro tunc fataliter extinctâ) Tubingenſi Miſſionem Ven. Societatis Jeſu (ut ſic, ubi quondam abundavit iniquitas de futuro ſuperabundet gratia) quantocyùs immitti voluit, quæ & in apertiſſimum orthodoxæ religionis incrementum conſtanter inibi duravit, quoad usque pax Monaſterienſis eam denuò loco cedere coëgit.

TUBINGENSE

DUo etiam religioſa contubernia fœminina ſive Sanctimonialium Cœnobia usque ad tempus immutatæ religionis apud Tubingenſes fuiſſe inclyta patet ex ſæpecitato Cruſio part. 3. lib. 5. cap. 8. atque horum unum, quia communiter Abbatem Blawbeurenſem Ordinis S. Benedicti quæſtorem animarum ſeu Viſitatorem habuit, ejusque ſupremæ directioni in ſpiritualibus æquè ac temporalibus accuratisſimè morem geſſit, haud dubiè & ipſum quoque (uti certa quaſi conjectura ſuggerit) Regulam & Ordinem Benedictinum tenuit & obſervavit.

TUBINGENSE

ALterum Tubingæ in ipſâ civitate quarumcunque demùm Virginum velatarum domicilium teſte Cruſio antecitato vulgariter Nonnarum domus inaudiit, atque Inſtitutum (ut opinamur) Franciſcanum ſororibus tertiæ regulæ conſuetum uſurpavit. Nùm autem ad hunc alterum, an verò ad priorem illum parthenonem Benedictinum ſpectent ea, quæ modò ex eodem Cruſio part. 3. lib. 5. cap. 8. deprompta ſequuntur, vel inviti neſcimus: ſic autem habent illa: *Rudigerus Leſchen die S. Urbani 1368. filiæ ſuæ virgini Gutæ viventi in Conventu Tubingenſi unam libram obolariam quotannis ad S. Michaelis ex prato leonino Kilbergæ pendendam conſtituit: quæ poſt mortem filiæ poſteà ſemper perſolveretur Magiſtræ & ſacerdotibus fœminis ejus. Subſignârunt cum illo in albâ cerâ frater ejus Contius & filius ejus Rudigerus ac gener. Ulricus Meier de Waſſeneck. In Rudigeri ſcuto ſemiluna ſupina aut ſemicirculus. In Generi ſcuto tanquam ſex grana: quorum unum in medio circumpoſitorum.* Item loc. cit. cap. 10. *Anniverſarius dies Henrici Camerarii ruralis Capituli Tubingenſis pro tempore Parochi in pago Luſtnow taliter habetur annotatus*: Ich Schweſter Adelhaid / Burgerin zu Tübingen / des Camerers ſeeligen von Luſtnaw Schweſter / verjehe offenlich ꝛc. ꝛc. daß Ich durch meines egenannten Bruders des Camerers ſeeligen Seel durch meine und Unſerer Vorderen Seel Heil willen lauterlich durch GOtt geben han 10. Schilling Haller ewigen Gelds jährlich zu richten auf S. Martins-Tag dem Layen-Prieſter zu Luſtnaw in den Bann auff dem Sambler / der dritthalben Manns hoch iſt: und gibt vormals daraus achtzehen Schilling Haller Gelts den Herren von Blawbeuren und ſtoßt eins theils an der Frauen Samblung von Tübingen Wiſen und ander halb an der Junzinden von Luſtnaw wiſſen ꝛc. ꝛc. *Subſignaverunt* die Richter zu Tübingen. *Datum die Martis ante Joannis Baptiſtæ* zu Sonnewend *MCCCLXXIII.*

❀TÜRCKHEIMENSE

MOnaſterium de Ordine Minorum S. Franciſci RR.PP. Capucinorum diœceſis Auguſtanæ. Hoc tùm Religioſorum Patrum è Tiroli in Sueviam noſtram inferiorem deſcendentium, proficuum ſatis & accommodum, tùm ad ſpeciale ſuum ſuorumque ſubditorum ſpirituale ſolatium in caſtro & pago ſuo (territorii Mündelheimenſis) noviſſimè condidit Ferdinandi Mariæ S. R. J. Electoris ac utriuſq; Bavariæ Ducis &c. germanus frater Sereniſſimus Princeps Maximilianus Philippus cum Sereniſſima conjuge ſuâ Mauritiâ Feboniâ Duciſſâ de Bullion. Lapis primus poſitus fuit Anno 1685. undecimo Calendas die feſto Beatiſſimæ Virginis Mariæ in templo præſentatæ.

Lit. V.

❀VAIHINGENSE.

VAihinga ſeu Vayhinga oppidum Ducatûs Wirtenbergenſis, diœceſis verò Spirenſis latè deſcriptum in Topographiâ Sueviæ apud Zeillerum fol. 189. & Cruſium in annal. part. 3. lib. 4. cap. 2. item in Paralip. cap. 5. fol. 17. inſignem quandam habuit Teutonicorum militum Ordinis B. Mariæ Virginis reſidentiam: cujus Præfectum ſeu Commendatorem (ut vocant) ſub initium prioris ſeculi (teſte Gabriele Bucelino in genealogiâ Comitum Montfortenſium, quam ipſe viſendam præbet in ſuâ Topo-Chrono-Stemmatographicâ Germaniæ notitia parte 3. ad finem) potenter egit Plurimùm Reverendus ac Perilluſt. Dominus Udalricus Comes à Montfort &c. Hodie nobiliſſimæ quondam Commendæ hujus Vaihingenſis quàmplura bona memorato equeſtri Ordini ſuo ſalva ſunt adhuc & integra, quæ jam trecentis abhinc annis eidem ab antiquis Comitibus Vayhingenſibus fuiſſe divendita refert Cruſius antè citatus in Paralip. cap. 24. fol. 98. ita ſcribens: *Anno 1384. Conradus & Joannes filius ejus Comites Vaihingenſes vendiderunt puris aureis florenis Wolframo Nellenburgi* (Comiti) *Teutonici Ordinis Magiſtro bona ſua, Eccleſiam & Collaturam ac decimas oppidi Vaihingen, Entweihingen, & Wetterſpach. Sponſores erant Marchio Badenſis Hermannus, Comes Otho de Hohenberg: Comites Burglinus & Conradus Hohenbergenſis ſenioris Comitis Burcardi filii: D. Udalricus de Magenheim: D. Henricus Sturmfeder: D. Dieterichus à Gemmingen: Wolfius Maiſer, Henricus Galer: Seifridus de Veringen & Joannes de Sachſenheim &c. &c.*

❀VALDONENSE.

SEu Valdona patriâ voce nuncupari ſolitum, aliàs Vallis Dominarum appellatum Ordinis S. Claræ propè Veldkirchium in Rhætiâ ſuperiori Cœnobium hodie florentiſſimum, de cujus initio Bruſchius de Epiſc. German. cap. 3. in Joanne 65. Epiſcopo Curienſi Anno 1389. Ordinationis ſuæ 13. funeſtam mortalitatem exuto pauciſſimis ſolùm ita ſcribit: *Sub hoc Epiſcopo cœpit Cœnobium Vallis Dominarum vicinum Veldkirchio tùm Aureum Molendinum appellatum.* Cruſius verò de eodem Parthenone hoc in vetuſtioribus quibusdam chartis m. ss. ſe ſe reperiſſe ſcribit, quæ ad notitiam poſterorum ſuis Sueviæ Annalibus part. 3. lib. 5. cap. 13. inſeruit ſub his verbis: *In Epiſcopatu Curienſi ſilva eſt Waldona dicta: ubi pulchri fontis ſcaturigo: cui nomen* die guldine Mühle. *Ibi etiam erat cava quercus: in qua peregrinus quidam homo hoſpitabatur piè ſe gerens, deſcendit ergò Angelus de cœlo ſuper lapidem: cui poſteà Cœnobium hoc ſuperædificatum fuit. Modulatus eſt canticum ſuaviſſimum ſicut avicula quadam. Conſpiciebantur & fœminarum ſpecies nigra velamina geſtantes, & Angeli eis ſupervolitantes, quâ viſione innuebatur, Parthenonem ibi conſtruendum eſſe. Indicabat ille homo ruſticis vicinorum pagorum Ranquilenſis, Runckelſenſis, Duferſenſis. Sed*

tia ut fabulæ videbantur. Ipſe tamen Monaſteriolum ex quercubus illius ſilvæ ædificatum iri dicebat. Tandem huic negotio favebant Comes Monteforteníis Rudolphus junior Veldkirchii & regionis Dominus: ac mercator quidam Marquardus de Degenſee: ſed ante rem abſolutam Anno 1381. mortui ſunt. Tamen poſteà Cœnobiolum magnâ difficultate & fame emerſit. Ibi incluſæ ſunt Anno 1394. aliquot Sororculæ Ordinem S. Claræ habentes: in quo etiam Anno 1403. confirmatæ ſunt: quibus multæ calamitates acciderunt. Peſtis etiam Anno 1412. multas illarum peremit &c. Item Joan. Georgius Schlee in ſuâ deſcriptione Rhætiæ ſuperioris de eodem hoc religioſiſſimo clauſtro fol. 53. ita ſcribit: Ob Ranckweil zu Eingang der St. Ajuſter Claus ligt ein verſchloſſen Frauen-Cloſter S. Claræ Ordens bey der guldinen Mühl genannt; dann darunter bey Auslauff des ſchönen Valdona Weyhers ins Hubhaus Veldkirch gehörig / ein Mühlen dem Cloſter zuſtändig gelegen / darvon das Cloſter auch den Namen bey der guldinen Mühlen behalten zimlichen Einkommens und Vermögens / dann es viel Güter / Rennt / Gülten / neben dem gewaltigen Zehenten der Pfarr Ranckweyl / daran das Cloſter die drey / und ein Pfarr-Herr allda den vierten Theil hat. Das Cloſter iſt umb das Jahr 1380. angefangen worden zu bauen und zu ſtifften. Iſt der Zeit unter der Caſten-Vogtey der Stadt Veldkirch. Hodie Monaſterium hoc inſigniter (ut ſuprà dictum eſt) floreſcit, templumque illius Anno 1677. noviter extructum mirâ prorsùs omnigenæ pulchritudinis forma rariſque picturis (ut audio) plurimùm eniteſcit.

❀ VALLIS S. CRUCIS.

TAliter intitulatum fœmininũ quoddam Ordinis Ciſtercienſis Abbatiale Cœnobium diœceſis Conſtantienſis usque modò celeberrimum, de cujus origine Cruſius part. 2. lib. 10. cap. 4. profert ſequentia: *Anno 1140. vixiſſe dicitur Heilwilda Gryningenſis Comitis filia ſoror Egonis* (de quo apud eundem Cruſium loc. cit. lib. 9. cap. 5.) *Hic cùm Monachus in Cœnobio Richenoiâ* (Augiâ divite) *eſſet: partem S. Crucis* (*al. ex Monte Sancto*) *ſuſtulit, unde excæcatus dicitur, ſed eâ reſtitutâ viſum recepiſſe. Ideò Abbatem* (*al. Dominos S. Montis*) *pœnitenti, & ob ſacram domum ædificandam petenti dediſſe partem S. Crucis, ad cujus honorem Egon vetus quoddam Monaſterium deſertum* zu den Waſſerſchöpffen *dictum* (*ad hauſtoria*) *renovavit, & ob res dictas, illamque Crucis partem eò traditam* Heylig Creutzthal *nominavit* (*S. Crucis Vallem*) *ibique ſororem ſuam Hailwildam primam fecit Abbatiſſam. Relicto autem filio ex uxore, quam olim habuerat, Ludovico obiit, & in hoc S. Crucis vallis Parthenone humatus eſt. Ludovicus ex Agathâ Hohenbergicâ Comite reliquit Egonem ſecundum Comitem Grüningenſem: qui Cœnobium Crucivallenſe combuſtum inſtauravit, & ampliùs dotavit.* Ita Cruſius citatus, cujus tamen ipſiusmet judicio certiora ſunt, quæ ſequuntur ex Bruſchio de Monaſt. German. cent. 1. fol. m. 112. in hæc verba: *S. Crucis Vallis antiquitùs aquarum hauſtus vulgò* Waſſerſchöffen *fortè ab irriguis fontibus, quos tota habet circumſita vicinia penè innumeros: poſteà verò à S. Crucis particulâ* (*quam ſecundus fundator Comes Ego de Walnſtetten & Grunningen dicitur furtim ex Augia divite ſuſtuliſſe*) *taliter nominatum: præclarum ac magnificum Ciſtercienſis Inſtituti Monialium nobili ſtemmate natarum Cœnobium ſupra Riedlingam in Suevia ſub Salemitani Abbatis viſitatione in Epiſcopatu Conſtantienſi ſitum: fundatum legitur annum Chriſti circiter 1140. vivente adhuc Divo Bernardo Ciſtercienſis Ordinis authore pro ſexaginta Monialibus: à quibus verò regulis id ex memoriâ hominum in oblivionem venit. Aliqui tamen Equitem quendam auratum de Altha primum locum & fundum ipſum primis ſororibus dediſſe affirmant. Poſteà verò cùm in bellicis tumultibus everſum Cœnobium eſſet, inſtaurari, & quaſi de novo fundari cœptum eſt annum Chriſti circiter 1230. ab Egone, ſeu Hegone Comite de Landaw filio Ludowici Comitis ex Clementis Comitis Hohenbergenſis filiâ Dominâ Agathâ octo filiarum & quinque filiorum matre. Benefactores verò Monialium hujus Congregationis leguntur fuiſſe maximi Comites de Walnſtetten & Hartmannus junior Comes à Gruningen & Landaw, qui pro ſe & conjuge ſuâ Hedwige filiiſque Ludovico*

Comite & Parocho Canſtattenſi ad Nicrum Conrado & Eberhardo dono dedit Abbatiſſæ & Conventui S. Crucis Vallium jurudictionem pagi & totius Eccleſiæ Andelfingenſis in eadem viciniâ poſitæ. Ego Comites de Landaw, Wulnſtetten & Gruningen unam familiam fuiſſe ex veteribus tumulorum inſcriptionibus facilè colligere potui, & à diverſis caſtris alios ejusdem gentis alio cognomine fuiſſe appellatos. Eſt in eodem Cœnobio inſignis ſepultura Comitum de Landaw & Gruningen. Nobilium item virorum ab Hornſtein, qvi magni dicuntur fuiſſe ejusdem Cœnobii Benefactores.

Porrò noſter Annaliſta Suevicus Martinus Cruſius antè citatus de religioſiſſimo Parthenone hoc ampliorem mentionem injiciens part. 3. lib. 1. cap. 12. hæc pandit: *vixit hoc* (1236.) *Anno Henricus Pappenheimius, ſacri Imperii & Aulæ Cæſareæ Mareſcallus: cui uxor fuit Potentiana Baroniſſa Aichelbergenſis. Ex qvibus natæ ſunt filiæ Juliana & Scholaſtica: ambæ in Cœnobium S. Crucis in valle non longè ab oppido Ehingâ ſupra Riedlingam traditæ. Eſt id Epiſcopatui Conſtantienſi ſubjectum ſub viſitatione Abbatis Salomonicæ villæ: fundatum anno ſalutis 1140. in uſum ſexaginta ſororum. Defunctâ autem Dominâ Potentianâ Priſcam Stöffelenſem duxit Henricus Comitiſſam à matre Dilingenſem, ex qvâ procreavit Henricum & Hildebrandum Mareſcallos. Vixit ipſe adhuc 1263. Anno. Sed ut ad filias ejus Monachas redeam, Julianam, qvòd formoſisſima eſſet, Dux (neſcio qvis) Teccenſis ardenter amans à Cœnobio abduxit: priusqvàm illa profesſionem feciſſet. Verùm enim verò mortifero morbo excoctus totâ familiæ Aulâ præſente legitimo illam matrimonio ſibi addixit, nec diu pòſt ſuperſtes manſit. Ipſa deinde perpetuam virginitatem coluit. Soror autem ejus Scholaſtica integram & laudatam vitam in ſuo Gyneceio vixit, ac mortua ibidem recondita eſt.*

Deniq; notandum, ſæpedictum hoc Vallis S. Crucis Cœnobium eſſe illud ipſum, quod à Wolf. Lazio de migrat. gent. lib. 8. fol. 428. *Riedlingenſe* dicitur, utpotè haud procul (ut ſuprà dictum eſt) Riedlingâ diſſitum, & ab eodem loc. cit. relatum occaſione vetuſtæ (cujus tamen breve ſolùm fragmentum affert) genealogiæ cujusdam Illuſtriſſ. Comitum de Gruningen, Aſperg, Landaw & Wulnſtetten, prout ſequitur: *Ludovicus ex Agathâ Hohenbergenſi Comitiſsâ Egonem tulit alterum fundatorem S. Crucis Riedlingæ Neccari. 2. Egon ſuperioris filius reliqvit tres filios: Hugonem, Hartmannum & Egonem ſecundum: cujus ſoror Hailwilgildis Abbatiſſam egit S. Crucis Riedlingenſis Cœnobii Hartmannus hoc nomine primus alter filiorum Egonis Anno Domini 1208. floruit, cum uxore Comitiſsâ de Achalm. Obiit in cuſtodia in arce Hohenaſperg Anno ſalutis 1280. reliqvit Hartmannum alterum.*

❀ UBERLINGENSE

Uberlinga civitas Suevico-Acroniana geographicè depicta ſimul & hiſtoricè deſcripta in Topographia Sueviæ apud Zeillerum fol. 190. eademqúe ipſa ſub annum 1267. Imperialis depoſthac eſſe ac permanere debere authoritate publicâ ritè denuntiata fidei orthodoxæ nunquàm non addictiſſima, quia à quâvis hæreſi ſemper immunis & libera præ reliquis Sueviæ Statibus admodùm fuit honorata, prout indicat hiſtorica relatio de ortu & progreſſu hæreſum in Germaniâ jam ſæpiùs in antecedentibus allegata, quæ ad annum 1528. num. 67. fol. 43. ita habet: *Imperialis urbs Uberlinga eò qvòd in verâ fide Catholicâ & Caroli Imperatoris immobilis permanſit, Inſignia ſigilli eorum Cæſar plurimùm decoravit, honoravit & exaltavit. Ab antiqvo habuêre in Epitaphio Aqvilam: nunc autem habent in Aqvilâ ſcutum, in qvo ſtat leo aureus coronatus coronâ aureâ, qvi erectis pedibus nudum enſem tenet in ſublime vibrans, ſupra ſcutum ſtat galea cum complicatis panniculis diſcoloribus, & ſupra galeam & coram ſtat leo aureus cum nudo enſe in ſublime erecto.* Item infrà ad annum 1530. num. 93. fol. 83. *Dominicâ die* (12. Julii) *Carolus Imperator Joannem Freyburger Magiſtrum civium & Caſparum Dornſperger ambo de Uberlingen cum maxima ſolemnitate in Eccleſia* (cathedrali Auguſtanâ) *Beatæ*

Mariæ

Mariæ Virginis in milites deauratos creavit, & urbem illorum novis privilegiis donavit dotavitq́, eò quòd in verâ fide Catholicâ firma ac ſtabilis permanſerit & Clerum Conſtantienſem aliunde ejectum gratanter collegerunt & honorificè tractavêre. Hæc itaque Uberlingana Imperialis civitas in fertiliſſimo vinearum ſolo collocata præter pauca quædam Monaſteria mox recenſenda infrà habet etiamnùm parochialem Eccleſiam, quæ Divo Nicolao Epiſcopo Myrenſi & Confeſſori ſacra ſimul etiam Collegiata eſt, habens Præpoſitum item Canonicos & Beneficiatos plures curæ parochiali ſalutisque animarum miniſterio convenienter exercendo, deputatos.

✱UBERLINGENSE

EQuites Melitenſes propriam quandam Ordinis ſui manſionem ſeu reſidentiam etiamnùm poſſident Uberlingæ largis admodùm cenſibus, juribus & proventibus ditatam. De primo tempore & authore illius nobis nondùm conſtat, floret tamen usque modò felix & integra dehinc inter alia hujuscemodi equeſtris Ordinis domicilia à Jacobo Manlio in Chronico Conſtantienſi fol. m. 713. vel breviſſimè ſaltem taliter annotata: *Domus Militaris Ordinis S. Joannis Baptiſtæ in Uberlingen.*

✱UBERLINGENSE

HAbent etiam Ordinis Minorum S. Franciſci RR. PP. Conventuales proprium quoddam ſacræ religionis ſuæ domicilium intra muros Uberlingenſes usque hodie conſpicuum: cui primùm circa annum ſecularem 1300. auctrix fuit Illuſtris Domina Eliſabetha Baroniſſa de Königeck nata de Hohenfels vidua nunquam non orationibus ſacris impensè dedita: quæ dedit aream & fundum labentibus annis in clauſtralem religioſorum virorum manſionem convenienter apparatum; quæq́; dùm optatiſſimum omnis conſummationis ædificii ſponte ſuſcepti finem vidit; anno ſupra milleſimum trecenteſimum quadrageſimo octavo Dominicâ tertiâ poſt Paſcha novum templum per manum Pontificis diœceſani ritu conſueto ſolemniter inaugurari fecit ipſa memorata Domina fundatrix Eliſabetha, quæ & poſt mortem inibi repoſita tumulum accepit ad gradus Chori. Fortunatus Hueber vel obiter ſaltem Monaſterii hujus mentionem facit fol. 891. ubi ſic ait: Uberlingen ein vor-Oeſterreichiſche (Reichs-) Stadt am Bodenſee / hat das bewohnte Conventual-Cloſter jederzeit in liebreichen Schutz gehalten. Et infrà fol. 1022. Zu Uberlingen / und an vielen anderen Orten halten die Conventual-Vätter mit allgemeiner Bezeugung offenlich Latheiniſche Schulen.

✱UBERLINGENSE

EAdem Imperialis Urbs Uberlinga Bodamico lacui propiùs imminens ſub initium decurrentis ſeculi noſtri perverſæ graſſanti hæreſi Lutheranæ munimentum objectura RR. PP. etiam Capucinorum Monaſterium aliquod apud ſe convenienter extrui magnis precibus efflagitavit miſſis idcircò literis ad generalia ſacri Ordinis Comitia Romæ celebrata menſe Majo anno ſupra milleſimum ſexcenteſimum, decimo tertio, talibus inſuper ad provincialem ejusdem ſacræ familiæ Synodum Lucernæ in Helvetiâ coactam, intenſiſſimè repetitis. Approbârunt Patres Uberlingenſium devotionem, fabricæ tamen initium pro tunc impedierunt alia loca ſimiles ſacros Conventus pariter ſibi concedendos enixè poſtulantia usque ad annum 1619. quo currente prædictæ Urbis Uberlingenſis fundamenta jacta ſunt & Monaſterium exurgere cœpit de ſpeciali libertate ſpectabilis ac ſtrenui viri Domini Jacobi Unger

Unger Amanni Hagnauenſis, qui ſe ſolo ſeptem florenorum millia fabricæ ritè perficiendæ dedit, & in paratâ pecuniâ hujuſcemodi ſummam numeravit corâm. Totum opus Anno 1621. finaliter fuit abſolutum, ac Templum illius ipſo Natalis Virginis Deiparæ feſto eidem Cœlitum Reginæ de more dedicavit Proëpiſcopus Conſtantienſis Reverendiſſimus Perilluſtris ac Ampliſſimus DD. Joannes Jacobus Mergelius. Verùm cùm Guſtavus Hornius (cornu malæ copiæ) Uberlingam fruſtraneâ obſidione tentaſſet, ipſimet cives Aſceterii hujus ſtructuras utpotè defenſioni propriæ ſatis importunas Anno 1634. menſe Majo totas è fundamentis eruerunt, religioſis Patribus in ipſam Urbem ad interim translatis.

Reſtitutum eſt quidem hocce Monaſterium priori loco ſuo ſumptibus & impenſis Perilluſtris Domini Joannis â Bodmann & Templum ſolemniter dedicatum à loci Ordinario Reverendiſſimo ac Illuſtriſſimo Domino Domino Joanne S. R. J. Principe & Epiſcopo Conſtantienſi &c. die 29. Aprilis, quæ fuit Dominica poſt Paſcha An. 1640. ſat magnâ tùm ſacris Seraphici Ordinis tùm totus civitatis gratulatione, quæ tamen communis lætitia brevì denuò tota quanta diſparuit, & in fumum abiit cùm nempè civitate per Widerholdium arcis Duellenſis Wirtenbergicæ Præfectum ſtratagemate celeri intercepta, hoſtiliter expilata, & confœderatis Gallis omninò conceſſa mox Cœnobium priori ex motivo, ne hoſtibus pro receptaculo deſerviret denuò deſtructum & exuſtum fuit An. 1643. lugentibus Capucinis interim vanâ ſpe lactatis in vicem diruti brevi aliquod ſurrecturum regiis Coronæ Gallicæ impenſis, quas ſi expectare debuiſſent, etiamnùm in pulvere rudera delitefcerent.

Surrexit autem adnitente potiſſimùm & manus auxiliatrices liberaliter admodùm concedente Prænobili Domina Barbarâ ab Eſchlinsberg ex avito Reutlingerorum ſtemmate prognata, quæ pro fabricâ quantocyùs omnibus numeris expediendâ novem mille florenos ſolvit; quare poſt finitam politicam Synodum Weſtphalo-Monaſterienſem pace publicâ patriæ redditâ S. P. Q. Uberlinganus memoratos Patres Conſtantiæ die 12. Maji Anno 1650. in Capitulo Provinciali congregatos ſcriptis ſuis fortiter anim ârunt ad reexcitandum ſæpe nomin i clauſtri ædificium, quare ſufficienti eleemoſynâ pro ſumptibus ad fabricam neceſſariis largè proviſâ confeſtim illi jam facilè propenſi comparato intra ipſam urbem ſufficienti ſpatio, ne denuò periculis pateret locus, Aſceterii ſtructuram exorſi feliciter compleverunt Anno 1655. Templo per Celſiſſimum ac Reverendiſſimum Dominum Dominum S. R. J. Principem & Epiſcopum Conſtantienſem Franciſcum Joannem in honorem Deiparæ Virginis in Templo præſentatæ dedicato Dominica poſt Pentecoſten, quæ fuit 24. Octobris: in quo Religioſiſſimi Terapeutæ nunc ſtabili gaudent domicilio, lucro animarum ſagaciter intentis perquàm oportuno.

❃ UBERLINGENSE

PErſtat etiam iſthic loci pientiſſimum religioſarum Virginum contubernium cum adjunctâ perpulchrâ ſatis Eccleſia S. Gallo Confeſſori dicatâ præ pluribus antiquiſſimum, utpotè jam ſeptimo poſt reparatam humani generis ſalutem currente ſeculo cœptum, & à Frideburga Cunzonis Alemanniæ Reguli Uberlingæ pro tunc reſidentis filia fundatum; quod poſt varias temporum ac rerum viciſſitudines alit hodie domicellas Inſtitutum tertiæ regulæ S. Patris Franciſci profeſſas, à juriſdictione Ordinarii privilegiatas & exemptas proin à RR. PP. Conventualibus Franciſcanis pro ratione ſtatus ac temporis quandoque viſitari ſolitas.

❃ S. UDALRICI

PRimùm *SS. Petri & Pauli* nuncupatus (hodie tamen *S. Udalrici*) Congregationis Cluniacenſis Monachus Comes Dillinganus & Kyburgenſis cognatiſque

tisque Zäringiæ Ducibus genus ducens celebrem illum Auguſtenſium Pontificem S. Udalricum, & proximâ generis cognatione ſic nomine retulit & ſanctitate anno gratiæ 1092. in hoc cœnobiolo ſanctitate plenus ad cœlos emigravit: dehinc cum ſuccinctâ vitæ deſcriptione Menologio Benedictino à Gab. Bucelino inſertus die 10. Julii) intitulatus Prioratus quidam regularis Ordinis S. Benedicti Monaſterio Trudpertino in Brisgoviâ vicinus Abbatiæ tamen Hercinianæ S. Petri ſubditus & incorporatus, idem Bibliothecæ Cluniacenſi fol. m. 1742. taliter inſcriptus: *Prioratus de Sella, aliàs S. Ulrici in nigrâ ſilvâ diæceſis Conſtantienſis, ubi debent eſſe Priore computato ſeptem Monachi, & debent ibi celebrari qvotidiè duæ Miſſæ, & debet fieri eleemoſyna bis in hebdomadâ, & qvotidiè tranſeuntibus.* Ac ſecundùm initia alicubi taliter annotatus: *Sub hoc* (circa annum 1072.) *tempore Heſſo vir nobilis* (*non ille de Uſinberg, qvi Ottonem Habſpurgicum Uttenhemii interfecit, qvadraginta penè pòſt annis, qvod nonnemo ſuſpicatur, neq; filius ejus, cum noſtrum improlem ex eo conjiciamus, qvòd poſſeſſiones ſuas & prædia Cluniacenſibus delegârit*) *& per Brugoiam potens in ditione ſuâ & ſedibus avitis loco Rimeſingen hodie Rimſingen* (*hic enim contra Adelbertum incluſum ſentimus, qvi primùm Cœnobium locum Gröningam, cùm ſecundùm Anonymum ſynchronon Divi Udalrici & ab familiaribus ejus rem pleniùs edoctum alterum deſignare debuiſſet*) *molitur evocatis Cluniaco, qvi incolerent monachis. Neq; abnuit Divus Hugo ſupremus Cluniacenſium dictator viri religione & pientiâ illectus, tùm propagandi ſacri Ordinis & Diſciplinæ ſtudio, qvo præcipuæ æſtuabat. Miſsâ Monachorum coloniâ Geraldum* (*alium item ab illo qui Divo Ulrico huic noſtro antedicto comes in Galliam & à ſingulari vitæ pietate tam laudatus fuit*) *præeſſe juſſit, qui accepto in poteſtatem loco poſſeſſione aditâ, non diu tamen præfuit. Ratam Heſſonis donationem Henricus Cæſar id temporis habuit publicis litteris:* quarum exemplar ſubjicimus ex Bibliothecâ Cluniacenſi deſumptum fol. 526. & ſic habet: *In Nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis Henricus divinâ favente clementiâ Rex &c. &c. Quia Regiæ Majeſtati noſtræ convenit juſtis petitionibus aſſenſum præbere, maximè autem his, ubi religionis intuitu ducimur: ut votorum fidelium participes inveniamur, donem cujusdam religioſi viri nomine Heſſonis laudamus & noſtrâ poteſtate regiâ confirmamus. Eſt autem donum præfati Heſſonis, qvod donavit ad Monaſterium Cluniacenſe, qvod eſt conſtructum in honore Beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli, Eccleſia, qvam ædificavit ipſe idem Heſſo in proprietate ſuâ, in loco, qvi dicitur Rimeſigum & omne patrimonium ſive prædium ſuum, qvod ad eandem ex toto ditaverat Eccleſiam. Fecit autem hoc bonus ille Heſſo, dùm Cluniacenſi Monaſterio præſideret Venerabilis Pater & Abbas Hugo, hâc videlicet ratione, ut Monachi de Cluniaco ad præfatam Eccleſiam Rimeſingum ſitam transmiſſi & collocati de rebus ibi pertinentibus vivant; & fiat hujus doni oblatio cunctarum Chriſti fidelium animarum propitiatio ſive redemptio. Si qvis autem fuerit ita improbus aut temerarius, ut tam piæ devotionis datum Jeſu Chriſto in Sanctis ejus dicatum convellere tentet, aut qvâlibet moleſtiâ calumniari, & è ſtatu legitimo infringere, ſit Dux, ſit Comes, ſit qvalibet omninò talis poteſtas, ſit liber, aut ſervus, ſi præſatum noſtræ conceſſionis Regiæ ſtatutum in præſenti dono irritum facere attentet, qvinqvaginta libras auri coactus perſolvat fiſco regali. Et ut hoc noſtræ Majeſtatis regale decretum tam præſentium qvàm futurorum notitiæ ſit commendatum. Chartam hanc inde conſcribi juſſimus, qvam propriâ manu roboratam ſigilli noſtri impreſſione ſignavimus. Signum Domini Henrici qvarti Regis invictiſſimi. Datæ Wormatiæ ſexto Calendas Auguſti Anno Dominicæ Incarnationis milleſimo ſeptuageſimo ſecundo. Indictione decimâ, Anno autem Ordinationis Domini Henrici qvarti Regis decimo ſeptimo, Regni verò decimo ſexto.*

Et hæc de primâ clauſtri hujus Udalricani fundatione ſeu origine dicta ſint nunc etiam translationem & modernum ſtatum illius inſpiciamus loco ſuprà citato taliter adornatum: *Nuſpiàm fida Divo Ulrico ſtatio, nuſpiam diuturna qvàm cùm tandem in Brisgoviâ conſideret; qvamvis nec ibi principio eſſet, donec mutato ſecundùm loco aptiorem*

rem reperiſſet. Geraldum condito in Rimſingen Cœnobio, ab Divo Hugone præfectum ſuperiùs dictum eſt, ſed negligentis ſive curantis, & fructu nullo. Excipere vices Udalricus deſtinatur. Accepit provinciam, inſpectoq; curatiùs loco divinis ineptum ſervitiis & commodis Monachorum neceſſariisq; adverſum deprehendit. Ergò bona Heſſonis, qui condiderat veniâ Gröningam nobilem tùm temporis vicum conceſſêre. Sed uberem cæterà & aptum omninò locum inquies Palatina & frequentia Procerum turbavit, ut denuò adito Heſſone licentiam Udalricus mutandi rogaret, & quà aptiùs videretur immigrandi annuit pientiſſimus Dynaſta, perq; ſe licere, qvidqvid liceret Udalrico ſpopondit. Lætus promiſit ille, vicina circùm obire nemora, luſtrare oculis omnia, qvidqvid Cœnobio condendo deligeret ſollicitus diſpicere, qvid averſaretur ponderare. In montana deniq; penetrans haud procul Divi Trudperti Martyris aſceterio in locum incidit ex animi voto ac ſententiâ opportunum denſis undeqvaq; ſilvis tutum, nullis adcurſantium aut propiùs advolantium turbis inqvietum, gratâ tamen rivulorum inundatione fœcundum ipſaq; ſui facie & compoſitione, nec non ſitu pulchrum & ſalutarem: quò illicò cum ſuis immigrare decrevit, immigravit. Aſſensêre ægriùs principio collegæ loci tædio & ſolitudine abſterriti; evicit tandem optumi amor, Patris & quà præcederet, ſunt conſecuti. Conſtructurus autem Monaſterium cum religioſis fratribus prælato Sanctæ Crucis ſignaculo locum ſtructuræ fabrilis perluſtrans, ac precum vota ſuppliciter perſolvens ipſum aquâ ſanctificationis conſecrat. Ipſe quoq; ad fundamentum ponendum primus terram ſarculo aperit, deinde exemplum Magiſtri diſcipulorum devotio ſubſecuta terram certatim egerit. Hæc idcircò commemoravimus, ut præſentes & ſubſequentes ſemper habeant in memoriâ, in qvantâ ſanctitate & religione præfati loci ſurrexerint primordia. Cùm tandem ſub magnâ rerum penuriâ ejuſdem Eccleſiæ ædificium eſſet conſummatum in honore Apoſtolorum Petri & Pauli conſtat eſſe dedicatum.

Porrò *ſitum loci* (inquit Bucelinus in ſuâ Conſtantiâ Benedictinâ m. ſ. tom.3. part. 1.) *adhuc memoriæ tenemus, cùm ex Divi Trudperti aliqvandò ipſa Divi Udalrici ejuſdem annuâ memoriâ eò peregrinaremur, impreſſum. Dignum reverà majori freqventiâ, qvod hodie vix unicus, ſummum duo ex Divi Petri Herciniæ Patres incolunt Prioratûs etiamnùm titulo inſigne & ſanctitatis reverentiam præſeferens, & vel ſacrorum negligentioribus (experti loqvimur) ſacrum qvendam honorem incutiens. Non multis ante eum, qvo inſpexeramus, annis incendio vaſtatum dignitatis gloriam perdiderat; qvod eò doluimus magis, qvo plura ejuſdem veſtigia & rudera ſpectabamus. Sacer ambitus brevi ambitione per qvadrum cluſus ignibus ſuperfuit pulchellulis ſecto lapide columnellis & intercepta area, exigua licet, fontem tamen ingentem habet, ſeu fontis potiùs exceptorium ſuperſtite jam multos annos aqvâ, nec qvàm oportuit promotâ aut curatâ. Grandi mole unico exciſus lapide ad æternitatem duro ampliſſimâ peripheriâ, ſed modicè cavatâ aqvam excipit. Circumambiunt extimam rotunditatem qvatuordecim ſtatuæ priſco artificio profundo labore lapidi commiſſæ. Harum duodecim Apoſtolos, binæ cæteræ, ni fallimur, Hominis Dei parentisq; Virginis effigies referunt. Contiguum Xyſto templum nullâ re pretioq; nobilius quàm Divi Ulrici Cluniacenſis Monachi corpore fuit, hodie ſepulchro ſolo & viduo editur: quod Cluniacenſes cùm loco cederent ſacras furatæ exuvias credantur. Qvidqvid id ſit & Divo Udalrico ſit dives templum, qvòd alio fuerit conditus qvàm ejus extaret tumba, ne direptione tantam per ſolitudinem pateret, multis tamen Divûm corporibus, eorum præcipuè, qvi Udalrico convixêre, felicem eſſe nemo dubitaverit: qvorm nos etiam per abſentiam modò noſtram adfectu tamen terræ illi tam beatæ adfixi ſacratiſſima pignora veneramur &c. &c.*

❋VELDKIRCHIENSE

SPectatiſſimum hactenùs Ordinis S. Benedicti domicilium cum ſuâ (quam admodum ſpecioſam habet ac propriam) Eccleſiâ Præcurſori Domini S. Joanni Baptiſtæ dicatum, atque hujus Patroni Tutelaris Sancti de nomine nomen

nomen etiam ſuum juſtiſſimè ſortitum Veldkirchii, quod eſt oppidum diœceſis Curienſis in finibus ſuperioris Sueviæ Griſonibus finitimæ cum adjacente territorio Sereniſſimæ familiæ Auſtriacæ pleniſſimè ſubditum, idemque ipſum geographicè depictum, & cum multâ oppidanorum inhabitantium laude prolixè ſatis ac hiſtoricè deſcriptũ à Zeillero in Topographiâ Sueviæ fol. 193. Hoc inquam ſacrum Veldkirchienſe contubernium Anno 1611. ab Equeſtri Ordine Melitenſi cum bonis, cenſibus, ac juribus appertinentibus Imperiali Monaſterio Weingartenſi pleniſſimè divenditum, brevi poſt mutatum fuit in Aſceterium ſeu, uti vocant, Prioratum Monaſtico-Benedictinum præfatæ Abbatiæ Weingartenſi ſubditum & incorporatum; cui ſuperioribus annis cum titulo ac poteſtate Prioris non tam utiliſſimè quàm laudatiſſimè ſimul ſat diu præfuit ac profuit clariſſimus vir Adm. R. D. Gabriel Bucelinus Hiſtoriographus de Germaniâ noſtrâ ſtrenuè promeritus: cujus opera ad manum ſunt uberrima. Porrò primam ſacræ domûs hujus Veldkirchienſis originem ac immutationem alicubi taliter legimus annotatam: *Fluente anno 1218. Hugo Comes de Montfort & Dominus Veldkirchii pro tunc ſupremus Dux. Germanicæ nationis contra Turcas & Barbaros infideles belligerantis pro felici ac proſpero ſuſcepti belli progreſſu pariq́; Chriſtianorum armorum effectu Commendariam Equitum Hieroſolymitanorum, ſub titulo S. Joannis Baptiſtæ novam erexit Veldkirchii in ipſâ civitate, qvam etiam ex ſpeciali Indulto Friderici II. Romanorum Imperatoris præpingui ſatis dote, utputà molendino propiùs adſito, tùm fundis & agris, item Eccleſiâ in pago vulgariter* Clöſterlein *appellato liberaliſſimè dotavit.* An. 1320. eadem Commendaria hæc (quòd militaris Ordo Equitum Joannitarum generosè ſatis pro totâ Chriſtianitate dimicaret) *diverſis ac pluribus Magnatũ gratiis & privilegiis fuit ampliùs exornata & dotata. Præerat tunc Commendariæ huic Hugo Comes Werdenbergicus cui vertentibus annis ſucceſſerunt permulti Illuſtriſſimi Equites loci moderatores uſq́; dùm Anno 1611. Abbati & Conventui ad vineas 62000. florenis cum omnibus pertinentiis & ampliſſimis poſſeſſionibus veniit. Templum Commendariæ hujus multis Sanctorum reliqviis præcipuè verò SS. Martialis & Gaudentii decoratur. Præterea artificioſiſſimis coruſcum emicat picturis, qvas Imperatorum, Regum ac Principum liberalitas attribuit.* Item Joan. Georgius Schlee citatus ſuprà in ſuâ Rhætiæ ſuperioris deſcriptione fol. 47. de celeberrimâ hâc Joannitarum quondam Equitum reſidentiâ ponit ſequentia: In dieſer Stadt (Veldkirch) ligt auch ein Johanniter Commenthur-Hauß/ ſo uff dem Land viel Zinß/ Gülten/ Kirchen-Sätz und Zehenden hat/ welches Anno 1218. Graff Hugo von Montfort Herrn zu Veldkirch mit Vergunſt / Kayſer Friederichs des anderen mit etlichen Güteren von ſeinem Eigenthum an den Spital gen Jeruſalem geben / darvon das Johanniter-Cloſter in der Stadt Veldkirch geſtifftet worden. Diß iſt alles Anno 1611. von dem Malteſer-Orden / dem Abbt und Convent zu Weingarten / Benedictiner-Ordens/ umb 62000. Gulden verkaufft worden.

Sed ecce, noviſſimis (dùm hæc ſcribimus) temporibus noſtris Prioratus iſte Veldkirchienſis cum queîsvis, juribus & appertinentiis tam Eccleſiaſticis quàm politicis à memorato Imperiali Monaſterii Weingartenſi, ex cauſis per nos neutiquàm inquirendis legaliter divenditus fuit Imperiali itidem unius ejusdemque ſacri Benedictini Ordinis Cœnobio Benedictino: cui proîn quævis recenſita jura de præſenti ſalva ſunt, ſint etiam & maneant ſemper mille votis animitùs apprecamur.

❀ VELDKIRCHIENSE

PAſſio D. N. JEſu Chriſti ſecundùm quatuor Evangeliſtas ſub initium ſeculi noſtri decurrentis videlicet An. 1600. à Venerabili & religioſiſſimo P. Seraphico Altſtettenſi Capucino pro tunc apud Helvetios in Turgoviâ Quardiano Frawenfeldenſi affectuosè plurimùm explicata, ſicut etiam conciones per totam Quadrageſimam maximo ſpiritûs fervore doctiſſimè declamatæ Veldkirchienſium animos PP. Capucinis in tantum conciliârunt, ut unanimi tùm Senatûs tùm civium voluntate ad figendum apud ſe ſtabile domicilium ſolicitarentur, ſubſcribentibus etiam Sacræ Cæſareæ Majeſtatis Præfecto, ac religioſis Toparchiæ Veldkirchienſis Satellitibus ac Officialibus omnibus. Litteræ idcircò ad conſtitutum id temporis Miniſtrum Provincialem Adm. R. P. Fabritium tam nomine memoratæ Toparchiæ quàm civitatis de die 8. Maji Anno 1600. fiducialiter exornatæ, quamvis fuerint legenti gratiſſimæ, reſponſum tamen aliquod abſolutum haud meruerunt, utpotè dependens à toto Capitulo, quod apud Lucernates in Helvetiâ, ad diem 29. Septembris congregatum dictis Veldkirchienſium Deputatis magè ſeriò rem agentibus plenum de recipiendo loco conſenſum præbuit; quare de prævio Miniſtri Generalis conſenſu & facultate vel maximè in rem neceſſariâ Adm. R. P. Alexander Vranienſis unà cum fabricatoribus Veldkirchium ſe contulit, locum religioſæ habitationi noviter inſtaurandæ delegit, die 5. Februarii ſolemnitate conſuetâ Crucem lætus extruxit, poſito etiam primo fundamentali lapide cæremonias ſolitas ingenti populi multitudine concelebrante; quo facto Patres denuò quidem receſſerunt, at S. P. Q. Veldkirchienſis apud ſupremum ſacri Seraphici Ordinis Præfectum ſeu Miniſtrum Generalem antedictum An. 1602. die 26. Septembris denuò litteris inſtitêre, quatenùs nempè is appoſitâ poteſtativâ authoritate ſuâ conceptam Monaſterii ſtructuram ſeu ſtabiliendam religioſorum Patrum manſionem pro poſſe maturaret, quod & factum eſt; ſiquidem requiſitis omnibus magno ſtudio comparatis ſub annum 1603. qualisqualis novæ fabricæ moles initium ſumpſit, & concurrentibus variis piorum eleemoſynis contentâ ſedulitate feliciſſimè continuavit. Civium ſtudium & favorem hac in parte multifariàm piâ ſolicitudine demonſtratum commendat plurimùm, quòd plures eorum ædibus propriis fremente Vulcano ſub idem ferè tempus caſualiter exuſtis, quaſi neglectis ſuas nón tam opes quàm operas & manus adjutrices lubenter impendierint Monaſterio undequaque perficiendo, quod cum templo ſuo finaliter abſoluto ſub annum gratiæ 1605. in feſto S. Andreæ Apoſtoli ritu ſolemni dedicavit ac Deiparæ Virgini in Templo præſentatæ ſacrum eſſe debere authoritate Ordinariâ ſancivit Reverendiſſimus ac Illuſtriſſimus Dominus Dominus S. R. J. Princeps & Epiſcopus Curienſis Joannes Flagius hujus nominis primus. Cœterùm inter ſacra Venerabilis. Conventûs hujus Veldkirchienſis ornamenta potiſſimùm adnumeratur Caput S. Siſinii (de quo Surius tom. 3. die 11. Maji, item Continuator Bollandianus eodem die tom. 2. Maji fol. 615.) Diaconi Martyris, quod per varias manus cum teſtimoniis omninò fideliſſimis & authenticis ad Illuſt. & Excellentiſſimos DD. Comites Aniſianos devolutum Carolus Fridericus Comes Aniſianus inſignis Xenii loco PP. Capucinis amorosè donavit. Alterum locum obtinet calvaria Ven. P. Fidelis de Sigmaringen ſanctæ memoriæ Quardiani Veldkirchienſis, qui virtutibus omnibus aſcetam perfectiſſimum condecentibus mirificè decoratus ad inſtantiam Sereniſſimi Principis terræ Leopoldi Archiducis Auſtriæ Comitis Tirolis &c. à religioſis Superioribus ſuis ad rebelles & hæreticos Rhætigovienſes miſſus, cum eorum converſioni fervidè conſtanter & alacriter allaboraret, ab iisdem in odium fidei Romanæ crudeliſſimè mactatus Anno 1622. die 24. Aprilis Dominicâ quartâ poſt Paſcha glorioſâ morte quaſi alter Stephanus pro inimicis ſuis orans occu-

occubuit. Vitam illius, virtutes item, mortem ac illuſtria miracula proprius liber enarrat Probatica Piſcina Cis-Arulana intitulatus, isque Auguſtiſſimo Imperatori noſtro Leopoldo I. ſolemniter inſcriptus: quem An. 1674. typis Conſtantienſibus edidit hujus ſanctisſimi prædeceſſoris ſui non tam Officii quàm ſpiritûs ac zeli dignisſimus hæres modernus Quardianus Veldkirchienſis Admodùm R. P. Lucianus Montifontanus Patronus Opt. Max. in paucis mihi ſemper obſervandisſimus, ſacri Seraphici Ordinis ſui Stella primæ magnitudinis, idem nuper (dùm hæc ſcribimus) An. 1693. menſe Auguſto ob admirandam virtutis ac doctrinæ præſtantiam ex communi religioſisſimi Senatûs conſulto Miniſter Provincialis anterioris, uti vocant, Auſtriacæ Provinciæ pro meritis dignisſimè conſtitutus, zelotes verè Apoſtolicus, cujus Spiritus duplex in me fiat! fiat!

Ex eodem Veldkirchienſi aſceterio ſuperioribus annis pariter ad ſuperos evolavit Ven. P. Stanislaus Wunteſchingenſis officio Concionator ſimul ac Definitor idem priùs in ſeculo de præſtantisſimâ corporalium virium fortitudine & armorum tractandorum dexteritate celebris, in Ordine celebrior evidens virtutibus & immenſo quaſi concionandi fervore. Doluêre vitia ipſo perſonante penitùs abſciſſa, plausêre virtutes eo commendante fortiter implantatæ: trepidabant habitus ſcelerati ſeu vitioſi quocunque concionabundus Stanislaus accederet, de ſuo auxilio certi. Hanc tamen virtutem præ aliis ſenſere quatuor Toparchiæ Cis-Arulanæ idcircò in eam tam gratæ, ut non niſi *S. Patris* nomine conſtanter ipſum inſignirent. Virtutem concionandi comitata eſt virtus magna patrandi; quare concitatas â malo dæmone procellas & atras omninò nubes graviter prægnantes, quibus â concione in Præpoſiturâ S. Geroldi unà cum ingenti prorsùs auditorum multitudine ne retraherentur, efformato ſalutiferæ Crucis ſigno poſt dictum *Pater* & *Ave* penitisſimè disſipavit. Jumento cuidam, cum tota paupertini Patris familiâs ruſtici ſuſtentatio ab ejus ſanitate penderet, crus fractum ſolâ oratione fideliter redintegravit. Paralyſin, quæ Brigantii Anno 1640. puero cuidam gradiendi facultatem difficultabat per ceram â ſe benedictam & ab infirmante deglutitam confeſtim abegit. Os ruſticani hominis in agro Veldkirchienſi degentis in blaſphemias nimiâ conſuetudine ſceleratisſimas facillimum ſolo Crucis ſigno correxit. Apud prætactum S. Geroldi Monaſterium agricolæ jam octogenario & ab infantiâ non fanti ſeu muto, ſimiliter ſolo Dominicæ Crucis ſigno vinculum linguæ rupit, ut mox articulatè loqui cœperit, ſua itaque peccata ritè confeſſus & conſuetis Eccleſiæ Sacramentis munitus ad æternitatem etiam animâ ſalvandus tranſiit. Diabolus quandoque in angelum lucis transformatus in Caſtro quodam urbi Conſtantienſi propiùs adſito puellæ æquè nobili ac piæ fraudulentâ ac doloſâ nimiùm apparitione ſuâ petulanter illudebat ſæpiùs. Movit res ſuſpicionem Reverendisſimo Domino Ordinario, ne fortè deceptio vana quædam ſubeſſet ſeu diabolica; quare de ſpeciali illius mandato & commisſione P. Stanislaus ad ipſam Virginem perſonaliter inviſens ſeriò percontatur angelica myſteria & ſtatuta ſolitæ apparitionis tempora, moxque pro certo auxilio deſuper impertiendo genuflexus & in preces effuſus finitâ oratione deſideratum angeli adventum ibidem cum dictâ Virgine præſtolatur. Accedit ille, ſed formâ tetrâ nimis ac horridâ, ſtatimque cereos ardentes benedictos extinguere totâ vi conatus, â benedicente P. Stanislao repellitur & fugatur reditu depoſthâc ampliùs haud tentato. Multa inſuper futura quaſi præſentia ſpiritu Prophetiæ clarus denuntiavit. Tandem malè affectâ ſanitate corporis, in quod rigidus ſemper & auſterus usquequaque fuit, virtutibus & miraculis cumulatus An. 1645. die 5. Octobris ſanctisſimè in Domino requievit, eâdemque ſui tranſitûs horâ ſpectatisſimæ (cui â confeſſionibus erat) Matronæ cuidam de Patritiâ Veldkirchiorum familiâ natæ Sophiæ Reinoldin graviter tunc decumbenti magno ſplendore circumfuſus apparens dixit: Victoria! Victoria! vale Sophia, en lætus cœlum conſcendo, ſuſtine brevì me ipſa quoque ſequeris, & certè octavo pôſt die conſecuta eſt præeuntem: per venerandas ejus reliquias devotis perplures ac raræ ſatis obti-

obtigere gratiæ. Ex ipſa dæmonum confeſsione ſcitur ſeſe P. Stanislai tumbam cane pejus & angue terribiliter horrere.

❀ VELDKIRCHIENSE

COllegium RR. Patrum Societatis Jeſu primario ac parochiali Urbis templo *S. Nicolai* intitulato proximè conjunctum anno decurrentis ſeculi noſtri quadrageſimo nono recèns fundatum fuit & ædificatum octodecim millibus florenorum in id (uti fama fert) legaliter enumeratis & expenſis; atque iſtis tùm ex aliis fundationibus Eccleſiaſticis, tùm ex communi Reipublicæ Veldkirchienſis ærario in omnimodam operis conſummationem oportunè depromptis.

❀ S. VICTORIS

SEu potiùs *Mons S. Victoris* intitulatum Ordinis Minorum S. Franciſci RR. PP. Conventualium Monaſterium diœceſeos Curienſis in ditione Veldkirchienſi florentisſimum: de quò novisſimè perſcripta fuerunt ad me ſequentia: Duabus Veldkirchio horis diſtat Mons S. Victoris (Papæ & Martyris, cujus ſacrum caput in Cœnobio montanis verticibus inædificato requieſcit) cognominatus, portans in medio ſui aſceterium à RR. PP. Conventualibus inhabitatum. Monaſterii origo fuit vita & mors S. Euſebii Martyris, qui natione Scotus profeſſione Monachus ex Cœnobio S. Galli amore vitæ ſolitariæ triginta annos in præfato monte tranſegit: ſubinde ad corrigendos inculti populi mores in ſubjectam regionem deſcendere ſolitus laboris mercedem tulit mortem in pago abbrederis à ſceleratis quibusdam anno 884. falce fœnariâ truncatus capite: quod ſtatim propriis manibus attollens deportavit in montem à ſe habitatum, ibique adhuc quieſcit; propter quod ad ſepulturam ipſius Monaſterium hoc vulgari linguâ St. Victors-Berg taliter ab eo monte denominatum lapſu temporis fuit extructum. Meminit ejusdem S. Euſebii Martyris etiam Gabriel Bucelinus in ſuo Menelogio Benedictino die 13. Januarii de ipſo talia fatus: In Monte S. Victoris, campo S. Petri propè oppidum Veldkirch paſſio S. Euſebii Monachi & Martyris. Qui Scotus patriâ genere nobilis Cœnobii S. Galli in Helvetiâ vetuſtiſſimi illuſtriſſimique monachus fuit, probatione autem Monaſterii diuturna fraternâ ex acie benè inſtructus ad ſingularem eremi arenam & pugnam prodiit, deque ſui Abbatis licentiâ vitam ſolitariam Divi Victoris perinſigni ſuperioris Rhætiæ monte inſtituit, vitæ eximiâ ſanctitate & prophetico ſpiritu longè lateque notus, & in ſera usque ſecula deinceps celebratus. Carolum Calvum Imperatorem Auguſt. de occultis multis, ſummo cum Imperii bono eventurisque edocuit. Carolo Craſſo inprimis charus & præcipuè cultus ejus munere, Divi Victoris montem Cœnobio ſuo Sangallenſi meruit & obtinuit: illumque inſigni perfectione multò illuſtriorem & ſpectatiorem reddidit. Denique cùm poſt longæ vitæ rigorem hora remunerationis appeteret, coronam inſuper Martyrii à Numine ſibi deſtinatam impetravit, falce fœnariâ capite præciſo, cùm ruſtici cujusdam impietatem redargueret, quod ipſe præciſum ſuismet manibus humo attollens, longiſſimoque intervallo, per ſubjacentem monti planitiem, & arduam aſcenſús difficultatem ad ſuam cellam deportans, rariſſimo prodigio mortuus tumulum ſibi ipſe quæſivit & deſignavit, cujus ſacra ibidem oſſa ſummâ fidelium veneratione in condito ibi Cœnobio religioſè aſſervantur.

Item Joannes Georgius Schlee jam citatus ſuprà de Victorino hoc Cœnobio Franciſcano fol. 50. ita ſcribit: Gegen dem alten Schloß Montfort über/ hoch im Gebürg ligt ein Cloſter Franciſcaner-Ordens St. Victors-Berg genannt. Anno 880. hat der Einſidel S. Euſebius aus Schottland ſein Wohnung und

und Weſen allda bey dreyſſig Jahren gehabt / an ſolchem Orth ſtehet ein Capell/ dahin jährlich vil Volck auff weitem Veld/ den Gottesdienſt zu hören/ kombt. Denſelben Platz St. Victors-Berg hat folgends Keyſer Carolus genannt Craſſus Abbt Herunden von St. Gallen vergabt/ der Zeit unter der Caſten-Vogtey Veldkirch / hat guten Weinwachs und andere Güter ꝛc. ꝛc. Et quia hoc ipſum S. Victoris Monaſterium non niſi tribus aut quatuor horis Brigantio diſtat, videtur omninò eſſe illud, prout etiam eſt, cujus meminit & mutato perperàm nomine *S. Viti* eſſe dicit Wolf. Lazius de migrat. gent. lib. 8. fol. 441. in genealogiâ Illuſtriſſimorum Sueviæ Comitum ac Dominorum de Montfort, ita ſcribens: *Udalricus quintus hoc nomine in ſtemmate Wilhelmi quinti frater germanus, & Henrici tertii filius ex Comitiſſâ à Schaumburg, tres filios progenuit, Udalricum ſextum, Rudolphum nonum, Hugonem ſeptimum, & Stephanum, qui S. Urſi Cœnobium fundavit ſupra Brigantiam circa ſalutis annum 1422.* Sic ille, in quæ verba notandum, quòd Stephanus iſte Montfortenſis, quem iſthic Lazius citatus fundatorem aſſerit, dato, quòd aliquandò ſe ſe S. Victori beneficum demonſtrârit, neutiquàm tamen primarius fundator, ſed qualisqualis tandem reſtaurator ſolùm fuerit Cœnobii hujus origine ſuâ, ſanè (ut audivimus) antiquiſſimo.

❀ VILLINGENSE.

Villinga Urbs ſuperioris Sueviæ, ſeu potiùs ſilvæ Hercinianæ quamvis hodie Brisgoviæ communiter accenſa haud procul Rottwilâ rubente quadrato ſeu ſecto majorem partem lapide ſtructa, eaque ſuperiore bello Germanico, ſeu Cæſareo - Suecico multoties licet graviſſimè ab hoſtibus tentata, ſemper tamen invicta, non ſine magnâ omnium admiratione, ſuper omnium æſtimationem generoſior fidem ſuam Auguſtisſimæ Domui Auſtriacæ ſtrenuè comprobâſſe laudata, usque modò diverſa quædam utriusque ſexûs ſervat Monaſteria: de quibus facilè cenſetur eſſe maximum ac præcipuum inſigne quoddam equeſtris Ordinis Melitenſis domicilium ſeu Commenda, quam anno 1207. non tantùm de propriis facultatibus ſuis novam apparavit, ſed & de pluribus (quibus olim primarium & antiquisſimum illud dicti Ordinis Hoſpitale Hieroſolymitanum fuit inſtructum) gratiis ac privilegiis liberalisſimè providit pro tempore Villingæ Dominus Illuſtrisſimus Vir Dominus Dominus Henricus Comes Fürſtenbergius. Atque hæc eadem fundatio poſt tempus reiterata, comprobata & confirmata, proprio quodam diplomate ſpecialiter in id dato & conſcripto Calendis Martii Anno 1257. Habet eadem equeſtris hæc reſidentia ſeu Commenda nobilisſimam ædificiorum ſtructuram præ cunctis aliis totius oppidi Villingani præſtantisſimam, ſed & conjunctum quoque ſibi habet templum ſatis amplum Præcurſori Domini S. Joanni Baptiſtæ dicatum; in quo quotidiè divina faciunt, atque etiam (limitatè ſaltem) munus parochiale ſubeunt peraguntque mox hîc infrà nominandi RR. PP. Conventuales Franciſcani.

❀ VILLINGENSE.

Monaſterium Ordinis Minorum, quod hodiedùm RR. PP. Conventuales incolunt, in ſuo Templi Choro ſcripturam exhibet lapidi inſculptam: quæ annum primæ originis ſimul & nomen authoris fideliter explicat, & ſic ſonat: *Anno Domini milleſimo ducenteſimo ſexageſimo octavo Dominicâ primâ poſt Octavam Epiphaniæ Monaſterium hoc ab Illuſtri & Generoſo Comite Henrico de Fürſtenberg & conjuge ejus Agnete fundatum eſt, primusque loci Quardianus fuit Frater Henricus à Friburg.*

❋ VILLINGENSE.

PRovincialis, uti vocatur, Cuſtodia Friburgenſis in Brisgoiâ RR. PP. Capucinorum locum ſibi ſubditum numero ſeptimum habet Venerabilem Conventum Villingenſem, cujus origo talis eſt: Anno 1653. R. P. Hippolyto Friburgenſi viro planè Apoſtolico jam ſuprà in deſcriptione Rheinfeldenſis Monaſterii laudato, è ſuo Rotwilenſi (ubi pro tempore morabatur) Cœnobio Villingam pro concione iſthîc in feſto S. Andreæ faciendâ deſcendenti Magiſtratus Urbis cum tota communitate civicâ jamdudùm Capucinos penes ſe ſtatuendos habere cupidiſſimus intentum ſuum fideliter expoſuit, ſincerè condicens ac juxtà promittens ſpatium pro Monaſterio intra muros Urbis condendo ſufficientiſſimum: in cujus potiorem novæ fundationis partem promptiſſimum adjutorem, atque adeò munificum fautorem ſeſe præſtiturum ultrò condixit Reverendiſſimus ac Ampliſſimus Dominus N. Ordinis S. Benedicti Abbas nuper è S. Georgio Herciniano Villingam translatus. Hilariter ſatis hoc nuntio memoratus P. Hippolytus ad Rotwilenſes ſuos domum reverſus Admodùm R. P. Miniſtro Provinciali rem omnem ſimpliciter aperuit, atque ipſo mediante ad inſtans Capitulum (cui admodùm R. P. Fortunatus à Cardono Generalis præſedit) quantocyùs deferri ſtudioſiſſimè curavit, quin & ipſe Magiſtratus Villinganus proprias eò miſit perſcriptas, ac plenum pro loco recipiendo conſenſum unanimiter applacitum feliciter obtinuit. Anno itaque proximè ſequenti 1654. fundus & area intra muros Urbis deſtinantur, luceque à Virginis in Cœlos aſſumptæ feſto proximâ videlicet die 16. Auguſti de prævio Ordinarii conſenſu ſacra Crux ſolemniter erigitur, & poſt revolutum anni circulum ipſomet ejusdemglorioſiſſimæ Deiparæ Virginis ſuper Choros Angelorum in Cœlis exaltatæ die feſto novi ædificii primus lapis ponitur miniſterio benefati Reverendiſſimi Domini Abbatis Villingani: cujus tamen pro tunc corporali ægritudine præpediti vices hâc in parte ſupplevit Cœnobita quidam Benedictinus à memoratâ amplitudine ſuâ ſpecialiter in id deputatus. Paulò pòſt eodem adhuc currente anno Religioſi Patres ſub initium menſis Novembris poſſeſſionem capiunt conceptâ licet ſtructurâ (ob difficultates qualesquales demùm præter ſpem ſubortas) dilatâ interim ad annum usque 1662. quo demùm fuit reaſſumpta, & proximè ſequenti anno ſtudioſiſſimè propagata. Celſiſſimus ac Reverendiſſimus S. R. J. Princeps ac Dominus Dominus Franciſcus Joannes Epiſcopus Conſtantienſis &c. novum templum novo huic Capucinorum Monaſterio coadſtructum in honorem S. Wendelini Confeſſoris de more ſolemniter conſecravit feſto die Apoſtolorum Petri & Pauli, à quo tempore in præſens usque iidem Patres vineam Domini Sabaoth iſthîc loci plusquàm ſolerter excolunt, & immenſo animarum zelo proximorum ſaluti ſtrenuè favendæ nunquàm non perquamvigiles intendunt.

❋ VILLINGENSE

HAbet etiam ſæpe nominata urbs Villinga (uti quondam Memminga imperialis civitas & Friburgum Brisgoviæ oppidum) domum ſeu Hoſpitale quoddam à Jacobo Manlio in Chron. Conſtant. fol. 714. recenſitum Ordinis S. Antonii Abbatis: de quo Nicolaus Cruſenius in ſuo Monaſtico Auguſtiniano part. 2. cap. 18. fol. 90. (ubi de variis tractat Ordinibus currente ſeculo decimo Regulam S. P. Auguſtini complexis) ita ſcribit: *Nec mihi prætereundus eſt Ordo Clericorum Regularium S. Antonii Tau gerentium: quos inſtituit de conſenſu Urbani II. circa annum MXCV. Gaſto vir nobilis, ejusque filius Gerardus apud Motam Viennenſis diœceſis in Galliâ oppidum ad cuſtodiam corporis S. Antonii: nulli tamen adhuc tunc temporis addicebantur Regulæ, ſed ſolos habebant Patres Ordinis S. Benedicti ſibi adjunctos pro Miſſarum celebratione ac ſacrarum rerum adminiſtra-*

miniſtratione, quando autem & quomodò ad regulam S. Auguſtini acceſſerint, dicemus inferiùs. Item infrà part. 3. cap. 8. fol. 142. *Eodem anno* (1297.) *Ordo Hoſpitalariorum S. Antonii per Gaſtonem virum Nobilem circa annum MCXXI. excitatus apud Motam in Galliâ Viennenſis diœceſis oppidum à Bonifacio VIII. regulæ S. Auguſtini fuit adjunctus propriusque Ordo Antonianorum primùm inſtitutus ſeparatis monachis Benedictinis à quibus hi hoſpitalarii Clerici hactenùs dependebant, diplomate apud Urbem veterem IV. Idus Junii Pontificatûs anno tertio expedito hoc ferè tenore:* Habito fratrum noſtrorum conſilio & aſſenſu Prioratum cum omnibus Eccleſiis, membris, juribus & pertinentiis ſuis à ſpirituali & temporali poteſtate quæcunq; Monaſterii Montis majoris eximimus, ipſumque ab eis decernimus liberum penitùs & exemptum, Priorem ſcilicet Ordinis S. Benedicti, monachos converſos ab eo totaliter amoventes. Porrò volumus & mandamus, ut in eodem Monaſterio & Hoſpitali ac membris Regula S. Auguſtini ſervetur, & ſecundùm eandem dicti Abbas & Canonici ac fratres perpetuò vivere teneantur, habitum verò cum ſigno T quod Potentiam vocant, in honorem ipſius B. Antonii tam Abbas quàm Canonici ſeu Fratres ſemper & quocunque loco deportent &c. &c. *Cæterùm viget adhuc hic Ordo in Galliâ & Germaniâ, in Belgio, Trajecti ad Moſam tantùm ſupereſt unum Monaſterium, Romæ alterum à ſolis Gallis inhabitatum.* Hæc ille loc. cit. de memorato Ordine Antoniano, cui domicilium ſeu Hoſpitale Villingenſe pariter ſubditum jam olim anno non notato fundatum (inquilinis illius religioſis jam pridem congruæ ſuſtentationis carentiâ loco cedere compulſis) hodie ſolùm alit ſodalitium, ſeu confraternitatem aliquam ex pluribus diverſi ſtatûs perſonis laicalibus aggregatam ſub titulo & patrocinio ejusdem S. Antonii firmatam, ut & iisdem gratiis ac privilegiis, quibus religioſus Ordo Antonianus gaudet, inſtructam.

✽VILLINGENSE

Cœnobium de Ordine S. Claræ jam pluribus abhinc retrò ſeculis tempore & authore non notato primùm cœpit in pago Neuhauſen Villingæ vicino fundatum; ubi locorum duravit, usque dùm variis calamitatibus quà publicis quà privatis ſæpiùs infeſtatum ad ſedulas inhabitantium preces. Hujuſcemodi malis utcunque ſaltem depoſthâc præcavendis intra muros urbis Villinganæ fuit receptum, & incertâ quâdam (pro tunc partheniis domicellis uſitatâ) vivendi lege ac ratione longè poſthabitâ piæ Virgines religioſum ſtatum avidiſſimè complexæ, tertiam regulam S. Franciſci ſuſceperunt obſervandam, ac tandem etiam majore ſpiritûs fervore ſuccenſæ Seraphicum S. Claræ Inſtitutum (quod in præſens usque ſanctiſſimè tuentur) profiteri cœperunt: cui ſtrenuæ reformationi primas manus dedit & auctrix fuit Venerabilis Domina Urſula Heydin cum aliis ſeptem pientiſſimis ſororibus è ſanctiſſimo illo Valdonenſi diœceſis, Curienſis Parthenone recenſito ſuprà Villingam iſthuc tranſportatæ.

VILLINGENSE.

Alterum ejusdem Ordinis & Inſtituti S. Claræ venerabile ſodalitium intra muros Urbis antiquitùs conſtitit *S. Jacobi* nuncupatum: quod tamen cum tempore totum in nihilum abiit, atque ſolum & unicum ſuum narrandi nomen & omen poſteris reliquit.

✽VILLINGENSE

Floret etiamnùm iſthic loci parthenium quoque ſacræ Dominicanæ familiæ contubernium ab oppidanis vulgò der Vätter Sammlung nuncupari ſolitum: idem in ſpiritualibus Reverendiſſimo ac Celſiſſimo Principi ac Domino

mino Ordinario, in temporalibus verò civico Urbis Magiſtratui ſubditum: cujus inhabitantium numerus fuit quidem ſuperioribus annis duodenarius, inde tamen ad octo ſolùm domicellas imminutus: de cujus ortu & progreſſu ſequentem accepimus deſcriptionem.

Anno 1236. devotariæ quædam juvenculæ ſuâ ſponte in unum congregatæ, utpotè maximo vitæ ſacratioris deposthâc tranſigendæ ſtudio merisſimè ſuccenſæ prædium quoddam in vota ſua ſtatuerunt coëmendum: quod & legaliter emerunt honeſtæ cuidam viduæ Harteckerin hactenùs jure proprietatis addictum, idem verò ditione territoriali Illuſtrisſimæ Dominæ Agneti Bertholdi ultimi Ducis Zäringenſis germanæ ſorori, Egonis Comitis Uracenſis ac Fürſtenbergenſis conjugi ſubditum: quem ipſum fundum ſeu prædium memorata Domina Comitiſſa de pleno filiorum ſuorum aſſenſu dictis puellis intenſisſimè in id flagitantibus ex toto liberrimè concesſit, & ad pias cauſas de futuro plenisſimè posſidendum tradidit, prout ampliùs explanant donativæ ad perpetuam rei memoriam exaratæ, eæq; in hæc usque tempora ſuo loco integerrimè ſervatæ: in quibus in legitimos factæ donationis teſtes adducuntur H. de Falckenſtein. Wideſtauffen. H. Schultheiſs. H. ab Offenburg. B. Stehlin, & plures alii inibi nominati.

Anno 1255. piæ ſororculæ dùm novum quoddam in congruam habitationem domicilium moliuntur ædificare, nec tamen (defectu peculii in opus neceſſarii) illud poſſent conſummare, liberaliter fuerunt adjutæ à Reverendisſimo ac Illuſtrisſimo Domino Domino Petro Capotio S. R. E. Titul. S. Georgii ad velum aureum Diacono Card. Legato à Latere (cujus ſat magna laus eſt in Annalibus Eccleſiaſticis Card. Baronii ab Anno 1247. usque ad annum 1265.) qui indigentiæ earum ſuffragatus & quosvis fideles ad ſtipem in id ipſis conferendam piè cohortatus, quadraginta dierum Indulgentiam concesſit omnibus & cingulis ad hujuſcemodi ædificium quomodolibet ſuccurrentibus.

Anno 1260. Venerabilis Dominus Henricus Abbas Monaſterii Tennenbachenſis Ordinis Ciſtercienſis notatur in tabulis bona quædam in fundo pagi Aſcheim ſituata quatuordecim marcis auri ſolidi vendidiſſe congregationi huic Villinganæ priùs ab Henrico Micheloff vaſallo Tennenbachenſi culta & uſurpata.

A. 1270. è Truchſeſſio Waldpurgenſi Conſtantienſis Epiſcopus hujus nominis ſecundus domicellas iſtas adhuc ſine certâ vivendi regulâ commorantes ad regulam S. P. Auguſtini vulgò de Pœnitentiâ nuncupatam coëgit de futuro tenendam & obſervandam, concesſis & indultis ſimul (in favorem ipſarum) juribus ac privilegiis hujuſcemodi Inſtituto propriis & aſſuetis.

Eodem anno Henricus Comes Uracenſis (idem jam ſuprà in deſcriptione Monaſterii Villingano-Franciſcani memoratus) de ſpeciali conſenſu Agnetis uxoris & germani fratris ſui Godefridi Cathedralis Eccleſiæ Conſtantienſis Decani Venerabili Dominæ Ittæ Magiſtræ & reliquis Parthenii hujus domicellis triginta ſex marcis auri ſolidi vendidit aream ſuam propè ſacellum S. Nicolai Villingæ conſpicuam unà cum reliquis ruralibus appertinentiis utputà pratis, ſilvis, agris &c. &c. perpetuo proprietatis jure de futuro poſſidendam: quod uberiùs oſtendunt litteræ emptricibus (in ſolidam rei confirmationem) datæ, teſtibus ad præmiſſa vocatis Wernhero Vötterlin, Conrado Stehlin Seniore, Henrico Meger de Grieningen, Henrico de Vorckenhauſen, Henrico Sallo Seniore, Bernardo Heinberger, Conrado Schultheis & aliis ad finem earundem litterarum ordine recenſitis.

Anno 1308. Eberhardus Conſtantienſis Epiſcopus hujus nominis tertius Partheniis iſtis Villinganis recèns ad Inſtitutum ſeu ſacrum Ordinem Dominicanum translatis plenariam indulſit facultatem quovis tempore ſacramentaliter confitendi Patribus Dominicanis in vicino Conventu Rottwilano ſubſiſtentibus; item ſacram

cram etiam communionem recipiendi à quecisvis dicti Ordinis Sacerdotibus ad clauſtrum hoc etſi caſualiter ſolùm delatis. Item idem Reverendiſſimus Princeps ampliùs conceſſit altare portatile pro Miſſis privatis etiam tempore generalis Interdicti januis clauſis in ſacello dictarum Monialium celebrandis uſurpandum: tùm etiam cœmiterium pro Chriſtianâ (uti loquimur) ſepulturâ religioſis inquilinis iſthîc loci degentibus adſtruendum.

Anno 1337. Otho III. hujus nominis Conſtantienſis itidem Epiſcopus recenſita antè privilegia etiam tempore generalis Interdicti pro tunc in causâ Ludovici IV. Romanorum Imperatoris paſſim in terris iſtis obſervati impunè tenenda conceſſit & uſurpanda, prout ampliùs explanat Bulla epiſcopalis in favorem totius Parthenonis hujus gratioſè data.

Anno 1418. decimo quinto Calendas Novembris in feſto S. Lucæ Evangeliſtæ Reverendiſſimus Dominus Georgius Ordinis Prædicatorum Conſtantienſis pro tempore Suffraganeus & in ſpiritualibus Vicarius generalis &c. &c. ritu ſolemni conſecrat altare in Oratorio Monialium iſtarum recèns apparatum in honorem B. V. Mariæ ac Omnium Sanctorum ſacris Indulgentiis de more concedendis pro tunc publicè promulgatis.

Anno 1422. Moniales iſtæ Villingano-Dominicanæ, atque unà cum ipſis honeſta Matrona Eliſabetha Mittelhoferin pro tempore Præbendaria (ut vocant) ſeu contubernalis ipſarum poſt conſecratum novum altare antedictum, novum etiam in id fundârunt Beneficium ſeu Præbendam pro Capellano aliquo iſthîc inſtituendo neceſſariam, proprias item ædes pro congruâ habitatione novi Beneficiati deſtinatas, quas ſe ſolâ benignè dedit atque hactenùs proprias poſſedit eadem Domina Mittelhoferin propè clauſtrum Monialium iſtarum ſituatas. Altefatus loci Ordinarius Reverendiſſimus Dominus Dominus Otho Jus Patronatûs recenſitæ novæ fundationis ſeu Beneficii hujus Monialibus iſtis in id demiſſiſſimè ſupplicantibus contulit ac ſtabiliri fecit perpetuis futuris temporibus ſecurè tenendum ac poſſidendum, de quo quidem epiſcopalis quædam Bulla ſuperat penes easdem Moniales usque modò repoſita, ſucceſſu tamen temporis & annis abhinc plùs minùs octoginta memoratum Beneficium parochiali Eccleſiæ Villinganæ (Monialibus interim vel conniventibus, vel ſua jura hâc parte peſſimè negligentibus) combinatum fuit & incorporatum, ita tamen, ut ſubinde ad certas anni feſtivitates in gratiam ſæpedictarum Monialium in memorato earundem Oratorio Miſſa celebretur.

Anno 1437. Moniales iſtæ Villingano-Dominicanæ politico Urbis ſuæ Magiſtratui quadringentos numerari fecerunt florenos mutuò datos, ſingulis quatuor temporibus pro annuo cenſu inde recepturæ quinque florenos, atque iſtos Beneficiato ſeu ſacellano ſuo ſupradicto in partem congruæ ſuſtentationis (præter alios redditus vigore primæ fundationis conſtitutos) ſolidè deputatos, prout latiùs aperitur in reverſalibus viciſſim in recognitionem extraditis.

Anno 1438. Henricus hujus nominis IV. Epiſcopus Conſtantienſis religioſis ſororibus devotiſſimè ſupplicantibus indulſit campanam in uſum rei divinæ in ſæpedicto ipſarum ſacello de more communiter uſurpandam.

Anno 1439. Venerabilis ſoror Brigida Zublerin de gremio Congregationis hujus jamjam morti proxima de ſuis (quas pro depravato hujus ſeculi more ſibi reſervavit quaſi proprias) facultatibus teſtamento legavit pro lumine perpetuo in primariâ ac parochiali Villingenſi Eccleſiâ ante repoſitorium, ſeu (uti vocant) tabernaculum Sanctiſſimi Sacramenti conſtanter nutriendo ac fovendo neceſſarios: cujus piæ fundationis teſtimonium perhibent publicæ litteræ ſeu reverſales ab eximiis viris Joanne Conrado Stör, Joanne Capeſlen & Joanne Singer præfatæ Eccleſiæ pro tempore procuratoribus impertitæ, eæque communi civitatis Villinganæ ſigillo munitæ.

Anno 1440. Moniales noſtræ Villinganæ, ſatagente plurimùm Reverend. in Chriſto Patre ac Domino Hugone Monaſterii Alpirſpacenſis Ordinis S. Benedicti in Wirtenbergiâ Abbate, ob

graves admodùm & urgentes rationes facultatem impetrant proximum quemque Sacerdotem authoritate Ordinariâ comprobatum & idoneum ſibi (tempore neceſſitatis) aſſumendi in Confeſſarium atteſtante Bullâ pro certâ rei confirmatione deſuper expeditâ.

Anno 1464. Venerabilis cœtus Monialium iſtarum poſt mortem Beneficiati ſeu Capellani ſui D. Conradi Rutlers, in locum defuncti ad idem beneficium præſentari fecerunt D. Vincentium Neunegger LL. AA. Baccalaureum patriâ Todtmoſianum, qui mox authoritate ordinariâ ritè confirmatus, atque à rurali Decano Rottwilano canonicè inveſtitus officio ſuo laudatiſſimè fungi cœpit.

Anno 1468. Hermannus hujus nominis tertius privilegium paulò ante recenſitum, atque iſtud in causâ confeſſionis ſacramentalis olim in Concilio Baſileenſi Monialibus iſtis Villinganis indultum eousque protendit & ampliat, ut à caſibus etiam Epiſcopo non item Summo Pontifici reſervatis posſint abſolvi, cum renovatione equorum jurium ac privilegiorum jam antè authoritate ordinariâ collatorum.

Anno 1473. Loci Ordinarius Reverendiſſimus ac Illuſtriſſimus Dominus Dominus Burcardus hujus nominus ſecundus, Dei & Apoſtolicæ Sedis gratiâ Epiſcopus Conſtantienſis S. P. Q. Villingenſem gravisſimè prohibet, iniquisſimè tentantem partheniis clauſtralibus iſtis novum quoddam imponere jugum ſeu obligationem continuò nutriendi ac retinendi caballum quendam ad communia Urbis ſervitia deputatum ſub pœnâ Excommunicationis ipſo facto incurrenda, ſicque illos à ſententiâ deterruit.

Anno 1499. Venerabilis Domina Prioriſſa cum capitularibus ſuis de clauſtro poſt mortem Sacellani ſui Vincentii Neuneggers memorati ſuprà in hujus locum canonicè ſubſtitui fecerunt Reverendum D. Henricum Keller, quod (nemine contradicente) factum eſt omnibus & ſingulis de more ſervandis ritè ſervatis.

Anno 1500. religioſa quædam domicilii hujus alumna Eliſabetha Bruggerin de ſuo (cujus uſum clauſtrales perſonæ iſthic loci etiamnùm habuêre liberum & approbatum) peculio conſtituit ſeu fundavit lampadem in ſæpememorato earundem Monialium Oratorio feriâ ſecundâ & ſextâ cujusvis hebdomadæ depoſthâc accendendam.

Anno 1547. R. D. Vincentius Keller parochialis Eccleſiæ Villinganæ Beneficiatus cenſum de duabus marcis argenti à Magiſtratu Villingano hactenùs quotannis receptum, unà cum capitali vel olim redimendo plenariè conſignat & attribuit cognatæ ſuæ religioſæ ſorori Chriſtinæ Voglerin depoſthâc ad dies vitæ perfruendum, poſt mortem verò dictæ Monialis iſtius Sacellano clauſtri Villingano- Dominicani fideliter exſolvendum.

An. 1571. tertio Calendas Septembris de ſpeciali mandato Ordinarii (qui pro tempore fuit Reverendiſſimus ac Illuſtrisſimus S. R. J. Princeps ac Dominus Dominus Marcus Sitticus ex Comitibus Aniſianis S. R. E. Cardinalis Pii Papæ IV. avunculus) clauſtrum hoc Villinganum ſtudio & operâ RR. DD. Chriſtophori Abbatis Petruſiani & Caſpari Abbatis San-Blaſiani ſecundùm conſtitutiones Sacri Concilii Tridentini viſitatum fuit ac ſtrenuè reformatum novis quibusdam conſtitutionibus in id conditis: quarum tenore ſacer locus iſte deinceps omninò liber & exemptus eſſe debere declaratur à brachio ſeculari: cujus ſolius anniſu & authoritate Prioriſſa pro tempore exiſtens haud ita pridem ad clavum promota, ſeu potiùs intruſa eadem hæc vigore viſitationis iſtius loco debere debuit; quæ tamen ipſa, quia præ cunctis aliis ad regimen aptior inventa, novâ electione canonicè (non item priori alterâ) celebratâ à memoratis DD. Commiſſariis epiſcopalibus fuit in officio legitimè ſtabilita.

Anno 1586. viſitatio clauſtralis jam ſecundò authoritate Ordinariâ in clauſtro hoc Villingano ſignanter inſtituta, eademque à Suffraganeo Conſtantienſi Reverendisſimo Domino Domino Balthaſare N. ac Admodùm Reverendo Domino M. Ulman Impe-

Imperialis civitatis Rottwilanæ Parocho ejusdemque Capituli Decano de more regulariter peracta nec quicquam innovavit, prioribus ſolùm constitutionibus recèns ſtabilitis ac Parocho Villingano R. D. Bernardo Braun ſimul in Vicarium loci Viſitatorem conſtituto.

Anno 1598. Adm. Reverendus Nobilis ac Clariſſimus Dominus Jacobus Banwart SS. Theologiæ Licentiatus loco ac nomine Ordinarii Parthenonis hujus Villingano - Dominicani Viſitatorem egit in Litteris publicis exindè *Vice-Ordinarii* ſubſcriptus.

Anno 1640. die 22. Octobris præviâ electione à partheniis domicellis canonicè celebratâ faſces Prioratûs clauſtralis indepta fuit Ven. Domina Catharina Gröſin hujuscemodi electioni authoritate ordinariâ præſidentibus Adm. RR. DD. Jacobo Merck SS. Theologiæ Baccalaureo ruralis Capituli Villingani Decano & Parocho in Heidenhofen ac Georgio Grueber ejusdem Capituli Camerario civitatis Villinganæ Parocho &c. &c.

Anno 1660. Plurimùm Reverendus Nobilis ac Clariſſimus Dominus Joannes Henricus Möz SS. Theologiæ ac SS. Canonum Doctor Protonotarius Apoſtolicus pro tempore inclytæ civitatis Villingenſis Parochus in viſitatorem Dominicanæ congregationis iſtius fuit conſtitutus, idem, dum hæc ſcribimus, etſi jam ſeptuagenario major in officio præclarus, Patronus omni veneratione & religioſo obſequio nobis ſemper colendiſſimus.

Anno 1668. die 30. Januarii poſt diutinum clauſtrale regimen per omnia plusquàm laudabiliter expletum placidiſſimâ morte deceſſit loci hujus Prioriſſa Ven. Domina Catharina Gröſin, poſt quam proximi menſis die 24. Februarii concordantibus Capitularium ſuffragiis præ reliquis honorata & canonicè electa (hujusmodi electioni loco & nomine Ordinarii præſidentibus clariſſimis viris Chriſtophoro Landher Decano & Parocho Rottwilano, Joanne Henrico Möz Decano & Parocho Villingano, & Clemente Schumper cooperatore ibidem) ſubintravit Venerabilis itidem Domina Eliſabetha Humblerin, cui durante regimine clauſtrali graves admodùm à politico Urbis Villinganæ Magiſtratu ſuſcitatæ fuerunt controverſiæ, iſtæ tamen ſatagente plurimùm memorato loci Viſitatore pro innata ac perſpicaciſſimâ viri talis ac tanti dexteritate & induſtriâ feliciſſimè compoſitæ & ſopitæ.

Anno 1669. Nonis Septembris piè in Domino requievit ſenectâ ætate grandævus ſtrenuus Vir Prænobilis Dominus Ferdinandus à Freyburg inclytæ civitatis Villingenſis olim Conſul, qui pluribus ante obitum annis ſibi ſoli depoſthâc vivere cupidus officio ſuo ſpontè relicto ad clauſtrum hoc Villinganum digreſſus & præbendâ ſeu victalitio ad dies vitæ comparato quaſi mundo ignotus iſthic loci ſubſtitit, in temporalibus novi fundatoris titulum egregiè promeritus: cujus memoria apud religioſas domicellas iſtas albo gratitudinis calculo notata nunquam intermorietur.

Anno 1696. ætatis 76. die 17. Januarii deſuper evocata ad plures abiit Ven. Domina Maria Dominica Heſlerin ex Neifferen orta olim ſub annum 1669. ex parthenone Merspurgenſi Monialibus Villinganis id temporis plerumque ætate juvenibus ipſa maturior authoritate ordinariâ in religioſam Matrem & Prioriſſam data toto ac longævo ſeq. temporis regimine ſtrenuè promerita.

Eodem anno die 13. Februarii in Prioriſſam electa, ac in munere ſuo Auctoritate ordinariâ legitimè ſucceſſit Ven. Domina Maria Catharina Waldmännin Villingana non unius lampadis Virago prudentiſſima olim venienti ſponſo cum ſuis obviam ire nunquam non paratiſſima.

❋ VILLINGENSE

PRæter recenſita Virginum contubernia fuit quondam ibidem Villingæ Franciſcanum etiam tale quoddam ſodalitium à ſororibus tertiam regulam ex more profitentibus inhabitatum. Intitulatur illud *S. Germani*, cujus tamen religioſi domicilii temporibus noſtris memorialis tantùm ſupereſt

exiſtentia: ſeu fundus muris clauſtralibus omninò vacuus, haud procul à mœnibus civitatis convenis & advenis deſuper inquirentibus adſpectandus.

ULMENSE

MOnaſterium ſeu Prioratus ſolùm, uti vocant, clauſtralis Ordinis Ciſtercienſis Abbatiæ Bebenhuſanæ jam ſuprà recenſitæ ſubditus & incorporatus apud Ulmenſes aliquando præclarus illuxit, de quo Felix Faber in ſuâ Suevorum hiſtoriâ lib. 2. cap. 2. fol. m. 232. ſic habet: *Non ſolùm Monachi Owiæ* (ſeu Divitis Augiæ) *ſed etiam Monachi Ciſtercienſes de Bebenhauſen juxta Tubingam in Ulmâ dominabantur magnis privilegiis utentes, inde parvum Monaſterium in civitate conſtruxerant, Eccleſiam ſcilicet S. Gregorii* (Georgii) *cui domicilium adjunxerunt pro Monachorum manſione, & habebant ibi grande ſpatium: quia nec Eccleſia Beatæ Virginis, nec cœmiterium erat, nec domus chorearum, nec pategæ mercatorum. In illo Monaſterio grande cellarium habebant, in quod reponebant multa vina, & ſemper duobus torſellis vendebatur vinum ſine omni civitatis aut civium utilitate, quia liberè vinum imponebant & liberè vendebant, nec emebatur vinum ab aliquo Ulmenſi, niſi de illo cellario, & hoſpites ibi proviſionem ſibi faciebant. Introitus ad hoc cellare erat, ubi hodie eſt Capella S. Valentini in cœmiterio Eccleſiæ parochialis.* Antiquum (quod ad manum habeo) Chronicon Ulmenſe m. ſ. conſtructionem templi hujus Divo Georgio Martyri ſacrati refert ad annum 1281. quo tempore utique etiam monachale clauſtrum iſtic fuit apparatum. Duravit autem qualisqualis ſtatus Cœnobii hujus Ulmenſis usque ad tempore Caroli IV. Romanorum Imperatoris: cujus temporibus S. P. Q. Ulmenſis quævis jura à monachis tùm Augienſibus, tùm Bebenhuſanis Ulmæ habita & hactenùs uſurpata in totum redemit ſuique juris fecit; de quo citatus Author cap. 4. fol. 255. teſtatur ſub his verbis: *Abbas* (Augienſis) *acceptâ pecuniâ ita receſſit ab Ulmâ, quòd nec ungula in eâ manſit, quæ ſua eſſet: cujus tamen fuerat Jus Patronatus Eccleſiarum & Altarium, omnes decimæ rerum, omnia telonia, pedagia, cenſus, redditus de omni domo, foro & horto, de omni perſonâ adultâ, angariarum pecuniæ & violentiarum pretium, inſpectionis veſcanicarum, proventus ex libratione rerum lucrarium pars quaſi in omni re & officiorum omnium proviſio & munera quotidiana civium, quæ omnia emerunt Ulmenſes usque ad ungvem: ſimiliter jura, poſſesſiones & bona Abbatis in Bebenhauſen, qui multa habuit in Ulmâ, ita, ut non feſtucam ibi haberet &c. &c.*

❋ULMENSE

S. MICHAELIS *Archangeli Wengenſe Cœnobium Ordinis & Inſtituti Regularium Canonicorum S. Auguſtini, quod nunc tertio loco intra ipſa civitatis Ulmenſis mœnia ſitum eſt: in monte urbi vicino & hodie adhuc S. Michaelis titulo accolis noto primùm cœpit Anno Chriſti 1183. Indictione ſecundâ imperante Friderico Barbaroſſa, Romanæ verò cathedræ præſidente Pontifice Maximo Lucio tertio, ad Epiſcopatum autem Conſtantienſem & Abbatiam Augienſem ſedente Diethelm: fundatum & conſtructum à nobili ac generoſo viro Wittigovo Comite de Albegkhe & ejus conjuge Dominâ Berthâ in hoc ipſo Cœnobio quieſcentibus & ſub honorifico tumulo humatis: quod è ſequentis Tranſumpti ab Henrico Antiſtite Conſtantienſi dati honeſto teſtimonio ita veriſſimum eſſe liquet, ex quo finis etiam & ratio conſtructæ talis domûs pulchrè videri ac deprehendi poteſt:* In Chriſti nomine, Amen. Nos Henricus Dei & Apoſtolicæ Sedis gratiâ Epiſcopus Conſtantienſis, notum facimus univerſis tam præſentibus quàm futuris, ad quos præſentes litteræ pervenerint, quòd ſub anno Domini 1357. feriâ tertiâ ante feſtum S. Michaelis proximâ, pro parte Religioſorum in Chriſto Præpoſiti & Capituli Canonicorum Regularium Monaſterii ac Præpoſituræ in Inſulis propè Ulmam noſtræ Conſtantienſis

enſis diœceſeos, cum reverentiâ (quâ decuit) litteræ infrà ſcriptæ nobis præſentatæ fuerunt, & petitum, ut viſis & perlectis eisdem litteris cum ſigillis earum authenticis litteras easdem cum Sigillorum deſcriptionibus exemplari & deſcribi mandaremus, ipſarumque totum tenorem cum ipſarum Sigillis eisdem litteris impendentibus auctoritate Ordinariâ approbando & authenticando (ut pro nunc & etiam in poſterum, ſicut & ipſa Originalia in Judiciis & extra fidem facere poſſent) confirmare dignaremur. *Nos verò attendentes, quod ſumma ratio eſt, quæ pro religione ſacrâ facit, & quia dicta Inſtrumenta integra & illæſa invenimus: idcircò ea exemplari & ipſarum totum tenorem cum ſigillis earum authenticis deſcribi mandavimus, approbavimus & confirmavimus, ac etiam præſentibus confirmamus & approbamus decernentes, ut dicta exempla eandem fidem, quam & ipſa Originalia in Judiciis & extrà perpetuò ſortiantur. Tenor autem dictorum Inſtrumentorum ſive litterarum eſt talis.*

In Nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. Cùm ex verbis ipſius Domini diſcamus (Date Eleemoſynam & omnia munda ſunt vobis) notum ſit omnibus tam præſentibus quàm futuris, quòd Nobilis quidam Witigouveus de Albegkhe pro ſalute & remedio animæ ſuæ & omnium parentum ſuorum à quodam Miniſteriali Augienſis Eccleſiæ (pretio interveniente) obtinuit montem & domum S. Michaelis apud Ulmam ſitum cum omnibus appendiciis ſuis, quem usque ad hæc tempora jure proprietatis poſſedit ut in uſus Augienſis Eccleſiæ conferret & omne jus ac proprietatem & poſſeſſionem in Eccleſiam transferret. Ex conſilio autem religioſorum illius temporis virorum inſtituit, & prædictus locus domus Hoſpitalis pauperum refocillatio & Aſylum peregrinorum in æternum permaneat. Eidem Domui Præpoſitum cum aliis Canonicis ſub S. Auguſtini regulâ devotè degentibus præficiendum ordinavit. Ut autem peregrinantes in eodem loco (quia propter ipſos præcipuè eſt fundatus) honeſtam conſolationem de communi alimoniâ fratrum aſſiduè inveniant: Præpoſitus ejusdem loci Perſonas ad ſerviendum Deo congruas recipiat, & in recipiendo modum non excedat, ne pauperum conſolatio decreſcat. Fratres in præfato loco ſibi Præpoſitum, liberè eligant, & electum ſuo Domino Abbati Augienſi pro Inveſtiturâ ab ipſo ſuſcipiendâ quantocyùs (ne locus deſoletur) præſentent. Si verò (quod Deus avertat) in dictâ electione partes fuerint: Abbas Augienſis conſilio Advocati Domûs illius charitatis ſaniori electum inveſtiat. Sin autem Fratres ſine rationabili causâ electionem diſtulerint: Abbas Augienſis conſenſu Advocati (ne domus pauperum deſtituatur) citatis fratribus, ubi Advocatus fuerit præſens cauſam dilationis diligenter inquirat, & ad eligendum Præpoſitum in Deo perſuadeat. Sin autem injuſtè renuntiaverit Abbas cum Advocato, de regulâ S. Auguſtini honeſtam perſonam ipſis præficiat. Notum ſit etiam omnibus, quod Witogoveus fundator ipſius loci pro defenſione absque omni exactione, jure dominii ab Abbate Augienſi ſuſcipiat Advocatiam, & eadem advocatia ut ad omnem poſteritatem ſuam ſcilicet ad ſeniorem Maſculum tranſeat, inſtituit. Item dictus loci fundator omnibus ſuis hominibus pro remedio animæ ſuæ res ſuas tam mobiles quàm immobiles ad montem Michaelis conferendi libertatem ordinavit. Similiter dictæ domûs author pro honeſtate & utilitate loci ab ipſo loco & ab omnibus pertinentibus ad ipſam congregationem mulierum commodam removere firmiter ordinavit & inſtituit, videlicet, ne ſecundùm conſuetudinem aliorum Cœnobiorum ſorores in Conſortium Fratrum aſſumantur. Ego Diethelmus Abbas Augienſis conſenſu fratrum majorum & Miniſterialium communicato conſilio, ut hujus ordinationis Witigovei conſtitutio, quam honeſtam & rationabilem & intuitu Dei inceptam vidimus, firmum apud nos & ſucceſſores noſtros ſuæ perfectionis tenorem obtineat: & domus Beati Michaelis de immutabili donatione gaudeat: placuit nobis præfatas traditiones ſigillo Eccleſiæ noſtræ communire. Concedimus etiam, ut liceat omni familiæ Augienſis domûs Servorum & miniſterialium facere commercium vobiſcum rerum ſuarum mobilium & immobilium per donationem,

onem, commutationem & venditionem. Hujus rei teſtes ſunt Leopoldus Dux Auſtriæ, Rudolphus Palatinus de Tubingen, Mangoldus Comes de Veringen & filius ſuus Eberhardus: Burcardus Comes de Hohenberg, Conradus de Schuſſenried, Diemo de Gundelfingen, Erneſtus de Steuſslingen & alii quàmplurimi. Acta ſunt hæc Anno Dominicæ Incarnationis milleſimo centeſimo octogeſimo tertio Indictione ſecundâ, regnante Friderico Imperatore Romanorum Invictiſſimo & ſemper Auguſto in ipſius conſpectu apud Ulmam. Characteres autem Sigilli ſuprascripti Inſtrumenti hoc modo ſonant: Sancta Maria Dei genitrix, ipſumque ſigillum rotundum, & in medio Sigilli effigies ſive imago S. Mariæ eſt deſculpta & filum de ſericis gilvis & rubeis eſt ipſi Inſtrumento appenſum. Datum & actum Conſtantiæ Anno Domini milleſimo trecenteſimo quinquageſimo ſeptimo, quarto Calendas Octobris Indictione decimâ. Hactenus Bruſchius de Monaſt. German. cent. 1. fol. m. 127. & ſeqq.

Sed quod res eſt, ne Lector venerande hîc fortè mireris aut ampliùs inquiras poteſtatem & recenſita Jura tùm ſacra tùm profana ab Augienſi Monachorum Abbate in novum hoc Ulmenſe Canonicorum Regularium Monaſterium id temporis exercita quonàm tandem titulo acquiſita, ſcire te volumus, jam olim à Carolo Magno Romanorum Imperatore totum oppidum Ulmenſe præfato Abbati & monachis Augienſibus ſpontè donatum, iſtis tùm in politicis tùm in ſacris ſeu Eccleſiaſticis omninò paruiſſe: quam donationem ſimpliciter à ſe deſcriptam exhibet Felix Faber in ſuâ Hiſtoriâ Suevorum lib. 2. cap. 2. fol. m. 234. ubi ſic ait: *Carolo Magno Anno Domini 805. regnante, cùm jam plura Monaſteria Ordinis S. Benedicti inſtituiſſet, & collegiatas Eccleſias fundâſſet, & bonis temporalibus dotâſſet, aliqvos Abbates ad decorē Imperii Romani Principes ſpirituales eſſe voluit, eisq; ad hoc competentiam temporalium delegavit, indignum magnificus & religioſus princeps judicavit imperium habere tantùm auro fulgentes Principes & non magis habitu ſanctæ religionis ornatos. Videns autem Abbatem Owiæ magnæ pauperem, nec poſſe Principis ſtatum ducere, ei Ulmam ſuam regalem donatione donavit, litteram donationis conficiens ſolemnem, in qvâ multi Principes Imperii ſe ſubſcripſerunt, & hæc littera adhuc hodie præ manibus eſt. In hoc autem facto & Monaſterium exaltare voluit, & civibus Ulmenſibus complacere. Erant autem tunc temporis in Owiâ & in cæteris Monaſteriis Patres Sancti, viri religioſiſſimi, qvibus Nobiles & Cives & qviq; ſeculares ſubeſſe optabant, ſeq; eò feliciores æſtimabant, qvo religioſioribus viris ſubjecti eſſent. Unde Principes, Barones & Comites ſe & ſua dominia ſpontè Monaſteriis ſubjiciebant, & vehementer dolebant, qvibus impedimenta erant, qvod religioſis dare non poterant, qvia in Tractatibus & diætis Nobilium præ cæteris honorabantur illi, qvi Monaſteriis incorporati erant. Unde Imperator Carolus tam in favorem Monachorum, quàm civium Ulmenſium hanc donationem fecit: & poſſibile eſt, Cives Ulmenſes tùm petiviſſe incorporari alicui Monaſterio pro ſui majore gloriâ, & Abbati plus juris contuliſſe in ſuam civitatem, qvàm Imperator ipſi dederit. Imperator enim donationem fecit cum certis limitibus Abbati. Cives autem ita religioni affecti ſupra limites & ultra jus Abbatis extenderunt. Unde non ſolùm Decimas omnes & primitias, telonia & docias, Umgeltum & Steuram recipiebat Abbas, nec ſolùm inveſtivit Plebanum, nec tantùm præfecit Sculteturm, ſed minima accipiebat, & officia exilia offerebat. Dicunt enim Abbatem habuiſſe claves portarum & cuſtodias earum ad ſuum placitum contuliſſe. Sic etiam cuſtodiam pecorum non Ulmenſes, ſed Abbas contulit, cui voluit & omnia officia publica magna & parva conferre habuit, nec fuit domus, nec hortulus, à qvo cenſus annuos non exigeret. Semper enim aliqvi Monachi ſex vel ſeptem de Owiâ Ulmæ erant, & officia ſua in Capellâ S. Ægydii dicebant &c.* qvînam verò tandem ipſi Abbas & Monachi Augienſes præfatis juribus ac poſſeſſionibus ſuis Ulmenſibus fuerint deſtituti, refert *Cruſius in Annal. Suevia part. 3. lib. 4. cap. 15.* in hæc verba: *Ab ipſo* (Carolo quarto Imperatore) *impetraverunt Ulmenſes, ut ſolverentur jugo Dit. Augienſis Monaſterii. Itaq; deinceps ipſi ſibi Senatum, Conſules & Tribunos plebis poteſtate à Cæſare acceptâ fecerunt*

runt anno circiter 1346. Brevì pòst litteras Jurisjurandi à civibus præſtandi compoſuerunt, quas ipſorum poſteri ad meliorem formam traduxerunt. Ita ſe tunc ferè omninò in libertatem à Richenoenſi Abbate vendicârunt, adhuc tamen Monachis eos infeſtantibus Carolus quartus poſteà eis privilegia Ludovici (cognomento Bavari itidem Imperatoris abinde proximi) *confirmavit, nondùm vexare deſinentibus clauſtralibus in Concilio Conſtantienſi & Baſileenſi, tandem Fridericus tertius Ulmam omninò liberavit cum ea Monachis dedit grandem pecuniam &c. &c.* Hæc ille loc. cit.

Porrò *benefecerunt* (ſubdit idem Bruſchius citatus ſuprà) *huic Cœnobio aut peregrinorum hoſpitio hi quoque ſequentes Reguli ac Domini, quorum memoriam ad poſteros ſervari cùm boni fuerint & utiles Reipublicæ dignum noſtro ſtudio, quin & æquum & juſtum eſt. Beringerus Comes de Albeck frater fundatoris contulit eidem Monaſterio anno Domini 1219. Eccleſiam ſeu ſacellum S. Andreæ in villâ Stozingen. Hanc collationem Gregorius nonus Pontifex Maximus confirmavit, Siboto de Albegck Comes, qui & ipſe fundatoris ſe frater germanus fuit unà cum filio ſuo Witigovio, eidem Monaſterio tradidit Eccleſiam S. Martini in Hervelfingen cum Jure Patronatûs & aliis ad eam Eccleſiam pertinentibus poſſesſionibus & immunitatibus Anno 1219. ſub Friderico ſecundo Imperatore & Honorio III. Pont. Max. & Sifrido Epiſcopo Auguſtano eam ipſam donationem ſua authoritate confirmantibus S. P. Q. Ulmenſis dono dedit eidem Eccleſiæ Eccleſiam S. Barbaræ in Holzkirchen anno Chriſti 1398.*

Cùm antecedentibus annis (quibus Carolus quartus & Wenceslaus Imperatores Urbem obſidione cinxerant) Cœnobium extra Urbem in Inſulis vulgò in den Wengen *vocatis ſitum fregiſſent, & ſolo tenùs vaſtâſſent, ne Imperatoris exercitus inde Ulmenſi Urbi aliquid damni inferre poſſet. Dedit idem S. P. Q. Ulmenſis pro eodem loco extra Urbem ſito ſpatium illud, in quo nunc ſita eſt Eccleſia Wengenſis: cujus fundamenta jacta & poſita ſunt anno Domini 1399. ab Hartmanno Ehingero Conſule Ulmenſi. Alii Benefactores hujus Cœnobii fuerunt Albertus Comes de Dilingen: Rudolphus Comes de Werdenberg in Albegk, Witogovus advocatus, cujus uxor Luiburgis: Henricus Marchio probisſimus: Philippa Comitiſſa de Sevelingen. Giſela Soror Lotharii Regis. Eberhardus Nobilis de Eringenſtein. Adelheidis Comitiſſa de Kirchberg: Conradus Comes de Werdenberg filius Henrici apud Wengenſes ſepulti, qui vendidit Comitatum Albeckenſem S. P. Q. Ulmenſi: Luickardis de Albeck advocatiſſa. Henricus Comes de Werdenberg & ejus conjux relicta Domina Imagina: Philippus Rex Romanorum Barbaroſſæ filius: Otho Dux: Ulricus junior Comes de Wirtenberg, qui obiit Anno 1335. Adelheidis Marchioniſſa Burgoviana: Adelheidis Comitiſſa de Helfenſtein: Stephanus & Fridericus de Holzkirchen magni Benefactores & apud Monachos Wengenſes ſepulti. Rudolphus de Klingenſtein: Gerwicus de Stozingen miles &c. &c. Item infrà: Inchoatum eſt Monaſterium Wengenſe intra muros Ulmenſes Anno 1399. ipsâ die S. Leonardi quâ poſitus eſt primus lapis poſt concordiam inter Ulmenſes & Præpoſitum factam per Epiſcopum Conſtantienſem, & Abbatem Creuzlingenſem Eberhardum.*

Annò 1183. religioſa Canonicorum Regularium colonia novo huic S. Michaelis Monaſterio primitùs immiſſa, deſumpta fuit ex nominatiſſimo illo tùm temporis Cœnobio Marbacenſi diœceſis Baſileenſis in ſuperiori Alſatiâ. Hodie poſt mille millena pericula conſtantisſimè ſuperata nec non graviſſimas poſt calamitates jam à longis retrò temporibus fortiter exantlatas, quamvis merisſimos inter Acatholicos conſtitutum de ſpeciali tamen ſupremi Numinis gratiâ clementisſimè ſervatum peregregiè floret Ulmenſe hoc Venerabile Collegium tam in capite quàm in membris ſuis dilectum Deo & hominibus & quidem vel maximè etiam heterodoxis; ſed & nuper in Reverendisſimo Præſule ſuo authoritate ſedis Apoſtolicæ ab Innocentio Papâ XI. Pontificalibus Inſigniis Abbatiali dignitati conſuetis honoratum pereximiè reſplendet: cujus religioſi Canonici verè Auguſtiniani miro orthodoxæ religionis zelo fortisſimè ſuccenſi, immenſi quaſi quæſtum animarum faciunt, dùm quotannis pœnitentes Catholicos plùs minùs mille viginti ad dictam S. Michaelis Ulmenſem Eccleſiam ex locis confirmaribus accurrentes ſacramentali confesſione ritè expiatos ſanctisſimo epulo

Euchariſtico reficiunt, ſed & per omnia ſaluti fidelium pro poſſe juvandæ nunquàm non plusquàm ſolerter intendunt.

ULMENSE.

MOnaſterium Ordinis Prædicatorum S. Dominici. Hujus initium ponit quidem Cruſius part. 3. lib. 1. cap. 5. ad annum 1228. ſub his verbis: *Prædicatores Monachi qui ſeſe Ulmæ inſinuaverant, cœnobium ſibi conſtruebant ope cujusdam Mechtildis & ſenis Crafſtonis Cancellarii Cæſarei &c.* quod ipſum adſtruit (haud dubiè Cruſianis Annalibus iſtis innifus) etiam Zeillerus in ſuo parvo Chronico Sueviæ fol. 26. dùm ita ſcribit: *Anno 1228.* ward das Prediger-Cloſter zu Ulm erbaut. Inde tamen idem Cruſius rectiùs ſentit infrà loc. cit. lib. 3. c. 6. ubi ſic ait: *Eodem tempore* (circa annum 1280. ſeu 1281.) *Prædicatores Monachi nidum Ulmæ poſuêre, dante ipſis hortum juxta Xenodochium Mechtilde Hunœrinâ & ſeniore Crafſtone Cæſaris Cancellario templum & cœnobium eleemoſynis Monachorum, & de ſuo faciendum curante &c.* Sic ille, cui in hâc parte conſentit etiam teſtis omni exceptione major utpotè domeſticus Prior Felix Faber in ſuâ Hiſtoriâ Suevorum lib. 2. cap. 3. fol. 244. de primordiis Dominicani hujus Cœnobii ſui talia fatus: *Anno 1281. venerunt Ulmam Fratres Prædicatores locum pro Monaſterio quærentes: quibus contulit quædam devota Chriſti famula Mechtildis Hunœrin hortum ſuum juxta Hoſpitale, & inſignis vir dictus antiquus Krafft actu ſcriba Domini Imperatoris fundatorem ſe exhibens, fratres ut filios chariſſimos fovebat: cujus adjutorio Eccleſiam & Conventum ædificabant, & ſpatium ſatis magnum civitatis acceperunt illi Fratres, emerunt nihilominùs à civibus ſpatium pro cœmiterio de loco, ubi antiquæ civitatis foſſata fuerant.* Et paulò pòſt: *Habent autem Prædicatores amplum ſpatium intra muros, & de muro civitatis poſſident in longum centum ſexaginta quinque paſſus: in quo ſpatio ſunt ultra quadraginta zinnæ vel mœnia ſub clavibus & cuſtodiâ fratrum verſus Danubium.* Ita nominatus Prior Ulmenſis de primo ſæpedicti Monaſterii exordio & progreſſu; de conſecratione verò templi ſuperat antiqua quædam tabula inibi ſuſpenſa ac hujuſcemodi litteris (etiamnùm apud citatum Cruſium lib. 3. cap. 17. legendis) inſcripta: Anno tauſent dreyhundert und fünffe iſt diſe Kirch geweyhet in der Ehr Gottes / und in der Ehr der Allerheyligſten Jungfrauen Mariä auch der Heyligẽ/ Joañis des Tauffers und Joannis des Evangeliſten ꝛc. ꝛc.

Anno 1365. die 25. Januarii ex Ulmenſi hoc RR. PP. Dominicanorum Monaſterio cœlis immigravit, dùm pluribus annis ſtupendâ prorsùs vitæ pietate in Ordine claruit Urbi & orbi notiſſimus ille B. Henricus Suſo ſeu Frat. Amandus patriâ Uberlingenſis: qui Conſtantiæ in ſacram Divi Dominici familiam adſcitus ſimulque à Servatore Chriſto Jeſu in adyta amoris divini ſpecialiter inductus ſanctiſſimum nomen Jeſu pectori ſuo inſculpſit ingenioſus cœlator. Vitæ hiſtoria Germanicè conſcripta Anno 1661. typis Colonienſibus emanavit: quam & prolixè ſatis apparatam Henricus Murer Cartuſianus ſacræ Helvetiæ ſuæ apud Lucernates Anno 1648. itidem Germanicè in fol. divulgatæ totam inſeruit fol. 315. & ſeqq.

Anno 1531. dùm venerabile hoc Ordinis S. Dominici Monaſterium Ulmenſe longævo ſatis trecentorum quinquaginta circiter annorum decurſu haud ſine magno totius civitatis ſpirituali emolumento pientiſſimè claruit, idem ipſum deteſtandâ prorsùs hæreticorum inſaniâ triſtiſſimè defecit; de quo hiſtorica relatio de ortu & progreſſu hæreſum in Germaniâ jam ſæpiùs citata ſub annum 1531. num. 3. ſimpliciter exhibet ſequentia: *Senatus Ulmenſis omnes religioſos convocavit, eis mandantes, ut in certo termino præfixo ipſimet in ſuis Eccleſiis ſua altaria & omnes imagines ſacras confringerent, aliàs Senatus vellet contra eos procedere tanquàm contra rebelles. Cumq; religioſi coacti id opere perfeciſſent, iterum ad Senatum vocati ſunt: quibus Senatus perſuaſit, ut habitum deponerent, exinde vellet eis Senatus proviſionem conſtituere. Prior Ordinis Prædicatorum cum certis Fratribus id recuſavit, Studtgardiamq; adiit, & ibidem Conventui ſui Ordinis ſe adjunxit, & anteà quæq; pretioſa ſui Monaſterii & litteras teſtimoniales cenſuum, decimarum*

atque

atq; prædiorum ex Ulmâ occultè abduxit. Qvod cùm Senatus Ulmenſis percepiſſet: ægrè id tulit, & ſub graviſſimâ pœnâ in ditione illorum prohibuit, ne qvis cenſum aut redditus Fratribus de Ordine Prædicatorum perſolveret, ſed ipſos redditus ac cenſus Cameræ Ulmenſis Senatûs perſolverent. Fratribus de Ordine Prædicatorum, qvi apoſtataverant dedit Senatus unicuiq; ſolummodò decem aureos, ut cum his qvilibet artem apud mechanicum addiſcere poſſet. Item infrà num. 32. *Prior Ulmenſis & ſui Fratres de Ordine Prædicatorum adſcripſit & dedit omnes cenſus & redditus ſui Monaſterii in Ulmâ Monaſterio in Studtgarten, & exinde auxilio Ferdinandi Regis acceſſit Carolum Imperatorem ſupplicans ſuæ Majeſtati, ut cum Senatu Ulmenſi ageret, qvatenùs permitterent cenſus & redditus ſui Monaſterii Fratres in Studtgarten ſublevare, & percipere, ubi ipſe & ſui fratres alerentur. At Imperator his auditis ſcripſit ad Ulmenſem Senatum, ut ſub maximâ pœnâ & privatione omnium privilegiorum illorum ablata reſtituerent, & ne ultra redditus atq; cenſus illorum perciperent, ſeu areſtarent, ſed eos, ut priùs levare & colligere permitterent, qvod coacti involuntarii fecére.*

Anno 1548. Auguſtiſſimus Romanorum Imperator Carolus V. à die 25. Januarii usque ad 4. Martii publicorum negotiorum causâ Ulmæ commoratus, ac in ædibus (uti vocantur) Ehinganis hoſpitatus Templum Dominicanum à nefariis ſpurcitiis impiorum repurgatum ac ritu Catholico reconciliatum pro auſcultando officio divino ſibi delegit uſurpandum: in quo etiam pro tunc die 24. Februarii ſolemniſſimè parentari voluit recèns defunctæ nepti ſuæ Auguſtiſſimæ Principi Annæ Hungarorum Reginæ: quam Sacræ Cæſareæ Majeſtatis ſuæ germanus frater Ferdinandus I. Romanorum Rex An. 1521. ſibi in ſponſam delegit. Atque in regalibus hujuscemodi exequiis Miſſam ſolennem de more fecit Reverendiſſimus ac Illuſtriſſimus Princeps ac Dominus Joannes hujus nominis ſextus S. R. J. Princeps & Epiſcopus Conſtantienſis panegyrin verò mortualem perquàm bellè recitavit Concionator Cæſareo - Aulicus Pater N. Ordinis Eremitarum S. Auguſtini Alumnus.

❋ULMENSE

DOmicilium eqeſtris Ordinis Beat. Virginis Teutonicorum (uti vocantur) militum cœpit hoc ſub annum gratiæ 1335. prout fideliter explanat Felix Faber loco ſuprà citatò cap. 3. fol. 244. ita ſcribens: *Poſt Prædicatores venerunt Ulmam Domini Fratres Ordinis Teutonicorum de N. inſtantes pro loco Monaſterii conſtruendi: qvibus ultra Blavium locum ſpatioſum contulerunt ad mœnia civitatis. Dicunt tamen nonnulli eos ibi ante civitatis ampliationem occupâſſe locum & mœnibus incluſos eſſe &c.* Cruſius part. 2. lib. 6. cap. 11. ex Hermanno Contracto refert Waltherum quendam Epiſcopum Veronenſem natione Suevum Anno 1052. Ulmam ad Eccleſiam S. Crucis tranſtuliſſe venerandas (poſtmodùm in æde S. Udalrici ibidem Ulmæ reconditas ac plurimis miraculis illuſtratas tandemque ad Eccleſiam Domûs Teutonicorum deportatas) reliquias S. Zenonis Confeſſoris. Floret etiamnùm, &, licet medios inter Acatholicos, incolumis perſtat ac inclyta reſidentia hæc Ulmenſis Teutonica, habetque conjunctam ſibi propriam Eccleſiam: ad quam rei divinæ frequentandæ causâ liber patet aditus incolis, accolis & peregrinis cujuscunque ſtatûs & conditionis Chriſtiano - Catholicis Ulmam petentibus &c.

ULMENSE

CLaruit etiam apud Ulmenſes ſpectabile quoddam (licet jampridem in ludum litterarium Acatholicæ Juventutis converſum) Aſceterium RR. Patrum de Ordine Minorum S. Franciſci: primùm à Conventualibus Alumnis inhabi-

habitatum, poſtmodùm verò ad obſervantes Provinciæ Argentinæ translatum: de quo Felix Faber antè citatus fol. 293. ita ſcribit: *Anno Domini 1229. venerunt Ulmam Fratres Minores de Gamundiâ petentes aſſignari ſibi locum pro Monaſterio conſtruendo, qvibus cives ſpatioſum dederunt locum juxta portam Leonum antiqvæ civitatis, & ipſam turrim cum antiqvo muro ibidem eis aſſignaverunt, & locum pro ſpatioſo horto. Ibi ergò ædificare cæperunt & fructificare &c.* Et infrà fol. 244. *Ulmenſes qvâdam ſingulari benignitate his duobus Ordinibus affecti Prædicatoribus & Minoribus utriusq; portas antiqvæ civitatis commiſerunt: Prædicatoribus qvidem portam orientalem, Minoribus occidentalem &c.* Item fol. 245. *Videbant* (Proceres Ulmenſes) *etiam populum largiter Prædicatoribus & Minoribus ad ſuas Eccleſias & ſtructuras contribuentem, & multa eisdem Monaſteriis dari, qvæ Eccleſiæ parochiali data fuiſſent, ſi in civitate eſſet poſita*, primùm poſt in eam recipienda. Fortunatus Hueber de ſtatu Monaſterii hujus ſecundùm regularem obſervantiam aliquatenùs immutato refert ſequentia fol. 459. Im Jahr 1494. iſt das Franciſcaner-Cloſter zu Ulm in Schwabenland/ wie auch bald mit ſelbiger Zeit das Clariſſer-Cloſter zu Seflingen von denen Conventualen abgenom̃en/ und denen Obſervanten eingeraumet worden. Dieſe Veränderung hat Herr Eberhard der Aeltere Graff von Würtenberg und Mümpelgard bey dem Papſt Sixtus IV. ausgewürcket. Zu welcher die damahlige Haupt- und Reichs-Stadt Ulm getreulich hat mitgeholffen/ die Päbſtliche Commiſſion haben im Jenner vollzogen Herr Abbt von Hirſchau/ aus dem Speyriſchen/ und Herr Abbt von Blaubeuren/ aus dem Coſtantzer Biſtumb ꝛc. Iſthîc ergò loci ſub ſtrictiſſimâ ſacri Ordinis ſui obſervantiâ quaſi ſub ficu & vite ſuâ continuò ſecuri ſubſtiterunt Terapeutæ Franciſcani ſtrictioris obſervantiæ, quousque demùm Anno 1531. novâ hæreſi Lutheranâ magis & magis adunatâ fortiterque ſtabilitâ viri religioſi apoſtatis oppidanis paſſim odibiles facti in meriſſimum avitæ religionis contemptum ſannis & opprobriis affecti triſti inſuper exilio fuêre mulctati. Videntur quidem Franciſcani Patres iſti poſt tempus denuò fuiſſe reſtituti, & usque ad annum 1569. regulari clauſtro ſuo utcunque demùm potiri, tandem tamen temporalis vitæ ſubſidiis ac omnibus congruæ ſuſtentationis mediis violenter exuti, ſponte coacti ſtatione ſuâ penitùs abſceſſerunt; de quo Zeillerus in Chronico vel paucis ſic ait: Weilen zu Ulm die Parfüſſer-Mönch ihr Cloſter ſelber verlaſſen/ ſo iſt ſolches den 29. Januarii dieſes (1569.) Jahrs geſchloſſen worden. Item Chronicon Ulmenſe m. ſ. Anno 1569. hat man die Parfüſſer-Kirchen gar beſchloſſen/ und biß Anno 1613. zugeſperrt gehalten/ aber von der Zeit her haltet man die Leich-Predigen darinnen.

ULMENSE

Foemininum Ordinis S. Claræ Monaſterium jam pridem Seflingam (ut dictum eſt ſuprà) translatum: ſecundùm antiquiora ſua (quæ apud Ulmenſes habuit) initia vel breviſſimè deſcriptum exhibet Felix Faber lib. 2. cap. 3. fol. 243. in hæc verba: *Non multò poſt* (dùm Fratres Minores Ordinis S. Franciſci Anno 1229. fuerunt Ulmæ recepti) *ſecutæ* (itidem Ulmam venerunt) *Sorores S. Claræ, petentes ſibi etiam dari locum inter foſſata civitatis: qvibus cives in arenâ locum ſpatioſum dederunt, & dicebantur Sorores S. Claræ in Arenâ &c.* Item Fortunatus Hueber de primordiis Parthenonis hujus fol. 1059. affert ſequentia: Die erſte gottſeelige Pottſchaffterinnen/ welche von dieſer Jungfräulichen Ordens-Stiffterinnen (S. Clarâ) waren in das Teutſchland abgeſandt/ ſeynd zu Ulm in Schwabenland/ allwo die Donau wegen des oberhalb einfallenden reiſſenden Iller-Fluß anfangt Schiff-reich zu werden/ im Jahr 1237. angelangt/ und von der geſambten Burgerſchafft mit hertzlicher Andacht und allerhand Gutthertzigkeiten empfangen worden. Der hochedle Herr Ulrich von Freyberg ꝛc. ꝛc. hat ihnen ſein Hoff-Marck (damal der Münch-Hoff/ uff dem Grieß genannt)

genannt) zu einem Cloſter-Bau eingeraumet: welcher dann von dem zuſamen geſchoſſenen Allmoſen der andächtigen Ulmer-Burgerſchafft gar bald iſt verfertiget worden. Und weilen damahl die erſte Clariſſer-Regul von dem Päbſtlichen Stuhl noch nit confirmiret / und für auffgericht iſt erklärt geweſt / alſo haben ſie erſtlich die Regel und Ordens-Satzungen des Heyligen Auguſtini / oder / wie andere wollen / des Heyligen Benedicti zu halten angelobet. Weilen aber die Regel und Ordens-Stifftung der Heyligen Claræ im Jahr 1253. den 9. Auguſt-Monat vom Pabſt Innocentio dem Vierten iſt rechtmäſſig beſtättiget worden / alſo haben die Clariſſerinen zu Ulm das erſtemahl ihre Ordens-Bekanntnus ausgeſprochen und gehalten. Ihre erſte Abbtiſſin ware Hedwigis, der erſte Beicht-Vatter P. Albrecht / welche das gantze Werck mit Zucht / Tugend und Heyligkeit in dem Gottsdienſt und Clöſterlichen Ordens-Stand lobwürdig haben eingerichtet. Diſes erſte Clariſſer-Cloſter zu Ulm wäre Anfangs ſehr ſeltzamb und berühmt / und weil jedermann verlangte von denen Gott-verpflichten Jungfrauen ihren heyligen und frommen Wandel zu erfahren / iſt das Cloſter von der andächtigen Welt alſo faſt gegrüßt und beunruhiget worden / daß die Ordens-Schweſteren ſehr verlangten / von der weltlichen Anſprach entfernet / und der ſtillen Ruhe des Geiſtes ergeben zu ſeyn. Dahero ſie das erſte Cloſter zu Ulm verlaſſen / welches hernach ein herrlicher Spital zu der Heyligen Eliſabeth genannt iſt worden. Hujuscemodi ergò Moniales ſeu Sorores Ordinis S. Claræ ſuâ ſponte Seflingam fuerunt traslatæ, teſtimonium perhibente eodem Felice Fabro loc. cit. ubi hæc ſubdit: *Non multum poſt tempus prædictum data fuit villa Seflingen Sororibus in arenâ, unde derelictâ civitate & loco Monaſterium extrà tranſtulerunt in Seflingen, Monaſterium* Hortum B. Mariæ Virginis & Virginum *nominantes.* Sed de hoc vide pluribus ſuprà V. *Seflingenſe.*

ULMENSE.

ALterum fœminini ſexûs religioſum clauſtrum Ulmæ quondam inclytum ad Sorores tertiam regulam S. Seraphici Patris Franciſci profitentes pertinuit: quas uno eodemq; tempore cum antedictis Monialibus Ordinis S. Claræ eò deveniſſe ſcribit ſæpecitatus Felix Faber fol. 243. ubi ſic ait: *Has* (Sorores S. Claræ) *comitatæ ſunt etiam* (ſimul Ulmam venientes) *Sorores de tertiâ regulâ S. Franciſci venientes de Buren: ubi domum inceperant: quibus datus fuit locus ad latus muri Fratrum Minorum, quia locus ibi fuit ſpatioſus & vacuus. Nam Eccleſia B. Virginis non erat ibi, nec cæmiterium, nec erat platea ibi mercium, ſed fuerunt horti, qui dati fuerant Fratribus Minoribus & ſororibus de Buren juxta eos: quarum domus ſtetit in loco, ubi nunc eſt laboratorium latomorum in cæmiterio Eccleſiæ B. Virginis vulgariter Steinhutt, ſtabatque ſupra antiqua foſſata, quæ nondùm erant plenè impleta & reliquæ terræ coæquata; unde totus vicus, qui modò dicitur longus vicus, ubi fuerant antiquæ civitatis foſſata erat adhuc fovea longa in fundo lutoſa, & ab utraque parte ædificabantur domus, & fuerunt poſita ita ſive tranſitus lignei, per quos de domibus unius lateris tranſibant ad domus alterius lateris, & ita ſtetit vicus ille multis annis, quòd non erat tranſitus in eo per longum, ſed ſolùm per transverſum, & hoc per itas ſive trabes & ligna poſita.* Item paulò pòſt fol. 245. idem hiſtoriographus noſter de immutatione clauſtri hujus cum Ulmenſibus ſic infert: *Pro cæmiterio emerunt* (Ulmenſes oppidani circa annum 1377. de magnificentiſſimo illo B. Virginis templo parochiali quantocyùs ſtruendo cogitantes) *domum ſororum de tertiâ regulâ S. Franciſci, quæ dicebantur ſorores de Buren, eisquè locum in arenis aſſignaverunt &c.*

ULMENSE

COmmutatione fundi ſupradicti inter Proceres Ulmenſes & Moniales Franciſcanas (ut audivimus) ratâ & conſummatâ devotariæ ſorores iſtæ undecunque

cunque demùm præpeditæ ſeu cauſatæ poſt hæc primùm Anno 1472. novum aliud apparari ſibi fecerunt clauſtrale domicilium cum proprio (quod annexum habuit) Matri Genitricis Dei S. Annæ dicatum; quod tamen denaſcente ſuperiori ſeculo meriſſimè profanatum Anno 1628. à plebejo ſolùm textore quodam fuiſſe inhabitatum ſcripſit ac manu propriâ notavit, qui ſceleſtam hujusmodi abominationem deſolationis pro tunc haud ſine grandi mœrore ac tædio coràm vidit ac triſtis aſpexit.

ULMENSE

HAbuit etiam ſæpenominata imperialis civitas Ulmenſis adhuc aliud quoddam ſodalitium fœmininum S. Urſulæ Virginis & Martyris intitulatum ſub annum gratiæ 1322. (authore non notato) conſtructum ac fundatum. Mentionem de hoc apertè facit etiam Cruſius in Paralip. ad ſuos Annales Sueviæ cap. 16. fol. 66. ubi in deſcriptione templorum ac Monaſteriorum Ulmenſium de parthenio domicilio hoc vel paucis ita ſcribit: *Clauſtrum converſarum* (de quarum Inſtituto ſeu Regulâ pro tunc obſervatâ nobis nondùm inquirere licuit) *cum ſacello celebri. Eo loco fuit, ubi hodie eſt anterior hortus domûs Teutonicæ. Abolitum.*

ULMENSE

QUintum apud Ulmenſes fœminei ſexûs religioſum contubernium cum adjuncto templo Divæ Barbaræ Virgini & Martyri ſacratum fuit olim Ordinis S. Benedicti ſub annum 1442. pro 24. domicellis illuſtri genere procreatis fundatum & magnis ſumptibus apparatum: de quo Cruſius in Paralip. cap. 16. vel paucis ita proſtat legendus: *Eſt adhuc* (poſt orthodoxam religionem jam dudùm in pejus mutatam) *in ampliſſimâ, quâ ad S. Mariæ portam* (oppidanis Ulmenſibus communiter das Frauen-Thor appellari ſolitam) *itur, plateâ ad dexteram nobile Patriciarum Virginum Collegium* (vulgò die Samblung) *ſed ea cunctæ Evangelicam religionem* (ſecundùm dogma Lutheri) *agnoſcunt.* Iſthìc ergò loci temporibûs noſtris nobiles aliquot puellæ vel ſpontaneâ deliberatione, vel moleſtâ ſatis & urgente rerum egeſtate quaſi coactæ in communi viventes victum & veſtitum ad dies vitæ recipiunt congrueque ſuſtentantur cœlibatum obſervantes. Impenditur autem illis hujusmodi gratia ac favor à Senatu Ulmenſi meriſſimè de muneribus ſacris ſeu facultatibus & redditibus illis, in gratiam earum tantùm, quæ ſub obedientiâ ſacræ Romanæ Eccleſiæ cum ſolemni votorum emiſſione religioſum Ordinem ſecundùm regulam S. Benedicti in hoc Ulmenſi parthenone fuerunt profeſſæ, piâ fundatorum liberalitate collatis.

ULMENSE.

NOtatur demùm inter regularia fœminini ſexûs domicilia apud Ulmenſes ſuperiori ætate contuenda numero ſextum: de quo ſolùm nobis conſtat, quòd primitùs Anno 1490. fuerit conditum ac S. Marco Evangeliſtæ ſacratum: pòſt verò piis Veſtalibus loco pulſis ad profanos uſus attractum; nam ſub initium ſeculi noſtri decreſcentis in fundo illius tabernam mercatoriam ſteti ſſe inædificatam omnibus patulam ſimpliciter enarrat Ulmenſe Chronicon m. ſ.

UNDINGENSE.

REligioſum aliquod hujus nominis clauſtrum fœmininũ diœceſis Conſtantienſis in diſtrictũ ruralis Capituli ſeu Decanatûs Ebingenſis ſub finem prioris

prioris ſeculi ſacro Seraphico Ordini ſuo S. P. Franciſci tertiæ regulæ teſte Cruſio in Paralip. cap. 13. fol. 56. ſalvum quidem adhuc & integrum conſtitit; quod tamen inde Lutheraniſmus adeò ſuppresſit, imò penitùs extinxit, ut de priori illo regulari ſtatu ſuo præter inane ſolùm nomen planè haud reliquerit niſi meriſſimum nihil.

❋UNLINGENSE.

MOnialium *Franciſcanarum elegans Cænobiolum* (diœceſis Conſtantienſis) *paululùm ſuprà Busſium montem & arcem Unlingenium dictam in ejusdem nominis pago ſitum; id anno Chriſti 1420. à Domino Walthero ab Ellerbach equite aurato inchoatum eſt: cui poſteà benefecerunt Dominus Andreas Comes Solimontanus, qui obiit Anno 1511. ſororemque habuit ejus Monialium congregationis gubernatricem Magdalenam, quæ anno Chriſti 1513. cum alia quâdam Solimontanâ Margaritâ Domini Eberhardi Comitis illegitima filiâ peſte deceſſit: & Dominus Wilhelmus Dapifer Walpurgius Reverendisſimi Epiſcopi & Cardinalis Auguſtani Domini Othonis Pater: quem ejus loci ſorores alterum fundatorem cænobioli ſui appellare non dubitant.* Ita Bruſchius de Monaſt. German. cent. 1. fol. m. 83. cui totus aſſentitur etiam Fortunatus Hueber fol. 1329. ita ſcribens: Zu Unlingen/ einem Flecken in Schwabenland/ unter Riedlingen an der Thonau gelegen/ hat der dritte Orden S. Franciſci ſchon umbs Jahr 1427. ein Wohnung gehabt; deme hernach im Jahr 1461. den 1. Julii Herr Guilielmus von Erbach ſeine aigne Behauſung / weilen ſie zu einem Clöſterlein gar bequem/ und gar nahend bey der Pfarr-Kirchen geſtanden / geſchenckt hat. Item infrà fol. 1403. Unlingen hat umbs Jahr 1600. biß auff 17. Ordens-Schweſteren ſich ſorgfältig / arbeitſam und kümmerlich geſchwungen/ gleichwohl an Mitlen biß auffs Jahr 1635. ſo vil erhauſet / daß damahlen 14. Ordens-Schweſteren gar ruhig und wohl verſehen in dem Dienſt Gottes in ihrem Anno 1669. neuerbauten Clöſterlein ſich köndten auffhalten.

❋URSINENSE

URSINUM, *vel (ut nunc corruptè dicitur) Irſingum, olim Caſtrum eo ipſo loco conditum, ubi hodie S. Stephani templum in editiore colle conſpicitur: nunc verò Monaſterium Ordinis* (S. Benedicti) *noſtri amplisſimum ac pulcherrimum paululùm infra Kaufburnum oppidum Imperiale, non procul à vindice ſeu Wertachio amne in mediis denſisſimisque nemoribus ſitum: fundatum & locupletatum eſt anno milleſimo centeſimo octogeſimo ſecundo, regnante Friderico Barbaroſſa Suevorum Duce ac bellicoſisſimo Imperatore ab Henrico Marchione de Rumſperg & ejus filiis* (quorum breve ſtemma genealogicum affert Lazius de migrat. gent. lib. 8. fol. 407.) *Godefrido & Bertholdo & Irmelgarde filiâ in mediâ Eccleſiâ ibi ſepultis cum tali inſcriptione:*

Hîc generoſorum feliciter oſſa quieſcunt
à Rumſperg Comitum Bertholdi & Godefredi
Irmelgarde ſimul dilectâ cumque ſorore.
Hujus Cœnobii qui primi rite fuerunt
Auctores, verâ commoti religione.
Ergò Deo vivant æternâ pace fruentes.

Henricus fundator profectus cum Friderico Barbaroſſâ ad recuperandam terram ſanctam obiit Neapoli anno Chriſti milleſimo centeſimo octogeſimo actavo. Hic exceperat ex Wilbilde conjuge Godefridum primum filium, qui mortuus eſt Auguſtæ ſub cura Medicorum & revectus inde Utemburam, ibi honorificè eſt ſepultus. Poſteà ex Utenburâ ad Urſinenſe Monaſterium relatus, unà cum fratre Bertholdo honorifico Mauſolæo conditus eſt ſub Abbate ejus loci viceſimo tertio Paulo Nechario. Secundus verò filius Bertholdus Illuſtrisſimum totius Sueviæ ſpeculum obiit in quodam conflictu propè Rhenum iturus cum Ottone excommunicato Imperatore in Saxoniam. Irmelgardis autem filia nupſit Baro-

Baroni cuidam de Ultimis, genuitque Udalricum de Ultimis, magnum inprimis Urſinenſis Cœnobii Benefactorem, qui habitabat in Adelburgo Atheſinæ regionis caſtro.

Eſt in eodem Cœnobio celebris ſepultura Nobilium heroum à Bentzenaw Joannis Patris & Wernheri filii, qui vixerunt annum Chriſti circiter milleſimum quadringenteſimum, quadrageſimum. Item Joannis Equitis aurati, qui obiit anno milleſimo quingenteſimo decimo quinto & Georgii à Bentzenau, qui obiit anno milleſimo quingenteſimo triceſimo quinto, reliquitque filium Georgium Simpertum, eruditæ antiquitatis, & antiquæ eruditionis amantisſimum hominem, octodecim liberorum parentem.

Primus autem, qui locum hunc & monaſticâ diſciplinâ imbuit & Prioris clauſtralis titulo rexit, fuit Wernherus ex Isnenſi Cœnobio evocatus annum Chriſti circiter milleſimum centeſimum octogeſimum quartum. Is fretus auxilio Henrici Marchionis habitationem Fratrum eremum ibi in Isbergenſi nemore denſisſimo colentium è ſilvis tranſtulit in locum amœniorem; in montem videlicet Urſinum, idque factum eſt anno Chriſti milleſimo centeſimo octogeſimo quinto. Qui cùm ibi Monaſterium cum templo conſtituiſſet, ad Monaſterium ſuum Isnenſe reverſus eſt, cùm priùs primus loci illius Abbas inſtitutus fuiſſet Chuno ex Uttenburano Cœnobio evocatus anno proximè dicto. Is admonitus à Memgoſo fratre ſanctitate & prudentiâ conſpicuo (cui B. Virgo Maria in viſione præclarâ apparens prælectum à Deo Monaſterii conſtruendi locum demonſtraverat) tranſtulit Monaſterium è monte, in pedem & planitiem adjacentem monti idque in honorem B. Mariæ Virginis conſecrari voluit.

Itaque ſumptibus Henrici de Rumſperg fundatoris & Godefridi filii cœpit ædificare habitationem paulo ſplendidiorem antequam tamen ipſa perficeretur ipſe Chuno Abbas ex hac miſerâ ad beatiorem translatus eſt vitam Succeſſor autem ejus Rudolphus ex Ochſenhuſio adſcitus vir eloquens & doctus ædificavit Sacellum S. Nicolai, quod Paradiſum vocant, conſecratum ab Udalſcalco Epiſcopo Auguſtano anno Chriſti milleſimo centeſimo octogeſimo octavo ſecundùm alios nonageſimo quinto. Sepelivit etiam in eo Wernerum primum loci hujus gubernatorem & Chunonem Abbatem.

Is locus poſteà etiam Fratrum Monaſterii & Nobilium Laicorum ſepulturæ deſtinatus eſt & primus vir nobilis ibi ſepultus Waltherus à Basweyl fuiſſe legitur. Præ cæteris Benefactores hujus loci celebrantur vidua quædam nobilis & opulenta Domina Gertrudis, quæ poſt obitum Mariti ſui Henrici de Birckenried plura contulit ad Monaſterii hujus amplificationem, quæ in eodem Monaſterio humata eſt annum Chriſti circiter milleſimum ducenteſimum ſexageſimum nonum.

Poſt nonnullos etiam annos Conradus de Ramſchwag Advocatus hujus Monaſterii fidelis Eccleſiam Ingenriedenſem cum Jure Patronatus, & totam illam advocatiam cum omnibus ad eam pertinentibus redditibus tradidit huic Urſinenſi Monaſterio in liberam dotem. Plurima & graviſſima damna etiam hoc Cœnobium perpeſſum eſt eo tempore, quo Ludovicus Bavarus contra Fridericum Auſtriacum bella gerebat, quando omnia iſta loca cædibus ac direptionibus erant infeſtisſima. Ea damna diligentisſimè reſarcivit Conradus ſecundus hoc nomine Abbas non ſolùm bonus Oeconomus, verùm etiam Aurifaber, ſculptor & pictor egregius, qui ambitum Monaſterii primus lapideum fieri & concamerari curavit anno milleſimo trecenteſimo triceſimo quarto.

Cumque aliquot poſt annos ob negligentem imò prodigam adminiſtrationem ad extremam penè inopiam deveniſſet, Conradus Hauſanus Abbas inſtitutus anno Chriſti milleſimo trecenteſimo nonageſimo nono Monaſterium egregiè reſtituit, fratres revocavit, ac licet idem incendio univerſum periiſſet, non ſolùm id eximiè inſtauravit, ſed & turrim ac multa alia nova ædificia prioribus addidit. Id ipſum ſedulò etiam præſtitit ſucceſſor ejus Henricus Eſſeln, qui decem florenorum millibus villam Bayswil comparavit.

Rurſùm

Rursùm anno Chriſti milleſimo quingenteſimo viceſimo quinto die decimâ tertiâ Maji hoc Cœnobium miſerè vaſtatum & incenſum eſt , ſed operâ Petri Fendii Abbatis egregii inſtauratum. Quod ſucceſſor Paulus Mechorius ædificiis pulcherrimis & inſigni Bibliothecâ auxit & illuſtravit. Sub ejus tamen regimine anno Chriſti milleſimo quingenteſimo quadrageſimo ſexto rursùm ſpoliatum eſt hoc Monaſterium à Schmalcaldici fœderis aſſeclis. Cæterà inſigne eſt hoc Cœnobium, & vix ulli noſtri Ordinis tàm pulcherrimorum ædificiorum ſplendore, quàm eorundem ad uſum egregiè accommodatorum commoditate cedere videtur.

❋URSPERGENSE

URſpergum (Imperiale) *Cœnobium Præmonſtratenſis Inſtituti magnificum ad Mindulam fluvium in Auguſtanâ diœceſi medio ferè itinere inter Auguſtam Vindelicorum & Ulmam ſitum, fundatum & extructum anno Domini 1125. à Wernhero Comite de Schwabeck & Balzhauſen: cujus nominis caſtrū Schwabeck dictū duobus milliaribus à Munde Cheimio civitate Sueviâ abeſt, hodie prorsùs vaſtatum & inhabitatum Comitum à Schwabeck (qui ex regiâ ſtirpe Polonorum & Hungarorum nati feruntur) antiqua ſedes.* Hæc Bruſchius de Monaſt. German. cent. 1. fol. 165. qui & pauló pôſt ſubdit: *Sepeliuntur in hoc Monaſterio præter fundatores, nobiles etiam Barones Dapiferi de Höſſingen: nobiles reguli à Freyberg, Lichtenau, & Huſenberg &c. &c.* Singularem quoque hujus Cœnobii ſui mentionem facit Henricus à Lichtenau communiter Abbas Urſpergenſis appellari ſolitus: quondam in Aulâ Principum Imperii & vel maximè Cæſarum inclytus idem Anno 1240. terris defunctus in ſuo (quod à Nino Aſſyriorum Rege usque ad tempora Friderici II. continuatum typis Baſileenſibus An. 1569. prodiit) Chronico fol. 311. ita ſcribens: *Philippus* (è Duce Sueviæ Anno 1199. Romanorum Rex) *Eccleſiam Urſpergenſem obligavit titulo pignoris nobili viro Bertoldo de Neyſſen & filio ejus Henrico, quam poſteà Præpoſitus, qui tunc fuit, & fratres de poteſtate eorundem Tyrannorum liberaverunt, cùm tantam ibidem cœpiſſent exercere tyrannidem, ut nequaquàm poſſet Eccleſia conventualis exiſtere. Pro liberatione verò ſolverant ducentas marcas argenti. Hic modus obligationis & ſolutionis Eccleſiarum maximè Ciſtercienſis & Præmonſtratenſis Ordinis hactenùs inuſitatus fuit, & libertatibus privilegiorum ipſorum valdè contrarius, cùm conſtet, quòd priores Imperatores nullum tale jus ſibi vendicabant in Eccleſiis prædictorum Ordinum. Occaſio autem hujus rei dicitur fuiſſe, & narratur, quòd olim præſidente Grimone Præpoſito in Eccleſiâ Urſpergenſi regnante Conrado Rege & ſibi ſuccedente Nepote ſuo Imperatore Friderico propter reverentiam & auctoritatem præfati Grimonis, ipſi Imperatores nihil hujusmodi juris præſumpſerunt ſibi vendicare, præterquàm illud, quod pertinet ad dominium totius terræ, ut ſub protectione ſuâ eas ſuſciperent & privilegiis ſuis munirent & fideliter defenderent. Contigit autem, quòd mortuo prædicto Grimone Canonici Urſpergenſes elegerunt ſibi in Rectorem quendam de fratribus ſuis hominem nullius intelligentiæ aut valentiæ, & adeò hebetis eloquentiæ, ut nec verbum de ore ipſius, niſi cum difficultate poſſit intelligi. Cumque talis Prælatus coram inclytæ recordationis Imperatore Friderico comparuiſſet, ipſe cum totâ curiâ ſuâ ſprevit eundem, odioque ſui Nobili viro Degenhardo de Helfenſtein Procuratori ſuo per omnia regalia prædia Sueviæ injunxit, quatenùs perſonaliter accederet ad Eccleſiam Urſpergenſem, & de voluntate Fratrum in prædiis ipſorum ſtatueret extra Abbatiam & grangias ſtatutis, annuum, quod ſibi pro advocatiâ & defenſione ſolveretur, ut videlicet quilibet manſus ruſticanorum prædiorum ſolveret maltare unum avenæ, ut Officiales ſui equis ipſorum ex hoc haberent annonam, & ipſa Eccleſia ſine præjudicio omnis gravaminis imperialem haberet defenſionem. Hinc nactâ occaſione cum præfati Tyranni de Neyſſen tantillam penſionem ab Imperatoribus petere viderentur, ipſam Eccleſiam omninò ſubegerunt & deſtruere ſtuduerunt. Cæterùm Deus ultionum Dominus in primum hujus ſceleris auctorem præfatum videlicet Philippum vindictam exercuit, ut ſub gladio Tyranni caderet, qui primus Eccleſias*

ſias in poteſtatem Tyrannorum contradidit, perfidè nimirùm ab Othone Witelſpachio Bambergæ trucidatus An. 1208.

Sed, quod res eſt, ad ſingularem Urſpergenſis Monaſterii hujus gloriam & honorem præclarè facit, quòd S. Norbertus Archiepiſcopus Magdeburgenſis memorati ſacri Præmonſtratenſis Ordinis fundator adhuc in carne mortali degens ad primos ejusdem Inſtituti ſui alumnos ſæpedicto huic Urſpergenſi Cœnobio immiſſos aliquando (juxta conſtantem traditionem & certam annalium domeſticorum fidem) præſens inviſit, eisque utpotè Pater filiorum ſuorum amantiſſimus coràm dedit legem vitæ & diſciplinæ; quod fortè tùm contigit, dùm ſanctiſſimus Patriarcha iſte ſub annum 1132. in comitatu Lotharii Imperatoris in Sueviam noſtram deſcendit, atque Auguſtam Vindelicorum usque penetravit; ſiquidem iſthîc loci S. Norbertum aliquando fuiſſe præſentem conſtat ex vitæ hiſtoriâ à Joanne Schellenberger Soc. Jeſu 1645. typis Auguſtanis latinè in 8. editâ: quam citat Carolus Stengelius in Comment. rerum Auguſt. part. 2. cap. 31. num. 12. ſub his verbis: *Rebus nedùm in Italiâ confectis Lotharius per rebelles Germaniæ civitates, quarum non pauca ingenium detrectaverunt, deductis copiis Norbertum ceu auro inſertum adamantem à ſe nullo loco divelli paſſus eſt; jamque Auguſtam Vindelicorum devenerant, quæ civitas totius Rhætiæ facilè princeps, ex graviſſimis ac internecinis factionibus in armis erat. Hîc Norbertus ad cathedralis ædis limina (quæ magnæ parenti Virgini dedicata eſt) futuræ ſtragis probè gnarus, in genua procumbit, pacem Urbi populoque à Deo ſupplex precatus, deinde ad Symmiſtam converſus de imminente Urbis clade præmonitum jubet ſacrum pallium (Archiepiſcopi ſacrificantis decus) cæterorumque ſacrorum apparatum ſedulò (ne quid à profano milite detrimenti caperent) aſſervari. Alterâ mox luce adeò crudeliter in omnem ſexum ſævitum eſt, ut hauſto plurimorum ſanguine panſis in cœlum manibus in poteſtate Regis tùm eſſe vellent, poſtquàm ſuam amiſerant: damnoſâ pertinaciâ plerumque infelices exitus ſortiente &c.*

Temporibus noſtris celeberrimo huic Cœnobio jam à pluribus annis dignisſimè præſidet Reverendiſſimus ac Ampliſſimus Dominus Dominus Joſephus Dürr Auguſtanus S. R. J. Abbas Urſpergenſis, Imperialis Collegii RR. DD. Prælatorum Sueviæ Condirector inclytus: idem ſui Ordinis Monaſteriorum Roggenburgenſis diœceſis Auguſtanæ in Sueviâ, tùm Oſterhovienſis, Scheffclarenſis ac Neo-cellenſis trium iſtorum diœceſis Friſingenſis in ſuperiori Bavariâ Pater Domûs (uti vocant) ſeu Viſitator perpetuus & Ordinarius. Vivat! Perennet!

❋URSPRINGENSE

Urſpringen quondam Hamadryadum fontium Nympharum ſacrum, poſteà religione Chriſtianâ creſcente S. Udalrico & præcelſo monti Oliveti dedicatum conſtat. Porrò poſt Divi Benedicti Ordinis inſtitutionem, dùm in Monaſterio S. Georgii in Baccenſis ſilva ſingularis vigeret religio, Nobiles longè lateq; per Alemanniam fundantes Monialium Monaſterio, ipſæ, ut eſſent ſub Abbate S. Georgii procurabant, unde uſque hodie idem Abbas providere habet multis Monialium Monaſteriis non ſolùm in Sueviâ, Weſtrangiâ, Galliâ, Alſatiâ & Burgundiâ. Igitur anno Domini milleſimo centeſimo viceſimo ſeptimo, anno primo Lotharii Regis, qui Henrico V. Romanorum Imperatori ſuccesſit, tres milites nobilioris proſapiæ fratres germani, ſcilicet Rugerus, Adalbertus & Waltherus oppidi & caſtri Schelklingen poſſeſſores, & illius dominii gubernatores, tradiderunt pro ſalute animarum ſuarum Eccleſiam non parochialem Urſpringen, ſed exemptam Abbati S. Georgii, ut eidem Eccleſiæ annecteret Monaſterium Monialium, cui & decimas proventus & poſſesſiones legaverunt. Accepit ergò Abbas S. Georgii dictum locum & Monaſterium ibi inſtituit Monialium

alium præficiens ſororibus Magiſtram, quam ſibi ſubeſſe noluit, hocque Monaſterium adinſtar diſciplinæ, quæ ad S. Georgium ſervabatur, induxit, & multis annis ita ſervatum fuit. Dicitur autem, quod propter ſanctitatem ſororum miraculosè vinum in vaſis augmentatum fuit, & bladum quia pauperrimum erat primitùs Monaſterium &c. &c. Ita Felix Faber in Hiſtoriâ Suevorum lib. 2. cap. 13. fol. 292. cui pro ampliori dictorum confirmatione ſuperaddere quoque placet Bruſchium de Monaſt. German. cent. 1. fol. m. 173. de percelebri hoc Urſpringenſi parthenone taliter ſcribentem: *Urſpringum Monialium nobilitate generis conſpicuarum inſigne Cœnobium Conſtantienſis diœceſis, Ordinis verò Divi Benedicti milliare infra Ehingam Auſtriæ Principum civitatem & propè Schelklingum arcem & oppidum eorundem in amœnisſimo agro inter altisſimos montes ad limpidisſimas ſaluberrimasque gelidarum aquarum ſcaturigines ſitum: quarum author S. Ulricus Epiſcopus Auguſtanus bacillo eum locum percutiens & aquas eliciens fuiſſe perhibetur, à quibus idem nomen contigit Monaſterio, ut ad ſcaturigines vulgò dicatur. Id fundatum creditur initio temporibus S. Udalrici Epiſcopi ab ejusdem parentibus, poſteà verò auctum eſt à Germanis nobilioris proſapiæ militibus Rudigero, Adelberto Equite aurato, & Walthero Dominis de Schelklingen villâ & caſtro. Commendatum verò curæ & viſitationi Wernheri Abbatis in Monaſterio S. Georgii ſilvæ nigræ anno Chriſti 1127. primo ſcilicet anno Imperii Lotharii Regis, qui Henrico quinto ſucceſſit. Hi Domini dederunt nominatum locum Urſpringenſem cum Eccleſiâ ab annis anterioribus, ut eſt in diplomate in eo loco conſtructa Deo & S. Georgio pro animarum ſuarum remedio. Actum in villâ Ehingen. Poſteà cum miſerè vaſtatum eſſet Monaſterium ferroque & incendio deletum circa annum Domini 1250. à fautoribus Friderici Imperatoris pontificiæ ſedis acerrimi perſecutoris dedit paulò pòſt Pontifex Maximus Alexander quartus ingentia privilegia ad Monaſterii collapſi reædificationem tamdiu uſurpanda donec ducentarum marcarum ſumma conficeretur, ut habetur in diplomate, quod datum eſt anno quarto ſui Pontificatûs, hoc eſt Anno 1258. Duces Auſtriæ ſunt Monaſterii advocati & tutores. Primus fuit Rudolphus Anno 1360. Huic ſucceſsit Leopoldus Dux Auſtriæ Anno 1379. & fuerunt ſemper fidi tutores usque ad hæc noſtra tempora.*

Anno 1312. dono dedit Comes à Schelklingen Udalricus cum ſuorum filiorum Comitum Henrici & Conradi unanimi conſenſu S. Udalrico & honeſtisſimo Monaſterii Urſpringenſis Conventui liberè & absque omni impugnatione aut moleſtatione posſidendam aquarum illam inſignem ſcaturiginem, cui adjacet Monaſterium cum plenariâ piſcandi jurisdictione & poteſtate usque ad finem fontis dicti ad ſalices molendini vulgò Mühlin-felber. *Dedit item montis adjacentis Luzelberg dicti haud mediocrem partem & molendinum Schelklingenſe omnia cum ſummâ & irrefragabili poteſtate, & libertate posſidenda &c. &c.*

Benefactores hujus Monaſterii fuerunt Erhardus Baro à Königseck cum conjuge Dominâ Genesâ de Hirnheim. D. Wolfgangus à Lapide cum uxore Elyſa Comitiſsâ de Gundelfingen. D. Conradus à Lapide cum uxore, filiis & filiabus ſuis. Conradus Eberhardus & Henricus de Oeneburen anno Domini 1258. qui dotârunt quibusdam prædiis ſorores & Converſos habitantes in Monaſterio Urſpringen &c. &c. Et hæc ille loc. citato; cui ſuccedat hîc per nos adducendus tertius Cœnobii hujus Encomiaſtes Gabriel Bucelinus, cujus de ſæpedicto hoc Parthenone tale reſtat elogium ab ipſo prolatum in German. ſac. part. 2. fol. 91. *Urſpringen Virginum Benedictinarum nobili genere natarum illuſtre Monaſterium in diœceſi Conſtantienſi uno milliari ab Ehingen oppido ad amplisſimas aquarum ſcaturigines ſitum, fundatum à S. Udalrici parentibus Dilingæ & Kyburgi Comitibus, quod deîn Redigerus, Adalbertus & Waltherus Barones de Schelklingen inſigniter dotaverunt.*

Hodie jam à totis triginta annis & ampliùs nobiliſſimi Cœnobii hujus meriſſimâ diſciplinæ regularis nitelâ fulgidiſſimi, gratiſſimo item omnigenæ virtutis odore fragrantisſimi, nec non morum integritate ornatisſimi, tùm aſceſi perfectâ, doctrinâ ſanâ, modulationum item ſacrarum ſtupendâ prorsùs ſuavitate verè ſplendidisſimi lauda-

tiſſimam antiſticam agit Reverendiſſima ac Illuſtriſſima Domina Maria Gertrudis Schenckin è Baronibus à Caſtell Abbatiſſa verè dignisſima milleque titulis emerita: cujus clauſtrali regimini (ſub viſitatione Reverendisſimi ac Amplisſimi Domini Abbatis ad S. Georgium in Herciniis ſeu Villingenſis) ſubſunt Venerabiles ac Perilluſtres Domicellæ religioſiſſimæ ſequentes; Maria Franciſca Gielin à Gielſperg Prioriſſa: Maria Juliana Voglin Supprioriſſa: Maria Euphroſina Siesſin: Maria Mechtildis à Razenried. Maria Othilia Schenckin à Stauffenberg: Maria Anna de Renchingen. Maria Hildegardis Andtlerin ab Antelau: Maria Florentia Voglin: Maria Erentrudia Schmidin à Wellenburg: Maria Bonaventura ab Holzing: Maria Æmiliana de Schönaw. Maria Benedicta Im Hoff: Maria Fortunata à Schönberg: Maria Scholaſtica Reühlin à Meldeck: Maria Scholaſtica Voglin, & adhuc aliæ juniores octo: quarum omnium & ſingularum nomina pro meritis olim legenda mille votis exoptamus digito Dei ſcripta in libro vitæ fiat! fiat!

❋UTENBURANUM

UTENBURA *ſeu* Ottenbura *in Guntianâ valle ad Guntium amnem ſitum, olim oppidum & caſtrum Comitum Ilergoviæ, nunc verò Monaſterium præpotens ac pulcherrimum Ordinis S. Benedicti fundatum eſt ſub Honorio* (Paulo I.) *Pont. Max. duodecim Monachis in honorem Dei Opt. Maximi Principisque Apoſtolorum Petri invictisſimique Martyris Alexandri à Sylacho Francorum Duce Alemanniæ Præfecto ac Ilergoviæ Comite ejusque conjuge Ermiswindâ alibi Ermentrude anno Chriſti 764. Diploma primæ fundationis tale habetur in eo ipſo Monaſterio.* Anno Incarnationis Dominicæ ſeptingenteſimo ſexageſimo quarto Carolo Magno glorioſo Romanorum Imperatore ego Sylachus ex Alemanniâ vir nobilis ac præpotens, & uxor mea Erminswinda cum filiis noſtris Gosbetto in ſanctâ Viennenſi Eccleſiâ Epiſcopo, Tottone Clerico ſimul & Dagoberto Laico, in domate proprio, quod diviſum ac ſeparatum liberalisſimè à cunctis hæredibus contraximus & posſidemus in loco, qui vocatur Uttenburha ſecundùm Eccleſiaſticam inſtitutionem & Judicum leges in Dei nomine conſtruimus, atque fundamus. Omnia igitur prædia vel mancipia totamque familiam noſtram Omnipotenti Deo & Beato Apoſtolorum Principi, nec non invictisſimo Martyri S. Alexandro abhinc in legitimam ac perpetuam dotem pro incolumitate utriusque vitæ & pro remedio animarum parentum noſtrorum præfato Monaſterio delegamus eo pacto, eâque videlicet conditione, ut nulli homini liceat hanc donationem aliquatenùs infringere, aut unquàm commutare: ſed ad victum fratribus & veſtitum ſummo & vero Regi Deo inibi militantibus perpetualiter deſerviant. Si quis autem invaſor (quod abſit) aut Tyrannus hanc noſtræ donationis confirmationem irruperit, anathema ſit à Deo, & mors ſuper eum æterna veniat, vivensque in infernum per omnia ſecula cruciandus deſcendat. Amen. Amen. Amen. Hi ſunt teſtes, qui viderunt hæc & audierunt Canto, Hilti, Uleno, Landolphus, Fridebertus, Hagoldus, Rubertus & alii plures tam Nobiles quàm ignobiles.

Privilegium à Carolo Magno Romanorum Imperatore, & ejus conjuge Hildegarde datum Monaſterio Utenburano.

IN Nomine Dei Patris Omnipotentis & Filii & Spiritus Sancti. Carolus à Deo ordinatus Auguſtus Magnus Pacificus Rex Francorum, Imperator Romanorum gubernans Imperium &c. &c. Quoniam Principem ac defenſorem Eccleſiarum non facit Dominus, ne ejus ingrati videamur eſſe munificentiæ: ſervitium ejus augmentare, Eccleſias multiplicare, ſuper inceptis & conſtructis benè ac opportunè, ne poſthâc deſtruantur poteſtati regali convenit tuitionem impertiri: unde quidquid ad loca Sanctorum damus vel concedimus hoc nobis ad mercedis augmentum

tum vel ſtabilitatem Regni noſtri pertinere confidimus. Quapropter notum ſit omnibus Principibus noſtris & fidelibus qualiter nos ad petitionem dilectiſſimæ conjugis noſtræ Hildegardis illuſtris Reginæ Abbatem nomine Tottonem ex Monaſterio, quod vocatur Utenbura cella nova cum hominibus unà & rebus ipſius Monaſterii ſub noſtro mundiburdio & defenſione propter illicitas malorum hominum infeſtationes accepimus & retinemus. Igitur in præſenti die coram Principibus noſtris decernimus & præcipiendo præcipimus, ut nulli de Majoribus atque minoribus liceat prædicto Abbati aut hominibus ipſius Monaſterii tam ingenuis quàm ſervientibus, vel in rebus, quæ ad ipſam caſam Dei legitimè aſpicere videntur inquietare aut calumniam facere præſumat. Sed diximus, liceat eum unà cum jam facto Monaſterio ſub noſtrâ tuitione quietum vivere ac reſidere, ac ſi aliquæ cauſæ adversùs eum aut homines ipſius Monaſterii ſurrexerint, quas infra pagum cum fidelibus ſuis definire non potuerint, in præſentiam noſtram reſerventur, & ut omni Regno noſtro & fidelibus noſtris pateat, nos præfatum locum non avaritiæ vel quæſtûs, ſed pro amore Dei, & animæ ſalute atque defenſionis cauſâ in noſtram poteſtatem ſuſcepiſſe. Hinc à præſente die ac deinceps Fratribus ejusdem Monaſterii authoritate noſtrâ damus hanc licentiam & concedimus, ut poſt diſceſſum Tottonis Abbatis poteſtatem habeant inter ſe eligendi Abbatem: quem meliorem ſecundùm regulam S. Benedicti & aptiorem noſtro ſervitio invenire potuerint: nobisque & ſucceſſoribus noſtris præſententur, quatenùs regiâ ſublimentur authoritate & confirmentur. Inveſtitus ſiquidem per nos, liberum hunc ab omni exactione curiali vel munere permittimus abire. Conſecrationem & ſui Monachorumque concedentes, ubi à religioſis duntaxat Epiſcopis intra Provinciam ordinari poterunt, liberrimam habere. Ampliùs præſenti ſanè Abbati ejusque ſucceſſoribus Monachis & hominibus ac negotiatoribus præfati Monaſterii, qui à noſtrâ authoritate frequentia populi ad reliquias ſacras venientes inibi ſtatuimus, hanc libertatis gratiam concedimus, ut ubicunque in Regno noſtro ad negotiandum perrexerint, ſivè in civitates, vel in oppida, ſeu pontum navesque petant, ſive venientes ſeu redeuntes, ſine exactione telonii cum pace ſecuri transeant & pergant. Item placuit noſtræ providentiæ in Tottonis præfati Abbatis poteſtate ponere, ut Sapientum uſi conſiliis, ex his, quos inter potentes ſeculi noverint eſſe æquitatis & fidelitatis amatores eligant ſuis competentibus locis advocatos & defenſores, ſi opus habuerint: ſin verò nos noſtrosque ſucceſſores juſtisſimos & certisſimos defenſores habeant. Sed nullus hominum ſibi hanc poteſtatem præſumat vendicare, vel quaſi hæreditariam aut aliquo jure debitam invadere, niſi quem Abbatis & Monachorum conſultam approbatiora nolunt admittere: eo tamen tenore, ut poſt fidelitatem Regio jure nobis noſtrisque ſucceſſoribus Abbati tria juret Sacramenta. Primum, quòd ſecundùm poſſe & noſſe juſtus & utilis Advocatus in homines & res prædicti Monaſterii exiſtat. Secundum quidquid placitando acquiſierit, id eſt injuriâ Bannorum vel ſatisfactione temeritatum tertiâ ſibi parte retentâ duas reddat Abbati, & nullum advocatum vel exactorem præter ſe, niſi Abbatis permisſione conſtituat. Tertium, quòd nihil privati muneris vel ſervitii à quolibet loco ſive curte, ſeu à villicis, vel à Cellerariis quaſi ex debito & ſtatuto jure exigat, ac manſiones & pernoctationes uſpiam frequentare caveat. Ad unumquemque verò locum (quem Abbas ad placitandum ordinaverit) cum duodecim equis & totidem viris advocatus ſemel tantùm in anno adveniat, niſi pro aliquâ neceſſitate ab Abbate ſæpiùs advocetur, ac tunc pro loci qualitate ab Abbate honeſtè ſuſcipiatur & procuretur. Infra locum Monaſterii nullum placitum niſi rogatu vel voluntate Abbatis unquàm ſtatuat, nullum de militari familiâ ſine juſtâ ſociorum ſuorum deliberatione damnet, vel aliquâ injuriâ coërceat & offendat: qui militares vel alio nomine miniſteriales optimo jure perfruantur, quo Fuldenſes vel Augienſes potiuntur. Ampliùs nullum domûs ſervientem ſine conſenſu Abbatis ad judicium vel ad damnum cogat. Quando

autem hujus commiſſi vel in homines, vel in res (quod vulgò Ballmundt dicitur) extiterit: ſtatim ſine morâ & ſine præjudicio (niſi citò reſipuerit) advocatia cum omnibus commodis ſine ſpe recuperationis carebit. Et ut hæc firmiùs credantur & diligentiùs conſerventur, manu propriâ ſubter firmavimus & annulo noſtro inſignire juſſimus. Ego Ludebertus Archi-Capellanus recognovi & ſubſcripſi. Datum Incarnationis Domini anno ſeptingenteſimo ſexageſimo nono. Actum Moguntiæ in Pentecoſte. In Dei nomine feliciter Amen. Hactenùs Bruſchius de Monaſt. German. cent. 1. fol. m. 175. & ſeq.

Sed, quod amplius eſt, Patroni tutelares, imò vigilantiſſimi Præſides celeberrimi ac Imperialis Monaſterii hujus Uttenburani ſunt ac jugi devotione venerantur SS. Alexander & Theodorus ambo Martyres: quorum primus primùm immaniſſimi illius Chriſtiano-Maſtigis Maximini Romanorum Imperatoris caſtra militiamque ſecutus: alter verò imbellis adoleſcens teneram ſub matris cuſtodiâ vitam agebat, cùm innocens caput enſis abſcidit. Theodori corpus flammis addictum, ex quo ille Romæ loco totius Occidentis omnium celeberrimo fataliter occidit: iſte velut alter è proprio buſto Phœnix in Oriente ad immortalem gloriam exortus, poſtquàm apameæ famoſiſſimum inanium Deorum fanum flammis concubiâ nocte ſubjectis incendere, fictam eorundem Divorum matrem, unaque ſimul hujuſcemodi Deos exuere, & pro thure Gentilium Numinibus fumum dare magnanimiter auſus eſt. Rogatus facinoris & ſacrilegæ temeritatis cauſam, ſeſe ligna ſolùm, non Deos accendiſſe reſpondit: quapropter & ipſe in rogum abire juſſus eſt: quo & abiit, ſed feliciore fato ulteriùs in cœlos, ſpecialiter in id laudatus à Card. Baronio in Annal. Eccleſiaſt. tom. 2. ad annum Chriſti 304. num. 58. ubi ſic habet: *Eorùm, qui in Ponticâ regione pro Chriſti nomine ſunt martyrium aſſecuti præ cunctis celebratus à majoribus habetur Theodorus; quem Gregorius Nyſſenus pro concione laudavit. Hic enim divino quodam impulſu promptuarium Idololatriæ templum ſcilicet matris Deorum Amaſeæ in Ponto cùm inflammâſſet, diriſſimè tortus, demùm vivus incendio concrematur. Quam celebris illuſtriſque ejus memoria tùm in Oriente, tùm etiam in Occidente fuerit, notatione additâ ad Romanum Martyrologium ſuo loco monſtravimus.*

Integrum corpus, quod in cineres vertere flamma haud potuit ad famoſum illud Turgoviæ oppidum, cui *Epiſcopi Cella* nomen aliquandò delatum inibi repoſitum eſt, & in Collegiatâ S. Pelagii itidem Martyris ac totius Conſtantienſis diœceſis Patroni tutelaris Eccleſiâ congruo honore ſervatum: quod tamen inde (uti conſtans ſolida ac continua Majorum traditio habet) Theodori dimidium per S. Udalricum (aut fortaſſe per S. Widgarium Helvetiorum Apoſtolum Ottenburanum Abbatem & Epiſcopum Auguſtanum) Ottenbura lætanter accepit.

De ejuſdem S. Martyris in Monaſterium Ottenburanum tranſlatione recentiſſimum Chronico m. ſ. ſic habet: Gozbertus Viennenſis Epiſcopus, & Toto Gozberti Camerarius Clericus germani fratres, Sylachi fundatoris filii donatum à Romano Pontifice Martyrem acceperunt, Urbe eductum in patriam ſuam ad ipſum usque Monaſterium recèns erectum ſolemni pompâ Toto perduxit. Nec ſine miraculis hoc iter fuit ſenſum & naturam vincentibus. Sub ipſo quippè in Alemanniam curſu ad præſens Martyris corpus claudi perplures erecti, cœci clarâ luce donati, morbidi omni ſcabie perſanati, maligni paſſim genii ex humanis corporibus ejecti.

Illud inter cœtera memoriâ & admiratione dignum, quod Lucæ, quæ Toſcaniæ civitas eſt, accidit. Continuô & jam penè exitiali ſanguinis fluxu fœmina quædam laborabat, languebat, lugebatque & Medicorum opem fruſtrà poſcebat. Capitis ingens dolor augebat ægritudinem, cùm inſperatus hoſpes Sanctus Alexander à Totone in Germaniam tendente delatus eſt. Mulier ſpe omni, atque humanâ ope quaſi procul abeunte Martyrem adit: ſed adit ægrè, adit tamen, aut potiùs deportatur deſiderio plena tangendi feretri & ſpe ſalutis aſſequendæ. Propinqua jam

jam feretro Martyrem venerabunda ſalutat, precatur ſacrophago ſeſe applicat, & quod mireris à primo ſtatim feretri contactu vires redire ſentit, valetudinem reſtitui, abire dolorem, obſtrui & areſcere jam propè fatalem ſanguinis fontem. Gaviſa in tam ſubitâ mutatione, exſilit, & animo ac corpore valida propriis jam humeris feretrum attollit. Pallâ deinde ſericâ pictâ textitili pro munere inſternit. Id unum dolebat impar beneficio donarium dediſſe, ſtrictioremque eſſe nec Martyri penitùs tegendo. Dum hæret ad ſoſpitatoris ſui oſſa, & noctem in gratiis ac laudibus duxit, mirum dictu diducitur palla, & à cœlo divinitùs incrementa ſumit ſe ipsâ major longior latiorque evadit, & ſacrophagum nullâ jam penitùs omiſsâ parte totum undique & undique obvolvit, non ſecùs, ac ſi ex compoſito artifex concinnâſſet. Obſtupuêre, qui procurando avehendoque ſarcophago aderant, & Matrona ipſa gaudio, ſacroq; horrore plena Deum effusè laudans, virtutes Martyris totâ pasſim urbe *divulgavit.* Porrò dictum Pallium Anno 1525. in hoſtili direptione Monaſterii à ſeditioſis Ruſticis inter plura ſacra cimelia pariter abreptum, mirabili ſtratagemate recuperavit, atque ex manibus denuò ſurripuit F. Theodorus Salb pro tunc Diaconus poſtmodùm Prior Uttenburanus ac demum Rector ſpiritualis in Urſpringen. Anno 1585. die 4. Februarii piisſimè in Domino demortuus.

Pallam porrò eandem, & hanc ipſam ſericam etiamnùm in Ottenburanâ Eccleſiâ videre licet integram, & poſt tot ſeculorum lapſus ſuo necdum ſenio attritam. Pallium S. Alexandri nuncupatur, quod fœminæ, quibus aut menſtruus ſanguis defluit, aut caput doloribus affligitur, quotidiè ſubeunt. Martyrem invocant, abeunt ſanæ, prægnantes potiſſimum, quibus in partu abortio, aut periculum fuit, poſt talia vota feliciùs enituntur. Neque mulieres duntaxat iſta devotio, ſed viros quoque ſub hoc pallium tùm pietas tùm calamitas ſæpenumerò deducit.

Ferunt allatas primitùs Ottenburam ſancti Martyris reliquias, ſuaviſſimis Eccleſiam odoribus impleviſſe, fontemque liquidum ad primum ſtatim ſacri corporis adventum ex ipſo Monaſterii colle (quem hodie locum ſubterraneum S. Scholaſticæ Sacellum occupat) erupiſſe, qui ſalutaris lymphæ potu à vario languorum genere ægros quàmplurimos abſolveret.

Secuta dehinc crebra & quotidiana ad S. Alexandri ſepulchrum miracula, quæ dùm longè lateq; fama diffudit, ab authore & Martyre nomen eſt inditum loco; ut quamvis Apoſtolorum Principi Petro & Alexandro Martyri Fundatorum tabulæ inſcriberent, omiſſo tamen Apoſtolo Ottenburanum Monaſterium *Sancti Alexandri* diceretur. Poſterioribus ſeculis S. Alexandro S. Theodorus Martyr acceſſit, & ab illo etiam Monaſterio ſua inſcriptio videlicet *SS. Alexandri & Theodori in Ottenbeuren*, quæ etiam hodie perſeverat.

Abbates Ottenburani

à primâ Monaſterii fundatione ad hæc usque tempora vel ſanctitate, vel rebus geſtis, vel alio titulo celebriores.

S. Toto I.

HIc primus fuit loci Abbas Sylachi Fundatoris filius; Monaſterium excitavit, ſed & communi cum parente & fratribus operâ opibusque ac toto ſuo patrimonio cumulavit, vir ſtaturâ procerus, animi virtutibus omninò ſanctus, ſanctus inquàm, nam hoc illi nomen veterum monumenta tribuunt, quod vitæ integritas & miracula poſt mortem pepererunt. Idem S. Alexandri Martyris corpus Ottenburam (ut antè dictum eſt) ex urbe traduxit, & è Clerico Viennenſis Eccleſiæ in Galliâ Monachus electione fratrum Magnique Caroli confirmatione primus Ottenburæ Abbas evectus eſt. Munus nomenque virtutibus implevit. Et poſtquàm inſtructum religioſiſſimis viris Cœnobium S. Alexandri patrocinio, tùm Regali ac Imperatoriâ defenſione munivit, omnibusque numeris abſolvit ex hâc vitâ digreſſus ad ſuperos perrexit anno redemptæ ſalutis noſtræ 817. Calendarum Decembrium die 13. Vixit annos 80. Et ſi tempus ab anno (quo confirmationis

&pro-

& protectionis privilegium impetravit) Chriſtiano 769. dijudices, Monaſterio univerſim præfuit annos 48. Defuncti corpus Eccleſia propria recepit. Sepulchrum miraculis coruſcavit, quibus permotus longo pòſt tempore nimirùm anno gratiæ 1165. Iſingrinus Abbas ex ordine decimus ſextus poſtridie feſtum SS. Petri & Pauli è navi ejusdem Eccleſiæ ſub aram principem lipſana Totonis tranſtulit. Oſſa in ſaxum collecta tres pedes longum alio ſuperpoſito ſepulchrali lapide: quem Leonardus Widenmann Abbas Ottenburanus numero 42. poſtmodùm An. 1522. repertum (ſubmoto altari ſummo, & ſolo in areæ planitiem adæquato) in lucem extulit hiſce litteris ſeu verbis notatum

Notum ſit cunctis præſentibus atque futuris,
Hic tumulata Patris venerandi membra Totonis.

Porrò idem Leonardus exempta ſuo lapidi hæc oſſa pluribus aliis Sanctorum reliquiis addidit: quas tamen immaniſſimus tumultuantium ruſticorum Neo-Lutheranorum furor Anno 1525. ſacra æquè ac profana ſuſque deque ferens, ſacrario penitùs everſo ſarcophagis item raptis & effractis contumelioſè disjerit, ſed & huc illucque ſparſit ita, ut poſt expletam tantam efferorum agreſtium hominum rabiem ſegregari aut ſecerni ab aliis haud potuerint reliquiæ Totonis.

Milo II.

POſt fata Totonis à fratribus Monaſterii tota rerum gerendarum cura commiſſa fuit Miloni viro nobili ſolidâ in Deum pietate Prædeceſſori ſuo per omnia coæqualis. Ludovicus Pius Imperator Caroli Magni filius Milonem (uti Pater diplomate regio mandaverat) authoritate ſublimavit, confirmatumque in ſpecialem tutelam ſuſcepit. Longæva illius non minùs atque Totonis gubernatio & uno duntaxat anno ſuccinctior fuit ab anno nimirùm 817. uſque 864. producta.

S. Neodegarius III.

ALiis *Nitgarius* item *Nigarius* communiter appellatus uno eodemque anno in Abbatem ex Monacho, & ex Abbate in Epiſcopum Auguſtanum electus eſt Anno 864. *Vita hiſtoria* (inquit Welſerus in Sanctis Auguſtan. icone 10.) *dudùm excidit, ſanctitatis tamen memoria universè ad poſteros permanavit & reliquiis honor habitus.* Sæpecitatus Carolus Stengelius part. 2. cap. 11. diem obitûs Anno 869. die 15. Aprilis apponit, & ſat longum digniſſimi Præſulis iſtius encomium depromit. Sepultus ipſe Auguſtæ Vindelicorum requieſcit in templo SS. Udalrici & Afræ honoratus tali epitaphio: *Beatiſſimæ memoriæ requieſcit hic Nidgarius Epiſcopus. Omnes legentes orate, ut pius Deus illi miſereatur. Obiit beatus decimâ ſeptimâ Calendarum Maji.* Non tenuit duplicem manu baculum Neodegarius: ſed ſumpto epiſcopali Abbatialem Widegario monacho Ottenburano reliquit à fratribus in ſucceſſorem electo.

S. Widegarius IV.

SEu *Widegerus* & *Widogericus* alicubi nominatus ſub annum 864. in Abbatem delectus cùm in adminiſtrandâ Cœnobii Præfecturâ non ſine ſanctitatis famâ annis 24. præluxiſſet à Senatu cathedralis Eccleſiæ Auguſtanæ deſideranter expetitus, & in Epiſcopum electus eſt Anno 888. Poſt decennium in paſtorali munere plusquàm laudabiliter expletum ad Helvetios (id temporis adhuc ex magnâ parte idolorum culturæ deditos) fidei ac religionis propagandæ ſtudio profectus, quamplurimos ex illis ad ſacra Chriſtiana traduxit *Helvetiorum Apoſtolus* inde nominari promeritus: demùm apud Neophytos ſuos Chriſtianos Anno 902. mortuus & ſepultus dùm adhuc Epiſcopus ſimul & Abbas fuit Eccleſiæ Ottenburanæ præfecturâ nunquàm dimiſſâ.

S. Udalricus VII.

S. Udalricus Epiſcopus Auguſtanus ex conceſſione Othonis Magni Imperatoris Abbas Commendatarius Ottenburæ in diebus ſuis jam præſcius ſibi ſui corporis diſſolutionem propiùs imminere, Fratres ad certum quendam locum Utiuntinga ſeu Oettinga nuncupatum de eodem Ottenburano Monaſte-

naſterio Monachos convocavit,& quinam de futurâ Abbatis alicujus electione cum ipſis agere ac providè tractare poſſet, blandè eos ſic fuit allocutus: Eligite ex vobis unum ad Abbatiam, qui in Dei ſervitio utilis,& veſtris neceſſitatibus poſſit cautus inveniri. Si illum eligitis, qui mihi ad hoc placet, commendabo illi Abbatiam, usque in præſentiam Domini mei Imperatoris. Sin autem alium, niſi mihi placentem eligitis, non illi commendabo. Qui reſpondentes dixerunt, nominet nobis Sanctitas tua hunc, qui tuæ Dominationi placitus ſit ad electionem noſtræ unitatis. Tunc dixit eis: Rudingum fratrem veſtrum ad hoc nominabo miniſterium: quibus auditis, Fratres inducias poſtulârunt, donec ſimul loquerentur, ſi hæc electio cum omnium Fratrum conſenſu fieri potuiſſet. Cumq; in loco deſtinato collecti Fratres colloquia inter ſe habere cœpiſſent de præfatâ electione quibusdam Fratribus placuit,quibusdam diſplicuit. Sed tamen cum conſilio amicorum roborati, Epiſcopi voluntati parentes in unum coadunati Rudungum in Abbatem elegerunt, & cum eo ad Epiſcopum regredientes eorum electionem ei nuntiaverunt. His auditis, Epiſcopus aſſumpto baculo commendavit Abbatiam præfato Rudungo usque in præſentiam Imperatoris Othonis ſecundi, qui tunc in Imperio Patri ſuo æquivoco An. 973. ſucceſſerat, & illum commendavit ſuis Nepotibus & aliis ſuis fidelibus, ut eum Celſitudini Imperatoris præſentarent, & illis cum fide juvantibus ab eo hæc confirmarentur.

Hoc modo Abbatialem baculum Ottenbura recuperavit, in alias procul dubio manus iteratò devolvendum, niſi ſanctiſſimus Præſul Udalricus poſt obitum Adalberonis (qui fuit Ordine Clericus, atque ejusdem S. Udalrici ex ſorore nepos, ſpecialiter nominatus in vitâ hujus ſancti Epiſcopi apud Surium tom. 4. die 4. Julii fol. m. 89.) in tempore ſagaciter occupâſſet.

Bruno Augienſis Abbas ejusdem vitæ S. Udalrici ſcriptor recenſitum hoc ſancti Epiſcopi factum, ſanè heroicum refert inter opera miſericordiæ, quibus ipſe defuncti nepotis ſui Adalberonis animam eſt proſecutus, inter cætera (inquiens) miſericordiæ dona, quæ pro requie animæ ſui nepotis agebat,etiam Abbatiam Uttenbura dictam, quam ille, dùm viveret, in beneficium tenebat, ſibi adquiſivit, & tam diu tenuit, quousque ipſius ſtudio donatum eſt libertatis privilegio. Idem ipſum autem *libertatis privilegium* quod antè citatus Author Deliberationem appellat, non ſolùm liberam Abbatis eligendi poteſtatem continet, verùm etiam inſignem illam à queîsvis publicis ac communibus Imperii oneribus exemptionem, quam Otho Magnus Imperator de prævio Principum conſilio & aſſenſu Anno 972. ad inſtantiam Sanctorum Antiſtitum Udalrici Auguſtani & Conradi Conſtantienſis, Burchardi item Alemanniæ Ducis cœterorumque Germaniæ Potentûm ſæpedicto Ottenburano Monaſterio conceſſit. Ejus hæc Summa eſt: Othonem primum Imperatorem S. Udalrici impulſu S. Conradus Conſtantienſis Epiſcopus & Burchardus Alemanniæ Dux cœteriqui Potentes Alemannorum unâ cum S. Udalrico adierant, copiam & inopiam ac regionis duritiam Uttenburenſis Abbatiæ inſinuantes & ſupplicantes quatenùs Imperator pro Dei honore, & pro gratiâ ac meritis S. Alexandri Martyris ibi corporaliter quieſcentis præfatam Abbatiam ab omni regiâ ſervitute, id eſt ab expeditione regali & exercitiali & hoſtili clypeo, & à curiali itineratione, quæ non rarò in diſſitas etiam partes ad Imperatoris nutum obeunda fuerat, abſolveret, liberamque pronuntiaret. Ad quod reſpondit Imperator eorum nequaquam petitioni ſe conſentire velle, imò verò nec quidem poſſe absque communi Principum Regni conſilio, permiſſione, deliberatione atque diſpoſitione. Ergò in unum venerunt & conſenſerunt, nequaquam fieri poſſe ut prædicta Abbatia à regali obſequio divelleretur, niſi pars aliqua prædiorum abſtracta Imperatori ſub eâ conditione tradatur, ut à regali potentiâ Burchardo Alemannorum Duci, ſuisque ſucceſſoribus Alemannis Ducibus in beneficium concedatur, ſitque is in omnibus Regni negotiis ſemper & verbis & factis paratus pro Abbate hoſtes reipublicæ debellare, & quoties fit, expeditionem cum Imperatore movere: Præfatus verò Abbas liberè Deo cum Fratribus

tribus domi deſerviat. Conceſſit etiam tenore ejusdem privilegii Otho, ut Fratres poſt obitum Abbatis liberam & canonicam in alium electionem habeant, qui ipſi ejusque ſucceſſoribus præſentetur & regalia per ipſum accipiat, & ſic ab ipſo ſublimetur & confirmetur. Conſtituit inſuper & proprio quodam Reſcripto præcepit, ut poſt adeptam dignitatem, nihil muneris vel curialis exactionis ab Abbate penitùs exigatur, præterquàm quòd in ſignum & teſtimonium tantæ libertatis duos canes unius coloris ad Imperatoris honorem ad fores Aulæ in Ulmâ vel ad Auguſtenſis Curiæ portam conſtitutis ab Imperatore Venatoribus deferri provideat.

Atque hæc privilegii Othonici ſumma eſt & exemptionis oneroſo cum Imperio contractu ſatis caro empta, ſi oppida pagosque ſeu villas prædiaque in ipſo privilegio deſcripta expendas, quæ cum omnibus appendiciis, pro iſtâ libertate è dotalibus Monaſterii bonis abſtracta ſunt, & Imperio attributa; ſunt, autem ſequentia: Omintingen oppidum cum vico ſuo Tuncenesbero. Villa ſeu pagus Huſen: Villa Tietrichshofen: Villa Wigenhuſen & prædium in Walle: Inveſtitura Eccleſiarum Stainheim & Kirchdorff. Inſuper & Decima de pago Hylargowenſi de quibuscunque debitis, à Kirchdorff usque in Moſebrunge, quam de eleemoſynâ Caroli Magni Imperatoris Fratres præfati Monaſterii liberè priùs poſſederant. Hæc proin omnia, quæ tertiam facilè partem Bonorum Monaſterii tùm temporis conficiebant, regiæ manui prædictæ libertatis causâ, reſignata ſunt. Quam uti & cœteras libertates & dignitates & privilegia à prædeceſſoribus Regibus vel Imperatoribus Ottenburano Monaſterio, Abbati, Monachis, hominibus tam ingenuis quàm ſervientibus ac negotiatoribus quoquo modo conceſſa perpetuum vigorem obtinere, iisdem litteris Otho Imperator voluit & ſanxit. Et ne forſitan Advocatus aliquis aut Tyrannus ea, quæ Abbati Fratrumque uſibus deſtinata ſunt uſurpet ſibi aut vendicet; noverint omnes (inquit Magnus Otho) fideles noſtri ſicut Dominus Carolus primitùs magis pro defenſione quàm ſervitutis utilitate ſuſcepit, ita & nos ſtrenuiſſimos atque juſtiſſimos Rectores & defenſores eſſe. Editum eſt hoc libertatis diploma anno Incarnationis Dominicæ nongenteſimo ſeptuageſimo ſecundo. Die Calendarum Novembrium. In civitate Argentinâ.

Neque hîc omittendum, quòd ejusdem S. Udalrici temporibus in celeberrimo hoc aſceterio Ottenburano magnâ vitæ ſanctitate claruit B. Hatto Presbyter & Monachus pro conſueto hujus ætatis more Incluſi nomen ſortitus. Non genus huic clarum, non opes deerant, quas ingenti cum faſtidio abjecit. Et Eccleſiam quidem Benningenſis pagi haud procul Memmingâ diſſiti unà cum fundis appertinentibus ac prædiis Monaſterio Ottenburano donavit; ſeipſum verò vitâ & habitu mutato Fratribus (è quorum cœtu ac ſocietate jam in ordine ſacerdotali conſtitutus fuit digreſſus) in ſolitariæ cujusdam cellulæ ſecretum abdidit. Ædicula nimirùm in Auſtrali Ottenburenſis Eccleſiæ angulo permodicæ ſolùm magnitudinis ſtabat ſic ſtructa, ut præter feneſtellâ unicam recipiendis vitæ ſubſidiis apertam, nullum alibi lumen admitteret. Deorſum tamen effoſsâ humo in ſubterraneum quendam ſpecum ſeu cryptam gradus aliqui ducebant, ubi ſacrarium de S. Urſulæ ſodalitio ſacras Virginum Martyrum reliquias Majorum pietas arâ Ductrici illarum erectâ, condidit. In hanc igitur tenebroſam profundi ergaſtuli noctem ob Dei amorem Hatto volens lubensque ſeſe totum abſcondit, & ab ipſo Auguſtenſi Epiſcopo Udalrico incluſus eſt factus, uni jam Deo ac aſſiduæ rerum cœleſtium contemplationi conſtanter operam daturus; qui tamen in hoc ſeceſſu vitare non potuit, quin auſteritatis inſolitæ rigor mortalium curioſitatem ad novum virtutis domicilium evocaret attentis auribus accepturam, quæ divinus contemplator Sapientiæ monita ad vitæ uſum ex alto deduceret. Invidiam ea res diabolo movit, cui nihil eſt hominum ruinâ potiùs, & neſcio per quam rimam ad Hattonem orcinus hoſtis illapſus peſtem unà ſecum invexit. Virum, inquam, rerum omnium abdi-

abdicatione nudum inque ſui carceris anguſtiis cum extremâ priùs paupertate luctantem peculiaris cujuſpiam rei amoribus & interdictæ poſſeſſioni implicuit. Fecit Proprietarium; non tulit Monaſterii Præſes, ſed deprehenſo vitio indignans proprietatem, & Hattonem ſimul de ſuo receptaculo proſcripſit ejecitque. Atque hæc animadverſionis ſeveritas adeò profuit, ut ſanctiſſimis ætatem reliquam ſtudiis ad miraculorum usque gloriam Hatto poſt emendationem denuò recluſus excoluerit. Eum S. Udalricus ſingulari amore eſt proſecutus. Et tandem cùm ſanctiſſimus antiſtes jamjam moriturus egenos qualisqualis ſupellectilis ſuæ ex aſſe hæredes ſcripſiſſet, de veſtimentis, quibus proprium corpuſculum involvere aſſeverat, quoddam veluti extremi amoris pignus venerando viro tranſcripſit, quem (ut auctor vitæ inquit) ad Uttenburam in Dei nomine incluſit.

Hattoni *Incluſo* Bruno Converſus ſucceſſit *Incluſus* alter. Facilè hic Bruno â mundo & hominibus diſcluſus in cœleſtem Superûm familiaritatem penetravit, & miraculorum teſtimonio poſt Hattonem claruit. Ejus corpus unà cum venerandis ejusdem S. Hattonis reliquiis in Choro S. Michaelis, quæ extrema ad auſtrum Eccleſiæ tunc pars erat, compoſitum eſt, ne animo, virtutibusque & ſeveriſſimæ vitæ junctos tumulus disjungeret.

Tertium ſe duobus Bernoldus addidit Sacerdos. Hic in Fratrum contubernio, non minorem ſanctitatem aſſecutus eſt, quàm bini illi in ſeceſſu ſolitario. Demortui corpus propè Eccleſiam in ipſo aditu humatum eſt; deinde verò, ubi miraculorum ſplendore glorioſum Bernoldi ſepulchrum Deus reddidit, ab Udalſcalco Auguſtanorum Epiſcopo anno Chriſti 1189. quinto Id. April. in Chorum S. Michaelis ſummâ cum veneratione reliquiæ illius illatæ ſunt & Hattoni Brunonique appoſitæ. Nominum & ſanctitatis memoria plumbo commendata, & unà cum ſacris oſſibus conſervata eſt ad annum usque 1553. quo currente Caſparus Kindlmann Ottoburanus Abbas diruto S. Michaelis Choro ter-geminos iſtos Sanctos in capitulares ædes demigrare juſſit. Ædificii decor & nova amplitudo locum hunc ſeu Chorum de medio tollere coëgit.

Sanctarum Virginum inde elatæ de ſubjectâ cryptâ reliquiæ majori altari ſubditæ ſunt, & altare S. Urſulæ in oppoſitum ſeptentrionale latus opportunè tranſpoſitum, ubi etiamnùm viſitur, & templum ſubeuntibus ad ſiniſtram occurrit. Sanctorum autem, quos dixi, oſſa lateritio ſepulchro triplici thecâ diſtincto indita, & oblongo, ſed rudi ſolùm ſaxo tecta manent. Imagines & habitum in proximo Capituli pariete Pictor expreſſit, qui & hæc verba ſubſcripſit: *Sciendum in hâc qualicunque Ottenburenſi Domo poſt ejus fundationem à Sylacho Comite circa annum Domini 764. factam, multos præclaros Viros & ſanguinis nobilitate, & vitæ ſanctimoniæ opinione claruiſſe. Ex quorum numero poſt Totonem fundatoris filium, qui ſe & omnia ſua Bona huic Monaſterio tradidit, ut retinere poſſet, S. Alexandri Martyris ſacras reliquias & Rupertum Abbatem, quem cogitationes hominum divinitùs cognoviſſe tradunt; non minimos eſſe exiſtimamus. Hattonem & Bernoldum Presbyteros, nec non Brunonem Monachos, quorum primus & ultimus adeò rerum divinarum meditationi dediti fuerunt, ut ne ulla per ſenſuum evagationem ratione diſtraherentur, perpetuò ſe ergaſtulis includi voluerint, & ſic ab omni perturbatione ſemoti liberiùs Deo vacarent, ſeque viſitantibus documenta ſalutis traderent. Bernoldus verò, quia poſt mortem miraculis claruit, ab Epiſcopo Auguſtano Udalſcalco anno Domini 1189. ſingulari cum veneratione ex communi ſepulturâ, quæ fuit extra templum juxta ingreſſum in S. Michaelis Chorum translatus eſt. Poſteà cum templum reſtauraretur, horum Trium oſſa (ut Benefactorum & Deo ſingulariter commendatorum) Poſteritas huic ſubjecto lapideo monumento incluſa ex S. Michaelis Choro huc tranſtulit circa annum 1553.*

S. Rupertus XVII.

IS Anno 1104. è S. Georgio Hercinìano poſtulatus, & in Abbatem Uttenburanum receptus eſt. Sol & ſalutare ſydus. Hic primævo ſplendori ſuo Uttenburam reſtituit. Monaſterium (inquit pervetuſtum Chronicon m. ſ.) quod Adalhalmus cœpit deſtruere, iſte S. Pater

perfecit, & perfectum omni decore ac pictura advocatis à duobus Epiſcopis, Udalrico videlicet Conſtantienſi & Hermanno Auguſtenſi in feſtivitate Omnium Sanctorum fecit dedicari.

Conſecrato Monaſterio perſonas honeſtas de aliis Monaſteriis evocavit, nulloque deinceps nobilitatis diſcrimine, Ignobiles etiam, honeſto tamen genere procreatos, recepit, & ad virtutem, quæ ſola & unica animorum nobilitas eſt, ſanctiſſimè educavit, cùm tamen ante tempora S. Ruperti hujus nulli aditus erat quem non natalium ſplendor ſupra vulgi vilitatem poſuiſſet, at verò cùm Nobilium filii illuſtre genus in ipſo etiam virtutum domicilio fœdarent, ut virtuti locus fieret, Honeſtus quisque cum bonæ mentis comitatu admiſſus eſt. Nec defuêre tamen ab Illuſtri etiam ſanguine, qui ſub Ruperto Abbate religioſam vitam complecterentur. Inter hos Burchardus de Burchberg, unà cum filio ſuo Rudolpho, & Egilolphus de Rieden, Reinhardus & Albertus Urſinii nobiliſſimæ ſtirpis juvenes, germani fratres, è Ruperto Monaſterii advocato S. Ruperti promotore nati Irmengardis Urſinia, Reinhardi & Alberti ſoror, exemplum Fratrum defuncto marito ſecuta, nobilium fœminarum ſe cœtui ſociavit, quem S. Rupertus in vicinas quasdam Monaſterio ædes ad religioſæ vitæ culturam è ſeculo collegerat. His, etſi ſolemnibus nullis eſſent votis adſtrictæ, more tamen ac ritu ſacrarum Virginum cura fuit abdicato ſeculo & opibus, ſub S. Ruperti magiſterio, uni ſervire Domino, divinisque interdiu ac noctu laudibus incumbere.

Harum ſocietatem Adelhaidis quoque Illuſtris fœmina de Sontheim complexa eſt, quæ eodem S. Patre prædium ſuum, ut inquit vetus Chronicon, quod habuit in eâdem villâ, Capellam videlicet Beatorum Nicolai & Chiliani, & partem parochialis Eccleſiæ cum villâ penè totâ ſancto Alexandro contradidit, & ipſa, relicto ſeculo, ſe apud Ottenburanum Monaſterium includi fecit arctiſſimam vitam usque ad obitum ducens. Cognati Adelhaidis Egilolphus, Ulricus & Henricus fratres de Rieden Nobiles ægrè ferentes, ereptum Adelhaidis pietate tam amplum patrimonium ſibi cœteroquin hæreditario jure debitum eâ defunctâ repetere à S. Ruperto auſi ſunt, & Monaſterium infeſtare, nec ceſſare prius quàm deſiſtere infelix caſus Egilolphum adegit. Cùm enim, neſcio, quâ injuriâ abreptus, ad vindicandum quodam die exſiliret, & hoſtes ſuos ferro inſequeretur ad Suntheimenſem Eccleſiam, veluti ad aſylum, & ſacram aram eos confugere coëgit: ubi tamen ipſe nil motus religione loci perpetratâ cœde ipſum Dei templum, humano ſanguine fœdavit. Cujus facti tanta illum paulò pòſt pœnitudo ſubiit, ut abjecto penitùs ſeculari habitu ad Monaſterium Ottenburanum ſecederet, & non Adelhaidis duntaxat donationes ratas eſſe juberet, verùm duas inſuper in Ginz curtes optimas adjiceret. Mater etiam Egilolphi in fine vitæ converſa non ſine inſigni prædio piarum fœminarum Ottenburenſium familiam auxit, quibus Helcha Ruperti de Murſtötten filia, & ſe & Huobam unam addidit. Hunc in modum opibus auctum Cœnobium; viri nobiles fœminæque virtutibus. Monachi porrò ipſi Hirſaugienſium ſub Ruperto ſectati diſciplinam, à quâ Fridericus primus Imperator diplomate ſub annum 1171. conceſſo vetuit recedere, ſic inquiens: *Abbas & Monachi ibidem* (Ottenburæ) *Deo ſervientes à conſuetudine Hirſaugienſium, quam hactenùs habuiſſe videntur, declinare non præſumant, ſed in propoſito ſancti viri Ruperti Abbatis divinis orationibus inſiſtendo vigilanter perſiſtere contendant. &c.* Ubi obiter videas Abbatis Ruperti ſanctitatem ultra ſui Monaſterii limites jam tunc ad Imperatoris notitiam dimanâſſe. Librum integrum de vitâ & ſignis ab eo patratis conſcriptum, utinam cum multis aliis Ottenburano Monaſterio non abſtuliſſet temporum iniquitas! Ex codice m. ſ. quem de inventione & translatione Corporis S. Udalrici Marcus Welſerus edidit, relictum aliquod de hoc viro veſtigium ſubjicere licet: Erat in pago Ottenbura dicto temporibus felicis memoriæ Ruperti Abbatis quidam Dæmoniacus, qui univerſa Fratrum commiſſa in eodem loco commanentium quodam occulto Dei judicio

dicio prædicto Abbati revelabat, ſiquidem & ipſe Abbas quâdam potenti virtute imperabat Dæmonibus. *Quâdam ergò die cùm prædictus Dæmoniacus mitiùs haberet, & alterâ die juxta ſolitum torqueretur, ille Beatus Abbas, ubinàm loci fuerit percunctatur? at ille, in Orientalem, inquit, regionem properavimus, quendam de corpore exeuntem & innumeris obrutum flagitiis excipere volentes. Sed Udalricus Auguſtenſis Antiſtes, & Vitus Lucanus, qui diſcurrunt per omnem terram, magnum nobis impedimentum in acquirendis animabus facientes, etiam hunc monachali habitu per quendam religioſum inveſtientes noſtræ ſubtraxerunt poteſtati.*

Quoniam, inquit manuſcriptum vetus, ipſe Beatus vir (Rupertus) miraculorum eximius erat operator, quemadmodùm habetur in libro, qui de vitâ ejus ſcriptus eſt, populi multi locum ipſum frequentantes plurimas donationes illuc detulerunt, de quibus Dominus Sibotho, qui tunc Cuſtos erat Eccleſiæ, ſarcophagum argenteum fecit fieri, in quo veneranda Corpora SS. Martyrum Alexandri & Theodori, idem venerabilis incluſit Abbas cum multis aliorum Sanctorum reliquiis de illorum virtute in ſpiritu ſancto providens & prædicens, quòd propter Ipſorum merita & præſentiam locus idem ſit divinâ viſitatione ſemper illuſtrandus.

Obiit ſanctus hic vir anno Chriſti milleſimo centeſimo quadrageſimo quarto, decimo ſeptimo Calendas Maji, ætatis autem centeſimo vigeſimo primo, quod ſepulchralis inſcriptio iſtis verſibus atteſtatur.

Bis duodena inter (tot erant mihi) luſtra peregi
Octo, annumque pii Præſulis officium.

Unde neceſſum eſt, annorum jam ſeptuginta novem fuiſſe, cùm paſtoralem Baculum ſumeret, eundemque quadraginta & uno annis tenuiſſe.

Defuncti corpus lapidi incluſum, non virtus tamen aut ſanctitas, quæ per miraculorum famam emanavit. Concurſus hinc, & ab exteris etiam, quotidianus cultus: cauſa inſuper, ſacrum corpus ex humiliore, in quo primùm abſconditum fuerat, in anguſtiorem mediumque Eccleſiæ locum transferendi. Anno 1270. id factum facultate ab Hartmanno Auguſtanæ Eccleſiæ Epiſcopo acceptâ quadraginta dierum Indulgentiis additis, ſiqui ad annum translationis diem in Ottenburanâ Eccleſiâ cum devotione Divinum Numen invocâſſent. Item Wernerus Moguntinus Archiepiſcopus ſacris ſeptuaginta dierum Indulgentiis Translationem hanc proſecutus eſt.

Translatum S. Ruperti corpus in ipſo Eccleſiæ umbilico, effoſsâ humo, unà cum ſuo lapide in terram altè depoſitum eſt, eleganti inſtructo ſupernè inanis ſepulchri ſimulacro. Illo deluſi rebelles ruſtici Anno 1525. ſacrorum etiam oſſium hoſtes ultra primam vacui tumuli ſpeciem non penetrârunt, disjecto tamen & diſſipato toto opere, Templum ipſum admotis ter flammis comburere aggreſſi ſunt: irrito conatu, quòd Ruperti domum flamma violare non auderet. Caſparus Kindlmann ſopito ruſticani belli furore, Rupertum è medio templi produxit, & poſt trium dierum jejunia ſacramque ſynaxin cum Fratribus ſumptam, ſub medio Templi exterioris altari Sanctis Apoſtolis conſecrato in feſto annuntiationis B. Virginis condidit, ubi etiamnùm requieſcit.

Quadringenti ſeptuaginta quinque anni ab obitu S. Ruperti ad hanc usque Translationem effluxerunt; ſub quâ ſandalia integra toga inſuper monaſtica, communiter Floccus appellata, violacei coloris è filo ſerico contexta, adhuc integra fuit reperta. In tumbæ lapideæ latere hujusmodi verba legebantur inciſa

Hic eſt Rupertus Doctor Magnus.

Advocatum habuit S. Rupertus, Rupertum Urſinium, Reinhardi Urſinii filium, Ruperti Urſinii primi poſt Imperatores advocati Nepotem: à quo etiam è S. Georgii de Herciniâ ſilvâ Monaſterio Ottenburam traductus fuit. Eo demortuo Wernerum Comitem de Schwabeck Urſpergenſis Monaſterii fundatorem pro advocato elegit.

Joannes Iſingrinus XVIII.

ANno milleſimo centeſimo, quadrageſimo quinto electus eſt: Vir inſignis pietate, quem ex Auguſtano S. Udalrici Monaſterio erigendæ in Ottenburano Cœnobio regulari diſciplinæ S. Rupertus adſciverat, dignum, qui eidem in officio ſuccederet. Quæ à S. Ruperto religioſiſſimè inſtituta fuerant, Iſingrinus ivit propagatum. Viri fœminæque à ſeculo religionis causâ ad illum digreſſi, & ſe, & ſua Monaſterio donârunt. Inter hos Rudolphus, Adilbertus, & Luitfridus liberi homines ad converſionem venientes prædium ſuum in Schwinoberg contulerunt. Wittimarus miles in Röttenbach cum uxore & duobus filiis Monaſterium ingreſſus prædium in Uffhoven ſitum dedit, & Beneficium ſuum, in Schelmansſtaig reſignavit. Sigmarus liber homo pro ſuſceptione filiæ ſuæ Irmengardæ Huobam unam in Bergerſtetten addidit: Bertholdus Getinbrater & Wilmandus de Altorff cum uxore & filiis: Suigerus de Sumingen, Hartwicus de Rodt,& Harindus filius fratris Hartwici ad converſionem ab Iſingrino in Monaſterium recepti ſunt. Ita libri veteres affirmant. Modum converſionis è Cæremoniali Burſfeldenſium d. 4. c. 5. colligere licet, ubi Burſfeldenſes Patres, cùm Dominus Deus,inquiunt, omnes velit ſalvos fieri, nos etiam laicales perſonas,quæ ſe ſuosq; Monaſterio offerentes veniunt ad converſionē,ſuſcipere non abnuimus; quanquàm nec habitum, nec omnem Converſorum rigorem, acceptare conſentiant, dùm aliàs ſint bonæ famæ & ſufficientis ætatis & aliàs utiles.

Sub Iſingrino miraculis coruſcabat S. Ruperti ſepulchrum, quod Frater quidam *Salcho* nomine ſervabat. Provocata ſignis fidelium pietas multifaria donaria adferebat. Unde Iſingrinus muros ædificiaque Monaſterii inſtauravit: Bibliothecam inſtruxit,Eccleſiam vaſis, veſtibusque & campanis exornavit. Plura inſuper ſub Iſingrini regimine Monaſterio collata bona ſunt, quæ percenſere longum imò tædioſum. Feudatarios autem homines illuſtres: & nobiles, qui de Iſingrini manu feuda capiebant, numero viginti quinque ſubjicere placuit, inter quos Suevorum Dux Welfo primus: Gotfrid, Marchio de Rumſperg advocatus Eccleſiæ Uttenburanæ. Item Rupertus Comes frater ejus Illuſtris vir Hiltipoldus de Krumbach: Bertha de Byron, & Luitgardis filia ejusdem: Bertoldus nobilis vir de Wolfhartſchwendin: Conradus de Laubon: Bertholdus de Umendorff: Udalricus de Rieden: Albertus de Röttenbach: Degenhardus de Haillunſtein: Bertoldus de Trauchburg: Arnoldus de Biberbach &, Wilhelmus frater ejus: Conradus & Hartwicus Conradi Patruus de Rolle. Rudolfus & Bertholdus de Eckethan: Volckmarus de Suntheim: Helwicus & Conradus frater ejus de Walde: Udalricus de Aichelberg. Schwigerus de Traſclaichishofen. Sibotho de Bænningen. Omnes hæ perſonæ ſecundùm hujus ſeculi generationem ſpectabiles & ingenuæ.

Anno 1152. Iſingrinus cum Conrado Comite à Lüzelſtein Epiſcopo Auguſtano Romam profectus eſt. Iſingrini Comes, baculus fuit, quo S. Rupertus ejusdem angradiens nitebatur. Ecce autem, dùm ad quendam in Italiâ focum aſſidet Iſingrinus, & ſcipionem manu tenet, hic ſuâ ſpontè rumpitur, & disſilit in partes infandi ominis indicium: incendii ſcilicet,quo tunc Ottenburanum ipſum Monaſterium abſente Iſingrino flagrabat decimâ tertiâ Calendarum Maji ad idem prorsùs hocce momentū, quo S. Ruperti ſcipio diffractus eſt. Romam perductus Iſingrinus ab Eugenio Tertio Romano Pontifice protectionis Apoſtolicæ litteras impetravit.

Poſt Romanum hoc iter aliud Iſingrinus ſacrarum reliquiarum causâ Coloniam versùs iniit indeque ingentem ſacrorum oſſium theſaurum Ottenburam reportavit. In his de Societate S. Urſulæ ſacrarum quinque Virginum & Martyrum Patraliæ, Julianæ, Albinæ, Calbinæ Torpajadech integra corpora erant. Trium Balſadæ, Bobiliæ, Caraniæ dimidia. Præterea S. Binoſæ caput Virginis poſt Urſulam primariæ. Inſuper partes notabiles Tinaniæ & Sabariæ Virginum & Martyrum, aliarumque quarum nomina de terris ſublata deſcripta ſunt in libro vitæ. His adde reliquias S. Panafretæ, Balbiliæ, Euphemiæ, Anaſtaſiæ, Samibariæ, Euphroſinæ, Sabarianæ Virginum & Martyrum. Denique

nique S. Gregorii Epiſcopi & Martyris aliquas partes. De legione Thebæorum Gereonis, Exuperii & ſociorum Abundii, Clneatii, Florentii, Malusſii & Picoſii Martyrum.

In Monaſterium ab Iſingrino Anno Dom. 1167. quarto Nonas Maji illatus hic Theſaurus, poſteâ ſolemniter exceptus eſt 14. Cal. Junii tertiâ Rogationum feriâ, ſuccenſis facibus & ſacro perſonante cantu. Cum fratribus obviam processit vicinæ provinciæ Clerus, frequenti populo ſtipatus.

Enimverò Iſingrinus posſidere ſolus ſacrum hunc theſaurum haud voluit, ſed in plura templa particulatim dividere, ut illuſtrior Sanctorum fama eſſet & cultus. Igitur in ſeptuaginta vicinas Eccleſias eâ lege partitus eſt, ut tertiâ quâque feriâ Rogationum in annos ſingulos, præeunte, ut in processionibus ſolet, Cruce ad Monaſterium Ottenburanum accederent, & ſolemni translatarum reliquiarum cultui intereſſent. Id quod in hodiernum usque diem factitant, ſi aliquas Eccleſias excipias, de quibus & Crucem & pietatem Lutheri impietas ſuſtulit.

Conradus XX.

EX Priore Ottenburano electus eſt, & ſanctitatis famam vitæ integritate adreptus. Anno 1194. munus adiit regalibus Ratisbonæ ab Imperatore acceptis. Ruinam novo Præſuli minitabantur vetuſti parietes Monaſterii antiquitate coëmpti. Poſt triennium collapſi ſunt. Hinc novum à fundamentis Monaſterium exſtruere, tredecim annorum Conrado labor. Sed labor in fumum paulò pòſt abiturus, extructum quippè recens Monaſterium An. 1204. ab Ottone Friſingenſi Epiſcopo pridie feſtum S. Michaelis conſecratum Anno 1217. fortuitis ignibus in cineres redactum eſt. Fratres geminos, quorum alter laicus, Clericus alter fuit, exitialis flamma corrupit & exusſit.

Sifridus Auguſtanus Epiſcopus triennio pòſt, videlicet Anno 1220. datis ad Summum Pontificem Honorium litteris à virtute & religione Monachos commendavit, ob rapinas & violentias Laicorum, ob extorſiones, & indebita ſervitia advocatorum, & ob incendium denique, quo miſerabiliter locus crematus fuit, extremâ inopiâ conſtrictos.

Sub Conradi Abbatis regimine miraculum Deus in Euchariſtiæ Sacramento mirabilis in Monaſterii territorio edidit propè pagum Beningen nuncupatum, eumque uno milliari à Cœnobio Uttenburano & dimidiæ duntaxat hocce intervallo à Memmingenſi civitate disſitum; dum nempè ſub annum 1216. Molitori cuidam von dem Ried dicto, in die Cœnæ Domini ſacram de more hoſtiam Benningenſis Parochus porrexerat: quam ille ſacrilego de ore retractam & linteo involutam, domum de Eccleſiâ abſtulit ſecum. Cœnam deinde domeſticam ſub veſperum cum uxore adiit, eaque finitâ in campum ſeſe eduxit, quaſi ſub aperto cœlo vigilias acturus, & ipsâ nocte, quam Chriſtus inſomnem quondam egit, quâ in horto captus, ludibria, vincula, verbera, omniaque indigna à Judæis paſſus eſt. Hanc uxori cauſam ædibus excedens nebulo finxit vicino molendario ob fortunam magis propitiam diuturnâ invidiâ infenſiſſimus, quem etiam tali conſilio perditum ire ſtatuit. Sacram Hoſtiam linteo involutam vertatili rotæ in molendino vicini ſubjecit, ratus ab hoc facto divinam mox adfuturam iram, & vicini ædibus extremum malum. Exinde anno penè integro ad feſtum usque S. Gregorii Papæ Confeſſoris quarto Idus Martias ſacrum ſub rotâ ſic pignus delituit fruſtrà interitum expectante ſacrilegii auctore, qui moræ denique impatiens & irrequieto invidiæ ſtimulo agitatus, concubiâ nocte ſublatam de priori loco Hoſtiam ſub molarem ipſum lapidem tranſtulit penitùs obterendam. Tùm verò ſuppoſitus lapidi Chriſtus cùm jamjam in ſpeciebus ſacris comminuendus eſſet, vocem altè ſuſtulit, & hic ego molor Summum Bonum inclamavit. Audit molitor Domûs incola, & vocem ſecutus unà cum familiâ ad molarem lapidem fertur; movet lapidem, & ſacram Hoſtiam attonitis oculis ſuppoſitam lapidi videt. Videt ſcyphum inſuper non procul diſtantem ab Hoſtia. Exhorreſcit pavidus, Prætorem pagi evocat. Hic excurrit, inſpicit, ad parochum recurrit, qui mox indutus veſtem ſacram ad molendinum contendit. Eunti in media viâ ſcyphum & hoſtiam ſcypho inditam,

manu

manu ferens molitor occurrit, à quo ſacerdos ſcyphum excipiens dùm eximere hoſtiam & ſacratæ pallæ tentat imponere, en ſanguis ex Hoſtiâ die manans dexteram inundat, & undique totam cruentat, Myſtam honore implet: Ille verò veſtigia retrò relegens in Eccleſiam deportavit pieque veneratus Auguſtiſſimum in ſacrario Sacramentum repoſuit. Pœna horribilis molitorem ſecuta, qui ad invidiam charitatis pignore abuſus eſt. Nimirùm terra dehiſcens abſorbuit immanis ſacrilegii reum cum familiâ & domo, inque profundiſſimam voraginem ex hominum oculis cum totius viciniæ ſtupore ſubduxit. Juxta locum ſacellum extructum & venerabili Euchariſtiæ dicatum etiamnùm hodie viſitur, & in illo depicta ſceleratiſſimi Facti Hiſtoria. Sacello nomen inditum zu dem heyligen Gut/ ab illis nimirùm vocibus, quas à ſummo bono molaris ſaxi moles expreſſit. E pago in Memmingenſem Urbem poſteà translatum eſt hoc Euchariſtiæ miraculum, & ut celebrior cultus eſſet, in primario S. Martini templo locatum.

Fridericus AuguſtenſisEpiſcopus famâ excitus in capſam argenteam ſeu Monſtrantiam attollere manu propriâ decrevit, & fecit venerabundus. At non abſque novo miraculo, nam ut primò admovit ſacro pignori dexteram, ſanguis emanavit, & Friderici quidem digitos cruore, ipſum verò ſacrum antiſtitem horrore totum perfudit. Miracula â ſacroſanctæ iſtius Hoſtiæ contactu plurima ſubſecuta ſunt: ex pluribus unum ſic accipe. Anno 1446. fabri cujusdam ferrarii filius (teſtimonio Erhardi Wintergerſt Civis Memmingenſis in Chronico m. ſ.) in rivum, qui urbem perfluit, fortuitò prolapſus tenellam ſub aquis animam liquit: Exanimem puerum ad raſtrum usque & præſtructos molendino obices unda ſubvexit. Ibi eum mater plena luctu offendit, extrahitque, & ad ſacram protinùs aram Hoſtiamque accurrit. Delinitus puer pane vitæ ter ſancto ad contactum ſubitò revixit, & elatis clarè vocibus ſeſe vivere teſtatus eſt. Etiam ex ſcypho, quem ſupra diximus, ſalutari hauſtus fuit. Sed nos ad Conradum revertamur religioſiſſimum Ottenburanum Antiſtitem, qui Anno 1229. ſeptimo Calendas Auguſti poſt triginta ſeptem annorum Prælatum oculos clauſit. De illo ante annos plus centum videlicet 1521. R.P. Nicolaus Elenbog vir doctiſſimus & Monaſterii Ottenburani tunc Prior, ſcriptum reliquit, Chriſtum, qui cruci affixus ad Chori interioris limina pendebat, faciem aliorsùm priùs averſam ad hujus Viri recèns ſepulti tumulum convertiſſe, & eodem adhuc, cùm ille ſcriberet, oris habitu imaginem Chriſti Crucifixi fuiſſe conſpicuam. Hodie ſub altari B. Virginis ad ſeptentrionalem templi plagam quieſcunt Conradi oſſa, quò Caſparus Kindlmann Abbas tranſtulit.

Wilhelmus de Luſtnavv.

SUb hujus Abbatis regimine miraculoſa B. Virginis imago circa annum gratiæ 1466. inventa eſt in quâdam ſilvulâ non ultra dimidiæ horæ ſpatium versùs meridiem à Monaſterio diſſita. Imago inquam, quæ Divæ Virginis in Oelderen dicitur, ab arborum genere, quod eò loci ſuccreſcit.

Ab accolis culta tali initio fertur. Ajunt fœminam morbis affectam, quibus cùm nulla medicina eſſet, in ſomnis accepiſſe, ſi ſanari vellet, abiret in hanc ſilvulam ad Beat. Virginem in den Oelderen ſeu arbores alnos, Matris Dei ſtatuam, ſive in ſtatuâ effigiem quæreret. Abiit fide, & fiduciâ conceptâ repertamque ex voto ſtatuam, inque eâ B. Virginis imaginem, ut primùm piè venerata eſt, opem ſalutarem inveniſſe ſe ſenſit. Libera ab ægritudine rem evulgavit & viciniam famâ ac religione implevit. Hinc in cultu eſſe Imago cœpit. Et auxit miraculum mox alterum, quo reſtitutum puerulo lumen, quem oculo altero captum, mater Diezin cognomento dicta in eandem ſilvulam detulerat. Nicolaus Elenbog antè laudatus Prior Ottenburanus mulierem in ſomno accepiſſe ſcripſit, ut ad B. Virginem in Oelderen veniat. Quæ ad locum veniens & quandam ibi ſtatuam (vulgò ein Bildſaul) vel ipſam imaginem (in quâ ſine dubio erecta ſtabat B. Virginis effigies) inveniens adorabat & ſanitatem recuperavit. Poſt hoc miraculum Jodocus in Rittin ſacellum ædificavit, ad quod mulier quædam ædize (ut diximus) cognominata, reſidens

dens puerum altero oculo captum ducens, ſanitati reſtitutus eſt puer. Item calceator quidam vulgò magnus contra Eccleſiam B. Virginis ſclopeto ſagittans ſubitaneâ morte interiit. Sed & quotidiè complura fiunt in eodem loco miracula. Ruſticus quidam primo ſanatæ mulieris miraculo permotus ædiculam & ligneum è tabulis tectum ſtruxit, ſub eoque repoſuit; cùm autem primum hoc ſacellum admodùm anguſtum & vix Imaginis capax eſſet, aliud majus in templi formam & Piorum oblationibus conditum & Deiparæ poſteà dicatum eſt, ad quod è locis etiam longisſimè disſitis plurimi, feſtis præcipuè diebus ſanctisſimæ Deiparæ Virgini ſacris, ſine numero homines hodieque concurrunt, preces ac vota deferunt, opem ac ſolatium auferunt. Fulcra, ſcipiones ligneique pedes in ædiculam acervatim compoſiti teſtantur, quibus lentè huc adiêre, membrorum uſu & vigore deſtituti, recti alacresque abiêre, abjectis ſcilicet, & relictis iſtis adminiculis, quibus ultrà nil egebant.

Leonardus Widemann XLII.

Electus prædeceſſore adhuc vivente ſub annum 1508. inveſtitus eſt à Maximiliano primo, tertio poſt factam electionem menſe. Imperatoris Maximiliani nomine fidelitatis juramentum à Leonardo excepit Henricus à Liechtenau Auguſtanus Epiſcopus Dilingæ, Chriſtophoro à Stadion itidem Auguſtenſium Epiſcopo anno poſteà 1521. Imperatoris Caroli V. loco fidelitatis juramentum idem ipſe Leonardus præſtitit. Sed, quod res eſt, ſub hoc Abbate extrema omnia præter ignes à rebellibus ruſticis Ottenbura perpeſſa eſt. Excedere omninò & furori cedere coactus Abbas cum Fratribus, Domus inde in totum expilata & templum omnibus ad pulviſculum direptis. Intentatum incendium pecuniis ſopitum à principio.

Currente hoc ſeculo poſt depravatos è Lutheri diſciplinâ hominum mores, cùm vota religioſorum pasſim ſacrilego auſu ſolverentur, & nemo ſe adſtringeret locisque ſacris deſolatio ultima immineret, ne ſimul etiam ſcientia unà cum moribus peſſum iret, publici Studii inſtitutione Monaſteriis ſuccurrere viſum eſt quibusdam Sueviæ Prælatis ſeu Abbatibus & ſedem quidem Ottenburæ defigere. Religioſiſſimi antiſtites in hunc finem confœderati fuêre Campidonenſis, Weingartenſis, Ochſenhuſanus, Zwifaltenſis, Elchingenſis, Wiblingenſis, Urſinenſis, Donawerdanus, ſed vel maximè Ottenburanus. Directores delecti Campidonenſis & Ottenburanus. Profeſſores Scholaſtici pingui ſalario conducti, qui Græcas, Latinas & Hebraicas litteras, diſciplinasque Philoſophicas, Theologicas & Humaniores profiterentur. Inter hos fuêre D. Georgius Comerius. M. Joannes Gaza. M. Joannes Epp. M. Joannes Rabus. M. Michael Dornvogel. M. Joannes Salicetus. D. Martinus Viennenſis Theologus profundiſſimus. M. Udalricus Lavingenſis. M. Jacobus Günzer. Ex religioſis gemini Priores Zwifaltenſis & Blawburanus. Item P. Lucas Proel Ordinis S. Franciſci Theologus. Studiorum Præfectus fuit Caſparus Kindelmann Ottenburanus, cum quo P. Nicolaus Elenbog vir Græcè & Hebraicè doctiſſimus Prior Ottenburanus quotidiè ſcholas diſputandi gratiâ obibat. Verùm Bellona ſubſequens in exilium ejecit hunc cum omnibus ſuis Apollinem. Leonardus Abbas poſt multas funeſti belli clades vitam in ærumnis liquit Supplingæ, quod oppidum eſt ad Acroniani lacûs littora infra Uberlingam urbem imperialem ſituatum. Sepultus eſt ibidem Anno 1546. die 15. Novembris in parochiali templo quadraginta annorum Abbas. Ultimo triennio cùm ſeneſcentis oculos caligo quædam obnuberet Coadjutorem adſcivit Patrem Caſparum Kindelmann, qui anteceſſorem ſuum inſigni honore proſecutus eſt Ottenburæ quidem actis ſplendidè exequiis & erecto ſepulchrali marmore Süpplingæ verò anniverſariâ memoriâ conſtitutâ.

Caſparus Kindelmann XLIII.

Hunc in Helvetiâ mundo progenitum S. Gallus ad Benedictinæ diſciplinæ tyrocinium receperat. Enimverò cùm ob Religionis disſidia tota propemodum Helvetia armorum & tur-

barum fieret, vitæque ac ejectionis imminerent Monachis pericula, Caſparus â Sancto Gallo dimiſſus Novitiorum habitum ad Leonardum Abbatem Ottenburanum attulit, & ab eodem poſt exactum Novitiatûs annum ad ſolemnem votorum profesſionem ſuſceptus eſt. Magnâ integritate omnem à puero vitam excoluit. Abbas factus regalia à Carolo V. ſuſcepit: Monaſterium vetuſtate penè ſolutum novâ murorum firmitate ita ſolidum poſteris reddidit, ut novi fundatoris nomen meruerit. Mira rebus in adverſis & ultimis calamitatibus fuit viri magnanimitas, nec minor conſtantia, ac ſolida in Deum confidentia. Inter ipſos belli tumultus templum Deo ſacrum ſtruere aggreſſus, ad faſtigium unà cum geminis turribus eduxit ab hoſtium irruptionibus nullum diem ſecurus. Poſt annos regiminis 37. Caſparus ex hâc vitâ abiit Anno 1584.

Gregorius XLVI.

ANno 1612. mitram & baculum, regalia à Cæſare Matthia accepit. Conſiliarii titulo Ferdinandus II. Imperator Gregorium exornavit. Hic Benedictinæ Salisburgenſis Academiæ fundamenta jecit, ſubmisſis è ſuo Monaſterio Fratribus, qui in Urbe diſciplinas liberales ex Illuſtrisſimi Principis Marci Sittici Salisburgenſis Archiepiſcopi voto & voluntate publicè profiterentur.

Sanctorum etiam Ottenburanorum ac Patronorum numerum auxit receptis Româ, & per P. Franciſcum Cullotum S. Blaſii in Herciniâ ſilvâ monachum ſacerdotem impetratis S. Pontiani Martyris è cœmeterio S. Calliſti, S. Januarii Subdiaconi: ex cœmeterio S. Prætextati; & S. Mauri Martyris Diaconi S. Stephani Summi Pontificis ex viâ Latinâ integris corporibus, quæ Ottenburam Anno 1624. allata cum inſigni pompâ & populi frequentiâ excepit, & inter aliorum Sanctorum reliquias ſummo cum honore collocavit. Noviſſimè his tribus Anno 1674. acceſsêre ſancti Benedictus, Bonifacius & Victoria itidem Martyres pariter ex almâ Urbe donati & allati: de quorum actis in particulari nobis haud conſtat, benè tamen de quamplurimis aliis Chriſti Domini Deiparæque Virginis ac diverſorum Cœlitum reliquiis in ſæpememorato hoc Ottenburano Imperiali Monaſterio reconditis: quarum prolixus adeò (de Anno 1511. conſcriptus ac renovatus) ſequens extat.

CATALOGUS

I.

De Chriſto Domino Servatore noſtro.

DE Cunabilis Domini.
De lapide, ſuper quo natus eſt Chriſtus Dominus.
De lapide, cui inſedit Dominus in jejunio 40. dierum.
De lapide, ubi oravit Dominus.
De lapide, ſuper quem ſedit, dûm Chananæam orantem exaudivit.
De columnâ, in quâ flagellatus eſt Jeſus.
De foramine petræ, ubi Crux Chriſti fixa fuit.
De terrâ ſanguine Domini irrigatâ.
De monte Calvariæ.
De ſepulchro Domini.
De ligno S. Crucis pars magna.
De loco Aſcenſionis Domini.
De tunicâ Chriſti Domini.

II.

De Beat. Virgine Mariâ.

DE lacte (eſt terra alba lactis nomine ſic appellata, è ſubterraneo quodam loco, in quo Dei genitrix in Ægyptum profuga diebus aliquot delituit) Beatiſſimæ Virginis.
De cingulo & veſtimentis ejuſdem.
De crinibus ejuſdem.

III.

De SS. Patriarchis, Prophetis, & Apoſtolis.

DE S. Abrahamo Patriarcha & Patre credentium.
De Virga Aaronis Sacerdotis.

De

De S. Zacharia Patre Præcurſoris Domini.
De Capite S. Joannis Baptiſtæ.
De lapide, ſuper quo ipſe fuit natus.
De SS. Petro & Paulo Apoſtolis.
De S. Joanne Apoſtolo & Evangeliſtâ.
De S. Andreâ Apoſtolo.
De S. Thomâ Apoſtolo.
De S. Jacobo Majore Apoſtolo.
De tibiâ S. Bartholomæi Apoſtoli.
De SS. Simone & Judâ Apoſtolis.
De S. Mathiâ Apoſtolo.

IV.

De SS. Martyribus.

DE S. Stephano Protomartyre.
De ſanguine & lapidibus ejusdem.
De SS. Innocent. MM.
De S. Laurentii oſſibus & ſanguine.
De S. Georgio Martyre.
De S. Sebaſtiano.
De S. Dionyſio Ep. Auguſt. Martyre.
De S. Bonifacio Ep. & Martyre.
De S. Sixto Papâ & Martyre.
De S. Stephano Papâ & Martyre.
De S. Thomâ Epiſcopo Cantuarienſi.
De S. Cyrillo Epiſc.
De S. Donato Epiſcopo & Mart. & de Dalmaticâ ejusdem.
De S. Primo Epiſcopo & Mart. corpus integrum.
De S. Nicaſio Ep. & Martyre.
De S. Leonardo Ep. Mart. de Soc. S. Urſulæ caput integrum Coloniâ allatum.
De S. Gregorio Ep. Mart.
De S. Vincentio Levitâ & Martyre.
De S. Pantaleone M.
De SS. Alexandro, Eventio & Theodulo MM.
De S. Cyriaco Diacono M.
De SS. Gordiano & Epimacho MM.
D. SS. Joanne & Paulo frat. MM.
De S. Oswaldo Rege & M.
De S. Sigismundo Reg. & M.
De. S. Chryſogono M.
De S. Pancratio M.
De SS. Coſmâ & Damiano frat. MM.
De S. Adriano M.
De S. Pelagio M.
De SS. Gereone & Soc. MM.
De S. Vito Mart.
De S. Chriſtophoro Mart.
De S. Hippolyto M.
De S. Zenone M.
De S. Abundio M.
De SS. Mauritio & Soc. Thebææ Legionis MM.
De S. Caſtulo M.
De SS. Criſpo & Criſpiniano frat. MM.
De S. Alexandro Mart.
De S. Abdon. M.
De S. Quiriaco M.
De S. Smaragdo M.
De S. Juſtino M.
De S. Chiliano M.
De S. Maluſio Mart.
De S. Feliciano M.
De ſeptem frat. Machabæis MM.

V.

De SS. Epiſcopis & Confeſſoribus.

DE S. Gregorio Magno Papâ & Confeſſore.
De S. Silveſtro Papâ.
De S. Martino Epiſcopo Turonenſi.
De S. Hilario Epiſcopo Pictavienſi.
De S. Nicolao Epiſcopo Myrenſi. Item de oleo ejusdem.
De S. Udalrico Epiſcopo Auguſt. digitus. Item de cingulo ejusdem.
De S. Aurelio Ep. Confeſſ.
De S. Pantalo Epiſcopo Baſileenſi.
De S. Conrado Epiſcopo Conſtantienſi.
De S. Erhardo Ep. Ratisbonenſi.
De S. Burchardo Epiſcopo Herbipolenſi.
De S. Arbogaſto Ep. Argentoratenſi.
De S. Germano Epiſcopo Antiſiodorenſi.
De S. Hieronymo Conf. & Eccleſiæ Doctore.
De S. Benedicto Patriarchâ Conf.
De S. Columbano Abbate.
De S. Gallo Abbate.
De S. Ægydio Abbate.
De S. Caſtulo Conf.
De S. Theobaldo Conf.
De S. Euſebio Conf.
De S. Udalrico Conf.
De S. Mandalio Conf.
De S. Aureo Conf.

VI.

De SS. Virginibus, Martyribus ac Viduis.

DE comâ & capillis S. Mariæ Magdalenæ quibus terſit pedes Jeſu.
De oleo S. Catharinæ Virginis M.
De S. Margaretha Virg. & M.
De S. Agathâ Virg. & M.
De S. Felicitate matre 7. fratrum.
De S. Mariâ Ægyptiacâ.

De S. Pelagiâ Virgine.
De S. Balſadâ Virg.
De S. Babiliâ Virg.
De S. Clementianâ Virg.
De S. Julianâ Virg.
De S. Scholaſticâ Virg.
De S. Albinâ Virgine.
De S. Secundâ Virg.
De S. Afrâ Martyre.
De S. Hilariâ & Soc. MM.
De carne & pilis S. Eliſabet & tunicâ, in quâ fuit ſepulta.
SS. Patraliæ, Julianæ, Ralbinæ, Torpejadech Virginum & Martyrum ex Societate.
S. Urſulæ omnium iſtarum corpus integrum.
S. Balſadis, Bobiliæ & Caraniæ VV. & MM. ex eâdem Societate corpus dimidium.
De S. Timianâ & Sabariâ item Anonymis pluribus ex eâdem Soc. partes notabiles.
De S. Euphroſina Virg. & M.
De S. Sanibariâ V. & Mart.
De S. Balbiliâ V. & Mart.
De S. Anaſtaſiâ V. & Mart.
De S. Panafrera Virg. & M. &c. &c.

Anno 1435. quarto Calendus Octobris (quo dies annuæ Dedicationis memoria recolitur) è ſacrario templi furtim ablatæ fuerunt notabiles quædam (atque has inter una etiam inſignis S. Crucis Dominicæ particula) venerandæ Sanctorum reliquiæ, ut & nonnulla quoque cimelia ſeu ornamenta haud mediocri pretio æſtimata: quibus omnibus bigæ tumultuariò impoſitis fures temerarii muneribus ſacris iniquè ſatiati & onuſti contenderunt ea quantocyùs deportare ad vicinum oppidum Angelberg, virtute tamen divinâ præpediti inani ſolùm conatu huc illucque per vias & campos oberrârunt equis interim & jumentis pro ſceleſtâ rapinâ velociùs abducendâ nec flagris quidem ſeu crebrâ fuſtigatione ad carpendam viam ſeu progreſſus faciendos, compellendis; quâ rei novitate ſeu geſtorum ſerie Nobilis Dynaſta Wilhelmus de Rietheim ex caſtro ſuo Angelbergenſi vel eminùs conſpicatâ neſcio quid mali (ſed nec vanè quidem) ſuſpicatus confeſtim miſit apparitores ſuos ad captivandum hujusmodi prædones ſacrilegos: quibus poſt cognitionem cauſæ ad ſupplicium tractis & infami furcâ ſuſpenſis, quæcunque res ſacræ clandeſtinè ſubtractæ, in integrum fuerunt reſtitutæ.

Demùm de fonte S. Alexandri Tutelaris Patroni notandum hîc occurrit, quòd ſub ipſum tempus, quo ſacræ Divi hujus reliquiæ Uttenburam fuerunt allatæ, ille ſcaturire cœpit. Et quidem adeò certum hoc eſt, ut jam olim ante multa annorum curricula Majores domicelli religioſi ad laudem & honorem omnium Creatoris Dei & memoriam interceſſoris Martyris quotannis in ſolemni Horarum Canonicarum officio de translatione ejusdem S. Alexandri miraculoſi hujus ſalutiferique fontis originem gratâ mente eſt immenſo lætitiæ divinæ jubilo jugiter cecinerint (prout etiamnùm poſteri quoque fortiter canunt) antiphonas ſequentes: *In loco, ubi ſunt Reliquiæ ſacræ depoſitæ fons puriſſimus erupit: de quo ſuis adhuc fidelibus multa Dominus beneficia tribuit.* Item: *Hauſtus ſalubris aquæ hujus frigoreticis & quâlibet aliâ detentis infirmitate petentium fides certam ſalutem meretur.* Quod autem ſæpedictus fons S. Alexandri ſit ac fuerit ille ipſe, qui in ſupra memorato S. Scholaſticæ Virginis ſacello ſubterraneo ad hoc noſtrum usq; ſeculū emanavit, conſtans ac certa Majorum traditio eſt. Verùm R. D. Caſparus Kindelmann Abbas jam ſuprà laudatus extremâ quaſi neceſſitate (ſummoperè enim timendum erat, ne frequentiſſima illa undarum humorumque aquoſorum abundantia paulatim in ſubterraneo ſacello jam ſæpiùs memorato, cui S. Alexandri fons inerat, ipſum ſummi templi fundamentum dirueret, disſiparetque, ac ſi damnum quaſi irreparabile foret expectandum) compulſus ſollicitè curavit fontem illum terrâ glebosâ penitùs obſtrui. Ita tamen, ut ſi quis ex Abbatibus poſt annos ſucceſſoribus periculum ſubire velit, aut quemquàm demûm modum damnoſo hujuscemodi malo ritè medendo commodiorem invenerit ſæpedictæ ſcaturiginis Alexandrinæ venas aperire, ſed & hauſtu ſalubris aquæ realiter gaudere nullo negotio poſſit ac valeat. Sed, quod res eſt, hodie fons iſte in colliculo propè ſacellum S. Nicolai occurrit aſcendentibus ex pago in Monaſterium, quamvis non ampliùs tam ſalubris, ut olim, forſitan, quòd à tempore belli Suecici notitia & æſtimatio vel potantium fides utcunque defecerit.

Cœte-

Cœterùm quod recenſitas ex vetuſto Catalogo Sanctorum reliquias attinet, earum permultæ, tùm cum- tùm ſine nominibus hodieque piis ſpectatoribus videndæ monſtrantur, reliquæ verò in Eccleſiâ Monaſterii & ambitu ſacro reconditæ dicuntur; ac proinde nec de innumerabilium quaſi Sanctorum præſentiâ, nec de patrocinio efficaci, nec de ſingulari favore in totam fortè patriam circùm circâ ſituatam, ſed vel maximè in præclariſſimum iſtud Imperiale Monaſterium Uttenburanum hodie ſub laudatisſimo regimine Reverendisſimi ac Amplisſimi Præſulis ac Domini Domini Gordiani S. R. J. Abbatis inclytæ Congregationis Monaſtico-Benedictinæ in totâ diœceſi Auguſtanâ Præſidis dignisſimi &c. ſanè per omnia florentisſimum, feliciſſimum & apprimè reformatum ac religioſis moribus nitidisſimis coruſcum, quia & perſonis quà religioſiſſimis, quà doctisſimis oppidò refertum, ſeſe liberaliter extendente; hâc quoque ætate & tempeſtate licet.

UTTENBURANUM

HAbuit antiquitùs Ottenbura conjunctum ſibi nobile Parthenium: cujus Author (ut eſt apud Bruſchium de Monaſt. German. cent. 1. fol. m. 177.) fuit S. Rupertus Abbas Uttenbaranus ordine decimus ſeptimus Anno 1145. cœlis receptus, de quo loc. cit. ita legitur: *Addidit etiam & aſſumpſit in partem Monaſterii ſui nobiles Dominas: quibus eam partem habitandum dedit, in quâ hodie adhuc eſt Præfecti ſeu advocati Domus. Hæ Moniales opulentæ egregiè dotârunt hoc Monaſterium*: quod tamen quonàm tempore defierit, poſteri vel inviti neſciunt, præterquàm quæ de qualicunque ſtatu illius modernus Supprior Uttenburanus clariſſimus vir Plurimùm Reverendus Dominus P. Albertus Krez SS. Theologiæ Profeſſor noviſſimè perſcripſit ad me ſequentia: *De ceſſatione ſeu caſſatione Monaſterioli Sanctimonialium ad S. Nicolaum intitulati non conſtat quando vel quomodò facta ſit. Cauſa eſt, quòd ſemel ac iterùm antiquiora documenta noſtra caſuali incendio fuerint abſumpta; ex traditione verò habemus domicellas illas in ſeculari ſolùm habitu procedentes ſaltem pro ratione ſui ſtatûs ac temporis illius regulam S. Benedicti ſervâſſe, variis tamen tempeſtatibus jactatas & ad unam omnes terris demortuas non habuiſſe, quas ſibi ſubſtituerent, vel quæ ſuſceptam ſacratioris vitæ rationem propagarent. Ædes tamen & ſacellum, in queîs Deo ſervire ſolebant, etiamnùm extant cum fundatione, ſed ſolùm permodicâ unius vel alterius nedùm plurium ſuſtentationi minùs congruâ. Unde ſingulis ſeptimanis in ſacello illo leguntur tria ſacra, &c. &c.*

UTTENWEILERENSE

E*St medio itinere inter Marchtallenſe Monaſterium & Collegium Canoniſſarum Buchovienſe, Cœnobium quoddam* (diœceſis Conſtantienſis) *Eremitarum S. Auguſtini* Uthonis Villa *dictum in ejusdem nominis pago infra montem Suevum, quem vulgò corruptâ & abbreviatâ voce hodie* Buſſium *vocant: in quo præclara eſt ejusdem nominis arx Baronum* (hodie S. R. J. Comitum) *Waldburgenſium. Id Cœnobium fundatum eſt Anno Domini 1450. à Bertoldo, Conrado & Joanne Nobilibus viris de Lapide Equitibus auratis. Fundator Bertoldus in ipſo templi Choro ſplendidè ſepultus obiit An. Domini 1473.* Ita Bruſchius de Monaſt. Germ. cent. 1. fol. m. 83. nec plura, præter quæ tamen in tabulâ muro templi infixâ proſtat inſcriptio quædam ſequentibus litteris adornata: Die Stifftung diſes Gottshaus iſt beſchehen von Herren Berchtolden Ritteren im Jahr 1450. in der Ehr Gottes / Unſer Lieben Frauen gantzen himmliſchen Heers und beeder Himmels-Fürſten St. Peters und St. Auguſtins / aber erſt in Anno 1460. effectuiret / und im Jahr 1562. von beeden Gebrüderen als Mitſtiffteren confirmiret / folgends laut der Brieffen ſag vor Röm. Kayſeren / Königen / und der Ertzfürſtlichen Durchleuchtigkeit zu Oeſterreich uff ſein Herren Bertolden eyffrige Sollicitation in Schutz und Schirm genommen /

und mit vilen Freyheiten begabt/ und unter Johann von Stein ihrem Nachfolger ihnen zu Ehren widerumb renovirt worden.

Superſunt adhuc integræ (ut audio) litteræ fundationis à Nobili ac Strenuo viro Bertoldo antedicto de dato Sabbato Sancto Anno 1460. conſcriptæ: quarum vigore ſæpememoratus Dominus fundator novo hinc ſuo Monaſterio Uttenweilerenſi tradidit inter alia etiam Jus Patronatûs Eccleſiæ Uttenweilerenſis: Decimas item majores & minores; & quævis jura parochialia: ſolâ portione congruâ Parocho loci de illis ſervandâ & ſervatâ Molendinum inſuper, piſcinas ac omnes Decimas in Dattenberg, pecunias itidem (uti vocant) cenſuales plùs minùs 3000. flor. quibus omnibus addidit inſuper immunitatem à queisvis oneribus ſecularibus, perpetuis futuris temporibus quietè ac ſecurè tenendam & uſurpandam demptis ſolùm duobus maltaribus ſiliginis, & uno maltari avenæ; juxtà conſtituens in ſalutem animæ ſuæ vigilias mortuales ſeu Officium Defunctorum quotannis quater devotè perſolvendum cum duabus Miſſis feriâ ſecundâ & ſabbato quâvis ſeptimanâ de more cantandis.

Lit. W.

WAGENHUSANUM

BEnédictini Ordinis Monaſterium infra oppidum Stein ditionis Turgovicæ, in fundo tamen Sueviæ noſtræ fuit olim membrum Cœnobii apud Schaffhuſianos Omnium Sanctorum nuncupati tempore Henrici IV. à Sifrido ſanctæ memoriæ Abbate Schaffhuſiano ad honorem Cœlitum Imperatricis fundatum, & ab eâ *Cella Mariana in Wagenhauſen* cognominatum; hodie novi Evangelii Calviniani reformatione è ſacro profanum & ad profanos uſus converſum: cujus apertam mentionem injicit, dùm inter 26. Monaſteria ſuperiori durante ſeculo infra limites diœceſis Conſtantienſis Aſcetis Benedictinis ſubdita nominatim etiam *Wagenhuſanum* iſtud apponit Trithemius Abbas in ſuo Chronico Hirſaugienſi part. 2. fol. 347. quem librum dùm ſacer Chronographus iſte ſub annum 1514. finaliter abſolvit, aſceterium hoc religioſo Ordini ſuo ſalvum adhuc & integrum conſtitit, pòſt primùm à Novatoribus illis ſacrilegè profanatum & reliogioſis alumnis contumelioſè debellatis omninò direptum & annihilatum.

WAGENHUSANUM

ALiud paris nominis & Ordinis imparis tamen ſexûs domicilium nempè fœmininum, itidem furente hæreſi jam pridem abrogatum; quod in ſilvâ Herciniâ ab antedicto Abbate Sigefrido (ſatagente potiſſimùm Burcardo S. Eberhardi Comitis Nellenburgenſis Abbatiæ Schaffhuſianæ fundatoris nominati ſuprà filio generatione tertio, eoque paternæ ditionis hæreditario ſucceſſore proximo) tempore Pontificatûs Urbani II. novum à fundamentis conditum S. Vito Martyri ſpecialiter fuiſſe dedicatum apertè ſcribit Caſparus Langius tom. I. lib. 2. art. 4. §. 16.

WAIBLINGENSE

SEu *Weiblingenſe* Wirtenbergici Ducatûs oppidum in diœceſi Conſtantienſi & tractu ſeu valle (uti vocatur) Rembſianâ hiſtoricè deſcriptum à Zeillero in Topographiâ Sueviæ fol. 212. & ſeq. olim ante tempora Lutheraniſmi in oppidanis ſuis omninò Catholicum ſacræ familiæ Franciſcanæ hoſpitium benevolè conceſſit à RR. PP. Conventualibus inhabitatum, idque primis Seraphici Inſtituti hujus temporibus (teſte Fortunato Hueber) coætaneum: in quo ſub initium ſeculi decimi quarti claruit religioſus alumnus illius nominatus in Paralip. ad famoſum illud Chronicon Abbatis Urſpergenſis fol.

fol. m. 351. ſub his verbis: *Anno 1314. Mulier in oppido Weiblingen leonem peperit. In ſcriptâ Chronicâ Hermannus Minorata ſcribit. Et ego, qui hæc ſcripſi, præſens fui.*

WAIBLINGENSE

FUit antiquitùs iſthîc loci ſeu Waiblingæ fœmininum quoque paris Ordinis ſeu profesſionis domicilium tertiæ regulæ Franciſcanæ ſubditum, itidem cum aliis conditione paribus totâ Wirtenbergenſi provinciâ diffuſis jam pridem extinctum: cujus proin nuda ſolùm poſteris relinquitur memoria apud ſolum & unicum Zeillerum in Topographiâ Sueviæ fol. 213.

❋ WALDENSE

QUia nimirùm in ſaltu locatû, ita patriâ voce communiter *Wald* appellatum florentiſſimum id temporis de ſacro Ordine Ciſtercienſi Monaſterium Fœmininum diœceſis Conſtantienſis haud procul Mœskirchio noto Illuſtriſ. ac Excellentiſ. Dominorum S. R. J. Comitum Fürſtenbergenſium oppido diſſitum, idque regulari viſitationi Reverendisſimi Domini Abbatis Salemitani ſubditum; quamvis iſtud, etſi perperàm ſolùm Jacobus Manlius (ut & poſt ipſum etiam alii) Canoniſſarum ſecularium Collegium eſſe putavit in ſuo Conſtant. Chronico editionis Piſtorianæ fol. 714.

❋ WALDENSE

ALterum hujus nominis, fœminini quoque ſexûs ſodalitium, hoc tamen tertiæ regulæ S. Franciſci combinatum clauſtrale habitaculum in Conſtantienſi quoque diœceſi & ditione Illuſtriſſ. ac Excellentiſſ. Dominorum S.R.J. Comitum de Königseck aliquandò conſpicuum, at ſuperioribus annis moleſtisſimâ ſolùm cogente rerum penuriâ derelictum: de cujus ortu & interitu novum Chronicon Franciſcanum Fortunati Hueber ſic habet fol. 1368. Zu Wald im Schwabenland / nit weit von dem Städtlein Sulgow in der Königs-Ecker Herrſchafft gelegen / hat im Jahr 1521. Dionyſius Frey-herr von Königs-Eck ein Clöſterlein für die Schweſteren des dritten Ordens S. Franciſci geſtifftet / welches der Pabſt Adrianus VI. und der Coſtantzer Biſchoff Hugo für gut geheiſſen / und denen Obſervanten der Straßburger Provintz haben anbefohlen. Der Stifft-Brieff zwar ware beſchwärlich und unerträglich / jedoch haben die geiſtliche Ordens-Schweſteren durch ihre Heyrath-Güter und Schul-Arbeit die Sach ſo weit gebracht / daß ihr Clöſterlein zu Wald ſchon biß auff 12. Hauß- und Ordens-Genoſſen ertragen hat / und noch weiter an der Zahl wurde geſtigen ſeyn / wann nit im Jahr 1534. die Schwediſche Kriegs-Lärmen alle gute Anſchläg verhindert und zuruck geſchoben hätten. Et infrà fol. 1406. Zu Wald im Schwabenland / nit weit von der Herrſchafft Sulgow und zu der Herrſchafft Königs-Eck gehörig / iſt der dritte Orden S. Franciſci im Jahr 1521. zwar eingeführt / aber nit verewiget worden. Dann weilen weder die Herren Stiffter wolten zuhalten / noch die Zeit wohl günſtig ſeyn / und noch darzu in dem Jahr 1634. die Schwediſche Kriegs-Lärmen alles verwüſteten / haben ſie ihre Wohnung / welche zum höchſten biß auff 12. geſtigen / endlich im Jahr 1653. biß auff 2. Profesſinen und ein Novizin laſſen ſencken. Endlich im Jahr 1660. iſt viler wichtigen Urſachen wegen diß Clöſterlein von der Straßburger Provintz auff einen Augſpurger Capitel gäntzlich verlaſſen oder entlaſſen worden.

WALD-

❋WALDKIRCHENSE

COllegium Canonicorum ſecularium diœceſis Conſtantienſis in Waldkirch peregregio Brisgoviæ oppidulo celeberrimum fuit à primâ fundatione ſuâ parthenium regulæ Benedictinæ Cœnobium : de cujus initio Cruſius part. 3. lib. 6. cap. 12. ita ſcribit: *Anno 1419. obiit Domina Anaſtaſia Palatiniſſa de Tübingen Abbatiſſa Waldkirchenſis in Brisgoviâ Cænobii S. Margarethæ; & ante Dominicam ædiculam eſt ſepulta. Cui Cænobio anno 994. Otho tertius Imperator privilegium in Sasbach dederat anno Regni ſui undecimo, ut Abbatiſſa ejus loci eſſet in recipiendis hoſpitibus immunis. Erant ibi Sanctimoniales Benedictini Ordinis, ſitum in Brisgovienſi Comitatu Birchilonis fundatum à Duce Alemannicarum provinciarum Burchardo conſentiente uxore ejus Hedwige, translatum poſteà eſt in Collegium per Julium Cardinalem* (in Concilio Baſileenſi) *Legatum Apoſtolicum confirmante Sigismundo Imperatore Anno 1434.* Sed hic maximè notandum, quòd in Waldkirchenſi hoc Parthenio jam longè priùs antequàm ad Canonicos ſeculares locus devenit, diſciplina monaſtica in totum deſierit; nam, ut conſtat ex Bruſchio de Monaſt. German. cent. 1. fol. 18. Catharina à Stoſſelen Baroniſſa Ducalis Collegii Buchovienſis Abbatiſſa numero nona, jam anno gratiæ 1329. terris demortua, in diebus ſuis Buechovienſi ſimul & Waldkirchenſi Collegio huic tunc temporis meriſſimè ſeculariſato canonicè præfuit.

Poſterioribus annis loci hujus Præpoſitum egit Propheta non ſolùm in patriâ ſuâ ſed & in omni terrâ plurimùm acceptus & in gentibus nominatus Reverendiſſimus ac Illuſtriſſimus Dominus Dominus Balthaſarus Mercklin natus Waldkirchienſis J. V. D. Princeps & Epiſcopus Conſtantienſis ad inſtantiam Auguſtisſimi Cæſaris Caroli V. A. 1529. ad Infulam promotus, qui laudatiſſimè quidem, at modico ſolùm temporis ſpatio præfuit, dignitate tamen hâc & honoris faſtigio parùm fruitus poſt expletum unius anni decurſum vitâ vixit, dùm nempe pro ſubtilisſimo genio & præſtantisſimo more ſuo Cæſareâ legatione perfunctus inter hæc ex itinere ſuo Treviros delatus urgentibus fatis vel invitus ſubſtitit, & præter ſpem celeriùs evocatus ad plures abiit in collegiatâ Eccleſiâ Trevirenſis S. Simeonis intitulatâ reconditus ſub hâc Epigraphe: *DEO Opt. Max. Trino & Uni. Reverendisſimo in Chriſto Patri & Domino, Domino Balthaſari Mercklin à Waldkirch D. G. Epiſcopo Conſtantienſi & Adminiſtratori Hildesheimenſi ſub Carolo V. Imperii Vice-Cancellario & duorum Cæſarum aulas per Germaniam, Hiſpaniam & Italiam multis annis ſequuto: obeundis Conciliis Imperii & amplisſimis legationibus Juris utriusque ſcientiâ, conſilio, rerum gerendarum prudentiâ & authoritate ſingulari, tùm cæteris artibus gravisſimis amplisſimos honores adepto: liberalisſimo, & in omni fortunâ modeſtisſimo pientisſimoque conſanguineo & Mæcenati ſuo incomparabili Joannes Keck à Treveri. P. Vixit annis 52. obiit Treveri Anno 1531.*

❋WALDSEENSE

CEleberrimum noſtris temporibus in inclyto paris nominis oppido (cujus ſufficientem habemus deſcriptionem apud Zeillerum in Topographiâ Sueviæ fol. 211.) Waldſeenſi Canonicorum Auguſtinianorum Collegium diœceſis Conſtantienſis in ſuperiori Sueviâ S. Petro Apoſtolorum Principi dicatum. Excitavit hoc fundavitque Fridericus I. cognomento Barbaroſſa Romanorum Imperator, Dux Sueviæ &c. &c. Fuit etiam mox ab initio fundationis hujus de conſilio & conſenſu Ordinarii legitimè ſtatutum & ordinatum, quòd Præpoſitus Waldſeenſis cum univerſis ſubditis ſuis nullâ prorsùs teneatur obedientiâ ſeu ſubjectione diœceſanis Archidiaconis ſeu Decanis ſecularibus præſtandâ, ſed ipſis ſolùm Epiſcopis immediatè pareat, prout ampliùs noſcitur in ipſis primævæ fundationis litteris ad pleniorem rei geſtæ notitiam copialiter hîc apponendis: *Fridericus divinâ favente clementiâ Romanorum Imperator Augu-*

Auguſtus &c. Noverint omnes Imperii noſtri fideles, quòd nos de parochiali Eccleſiâ Waldſeo Collegium fecimus & Conventum Fratrum de Regulâ S. Auguſtini ibidem conſtituimus, cum hâc libertate, ut cùm Præpoſitura vacaverit, plenam Fratres habeant poteſtatem eligendi Præpoſitum Deo & hominibus complacentem. Factum eſt etiam conſilio & conſenſu Hermanni Epiſcopi Conſtantienſis quòd Præpoſitus loci illius & ſubditi ſui nullâ obedientiâ & ſubjectione teneantur Archidiaconis & Decanis: ſed tantùm ſuis obediant Epiſcopis &c. Præpoſitus Præpoſituram de manu Ducis Suevorum recipiat nec ullam habeat poteſtatem bona Eccleſiæ illius alienandi vel obligandi, quod ſi fecerit, in irritum reducatur. Dux Suevorum & Præpoſitus Eccleſiæ in Waldſee ipſum locum & bona ei attinentia manu teneant & defendant. Item ſi Miniſteriales corporis & animi compotes fuerint, & prædia ſua vel res mobiles eidem Conventui concedere voluerint licentiâ noſtrâ concedimus & firmamus, niſi fortè prolem legitimam habeant. Volentes etiam ut Miniſteriales hanc habeant poteſtatem, & ubicunque obierint & ſepulturam expetierint in eâdem Eccleſiâ ſine contradictione obtineant. Notum etiam eſſe volumus, quòd Miniſteriales de Waldſee ad Ducatum pertinent, & de conditione ſui juris nulli niſi Duci Suevorum reſpondere debent. Item ſtatuimus, quod Præpoſitus ejusdem loci nec jus nec poteſtatem habeat res & bona Eccleſiæ diſtrahendi nomine pignoris vel beneficii vel venditionis. Ut igitur hæc omnia rata & incommutabilia permaneant, præſentem paginam imperiali ſigillo juſſimus inſigniri & noſtræ Majeſtatis auctoritate corroborari ſtatuentes, ut qui præſenti privilegio obviare attentaverint, centum libras auri pro ſatisfactione componat. Hujus rei teſtes ſunt Bertholdus Epiſcopus Conſtantienſis, Everhardus de Waldſee & Conradus, Berchtoldus & Everhardus de Thanne, Bertholdus de Nieterhuſe: Henricus de Winterſtetten & alii quàmplures.

Signum Domini Friderici Romanorum Imperatoris invictiſſimi.

Ego Godefridus Imperialis Aulæ Cancellarius vice Chriſtiani Moguntini Archiepiſcopi & Archi-Cancellarii recognovi.

Acta ſunt hæc Anno Dominicæ Incarnationis milleſimo centeſimo nonageſimo primo Indictione decimâ quartâ regnante Domino Friderico Romanorum Imperatore glorioſiſſimo anno regni ejus triceſimo, Imperii verò viceſimo ſexto. Datum Ulmæ quarto Idus Maji feliciter Amen.

Eandem fundationem Waldſeenſem referunt etiam Bruſchius de Monaſteriis Germaniæ fol. m. 179. Cruſius in Annalibus Sueviæ parc. 2. lib. 11. cap. 11. ubi is multos Barones (hodie S. R. J. Comites) Dapiferos de Waldpurg in hoc Cœnobio ſepultos commemorat.

Anno 1259. Alexander IV. Pontifex Maximus Canoniam hanc Waldſeenſem multis ac variis communivit privilegiis, atque hæc inter à queisvis penſionibus Eccleſiaſticis ſignanter exemit, quam & in ſpecialem Sedis Apoſtolicæ protectionem recepit, geminis inde Bullis pontificiis à ſuâ ſanctitate in hunc finem clementiſſimè datis, quarum tenorem ſic accipe: *Alexander Epiſcopus Servus Servorum Dei dilectis filiis Præpoſito & Conventui in Waldſee Ordinis S. Auguſtini Conſtantienſis diœceſis Salutem & Apoſtolicam Benedictionem. Veſtræ devotionis meritis inducimur, ut vos ſpeciali gratiâ proſequamur. Cùm itaque Monaſterium Veſtrum, ſicut accepimus, propter guerrarum incurſus ſit in bonis temporalibus non modicùm diminutum. Nos propter hoc veſtris ſupplicationibus annuentes præſentium auctoritate Vobis indulgentes ſtatuimus, ut ad receptionem & proviſionem alicujus in penſionibus vel beneficiis Eccleſiaſticis non teneamini per literas Apoſtolicas, quæ de Indulgentia hujusmodi plenam & expreſſam non fecerit mentionem. Nulli ergò hominum liceat hanc paginam noſtræ conceſſionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Viterbii quinto Calendas Aprilis Pontificatûs noſtri anno quarto.*

Item: *Alexander Epiſcopus Servus Servorum Dei dilectis filiis Præpoſito Monaſterii in Waldſee & ejusdem fratribus tam præſentibus quàm futuris regularem vitam profeſſis in perpetuam rei memoriam &c. Religioſam vitam eligentibus Apoſtolicum convenit adeſſe præſidium, ne fortè cujuslibet temeritatis incurſus, aut eos à propoſito revocet, aut robur, quod abſit, ſacræ religionis infringat. Eapropter dilecti in Domino filii veſtris juſtis poſtulationibus clementer annuimus, & Monaſterium in Waldſee Conſtantienſis diœceſis,*

 in

in quo divino mancipati eſtis obſequio, ſub B. Petri & noſtrâ protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti privilegio communimus. Inprimis ſiquidem ſtatuentes ut Ordo Canonicus, qui ſecundùm Deum & B. Auguſtini regulam in eodem Monaſterio inſtitutus eſſe dignoſcitur perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter obſervetur. Præterea quaſcunque poſſeſſiones, quæcunque loca idem Monaſterium in præſentiarum juſtè & canonicè poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis præſtante Domino poterit adipiſci, firma Vobis veſtriſque ſucceſſoribus & illibata permaneant. Liceat quoque vobis Clericos vel Laicos liberos & abſolutos è ſeculo fugientes ad converſionem recipere, & eos absque contradictione aliquâ retinere. Prohibemus inſuper, ut nulli Fratrum veſtrorum poſt factam in Monaſterio veſtro profeſſionem fas ſit ſine Præpoſiti pro tempore exiſtentis expreſſâ licentiâ, niſi arctioris religionis obtentu de eodem loco diſcedere, diſcedentem verò abſque communi litterarum veſtrarum cautione nullus audeat retinere. Cùm autem generale Interdictum terræ fuerit, liceat vobis januis clauſis excluſis excluſis excommunicatis & interdictis non pulſatis campanis, dummodò cauſam non dederitis Interdicto, ſuppreſſâ voce divina celebrare. Chryſma verò, Oleum Sanctum, & conſecrationes altarium ſeu Baſilicarum, Ordinationes Clericorum, qui ad Ordines fuerint promovendi à diœceſano ſuſcipietis Epiſcopo, ſiquidem Catholicus fuerit, & gratiam & communionem ſacro ſanctæ Romanæ Eccleſiæ habuerit, & ex vobis voluerit ſine pravitate aliquâ exhibere. Prohibemus inſuper ut infra fines parochiæ veſtræ nullus ſine aſſenſu diœceſani Epiſcopi & veſtri Capellam ſeu Oratorium de novo conſtruere audeat, ſalvis privilegiis Pontificum Romanorum. Adhæc novas & indebitas exactiones ab Archiepiſcopis, Epiſcopis, Archidiaconis, Decanis, aliiſque omnibus eccleſiaſticis ſecularibuſvè perſonis à Vobis fieri omninò prohibemus. Sepulturam quoque ipſius loci liberam eſſe decernimus, ut eorum devotioni & extremæ voluntati, qui ſe illic ſepeliri deliberaverint, niſi fortè excommunicati vel interdicti ſint, aut etiam publicè uſurarii nullus obſiſtat, ſalvâ tamen juſtitiâ illarum Eccleſiarum, à quibus mortuorum corpora aſſumuntur. Decimas præterea & poſſeſſiones ad jus Eccleſiarum veſtrarum ſpectantes, quæ à laicis detinentur, redimendi & legitimè liberandi de manibus eorundem & ad Eccleſias, ad quas pertinent, revocandi libera ſit vobis de noſtrâ authoritate facultas, obeunte verò te nunc Præpoſito ejuſdem loci vel tuorum quolibet ſucceſſorum, nullus ibi quâlibet aſtutiâ ſeu violentiâ præponatur, niſi quem Fratres communi conſenſu vel Fratrum major pars conſilii ſanioris ſecundùm Deum & B. Auguſtini regulam providerint eligendum. Paci quoque & tranquillitati veſtræ paternâ impoſterum ſolicitudine providere volentes auctoritate Apoſtolicâ prohibemus, ut infra clauſuras locorum ſeu grangiarum veſtrarum nullus rapinam ſeu furtum facere, ignem apponere, ſanguinem fundere, hominem temerè capere vel interficere, ſeu violentiam audeat exercere, demùm omnes libertates & immunitates à prædeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus Monaſterio veſtro conceſſas, nec non libertates & exemptiones ſecularium exactionum Regibus & Principibus vel aliis fidelibus rationabiliter vobis indultas authoritate Apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti privilegio communimus. Decernimus ergò, ut nulli omninò hominũ liceat præfatum Monaſteriũ temerè perturbare, aut ejus poſſeſſiones infringere, vel ablatas retinere, minuere, ſeu quibuslibet vexationibus fatigare, ſed omnia integrè conſerventur eorum, pro quorum gubernatione vel ſuſtentatione conceſſa ſunt, uſibus omnimodis profutura. Salvâ ſedis Apoſtolicæ auctoritate & diœceſani Epiſcopi canonicâ juſtitiâ. Si quæ igitur in futurum Eccleſiaſtica ſecularisvè perſona hanc noſtræ conſtitutionis paginam violaverit, aut ſciens contra eam temerè venire tentaverit, ſecundò tertiovè commonita, niſi reatum ſuum congruâ ſatisfactione correxerit, poteſtatis honoriſque ſui careat dignitate, reamq; ſe divino judicio exiſtere de perpetratâ iniquitate cognoſcat, & à ſanctiſſimo corpore & ſanguine Dei & Domini Redemptoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine divinæ ultioni ſubjaceat. Cunctis

Cunctis autem eidem loco ſua jura ſervantibus ſit pax Domini noſtri Jeſu Chriſti, quatenùs hîc fructum bonæ actionis percipiant & apud diſtrictum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen.

Anno 1621. Privilegium mitræ Abbatialis & aliorum Inſignium pontificalium Venerabili ac Religioſiſſimo Patri ac Domino Michaeli Antiſtiti Waldſeenſi & ſucceſſoribus ejus authoritate Apoſtolicâ conceſſum, uberius explicat pontificia Bulla in id clementiſſimè data: cujus copia talis eſt: *Gregorius Epiſcopus Servus Servorum Dei ad perpetuam ei memoriam &c. Æquum reputamus & congruum, ut ea, quæ de Romani Pontificis gratiâ proceſſerunt, licet ejus ſuperveniente obitu litteræ deſuper confectæ non fuerint, ſuum debitum conſequantur effectum. Dudùm ſiquidem felic. record. Paulo PP. V. prædeceſſori noſtro pro parte dilectorum filiorum Michaelis Abbatis Monaſterii Canonicorum Regularium Ordinis S. Auguſtini Oppidi Waldſee Conſtantienſis diœceſis Provinciæ Moguntinæ expoſitio continebat, quòd, cum præfatum Monaſterium ſub Apoſtolicæ ſedis protectione receptum magno numero Religioſorum in eo degentium eorumque vitâ exemplari & regularis diſciplinæ inibi obſervantiâ admodùm inſigni illiusque Abbati & Capitulo pro tempore exiſtenti plures parochialis Eccleſiæ & nonnulla alia loca ſubjecta exiſterent, & in eâdem expoſitione ſubjunctum erat, quòd, ſi præfato Abbati uſus mitræ & baculi paſtoralium concederetur, ſanè decori & venuſtati dicti Monaſterii plurimum conſultum foret, exindeque divinus cultus & pietas fidelium incrementum ſuſciperet, quare pro parte tam Venerabilis fratris Jacobi Epiſcopi Conſtantienſis dictæ provinciæ quàm Michaelis Abbatis ac Conventûs præfatorum eidem prædeceſſori noſtro humiliter ſupplicatum, quatenùs in præmiſſis opportunè providere de benignitate Apoſtolicâ dignaremur; Idem prædeceſſor noſter Michaelem Abbatem ac Conventûs hujusmodi ſingulares perſonas à quibusvis excommunicationis, ſuſpenſionis & Interdicti aliisque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris & pœnis, à jure vel ab homine quâvis occaſione vel causâ latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſterent, ad effectum infradictorum duntaxat conſequendum abſolvens & abſolutos fore cenſens hujusmodi ſupplicationibus tunc inclinatus, ſub dato ultimo, quarto Calendas Octobris Pontificatûs ſui anno ſexto decimo dicto Michaeli Abbati ejusque ſucceſſoribus pro tempore exiſtentibus, ut mitrâ & baculo paſtoralibus, ſandaliis & chirothecis ac aliis pontificalibus Inſigniis uti, eaque deferre & geſtare, ac in dicti Monaſterii & Prioratuum ab eo dependentium ac parochialibus, ei, ut præmittitur, ſubjectis, nec non omnibus aliis Eccleſiis & domibus eccleſiaſticis, in quibus eum in pontificalibus celebrare contingeret, benedictionem ſolemnem poſt Miſſarum, Matutinarum, Veſperarum & aliorum divinorum officiorum celebrationem ſuper populum inibi ſupereſſentem, dummodò alius antiſtes ſeu ſedis Apoſtolicæ Legatus ibidem præſens non eſſet, & ſi præſens fuiſſet, ejus ad hoc accederet conſenſus Apoſtolicâ authoritate dandi facultatem elargitus eſt, nec non quaſcunque cruces, pallas, veſtes, capſulas, aliaq́ ornamenta & indumenta Eccleſiaſtica, nec non mappas, imagines, vaſa, thuribula, tabernacula, etiam in quibus Euchariſtiæ ſacramentum conſervabatur, exceptis tamen iis, in quibus ſacri olei vel chryſmatis unctio adhibetur pro Monaſterio, Prioratibus, parochialibus & aliis Eccleſiis, capellis & altaribus præfato Monaſterio ſubjectis hujusmodi illorumque uſu benedicere & conſecrare, nec non Eccleſias & cœmiteria, aliaque loca ſacra, dicto Monaſterio ſubjecta, injuriâ temporũ, ſeu ſanguinis vel ſeminis humani effuſione, vel aliàs quomodolibet pollutas per aquæ priùs ab aliquo Catholico antiſtite gratiam & communionem Sedis Apoſtolicæ habente, ut moris eſt, benedictæ aſperſionem & aliis ſolitis ſolemnitatibus & cæremoniis debitè ſervatis reconciliare liberè & licitè poſſet & valeret dicta authoritate perpetuò conceſſit & indulſit, eosque ſuper præmiſſis ac illorum occaſione à quoquam directè vel indirectè quovis quæſito colore vel ingenio moleſtari aut perturbari vel inquietari nullatenùs unquàm poſſe; irritum quoque & inane ſi ſecùs ſuper his à quoquam quâvis authoritate ſcienter vel ignoranter contingeret attentari, dictâ authoritate decrevit non obſtantibus præmiſſis ac piæ memoriæ Honorii III. & Alexandri IV. ac aliorum Romanorum Pontificum prædeceſſorum noſtrorum ac aliis conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſq́ contrariis quibuscunq́. Ne autem de abſolutione, elargitione, conceſſione, indulto & decreto præfatis pro eo, quòd ipſius Pauli prædeceſſoris noſtri ejus ſuperveniente obitu litteræ deſuper confectæ non fuerunt, valeat quomo-*

dolibet hæſitari, dictiq; Michael Abbas & Conventus illorum fruſtrentur effectu volumus & dictâ authoritate Apoſtolicâ decernimus, quòd abſolutio, elargitio, conceſſio, indultum & decretum Pauli prædeceſſoris noſtri hujuſmodi ſuum ſortiantur effectum, perinde, ac ſi prædeceſſoris litteræ ſub ejusdem dici dato confectæ fuiſſent, prout ſuperiùs enarratur, quodq; præſentes noſtræ litteræ ad probandum plenè abſolutionem, elargitionem, conceſſionem, indultum & decretum Pauli prædeceſſoris noſtri hujuſmodi ubiq; ſufficiant, nec ad id ulteriùs probationis adminiculum requiratur. Datum Romæ apud S. Petrum ſub annulo Piſcatoris die 14. Februarii anno milleſimo ſexcenteſimo viceſimoprimo Pontificatûs noſtri anno primo.

Anno 1685. die 23. Decembris ad regimen Canoniæ hujus Waldſeenſis vocatus & præ reliquis tiarâ præſulari dignior inventus communi ſuffragantium calculo religioſos faſces indeptus eſt Reverendiſſimus ac Ampliſſimus Dominus Michael hujus nominis quartus cognomento Gunz Acroniaco-Suevus patriâ Brigantinus modò mitratus Abbas congregationis Lateranenſis inter Waldſeenſes numero ſecundus idem feſtiviſſimæ inaugurationi Joſephi I. Regis Hungariæ Archiducis Auſtriæ in Auguſtiſſimum Romanorum Regem coronati cum pluribus aliis Germaniæ noſtræ Magnatibus Eccleſiaſticis adſtare delectus & conſpicuus honoris & boni publici ad majus incrementum ſacri Ordinis Canonico-Auguſtiniani magis ac magis jugiter augmentandi ſtudioſiſſimus; cui in id ſinceriſſimis votis exoptamus & apprecamur annos feliciſſimos fortunatiſſimos etiam poſt mille ariſtas duraturos.

❃ WALDSEENSE.

Floret in eodem Waldſeenſi oppido quoddam etiam Venerabile Cœnobium Ordinis Minorum S. Franciſci Provinciæ Tirolenſi ſubditum & appropriatum de quo Fortunatus Hueber fol. 737. affert ſequentia: Zu Waldſee einer Vor-Oeſterreichiſchen Stadt im Schwabenland/ hat ein guter Freund durch geheime Vertrauung ſo vil ausgerichtet / daß die Franciſcaner von der Tyroler Provinz im Jahr 1649. den 24. Brachmonath unter dem Provincial P. Iſidorus Kern mit Freud und Troſt ſeind eingeführt worden / und den 13. Weinmonath im Jahr 1656. dem Fürſten Franz Johannes Biſchoffen zu Coſtanz bey der beſchleinigten Kirchweyhe haben auffgewartet.

❃ WALDSEENSE

Fœmininum Tertiariarum Ordis S. Franciſci ſodalitium in eodem ſæpedicto Waldſeenſi oppido hodiedùm inclytum, jam Anno 1100. ac proin ante tempora S. Seraphici Patris exortum originem ſumpſit à tergeminis ſororibus uno patre & matre editis iisdemque vitam ac mores (prout mos ætatis illius ferebat) Beginarum devoto Chriſti famulatu ſectantibus; quibus aliæ & aliæ de virgineo pudore rectiùs ſervando magis ſollicitæ ſucceſſu temporis in Domino fuerunt conſociatæ; ac demùm tota parthenia domus hæc ſanioribus conſiliis inducta tranſivit ad Inſtitutum Pœnitentium ſeu tertiæ Regulæ S. Franciſci conquadratum jam ſeculo decimo tertio totâ Germaniâ noſtrâ ſed vel maximè in partibus Sueviæ latiſſimè propagatum; quod etiamnùm numero duodenæ iſthîc loci in ſanctâ pace congregatæ ſub curâ & regulari viſitatione RR. PP. Franciſcanorum Provinciæ Tirolenſis plusquàm laudabiliter ad unguem obſervant. Habent de cætero religioſiſſimæ domicellæ iſtæ Waldſeenſes Eccleſiam quidem propriam Beatiſſimæ Virgini Lauretanæ ſacram, quandoque tamen etiam parochialem frequentant: ad quam ipſis patet aditus perſonis ſecularibus incognitus. Gaudent porrò & exultant in Domino vel maximè de gratioſâ facultate toties quoties rem divinam adeundi & celebrantibus auſcultandi liberaliſſimè conceſſâ, juxta tamen dolent & oppidò triſtantur antiquiora domûs ſuæ monumenta triſti fato temporum ac bellorum jam pridem fuiſſe peſſimè diſtracta.

❀WALDSHUTENSE

WAldshut oppidum ex quatuor ſilvaticis unum propè Herciniam & Rhenum ſitu percommodo & eleganti ſatis perſpicuum de ditione auſtriacâ hodie dicaſterio Provinciarum anterioris, uti vocant, Auſtriæ honoratum, ac nominatum apud Zeillerum in Itinerario Germaniæ cap. 26. fol. m. 557. habet iſtud inquam Ordinis Minorum S. Franciſci RR. PP. Capucinorum Monaſterium, de quo ſimpliciter notanda (ut inde nuper accepimus) ſunt ſequentia.

Pluribus annis jam Waldshuti transeuntes in Briſgoviam & Alſatiam innotuerant Capucini. Præ aliis famoſa tranſeuntium benefactrix erat ſpectatiſſima Matrona nobilis Domina Margarita de Homburg nata Braiten-Landenberg, adeò, ut non niſi beneficæ matris nomine fuerit honorata: cujus propenſionem erga Capucinos diverſimodè hactenùs demonſtratam, ſibi gratiſſimam Deus miraculo teſtatus eſt, & ſignanter, dùm ipſa Domina Margarita ſat magnum vas ſeu dolium vini viris religioſis jamjam in eleemoſynam dandum usque ad ſummum replere ſagaciter intendit, jam priùs divinitùs abundantiſſimè repletum plusquàm attonita reperit, aliisque pluribus rependit Deus ipſi beneficiis, nam & eadem benefactrix fœmina totis 18. menſibus colico dolore fortiſſimè cruciata pleniſſimum ſanitatem recepit per invocationem P. Fidelis de Sigmaringen ſanctæ memoriæ Quardiani Veldkirchienſis ab hæreticis Calvinianis in odium orthodoxæ fidei (ut ſuprà dictum eſt) crudeliſſimè necati novo hujuſcemodi miraculo inde publicis tabulis legitimè comprobato. Oppidani igitur Waldshutenſes unicè peroptantes memoratos aſcetas Capucinos habere coràm & præſentes pro iſtis quantocyùs impetrandis licentiam effligitabant à Capitulo generali tùm opportunè Romæ coacto. Licentiâ proin Romæ facilè impetratâ zelabant cives Lauffenburgenſes & Waldshutenſes pro Capucinis, quilibet enim volebant habere honoris ac fervoris præcedentiam; lis autem ita dirimebatur, quòd ad utrosque deſtinati fuerint Patres Seraphici ac per iſtos pars utraque ritè placata. Waldshutenſes inſuper moræ impatientes omnibus viribus urgebant tunc fabricam.

Anno ergò 1654. die 14. Junii Dominicâ tertiâ poſt Pentecoſten Crux in fundo ante portam civitatis occidentalem erigebatur; quo die primus etiam fundamentalis lapis ponebatur â Reverendiſſimo ac Ampliſſimo Domino Franciſco Abbate San-Blaſiano hujuscemodi commisſione Reverendisſimæ amplitudini ſuæ authoritate Ordinariâ pro tunc demandata. Et factum eſt ita eodem die etiam Lauffenburgi.

Alacriter poſthæc deſudatum fuit in ſtructurâ, quam ſuâ liberalitate perquàm ſtrenuè promovebant in primis Prænobilis Dominus Franciſcus Ludovicus â Roll Dominus in Bernau & Ganſingen & conthoralis ejus Prænobilis itidem Domina Maria Agnes â Schönau: cujus utriusque piâ liberalitate mox ab initio faciendæ ſtructuræ (præter erogationes ſubſequentes vecturas item & materialia) numerati fuerunt coràm in paratâ pecuniâ mille floreni. Venerunt etiam in partem fundationis altefatus Abbas S. Blaſii, Illuſtrisſimus Dominus Franciſcus Ludovicus Comes â Sulz Landgravius Kleggoviæ &c. nec non ipſamet communitas Waldshutenſis & ruſticelli loco vicini: quorum omnium liberalisſimo ſubſidio nova Waldshutenſis Eccleſia citiùs quàm Lauffenburgenſis An. 1659. finaliter fuit abſoluta dieque ſeptimâ poſt Pentecoſten ſolemniter conſecrata in honorem S. Antonii Paduani Confeſſoris ipſomet inaugurante loci Ordinario Reverẽdisſimo ac Celſisſimo Principe ac Domino Domino Franciſco Joanne Epiſcopo Conſtantienſi &c. &c.

Hæc inter Religioſi Patres indefeſſâ operâ jam ſtudebant pro poſſe compenſare; nec defuêre intento occaſiones, cùm Capucini ſecreti ſpiritualis tribunalis Judices per ſingulos annos triginta millia pœnitentium plùs minùs expediant. Adhæc concionando & aliis piis ſervitiis fructum afferant de anno in annum ſanè copioſiſſimum.

Ex potioribus Venerabilis Conventûs iſtius Waldshutenſis Benefactoribus in diebus ſuis primarius extitiſſe perhibetur Reverendiſſimus ac Illuſtriſſimus Dominus Dominus Joannes Franciſcus à Schönaw piisſimæ memoriæ Princeps & Epiſcopus Baſileenſis ordine ſeptuageſimus ſecundus electus die 18. Septembris Anno 1651. cujus laus & quidem ſat magna eſt in Baſileâ ſacrâ fol. 417. qui & ad ſinceram ac perpetuam gratioſæ benevolentiæ ſuæ conteſtationem exanime corculum ſuum in Waldshutenſi hoc Capucinorum templo recondi voluit hujusmodi ſepulchrali inſcriptione debitisſimi honoris & reciproci amoris ergò eidem appoſitâ

Heus Viator!
Breve Momentum de Monumento
non pravi momenti
Joannes Franciſcus
E nobilisſimâ Schönawienſium proſapiâ
Virtuti natus
Cujus Circum Maximum Romæ emenſus
ad honoris adyta
Per Decanatum Eyſtettenſem & Præpoſituram Baſileenſem
Hujus
Epiſcopus
Primum vivens
Deo, Deiparæ, Cœlitibus pietate dicavit
Ultimùm moriens
Cor
Suis hîc depoſuit
quos cordi ſemper habuit
Ut ſcirent, quo loco eſſet
Theſaurus
Et tutè, ut ſcires
Pios tibi illius
Manes aD Cor LoqVI.

WANGENSE

Adagium quòd ignoti nulla cupido ſuam veritatem in Wangenſibus etiam oppidanis conformat: qui RR. PP. Capucinos haud pleniùs cognitos licet non ignominioſè repudiârint, languidâ tamen recipiendi voluntate à ſe procul averterunt Anno 1611. Spectabilis viri Georgii Neſer Wangenſium quondam Archigrammatæi conjux honorabilis matrona Domina Barbara Lenzin teſtamento legaverat 4000. florenos pro Monaſterio memoratis Patribus aſcetis Capucinis ſtruendo Wangæ civitate imperiali ſuperioris Sueviæ latè deſcriptâ à Zeillero in Topographiâ Sueviæ fol. 212. Prænobilis ac ſtrenuus vir Dominus N. Vogt de Alten-Summeraw & Praſperg deputatus dicti teſtamenti executor pro innatâ quaſi ſuâ inclinatione in Capucinos propenſiſſimâ ſolerter quidem incumbebat ultimæ voluntati memoratæ teſtatricis pro viribus adimplendæ ſimul ultrò pollicitus, quæ ad fabricam finaliter abſolvendam ex teſtatâ pecuniâ deeſſent, ex propriis ſeſe libenter additurum. Qui tamen languentes omninò Wangenſes & tepentes ad effectum excitare non potuit, retinente eos formidine an ſuſpicione ſuam alendis Capucinis paupertatem haud ſuffecturam. Praſpergius pro reali ac legitimâ commiſſi executorii muneris adimpletione rem ad ſupremum ultimarum voluntatum defert Auguſtisſimum Imperatorem Matthiam, qui vicino Wangenſibus Excellentisſimo Domino Domino Henrico S.R.J. Dapifero hæreditario Comiti in Zeill & Wolfegg &c. ſuam in hâc parte committit authoritatem Monaſterii in effectum quantocyùs producendi. Excellentiſſimus Dominus Comes adjuncto cum Praſpergio Wangenſes ſtrenuè ſatis urgendo eò impulit, ut factâ quâdam tandem compoſitione utcunque conſentirent. Verùm inhærente ſibi hâc ſemper Phantaſiâ ſuas opes Capucinis congruè ſuſtentandis evacuandas, iis coràm accitis pro fabricâ realiter inchoandâ tot & tantas (quaſi non pervincendas) objecerunt difficultates, ut penitùs abſterriti infectâ receſſerint intentione. Legata pecunia ad petitionem Patrum Provinciæ novæ fabricæ (conſentiente ſupradicti teſtamenti executore antedicto, comprobante quoque Auguſtisſimo Imperatore Ferdinando II.) Ravenſpurgicæ tranſiit: cui præter bis mille florenos à Prasbergio ſuperadditos etiam ipſi Oppidani Wangenſes authoritate imperatoriâ permoti totidem

dem adjecerant, quod & prompto animo fecerunt, rati, ſe pecuniario hujusmodi ſubſidio deobligandos à Monaſterio depoſthàc Wangæ tolerando, idque factum eſt Anno 1622. Evolvuntur intereà anni undeviginti, in quibus, qui rerum potiebantur, vel defuncti vel de Capucinorum (qui nunquàm non parſimoniæ ſtudioſi ſicut indulgente Deo & regulâ ſuâ eleemoſynas ſponte oblatas grato animo recipiunt ita moleſtandis benefactoribus præcaventes, præfixos mendicatione terminos præter panem & vinum exigentes nihil haud tranſiliunt) conditione meliùs informati certè nunc omnes tùm Primores tùm plebei cives per ſe fortiter anhelabant videre Capucinos in medio plateæ civitatis quantocyùs inſtituendos. Rem in Senatu propoſitam die 14. Novembris Anno 1640. ſtrenuè fovebant ac promovebant ſpectabiles viri Jacobus Wagner Conſul Ludovicus Philippus Scherich, Urbis Præfectus vulgò Stadtammann nuncupatus, Joannes Müller & Conradus Gugger Proconſules, quibus etiam reliquis unanimiter applaudentibus emanavit Decretum accerſendi religioſos Patres.

Amandatâ igitur ad primarios Provinciæ Rectores invitatione humaniſſimâ & humillimâ die 10. Decembris ejusdem anni Patres quidam de plenario conſenſu tùm P. Generalis Joannis de Moncalerio, tùm provincialis Capituli ſub finem Auguſti Anno 1641. apud Tugienſes in Helvetiâ coacti, ad Wangenſes dimiſſi realem poſſeſſionem adierunt die 28. menſis Septembris proximi. Crux ex commiſſione epiſcopali conſuetis ſolemnitatibus erecta, & ærea jam priùs deſignata à Reverendiſſimo ac Ampliſſimo Domino N. Abbate Isnenſi benedicta lapisque angularis terræ fuit inſectus, ædificii tamen ſtructura ulteriùs pro hâc vice haud proceſſit fortiter impedita diſturbio Martis Aquilonaris urbe Wangenſi callidè potiti.

Anno 1654. dùm pax Weſtphalica nuper ſtabilita priora ſtruendi Monaſterii conſilia imò & animos expedivit & vires templum pridie Calendas Julii ædificari cœptum anno proximè ſeq. conſecratum fuit à loci Ordinario Reverendiſſimo ac Celſiſſimo Principe Conſtantienſi, ad quæ feſtiva encœnia confluxêre Comites, Barones & Nobiles Dynaſtæ oppidò multi cum promiſcuâ plebe plurimâ: cujus multitudinem ſatis indicant pueri & adoleſcentes utriusque ſexûs quater mille trecenti plùs minùs ſacramentali charactere confirmationis inſigniti.

Domo Dei ædificatâ materiarii ad apparandam manſionem clauſtralem converſi totum compleverunt opus, Republicâ Wangenſi in conſummationem illius prompto animo ſubminiſtrante lapides, ligna & quævis alia requiſita, pro quibus Auguſtiſſimus Imperator Ferdinandus III. Wangenſibus clementiſſimè remiſit ſex mille florenos aliàs Cameræ Cæſareæ ſolvendos. Suffulſerunt inſuper ſurgentem ſtructuram aliæ quoque largiores eleemoſynæ ab aliis diverſimodè collatæ.

WANNENTHALENSE

DEvotiſſimũ quondam ſacrarũ Virginum domiciliũ diœceſis Conſtantienſis, & (ut Cruſius in Annalibus Sueviæ Paralip. cap. 13. fol. 56. ſcribit) ruralis Decanatûs Ebingenſis in Wirtenbergiâ ſub viſitatione ſeu Beurenſis. Præpoſiti Buronenſis olim conſtitutum & inclytum ſuperiore tamen ſeculo dirisſimis hæreticorum calumniis penitùs abrogatum primo ſui exordio Eremitorium, ſeu (uti vocant) Incluſorium fuiſſe perhibetur Conradi cujusdã & aliorũ conſodalium ibidem loci ſub incertâ quâdam regulâ Deo famulantium, idque anno 1397. piè conditum authore Friderico Comite Zollerano Equite aurato prout fuſiùs explanat libellus ſupplex loci ordinario pro ſtatuendâ novæ fundationis hujus confirmatione humiliter oblatus ſub hujusmodi tenore: *Reverendo in Chriſto Patri Domino, Domino Burcardo, Dei & Apoſtolicæ Sedis gratiâ Epiſcopo Conſtantienſi, ſui devoti oratores, divinâ permiſſione Abbas totusque Conventus Monaſterii S. Georgii in nigrâ ſilvâ Ordinis S. Benedicti ſuæ Conſtantienſis diœceſis reverentiam in omnibus tam debitam quàm condignam. Noverit Paternitas veſtra*

Reve-

Reverenda cùm pridem ſpectabilis Dominus, Dominus Fridericus Comes & Miles de Zolleren reſidens in caſtro Schelzburg ad laudem & gloriam Omnipotentis Dei ac in remedium animarum ſuorum progenitorum aream Heremitorii, quæ nominatur Wannenthale ſub dicto caſtro ſitam devotis ſuis Conrado & cæteris Fratribus ibidem degentibus titulo proprietatis contulerit, ipſique fratres in eâdem areâ dicti Domini Comitis ſuſtentatione Capellam conſtruxerint, ac in honore ſanctæ & vivificæ Crucis Sanctique Sebaſtiani & Omnium Sanctorum conſecrari procuraverint, dictusque Dominus Comes quia diſtrictus præfati loci pro conſtruendis habitaculis ad dictorum Fratrum neceſſitatem congruentibus nimis arctus videbatur ipſius loci terminis poſtmodùm prorogaverit in longum & latum à dictâ Capellâ circumquaque ad quinquaginta cubitorum menſuram eundemque locum ab omni exactione liberum omni tempore in dictorum ſanctæ Crucis ſanctique Sebaſtiani & Omnium Sanctorum honorem voluerit & velit permanere. Quare nos tunc de conſilio & aſſenſu unanimi Fratrum Conventualium Monaſterii noſtri prælibati nec non diſcreti viri Bertholdi Rectoris parochialis Eccleſiæ in Dürnwangen infra cujus parochiæ limites dictum Heremitorium eſt ſituatum; cujus quidem Eccleſiæ Jus Patronatûs ſeu conferendi ad nos nomine dicti Monaſterii pleno jure dignoſcitur pertinere, præfatum Heremitorium & dictam ejus Capellam ac locum præfatum unà cum fraternis eorum incolis inhabitatoribus præſentibus & futuris ab omnibus ſubjectione, ſubjugatione ac obedientiâ parochialibus & à quorumlibet parochialium jurium ſolutione eximimus & excluſimus ac exemptos & excluſos eſſe volumus, ſicuti eſſe volumus & permanere, ſalvo tamen quod iidem fratres de ipsâ areâ ſingulis annis in feſto B. Martini Epiſcopi pro recompensâ dictæ exemptionis & excluſionis cæterorumque Jurium prædictorum dimidiam libram ceræ ponderis conſueti ac de omni agriculturâ decimam majorem dictæ Eccleſiæ parochiali perſolvere teneantur, prout hæc omnia in litteris dictis Fratribus deſuper per nos conceſſis & traditis noſtrique Abbatis & Conventûs ac Comitis & Rectoris prædictorum ſigillis pendentibus ſigillatis latiùs & pleniùs adaperiuntur. Verùm quia præmiſſa, ut præfertur, per nos ſtatuta perſiſtere aut in effectu permanere niſi veſtris conſenſu, authoritate & confirmatione accedentibus de jure non valent, nos Joannes Abbas & Conventus prædicti & unà nobiſcum Dominus prædictus Comes & Bertholdus Rector antefati præmiſſa omnia & ſingula, & prouti præmittuntur in quantum opus ſeu utile eſt præſentibus innovantes ac denuò facientes veſtræ Paternitati ſupradictæ humiliter & devotè unanimiter ſupplicamus, quatenùs omnibus & ſingulis præmiſſis veſtrum conſenſum benevolum adhibentes eadem præmiſſa auctoritate veſtra ordinariâ gratioſe approbare, auctorizare & confirmare dignemini, divinæ pietatis intuitu & hujusmodi noſtræ ſupplicationis ob reſpectum. In quorum omnium teſtimonium ſigilla noſtrorum Abbatis Comitis & Auctoris prædictorum præſentibus ſunt appenſa. Nosque Conventus ſupradicti quia ad præſens propter quarundam clavium ad noſtrum ſigillum ſpectantium carentiam, ipſum ſigillum habere nequivimus, præmiſſis omnibus uſitatè ſuffragari ſub ſigillo dicti Domini noſtri Abbatis confitemur. Datum in Monaſterio ſupratacto anno Domini milleſimo trecenteſimo nonageſimo ſeptimo, quinto Idus Julii Indictione quintâ.

Eodem anno & menſe die 14. Julii ad inſtantiam antedictorum Abbatis & Conventûs ad S. Georgium in Herciniâ novam fundationem iſtam Wannenthalenſem auctoritate Ordinariâ ratam fuiſſe & legitimè comprobatam conſtat ex diplomate ſequenti: *Burcardus Dei gratiâ Epiſcopus Conſtantienſis omnibus præſentium inſpectatoribus ſubſcriptorum notitiam cum ſalute. Noveritis quòd nos omnibus & ſingulis in litteris, in quibus præſentes litteræ noſtræ epiſcopali pendente ſigillo exiſtunt contentis, & prout continentur in eisdem & juxta ſupplicationem nobis per easdem factam conſenſum noſtrum benevolum adhibuimus & præſentibus adhibemus, ipſaque in litteris contenta omnia & ſingula auctoritate noſtra ordinaria approbavimus, auctorizavimus & confirmavimus, & in Dei nomine ex certâ ſcientiâ approbamus, auctorizamus & confirmamus præſentium per tenorem adhibitis in hâc parte verborum & geſtuum ſolemnitatibus debitis & conſnetis. Et in horum omnium teſtimonium prædictum noſtrum epiſcopale ſigillum præſentibus eſt appenſum. Datum Conſtan-*

Conſtantiæ anno Domini milleſimo trecenteſimo nonageſimo ſeptimo, pridie Idus Julii Indictione quintâ.

Poſthæc memorati Eremitorii hujus Wannenthalenſis inquilinis vertentibus annis utcunque inter ſe diſperſis aut aliò dilapſis locum intraverunt religioſæ Virgines tertiam regulam S. P. Franciſci profitentes : quæ tamen ipſa poſt aliquod tempus auctoritate Ordinariâ (prout mos ætatis iſtius ferebat) diſpenſatæ fuerunt ad Inſtitutum Canonico-Auguſtinianum, ipſisque in Rectorem ſpiritualem ſeu (uti vocamus) Viſitatorem datus eſt Præpoſitus vicini Monaſterii Buronenſis ſequenti Bullâ deſuper in rei confirmationem expeditâ : *Otho Dei & Apoſtolicæ ſedis gratiâ Epiſcopus Conſtantienſis dilectis in Chriſto filiabus, Luciæ, cæteriſque ſororibus tùm incluſis Cellæ ſeu Incluſorii annexi Eccleſiæ S. Joannis Baptiſtæ in Wannenthal filiali parochialis Eccleſiæ in Dürnwangen noſtræ Conſtantienſis diœceſis ſalutem & ſinceram in Domino charitatem. Exhibita nobis pro parte veſtrâ petitio continebat, quòd licet tu Lucia cum quibusdam aliis ſororibus tibi aſſociatis videlicet velatis & perpetuò clauſis in Cellâ tuâ ſeu Incluſorio jam dicto cum nonnullis aliis ſororibus vobis miniſtrantibus & veſtræ Cellæ ſeu Incluſorii negotia procurantibus in habitu & ſecundùm regulam tertii Ordinis S. Franciſci per nonnulla tempora deſideraveritis famulari, inibique juxta gratiam Vobis à Domino conceſſam vixeritis, ſub habitu & regulâ antedictis, modò tamen de præſenti arctioris vitæ intuitu, ſub quâ ſaluti veſtræ ſecuriùs militantes pertingere valeatis & adipiſci maturâ deliberatione ad hoc & tractatu inter vos habito ab obſervatione dictæ regulæ S. Franciſci, ſub quâ hactenùs deguiſtis, abſolvi, & ad Ordinem S. Auguſtini Canonicorum Regularium deſiderabiliter transferri cupitis & affectatis. Nos igitur, qui perpetuum ſacræ religionis profectum in omnibus, & maximè, quæ nobis ordinario jure ſubſunt, Monaſteriis & perſonis earum appertinentibus ferventer appetimus, veſtris in hâc parte ſupplicationibus meritò inclinati propter rationabiles cauſas nobis expoſitas, nosque ad hoc inducentes & commoventes, vos omnes & ſingulas ſorores prælibatas ab obſervantiâ tertiæ regulæ S. Franciſci authoritate noſtra ordinaria tenore præſentium abſolvimus & abſolutas declaramus, Vosque & veſtram Cellam ſeu Incluſorium prædictum ad Ordinem & Regulam B. Auguſtini memoratâ noſtrâ auctoritate transferimus, ſtatuentes, ut de cætero in eodem veſtro loco præfatus Canonicus, Ordo & Regula S. Auguſtini continuò firmiter obſervetur, ad quem ſeu quam obſervandum ſeu obſervandam & perpetuò tenendum ſeu tenendam, Vobis & Vobis ſuccedentes in dictâ Cellâ ſeu Incluſorio de veſtrâ voluntate votivâ in nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti adſtringimus & obligamus, & eidem Ordini & Regulæ Vos & locum veſtrum prædictum incorporamus per præſentes, concedentes Vobis plenam & liberam facultatem in dicto loco Conventum faciendi, & qualibet jura conventualia exercendi, ſic tamen, quod Conventus tredecim perſonarum velatarum & incluſarum numerum non excedat, quæ quidem perſonæ intra ſepta Eccleſiæ Cellæ ſeu Incluſorii prædicti perpetuò manere voto ſe adſtringant. Et quia, ſicuti veſtra continebat petitio, dictæ Cellæ ſeu Incluſorii ædificia adhuc ſtricta dignoſcuntur, quot oportet perſonis capaces; quodque Incluſorii ipſius ſepta ad præſens pro neceſſitate dictarum Incluſarum nec non futurarum perſonarum in eodem recipiendarum ſatis ampla non exiſtant, Vobis, ut juxta dictamen, moderationem & ſententiam Religioſi in Chriſto Præpoſiti Cœnobii in Beuren dicti Ordinis S. Auguſtini Canonicorum Regularium præfatæ diœceſis pro tempore exiſtentis, cui, ut ſubſcribitur, perpetuò ſuberitis, dictum Incluſorium veſtrum ſive Cellam pro veſtrâ neceſſitate, & ſepta veſtra juxta ipſius directionis arbitrium ampliare, terminare & deſcribere poſſitis & valeatis præſentibus indulgemus.* Et paulò pòſt : *Præterea te Luciam & Sorores tuas Vobisque ſuccedentes præſentium tenore committimus auctoritate noſtrâ ordinaria ſupradictâ religioſis in Chriſto dilectis Præpoſito & Fratribus Cœnobii in Beuren Ordinis & diœceſis prædictorum, qui veſtras profeſſiones in manus ſuas recipiant, vos velent, includant & aliàs regant, gubernent & expediant in ſpiritualibus & temporalibus juxta præfati Ordinis S. Auguſtini conſuetudines, privilegia, conceſſiones & conſtitutiones. Inſuper curam animarum veſtrarum, & illorum hominum, ſeu perſonarum, qui ſe & ſua dicto loco veſtro ſeu Inclu-*

Incluſorio & Ordini tradiderunt, auctoritate noſtrâ ſuffulti gerant. &c. &c. Datum Conſtantiæ anno milleſimo quadringenteſimo vigeſimo ſexto menſis Septembris die ſextâ Indictione quartâ.

Extant etiam aliæ adhuc litteræ, ex quibus clarè dignoſcitur jurisdictio eccleſiaſtica à memorato Præpoſito Buronenſi in hujusmodi Canoniſſas Wannenthalenſes exercita taliter exaratæ: **Wür Johannes/Probſt des Ehrwürdigen Gottshaus Beuren und** Viſitator **des Cloſters Wannenthal. ꝛc. ꝛc.** Et infrà: **Daß Wür als ein Verſeher/ und deme das berührte Cloſter Wannenthal iſt zu verſprechen ꝛc. ꝛc.** quo verò tempore & anno religioſa hæc Canoniſſarum Auguſtinianarum Congregatio ſecundùm omnem ſtatum ſuum utcunque deſierit, quamvis certi nihil conſtet, videtur tamen ſatis probabile primo ſtatim Lutheranæ defectionis (in Ducatu Wirtenbergenſi ſub annum fortiter coactæ) tempore vel brevì pòſt parthenio clauſtro hoc ab hæreticis violenter occupato religioſas quoque domicellas Wannenthalenſes ad unam omnes loco cedere fuiſſe coactas.

Superioribus annis Reverendisſimus ac Ampliſſimus Dominus Joannes Prælatus Buronenſis multo labore & magnis ſatis expenſis apud inclytos Sac. Cæſareæ Majeſtatis Commiſſarios à Ferdinando II. Auguſtiſſimo Imperatore ad executionem reſtitutionis Monaſteriorum in Germaniâ noſtrâ pro tunc deputatos intenſiſſimè laboravit pro ſimili recuperatione Parthenonis hujus Wannenthalenſis faciendâ: cujus tamen conatus omnis cur in caſſum abierit, & fruſtraneus fuerit, nos omninò latet.

❋ WARTHUSIANUM

SEu religioſum domicilium ad Divam Virginem Angelorum intitulatum eſt diœceſis Conſtantienſis in pago *Warthauſen ſuperius* nuncupato conſpicuum, atque haud procul Biberaco Urbe imperiali ſuperioris Sueviæ diſſitum jam ante tria, & quod ampliùs excurrit, ſecula clauſtri regularis formam induit de ſpeciali conſenſu Principis terræ: qui pro tempore fuit Sereniſſimus Archidux Auſtriæ Albertus tertius paſſim *cum tricâ* cognominatus propriis quibusdam litteris in vim indultæ conceſsionis ſimul ac confirmationis gratioſè datis & expeditis de dato *1380. in feſto S. Galli:* idque factum fuiſſe perhibetur ad humiles preces ſupplicantium, quæ duæ fuiſſe noſcuntur ſorores patriâ Biberacenſes cujuscunque demùm fortunæ, potiore tamen loco natæ paternâ hæreditate ſpontaneè relictâ ſimul & tranſitoriâ totius vanitatis pompâ longè poſthabitâ ſibi ſoli vivere cupidiſſimæ voluptates æternas ſolùm ſectatæ ſunt & divitias: quibus faciliùs aſſequendis modicâ areâ in fundo Warthauſen emptitiè comparatâ ſatis arctum ac humile conſtruxêre ſibi tugurium; in quo de textrinâ & aliis operibus manuum ſuarum frugalem victum & amictum ſibi comparantes vitam vixerunt planè innocuam, ac totâ morum pietate pleniſſimè refectam, proin nemini non admirandam: quousque jam numeroſiores redditæ lætanter immigrârunt novo clauſtro, tùm de modicis facultatibus propriis, tùm de variis Benefactorum ſubſidiis & eleemoſynis precariò collatis recèns inſtaurato; à quo tempore parthenius religioſarum ſororum cœtus hodie duodenarius ac tertiæ regulæ S. P. Franciſci juſtiſſimè conquadratus in ædibus clauſtralibus parochiali templo (quod Moniales locum inhabitantes cultûs divini causâ ſtatis horis quotidiè frequentant) Warthuſiano contiguis jam ab Anno 1580. ſub regulari viſitatione Fratrum Minorum de Venerabili Conventu (Provinciæ Tirolenſis ſeu S. Leopoldi intitulatæ) Ehingano ad Danubium magnâ ſui nominis laude peregregiè ſplendeſcit & conſtanter effloreſcit.

WEIENBERGENSE.

SEu *Weihenbergenſe* & *Weinbergenſe* dictum RR. PP. Eremitarum Ordinis S. Auguſtini diœceſis Auguſtanæ Cœnobium: quod tamen haud ampliùs extat, ſed quocumque demùm fato jam pridem extinctum omninò defecit; dùm antehâc locationem ſuam habuit in Marchionatu Burgovienſi propè Werdingam oppidũ vel breviſſimè deſcriptũ à Zeillero in Topographiâ Sueviæ fol. 217. Fundatores Weienbergæ ſub annum

annum 1145. fuiſſe perhibentur Nobiliſſimi Domini Wilhelmus & Arnoldus de Biberbach germani fratres ex avitâ ſtirpe Romano-Calatinâ progeniti teſte Matthæo Mareſchallo de Pappenheim Cathedralis Eccleſiæ Auguſtanæ Canonico in vetuſto ſuæ gentis Chronico cap. 49. fol. 55. quod idem adſtruit etiam Stengelius Abbas in Comment. rerum Auguſt. part. 2. cap. 55. num. 2.

WEILDORFFENSE

COntubernium fœmininum diœceſis Conſtantienſis de Ordine S. Dominici in ditione Zollerenſi quandoque conſpicuum, ſub initium verò decurrentis hujus ſeculi noſtri utpotè jam priùs multifariàm laceſſitum non tantùm in ſuis (urgente hæreſi) poſſeſſionibus, ſed & in perſonis clauſtralibus ſeu religioſis domicellis adeò diminutum, de prævio, quorum intereſſe debuit ac potuit aſſenſu & conſilio muris ſeu priſtinis manſionibus omninò dejectis cum perpaucis ſolùm (qui utcunque remanſerunt) juribus ac proventibus ad vicinum parthenonem Gruelenſem fuiſſe translatum probè novimus ex certâ ac fideli relatione nuperis primùm diebus ad nos inde perſcriptâ.

WEILERENSE

MOnaſterium fœmininum Ordinis S. Dominici diœceſis Conſtantienſis in Wirtenbergiâ haud procul Eſſlingâ oppido imperiali jam ab anno 1648. pace Monaſterienſi cum queîsvis attinentiis ſuis Principi terræ in uſus profanos pleniſſimè ſubditum primitùs incepit anno gratiæ 1230. conditoribus admodùm piis, qui ſacris peregrinationibus unicè dediti, quamvis equeſtri nobilitate progeniti fucum tamen vanæ gloriæ omnem ſtudioſiſſimè devitantes juſtitiam ſuam facere noluerunt coram hominibus, & hinc ex profeſſo tacuerunt nomina ſua potiùs exoptantes olim inſcribi ea libro vitæ quam caducæ ſolùm commendari hominum memoriæ, qualiter atteſtatur ſimplex quædam ſcriptura pari animi candore priſcis aſſueto hiſce litteris formata: Weyler vor Eſſlingen gehet Würtenberg gar nichts an: iſt ihme nit einverleibt/ſonder nur ein Zeitlang dem Schirm befohlen / iſt ein freyes Weſen für ſich ſelber von rittermäſſigen frommen Leuthen geſtifftet / ſeind Wallen geweſt / ſo von Demüthigkeit wegen ihre Namen nicht nennen wollen.

Anno 1240. Conradus Romanorum Rex, Friderici Secundi Imperatoris filius, Prioriſſam & Conventum Weilerenſem ſub protectionem Domini genitoris ſui, ſuam item & Imperii recipit ſpecialem mandatque Sculteto Eſſlingenſi & Advocato Achalmenſi Monaſterium hocce neutiquàm permittant à quoquam temerè moleſtari, quod ſic habetur: *Conradus Divi Auguſti Imperatoris Rex filius Dei gratiâ Romanorum in Regem electus ſemper Auguſtus & hæres Regni Hieroſolymitani &c. per præſens ſcriptum notum facimus univerſis, quòd nos, qui perſonas religioſas & loca Deo dicata pio favore proſequimur conſiderantes Venerabilem Prioriſſam & Conventum Sanctimonialium apud Wiler noſtro favore & juris ſubſidio indigere, & noſtri defenſione culminis adjuvari juxta devotas ſupplicationes earum omnia bona earum & Monaſterii ſui, quod juſtè tenent, ad præſens vel in anteà juſto requiſitionis titulo poterunt adipiſci ſub protectione Domini & genitoris noſtri ac noſtrâ & Imperii recepimus ſpeciali, præcipientes diſtrictè authoritate paternâ & propriâ tibi Sculteto de Eſſlingen & tibi advocato de Achalm, ut dictum Monaſterium Prioriſſam & Conventum dilectas fideles noſtras in prædictis bonis contra tenorem præſentis protectionis noſtræ non permittas ab aliquo temerè moleſtari, ſed in omnibus agendis earum ipſas habeatis mediante juſtitiâ favorabiliter commendatas. Ne per defectum juris ad noſtram cogantur curiam laborare. Ad hujus itaque protectionis noſtræ memoriam præſens ſcriptum fieri & ſigillo noſtro juſſimus communiri. Datum Gamundiæ anno Domini milleſimo ducenteſimo quadrageſimo menſe Junio tertiæ decimæ Indictionis.*

Anno 1291. Richenza Bertholdi de Nyfferen vidua poſſesſiones ſuas omnes & ſingulas Monaſterio Weilerenſi purè propter Deum in eleemoſynam confert posſidendas tenore ſequentium : *Nos Prior Domûs Prædicatorum in Eſſlingen. Frater Albertus de Stauffen dictus Serviant, frater Richelinus Lector artium, & frater Ortolphus ejusdem Ordinis Profesſi ſub inviolatione religionis, nosque Conradus de Weinſperg junior Conradus dictus Capplan, Rudolfus Pincerna: Henricus dictus Schilling & N. de Bretheim Milites. Conradus frater præfati Schilling. Bertholdus dictus Hobet. Conradus frater Pincernæ prædicti: Rupertus, Conradus Rudegerus fratres dicti Ruperti, Conradus dictus Haimerli & Albertus dictus Galvinus cives in Eſſlingen ſub obſervantiâ bonæ noſtræ fidei dicimus, depromimus & firmamus nobis conſtare de viſu pariter & auditu, quòd nobilis Domina Richenza quondam Bertholdi ingenui viri de Neuffen relicta omnes poſſesſiones ſuas apud villam dictam Almerſpach ad ipſius dotem juſto titulo pertinentes cum earundem poſſesſionum juribus, jurisdictionibus & pertinentiis ſeu redditibus quibuscunque religioſo Monaſterio puellarum de Weiler Ordinis S. Auguſtini regiminis Prædicatorum Conſtantienſis diœceſis de conſenſu & per manum ſui conſortis tunc viventis eleemoſynariè contulit propter Deum, & nunc poſt mortem præfati ejus conſortis rem ratam habens collata denuò tradidit & nobis præſentibus antedicto Monaſterio in nomine Domini erogavit per adhibitam verborum & geſtuum ſolemnitatem debitam & conſuetam, & in effectum donationis hujusmodi præfatum Monaſterium in poſſesſionem rerum collatarum miſit corporalem, à cujus Minaſterii ſyndico, poſſesſiones, jura, jurisdictiones, pertinentias & redditus prænotatos poſt præfatam immisſionem recepit titulo cenſualis feudi tantummodo per ſolius ſuæ vitæ ſpatia obtinendos, unam libram denariorum Hallenſium monetæ emphyteuſis ſeu censûs nomine annis ſingulis feſto B. Martini ſupradicto Monaſterio ſolutura. Diſpoſuit itaque de providentia ſalutari, ut una pars quarto prædictorum reddit3uum ad Infirmarium illarum puellarum in præfato Monaſterio ad lectos decumbentium poſt relictæ præfatæ obitum debeat perpetim deſervire, & quòd alia pars quinta ammodò ad Infirmarium præfati Monaſterii ſingulis annis oblata, ex ſarmaciâ ſeu phlebotomiâ, vel ex aliâ debilitate interpolatâ ſolatio egentibus veniat in pitantiam & ſolamen, quodque una ex quatuor partibus ſupradictis toti Conventui puellarum ſanarum pariter & ægrarum per communem refectionem proficere debeat indiſtinctè. Nihilominùs ex affectu piisſimo duxerit ſubjungendum, quod & una quatuor partium prædictarum ſingulis annis unâ die, qua magis fuerit oportuna fratribus & ſororibus apud præfatum Monaſterium antedictæ relictæ conſortis ipſius ac utriusque progenitorum in Domino memoriam celebrantibus ad menſam refectionis in pane, vino & piſcibus offeratur. Ne autem culpâ vel negligentiâ ſupraſcripti Monaſterii pereant antedicti redditus, & ne per conſequens memoria conjugum præfatorum pereat & vaneſcat, reſtrinxit irrefragabiliter per bonæ fidei paritionem, quin imò univerſos & ſingulos prædictum Monaſterium in ſpiritualibus & temporalibus gubernantes modernos pariter & futuros memorata relicta per Patrem, Filium, & Spiritum Sanctum adjuravit, ut nullus per narratos redditus audeat pignori obligare particulariter vel totaliter diſtrahere, aut cuique hominum vendere vel etiam permutare, niſi fortè Dominus Conradus de Weinſperg junior miles ſupra ſcriptæ relictæ avunculus dilectisſimus, aut ejus pueri præmiſſas poſſesſiones cum earum univerſitate ſibi pro quadringentis denariorum ſupradictæ monetæ libris vendi à prænarrato Monaſterio poſtulârit. His utique Conrado & pueris ipſius Monaſterium ex pacto tenetur memoratam univerſitatem pro ſuprà taxato pretio vendere, quandò ab ipſis vel ejus pueris fuerit requiſitum. Quod reverà pretium converti debet in prædia facientia librarum denariorum ſæpefatæ monetæ redditus annuatim, nec prorsùs licebit ipſum pretium aliquibus aliis uſibus applicari. Ita quòd ternaria redditu3um diſpenſatio immobilis permaneat quemadmodùm ſuperiùs deſignatur. Cæterum nos Priorisſa, totusque Conventus ſæpedicti pro beneficiis præſignatis Deo & benefactoribus agentes gratias copioſas volumus & unanimiter acceptamus ad dictam executionem & obſervationem omnium clauſularum prædictarum per ſacram religionem noſtri Ordinis ſub præſentium ſcripturarum teſtimonio fideliter obligari. Et omnes perſonas nobis ſuccedentes ſu-*

per

per eo ſimiliter obligamus. Sanè in omnium præmiſſorum evidentiam has litteras hinc inde conſcribi & ſigillis honorabilium virorum Prioris Domûs Prædicatorum Decani & Univerſitatis civium in Eſſlingen placuit communiri. Actum & datum in Wilerio anno Domini milleſimo ducenteſimo nonageſimo primo in octavâ B. Agnetis Indictione quartâ.

Anno 1305. Albertus I. Romanorum Rex Dux Auſtriæ &c. liberat ad certum tempus Prioriſſam & Conventum Sanctimonialium in Weiler ab omni exactione ſive Steûrâ hactenùs per ipſas cum civibus Eſſlingenſibus contribui ſolitâ, quod ſic habetur: *Nos Albertus Dei gratiâ Romanorum Rex ſemper Auguſtus ad Univerſorum notitiam volumus pervenire, quòd nos honorabilium & religioſarum perſonarum Prioriſſæ & Conventûs Sanctimonialium Monaſterii in Weiler propè Eſſlingam devotarum noſtrarum dilectarum cupientes orationum ſuffragiis apud altisſimum adjuvari. Ipſis de liberalitate regiâ hanc gratiam duximus faciendam, quòd à feſto B. Martini venturo proximè ad annum immediatè ſequentem ab omni exactione ſive Steyrâ, quam cum civibus noſtris de Eſſlingen contribuere conſueverunt, liberæ eſſe debeant & exemptæ præſentium teſtimonio litterarum noſtræ Majeſtatis ſigilli robore munitarum. Datum in Eſſlingen decimo ſexto Calendas Junii anno Domini milleſimo trecenteſimo quinto, Regni verò noſtri anno ſeptimo.*

Eodem anno idem Albertus Rex Sanctimonialibus Monaſterii Weilerenſis antedicti facultatem impertit ædificandi molendinum quoddam miniſterio Nicri fluminis uſurpandum, prout ampliùs oſtendit diploma regium ſub hujusmodi tenore conſcriptum: Albertus von GOttes Gnaden Röm. König zu allen Zeiten Mehrer des Reichs ꝛc. den würdigen und andächtigen Perſonen Priorin und Convent des Cloſters zu Weiler S. Dominici Ordens Coſtantzer Biſtumb ſeinen Andächtigen ꝛc. Gnad und alles Guts ꝛc. ꝛc. Euch zu Ruhe und Nutz allenthalben uff daß dem allerhöchſten König zu Lob und Mehrung Unſers Heyls geordnet werden / welcher alle Sach in ſeiner Hand und Regierung hat / wie dann Unſers gnädigs Bitten iſt zu Unſer gnädigen Gedächtnus nachfolgende Meynung zu diſponiren / und zu Erklärung / daß Wür Euch hiemit in Krafft Unſerer höhen Obrigkeit zulaſſen und nachgeben / und aus Königl. Macht vollkommenlich Euch mittheylen Unſere Königl. Bewilligung und Vergünſtigung / daß ihr ſollet und möget in Krafft Unſer Königl. Gewalts haben von wegen einer Mühle im Waſſer / genännt der Necker / ſo in der Gelegenheit Buchwäg / und euerem Cloſter Weiler und Hedelfingen / und das Waſſer unten und oben brauchen zu Nutz der Mühlin und Euch zu Nutz kommen mag / daß ihr ſolches mit Friden ewiglich und ruhiglich beſitzen möget. Alſo geben Wür Euch und euerem Cloſter diſen Brieff mit Unſerem eignen Inſigel bekräfftiget und Zeugnus / der geben iſt bey Eſſlingen den 14. Calend. Junii Indictione tertiâ als man zahlt tauſend dreyhundert und fünff Jahr Unſerer Reiche im ſibenden Jahr.

Anno 1368. Carolus IV. Romanorum Imperator Monaſterium Weilerenſe in ſuam & Imperii protectionem ſpecialem recipit, illudque ab omni ſolutione Steüræ, telonii & quorumvis aliorum onerum liberum & immune de futuro manere debere ſtatuit vigore ſequentis Bullæ: Wür Carl von Gottes Gnaden Römiſcher Keyſer zu allen Zeiten Mehrer des Reichs und König zu Böheim ꝛc. ꝛc. Bekennen und thun kund offenbar mit diſem Brieff allen denen / die ihn ſehen oder hören leſen / daß die Geiſtlichen / die Priorin und etliche Schweſteren des Cloſters zu Weiler Prediger Ordens Unſere liebe Andächtige für Unſere Kayſ. Mayeſt. kommen ſeind / und Uns von ihren und ihres Convents wegen demütiglich gebetten haben / daß Wür ihnen ſolche Gnad / Freyheit und Recht geruheten zu beſtättigen / als ihnen ſeel. Gedächtnus Keyſer Heinrich / Unſer lieber Ahne und Vorfahrer / da er noch Römiſcher König war / verlihen und geben hat / deſſen Brieff ſie Uns gegenwärtig fürbrachten / das haben Wür gnädiglich bedacht / Reinigkeit des Lebens und groſſen Fleiß an Gottsdienſt / damit ſich der obige Convent vor Gottes Augen würdig und gemein machet / wann Wür hoffen ihrer guter Werck deſto ſicherer theilhafftig zu ſeyn / und an Unſeren Sachen Glück finden / je mehr Wür ſolchen Leuthen Frid und Ruhe beſtellen / des haben Wür den obigen

obigen Perſonen Priorin dem Convent / alle Schweſteren und dem Cloſter die nachgeſchribne Freyheit und Genad verneurt / beſtättiget und confirmiret / und verneuren/ beſtättigen und confirmiren dieſelbe mit Kayſ. Macht / mit wohlbedachten Muth/ uff rechtem Wiſſen / zu dem erſten ſo nemmen und empfahen Wür ſie/ ihr Cloſter und alle ihre Güter/ und was ſie haben / wo das gelegen iſt/ in Unſeren und des Reichs Schirm und ſondere Gnad / und wöllen / daß ſie von denſelben ihren Güteren/ und allem dem / das ſie jetzo haben / und fürbas mit GOttes Hülff gewinnen werden / wo das gelegen ſey / die Steuren / Hülff / oder Geſchoß nicht geben noch pflichtig ſeind jemand zu geben / ſonderen dieſelbe Güter / und was ſie haben/ in der gemein und beſonder/ von aller Gaab / Steur und Geſchoß / und auch von allen Zollen ewiglich frey loß und ledig ſeyn. Wür wollen auch / daß ſie fürbas ſolche Wägen als weyland gewohnlich was ſie zu den Heerfärten nicht ſenden ſollen/ſondern derſelben Wagen und alles ihres Dienſts / das ſie Uns / Unſeren Amptleuthen / Land-Vögten und jemand anders thun ſolten oder möchten in kein Weiß allerding ledig und unbunden ſeyn gar und gäntzlich / und ob Wür jemand anders Handveſt oder Brieff geben hätten wider diſe Unſere gegenwärtige Brieff und Gnaden in gantzen Kräfften ewiglich ſtet bleiben / darüber befehlen Wür dem Burgermeiſter / den Rath und den Burgern gemeinglich Unſere Stadt zu Eſſlingen Unſeren und des Heyl. Reichs Lieben Getreuen / und gebieten ihnen veſtiglich bey Unſeren Hulden/ daß ſie die vorige Priorin und Schweſteren ihr Cloſter und auch ihre Güter von Unſer wegen von allen Gewalt beſchirmen und ſchutzen und bey den obgeſchribnen Gnaden und Freyheiten ſtetiglich behalten ; und wär Sach / daß ſich jemand freventlich dawider vergriffe oder ſchädigte / von dem ſollen ſie ſolche Pön forderen und nemmen/ und halb an der Priorin und des Cloſters Nutz wenden/ als hernach geſchriben iſt. Auch gebieten Wür Fürſten/ Graffen / Landgraffen / Burggraffen/Edlen / Ritteren / Knechten / Amptleuthen / Land-Vögten und allen Unſeren und des Reichs Unterthanen / die dann ſeind und hernach werden/ feſtiglich bey Unſeren und des Reichs Hulden / daß ſie ſolche Gnad und Freyheiten den obgenannten Priorin/ Convent und Schweſteren ihrem Cloſter und Güteren in kein Weiß nit brechen noch überfahren/ noch ſie daran oder darwider in keinen Sachen beſchweren noch beſchuldigen / ſondern ſie darzu ſchutzen und gütiglich fürderen / wann ſie deßwegen von ihnen gebetten werden. Wer aber darüber ſolch Gnad und Freyheit dörffte freventlich überfahren oder angreiffen / der ſey damit in Unſer und des Reichs Ungnad verfallen/ und in die Pön zwainzig Marck Goldes / deren halbe Theil in Unſer Kayſ. Cammer/und der ander halb an deren Nutzen/ die alſo geſchädiget werden gäntzlich gefallen / und ſoll er dannoch ihnen allen Schaden richten und gäntzlich ablegen / ſo ſie von ihme empfangen haben / und ſoll man umb ſolchen Schaden der Priorin und zweyer der ältiſten Schweſteren Wort gäntzlich glauben / was ſie darumb uff ihr Gewiſſen ſprechen/mit Urkundt diß Brieffs verſigelt mit Unſer Kayſ. Mayeſt. Inſigel/ der geben iſt zu Reutlingen nach Chriſti Geburt dreyzehenhundert Jahr / darnach in den ſechszigiſten Jahr an des heyligen Creutzes Tag/als es erhöhet ward Unſer Reiche in dem fünffzehenden und des Keyſerthumbs in dem ſechſten Jahr.

Anno 1362. Monaſterium iſtud Weilerenſe in tantum floruit, ut numerus Monialium ad ſeptuaginta reſtrictus, conventumque fuerit, ut plures haud aſſumerent, prout apparet ex publico quodam Inſtrumento hujusmodi tenoris : Wür die Priorin und der Convent des Cloſters gemeinlich zu Weyler Prediger Ordens/ das gelegen iſt bey Eſſlingen / verjehen offenlichen an diſem Brieff / und thun kunde allen denen/ die diſen Brieff anſehen oder hören leſen / daß Wür mit bedachten und wohlbereitem Muth haben angeſehen die geiſtliche Meynung und die ordenliche Mahnung Unſers geiſtlichen Ehrwürdigen Vatters Unſers Meiſters des Ordens / der Uns gegenwärtiglich ermahnet und hieß / daß Wür ein Anzahl benennt haben ſibenzig Perſonen/ über die Wür nit kommen ſollen. Wann aber eine abgehet oder mehr / ſo mögen Wür die vorige geſprochne Zahl widerumb erfüllen. Wäre aber / daß ein Perſon käme/ an der dem Cloſter groſſer Nutz oder Schaden lag / daß der Convent gemeinglich zu rath wurd / daß man dieſelbe Perſon empfahen ſoll / des ſollen Wür Gewalt haben / die Perſon zu empfahen/ daß diß wahr und ſtet

bleib/

bleib / ſo geloben Wür bey Unſeren guten Treuen/und zu einem wahren Urkund henkken Wür Unſer aigen Jnſigel an diſen Brieff: der Brieff war geben da man zahlt von Chriſti Geburt dreyzehenhundert Jahr/ darnach in dem zwey und ſechszigiſten Jahr an dem nechſten Sonntag nach Unſers Herren Fronleichnambs-Tag.

Item notandum hic occurrit, quod ex antè recitata Bullâ Carolinâ de Anno 1360. manifeſtè ſatis apparet, Moniales Weilerenſes adhuc plura alia olim habuiſſe privilegia: extatque antiquum Inventarium quoddam, ubi ejusmodi Cæſarea ac regia privilegia plura, Bullæ quoque pontificiæ in favorem hujus Monaſterii enarratæ, ſed quoad titulos tantùm referuntur. Quæ probabiliter igne vel aliis caſibus perierunt: quippe Monaſterium hocce durante civili bello, quod vulgò der Städte-Krieg appellitatur, terna vice incendio periiſſe in antiquis conſignationibus refertur.

Anno 1464. Magiſter Generalis Ordinis Prædicatorum Monialibus in Weilerenſi Cœnobio degentibus demandat ac proſpicit, ne de bonis immobilibus quicquam immutent aut divendant, quod ſic habetur: *In Dei filio ſibi chariſſimis Prioriſſæ & ſororibus Monaſterii in Wilerio propè Eſſlingam Provinciæ Teutonicæ ſub curâ & habitu Fratrum Prædicatorum pro tempore exiſtentibus frater Conradus Oſternenſis Sacræ Theologiæ Profeſſor ac ejusdem Ordinis humilis Magiſter & Servus ſalutem & pacem in omnium Salvatore Domino Jeſu Chriſto &c. &c. Profectui & indemnitati veſtri Monaſterii antedicti paterno intendentes affectu legitimis ac rationabilibus cauſis animum meum moventibus vobis tenore præſentium diſtrictè præcipiendo mando ſub pœnâ excommunicationis latæ ſententiæ, quam in contravenientes unâ monitione pro trinâ præmiſſâ in his ſcriptis fero, quatenùs de bonis hæreditariis ſive immobilibus veſtri Monaſterii & Conventûs nulla fiat diſtractio per venditionem, alienationem aut impignorationem, ſive alio quocunque modo abſque meâ licentiâ ſpeciali petitâ & obtentâ, in quorum teſtimonium ſigillum officii mei duxi præſentibus appendendum, valete & Deum pro me orate. Datum Coloniæ die decimo quinto menſis Maji, anno Domini milleſimo quadringenteſimo ſexageſimo quarto.*

Ab Anno 1464. inter Monimenta hujus Monaſterii usque ad 1528. nihil ſingulare quicquam reperitur, niſi quòd Anno 1507. inter civitatem Eſſlingenſem & Monaſterium Weilerenſe Compoſitoribus quibusdam à Civitate Ulmenſi ad id ſpecialiter requiſitis & deputatis amicabilis compoſitio ſuper quibusdam Juribus inter utramque dictam partem controverſis facta fuerit, quam demùm Dux Wirtembergiæ Ulricus non alio, niſi ſolius & nudæ protectionis titulo ſigilli ſui appenſione roboravit. Ex quâ compoſitione complures ſimpliciores rerumque Wirtenbergicarum, atque ſtatûs Monaſteriorum in eo Ducatu ſitorum minùs periti, manifeſti erroris & ignorantiæ, nonnulli verò Conſiliarii præſertim in ſuis deductionibus aliisque ſimilibus litterariis monimentis contra libertates, Immunitates, Jura, Privilegia &c. prædictorum Monaſteriorum conſignatis atque conſcriptis affectatæ callidæ atque adeò malitioſæ deceptionis, imò & agnitæ veritatis impugnationis evidenter convincuntur, dùm illi ex ignorantiâ, iſti contra ſcientiam & conſcientiam audacter propugnare, imò & ipſi ſacræ Cæſareæ Majeſtati Electoribus aliisque Imperii Principibus, nec non Imperio univerſo inverecundè tantùm non obtrudere, Principi denique ſuo infideliter & falsò perſuadere non verentur, Monaſteria in Ducatu Wirtenbergico ſita etſi olim eidem unita, Principisque ſui territorio ſubjecta non fuiſſent, incorporata tamen & per omnia dicto Principi ſubdita facta fuiſſe in erectione, cùm videlicet Wirtenbergiæ Comitatus, Baronatus, Civitates, Oppida, Arces, aliaque nobilium Ignobiliumque bona à Comitibus Wirtenbergicis variis paulatim viis mediisque collecta in unum Corpus, quod Ducatum ſeu Principatum appellamus, coadunata fuêre. Ex præſenti etenim compoſitione manifeſtè comprobatur, Ducem Udalricum adhuc Anno 1507. (atque adeò duodecim ab erectione Anno 1495. factâ annis integris) in Monaſterium Weilerenſe nullum aliud niſi nudæ & ſimplicis protectionis Jus prætendiſſe; Territorialis verò, aut ullius alterius Juris, ne verbo quidem mentionem feciſſe. Quod ſanè minimè tacuiſſet, ſi vel tantillum ulterioris Juris in dictum Mona-

Monaſterium ſibi competere agnoviſſet; cùm aliàs Conſiliarii Wirtenbergici Principis ſui, etſi falsò in Monaſteria protectionis, advocatiæ, Territorialis uno verbo omnimodæ ſubjectionis Jura, ad nauſeam usque eorum, quibus veritas contraria comperta eſt, ubique jactitare, deprædicare, atque conſcientiæ propriæ teſtimonio licet reclamante & contrà perurgente eandem cantilenam univerſis ſine fine occinere non erubeſcant.

Anno 1528. diverſa quædam Jura ac Privilegia Monialibus in Weiler & appertinentibus earum bonis ac poſſeſſionibus legitimè competentia ſuo loco ſimpliciter deſcripta leguntur ſub hujusmodi tenore: Das Cloſter Weyler mit Grund/ Boden und Zugehörungen ligt im Schutz und Schirm des Fürſtenthumbs Würtenberg / aber ihme nit eingeleibt / iſt ein freyes Weſen von Rittermäſſigen frommen Leuthen zu einem Gottshaus gemacht und geben. Die Cloſter-Frauen zu Weyler ſeind allweg frey und unbeſchwehrt gelaſſen von Herren von Würtenberg der Jäger/ der Hund / und allen anderen Gaſtungen weder zu Roß noch zu Fuß/ von Alter iſt herkommen/ gebraucht und gehalten/ ſo ihre Ehehalten im Cloſter zu Weiler frevlen/ ſo haben die Frauen die Partheyen miteinander gütlich vertragen/ wo aber die Partheyen ſich vorgemeldter Maſſen alſo gütlich nit haben wöllen laſſen vertragen/ ſeind ſie von den Frauen für einen Vogt zu Stuttgart zu gütlichen oder rechtlichen Austrag gewiſen worden.

Et hæc de priori & antiquo ſtatu Weilerenſi fauſta quæque & beneplacita dicta ſint, nunc ad triſtiora vel inviti progredimur, fatalem nempè Cœnobii hujus diſſipationem & perſecutiones prævias loci Monialibus de Inſtituto & ordine religioſo ſacrilegè deſerendo gravisſimè tentatis violenter illatas, easque ſincerè deſcriptas in Documentis Wirtenbergenſibus Monaſt. Virginum prout ſequitur.

Fol. 134. Anno 1553. ultimo Junii hat der P. Provincial Prediger-Ordens den Cloſter-Frauen zu Weiler bey Eſſlingen ein Ermahnung-Schreiben zugethan / daraus zu verſtehen/ daß ſie zumahl ſambt denen von Steinheim von den Würtenbergiſchen beläſtiget und angefochten worden. P. Provincialis Schreiben iſt folgenden Innhalts. Mir iſt glaubwürdig angezeigt und fürkommen / wie daß man im Namen und von wegen meines gnädigen Herren und Fürſten von Würtenberg Euch angelangt hab etliche Articul / und dieſelbige anzunemmen billicher Weiß angemuthet / dieweil aber dieſelbige den gemeinen beſchribnen Rechten und Unſers Heyl. Ordens von vorigen Päbſten und Keyſeren gegebne Freyheiten von jetzigen Röm. Keyſer auch gnädigſt beſtättet / wie ihr dann in bey-verwahrten Copeyen zu vernemmen/ gar und gäntzlich zuwider iſt / derohalben auch Euch und gemeinem Convent mein ernſtlichen Befelch in Annehmung ſolcher Articul keines wegs zu bewilligen / und ob man künfftiger Zeit Euch dahin bewegen / und mit geſchwinder Practic oder in ander Weeg unterſtunde / iſt mein Willen und Befelch zu jederzeit mir ſolches treulich anzuzeigen / will ich alsdann uff Mittel und Weeg bedacht ſeyn / damit ihr wider Euer Gewiſſen (das in allem Weeg ſicher / frey und ungezwungen ſoll bleiben / Innhalt und Vermög des Paſſauiſchen Vertrags) zu unbilligen und ungebührlichen Dingen nicht werdet gedrungen: das ich dann lieber umbgehen und unterwegen wolt laſſen / des hab ich Euch und gemeinem Convent zu einer treuen Warnung nit können verhalten / der guten Hoffnung werdet Euch hierinn billicher Weiß / wie bißhero gehorſamblich erzeigen und beweiſen/ zweiffle auch nit / ſo mein gnädiger Herr und Fürſt der Sachen recht berichtet / wie ich dann zu thun durch ein Supplication für mich genommen/ daß ſein Fürſtl. Gnaden weiters bey Euch anzuhalten gnädiglich beruhen und ſtillſtehen werde ꝛc.

Den

Den 23. Julii gibt auf Ih. Fürſtl. Gnaden Erforderung/ was die Cloſter-Frauen von Weiler bey Eßlingen/ in dem Flecken Almerſpach für Gerechtigkeit Veit Breitſchwerdt/ Vogt zu Backnang dieſen Bericht; ſeye gemeldtes Dorff mit Grund und Boden den Cloſter-Frauen zu Weiler gar und allein zuſtändig. 2. Haben ſie auch daſelbſt alle Obrigkeit/ den Staab/ allen Frevel und Buſen. 3. Haben ſie/ die von Almerſpach/ Ih. Fürſtl. Gnaden allein als Schirms-Unterthanen die Erb-Huldigung geleiſtet. 4. Seyen doch niemahlen ausgezogen/ Ih. Fürſtl. Gnaden gefronet oder andere Dienſtbarkeit erſtattet. 5. Dörffen ſie mit der Landſchafft weiter nicht reiſen/ dann daß ſie vor Nacht wieder in ihre Häuſer gelangen mögen. 6. Seyen die von Almerſpach in der groſſen Schatzung nicht angelegt worden. 7. Haben ſie ein eigen Gericht/ das beſitze mit dem Staab ihr Schultheiß von den Frauen zu Weiler dahin verordnet allein. Wann aber ein Sach ſoll appellirt werden/ fahren ſie für den Würtenbergiſchen Hof-Richter und Rath/ oder das Stadt-Gericht gen Stuttgardt/ Backnang oder Marbach/ wie es ihnen beliebt. 7. Zum Beſchluß habe auch Vogt zu Backnang über die zu Almerſpach nichts zu gebieten.

Den 28. Martii (1554.) bitten Herr Herzog Chriſtoffen zu Würtenberg/ Priorin und Convent zu Weiler bey Eßlingen/ daß Ih. Fürſtl. Gnaden ihr gnädiger Herr und Beſchirmer ſeyn wolle/ ſie Arme bey ihrer alten Freyheit und Gerechtſame des Hofmeiſters Diener und Knecht dingen/ und Uhrlaubes halber/ nach ihrem guten Anſehen und Nutzen/ (ſo daß ihnen aus der Erfahrung am beſten bewuſt wäre) unverbindert vollführen/ fürgehen und handlen zu laſſen ꝛc.

Fol. 145. Den 24. Julii (1556) iſt den Cloſter-Frauen zu Weiler bey Eßlingen und anderen insgemein der Catholiſche Gottsdienſt/ ſambt allen Kirchen-Cäremonien und Clöſterlichen Gebräuchen abgeſchafft/ herentgegen die Würtenbergiſche Reformation u. Cloſter-Ordnung übergeben/ und der gemäß zu leben/ mit ſcharpffer Bedrohung anbefohlen und auferlegt worden.

Fol. 149. Obwohlen diß (vorbeſagte 1556ſte) Jahr die Würtenbergiſche neue Reformation oder Cloſter-Ordnung in das Gottshaus Weiler mit Gewalt eingeführt/ auch kein Religioſus oder Prieſter in das Cloſter zu kommen vergonnt/ nicht weniger die Heil. Meß zu Eßlingen oder anderſtwo zu beſuchen den Cloſter-Frauen verbotten/ entgegen die Lutheriſche Predig anzuhören gebotten und anbefohlen worden/ ſo haben ſie jedoch/ vermög unterſchiedlichen Protocollen die Würtenbergiſ. Beambten des Vogt-Gerichts zu Almerſpach im geringſten der Zeit nicht unternommen/ deßgleichen den Ayd weder von Schultheiſſen noch jemand anderen abgefordert.

gitur hoc Cœnobium à multis magnis Principibus: primùm à Guelfone vel Catulo primo Comite Altorffenſi ejusque filiâ Dominâ Judithâ Ludovici Imperatoris cognomento Pii uxore: ab hoc ipſo item Ludovico Pio Caroli Magni filio à Friderico Barbaroſsâ, qvi dedit inter cætera calicem 25. marcarum auri ab Henrico ſuperbo Saxonum & Bavarorum Duce, & ejus conjuge Dominâ Gertrude Lotharii Imperatoris filiâ, ab Henrico item Leone Saxonum, Bavarorum & Brunſwicenſium Duce, qvem ſeditioſum in ſe Fridericus Imperator in exilium pepulit: à Dominâ Kunigunde Imperatoris Philippi filiâ Othoni Regi deſponſatâ: Ab Othone item eodem Bavarorum & Brunſwicenſium Duce contra Philippum Regem electo: à Leopoldo Auſtriæ Duce &c. &c. Item infrà: *Eſt in hoc magnifico Cœnobio omnium Welphonum celebris ſepultura in ſacello S. Oswaldi: ubi in ſubterraneâ cryptâ Welſones omnes ordine poſiti ſedere tanqvàm in Senatu dicuntur. Hanc cùm aliqvandò Imperator Maximilianus* (hujus nominis primus) *aperiri jusſiſſet, aliqvemq́ immiſiſſet, qvi cadavera intùs videret, & de ipſis certi aliqvid renuntiaret, extinctus ille ſtatim dicitur ex mortifero vapore, qvi obvius prodiit intromiſſo ſpeculatori. Eſt verò & alia Baronum* (qui hodie inter immediatos S. R. J. Status genere & dignitate Comites adambulant) *de Königſeck magnifica ibi ſepultura. In introitu templi pendet coſta ſtupendæ longitudinis, qvæ ſororis S. Othmari primi Sangallenſium Abbatis fuiſſe dicitur.* Hæc ille loc. cit. Gabriel Bucelinus verò Hiſtoricus temporibus noſtris de ſacro monaſtico Ordine ſuo ſtrenuè promeritus nativam hanc religioſæ profeſſionis ſuæ domum ſeu Weingartenſe Monaſterium ſecundùm antiquas origines ſuas in germaniâ ſacrâ part. 2. fol. 92. taliter exhibet deſcriptum: *Weingarten pervetuſtæ & magnificæ fundationis Ordinis S. P. Benedicti Cœnobium à Pipino primùm Majore Domûs Regiæ Brabantiæ Duce & Alemanniæ Rectore qvi poſteà Galliarum Rex creatus eſt, fundatum ad inſtantiam S. Altonis Scotiæ Regis filii Germaniæ & Lycatiorum in primis atq́ Ambronum & Vindelicorum Apoſtoli, qvi Paarum inter & Gelonum pauperem primùm Monachorum Cellam ſub annum Chriſti 718. condiderat, Apoſtolicos illic cùm ſuis diſcipulis labores ſolatus*, cujus vitæ hiſtoriam vel breviter annotatam inſpicere licet apud Raderum in Bavariâ Sanctâ vol. 1. fol. 68. ſub his verbis: *Demeruit optimè meritum Pipinus, & inſtruendæ Nobili Abbatiæ Amplisſimos agros, ſilvas, paſcua, aliaq́ contulit, qvæ deinceps Rex factus & Carolomannus frater regia auxêre munificentiâ & fundationem confirmârunt. Verùm cùm tertio pòſt ſeculo Aulicorum Guelphonis Principis licentiâ advocatiæ pesſimè geſto titulo pleraq́ devorâſſet, ut vix jam pauculi aſcetæ Abbatem eligere prohibiti, an jam coacti paupertate miſeram illic vitam agerent, viſus uq́ tertiò commirari ſupremum tribunal S. Alto ſic Guelphonem permovit, ut damna non ſolùm à ſuis illata omnia reſarciret ſed & fundatam ab Etbicone in Ambergew Monachorum Cellam adjungeret, eligendiqve denuò Abbatis poteſtatem liberrimam concederet, fueruntq́ deinceps tanto in pretio ejus loci religioſi, ut cùm eorundem præſentia Princeps ægerrimè careret, optimâ cum illorum de voluntate totam fundationem Altorffium transferret, Guelpho deniq́ tertius ipſis ibidem in monte Regiam ſuam cederet.* Item infrà fol. 93. *Aſſervatur in eodem Cœnobio inſignis omninò ſacrarum Reliqviarum theſaurus, è qvo incomparabilis ille ſacroſanctus lateris Dominici exceptus à Longino Centurione ſanguis ſummâ Hiſtoriæ celebritate, teſtium ſanctitate, Pontificum Romanorum auctoritate, miraculorum perpetuitate comprobatisſimus. Sed & plures aliæ SS. Sanguinis commixti cum terrâ portiones, minùs tamen certâ Hiſtoriæ fide collectæ ſub Cruce; qvia & alius ſacramentalis è ſacrâ profluens hoſtiâ ibidem oſtenditur, ut nihil de præſtantisſimis aliis Sanctorum exviis memoremus.*

WEIS.

❋ WEISSENHORNIENSE

MOnaſterium diœceſis Auguſtanæ RR. Patrum (quos ad inſtantiam Domini territorialis Illuſt. ac Excellentiſſimi Domini Domini Joannis Alberti Fugger S. R. J. Comitis ac Domini in Kirchberg & Weiſſenhorn ſacer Ordo Seraphicus Anno *1666.* immigrare conceſſit Weiſſenhorniæ) Capucinorum primitùs exortum eſt anno proximè ſequenti; quo decurrente Reverendiſſimus ac Ampliſſimus Dominus Dominus Anſelmus S. R. J. Abbas Monaſterii Elchingenſis die 9. Octobris Dominicâ 19. poſt Pentecoſten ritu ſolemni angularem ſeu primum (uti vocamus) lapidem (cum maximo totius vicinæ Nobilitatis & oppidanorum applauſu) poſuit novæ Eccleſiæ quam poſtmodùm cum toto religioſo clauſtro finaliter perfectam & abſolutam in honorem S. Sebaſtiani Martyris die 13. Octobris Dominicâ 19. poſt Pentecoſten in feſto S. Simperti Epiſcopi Auguſtani & Confeſſoris ipſusmet conſecravit Celſiſſimus ac Reverendiſſimus S. R. J. Princeps ac Dominus Dominus Joannes Chriſtophorus Epiſcopus Auguſtanus & Præpoſitus Elvacenſis &c. Cœterùm erectio ſeu prima Cœnobii hujus fundatio diverſis ſolùm innititur fidelium Benefactorum eleemoſynis, unum ſolùm, aut certum aliquem fundatorem habens omninò nullum, & eſt Weiſſenhornia oppidum Marchionatus Burgovienſis vel breviter annotatum in Topographiâ Sueviæ Martini Zeilleri fol. 215.

❋ WELDENSE

SOdalitium parthenium tertiæ Regulæ S. Franciſci duodeno inhabitantium ſacrarum Veſtalium numero hodie coordinatum diœceſis Auguſtanæ in Marchionatu Burgovienſi ad Schmuteram amnem infra diſtrictum ruralis Capituli Biberbacenſis Eccleſiaſticæ juriſdictioni Ordinarii ſubditum: Hoc in territorio & oppido Weldenſi Illuſt. ac Excell. DD. Fuggeris S. R. J. Comitibus ſubdito & parochiali loci Eccleſiæ Deiparæ Virgini ſub titulo annuntiationis dicatæ contiguum ſuperiori decurrente ſeculo ſub annum 1570. adſtruxerunt Sanctimoniales ex religioſo domicilio ſuo Weilerenſi diœceſis Conſtantienſis calumniis hæreticorum (ut ſuprà dictum eſt) coloniâ profligatæ, quod idem atteſtatur etiam Stengelius Abbas in Coment. rerum Auguſt. part. 2. cap. 68. num. 17.

WEMBDINGENSE

WEmbdinga inferioris (quæ communiter *Rieſa* vocatur) Sueviæ noſtræ Franconibus finitimæ, diœceſis tamen Ayſtettenſis prædives oppidum, primùm quidem antiquioribus ſeculis ſtatibus imperialibus aggregatum, inde verò poſt varias (recenſitas à Cruſio part. 2. lib. 2. cap. 3. & 4. item part. 3. lib. 2. cap. 9. & lib. 7. cap. 3.) dominii viciſſitudines Sereniſſimo Electori Bavariæ pace Weſtphalicâ ſubditum ac firmatum jam quatuor ab hinc ſeculis Franciſcanum aliquod RR. PP. Conventualium habuit Monaſterium & quidem de vetuſtioribus unum, utpotè primo ſtatim Sacri Seraphici Ordinis ad partes Germaniæ noſtræ tranſlati exordio, quocunque demùm authore fundatum; cujus tamen poſterioribus annis utcunque derelicti imò fataliter extincti ſola nobis ſuperat memoria ſeu notitia apud Fortunatum Hueber in Chronico fol. 60. 887. & 891.

❋ WEMBDINGENSE

IDem oppidum hodie novum aliquod habet ejusdem ſacri Seraphici Inſtituti Cœnobium, hoc tamen à RR. PP. Capucinis inhabitatum: quod ex variis variorum Benefactorum eleemoſynis hinc inde collatis inædificatum originem ſuam trahit ab Anno 1669. quo currente die 19. Maji

Dominicâ quartâ poſt Paſcha Crux de more poſita, Eccleſia verò de ſpeciali mandato & authoritate Ordinarii Celſiſſimi ac Reverendiſſimi S. R. J. Principis ac Domini Domini Marquardi Epiſcopi Ayſtettenſis ritu ſolemni dedicata fuit die 15. Maji quartâ itidem Dominicâ poſt Paſcha Anno 1672. initiante Reverendiſſimo ac Perilluſtri Domino Domino Ludovico Epiſcopo Dardanenſi Suffraganeo Ayſtettenſi &c. &c.

✻WETTENHUSANUM

IMperiale Collegium diœceſis Auguſtanæ in Marchionatu Burgovienſi medio fermè itinere binas inter ſummè præcipuas Sueviæ civitates Auguſtam Vindelicorum & Ulmam ad Camlachium amnem inchoatum ſeu fundatum eſt anno, (ut habet Bruſchius de Monaſt. German. cent. 1. fol. m. 180.) Dominicæ Incarnationis nongenteſimo octogeſimo ſecundo, vel (ut obſervant Annales domeſtici) integro uno ſeculo priùs videlicet año octingenteſimo ſecundo operâ & miniſterio Illuſtriſſimæ ac pientiſſimæ Dominæ Gertrudis Comitiſſæ de Roggenſtein viduæ; quæ cùm à duob, filiis ſuis Conrado & Wernhero Comitibus de Roggenſtein Equitibus Auratis ad locum aliquem divino Numini ſacrandum, inſtanti petitione tantum agri ſibi conceſſum impetrâſſet, quantum unius diei decurſu circumarare poſſet, ipſa pio dolo commodum miræ parvitatis aratrum adornans, idque è collo pendulum ac in ſinu ſuo reconditum geſtans, eosdem (qui usque hodie Eccleſiæ Wettenhuſanæ parent) limites felici celeritate circumſcripſit, & in omnimodam proprietatem obtinuit; tum propriâ quadam Eccleſiâ in honorem Beatiſſimæ Virginis & S. Georgii Martyris juxtim ædificatâ ac dedicatâ, certisque bonis ac redditibus congruis in uſum perpetuum perfruendis dotatâ, unà cum adjacente clauſtro & latifundio toto circum circà poſito illam pleno jure deposthâc poſſidendam & incolendam tradidit viris religioſis ſub felici auſpicio & præſidio Magni Præſulis & Doctoris Eccleſiæ Aurelii Auguſtini devotè militantibus primâ horum paris pro tunc Ordinis & canonicæ profeſſionis coloniâ ex celeberrimo & imperiali itidem SS. Udalrici & Afræ Monaſterio Auguſtano (hodie Monachis Benedictinis ſubdito) recenſito ſuprà plenariè deſumptâ: quibus etiam ipſa Domina fundatrix Gertrudis unà cum nominatis filiis ſuis perpetuò deinceps uſurpanda ac gentilitio ritu geſtanda dedit præclariſſima Illuſtriſſimæ Roggenſteinenſis familiæ Scuta & Inſignia.

Eandem Domini Sabaoth vineam à memoratâ Gertrude plantatam liberaliter rigavit Bertha ejus filia Comitiſſà de Roggenſtein cum marito ſuo Winthero Comite ab Ortenberg; cujus ſtemma genealogicum & reſidentiam in Alſatiâ temporibus illis inclytam allegat Cruſius in Annal. Suevicis part. 3. lib. 3. cap. 6. Hujuscemodi proin Fundatorum ac Benefactorum Eccleſiæ Wettenhuſanæ omnium & ſingulorum grata memoria quotannis hodiedùm ex antiquâ conſuetudine ſolemnis habetur feriâ tertiâ poſt Dominicam Divæ Triadi ſacram: quâ die ſolemnibus exequiis in Suffragium illorum ritè perſolutis largiſſimæ quoque fiunt eleemoſynæ panis, vini & pecuniæ in pauperes & egenos magno numero concurſantes diſtribui ſolitæ. Porrò Roggenſteinenſis antedicta (cujus gentilitium caſtrum patriâ voce *Roggenſtein* appellatum jam ab Anno 1324. in ruderibus ſuis abſconditum quantum jactus eſt lapidis Wettenhuſio diſtat) proſapia priſcis ſeculis potens admodùm inclaruit & famoſa: ad quam vertentibus annis totus etiam hæreditario jure Marchionatus Burgovienſis devenit; atque hujus familiæ fuit ultimus Henricus hujus nominis V. cognomento *Probus* Anno 1310. (Bruſchio citato ſecùs 1283.) terris defunctus idem poſt mortem cum majoribus ſuis in templo Wettenhuſano reconditus: cui temporibus ſuis aſſociata fuit etiam magna pars Nobilitatis Suecicæ: inter cujus potiores familias hâc in parte facilè primas tenet percelebris illa Baronum *à Rodt* appellata, olim in antedicto Marchionatu Burgovienſi ſedibus & opibus ſuis uti ditiſſima, ita & variarum ditionum ſeu caſtrorum, oppidorum ac pagorum poſſeſſione frequen-

quentiſſima; tum plures aliæ de antiquâ Nobilitate Suevicâ ſtirpes inclytæ (è quibus non quidem omnes, ſed certæ tantùm perſonæ ſepulturam Wettenhuſanam ſunt adeptæ) ſuis locis deſcriptæ ſequentes: Ab Altâ Embs: Ab Eichelberg: De Berg: Burggravii de Burtenbach: Ab Ellerbach: De Flachberg: Güſſii de Güſſenberg: Hainlin de Stauffenried: Halder de Cauzenberg: De Hamerſtetten: De Neideck: De Saxenhauſen: De Schwendi: Speten de Zwifalten: De Stein: Sturmfelder: De Weſternach: De Weſterſtetten &c. &c.

Prætcritis ſeculis Imperialis Canonia hæc à Sereniſſimis Principibus Auſtriæ, Marchionibus Burgoviæ &c. &c. donata ac cumulata fuit variis & inſignibus (quibus hodiedùm ſecurè gaudet) juribus ac privilegiis: in quorum recognitionem piis hujuscemodi Benefactorum Manibus quotannis in Eccleſiâ Wettenhuſanâ gratâ memoriâ ſolemniter parentatur. Auguſtiſſimus Princeps Leopoldus I. Romanorum Imperator Archidux Auſtriæ, Marchio Burgoviæ &c. &c. quascunque gratias & donationes à memoratis Prædeceſſoribus ſuis multifariàm impertitas, novo diplomate clementiſſimè ſtabilivit, easque plurimùm augmentavit; unde Collegium hoc Wettenhuſanum per ampliùs fuit illuſtratum: quod ipſum ſuperiori illo longævo Martis aquilonaris diſturbio mille diris afflictum, ut & continuis quaſi hoſtium ac militum direptionibus infeſtatum imò penitùs attritum, & ad incitas redactum tantùm non omninò defecit: quousque poſt redditam communem patriæ pacem tot ac tantis immanium perſecutionum tempeſtatibus undique ſedatis (faventibus Superis) ſerenior Phœbus arriſit, dùm nempè Wettenhuſium ſuccedentibus annis pleniſſimè gratiorem formam induit omni ex parte feliciſſimè reſtauratum & excultum muris ac ædificiis ex fundamento novis: quibus omnibus nobiliter anteſtat novum templum (Anno 1687. die 27. Aprilis Dominicâ quartâ poſt Paſcha in honorem Divæ Virginis Genitricis Dei Mariæ & S. Georgii Martyris, initiatore Reverendisſimo ac Illuſtrisſimo Domino Domino Euſtachio Egolpho ex Baronibus à Weſternach Epiſcopo Diocleenſi Proepiſcopo Auguſtano & Cathedralis Eccleſiæ Canonico ac Cuſtode &c. &c. ritu ſolemni conſecratum) ad invidiam ſplendidum & exornatum talem in ſuo frontiſpicio præſeferens inſcriptionem:

IN DEO MEO
D. O. M.

Virgini Matri Mariæ, Angelis, Cœlitibus &c. &c. Baſilicam hanc funditùs erectam ſummo affectu.

D. D. D.

Dionyſius ex Lib. Baron. de Rhelingen Dei Gratiâ S. R. J. Præl. Abbas Sac. Cæſ. Majeſtatis Conſiliarius & Sacellanus

ANNO MDC. LXXXIII.

Memoriam æternam, his, qvi poſt me futuri ſunt, relinqvam Sap. 8. v. 13.

❀ WIBLINGENSE

BYblingum *Cænobium Ordinis D. Benedicti Conſtantienſis diœceſis non procul ab Ulmâ Sueviæ metropoli in ſiniſtrâ deſcendentis in Danubium Ilari ſitum: ſic dictum à prætereunte fluvio Bibingo, qvi ibi in Ilarum cadit. Fundatum & incboatum eſt in honorem S. Martini An. Domini 1099. ab Othone & Hartmanno fratribus Comitibus de Kirchberg religionem Chriſtianam mirificè amantibus Regulis, in ejusdem Monaſterii templo honorificè ſepultis; qvi hoc ſuum Cænobium Pontifici Romano obtulerunt ac donârunt totum. Unde Abbas loci ſingulis annis Ducatum Biſantinum Cameræ Apoſtolicæ in perpetuam hujus oblationis memoriam numerare cogitur. Dicitur autem Monaſterium primùm incboatum eſſe in vicino monte Kirchbergo, ubi primum adhuc templum ſatis eſt magnificum. Iſte mons tùm latisſimus ſubterfluentis Ilari crebris infeſtationibus ac tempeſtatibus ita ſucceſſu temporis diminutus, exeſus & vaſtatus eſt, ut magna ejus pars in Ilarum*

ceciderit, quæ res occaſionem præbuit transferendi Cœnobium in proximè adjacentem, & ab Ilari: Incurſibus paulò tutiorem agrum, in concurſu Winii vel Wibingi & Ilari ſitum: etſi ne ille quidem locus interdum ſatis tutus ſit ſæviente fluvio hybernarum aquarum acceſſionibus aucto. Hæc Bruſchius de Monaſt. Germ. cent. 1. fol. m. 21. Sed plura de præcelebri hoc aſceterio juvat etiam hîc ſubdere & audire Felicem Fabrum in ſuâ Hiſtoriâ Suevorum lib. 2. cap. 11. fol. 284. & ſeqq. ſcribentem ut ſequitur: *Wiblingen Cœnobium religione ſingulariter famatum, fundatum fuit illo aureo tempore & placabili anno Domini milleſimo nonageſimo nono, quo Jeroſolyma Sancta civitas capta fuit à populo Chriſtiano Duce Godefrido clariſſimo Lotharingiæ Comite & in libertatem Chriſtianæ religionis reducta. Illo enim aureo tempore penè omnes Nobiles Occidentis & quaſi totius Europæ cum infinitis legionibus in paſſagio Terræ ſanctæ erant. Illi verò Nobiles, qui remanſerant, expenſas, quas pro more facturi fuiſſent, in Eccleſiarum, Monaſteriorum, & eleemoſynarum convertebant uſum. Erant autem tunc temporis duo illuſtres Domini, puto Comites de Kirchberg Otto & Hermannus fratres, qui devotione fidei accenſi Crucem cum cæteris Principibus, Comitibus, Baronibus, Militibus & Nobilibus ſumpſerunt ſignati ad pugnam contra infideles pro civitate ſanctâ Hieruſalem. Sed, ut ſancta Crux, ſub quâ pugnare ſolebant, & cujus ſignum veſtibus ſuis aſſutum habebant, eos protegeret & defenderet, in perpetuum Crucis honorem & ſuæ ſignationis memoriam præter expenſas in paſſagio habituras pecuniam copioſam elargiti ſunt: conductis Architectis pro fundatione & ædificatione Monaſterii S. Crucis Ordinis S. Benedicti in monte juxta Eccleſiam parochialem; ut ſic unico Crucis talento ſuſcepto non tantùm dupla, ſed tripla talenta redderent, ſcilicet animas pro orthodoxâ fide, corpora pro Jeruſalem ſanctâ civitate, & temporalem ſubſtantiam pro Dominico Sepulchro & Sanctâ Cruce, quatenùs in transmarinis partibus Crucis blaſphematores gladio necarent, & cum hoc in ſuis partibus Crucis adoratores in ampliorem amorem Crucis ædificato Monaſterio ducerent. Sanctâ igitur civitate Jeruſalem per noſtros liberatâ, cùm prædicti Comites rediiſſent ſani & incolumes, didicerunt ab artificibus ſtructurarum in præfato monte non poſſe tenere & nullum grande ſtabile manere ædificium propter montis arenoſitatem, quapropter inito conſilio fundamentum pro Monaſterio jecerunt in loco, ubi hodie grattâ Dei perſiſtit, & non multò pòſt mons, in quo ædificare inceperant, ſciſſus eſt, & pars antiquæ Eccleſiæ, quæ conſtructa fuit anno Domini* (ſupra milleſimum) *quadringenteſimo quarto, ſicut ſculptura docere videtur, corruit in præceps cum parte cœmiterii. Undè dùm inferiùs foditur adhuc oſſa humana reperiuntur quæ ſimul defluxerunt. Continuè enim mons ille fluit: unde antiqui ruſtici dicunt, eum ſuis temporibus multò latiorem fuiſſe, quàm nunc ſit. Prudenti ergò conſilio facta fuit Monaſterii tranſlatio in alium locum: credo tamen, ſi tranſlatores ſciviſſent, quod nunc Patres Monaſterii experiuntur, quòd non in illum locum Monaſterium fundâſſent, quia Ilarus fluvius, qui tempore fundationis longè à Monaſterio per media decurrebat arva, rupto veteri ſuo alveo ſucceſſu temporis uſq; ad muros Conventûs cum fremitu decurrit, & niſi ſancta Crux volens ſtare contra torrentem obviaret, ipſum Monaſterium penitùs diſſolutum fuiſſet. Unde quodam tempore inundatione graſſante omni humano auxilio deſtituti Fratres, genibus flexis & manibus in cœlum protenſis divinum & Sanctæ Crucis devotiùs flagitabant adjutorium, & mox videbatur adeſſe quidam Cœlicola, qui contra aquam cum Cruce procedens fluctus à muris potenter repulit. Fundato igitur Monaſterio glorioſi illi Domini Otho & Hermannus ipſum dotaverunt multis temporalibus bonis per gyrum omnia jura ſua ſuper hujuſmodi bonis liberè reſignantes Monaſterio, ipſum Monaſterium devotiſſimè obtulerunt Urbano hujus nominis Papæ ſecundo, abdicantes ſua & ſuorum ſucceſſorum omnia & ſingula jura purè & ſinceriſſimè, quod Papa gratanter accipiens Conventui in illius donationis memoriam impoſuit, ut ſingulis annis ad Romam mittant Biſſuntium aureum ducatum ad Papæ Cameram. Dicti autem Comites Otto & Hermannus omni ſtudio præcavebant, ut nec poſteri eorum occaſionem invenirent gravandi locum, & jus in eo quærendi. Unde ſimpliciter ſua nomina ſine agnomine dominii*

minii

minii & genealogiæ ſcripta relinquunt, nec ſepulchra armorum apparatu ſignaverunt, nec parietes aut lapides Monaſteſterii ſimulacrum ſuarum imaginum occupaverunt, ſicut moderni faciunt, & ita inutiliter ſuas relinquunt memorias, ut apud plures in dubium vertatur, an fuerint Comites de Kirchberg, qvi parùm curaverunt nomina ſua in terris ſuis vocari. Annis autem præteritis fuerunt, ut audivi, litteræ repertæ in Ottenbeuren, in qvibus ſtabant nomina duorum Comitum de Kirchberg Ottonis & Hermanni.

Primus hujus Monaſterii Abbas vir Sanctus & admodùm religioſus fuit Dominus Wernherus de Ellerbach nobilis genere & multò nobilior religione, è S. Blaſii Herciniæ poſtulatus Anno 1102. qui præfuit annis 24. demùm ad ſuperos translatus die 4. Junii Anno 1126. Hodie celeberrimum iſtud Wiblingenſe Cœnobium apprimè reſtauratum inſigniter admodùm claret & eniteſcit non ſolùm in ædificiis ſuis clauſtralibus nobiliter exornatum, ſed & in religioſis inquilinis cùm ſcientiâ litterarum, tùm diſciplinâ morum excultisſimis juſtisſimè honoratum & exaltatum: cujus quà talis primarius author, imò & per omnia quaſi alter fundator fuiſſe celebratur ac pluribus titulis â poſteris gratâ memoriâ laudatur Reverendisſimus ac Amplisſimus Dominus Dominus Maurus piisſimæ memoriæ Abbas Wiblingenſis Sacri Ordinis ſui in Congregatione Suevica Præſes & Viſitator dignisſimus vigilantisſimus &c. &c. nuper Anno 1692. die 20. Februarii ætatis 56. regiminis 26. immortalitatis, iter aggreſſus: cujus uberrimas laudes & merita præclarè ſatis texuit in funebri (quam die 23. ejusdem menſis & anni in templo Wiblingenſi publicè habuit, ac pòſt etiam typis Auguſtanis excudi fecit) concione Adm. R. P. Conſtantinus Warasdinus Ordinis Minorum S. Franciſci Capucinorum Presbyter ac pro tempore Ven. Conventus Weiſſenhorniani Quardianus.

WIBLINGENSE

Alterum paris nominis, ſed & unius cum priore illo monaſticæ profeſſionis contubernium; hoc tamen fœmininum, & quamvis jam à pluribus annis fataliter extinctum, vel antiquitus tamen peregregiè floruiſſe, ejusdemque domicellas admodùm plures tùm generis nobilitate, cum ſingulari virtutum laude percipuas ſub diſciplinâ clauſtrali cœleſti ſponſo Chriſto Domino devotiſſimas jugiter deſerviiſſe, præter conſtantem traditionem, par quoque teſtis eſt idem Felix Faber loco citato fol. 286. in hæc verba: *Hic Abbas* (Wernherus antedictus) *quia devotisſimos nutriebat Monachos rogatus fuit à multis Deo devotis virginibus, ut & Conventum vel clauſtrum pro eis juxta ſuum ædificaret Monaſterium, inclinatus autem precibus earum, ad latus Conventûs recluſorium fecit: in qvo multo tempore Virginum devotarum fuit congregatio juxta Capellam B. Mariæ Virginis, quæ hodie ſtat in cœmiterio, in quâ ſepultura fuit prædictarum ſororum, inter qvas multæ ſanctæ creduntur fuiſſe. Nam ab antiqvo uſq; ad moderna tempora multi homines de Ulmâ & aliis diſtrictibus Capellam illam viſitant ob honorem trium Virginum, qvas nominant tres Virgines ſanctas occultas vel abſconſas &c.*

WILDBERGENSE

Clauſtrale domicilium fœmininum Ordini Franciſcano tertiæ, uti vocant, Regulæ ſubditum in ipſo oppido Wildberg diœceſis Conſtantienſis forenſis verò ditionis olim Hohenbergenſis nunc verò Wirtenbergenſis largè deſcripto à Zeillero in Topographia Sueviæ fol. 219. conſtitutum, dùm ante tempora mutatæ religionis adhuc illibatè floruit, à Reuthenſi illo Dominicanæ profeſſionis Cœnobio, eoque ſubinde in ſcriptis *Wildbergenſe* nuncupari ſolito longè diverſum fuit, de quo Franciſcano hoc parthenone jam pridem

dem calumniis hæreticorum penitùs extincto, ſolùm ea ſuperant, quæ Documenta Monaſt. Wirtenb. Virg. denuntiant fol. 146. in hæc verba: Den 18. Auguſti (Anno 1556.) thuen Herr Herzog Chriſtoffen/ Caſpar Ber Doctor/und Sebaſtian Hormold unterthänige Relation: was neulicher Zeit ſo wohl zu Reuthin bey Wildberg in dem Cloſter/ als auch in dem Beginen Haus daſelbſten ihr Verrichtung geweſt ſey. Und wann alles wahr/ was ſie referiren/ hätten ſie ihr Quitt-Evangeliſch Netz auf dißmal præter morem nicht gar umſonſt ausgeworffen. Et paulò pòſt. fol. 148. In dem Beginen Haus iſt obgeſetzten Würtenbergiſchen Referenten ihrem Vorgeben nach/ das neue Apoſtoliſche Ambt gleichfalls nicht gar übel gelungen. Dann alldorten erzehlen Ih. Fürſtl. Gnaden ſie/ wie daß ſie mehr nicht als allein vier gar alte betagte Frauen befunden/ welchen ſie die Würtenbergiſche Reformation ſummariſch vorgehalten / und darauff ermahnt / die Predigen des neu-erfundenen Evangelii zu beſuchen / die Meß und ander Apoſtoliſcher Nonnen-Werck abzuſtellen/ darzu in dem Ausgehen ihr Kutten abthuen / deßgleichen ihr Haus und Einkommen in den Kirchen-Caſten zu übergeben/ und dargegen ihr Unterhaltung bey den Cloſter-Frauen zu Reuthin ihr Lebenlang anzunehmen ꝛc. ꝛc.

Darauff ſie angezeigt / wie ſie nunmehr in ſo hohem Alter/ und ihre Tag mit harter Müh und Arbeit hergebracht/ offt ſehr übel dabey geſſen / biß ſie diß ihr Armüthlein erſpahrt/ und errungen. Wollten die Predig beſuchen / und anderen nachkom̃en: allein daß man ſie vollends die Tag ihres übrigen kurtzen Lebens in ihrem Haus beyeinander laſſen wollt. Worauf offtermeldter Würtenbergiſ. Räth Gutachten auf ſolch ihr der Clauſnerin Erbieten u. Bitt/ ſie vollends ihr Lebenlang in ihrem Haus alſo beyeinander wohnen und bleiben zu laſſen/ und da ſie abgeſtorben/ alsdann das Haus zum Spital zu verwenden / und das übrig Einkommen und Gütlein dem Kirchen-Caſten zu Steur und Unterhaltung der Kirchendiener gnädiglichen verwenden zu laſſen.

❋ WIMPINENSE

COllegium Canonicorum (qui tamen de præſenti ſex ſolùm ſunt, non tam temporum injuriâ quàm hæreticorum invidiâ in tantum numero ſuo diminuti) ſecularium; antiquitùs verò qualiscunque demùm monaſtici Ordinis Aſceterium. Cujus primus author & fundator fuit S. Crotoldus Wormatienſis Epiſcopus (juxta calculum Bruſchii de Epiſc. German. cent. 1. cap. 7.) numero tertius jam anno gratiæ 503. in paſtorali officio inclytus: qui Wormatiâ cum plerisque Urbibus ac Caſtellis Rheno adſitis ab Attilâ Hunnorum Rege immaniſſimè devaſtatis Wimpinæ ſedem epiſcopalem ſibi conſtituit, ubi & in Domino ipſe S. Crotoldus Epiſcopus ſanctiſſimè requievit ſepultus ac honorificentiſſimè reconditus ibidem ſub Epitaphio apud eundem Bruſchium legendo loc. cit. Eſt autem Wimpina urbs imperialis (in civibus ſuis & inquilinis jam dudùm meriſſimè Lutherana) in finibus Sueviæ ad fluenta Nicri Franconibus proxima, largè deſcripta à Zeillero in Topographiâ Sueviæ fol. 220. eadem ipſa jam olim ſub annum circiter 1250. pro Epiſcopatu Vangionum recuperata teſte eodem Bruſchio citato in Richardo 43. Epiſc. Wormatienſi.

❋ WIMPINENSE

HOſpitale ſeu domicilium Ordinis S. Spiritûs, quale vel olim iſthic loci celebre fuiſſe damnati licet nominis author refert Bernardus Herzog in ſuo Chronico Alſatiæ lib. 5. cap. 13. fol. 35. pauciſſimis, tantùm ſacri hoſpitii

ſpitii hujus mentionem faciens in hæc verba: Es ſeyn ſonſten dieſer Hoſpital-Häuſer des H. Geiſts-Ordē in Teutſchland noch mehrer geweſen / ſo zum Theil nicht mehr im Weſen / als zu Beren / Memmingen / Gröningen / Wimpffen ꝛc. Et Zeillerus antè citatus de eodem ita ſcribit: An. 1250. iſt von einem Burger u. Advocaten der Stadt Wimpffen / Namens Wilhelm / dem Spital allhie das Hoffgut der Hüpfſel-Hoff heim geſtifftet / und titulo donationis geſchenckt / übergeben und eingeraumbt worden / und zwar mit dieſem Anhang / daß ſolch Gut nimmermehr davon alienirt / ſondern ewiglichen dabey verbleiben ſolle. Es habens zwar die Ordens-Herren des H. Geiſts zu Wimpffen / ſo unter dem Meiſter des H. Geiſts Orden zu Stephansfelden ein geringe Zeit genutzt u. genoſſen / weil ihnen als verordneten / beſtellten Meß-Prieſteren und Seelſorgeren / der Armen im Spital von einem ehrſamen Rath als Ober-Pflegeren Anno 1471. für ihre Beſoldung ſolches eingeraumbt worden. Aber An. 1556. wurde es damit wieder in den alten Stand gerichtet / wiewol die Vollziehung biß An. 1588. angeſtanden; die Geiſtliche haben zwar das beſagte Gut wegen der Catholiſ. Spital-Kirchen gebraucht und genoſſen / die Verwaltung aber iſt bey einem ehrſamen Rath geſtanden.

Afflictis rebus Wimpinenſis Hoſpitalis hujus jam pridem hæreſum ac bellorum injuriâ plusquàm miſerabiliter attriti, atque hactenùs tantùm non omninò ſuffocati temporibus noſtris, pro toto ſuo, quo mirificè flagrat religionis Zelo ſagaciter intendit, qui & amoroſè medetur Deo & hominibus dilectus Reverendiſſimus ac Ampliſſimus Dominus D. Sigismundus ejusdem Ordinis S. Spiritûs Antiſtes inclytus: idem Hoſpitalis Memmingenſis ſupremus Magiſter ſtrenuè promeritus; dùm is nempè locum hunc Wimpinæ memorato Ordini ſuo meriſſimos inter Acatholicos innoxiè ſervandum nullis non parcens laboribus religioſam iſthic coloniam conſtanter fovet ac nutrit è domeſtico proprio cœtu ſuo Memmingenſi datam quantocyùs (faxint ſuperi) ſecundùm quævis antiqua jura in integrum reſtituendam.

✠ WIMPINENSE

FLoret itidem Wimpinæ ſalvum adhuc & integrum Ordinis Prædicatorum S. Dominici Monaſterium ſub annum gratiæ 1269. authore Prænobili ac Strenuo Domino Engelhardo de Weinſperg Equite Aurato conditum: cujus templum eo ipſo in loco fuit (uti ſimplex & antiqua habet traditio) ædificatum, ubi quondam infamis furca ſub dominio nobilium Dynaſtarum ſtetit, unde & ſacer locus iſte ſeu Eccleſia honori S. Crucis Dominicæ dedicata fuit, ut nempè ſic, ubi priùs abundavit delictum, ibi depoſthâc abundaret gratia. Plura de genuinis Cœnobii hujus fundatoribus vide, ſi placet apud Cruſium in Annalibus Sueviæ part. 2. pluribus locis, de ipſo verò fundato clauſtro hoc Wimpinenſi, noviſſimè in rem præſentem eò ad me transmiſſa tibi Lector venerande habe ſequentia: *Anno Domini 1269. recepta eſt domus hac ſub R. P. Eduardo Provinciali. Eodem anno ad Capitulum Provinciale Lovanii in Brabantiâ celebratum miſſus eſt & admiſſus Conventus iſte: Item Capitula provincialia celebrata ſunt hic qvinq́, primum anno 1351. in die S. Lucæ Evangeliſtæ, ſecundum Anno 1479. in die Aſſumptionis B. Mariæ Virginis, tertium Anno 1506. Dominicâ Jubilate: quartum Anno 1528. die S. Lucæ: quintum Anno 1553. Dominicâ Cantate: Item An. Domini 1590. Dominicâ Cantate ſub R. P. Zittardo Provinciali iterùm hîc Wimpinæ Capitulum fuiſſet celebrandum, ſed RR. PP. Prioribus & reliqvis (ut vocantur) Vocalibus jamjam adventantibus Magiſtratus ſecularis jam omninò Lutheranus urbis ingreſſum illis ſeverè prohibuit, imò Priores aliqvot miniſterio ſatellitum & apparitorum ab unâ portâ civitatis ad alteram per plateas cum ingenti plebis turmatim concurrentis opprobio deduci fecerunt & ejecerunt; unde memoratum Capitulum iſthîc loci celebrari pro tunc neutiqvam potuit. Item tempore belli Suecici, qvod acriùs in partibus iſtis*

deſaviit RR. PP. & FF. Conventûs iſtius Wimpinenſis violenter ab Eccleſiâ & proprio Monaſterio ſuo detruſi ſunt & Magiſtratus civicus qvascunq; poſſesſiones & redditus illorum in ſuam temerè redegit poteſtatem, qvatuor inſuper altaria per miniſtros deteſtabiles violenter immiſſos partim violavit, partim deſtruxit. item eodem calamitoſo tempore in Conventu hoc priorem egit R. P. Chriſtianus Knöllius ejusdem Wimpinenſis Conventus filius, qvi dùm è Cœnobio ſuo pulſus exul in Hoſpitali urbis degeret immanes perſecutiones, verbera & fuſtigationes amarisſimas oppidò multas expertus patientisſimè ſuſtinuit, qvousq; miſeriarum ſatur Monaſterio ſuo reſtitutus à laboribus, ſudoribus & calamitatibus plurimis in Domino requievit Anno 1634. die 7. Decembris. Hactenùs tabulæ domeſticæ Wimpinenſis Monaſterii Dominicani.

Porrò ſatis opportunè dictandum hîc occurrit, quòd magna pars vicinæ Nobilitatis tùm Sueviæ tùm Franconiæ totis trecentis annis ſepulturam antehâc ſibi delegerit in hoc S. Crucis templo Dominicano communiter uſurpandam. Unde hodiedùm centum viginti plùs minùs ſcuta ſeu diverſarum familiarum Inſignia inibi cernuntur appenſa, quamvis longitudine dierum & annorum ſatis attrita, exeſa & mutilata. Hujusmodi verò Illuſtres familiæ fuiſſe leguntur ſequentes: *1. Altorff (aliàs Wollenſchlag) 2. Angeloch. 3. Aurbach. 4. Aſchauſen. 5. de Berlingen. 6. de Brener 1483. 7. Dalen. 8. Düell. 9. Ehrenberg. 10. Erffberg. 11. Emer. 1383. 12. Fezer. 13. Goltlinger. 14. Grecken de Kochendorff. 15. Grüſſen. 16. Helmſtatt. 1483. 17. Hennenberg. 18. Herbholzer. 19. Hornberg. 20. Horneck. 21. Kapler ab Oedheim, alias Pauzen. 22. Lamersheim. 23. Maſſenbach. 24. Mauern. 25. Murhauſen. 26. Neuperg 1462. 27. Neydeck. 28. Nippenburg. 29. Rauſperg. 30. Riett. 31. Rimlingen. 32. Schlatt. 33. Sickingen. 34. Schornſtetten. 35. Speten ab Hopſingen. 36. Spolimbach. 37. Sterenfels. 38. Trezlingen. 39. Truchſeſſ. 40. Thünbach. 41. Venigen. 42. Weinſperg. 43. Weishelm Band. 44. Werich. Wirtatt &c. &c. Item ibidem ſcripta leguntur ſequentia: Anno 1500. diem ſuum obiit P. F. Dudo Nobilis ac devotus de Gemmingen. Item F. Schwicerus de Gemingen. Converſus & parens præfati F. Dudonis ſunt ſimul in uno loco ſepulti. Item F. Conradus de proſapiâ Nyperg.*

WIMPINENSE

HOſpitium RR. PP. Ordinis Minorum S. Franciſci Capucinorum, quod adhuc Anno 1640. Wimpinæ floruiſſe ſcimus quidem ex Zeillero in Topographiâ Sueviæ fol. 220. quia tamen iſtud ſequentibus annis ſuo loco motum haud ampliùs ſupereſt, omninò mihi perſuadeo, quòd executio Inſtrumenti pacis Cæſareo-Suecicæ ſub annum 1648. promulgatæ totum illud evacuârit & redegerit in nihilum.

✱ WINEDENSE

DOmicilium ſeu Commenda de Ordine militari B. Mariæ Virginis Teutonicorum in partibus Wirtenbergiæ & diſtrictu diœceſis Spirenſis etiamnùm temporibus noſtris inclytum; de quo Cruſius ad annum 1267. part. 3. lib. 2. cap. 17. vel paucis ita ſcribit: *Vivebat eodem tempore Ulricus Winedenſis Baro Monachus: factus poſteà Einſidlenſis Abbas. Habitabatur à Winedenſibus Dominis arx, qvæ adhuc vocatur Weniderburg. Eam ditionem poſteà Neiffenſes & Weinſpergenſes Barones jure hæreditario nacti ſunt. Qvi disſidio inter eos orto ditionem diviſerunt: & uterq; ſuam partem vendidit (alter in alterius odium) Domui Wirtenbergicæ & Ordini Teutonico: qvi hodieq; jure proprietatis posſident.* Item infrà lib. 4. cap. 6. *Comes Wirtenbergenſis Ulricus oppidum Winedam & arcem de Comite Weinſperg emit* (Anno 1323.) *qvadringentis viginti florenis viliore ſcilicet pretio, ut ab affine; qvi alioqvin ei donaturus fuiſſet, niſi metuiſſet, ne ſe mortuo, propinqvi ſui illa Comiti Ulrico ereptum irent. Aliter ſic inveni: poſtremò ad* BARONES *duos Neiffenſem & Wein-*

Weinſpergenſem illam ditionem veniſſe. Cum autem inter ſe diſſiderent, alteram ſuam partem Wirtenbergenſi Comiti, alteram ſuam Teutonico Ordini (ſicut adhuc poſſident) vendidiſſe. Vide, ſi placet, etiam Zeillerum in Topographiâ Sueviæ fol. 221. ubi is largiorem oppidi Winedenſis affert deſcriptionem.

Porrò cùm hoc Winedenſe domicilium inter plura (quæ univerſa tellus noſtra Suevica habet) Equeſtris Ordinis Teutonici domicilia hactenùs à nobis enumerata hîc occurrat ultimum ac poſtremum operæ pretium fore cenſemus ad pleniorem omnium illorum notitiam hîc ſubjungere, quæ de primævâ ſæpedicti Ordinis Teutonici origine in Germaniâ depromit Trithemius Abbas in ſuo Hirſaugienſi Chronico part. 1. fol. m. 482. ad annum 1192. ita ſcribens: *His temporibus Ordo Fratrum B. Mariæ Teutonicorum in Terrâ Sanctâ per qvosdam Cives Bremenſes & Lubicenſes ſumpſit exordium, qvi cum Adolpho Comite de Holſtein ſub Friderico Imperatore primo in exercitu per Ungariam & Græciam fuerant profecti. Hi cùm viderent plures in exercitu Chriſtianorum infirmos pauperes præ inopiâ fame & ſiti perire, miſericordiâ moti ſunt & ſe juramento ſimul pro Chriſti amore conſtrinxerunt votivaliter obligantes, qvòd pauperibus deinceps pro viribus perpetuò ſervirent. Et primò qvidem hujus ſancti propoſiti votum exeqventes infirmos & pauperes peregrinos in curam ſuſcipientes prout poterant ſub papilionibus miniſtrando eis neceſſaria ponebant: poſteà parvam Eccleſiam in Accaron conſtruentes eam in honore B. Mariæ ſemper Virginis dedicârunt: à quâ Fratres B. Mariæ Virginis Teutonici originaliter ſunt nuncupati. Nam juxta eandem Eccleſiam domos pro infirmis neceſſarias in modum Hoſpitalis ædificârunt: in qvibus magnam multitudinem ægrotantium pauperum diatim ſuſcipiebant. Quorum devotionem & ſanctum in pauperes Chriſti miniſterium Nobiles cernentes & Divites multa eis beneficia eleemoſynarum in ſuſtentationem ægrotantium contulerunt, & qvotqvot ſe morituros qvâlibet occaſione cernebant, res ſuas vel omnes vel magnam illarum partem huic ſancto miniſterio legaverunt. Quo factum eſt, ut brevi tempore fierent divites: & tam numero ſervientium infirmis perſonarum plures, qvàm rerum temporalium ſubſidio locupletes. Unde plures in diverſis Syriæ locis ejusdem ſancti miniſterii ſive Ordinis domus & congregationes brevi tempore in relevamen, & ſuſtentationem infirmantium pauperum conſtructæ ſunt. Elapſis poſt hac annis plurimis Terra ſancta peccatis hominum id promerentibus rursùs totaliter in poteſtatem infidelium Saracenorum devenit, & multis Chriſtianorum millibus interfectis reliqvi omnes fugerunt. Inter qvos Magiſter Ordinis Teutonicorum cum fratribus ſuis in Germaniam, unde venerant, reverſi ſunt: & Ordinis ſui domos in diverſis locis authoritate Apoſtolicâ ſuffulti conſtruere incipientes brevi tempore numero & rebus valdè profecerunt.* Item infrà fol. 538. ad annum 1227. *His temporibus Ordo Militum B. Mariæ Hoſpitalis Teutonicorum in Germaniæ Provinciis domos Conventuales in diverſis locis plures conſtruere cœpit: & brevi tempore multùm in rebus & bonis temporalibus profecit per induſtriam Hermanni ſupremi Magiſtri Hoſpitalis Hieroſolymitani; qvi anno priore ad contrahendū auxilia in Saracenos de partib⁹ transmarinis venerat in Germaniam cum litteris commendatitiis tam Romani Pontificis Honorii, quàm Imperatoris Friderici. Verebatur etenim vir prudens, qvod poſteà contigit, ne ſi Regnum Hieroſolymitanum Saracenorum dominio in toto ſubjiceretur, Ordinis ſui nomen ſimul & inſtitutio penitùs interirent. Unde cum favore Summi Pontificis, Imperatoris qvoq; & Principum domus in Teutoniâ plures fundatæ ſunt militum Ordinis Teutonicorum, multisq; prædiis & poſſesſionibus in ſubſidium militantium Chriſti magnificè dotatæ.*

WISENBACHENSE

MOnaſterium Ordinis nobis nondùm revelati diœceſis (niſi fallor) Wormatienſis in forenſi tamen ditione Electoris Palatini Heidelbergenſis propè Neckersgmündam oppidum in fundo Sueviæ. Pii conditores iſtius circa annum 1150. fuiſſe perhibentur antiqui Comites Dilſpergenſes: quorum ſtemmate jampridem emortuo arx gentilitia paret hodie memorato Electori Heidelbergenſi nominata apud Zeillerum in Itinerario Germaniæ part. 2. cap. 25. fol. m. 537. De ipsâ verò Cœnobii hujus Origine tractat Cruſius in Annalibus part. 2. lib. 10. cap. 10.

WISENSTAIGENSE

Collegium Canonicorum ſecularium in Wiſenſtaig S. Cyriaco Martyri cum appertinenti Eccleſia ſua dicatum, diœceſis Conſtantienſis, ruralis verò Decanatûs Geiſlingenſis fuit antehâc Monaſterium Ordinis S. Benedicti Cœnobium à Rudolpho Comite Helfenſteinio conditum anno gratiæ 861. prout ampliùs oſtendit ipſius fundationis tenor taliter in ſcriptis exaratus: *In Nomine Domini noſtri JESU Chriſti ſit omnibus notum tam præſentibus quàm futuris, qualiter ego Rudolfus pro augmento precum Sereniſſimi Domini mei Ludovici Regis cogitans: & pro remedio animæ meæ vel parentum meorum, unà cum voluntate & conſenſu Erichi filii mei & cum manu ipſius ſub præſentiâ Venerabilis Salomonis Epiſcopi trado atq; transfundo Domino Deo Omnipotenti & S. Cyriaco Martyri Chriſti talem locum: qualem hactenùs viſus ſum habere in pago nomine Phleonungethal, hoc eſt ipſum locum, qui vulgò dicitur Wiſentesteiga juxta flumen, quod vocatur Filiſa: quod eſt ortum in Grubingaw marco in Comitatu Warinhari Comitis omnia ſicut nunc in circuitu diſterminata videntur: tam in agris, quàm in ſilvis cultis & incultis: in ædificiis, in pomariis, in paſcuis, in pratis, in aquis, aquarumq; decurſibus, in molendinis, in novalibus, in adjacentiis, in finibus cum mancipiis, ita nominantur Albger, Ratini, Bertuum, Swabelf, Erinhart: Materath, Altmann, Othekar Walachryme, Engelmann, Hildibrecht, Egebold, Item Matherath, Neginbold, Ratolf, Wolfgang, Erimpert, Wacho, Elinhurt, Zeiſmund, Hemmo, Ratolf, Erfold, Alnwing, Engilburg, Reginhart, Wichmann Watliud, Utgrum, Werimprecht, Amalhilt, Ruadhilt, Ellinburg, Luibſind, Thinburg, Otburg, Erchintrud, Benedicta, Gunderum, Wignurg, Anſtrat, Gandrad, Theotlind, Wiberad, Engeltrud, Wölfin, Ratinza, Adelgund, Geſlin cum filiis ſuis: Wilburg cum filiis ſuis: Reginburg cum filiis ſuis: Engelhart cum filiis ſuis: Eggibirt cum filiis ſuis: Abbo cum uxore & filiis ſuis: Reginburg cum filiis ſuis: Engelhart cum filiis ſuis: Eggibirt cum filiis ſuis: Abbo cum uxore & filiis ſuis: Richmund cum uxore & filiis ſuis: Sigibrant cum uxore & filiis ſuis: Sigmund cum uxore & filiis ſuis: Sigimar cum uxore & filiis ſuis: Egghart cum uxore & filiis ſuis: Rittmund cum uxore & filiis ſuis. Similiter infra eandem marcam in pago ſupradicto ubi flumen iſtud Filiſa initium capit ſupradicto Martyri Chriſti trado alterum locum cum agris & ſilvis: & quidquid ad eundem locum reſpicit cum mancipiis iſtis. Hedfrid cum uxore & filiis, nec non & tertium locum in ipſâ marcâ trado Sancto Cyriaco in loco, qui dicitur Tuiſſenthal cum adjacentiis ſuis & mancipiis his Erich cum uxore & filiis ſuis. Tuto cum uxore & filiis ſuis. Similiter trado ſupradicto Martyri Chriſti. Quartum locum in altero pago qui dicitur Flina, hoc eſt villam illam quæ dicitur Hohenſtat, quidquid infra marcam, ipſius villæ eſt, absque loco, qui dicitur Weiſtet, cum mancipiis his. Vadil cum uxore & filiis, Wiſmann cum uxore & filiis. Otakar cum uxore & filiis. Baldarich cum uxore & filiis: Iſarhart cum uxore & filiis: Lucceth cum uxore & filiis. Heilhurt cum filiis ſuis, Wighart cum uxore & filiis, Nanzo cum uxore & filiis, Ruadhilt cum filiis. Silva cum filius, Ruadpert cum uxore & filius, Atha cum filiis, Meginhart cum uxore & filiis, Haſſo cum uxore & filiis, Banckholf cum uxore & filiis: Rimunt cum uxore & filiis, Eicho cum uxore & filiis, Rudbold cum uxore & filiis, Otterich cum uxore & filiis Amalin, Otmunt, Wolfdrech: Item Ottmunt. In quinto verò loco, qui dicitur Weſterheim ſimiliter trado hoc cum medietate ipſius Eccleſiæ, & quidquid in præfatâ marcâ viſus ſum habere cum mancipiis his Watila cum filiis ſuis. In ſexto loco, qui dicitur Tumeſcat, quidquid ibi viſus ſum habere cum mancipiis his Ornolf & Becchilt uxore ejus cum filiis. Similiter trado ſupradicto Chriſti Martyri quidquid in pago Neckergow viſus ſum habere in locis ita nominatis: Nabera; Biſinga, Wilhaim, Niedlinga cum mancipiis his: Folckmar, Racon: Rafolt, Deotheri, Luttſind, Thenka, cum filiis, Baldorff: Trabeſan cum uxore & filiis, Deohilt cum filiis. Item in pago, qui dicitur Filicowgowe. Similiter trado in villâ nuncupatâ Tsmingâ, quidquid in ipſâ marcâ viſus ſum habere cum mancipiis his*

his, Gnadi cum uxore & filiis: Otleib cum uxore & filiis, Bern, Wigmann, Deoto & Filib. Item in Francia pago, qvi nominatim Lobetintgawe: in loco, qui dicitur Windeheim unam Eccleſiam ibi trado, & qvidqvid ad ipſam pertinet cum mancipiis his. Otport cum uxore & filiis ejus. Sigefrid cum uxore & filiis ſuis, Watholff cum uxore & filiis ſuis. Item decimatores omnes de Mülhauſen, nec non & de Dizenbach & de Uſſhuſen, & de Mercklingen; trado autem firmiter & transfundo S. Cyriaco hæc omnia, qvæ ſuperiùs comprehenſa ſunt tam in mancipiis, qvàm in agris & ſilvis cultis & incultis cum omnibus adjacentiis jura ac ipſa loca ſuperius ſcripta reſpicientibus poteſtatem manu cum filii mei manu trado firmiter S. Cyriaco & ipſis ſervis DEI, qvi ibidem conſtare noſcuntur. Hoc eſt de meo & filii mei jure in illius Sancti & Dei ſervorum jus & dominationem eâ cum ratione, ut ipſi ſervi Dei poteſtatem illarum rerum habeant, & poſt obitum meum filio meo Ericho cenſum talem ſingulis annis faciant: hoc eſt qvando ad ſervitium Pii Regis perrexerit: unum Saumarium onuſtum præſtent cum homine, qvi illum ducat. Similiter ſecundâ vice faciant, ſi iter in hoſtem eodem anno contigerit: & ab ipſo filio meo Ericho auxilium & defenſionem habeant tempore vitæ meæ & ſimiliter deinceps in optimo filiorum ejus habeant, qvemcunqve ipſi in illâ proſapiâ ſapientiorem & Deum tinentem probaverint, illi tantùm eundem cenſum ſingulis annis perſolvant, cæteris autem cohæredibus nihil. Quod ſi forſan poſt hæc ego ipſe, qvod abſit, vel filius meus ſeu filius ipſius vel ullus hæredum ſeu prohæredum noſtrorum, vel ulla alia emiſſa ſeu oppoſita perſona erit, qvæ contra hanc chartam venire vel eam mutare ſeu frangere conaverit, non obtineant effectum, nec ullam aliam poteſtatem habeant poſt obitum Domini Tutamanni: qvem primum Abbatem cum Domino Salomone Epiſcopo elegi & loco præſenti præfeci: qvòd ſi ab ullâ perſonâ, ut jam dictum eſt, alia contrarietas ſurrexerit, poteſtatem habeant ipſi ſervi Dei cum Abbate ſuo pergere ad Epiſcopum, ad cujus diœceſin ipſe locus pertinet, & cum ejus authoritate canonica & adjutorio ſuperent pravorum conatum: vel ſi neceſſe fuerit cum Epiſcopo rem coram Rege examinent. Et ut hæc traditio firma & ſtabilis permaneat, omni tempore cum ſtipulatione ſubnixâ roboratur. Sic Salomon Epiſcopus, ſub cujus præſentiâ hæc acta ſunt, & Lexert, Presbyteri, Undolf Diaconus, Eberhard Diaconus, Tuttamann Abbas, Hieremias Presbyter, Adonold Presbyter, Trempert Presbyter, Meginhart Presbyter, Giſalhart Presbyter, Hamadro Presbyter, Gerhart Presbyter, Erhard Presbyter, Oterich Presbyter, Lierpert Diaconus, David Diaconus, Walpert, Wigbert, Perilteri, Trutkeg, Herwart, Adelmunt, Wiſerich. Et iſti teſtes Laici, qvi hanc traditionem viderunt & audiverunt. Ego Rudolfus, qvi hanc traditionem cum manu Eirichi filii mei firmavi, & firmari rogavi Erich, Rudolf junior, Wald, Conſo, Hunſo, Hunolf, Udelger, Reginhart, Rettpert, Peringer, Germunt, Erimpert, Goshelm, Rigant, Amilpert, Iſampert, Sigerrich, Ragolf, Raudwid, Pereltrum, Deoport, Amalhart, Otem, Perithram, Adal, Vodo, Jacob, Salaho, Wilihart, Reginhart, Wigerich, Pebo, Adalwald, Rudger, Wiſerich, Meginhert, Succidger, Schwanager, Geiſelpert, Darathram, Giſelpert, Hartmann, Lampert. Iidem ipſi viderunt veſtituram ſupradicti Monaſterii. Acta eſt hæc traditio in ipſo loco Wiſenteſtaiga ſub die Viti Idus Decembris Anno ab Incarnatione Domini Octingenteſimo ſexageſimo primo Indictione decimâ regnante Domino Ludovico Rege ſuper orientales regiones Anno viceſimo octavo Regni ejus. Et ego Erinenricus rogatus ſcripſi & ſubſcripſi anno octingenteſimo ſexageſimo ſeptimo.

Floret usque modò vetuſtiſſimum iſtud Wiſenſtaigenſe Collegium: cujus noviſſimè pluribus annis Præpoſitum egit Reverendiſſimus Illuſtriſſimus ac Excellentiſſimus Dominus Dominus Joannes Frobenius Ignatius S.R.J. Dapifer hæreditarius Comes in Zyl & Walpurg Cathedral. Eccleſ. Ayſtettenſis & Auguſtanæ reſpectivè Cuſtos & Canonicus Capitularis &c. cui biennio abhinc iter æternitatis ingreſſo canonicè ſucceſſit Reveren-

vereridiſſimus itidem Illuſtriſſimus ac Excellentiſſimus Dominus Dominus Fridericus Franciſcus Comes à Wolckenſtein & Troſpurg Cathed. Eccleſ. Auguſtanæ Canonicus Capitularis &c. cui, ut diutiſſimè præſit ac proſit quorumvis optimorum ardentiſſimum nobiſcum votum eſt.

❋WISENSTAIGENSE

FLoret ibidem loci de præſenti clauſtrale quoque domicilium parthenium, tertiæ Regulæ S. Franciſci ſubditum: cujus ortum & progreſſum usque ad hæc tempora noſtra productum exhibet Fortunatus Hueber in Chronico fol. 1371. taliter annotatum: Zu Wiſenſtaig zwiſchen Würtenberg u. Ulm/ in einem tieffen Thal gelegen/ vor Zeiten der Herrſchafft Helffenſtein/ jetzt aber dem Haus Bayren zugehörig / wurden in der Stiffts-Kirchen bey Sanct Cyriacus ſechs Chor-Herren/ und in ſelbiger Gegend 6. Beneficiaten in ihren Stifftungen gebührend erhalten. Als aber das verderbliche Lutherthumb überhand genommen / hat der ältere Graff von Helffenſtein alle geiſtliche Pfründten und Einkünfften an ſich gezogen. Sein Herr Sohn/ der jüngere Graff Ulrich/ weil er Catholiſch verblieben / empfande ein nagendes Gewiſſen/ und ſchaffte in ſeinem Teſtament/ daß man alle geiſtl. Pfründen der Catholiſchen Prieſterſchafft ſollte zuruck geben: welche Ordnung von Herren Graff Rudolph von Helffenſtein in dem Jahr 1589. iſt werckſtellig gemacht worden. Der Herr Biſchoff von Coſtantz/ Marcus Sitticus / hat dieſe Reſtitution gut geheiſſen / und für die empfangene Früchten oder Nutznieſung anders nichts begehrt / als daß der Herr Graff Rudolph ſollte für den dritten Orden Sanct Franciſci auf zehen Ordens-Schweſteren ein ſattſames Clöſterlein ſtifften. Der Graff hat derentwegen auch dieſes deſto hurtiger verwilliget / weil eben dieſe Ordens-Schweſteren von dem verkehrten Ulmiſchen Städlein Geißlingen ausgetrieben/ zu Wiſenſtaig bey dem Catholiſchen Graffen von Helffenſtein Hülff und Zuflucht geſucht haben. In dem Jahr 1598. den 10. Winter-Monat/ iſt der neue Stifft-Brieff aufgerichtet / und von dem Orden/ vorderiſt von der Straßburger-Provintz / deren Obſervanten gleich angenommen/ und einverleibt worden. Item infrà fol. 1408. Zu Wiſenſtaig haben die Ordens-Schweſteren St. Franciſci biß aufs Jahr 1648. wohl viel hartes ſtandhafftig ausgeſtanden / das ware aber noch alles zu gedulten/ gegen dem/ was erfolget / dann weilen die Schweden im beſagten Jahr mit Feuer und Schwerdt die Stadt Wiſenſtaig biß auf den Grund hinein eingeäſchert/ und verzehrten/ haben auch die geiſtliche Ordens-Schweſteren ein Zeitlang vertrieben in dem Elend müſſen herumb gehen / biß im Jahr 1650. für ſie wiederumb ein Cloſter gebaut / und erſt neulich von dem Chor-Stifft darzu ein benachbartes Kirchlein geſchenckt worden. Dieſen geiſtlichen Jungfrauen muß man das Lob und die Ehr laſſen/ dann ſie haben ſich in allen beliebig- und unbeliebigen Begebenheiten tugendhafft / beſtändig/ eiferig/ gottsförchtig / embſig und untadelhafft erzeigt.

❋WITTICHENSE

SEu *Wittigenſe* dictum Abbatiale Monaſterium de Ordine S. Claræ in Herciniâ & diſtrictu diœceſis Conſtantienſis, territoriali verò jurisdictione Fürſtenbergenſi temporibus noſtris florentisſimum, de novo conſtrui ſeu fundari procuravit Venerabilis quædam Virgo ac laudatisſima ſanctæ memoriæ Magiſtra ſuo nomine *Leutgardis* dicta ſub annum gratiæ Chriſtianæ circiter 1290. in valle (uti vocant) Kinzinganâ propè caſtrum Wittichſtein anti-

antiquis illis Ducibus Teccenſibus pro tunc Schiltachii (oppido hodie Wirtenbergico eoque in Topographiâ Sueviæ Meriani ſeu Zeilleri fol. 170. ampliùs deſcripto) reſidentibus ſubditum, humili quidem, ſed honeſtiore loco nata; tùm ætatis anno duodecimo humanæ verò ſalutis ſupra milleſimum trecenteſimum tertio ad religioſiſſimum Parthenonem (paulò pòſt recenſendum infrà) Wolfachenſem Franciſcani Ordinis de Pœnitentiâ gratioſè ſuſcepta pluribus annis rarâ morum pietate celebris admodùm inclaruit; quo tempore aliquandò fortè ipſo Dominicæ Aſcenſionis feſto Dominum JEſum Chriſtum Servatorem noſtrum ſub ipſis Miſſarum ſolemniis in ſacrâ (uti loquimur) Hoſtiâ à Sacerdote celebrante in altum elevatâ corporali ſpecie clariſſimè contuita audivit ipſum ſibi præſentiſſimè dicentem: deinceps uti vera ſponſa meum zelabis honorem & apparabis regulare clauſtrum ſororibus partheniis triginta quatuor aptandum & hoc quidem in memoriam totidem annorum, quibus in terrâ fui converſatus, illud etiam (ipſe Chriſtus) ſimul ſubintelligens novem menſium curriculum, quo manſit in utero Virginis Matris recluſus & abſconditus. Et ſic quidem factum eſt per ter diebus feſtis omninò diſtinctis: quarum altera fuit S. Othmari Abbatis Confeſſoris decimo ſexto Calendas Decembris, tertia verò S. Catharinæ Virginis & Martyris ſeptimo Calendas ejuſdem menſis.

Taliter ergò Leutgardis divinam voluntatem edocta ardentiſſimis precibus inſtitit apud Altiſſimum, ecquînam juſſa perficeret conſtrueretque parthenium domicilium adeò ſibi commendatum: quæ dùm ſæpiùs ac ſeriùs anxiâ mente revolveret, à quoquo demùm ſibi viſa fuit (in extaſin rapta) in abditiſſimam quandam ſeſe transportari ſilvam: ubi fortuitò incidit in hominem Servatori Chriſto recèns è cruce depoſito ac innumeris quaſi vulneribus crudeliſſimè ſauciato ſimillimum eumque quaſi triſtè nimiùm agonizantem; cum quo poſt pauxillum ſeſe quoque videndam ſtitit ſpectabilis quædam Matrona lugubrem adeò amictum induta, & iſta pariter ſecundùm faciem imò totum corpus ſuum diriſſimis verberibus lacerata ipſam Leutgardem hiſcè formalibus allocuta: vade filia mea & dic Patri tuo, nonnè vides, quàm anxiè cum morte luctetur illa? cui Leutgardis depoſuit: cùm me filiam appelles, annè te matrem meam præſentas & aſſeris? ita verò (replicabat perſonata matrona illa) univerſalis illa ſum ego Mater Eccleſia: à membris tamen adeò ſceleratis, quîn juſtiſſimè reſecandis peſſimè habita ac miſerrimè lacerata. Moxque Leutgardem manu apprehenſam duxit ad vulneratum illum humi cubantem: ex quo religioſiſſima virgo percontata fuit altùm ingeminans: num, obſecro, pater meus es tu? etiam (ſubdit ille) pater tuus ego ſum unigenitus ille altiſſimi Dei filius, eſt de præſenti, prout cernis coràm vir dolorum nimiùm quantùm afflictatus. Ad quæ Leutgardis: demisſiſſimè rogo, poterisnè juvari & eluctari miſeriis talibus ac tantis? ſi ſic, dic obſecro, quid me oporteat facere pro reducendâ ſalute tuâ? utique poteris (reſpondit Chriſtus) dummodò voluntatem tuam à terrenis cupiditatibus avulſam divinæ conformâris, atque iſthîc loci domum adſtruxeris jam antehâc tibi per me dictatam & ſignificatam.

Poſt hæc Leutgardis ſibi reddita, arcanam, quam habuit ſeu vidit, viſionem conſodalibus ſeu religioſis ſororibus ſimpliciter expoſuit, quæ tamen omnia videbantur illis non niſi vana ſomnia & deliria, proîn irriſione ſolùm & redargutione recenſentis excepta: quapropter pientiſſima Virgo vel invita perficere nondùm potuit ea, quæ ipſi à Chriſto Domino licet tam ſanctè fuerunt demandata: ad quæ tamen quantocyùs perficienda & exequenda aliis & aliis inſtinctibus novis fuit adacta: ſiquidem præter intenſos (quibus aſſiduè cruciabatur) corporis dolores nunquam non ob oculis verſabatur ei humani generis Salvator in cruce ſuſpenſus infinitis plagis ac vulneribus ſauciatus, ſed & ſanguineo cruore meriſſimè fluidus. Unde Leutgardis (neſcio, quo ſpiritu ducta) unà cum religioſâ quâdam ſorore ex domicilio Wolfachenſi digreſſa Gunterthalium abiit ſacri Ciſtercienſis Ordinis Parthenium uſq; modò in Brisgoviâ celeberrimum: ubi tùm Monialibus loco præſentibus, tùm Confeſſario illarum ad pias preces

enixè

enixè ſe commendans derepentè vidit in ſpiritu ſeſe retrahi ad locum priſtinum, quò quidem confeſtim retrogreſſa perrexit, nedùm tamen negotium priùs commiſſum realiter adimplevit. Quare Redemptor mundi ſalvificus è ligno Crucis pendulus iterum iterumque Leutgardi coràm præſentatus eidem prædixit, ipſam de futuro nec manducare nec bibere fore compotem, quousque divinæ voluntati morem gerat ac per omnia jusſis obtemperet; unde devotisſima virgo taliter ſuo damno meliùs ſapere docta jam in officio clauſtralis ſuperioritatis conſtituta, & in Matrem (uti vocant) parthenii ſui cœtûs delecta ſororum numerum ampliùs augmentavit eumque ad triginta quatuor capita feliciter extulit; quo facto ſub annum Chriſti nati 1324. ætatis verò triceſimum ſecundum iterum domo pedem movit, & cum ſorore unâ Schiltachium usque devenit: ubi de Teccenſibus memoratis ſuprà Ducibus unum offendit, & quidem illum ipſum, à quo Leutgardis jam pridem famâ ſanctitatis inclyta in patrinam novæ prolis ſeu filiolæ è fonte baptiſmatis levandæ fuit exorata: â quo humanisſimo Principe ipſa humanisſimè requiſita quidnàm rerum ageret apertisſimè reſpondit ſe ſe cum triginta ſororibus â Deo vocatis, iſtis tamen nondùm legitimè proviſis meditari congruam habitationis domum eisdem oportunè ſtruendam, atque in id efflagitare ſeſe gratioſum aliquod ſubſidium amore Dei conferendum: cui Dux Teccenſis: quaſi una de ſtultis mulieribus locuta es, utpotè mediis omnibus in rem neceſſariis conſummare opus tale ac tantum præſumptuoſè nimis auſa: quod, me herclè, haud perficias, niſi fortè theſaurum ubi ubi tandem locorum in agro reconditum invenias. Ad quæ Leutgardis, Illuſtrisſime Domine per ſalutem tuam nec ego deſpio, nec theſaurum posſideo: ſed qui dedit velle, dabit utique etiam perficere. Inter hæc altefati Domini Ducis charisſima quoque conjux Leutgardem ſuavisſimis verbis allocuta: Eja religioſisſima mater (inquit) meritò tibi de ſingulari Dei gratiâ proſpicis, opus enim, quod moliris, quia grande eſt, nemo quisquam ratum habebit aut approbatum, niſi cum tempore perfectum illud cernere quandoque liceat & abſolutum. Hæc illa Domina Duciſſa dixit & unà ſimul ſeptem oculos capeſſens dedit eos antedictæ infanti dulcisſimæ filiolæ ſuæ quondam à Leutgarde (ut audivimus) è ſacro fonte levatæ juxtà demandans venerabili matri Leutgardi confeſtim illos exſolvat; cùm verò quaſi triſtis & invita ſolùm tenella infans hoc faceret, eaque propter in lachrymas abiret, nutrix an pediſſequa pro tunc ex officio famulata duos ex ſeptem illis obulos retraxit, ipſique filiolæ reſervans illam à fletu temperavit.

Subinde religioſa Mater Leutgardis ulteriùs profecta, atque ex itinere ſuo Schenckencellam (pagum & caſtrum id temporis Nobilibus à Geroldſeck appropriatum) delata obulum ex prædictis unum Parocho loci reverenter obtulit: unum item pauperi fortè obvianti, in eleemoſynam dedit, alios verò duos pro panibus elargita ad ipſum caſtrum Schenckencellam divertit, & ut peregrina hoſpes gratioſè intromitti vicario loci Præfecto ſupplex facta eſt, primùm quidem graviter ab illo objurgata repulſam tulit, inde tamen poſt omnem ſuſcepti itineris cauſam probè cognitam lubenter intromiſſa gratiam invenit, quìn & adventanti ipſe Præfectus favorem omnem ac benevolentiam largiter exhibuit, ſed & ultrò condixit novum aliquod Miſſæ perpetuæ Beneficium ex voto nobilis Dynaſtæ Geroldſeckii in honorem S. Catharinæ Virginis & Martyris proximè fundandum, procurare ſeſe velle novo à Leutgarde ſtruendo Monaſteriolo tribuendum & incorporandum: quod & factum eſt ita prout ampliùs explanabimus infrà.

Hujuscemodi igitur reſponſo ſeu promiſſo Leutgardis mirificè recreata per viam ſuam ulteriùs perrexit, ac tandem locum illum in horrido ſaltu (jam antehâc in ſpiritu monſtratum) manifeſtè deprehendit. Quia verò ob nimiam loci rigiditatem & aſperitatem tigna & ligna in ſtructuram clauſtralis ædificii neceſſaria oportunè habere ipſa Leutgardis habere haud potuit, humus ad pias illius Deo ſupplicantis preces intra triduum tot tantasque proceras arbores produxit, quoquot illa talibus in rem opus habuit, ſed & pariter in ſolo Deo confiſa, quamvis non niſi uno adhuc (ex quinis illis antè memoratis) obulo turgida conduxit operarios, eisque de

loco

loco in locum (duabus interim ſororibus pro inſpectione faciundi operis ſeu novi ædificii in ſilvâ relictis) pergens alimenta & pecunias precariò collegit, & ſic ſtructura nova Wittichenſis aſſiduè proceſſit & increvit in fundo Illuſtriſſimis ac Excellentiſſimis Dominis Dominis S. R. J. Comitibus Fürſtenbergenſibus de Stüelingen ſubdito, in hæc usque tempora noſtra feliciſſimè ſervatum.

Taliter ergò religioſo domicilio pro piis (ex ſuperiori Alſatiâ iſthuc adductis) ſororibus Franciſcanis vili ſaltem ſchemate quaſi tumultariè ſolùm fabrefacto, cùm illæ quod manducarent, non haberent, Leutgardis mater vigilantiſſima apud notos & ignotos longè lateq; diffuſos ſubſidia charitativa devotiſſimè popoſcit, atque in id Sereniſſimam quoque Principem ac Dominam Agnetem Alberti primi Romanorum Imperatoris ſororem Andreæ Hungariæ Regis filiam humillimè convenit pro tunc in gemino (tùm PP. Conventualium, tùm Ordinis S. Claræ Monialium) Königsfeldenſi Monaſterio in Helvetiâ degentem: quæ humaniſſima Princeps piam matrem Leutgardem non ſolùm charitativè ſuſcepit, ſed & commenſalem habere voluit; medias autem inter epulas Leutgardis derepentè in copioſiſſimas lachrymas ſoluta, & curnam fleret requiſita, amariſſimè reſpondit: hoc ipſo, inquiens, quo degimus, momento qualiscunque moles cœnobii mei recèns apparati tota quanta voracibus flammis eheu miſerrimè conſumpta perit! quo fatali nuntio Agnes Regina vehementer exterrita protinùs exploratorem eò miſit: qui redux, quod ſic, & afflictum ſororcularum Wittichenſium ſtatum ſimpliciter enarravit; quare ipſa Sereniſſima Princeps jure merito Leutgardi amariſſimè condolens non ſolùm pro condendo novo Monaſterio largisſimas numerari fecit pecunias, ſed & uberes ac ampliſſimos contulit redditus ac proventus in viciniâ Königsfeldenſi perpetuis futuris temporibus posſidendos: quos tamen Calviniani Bernates ſuperiori durante ſeculo avitæ religionis deſertores Wittichenſibus ex toto ademerunt, ac ſacrilego raptu ſui juris fecerunt Anno 1527.

Porrò parthenium hoc clauſtrum labentibus annis ampliùs augmentatum plures ac diverſas accepit oblationes, ſumpſitque incrementa pòſt alia & alia oppidò proficua: quæ præ reliquis ſunt inprimis fundatio Miſſæ perpetuæ memorata ſuprà. Secundò parochialis Eccleſia in Rosberg & Schenckenceſſ (diœceſis Conſtantienſis in diſtrictu ruralis Capituli Rottwilani) utraque iſta cum Jure Patronatûs decimis & aliis pertinentiis ad pias cauſas à Nobilibus Dominis (quorum vel breve fragmentum aliquod genealogicum affert Wolf. Lazius de migrat. gent. lib. 8. fol. m. 462. perperàm tamen illis tribuens primævam Wittichenſis Cœnobii hujus fundationem) Geroldseckiis inter liberos & immediatos S. R. J. Status in Circulo Suevico perinclytos Anno 1342. fundata & oblata. Tertiò parochialis item Eccleſia in Wittingen (Conſtantienſis itidem diœceſis ruralis verò Capituli Hertenbergenſis) ſimiliter cum Jure Patronatûs decimis & appertinentiis omnibus ſub annum gratiæ 1352. collata & oblata à nobili viro Volzio à Neuneck: cujus equeſtris familiæ præ multis vetuſtisſimæ ſcuta gentilitia ac tota genealogica deductio viſuntur apud Gabrielem Bucelinum in Germaniâ Topo-Chrono-Stemmatographicâ part. 3. item apud citatum Lazium fol. 474. Quartò alia parochialis Eccleſia in Hochenmæſſingen ſupradicti Capituli Rottwilani, & hæc pariter cum Jure Patronatûs, decimis & appertinentiis omnibus in dotem collata ab Illuſtri Dominâ Annâ de Rordorff relictâ Wernheri Mareſchalli de Zimmeren viduâ. Quintò Jus Patronatûs Eccleſiæ Hürrlingenſis Decanatûs ſeu Capituli Rottenburgenſis ad Nicrum & Decimæ in Frommenhauſen ex donatione Hermanni ab Ow, qui cœlibem vitam duxit. Atque eædem multiformes donationes & oblationes poſt annos ex commiſſione & authoritate Apoſtolicâ pleno jure coadunatæ fuerunt ipſi Monaſterio huic Wittichenſi, prout ampliùs atteſtatur diploma pontificium à Bonifacio Papâ IX. clementiſſimè impertitum Anno 1401. de dato *Romæ apud S. Petrum Nonis Maji Pontificatûs noſtri anno duodecimo:* qui idem Romanus Pontifex jam priùs, videlicet anno ſui regiminis ſexto, Monaſterium Wittichenſe in ſpecialem ſedis Apoſtolicæ protectionem ſuſcepit, atque in id

Yyy yy pecu-

peculiarem quoque Bullam expediri fecit usque modò ſervatam.

Anno 1376. Gregorius Papa XI. de dato Avenione Calendis Junii Pontificatûs ſui anno ſexto Monaſterium Witichenſe hactenùs à ſororibus tertiæ regulæ S. Franciſci tentum & inhabitatum ad ſacrum Seraphicum Ordinem S. Claræ tranſtulit ac nomen religioſæ Magiſtræ loco præſidentis in titulum ac dignitatem Abbatialem mutari voluit, arctiſſimam quoque clauſuram priùs inuſitatam de futuro conſtanter obſervari decrevit, totumque idem Cœnobium obedientiæ ac regulari viſitationi PP. Conventualium S. Franciſci Provinciæ Argentoratenſis ſubjiciens quotannis ab hujusmodi Miniſtro provinciali viſitari præcepit. Sua etiam Sanctitas vigore ejusdem Bullæ conſtituit & indulſit ſacerdotem (qui ſimul etiam ſupradictam parochiam in Rosberg adminiſtret) aliquem de eodem Franciſcano Ordine communiter aſſumendum Monialibus in Wittichen commorantibus præſentem ſemper asſiſtere, earumque in ſpiritualibus Rectorem ac Confeſſarium agere debere, item Abbatiſſam loci in parochiis antè recenſitis Vicarium perpetuum liberè poſſe inſtituere. Executor dictæ Bullæ Papalis fuit loci Ordinarius Reverendiſſimus ac Illuſtrisſimus Dominus Dominus Henricus S. R. J. Princeps & Epiſcopus Conſtantienſis hujus nominis tertius Anno 1383. terris defunctus : à quo tempore non ſolùm hujusmodi jura & privilegia hactenùs enarrata, ſed & quævis alia toti ſacro Ordini S. Claræ quomodolibet indulta Wittichenſibus hodie ſalva ſunt & integra. Cœterùm venerabile parthenium iſtud temporibus noſtris alit religioſas domicellas viginti ſex : ex quibus tredecim Chorales de more nominari ſolitæ præ cœteris officium Mariæ ſedulò gerentes rei divinæ ſolerter intendunt, reliquæ verò laicales (uti vocantur) ſeu Converſæ Marthæ miniſterio attentisſimè deſerviunt ſub vigilantisſimâ curâ & ſpirituali regimine Reverendisſimæ ac Religioſisſimæ Dominæ Mariæ Claræ Trautweinin Abbatiſſæ ac Venerabilis Dominæ Mariæ Thereſiæ Gloſin Witichenſis Prioriſſæ : quarum (ut & totius pientisſimæ congregationis) conſcientias haud ſine vulgari ſui nominis laude de præſenti moderatur, atque inter eas quæſtorem animarum agit perfectiſſimum admodùm Reverendisſimus Religioſisſimus ac Clarisſimus Dominus P. Emmanuel Waldemann Ordinis Minorum S. Franciſci PP. Conventualium Provinciæ Argentinenſis Alumnus, idem Achates nobis colendisſimus.

Demùm de templo quoque Witichenſi S. Catharinæ Virgini & Martyri cœterisque Sanctis Dei omnibus dicato ac conſecrato dicendum reſtat, quòd illud tria ſuſtineat altaria : quorum primum ac principale Divæ Virgini Deiparæ in cœlos aſſumptæ ſacrum manet : alterum in cornu Evangelii S. Franciſcus & S. Dominicus pro mundo ſupplices (ne Deus puniat) depicti obtinent : tertium verò S. Antonius Paduanus clarificat. In navi Eccleſiæ, & quidem ipſo in loco, ubi quondam Chriſtus Dominus Leutgardi virgini toties antè nominatæ vivificus apparuit, ligneum quoddam miræ pulchritudinis ac magnæ ſatis altitudinis perſtat Redemptoris noſtri crucifixi ſimulacrum, eximium ſanè primæ fundationis & venerandæ antiquitatis monumentum, ad oſtium templi in dextro introeuntibus latere ſeſe ſpectandum præbet tumba ejusdem Leutgardis dilectæ Chriſti ſponſæ cum venerandis ejusdem reliquiis ſpectabili loco reconditis. Anno 1629. loci Viſitator Plurimùm Reverendus P. Ludovicus à muris Ordinis Minorum S. Franciſci RR. PP. Conventualium Provinciæ Argentinenſis Miniſter provincialis de ſpeciali conſenſu Reverendisſimi ac Illuſtrisſimi Domini Domini Cyriaci Prochio Archiepiſcopi Patracenſis ſacræ ſedis Apoſtolicæ cum poteſtate Legati de Latere ad Helvetios & Confœderatos Nuntii exinde etiam S. R. E. Cardinalis eandem tumbam reſeravit ac deprehendit ſanctæ Virginis calvariam cum reliquis oſſibus quamvis aquæ & luto penitùs immerſam ac conſpurcatam, cerebrum tamen ipſius poſt annos 286. ſalvum omninò reperit & incorruptum; quapropter totum hoc corpuſculum pariter exeſum inde translatum ac condigno honore repoſitum fuit loco antedicto. Sed, quod res eſt, pretioſam in conſpectu Domini Leutgardis Virginis (etſi nondùm Apotheoſi donatæ) mortem creberrima teſtantur miracula ac beneficia ſuffragantibus ipſius meri-

meritis multifariam multisque modis multis impertita, præſertim verò fœminis difficili partu laborantibus: quarum una jam quatuor, item alia quædam tribus vicibus, & adhuc alia vel ſemel fœtum exanimatum enixa poſt votum Deo & B. Leutgardi factum habere meruerunt omnes partum proximè ſequentem omninò feliciſſimum. Unde hodiedùm plures advolant oblationes ac dona à fœminis prægnantibus & puerperis etiam in terrâ longinquâ degentibus in id transmiſſæ: quod nunquàm non fit cum optatiſſimo certoque factæ petitionis effectu.

Cœterùm de ſæpenominato hoc Wittichenſi Cœnobio plura referre facultas haud ſuppetit eò, quòd ſuperiori ætate caſuale incendium tertiò miſerrimè illud deperierit ac ſuffocârit. Accedit, quòd ſeculo abhinc proximo ſub ipſum tempus novæ pravitatis hæreticæ partibus iſtis Hercinianis violenter intruſæ (religioſis domicellis injuriâ temporum ad pauciſſimas redactis) fanaticus quidam, neſcio cujus ſpiritûs præco, cum uxore & liberis adminiculo brachii ſecularis ſeſe regulari clauſtro huic protervè nimiùm ingesſit annis duobus & menſibus quatuor inibi rerum potitus, quousque familiam ipſe ſuam muneribus ſacris impiisſimè ſatiavit, & ſic nefariàm ditatus quaquà demùm excesſit, erupit, evaſit, ſicque Venerabilis Domina Agnes pro tempore Abbatiſſa cum unâ ſolùm religioſâ conſodali à clauſtro ſuo nunquàm digreſſa, quamvis non niſi pane tribulationis & anguſtiæ ſuſtentata ſuum iſtud (quod à tribus montibus arctiſſimè clauſum anguſtam ſolùm unius quaſi jugeri agrorum planitiem habens ſituatione ſuâ plurimùm asſimulatur ponti cuidam duo ſub-decurrentis fluminis littora conjugenti) Monaſterium ſibi in animam commiſſum eò usque fidelisſimè ſervatum ſacro Ordini ſuo quaſi poſtliminiò in integrum reſtituit, dehinc albo gratitudinis calculo notari digniſſima imò & fundatoribus antiquis ritè connumerari juſtiſſimè promerita.

❀ WOHNENTHALENSE.

NObile Parthenium ſacræ familiæ Ciſtercienſis, diœceſis verò Conſtantienſis in Brisgoviâ regulari viſitationi Abbatis Tennenbachenſis ſubditum noviſſimâ ætate noſtrâ certum aliquem in particulari fundatorem omninò neſcit, & vix conſtat religioſiſſimo clauſtro huic quondam initia dediſſe quinas aut ſenas puellares domicellas claris natalibus exortas ſeu perilluſtri ſtemmate procreatas: quæ dotibus ſuis ſimul in unum collatis amore vitæ ſolitariæ deposthâc ſacratiore ſervitio tranſigendæ, utpotè bravii cœleſtis poſt fata ſecuriùs aſſequendi cupidiſſimæ novum quoddam auſpicatæ fuerunt contubernium; quod ſucceſſu temporis aliqualiter augmentatum tandem anno gratiæ Chriſtianæ 1256. ad inſtantiam Illuſtriſſimi viri Domini Rudolphi Comitis ab Iſenburg ab Alexandro Papâ IV. præfato Ordini Ciſtercienſium fuit additum & incorporatum. Primam loci Abbatiſſam egit ejusdem Rudolphi Comitis germana ſoror. 2. fuit N. à Käppenbach. 3. N. Hohenzollerenſis. 4. N. à Kenzingen. 5. N. ab Iſenburg. 6. Spetin à Zwifaltach. Reliquarum prioris temporis antiſtitarum nomina latent, nec quicquam ampliùs de primordiis & antiquitatibus venerabilis Cœnobii hujus inveſtigare licet, quàm quòd aliquandò beneficos admodùm & munificos habuerit etiam antiquos illos Comites Tubingenſes ac Iſenburgenſes: quorum poſteriorum reſidentiam propè Rubeacum Alſatiæ ſuperioris oppidum primitùs à Dagoberto nominatiſſimo illo Francorum Rege conſtructam fuiſſe & ædificatam oſtendit Zeillerus in ſuo Germaniæ Itinerario cap. 30. fol. m. 646. Item plures ex illuſtriſſimâ hâc Iſenburgenſium proſapiâ prodiiſſe ſacratos Præſules & Archiepiſcopos tùm Colonienſes tùm Trevirenſes liquet ex Catalogis paſſim notis.

WOLFACHENSE.

JAm quidem antiquatum devoti ſexûs fœminei domicilium religioſarum puellarum ſub tertiâ regulâ S. Seraphici Patris Franciſci Deo devotè militantium claruit olim in ſaltu Hercinio ſub limite vaſtiſſimæ diœceſis Conſtantienſis in diſtrictu ruralis Capituli Rottwilani Wolfachio ditionis Fürſtenbergenſis oppido propiùs adſitum, idemque meritis & ſanctiſſimâ converſatione pientiſſimæ Virginis (cujus habemus vitam recèns Anno 1684. typis Rottwilanis Germanicè vulgatam) Leutgardis totis propemodùm viginti quatuor annis illuſtratum. De primâ partheniæ congregationis hujus origine nobis nondùm inquirere licuit; atque hujuſcemodi regulare clauſtrum ſucceſſivè florere totum omninò deſiit, ex quo nimirùm ipſa devotiſſima mater Leutgardis religioſas (quotquot ſecum habuit) ſorores ex eodem hoc Wolfachenſi Cœnobiolo deduxit ad novum (quod tùm moliebatur) clauſtrum *Wittichenſe* dictum: ad quod ſub annum 1324. die 18. Octobris cum ſuis (ut audivimus) digreſſa, atque eadem hæc devotiſſima mater religioſæ perfectionis viam divinitùs edocta, rigidiſſimum S. Claræ Inſtitutum colere cœpit, tenuit, ac de cœtero firmiter obſervavit, de quo per ampliùs legi poterit libellus ſeu vita præallegata.

❀ WOLFECKENSE

SEu Præpoſitura cùm adjuncto Clericorum ſecularium Collegio in celeberrimo paris nominis caſtro ſuperioris Sueviæ Illuſtriſſimis S. R. J. Dapiferis hæreditariis ac Comitibus à Waldburg ſubdito floret ab Anno 1510. Fundatorem primarium egit loci Dominus Joannes Comes Sonnenbergius ſuæ ſtirpis ſurculus virilis ultimus jam in ipſo juvenilis ætatis vigore militari fortitudine clariſſimus, dehinc à variis ſcriptoribus egregiè commendatus, nominatim verò in Hiſtoriâ Comitum ſeu Principum Tirolenſium A. 1623. authore Anonymo typis Auguſtanis in fol. editâ n. 18. V. *Sigismundus* prout ſequitur: Als Er (Sigismundus Archidux Auſtriæ Comes Tirolis &c.) nunmehr alt geriethe in ein Krieg mit den Venedigeren/ darinn ſich die Sachen alſo verloffen/ daß Sanſeverino der Venediger Obriſter / da er mit ſeinem Kriegs-Volck auff Trient zuzoge/ ertruncken/ und zu Trient in S. Vigilii-Kirchen mit allem dem Teutſchen Adel / ſo in damahls gehaltner Schlacht/ bey dem Dorff Calliano da der Venediſch Obriſt umbkommen/ auff der Wahlſtatt bliben/ mit beygefügten ihr jedes der erſchlagnen Namen und Wappen begraben worden/ und wird in Beſchreibung diß Kriegs von den Hiſtori-Schreiberen fürnemblich des ſonderbaren Kampffs / welcher zwiſchen Antoni Maria, des Venediſchen Obriſten Sansverino Sohn und Graff Georgen von Sonnenberg zween jungen freudigen Helden gehalten worden / mit Ehren gedacht ꝛc. ꝛc. Item à Franciſco Adamo Comite à Brandis in Chronico Tirolenſi Anno 1678. Pauzani in 4. edito part. 2. fol. 172. Anno 1487. erſchinen die Land-Stånd zu Hall auff einem Land-Tag/ ſonderlichen darumb / weilen ſich etwas Mißverſtand zwiſchen dem Lands-Fürſten und der Herrſchafft Venedig verſpüren ließ/ und ob man gleichwohl allen möglichſten Fleiß anwendete diſes Feur zeitlich zu löſchen / iſt die Sach doch endlichen zu einem offnen Krieg ausbrochen / forderiſt deßwegen / weilen die Venediger umb die Stadt Roforedo ihre Grånitzen unbefugt zu erweiteren ſich unterſtanden / ſie ſchickten zwar Paulum Piſanum zu dem Ertz-Hertzog mit vilen Verſprechen guter Nachbarſchafft / es haben aber die Wort mit der That ſo gar nit gleich gelautet / daß Sigismundus nothwendig die Waffen ergreiffen müſſen. Dieſemnach hat ein unter Graff Gaudenzen von Mătſch auffgericht namhafftes Kriegs-Heer die Veſtung Roferedo (ſo damahl noch Venediſch war) berennt / die Venediger kamen auch al-

ſobal-

ſobalden mit einem ſtarcken Entſatz/ ungeacht deſſen die Tiroler der Veſtung mit ſolchem Ernſt zugeſetzt/ daß der darinn gelegne Befelchs-Haber Nicolaus die Stadt verlaſſen/ in das Schloß/ und endlich auch aus demſelben geflohen. Während diſer Belagerung/ begab ſich zwiſchen einem Welſchen Maria de Santſeverino, Ruperti de Santſeverino des Venediſchen Feld-Obriſten Sohn/ u. Grafen George von Soñenberg/ ein merckwürdiger zwey Kampff/ deren der eine der Teutſchen/ und jener der Welſchen Ehr zu verfechten ſich berühmbt/ nachdem nun diſe zween junge Kämpffer mit den Turnier-Stangen einander zu Pferd alſo abgemattet/ daß viel ehender die Gäul als Reuter darnider gelegen/ tratten ſie allererſt im vollen Küris mit Schwerdter und Streit-Hämmeren zu Fuß ſo mannlich gegeneinander/ daß ſie mehr als 3. Stundt nicht entſcheiden/ wem der Preis gebüren möchte/ endlichen hat der Teutſche Held den Welſchen Widerſacher zu Boden gebracht/ ihne all ſeiner Rüſtung entblöſt/ und alſo die Bekandtnus der Ober-Hand erzwungen ꝛc. ꝛc. Sic ille loc. cit. ſed lucidiora ſunt, quæ de duello hoc refert, qui fuit ſynchronos Matthæus à Pappenheim Cathedralis Eccleſiæ Auguſtanæ Canonicus in genealogiâ Truchſesſiorum iſtorum Waldburgenſium m. ſ. ubi ſic habet: Als Ertz-Hertzog Sigmund von Oeſterreich im Jahr 1487. mit der Republic Venedig Krieg führte/ und die Stadt Roferedo in der Etſch belägerte/ ſchrieb ein Italiäner/ Namens Antoni Maria, des damahligen Venetianiſchen Generalen Roberti von San-Severino eines vornehmen Neapolitaners Sohn in das Oeſterreichiſche Lager/ ob jemand von den Teutſchen mit ihme/ in Namen beederſeits Nationen/ kämpffen wolte/ welches Graff Johann von Sonnenberg Truchſeß zu Waldpurg und Herr zu Wolffegg über ſich nahm und abgeredt wurde/ daß diſe beede zwiſchen beeden Armees und Lageren zu Pferdt umb tauſend Gulden auch Roß u. Harniſch miteinander kämpffen/ niemand auſſer den Grießwarten/ deren auff jeder Seiten vier waren/ bey Hencken-Straff ein Wort reden/ und derjenige von den beeden Kämpfferen/ ſo am erſten Catharina ruffen wurde/ den Kampff verlohren haben ſolte/ dieweil nun nach langem Gefecht erſtlich zu Pferdt/ und hernach zu Fuß der Antoni Maria überwunden Catharina ruffte/ und dardurch der Graff von Sonnenberg im Namen der gantzen Teutſchen Nation den Weg wider die Italiäniſche zu unſterblicher Glori rühmlich erhalten ꝛc. Is ergò Joannes Comes Sonnenbergius pro reportatâ de hoſtibus victoriâ condignas ſupremo Numini litaturus gratias, quoddam in caſtro ſuo Wolffeckenſi ſtruere vovit Monaſterium: cui primùm immittere ſtatuit Benedictinos Monachos ex Wiblingenſi aſceterio recenſito ſuprà deſumendos: quibus tamen utcunque præpeditis ſubſtituere cogitabat Patres Carmelitas, ſed neque iſtis ad poſſeſſionem actualiter capeſſendam allatis, demùm ſubintrârunt Terapeutæ Franciſcani de Obſervantiâ religioſi Sacerdotes, octo Clerici verò (de eâdem ſacrâ familiâ) juniores quatuor & fratres laici duo cum duobus etiam presbyteris ſecularibus in miniſterium geminæ parochiæ Thannenſis & Wolfeckenſis ſpecialiter deputatis: quæ tamen fundatio primùm poſt fata Joannis Comitis antedicti citiùs præter ſpem demortui in opus deducta & realiter adimpleta fuit pio zelo & induſtriâ Georgii Baronis Truchſesſii Waldpurgii ex aſſe hæredis uxorio nomine pleniſſimi, utpotè ſolius & unici: cui Julius II. Pont. Max. optionem fecit, & authoritate Apoſtolicâ facultatem indulſit, novam Eccleſiam Wolfeckenſem vel commutandi in collegiatam ſecularem vel apparandi illam in Conventum regularem; quare memoratis PP. Franciſcanis ſuâ ſponte aliò dimisſis locus ceſſit Clericis ſecularibus officio Sacerdotibus novem, Ludimagiſtro uni & Scholaribus quatuor iſthuc introductis. Hugo nobilis de Laudenberg Epiſcopus Conſtantienſis recenſitam fundationem authoritate ordinariâ confirmavit, ac ſimul novam hanc Collegiatam S. Catharinæ Virgini & Martyri dicatam cum Canonicis ac reliquis appertinentibus Clericis & Miniſtris à juriſdictione Decani ruralis

(cujus intra limites Wolfeckenſis Eccleſia hæc ſituatur) Capituli Wurzachenſis in totum exemit; quod idem adſtruit etiam Jacobus Merck in ſuo Chronico Conſtantienſi fol. 318.

WOLFECKENSE

FUndatione ſuâ prius & antiquius quàm recenſita Wolfeckenſis Collegiata Eccleſia fuit Franciſcanum illud Tertii Ordinis Monaſterium: quod adhuc circa annum 1460. cum pluribus aliis religioſo ſtatu ſuo & profeſſione paribus in Sueviâ noſtrâ tùm temporis inclytis caſtro Wolfeckenſi ponè ſtetiſſe conjunctum novimus ex Fortunato Hueber clauſtri hujus Tertiariorum inter alia hujusmodi vel breviſſimè ſaltem & ſolo nomine tenùs mentionem faciente ſub his verbis: Herr Hanns Bernard von Flachland hat ſich ſehr eyfferig beworben / die Franciſcaner-Obſervanten von Baſel allda (zu Lupach in Elſaß) einzuführen; diſe aber ſich nit laſſen bereden / den Orth anzunehmen. Endlich hat er ſich auff der Brüder des dritten Ordens S. Franciſci von der Buß gewendet / welche damahl gleichſamb ein gantze Provintz unter einem Provincial bewohnten und zu Breyſach / Heiligen Berg / Feichenhauſen / Halmantswerth / Wolffs-Eck / Waſſer-Willen / Helffenſtein / Kelheim / Herrieden auch vilen anderen Orten / ihren Ordens-Beruff fortſetzten.

WURMLINGENSE

VEtuſtiſſimum diœceſis Conſtantienſis in Comitatu (qui jam dudùm Wirtenbergico conjunctus eſt) Tubingens. Canonicorum Regularium poſteà verò ſecularium Collegium ſeu Monaſterium, hoc tamen jam pridem hæreticorum invidiâ penitùs extinctum ſolâ illius ſuperſtite (quæ parochialis eſt) Eccleſiâ in præcelſo paris nominis monte Wurmlingenſi conſpicuâ, eaque Imperiali Monaſterio Creuzlingenſi itidem recenſito ſuprà pleno jure ſubditâ & incorporatâ proin nunquàm non à Canonicis Creuzlingenſibus ad nutum Abbatis in hujuscemodi miniſterium ſive ſubſtitutis ſive ſubſtituendis adminiſtrari ſolitâ. Primævi fundatores fuiſſe perhibentur Illuſtriſſimi DD. Comites Calwenſes, quorum unus circa annum 1270. conſtituit anniverſarium in præfatâ Eccleſiâ Wurmlingenſi tùm ſibi tùm Majoribus ac conſanguineis ſuis celebrandum & opiparum lautumque ſatis convivium tem poribus antiquis aſſuetum quotannis feriâ ſecundâ poſt diem animarum expletis mortualibus ſolemniis inſtruendum, quod & qualenâm (usque ad execrandam orthodoxæ religionis immutationem in totâ Wirtenbergenſi provinciâ potentiſſimè coactam) accumbentibus fuerit exhibitum prolixè ſatis oſtendit repetita memorati anniverſarii fundatio ſeu (ut meliùs dicamus) ejusdem fundationis reiterata nova proclamatio facta ſub annum 1530. eaque in totum legenda apud Cruſium part. 3. lib. 2. cap. 17. & lib. 11. cap. 5. prout ſequitur: *Univerſis ac ſingulis præſentes litteras inſpecturis Bertholdus Decanus Capituli in Boldringen ac Gebehardus Camerarius totaque Univerſitas Confratrum ejusdem Capituli reverentiam omnibus cum orationibus ſuis in Chriſto devotis. &c. &c. Noverint omnes & ſinguli: quos noſſe fuerit opportunum, quòd nos omnes die ac loco ſubnotatis causâ communis neceſſitatis noſtræ convenientes requiſiti ab honorando in Chriſto Patre Hermanno Abbate Monaſterii in Creuzlingen nomine ſuo ac Conventûs ſui de forma ſeu tenore refectionis remedialis præfati noſtri Capituli ſingulis annis de quibusdam in monte dicto Wurmlingen ſitis & præfato Monaſterio olim à quodam Comite in Calb in remedium animæ ſuæ legatis nobis ac noſtris ſucceſſoribus reſpondemus, quòd olim ſpectabilis quidam Dominus de Calvo præfata bona montis prædicti in animæ ſuæ remedium præfato Monaſterio in Creuzlingen Abbati & Conventui tali legatione legaverit &c. ut ſingulis annis feriâ proximâ ſecundâ ante feriam tertiam proximam poſt diem Comme-*

Commemorationis animarum Camerarius prædictus cum uno & altero Miniſtro deberet aſcendere in montem Wurmlingenſem. Ibi inventurus eſt ante portam Cæmiterii plauſtrum fiſſorum lignorum facilè & ſine fumo ardentium: nec non ſaccum bonorum carbonum. Præterea plauſtrum fœni, inſidentemque huic ſpadicei coloris anſerem. Hunc donet Camerarius ei, qui advexit fœnum in ſignum: cuique ſacerdoti poſtridiè adfuturo proprium anſerem in menſâ appoſitum iri. Adſit etiam juvencus triennis opimus & tres porci ſaginati: nempe porcellus lacteus, porcellus anniculus, porcus biennis à lanione probati, ne fortè grandinoſi ſint. Adſit Camerario cereviſia trium generum annicula, bima, & trina vel triplex vinum rubrum, vetus & novum album. Adſint & tria genera panis, ſimilageneus triticeus & ſiligineus, terni panes uno ſolido piſti: lanio & coquus exercitati & periti, ne quid in mactatione aut coctione deſideretur. Tùm Abbatis Creuzlingenſis Procurator (in hoc monte habitans) ſeve Eccleſiaſtici ſive ſecularis Ordinis: ac lanio & coquus cum reliqua familiâ huic muneri adhibitâ jure jurando devincientur Camerario ſe prædictarum rerum nullam in alium uſum converſuros, quàm in quem jubeantur. Ideo conclave ſeu penu his rebus aſſervandis, & ſuo die præſtandis illis ſit aſſignatum. Poſtridie die Martis (omnium animarum feſto) Decanus omnesque Capitulares unà cum Miniſtris Tubingenſibus & Rotenburgenſibus manè in montem dictum equis & pedibus aſcendant habitu cucullario & lugubri niſi velint ſeriùs etiam veniendo aut omninò abeſſendo modio tritici mulctari. Poteſt etiam quisque ſecum umbram (æditum aut Scholarem) adducere, huic eadem quæ Parocho ejus tractatio contingat. Quodſi Collegii conſortis ſive Capitulari Domino quisquis ſit, montem versùs tendenti in viâ, homo honeſtus alterve obviam fiat, eos invitet, ſecumque adducat, licet: modò ſtatim, ut in Cœnobium venerit Camerario ſignificet honoris debiti talibus hoſpitibus declarandi causâ. Unicuique etiam equum adducenti vas ligneum novum (mulctrale) & in ea quarta pars modii avenæ ad paſcendum equum, recèns etiam funis ad equum alligandum præbeatur. Ejus vaſis & funis cujusque Capitularis Domini æditus poteſtatem ſecum ob rei memoriam auferendi habet. Poſteaquàm Collegæ Capituli manè ad diem conſtitutum convenerint, ocreas & calcaria ſua detrudunto, caputia ſua ſeu cucullas induunto, & ad ſepulchrum fundatoris (commendatum Eccleſiæ in ſæpe jam dicto monte ſitæ) vigiliam percurrunto. Decanus deinde Capituli ſive Collegii officium animæ cantet: Capitularesque oblationem faciant: interim quoque aliquot Miſſas legant. Dum hæc aguntur, aliquis Presbyterorum renuntiet nomen fundatoris uxorisque & liberorum ejus. Ubi Miſſa fuerit perfecta, redeundum eſt ad monumentum fundatoris, canenda Veſpera, Placebo adjunctaque alia Collecta, aſſiſtat deinde Decanus unà cum Collegis ſuis cunctis in ſuis cappis ordine ad altare animarum duosque ſibi adſtantium velet tegumento, quod Sala vocatur. Tum recitato Camerarius Inſtrumentum vel ultimam voluntatem fundatoris linguâ, quam cuncti intelligant, explicationem adjungens omnium eorum, quæ fortè ibi minùs diſertè poſita ſunt. Quo facto cuncti Capitulares digitis in plynarium poſitis juramento confirment, inſtitutionem hinc hactenùs & à ſe & ab omnibus anteceſſoribus ſuis (quantum quidem auditu perceperint) obſervatum eſſe, atque in præſenti quoque ſervari in uno hoc excepto, quòd nunc pro cereviſiâ vinum apponatur. Quæ, ubi ſic ritè abſoluta fuerint, jam ex inſtitutionis formulâ Camerarius Capitulares Dominos cæterosque ſpectatores reverenter ad epulum invitet, atque quâ illi humanitate ſunt, obtinet. Interim dùm ipſi de primo accubitu certant, & omni carentes ambitione ſinguli poſteriores eſſe contendunt: ipſe in locum deſcendit, cui nomen Silcha, ſitum infra montem. Ibi juvenci pellem, de quo ſupradictum, expandat in cœmiterio, hominesque leproſos permiſſu inſtitutionis ibi congregatos (quod certè laudabile) diſcumbere jubet. Qua executus redit ad Capitulares atque hoſpites ſimilaceum panem capit, excavat, cuique apponit. Huic pani quisquis Capitularis indit nummum, hoſpites verò quidquid volunt. Eam pecuniam deportat in cœmiterium ad ſeſſionem miſerorum circa bovinum tergus occupatum, atque inter eos dividit. Dum hæc aguntur tria genera panis apponuntur & totidem vini (vinis conjunctè fruentibus convivis) conſecratur precibus menſa: coquus à Camerario effundere cibos apponendos jubetur. Inferuntur tria

capi-

capita ſuilla frixa : quæ ubi conviva de his comederint , rursùs auferuntur cum pane & vino,quodcunque adeſt , leproſisque circa pellem ſupradictam ſedentibus dantur. Rurſum panis & vinum trium generum apponitur & infunditur : inſeruntur anſerum pedes , alæ , jecinora,ſtomachi & id genus alia, de quibus , ubi comeſum fuerit , reliquiæ ipſorum & panis atque vini ſimiliter ut anteà pauperibus diſtribuuntur. Apponuntur deinde elixæ gallinæ & carnes jurulentæ , piſces carnesque aſſæ : quorum omnium reliquiæ (ut & piperata pultis) in egenos diſtributio fit. Poſt hæc piſces elixi cum jure aromatico : ac duo ſolùm genera panis, ſimilligineus , atque triticeus , vinum autem triplicis generis. De reliquiis idem , qui anteà , mos ſervatur. Sequitur rursùm vinum recens ac panis binisque Capitularibus anſer aſſus : in quo pullus gallinaceus aſſus , ita ut ſingularem rerum delectabilium numerus triplex ſit. De hoc Trojano anſere cæterisque deliciis fas eſt Dominis impertiri aliqua ſuis hoſpitibus , æditùis , ſcholaribus & aliis, cætera omnia in egenos diſpertienda cibaria , panis , vinum &c. Poſtremò caſeus & placentæ,poma & pyra, ejusdemque generis alia, quæ venerabilibus viris apponi lex eſt. Quorum & ipſorum reliquiæ pauperum refectioni aſportantur , ita , ut de toto convivio nihil reliquum fiat , quin egentibus detur : quibus præterea jus & carnes, atque piperatum pulmentum & unicum poculum vini exhibenda ſunt. Peracto ſic epulo , & gratiis Deo actis Proceres ſurgentes fanum ineunt , quæſtionemque exercent de hoc epulo in Choro,an ritè & ex inſtitutione fundatoris per omnia completum ſit. Cùm ſatisfactum eſſe , nec deſiderari quidquam dicitur , tunc Decanus Abbatem & Conventum Creuzlingenſem ut executores inſtitutionis hujus liberos & quietos ab omni querelâ & poſtulatione pronuntiat. Deinde palàm recitatur ipſa iterùm inſtitutio. Liceat etiam Capitularibus , ſi placet ipſis, certam pecuniam pro ipſo convivio excipere , ita tamen, ut ne quid pauperibus de jure ſuo diſcedat. Quod, ſi accidat hanc inſtitutionem non ſervari : ſive in unà aliquà re , ſive in pluribus, tunc omnes fructus & redditus montis ſupradicti ad Comitum Calwenſium natu maximum revertantur. Qui tùm in teſtimonium rei evidens equo veniens , & in ſtapedibus rectè conſiſtens aureum nummum trans turrim Wurmlingenſis montis librans jaciat,poſtmodumque ipſe & hæredes ipſius inſtitutionis hujus executores ſunto. Veſperi dantur familiæ juſculentæ carnes ac decem ſolidi dimiſſionis loco. Tunc quidquid reliquum ſeu coctum ſeu incoctum in pauperes diſtribuitur. In cujus rei teſtimonium ſigilla noſtra (Decani ſcilicet & Camerarii. Conradi Rectoris Eccleſiæ in Huſen. Conradi Incurati Eccleſiæ in Rotenburg. Bernardi Incurati in Tubingen. Bernardi Rectoris Eccleſiæ in Ehingen. Stehelini Incurati in Chileberg. Waltheri Eccleſiæ in Reminsheim ac Incurati Eccleſiæ in Luſtnow) ſunt appenſa anno Domini milleſimo trecenteſimo quadrageſimo octavo in craſtino S. Mauritio & ſociorum ejus.

❋ WURZACHENSE

Wurzachum in Algoviâ propè Leutkirchium Urbem imperialem ſub dominio Illuſtriſſ. ac Excell. DD. S. R. J. Comitum de Waldburg à Zeillero in Topographiâ Sueviæ fol. 223. inter potiora Sueviæ ſuperioris oppida ſpecialiter enumeratum , etiamnùm ætate noſtrâ charum & accepum in Domino ſibi habet eximium quoddam religioſarum ſeu Tertiariarum (uti vocantur) Sororum in Ordine S. Franciſci domicilium : cujus auctrix circa annum 1514. fuiſſe perhibetur devotiſſima vidua piis operibus in quosvis obvios liberaliter impendendis nunquàm non deditiſſima Illuſtriſſima Domina Helena

lena Baroniſſa de Waldburg nata Comitiſſa de Hohenzolleren cum ſuo (qui paternarum ditionum hæres legitimus ſucceſſit idem anno gratiæ 1531. ætatis ſuæ 43. terris defunctus ac à morte ſuâ maximoperè laudatus inter Illuſtres ſui temporis Heroes Germanicos recenſetur ab Henrico Pantaleone lib. 3. fol. 107.) filio Georgio Barone de Waldburg. Non ſolùm autem parthenium hoc diœceſis Conſtantienſis contubernium benefata Domina fundatrix certis quibusdam cenſibus ac redditibus liberaliter dotavit, ſed & de rarſis quoque privilegiis & exemptionibus eidem ſolicita proſpexit, ſolique Sedi (quam id temporis Leo Papa X. tenuit) Apoſtolicæ in ſpiritualibus à jurisdictione Ordinarii meriſſimè deobligatum ſubdi procuravit unum tantummodò reſpicere volens Ordinis Minorum Argentinenſis Provinciæ Miniſtrum Provincialem, cujus vices hâc in parte plerumque ſupplet Quardianus Lenzfridanus; in temporalibus verò tutores & advocatos eadem Domina fundatrix loci Sanctimonialibus dedit Primores præfati oppidi Wurzachenſis à quorum dictamine ſororibus declinare neutiquàm licet, qualiter fuſiùs explanat, & de omnibus ritè definit ipſum devotiſſimæ Wurzachenſis fundationis iſtius Inſtrumentum publicum ſuo loco apud acta retentum; præter quod Fortunatus Hueber de eodem parthenone fol. 1366. refert ſequentia: Zu Wurzach einem kleinen Städtlein im Algow unter der Herrſchafft der Reichs-Graffen von Waldburg im Coſtantzer Biſtumb gelegen/ hat Frau Wittib Helena ein geborne Reichs-Gräffin von Hohenzolleren ꝛc. ſambt ihrem Sohn Graff Georgen von Waldburg aus beſonders liebtragender Neigung gegen dem Heyligen Seraphiſchen Vatter Franciſcus im Jahr 1514. auſſer der Ring-Maur an die Pfarr-Kirchen mit anſchaffender Verwilligung des Pabſts Leo X. angebauet und geſtifftet ein kleines Junckfrau-Clöſterlein zum Roſengarten genannt; welches ſie dem dritten Orden S. Franciſci zu ewiger Bewohnung/ und zwar in die Hand des P. Michael Frieß Quardians zu Ulm/ den Obſervanten von der Straſſburger Provintz hat übergeben. Die Herren von Waldpurg und in deren Abgang die Beſetzer des Städtleins Wurzach ſeind ewige und alleinige Schutz-Herren diſes Clöſterleins / welches ſich gemeinlich mit 12. Ordens-Schweſteren bey dem Weber-Stul in einem geiſtlichen und aufferbaulichen Wandel begnügen laſſet.

YSTEIMENSE

Contubernium aliquod Benedictinum ſacræ Congregationis Cluniacenſis, diœceſis verò Conſtantienſis vel olim in Hercinianâ (uti nobis videtur) plagâ conſpicuum, hodie tamen vix notum ex Bibliothecâ Cluniacenſi editionis Pariſienſis, cui videtur fol. 1743. taliter inſcriptum: *Prioratus de Yſteim Conſtantienſis diœceſis, ubi debent eſſe, Priore computato, duo Monachi & ſeptem Moniales: & reperitur, quòd Prior eſt de numero Monachorum de ſella* ſeu S. Udalrici, cujus ſuprà meminimus.

Lit. Z.

ZIMMERENSE

Abbatiale Monaſterium Ordinis Ciſtercienſis ſexûs autem fœminini Superioribus annis hæreticâ pravitate ſuppreſſum: de cujus initio ſolùm pauca hæc affert Bruſchius de Monaſt. German. cent. 2. fol. 185. *Zimmeren Monaſterium fundatum eſt à Rudolpho de Hirnheim & alto caſtro: ejusque uxore Adelheide ab Alberto item ac Hermanno fratribus Rudolphi annum Chriſti circiter*

